BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLIX
II
43
NAPOLI

XLIX
H.
43



Ioseoh Filosi fecit

ACTA SANCTORUM

QVOTQVOT TOTO ORBE COLUNTUR,
VEL A CATHOLICIS SCRIPTORIBUS
CELEBRANTUR,

Quæ ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium antiquis Monumentis collegerunt ac digeſſerunt ſervata primigenia ſcriptorum phraſi, & variis Obſervationibus illuſtrarunt

JOANNES BOLLANDUS,
GODEFRIDUS HENSCHENIUS
SOCIETATIS JESU THEOLOGI.

TOMUS TERTIUS FEBRUARII,

In quo MCCCX. nominatorum Sanctorum, & aliorum innumerabilium memoria, vel res geſtæ illuſtrantur, complectens dies XII. poſteriores a XVII. ad finem.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

VENETIIS, MDCCXXXVI.
Apud { SEBASTIANUM COLETI ET JO: BAPTISTAM ALBRIZZI HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

ANTISTITI
ANDREÆ CRUESEN
ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI
BELGICÆ PRIMATI.

QUaodo nuper, ILLUSTRISSIME ET REVERENDISSIME ANTISTES, ad illas nobiliſſimæ Metropolis moderandas habenas acceſſiſti; in omnium ordinum effuſa lætitia, fauſtiſque acclamationibus, ne & oos eam Tibi gratulatum dignitatem veniremus, iſta potiſſimum obſtitit cauſſa; quod odioſam rem facturos arbitrabamur, ſi aut in turbam homioum clariſſimorum ad ſacram illam Tuam dexteram manu oſculoque contingendam properantium, nos temere ingerere, aut exarata ad obſervantiam teſtandam epiſtola interpellare TE eo tempore, niteremur. Duximus igitur id ſatius, ac Tibi gratius fore, ſi potius, quam ſoleoni formula diceremus bona verba, Deum tacite, ut Tibi eum honorem fortunaret, eſſemus deprecati.

Interea tertius noſter de Actis Sanctorum menſis Februatii tomus ad calcem pervenit. Quem nos, ut Tibi novam hanc dignitatem feliciter eveoire, nomine noſtro, opter, quantumvis ſero, allegare non veremur: vel ideo quod in eorum numero Sanctorum, quorum illo menſe Acta explanantur, complures ſunt gentiles Tui: Trajectenſes nimirum Epiſcopi. Quamvis enim non ſit liquido explotatum de omnibus, ubi terrarum ac populorum editi ſint io lucem; conſtat tamen in ea clariſſima urbe ſolium Pontificale tenuiſſe, in qua Tu auram vitalem primum hauſiſti. Imo ab iis ipſis primum auſpicium fluxiſſe remur honoris, quem nunc adiiſti: idque hac ratioeinatione conficere oobis videmur. Delatus hic Tibi a Catholico Rege noſtro, atque a Pontifice Maximo confirmatus, in ſingularis ſapientiæ Tuæ ac virtutis præmium eſt. Virtutis porro ſapientiæque colendæ efficax Cœlites hi incitameotum præbuere. Nam ſi volueris adoleſcentiæ tempus ultimum memoria repetere; fateberis, quotidie ludum litterarium adeunti, pervetus S. AMANDI ſacellum in oculis atque animo fuiſſe, ad eam aream, circum quam ædificatæ ſcholæ erant, ſitum: in eodem ſæpius Te ſacris adfuiſſe, audiſſeque de cultu DEIPARÆ atque aliis rebus ad pietatem pertinentibus ſermones. Eo quoque tempore quantus nobis (licet enim id etiam ita commemorare, quando Condiſcipulatus alias ultro mentionem facere dignatus es) quantus igitur tunc nobis, ſed Tibi præfettim, cœlitus animam optimam ſortito, ſtimulus ad virtutem erat, ſacras beatiſſimorum illorum Antiſtitum, in magnifica S. SERVATII æde Reliquias venerati, viſere in cryptis monumenta; inque ejuſdem baſilicæ Choro vetuſtis intextas aulæis imagines contemplari omnium Sanctorum Præſulum Trajectenſium? Nam, rata inter urbes felicitate, quotquot, per annos fere cccc, Epiſcopi illic fuerunt, omnes Divorum Faſtis adſcripti, coluntur omnea publica ſacrorum religione. Tunc vero in animis noſtris ſenſim exardeſcebat deſiderium, colendi (illorum exemplo auxilioque) pietatem, Divinis legibus obtemperandi, præſidia doctrinæ comparandi. Ea rata ut eſſent in multis vota Cœlites iidem curarunt: Te vero per ſuam vereſtigia, ad abſolutionem virtutis, & quam ounc geris dignitatem deduxerunt. Ipſorum ſane complures Romam, arcem Chriſtianæ religionis, ſanctitatis palæſtram, cœleſtis panopliæ armamcotatium, adjetunt: quidam etiam vicibus iteratis: S. AMANDUS

(ut

(ut hunc potiſſimum in exemplum ſtatuamus, cujus modo ſæculi meminimus) tertio illue contendit. Idem poſtea ultra Noricum flumenque Danubium, ad Sclavos adiit: unde in Belgium redux, late fidei ſemina jecit, eccleſias multis locis conſtruxit ac dedicavit, monaſteria fundavit, multa interim a Clericis quibuſdam, rectam pietatis fideique diſciplinam aſpernantibus, perpeſſus, ab Ethnicis multa: Reges aliquot, eorumque Proceres, ut Divinas leges ac ſtatuta Eccleſiaſtica revererentur, condoceſcit: Sanctorum Reliquias tranſtulit, auxitque eorum venerationem: atque alia præclara per Galliam, Belgicam præſertim, edidit facinora, quæ ſuſe in ejus Vita die 6. Februarii narrantur.

Pleraque horum a Te quoque, ILLUSTRISSIME ANTISTES, partim jam factitata ſunt, partim factitantur etiamnum. Primum Romam e patria profectus es, ut in illis celeberrimis optimarum artium auditoriis, ſcholiſque ſanctimoniæ, ad omnem ſcientiæ ac virtutis laudem exercereris: utque accuratiſſime Eccleſiaſtici Canonis normam omnem, ex illius honoratiſſimi, qui ullo unquam tempore, toto orbe terrarum extitit, Senatus integritate, ſapientia, majeſtate, addiſceres. In Noricum dein Tu quoque, ad urbem Viennam, Cæſarum Auſtriacorum regiam, evocatus es, utque ad cetera deinceps munia ampliot Tibi auctoritas accederet, Doctoris Theologi inſignibus, ritu Academico, ornatus: ſacris in exercitu eum poteſtate præeſe juſſus, Vicarii Generalis titulo: ad varias interea legationes adhibitus, quas ſumma induſtria, fide, conſtantia obiiſti.

Poſtea Canonicatu in Metropolitana Cameracenſi Eccleſia a FERDINANDO II. Imperatore donatus, in Belgiumque reverſus, varia exinde officia ſumma cum laude geſſiſti; etiam Generalis per totam eam Archidiœceſim Vicarii, atque a Concilio provinciali Romam ad Sedem Apoſtolicam denuo miſſos.

Ita per ſemitas Sanctorum inoffenſo pede gradientem, Rutæmundenſi Tiaræ caput ſupponere, Archiduce LEOPOLDO, Belgii tunc Gubernatore, nominante, INNOCENTIUS X. juſſit: ut in illis veterum Maſuariorum finibus, intra Diœceſim quondam Trajectenſem, ultra eiſque Moſam late porrectam, ſitis, ſub Præſule, non Trajectenſis quidem Eccleſiæ, Trajectenſi tamen, vetus illa heroicorum temporum ſanctitudo dignitaſque reflorceſceret.

Sed quod nobis ipſo tempore, quo illius Eccleſiæ gubernaculа capeſſebas, vir maximus, Antuerpienſis tunc Præſul, diſerte prædixit, Te Ruræmundæ vitam minime finiturum, id vaticinationis non vanæ vim habuiſſe, nunc intelligimus, eum Te REX CATHOLICUS Metropolitam Mechlinicoſem nomioavit, ALEXANDER VII. inſtituit. Ut nimirum in meditullio Belgii, quaſique umbilico, aut corde potius, conſiſtens, in reliquas ejus partes ſanctorum dogmatum obſervantiam, quam Romæ doctus es, diffundas, vigorem pietatis in ceteris velut membris excites, ac robur vitale, ad vitia erroreſque & cetera peſtes animorum perſanandas, aſpires.

Hue Te, ILLUSTRISSIME ANTISTES, ſemitæ perduxerunt Sanctorom: ut mirum videri nemini debeat, quod Tibi Sanctorum Acta grata fore arbitremur, quorum ita manifeſte fulciris patrocinio, excitaris tropæis, auĉturus aliquando nomerum es: quod tamen, quo interea plutibus exempla euræque Tuæ præſidio hie eſse queant, ſero ut fiat optamus.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. GRATIÆ TUÆ

Humillimi clientes

JOANNES BOLLANDUS;
GODEFRIDUS HENSCHENIUS.

IN

IN TOMUM TERTIUM

DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS FEBRUARII

PRÆFATIO

Ad Amplissimum & admodum Reverendum Dominum ac Patrem

NORBERTUM VAN COUWERVEN

Celeberrimæ Ecclesiæ S. Michaelis Canonicorum ordinis Præmonstratensis Antuerpiæ Abbatem, ejusque Religiosissimum Conventum.

SI non pridem destinatum nobis fuisset, AMPLISSIMA AT ADMODUM REVERENDE DOMINE, ut hunc tomum de Sanctorum Vitis præsentaremus Amplitudini Tuæ, quo Tua approbatione & patrocinio munitus, sanctissimi Ordinis Vestri Præsulibus & Canonicis, aliisque piis & eruditis hominibus, commendaretur; poterat id nobis B. EVERMODUS, Racceburgensis ex Vestro Ordine Episcopus, persuadere, cujus primo hujus voluminis die, 17. Februarii, consignatus est natalis, & gesta a nobis ea variis Historicis collecta aditaque. Flagitare enimvero sanctus ille vir, quasique suo jure reposcere videbatur, ut quæ de se essent tradita literis, ea Canonicorum sui instituti Præsidi cuipiam exhiberentur, cujus assensione atque approbatione haberi rata emittique in publicum posset. Cui vero potius, quam ejus loci, ubi, ipso præsente EVERMODO, æternum sanctitatis suæ ac doctrinæ statuit sanctissimus Parens Vester NORBERTUS monumentum, Antuerpiensibus ab infami Tanchelini hæresi revocatis? E primis NORBERTI sociis EVERMODUS fuit ei Cameraci adjunctus, atque ita deinceps pietatis prudentiæque opinione carus, ut R se numquam diutius abesse putaretur: unde fit omnino credibile, huc quoque eum illo venisse, castaque sua ac sancta vitæ norma, & candore amabili, non vestium C magis, quam morum ac sermonis insigni sapientia condiri, ad mores civium horum, cujusvis sexus, ordinis, ætatis, corrigendos, magnum attulisse momentum. Illud quoque occurrebat, hunc præcipue ei cœtum Canonicorum cordi esse, e quo nuper Magdenburgum, ad Ecclesiam S. MARIÆ, cujus ipse a sancto Patre NORBERTO Præpositus olim fuit constitutus, Ecclesiæ Catholicæ Ordinique Vestro asserendam, missi viri religiosi fuerint: remque eam sua eruditione & pietate peregissent, si tempus miserendi deploratæ illius urbis ac gentis, a justo Numine constitutum, venisset. Neque tamen illis non luculenta laboris sui, aditorumque discriminum merces obtigit, quando tum aliæ Magni Patriarchæ Vestri reliquiæ, tum præsertim catebrum, illa tot sublimium sanctarumque cogitationum sedes atque officina, huc transtulisse cujus pars una Præmonstratensi Ecclesiæ destinata, alteri Tu thecam pretiosam affabre elaborandam curasti, solenni pompa in publicum proferendam cum opportunum videbitur. Neque eo cœlesti cimelio potiam Ecclesiam Vestram arbitramur, quin & Divus Pater NORBERTUS e cœlis annuerit, & ipse Beatus assenserit EVERMODUS: quippe cui Sanctus Pater *locum sepulturæ suæ commendarat*, ut cap. 20. Vitæ ejus narratur, cuique de ea, ut cap. 53. acerba a summæ ædis Canonicis intentata lis est, quæ Lotharii Imp. judicio secundum eum decisa: ut neque nunc videantur nisi eo cœlitus adstipulante Patris Reliquiæ inde, ubi eas collocarat, asportari alio, divellique, potuisse. Neque illud quidem non sperandum videtur (modo nostra ille rata et sint vota, efficiat apud Deum) fore aliquando, ut ea hoc potissimum cœtu Vestro, in quo plurimi doctrina, religione, facundia excellentes viri sunt, assumantur, qui remotas illas Wandalorum ac Polaborum gentes ad legitimum Numinis cultum reducant: apud quas fidem ille orthodoxam ita stabilivit, ut E Raceburgi post ipsum per ccc. annos non nisi ea Ordine Vestro Episcopi fuerint, ac Cathedralis Ecclesiæ Canonici.

Poterant sane nobis ista persuadere, ut Tibi potissimum, AMPLISSIMA & ADMODUM REVERENDA DOMINA, exhiberemus hunc tomum, cui Tu, pro ea qua late per Belgium polles sapientiæ opinione, auctoritatem vel sola Tui nominis umbra conciliares, & ad eum pervolvendum quamplurimos invitares. Verum id prius constitutum nobis erat, quam de B. EVERMODO cogitaramus. Injiciebat enim nobis eam mentem primum ipse Sanctus Patriarcha NORBERTUS, dein Tua singularis sapientia atque eruditio, cum summa benignitate conjuncta, atque erga nos, totamque Societatem nostram, benevolentia.

Gloriosus Pontifex & Apostolus NORBERTUS ea illustri Geneppensium Comitum, in Clivia Cisrhenana, (quæ pars est Belgicæ) natus, solus Belgarum Sanctorum, Officio Ecclesiastico in Breviario Romano, per totum orbem Christianum celebrator. Nonne igitur æquum erat, ut quæ de Sanctis scribimus Belgæ, in celebri Belgii urbe, eorum, si non ipsummet, certe Archimandritam aliquem fundati ab eu Ordinis, ac siti in Belgio F cœnobii, Patronum adoptaremus, a quo illa ipsa nostra approbarentur scripta, ac ceteris lectitanda traderentur?

Et quia cœnobii Vestri a S. NORBERTO fundati meminimus, illud haudquaquam prætermittendum videtur, quod solemus sæpe animo volvere & jucundis usurpare sermonibus; quidquid de vetustissima Antuerpiensis civitatis antiquitate constat, id præcipue hausturn esse in Vitis Sanctorum: ut minime mirum videri debeat, si grati ac pii cives tot templa Sanctis ædificarint atque etiamnum ædificent, tot ad illorum honorem xenodochia, nosocomia, orphanotrophia, gerontocomia extruxerint, eorumdemque Sanctorum solennitates tam splendide ac religiose colant. Pauca ejusmodi exemplis, ac minime ignotis, quæ diximus, liceat nobis confirmare.

Scripta est S. Eligii Episcopi Noviomensis ac Tornacensis Vita circiter annum 678. a S. Audoeno Rothomagensi Episcopo, ei, dum viveret, perfamiliari. Illius Vitæ lib. 2. c. 5. Antuerpiensium (qui in manu ea ratio codice, *Andoverpenses* vocantur, in altero *Androverpenses*) ita meminit: *Præterea Pastoris cura sollicitus lustrabat urbes & municipia circumquaque sibi commissa. Sed Flandrenses atque Andoverpenses, Frisones quoque & Suevi, & barbari quique circa littora maris degentes, quos, velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis*

A *nis vomer impreſſerat, primo cum hoſtili animo & adverſa mente ſuſceperant: poſtmodum vero, cum paullatim per gratiam Chriſti his verbum Dei inſinuare cœpiſſet, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, converſa eſt ad verum Deum, Chriſtoque ſubjecta. Sicque demum factum eſt, ut quaſi cœlitus lumen oſtenſum, aut radius quidam Solis erumpeas, totam partis illius barbariem illuſtraret. Nam & ipſi, qui cum primo ut ferociſſima beſtia diſcerpere cupierant, poſtmodum attendentes ejus bonitatem ac manſuetudinem, imitatores ejus fieri capiebant.* Ac ne quis hæc ad Antuerpienſes minime attinere exiſtimet, caput 8. ita orditur idem ſanctus ſcriptor: *Multum pertransiit Flandriæ laboravit, jugi inſtantia Andoverpis pagaavit, multoſque erroneos Suevos convertit; fana nonnulla Chriſti clypeo protectus cum Apoſtolica auctoritate deſtruxit: idololatriam quoque diverſi generis, ubicumque invenit, fanditus ſubruit.*

Æqualis SS. Eligii & Audoeni fuit S. Amandus Trajectenſis Epiſcopus, qui & ipſe Antuerpiam excoluit, eccleſiamque ea in urbe, ut mox dicemus, conſtruxit. Mentio fit Antuerpiæ atque illius eccleſiæ in Sancti quoque Willebrordi Ultrajectenſis Epiſcopi Vita, qui fere 21. poſt S. Amandi obitum annis in Belgium ex Anglia venit. Ita ergo in hujus Vita ſcribit Theofridus Abbas
B Epternacenſis: *Item Robingus, vir magnarum ſpum, legitima teſtamenti confirmatione delegavit ei eccleſiam in Antuerpo caſtello ſitam, ſuper fluviam Scalda, in pago Renenſium, cum appendiciis villis, & tertiam partem telonei ejuſdem caſtelli, quod nunc eſt Marca Regni.* Meminit hujus donationis ipſe S. Willebrordus in Teſtamento ſuo his verbis: *Robingus mihi condonavit vel tradidit eccleſiam aliquam, quæ eſt conſtructa in Antuerpo caſtello ſuper fluvio Scalde, in pago Renenſium, cum appendiciis ſuis, villas denominatas his nominibus, Bacavalde, Winneliacheime, Fargalare, & in ipſo caſtello Antuerpo terciam partem de illo telonio.* Exrat ipſum diploma Robingi, in quo inter cetera ſic loquitur. *Igitur ego in Dei nomine Robingus, & conjux mea Bebelina, donamus Apoſtolico Domino & Patri noſtro Willibrordo Epiſcopo, donatumque in perpetuam eſſe volumus, hoc eſt, eccleſiam, quæ conſtructa eſt infra caſtrum Antuerpit, ſuper fluviam Scalde, quam Dominus Amandus Pontifex in honore SS. Petri & Pauli Apoſtolorum principum, vel ceterorum Sanctorum, conſtruxit: & eos pro ipſa eccleſia, vel quidquid ibidem aſpicere videtur, venerabili viro Firmino, Abbati de monaſterio Quercolodora locellam noſtram nuncupatam Tumme in concambio dedimus.* Ac poſt pauca: *Et illud
C teloneum, quod ad partem noſtram ibidem venerat, hoc eſt, illam tertiam partem, ad integrum ei conceſſimus atque donavimus: ita ea ratione, ut ibi thus vel luminaria debeant eſſe procurata, & Presbyteri, qui ibi ſerviant, pro peccatis noſtris Domini miſericordiam debeant exorare* &c. Idem in alio diplomate Robingus donationem illam *ſacroſanctæ Eccleſiæ Petri & Pauli Apoſtolorum (quam Dominus Amandus Pontifex in Antwerpo conſtruxit)* confirmat, & alias adiicit poſſeſſiones. Utrumque hoc diploma recitat Antbertus Miræus in Codice Donationum cap. 6. & 7. ac præclare ad prius iſta annotat: *Eſt quod ſibi Antuerpia noſtra gratuletur de optimis ac piiſſimis olim Principibus ſuis Robingo, ſeu Raachingo, & Bebelina ejus conjuge, quos haud dubie ignoraret, niſi eorum nobis memoriam Willibrordiana apud Epternacenſes Abbatia conſervaſſet.* Nempe, quod antea monuimus, abſque Sanctorum monumentis Vitiſque fuiſſet, ignoraret nobiliſſima civitas, non ſolum Principes illos ita pios & in Eccleſiam ordinemque Eccleſiaſticum munificos, ſed & reliquas antiquitates ſuas: amplecteretur que, ut ſuperioribus ſeculis aniles & ridiculas de commentitio quodam Brabone fabulas. Illud poſſet fortaſſe, non ex Sanctorum Viris, ſed monachilibus tamen documentis addiſcere, quod de urbis hujus clade traditur tom. 2. Feancicorum ſcriptorum Andreæ Cheſnæi ex Annalibus Fuldenſi- D
bus ad 836. annum Chriſti, cum 109. lapſi eſſent anni ab illa Rohingi donatione: *Nordmanni Andverpam civitatem incendunt.* Dilucidius tamen ea clades, atque ejus cauſſa ita exponitur in Vita S. Gommari: *Quodam tempore cum excreviſſent peccata hominum, & ſuperno judicio correptionis flagella meruiſſent, a Deo edulta eſt a ſedibus ſuis gens Northmannica, gens ferociſſima, qua navigio in Rhenenſem provinciam advecta, circumquaque omnia depopulati ſunt: Hantwerpiam incenderunt: Walchram vaſtaverunt: alio alii diſperſi ſunt, ut nullus eſſet locus, ubi ceſſaret luctus. Per fluvium igitur qui dicitur Sciuda, ad villam Turnium venerunt, ubi erat monaſterium S. Fredegandi Confeſſoris.* Hoc erat nempe monaſterium, quod antea Rohingus *Quorquolodoram* appellavit: planius hodierna dialecto *Kercke-loo-deur* dicemus: & manet pago nomen *Deur*, ſive *Deurea*, quod ab aqua ductum, Scindæ, ſen Scendæ, amnis, qui latiore tunc fluebat, nondum foſſo ductoque in urbem alveo Herentalienſi ſubſtrictus.

Gravioribus ſeſe ſceleribus initio ſeculi a Chriſti ortu duodecimi populus Antuerpienſis, ſed non omnino univerſus, implicuit, quando & plurimi in fœdiſſimam hæreſim prolapſi. Neque hoc dedecus ex ullis annalibus no- E
tum, ac neque labes illa hæreſeos, qua tamporibus Innocentii IV. Pont. Max. ſeculo Chriſti 1221. fuit urbs eadem contaminata. Solent enim probra ejuſmodi ac vulnera Reip. celeri oblivione aboleri. De hac autem poſteriore hæreſi, (quæ in eo ſita fuiſſe videtur, quod Frederico II. Imperatori excommunicato obſtinate adhærerent, contempta Pontificis concilioque Lugdunenſis I. auctoritate) ita meminit lib. 1. de Apibus cap. 4. p. 4. Thomas Cantipratanus, doctus vir ac ſanctus ex Ordine Prædicatorum: *Venerabilis & Deo dignus Gujardus Cameracenſis Epiſcopus .... cum in via contra Antuerpienſes hæreticos, apud Affligemenſe monaſterium Brabantiæ, in regulari obſervatione ſtrictiſſimum, vitam ſuam ſic beatiſſimo termiaaſſet; in ipſo tempore migrationis, eundem Fratri Prædicatorum per ſomnum apparuit in Gandavo:* ac poſt pauca: *Nimia ſeveritas, inquit, me culpabilem reddidit & purgandum. Sed via iſta, qua contra hæreticos pro expurganda Eccleſia avidius inhiabam, panam meam imminuit, & accelerabit gloriam mihi datam.* Verum cito profligata hinc ea hæreſis, cum biennio poſt Gujardi mortem hic fuerit Wilhelmus, Legato Pontificis potiſſimum annitente electus Imperator, uti ad Vitam B. Bonifacii Epiſcopi Lauſanenſis 59. Februarii pag. 155. indicamus: arque eum in modum abſtecſa illa eſt labes, F
ut, præterquam apud Cantipratanum, nulla ejus extet memoria.

Prior autem hæreſis urbem hanc diutius eſt populata, exitialia late fœdiſſimorum ſcelerum ſpargens contagia. Ejus ſeminandæ diabolo illa fuit occaſio, quod cum unicus eſſet in urbe Sacerdos, iſque luxuria infamis, cives nec frequentabant Eccleſiæ Sacramenta, nec ullos audiebant de rebus Divinis ſermones. Præſtat ipſum audire ſcriptorem Vitæ S. Norbarti cap. 36. *Erat*, inquit, *& eſt Antuerpia locus, oppidum amplißimum & populoſum, in quo unus erat tantum Sacerdos, qui curam totius populi ibidem commorantis habebat regere, ſed pra nimia multitudine & frequenti aegligenia non poterat, nec credebatur ei: eo quod & ipſe quaſi in coniugio & copula carnali neptem ſuam in linea tertia manifeſte ſociam ſui ſceleris fecerat. Ob hanc cauſſam populus ille, quaſi grex ſine paſtore, in multis erroram vanitatibus deviabat. Unde contigit, ut hæreticus quidam, mira ſubtilitatis & verſutia, ſeductor, Tanchelinus nomine, ibi adveniens, in eadem gente ſua ſeductionis locum invenire. Erat denique omnium hominum ſceleratiſſimus, & Dei & omnium Sacramentorum ejus inimicus, & ſocius religionis & Chriſtiana fidei contrarius, intantum ut obſequium Epiſcoporum & Sacer-*

cum

tam nihil eſſe diceret, & ſacroſanctis Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti perceptionem, ad ſalutem perpetuam proderſe denegaret; & populum illum, cui jam per multa tempora veritas horum nuntiata non fuerat, in eumdem errorem induceret. Horrenda deinde commemorat hic ſcriptor perditiſſimi hominis flagitia: cujus *venenoſus fermo*, ut habet Burchardi Cameracenſis Epiſcopi tunc datum diploma, *totam villam infecerat, & a fide plurimos averterat.* Et quidem, ut in citata Vita dicitur, *hac turpiſſima & deteſtanda ſeductionis execratio, etiam poſt mortem ipſius hæretici, extirpari nullatenus potuit.* Tunc vero Hildulphus Præpoſitus ac alii Canonici, qui ſitam juxta eamdem S. Michaelis eccleſiam tenebant, cum penitus eaſcindere pertinax malum non poſſent, S. P. Nurbertum advocarunt, eique ac ſociis illam Eccleſiam (aſſentiente eodem Epiſcopo Cameracenſi, cui Antuerpia ſuberat) tradiderunt, & aliam ſibi ædificarunt Deiparæ Virgini dicatam. Nunnartus cum ſuis peſtem illam animarum diſſipavit, diſciplinam Eccleſiaſticam egregie ſtabilivit, mores populi fœda corruptos ſenſim correxit, ac ſui inſtituti cœnobium ad eccleſiam S. Michaelis conſtruendum curavit. Primum illud fuit Antuerpiæ fundatum monaſterium. Aucta dein mirifice populi pietas: ſunt alia nunc multa: Veſtrum ceterorum principium. Ut vos a Canonicis advocati huc eſtis; ita alii deinceps religioſi Ordines in laboris Veſtri partem venerunt: quos paterna benevolentia Vos, Canonicique S. Mariæ, compleai eſtis.

Sed quo nam tam propoſitam nobis orbitam evagatur ſtylus? Eo illum trahit dulciſſima Magni Parentis Veſtri memoria: ergo quem (ob ea purgatam olim ab hæreſi urbem ac provinciam, Sacramentorum uſum reductum, vitæ religioſæ palæſtram hic primum inſtitutam, alia multa Deo aſſidue famulantium virorum ac fœminarum cœnobia, Spiritu, quem ipſe civibus afflarat, erecta ac ſtabilita) ut gratitudinem profiteamur, ad Te nunc, Amplissima et admodum Reverenda Domina, accedimus: ſed novam (ſi verum clare fatemur) gratiam tacite poſtulantes, ut nimirum quæ publico proderſa noſtra opuſcula ſcripſa, ea Tibi probata intelligantur, avidiuſque iden ab aliis legantur. Faciet enim quæ ſumma in Te eſt auctoritas, ut ceteri tum Veſtri Ordinis Canonici, tum alii religioſi ac pii homines, vel propterea legere hæc velint, ſi Tibi oblata intelligant. Norunt quippe, quam ſis non ſolum philoſophicis Theologicisque ſcientiis imbutus, qui & illas etiam adoleſcentiores Veſtros olim docueris, ſed quam in veterum Patrum more numentis verſatus: quanta eruditione & facundia, per 30. & amplius annos, conciones in hac urbe habueris, maximo ſemper hominum concurſu, approbatione, fructu: quanta ſollicitudine, zelo religioſæ diſciplinæ, benignitate, annis pluribus Prioris geſteris munus: quanta prudentia nunc, ea quo ſolennibus ornatus inſulis Abbatiſque ſuiſti inauguratus, rem quoque publicam adjuves, tum civibus Antuerpienſibus, quibus unice carus es, conſulendo, tum patriæ univerſæ, in graviſſimo Ordinum Brabantiæ conſeſſu. Nam quid dicemus, quo ſtudio Dei honorem tueare, qua animi magnitudine ſacrorum ſplendorem amplifices, qua induſtria ſalutem animarum conſulas, qua denique liberalitate eos foveas, qui ad hæreticorum converſionem incumbunt? Quæ hac in genere deſignas ac moliris, ſunt pleraque ita publica nota, itaque illuſtria, ut nihil neceſſe ſit ea a nobis commemorari: quædam tamen ejuſmodi, ne ea fortaſſis palam prædicari nolis. Jam quos Tu religioſorum hominum in hac urbe cœtus non effuſe caritate complecteris? quas eorum ad Sanctos ſui Ordinis honoraudos inſtitutas panegyres non cohonеſtas? Numen tuum grato præconio proſequetur poſteritas, cum florere ſanctimonia cernet, magnumque, innocentia vitæ aſſiduiſque ad Deum precibus, momimen urbi addere, parthenonam illum Præmunſtratenſis inſtituti, qui hic Tuo potiſſimum patrocinio adoleſcit. Omittimus quam commodis ſplendidiſque ædificiis urbem eamus, quod in ingens quoque pietatis incrementum cedet, quando qui ea inculent, tacite admunebuntur non licere ſibi non probitatem integritatemque imitari eorum, a quibus ea condita ſibique locata ſint. Admirari quoque hic libet ac venerari Dei Opt. Max. providentiam, qui eam olim mentem Parenti Tuo injecit, ut ea Selandia, ubi genere, opibus, juris ſcientia clariſſimus erat, in hanc urbem demigraret. Id quidem illi propterea faciebat, ne ſacris peſſumdatis graſſari hæreſim, ac viliſſimos homines eccleſiarum ſpoliis auctos inſultare Catholicis videret: ac potiſſimum ne ſi quos deinceps ſuſcepiſſet liberos, ii in medio hominum improborum, non ſine præſenti periculo, educandi eſſent; verum ideo hanc illi Deus injiciebat mentem, ut in hac Tu urbe naſcereris, in qua, procul ab omni diſcrimine, ad animam morum honeſtatem nutrireris, religioſorum hominum exemplis aſſueſceres, denique ad illud evaderes faſtigium virtutis, unde urbi ipſi ſplendorem, & ſpiritalia emolumenta, ac denique præſidium afferres. Etenim & illud Divino nutu remur acciduſſe, ut Optimatum rogatu, cum adhuc Prior eſſes, maximo labore ac boni publici ſtudio, cum Cathedralis Eccleſiæ Canonicis quibuſdam, & aliis viris religioſis, civium, præſertim opulentiorum, ædes, per plures menſes circuires, adhortans omnes, ut laboranti Regio Ærario gratuita largitione ſuccurrerent, ſumptumque ſuppeditarent bello ſuſtinendo, quod ii ciebant hoſtes, qui urbi exitium, perniciem ſacris minitabantur. Non licet nobis hic nimium eſſe prolixi, ne Tuæ modeſtiæ graves & importuni ſimus.

Unum eſt tamen, quod utinam quam grata memoria colimus, tam diſerta oratione celebrare poſſemus! Quod videlicet nos ſempee ſumma humanitate & amore proſecutus ſis, ſtudiaque noſtra, quia Sanctis conſecrata noveras, laudaveria foveriſque. Sed illud etiam multo nos officit magis, æterno in noſtris annalibus celebrandum encomio, quod tam arcta effuſaque Ordinem noſtrum univerſum caritate diligas. Meminimus ſane, qua eloquentia, quo ardore Spiritus, qua benevolentiæ erga nos ſignificatione; anno 1641. in templi noſtri dedicatione ſis concionatus, ſumma & Tui expectatione in animis civium excitata, & in noſtris pectoribus erga Te caritate accenſa. Quid de ea concione dicemus, quam anno 1641. Societatis noſtræ ſeculari, in eadem hac æde habuiſti? Omnem ſpem noſtram, civiumque expectationem, anno 1656. ſuperaſti, cum centeſimum ab ſancti Parentis noſtri Ignatii obitu annum terminaremus. Quæ tunc in laudem Societatis univerſæ diceris, quæ in commendationem earum rerum, quæ a tribus noſtris in hac urbe domiciliis, magna induſtria, opera indefeſſa, ſincero Divinæ gloriæ ſalutiſque animarum zelo, aguntur; neque opus eſt ut hic commemoretur a nobis, cum eam concionem, ut latius manaret Tuæ erga nos benevolentiæ fructus, typis excuſam vulgaveris; neque ea dicendo ſcribendove repetere, noſtra nos verecundia ſinit.

Facit ille Tuus, Amplissima et admodum Reverenda Domina, ſingularis erga nos amor, ut liberius ad Te opus hoc noſtrum afferamus. In qua ea ſi ineſt honor aliquis, eum Tibi libenter, ſumma cum obſervantia, impertimur; ſin potius novum Tuum beneficium erit in hoc munera accipiendo, Tuoque ei impendendo patrocinio, id ſubmiſſe imploramus.

Paucula hic adhuc Tecum, quæ vel ſic inculcari volumus aliis lectoribus differemus: ſuccincte tamen, quia ſunt eadem alibi plenius a nobis pertractata. Tu hæc quoque, Amplissima Domina, ſolita Tua benignitate, ſed ipſa præſertim ſuſcipe Acta Sanctorum.

CAPUT I.

Fructus ex Actis Sanctorum: Martyrum non omnia ſcripta: nec quæ ſcripta, omnia extant.

SI quanta in ſacratum lectione hiſtoriarum, earum præſertim quæ Sanctorum acta complectuntur, dignitas atque utilitas ineſt, tanta diligentia eſſent ejuſmodi hiſtoriæ geſtaque Sanctorum conſcripta; ampliſſimus in Eccleſiæ Catholicæ gaza hic eſſet theſaurus, e quo adverſis in rebus ſolatium, ad cunctas animorum ægritudines curandas remedium, ad omnium exercitationem virtutum incitamentum depromeretur. Quid enim incidere in vitam humanam poteſt, quod non aliquando evenerit Sanctis; ut ea eorum actis luculenter doceri mortales queant, qua animi firmitate aſpera perferre, & quæ ad officia virtutum ſpectant, qua alacritate exequi valeant? Nihil enimvero fit aut dicitur, quod non dictam factumque ſit prius: nihil plane dæmon, quique illius ſtimulis ad flagitia incitantur perditi homines, adverſus probos moliuntur, quod non ante adverſos priores Sanctos deſignarint: ut horum exemplo eorum retundere impetus, adipiſci victoriam, merita cumulare, ornare, quam a Deo expectamus, coronam, nobis liceat. Nihil quoque arduorum operum ſuſcipiendum olim a Sanctis, cujus non aliquando ſe occaſio offerat, aut imitari eos valentibus ſuppetat facultas. Eſtque adeo in harum lectione Vitarum vis major ad omnium comparanda virtutum ornamenta, quam in ulla aſcetica ſcriptione. Nam, quod vulgo dici ſolet, præcepta quidem docent, quid agendum, quaque ratione ſit; exempla vero & monſtrant quid actum, agique oporteat, & tacite ardorem quemdam imitandi accendunt in iis, qui illa ſpectant, legive aut narrari audiunt. Fatemur tamen, neque præceptionibus ſolis, neque exemplis, ullam, ut oportet, excoli Chriſtianam virtutem, niſi prævio quodam impulſu nos ad executionem eorum, quæ utruvis modo ſuadentur, Dei Gratia inſtiget, & volentes jam agentesque confirmet, verum hanc dari uberiorem contendimus, Acta Sanctorum legentibus, quam nudas inſtitutiones ſpiritalium ſcriptorum. Nam ab illis sacite excitatur in animis noſtris erga Sanctos, qui quæ legimus egerunt paſſive ſuat, amor, deque eorum bonitate opinio, &, quæ ab hac exiſtit, fiducia impetrandi ab iis auxilii: unde conſequitur, ut & opem illorum imploremus, & ipſi Deum pro nobis exorent, a quo largior in nos gratia effundatur.

Utilis lectio Vitarum SS.

etiam pro ſcientia & libris.

Verum quæ illi olim præclare geſſerunt, ea maximam partem tradita litteris non ſunt: & quæ tradita, plurima intercidерunt. Duplex generatim eſt ordo Sanctorum: aliis enim propter invictam defenſionem fidei, pudicitiæ, temperantiæ, aut alterius cujuſpiam Chriſtianæ virtutis illata mors eſt, aut cruciatus rumoraque irrogatæ, unde ea poſtea eſt mors conſecuta: alii eum ad virtutem diu ſtreaue incubuiſſent, ſicca morte extincti placide ſunc. Ad prius illud genus ſpectant Acta Proconſularia ac Præſidalia, quibus umnia ad Proconſulum, Præſidumve, aut aliorum Judicum, vel ipſorum etiam Cæſarum cribunal dicta utrimque aut facta contiuentur. Ea notarii ea Officio Præſidum referre in tabulas ſolebant: Chriſtiani autem hos notarios, eorumve ſervos aut familiares, pretio aliquo deliniebant, ut ſibi ea Acta deſcribendi copiam facerent. Si vero in publico res gerebatur, ipſimet Chriſtiani quam poterant occultiſſime ac celerrime, uſuatis tunc notis, exeipiebant. Ita in Appendice ad diem 7. Februarii, in Actis Latinis S. Theodori Ducis ac Martyris cap. 3. nu. 12. pag. 892. Aucharus, ſive Augarus, ſcriba de ſe loquitur: *Ego autem Aucharus velociter ſcribens, qui ibidem preſens fui, & cum omni diligentia omne certamen ejus, & pœnas quas patiebatur, ſcripſi videndo & audiendo.* Qui ſe hic *velociter ſcribentem* vocat, is in Menæis Græcorum, quæ pag. 25. §. 3. in Prolegomenis ad ejus Vitam nom. 16. citavimus, ὁ ταχυγράφος appellatur, dicituruque *ſigillatim interrogationes ac reſponſa, vimque ac varietatem tormentorum, & auxilia divinitus allata, lata deſcripta* expoſuiſſe. Quæ tamen ille tunc annotarat, ac dein fortaſſis ſuſius ea poſuerat, ab alio quopiam epitomea contracta ſuſpicari licet: neque enim ita in iis *lata deſcripta* omnia, neque ſigillatim, ut dicta quæque erant, exarata. Alioqoin illæ Præſidum interrogationes, reſponſioneſque Sanctorum, vel ex ipſo tam ſincero modo ſcriptionis magnam afferunt jucunditatem. Novimus certe Magnum quemdam ea Auguſta Domo Auſtriaca Principem, qui ſi qua valetudine affixus lectu tenebatur, talia ſibi prælegi e Januario noſtro Acta curabat, uſque audiendis animum recreari ſuum profitebatur.

jucunda lectio.

Præſidalia Acta Martyrum,

quomodo olim deſcripta?

At plurimorum Martyrum nulla ejuſmodi conſcripta ſunt Acta: quod ſæpenumero Imperatores ac Reges, præcipiti furore, nulla judiciorum forma obſervata, mactari quoſdam religionis cauſſa præcipiebant, ac nonnumquam, integras fortiſſimorum fideliſſimorumque militum cohortes, atque etiam legiones. Quid quod integrarum urbium, quod in iis ita Chriſtiana florebat religio, cunctos incolas barbari Reges, ipſique adeo Cæſares Romani, nullo ætatis diſcrimine, trucidandos curarunt? Ac tum ſane in cædibus perpetrandis ordo ullus ſervatus, nedum acta ſigillatim omnium ſcripta, ac ne nomina quidem eorum, qui cœleſtem adepti erant coronam, tradita poſteris, niſi quandoque paucorum. Quid eos dicemus, qui clam immiſſo ſpiculatore necati, aut veneno extincti, aut in carcere mori coacti? Quoties concitatæ moltitudiais tumultu oppreſſi cæſique Chriſtiani? quoties ædes, in quam ad ſacra celebranda convenerant, iocenſa acerbiſſime enecti? Denique, ſi recte verum penſamus, longe plures hoc modo, quam ſervata judiciorum forma, intereraptos fatebimur.

non omnia ſcripta.

nec ſingillatim omnium ſcripta.

Nam alioquin, etiam cum a Præſidibus Martyres, ſive in ſecretario, ſeo palam populo, audiebantur, poſtque diros cruciatus damnabantur, ſæpe ſcribi dicta factaque eorum vetabant impii. Cauſſam, cur id facerent, indicant Acta S. Vincentii 22. Januarii his verbis: *Probabile ſatis eſt ad gloriam Vincentii Martyris, quod deſcripcio paſſionis ipſius geſtis titulum invidit inimicus. Undereddimus fide plena relationem geſtorum, qua litterarum apicibus annotari Judex non immerito noluit,* QUIA VICTUMSE ARUAESCERAAT AUDIRI. *Naturali ſiquidem providentia eſt male tirantium, auferre de medio teſtimonium probitatis.* Eo demum protu pit rabies Diocletiani, ac & Divinos libros, & ejuſmodi quoque ſcripta, ac ſolatium afferre Chriſtianis poſſent, iiſque animos addere, ac dedecus, ut rebatur, ſuum prodere poſſent, qui tot tamque atrocibus modis eos oppugnaſſet, eſſetque etiam ab infitma ætate ſplendide ſuperatus; conquiri omnia flammiſque abſumi mandarit. In cujus crudelitatis ultionem factum id divinitus videtur, ut cum plurima adverſus barbaros, per ſe ac Maximianum Herculeum collegam, Maximianumque Armentarium & Conſtantium Cæſares bella geſſerit, aibil fere nunc de iis eatet, niſi in neſcio quo Breviario hiſtoriæ Romanæ Sexti Aurelii Victoris, aut Eutropii, ac Vitis nonnullis Sanctorum; abolitis quæ de iis ſcripſeraut, & fortaſſis non ſine vaniſſima adulatione, hiſtorici Gentiles.

ſæpi e eſt caſuale contra ſcribit

multa poſſ. ea combuſta.

CAPUT

CAPUT II.

Multa aliorum Sanctorum Vita latent. Pro utriſque opem reguntur eruditi lectores.

Confeſſorum Vitæ multo adhuc latent,

COnfeſſorum multorum ſcriptæ ab egregiis auctoribus Vitæ, Athanaſio, Ephræmo, Gregorio Nyſſeno, Hieronymo, Gregorio Magno Papa, &, quem jam aote citavimus, Audoeno, aliæque ab aliis. At plurimorum ſcriptæ oon ſunt: multorum ſcriptæ ſunt qoidem, ſed poſtea perieruot, aut latent in ſcrinis ac bibliothecis quorumdam. Et bis quidem nos laudem tribuimus, quod eas ſtudioſe aſſervent, & fortaſſis non exiguo ære ſtudioqua compararint; ſed nequimos ſimul non iis ſubiraſci, qood publicoeas iovideant. Quis enim fructus eſt ita abſconditi theſauri, qoem forteitum incendium, aut ipſorum ſtolidus aliquis hæres diſſipabit, vetuſtas ipſa certe ſiteſque eonſumet? Si edere eas nolint, aliis communiceot, nihil interim perditi: nam & ipſis ſuum remanebit autographum, & quod inde deſcriptum vulgabitur exemplar, magnas afferet lectoribus utilitates.

Nihil ſuppreſſos

Quæ cum ſcribimus, tanto majorem nos habere gratiam profitemur iis, qui Vitas ejoſmodi ad nos miſerunt, aut ſuos ad eas deſcribendas codices commodarunt. Multas tamen nobis adhoc deeſſe perſpiciet lector, vel ea voluminibus, quæ jam vulgavimus: quem per Sanctos, Deumque ipſum, qui honoratur in Sanctorum honoribus, obteſtamur, ut ſi quid de Martyribus æque ac Confeſſoribus, penes ſe eſſe cognoverit, nobis ignoratum, dignetur pro ſua humanitate communicare, aut ſi quid minus recte aſſecuti ſimus, mutare. Si de aliorum Sanctorum Actis dubitat an ea habeamus, (neque enim adhoc poſſumus accuratum omnium catalogum texere), nobiſque id brevi epiſtolio ſignificet; confeſtim quid de iis Sanctis compereti mus, perſcribemus, ut ſtatuere poſſit, nobis deſint necne, quæ habet. Labor quoque ſumptuſque minuetur, ſi pauculas ex initio Vitæ cujuſque, aut etiam Prologi, lineas adſcribar, aliquot ea fine verba, & quanta Vitæ totius ſit moles, ſignificet: tunc eoim nobis facillimum erit conjicere, an eadem penes nos ſit, nu fruſtra fortaſſis deſcribatur. Atque illud tamen commodi eveoiet, ut ſi quid in noſtro exemplari mendoſe ſcriptum videatur, illud ſaltem, ſi integram Vitam opus non ſit, petete poſſimus. Simili nos beneficio pridem complures & geuere & eruditione clariſſimi homines affecere.

Rogantur lectores ut quæ habeat communicent,

Sæpe ſi quid ſuus ſcripta didicere.

At ſi quis Acta quidem ejuſmodi nulla habeat, noverit tamen uſpiam Sanctos aliquos coli, ac populorum concurſu celebrari; gratificabitur is qooque nobis, ſi indicarit, & qua ratione ad plaoam eorum notitiam pervenire valeamus; an quid de iis in hiſtoriis ſcripteſque aliis tradi didicerit; au fama populique ſermonibus quidpiam de iis jactati.

Nequu iſta ſolum de Sanctorum geſtis monumenta avide conquirimus, ſed vetera quoque Martyrologia, in quibus ſæpe Sanctorum multa adſcripta nomina, alibi ignotorum. Eſt anim nobis profecto perjucundum, ſi, cum iu vetuſtis, quæ habemus, Martyrologiis multa ejuſmodi nomina Sanctorum recenſeantur, ea alibi quoqu reperiri intelligamus, ut tanto majos robur auctoritatemque obtineaut, quæ de iis io luccm damus. Quia tameu, iu quæ quis incidet vetera Martyrologia, ea fortaſſis omnino conſimilia ſunt uoſtris, ut ſatis ſit ea invicem conferre, & nou integra deſcribere oporteat, illud rogamus, & diem unum alterumve, præſertim e Martio aut ſequentibus meuſibus, curet, qui ea nactus eſt, deſcribi, & ad nos mittat.

Vetera ſolum Martyrologia.

Deuique quidquid eruditus & prudens lector ad abſolutionem operis ooſtri, plenamque de Sanctis notitiam pertinere eiſtimabit, id ſuggerete pro ſua boni publici ſtudio dignetur.

Memmerit tamen, quæ ita repererit Acta Latina, percupere uos, ut ſcripta ſunt, ſtylo eorum qui illa compoſuerunt religioſe teteoto, qoantumvis inculto & agreſti. Id autem propterea tam ſollicite rogamus, quod omnino ea nobis ſedet ſenteotia, plerorumque eruditorum calculis confirmata, edi ſemel oportere Acta Sanctorum, prout ſcripta primum fuere, ne lima Veritati quidquam adſcititiæ formæ affingat, neve antiquitati ſuus detrahatur cultus. Uſque adeo certe in majorum ooſtrorum pictis imaginibus ac ſtatuis, amictus quidam obſoletus, peneque ruſticanus, placet, ut quiddam habere venerationis videatur. Neque ſi pictor aliquis aut ſtatuarius habitum, quo nuoc noſtrates utuntur, adumbrare multo elegantius poſſit, quam veteres illæ effigies repræſentent, parem tamen ullo modo relaturus ſit artis ſuæ admiratioouem ac laudem. Cur autem id nos præcipue affectemus, ſuſe alibi dictum. Eſſet alioquiu fortaſſe nobis haud paullo facilius ac jucundius, quod ante annos fere centum Laureotius Surius, magna omnium Catholicorum approbatione fecit, nobis ſtylo geſta Sanctorum enarrare. Non opus tunc eſſet tot codices evolvere, & invicem conferre. Fas etiam foret, quæ paradoxa minuſque probabilia videreotur, præterire. Diſputationes de Sanctorum ætate, loco natali, Vitæ eorum ſcriptore, perſtringi breviter io ipſu conteetu narrationis poſſent. Denique citius longe opus hoc expediretur: nam facilius arbitramor, ſtylo noſtro hiſtoriam aliquam componere, quam eamdem ſemel deſcribere, & cum aliis ſca aot ſeptem exemplaribus conferre, ut alia omittamus perplura, ſane quam moleſta.

Acta SS. edimus ut primum. Jurpra.

Facilius ipſos noſtro ſtylo eo componere.

CAPUT III.

Ordinata in hoc opere cuncta. Ejus iterum commendata lectio.

QUamquam, farrago hæc ita collectarum (ut diximus) Vitarum, quæ vario olim ſtylo eooſcriptæ fuerunt ſæpe incompto ac rudi, chaos quoddam ac moles indigeſta exiſtimari cuipiam queat; non ita tamen ſe rem habere deprehendet, qui legendo ſeſe peofuodius io hanc ſilvam, primo licet aſpectu horridam, immiſerit. Dedimus enim operam, ut omnia ſcite & accommodate collocarentur, tamque multa adhibuimus ad ſublevandum lectorem, nihil ut eum magnopere morari, aut tædium ei afferre poſſit. Adeam rem facit, non modo Sanctorum io ſuos dies apta diſtributio, quibuſdam ad alios, ad quos potius ſpectare videbaotur, rejectis; utrobique ætatis, qua vixerunt, habita ratione, meoſumque & dierum ſerie obſervata; ſed præfixa dein Vitis ipſis Prolegomena, in quibus ætas eadem, eeteraque temporum ratio inquiritur, atque idoneis characteribus probetur ac ſtabilitur: tum quibus Sancti nati ſint aut mortui locis, qui eorum Vitas compoſuerint, unde ad noſtras ex pet veoerint manus, indicatur: atque omnino quidquid ad eorum geſta eeplananda, bonoremque amplificandum pertinet, a variis hiſtoricis depromitur. Ut autem ſatietati occurratur eorum, qui facile, atiam iu amœniſſimis narrationibus, ſi longiuſculæ ſint, faſtidiuot; percommoda peragraphorum & capitum diviſio eacogitata, ſi erat a primis auctoribus neglecta aut non ſatis eouciuna proportione deſcripta: eadem quoque variis interciſa oumeris; tum compendia omnium, quæ oarrantur, in marginibus appoſita: aunotationes item, ſi quæ obſcura ſint, aut non cuivis obvia, ſi variantes alibi lectiones. Ad memoriam quoque adjuvandam eorum, qui lecta requirent, aut ſeligere ex iis quidpiam volent, ſeni tomis ſingulis additi Iudices: appeodices item adiectæ,

Ordo in hoc opere obſervatus.

conſultum commodo lectorum.

tum Vitarum, quæ ſerius, excuſo jam, ad quem pertinebant, die, ad nos allatæ; tum correctionum ac retractationum, ſicubi nos aotea conjectura fefellit, aut non ſat fida manu exaratus codex; erroremque poſtea dedocti ſumus.

Hæc omnia, quia ſunt fuſe in prioribus tomis, ac præſertim in Præfatione ad Januarium, expoſita a nobis, ratioque omnium reddita; nihil attinet hic denuo repetere. Prudens lector ea facile, cauſſaſque omnium aſſequetur. Qui tamen prius dicta percurret, illud etiam intelliget, quamobrem quandoque Sancti unius plures Vitas edamus: tur neceſſe ſit, non Græcas ſolum, ſed & barbara lingua conſcriptas Vitas Latine vertere: eur ſubtimide quaſdam Scotticorum Hibernicorumque Sanctorum Vitas, atque etiam Armoricorum, uperi noſtro inſeramus, multis conſulto prætermiſſis: tur Chronica quædam recens vulgata ſub veterum & probatorum ſcriptorum Dextri, Maximi, Luitprandi nominibus, interpolata ſuſpicemur, aut omnino ſuppoſititia, ar raro iis niti audeamus: eur abſtineamus quorumdam Sanctorum (ut eos ſui generis indigetant) rummemoratione, quorum nuper retecti tumuli: quid in nationum quarumdam noviſſime concinnatis Faſtis, inque nonnullis religioſorum Ordinum Menologiis ac Martyrologiis requiramus: quanto nos ſtudio ac labore omnia, quæ ab aliis traduntur de Sanctis perveſtigemus, diſcutiamus, trutinemus.

hæc aliaq; fuſius alibi explicata.

Quam porro varíam ac multiplicem horum Actorum lectio afferat utilitatem diximus alibi ſæpe; adeoque inculcavimus. Tria utilitatis ejus genera, ad extremum iteratu communſtrabimus, ipſorum Sanctorum exemplis confirmata. Revocat enim legentis animum, velut injecto fræno, ab ſordis vuluptatibus, atque inanis gloriæ ſtudio: alius incentivum eſt quoddam heroicorum auſuum, menies eorum ad ſublimia deſideria ſuſcitans: multis copiam ſuppeditat earum rerum, quibus inflammare alios ad ſancta upera, tum privatis colloquiis, tum publicis e ſuperiore loco ſermonibus poſſint. Diximus ſæpe, neque oblivíſci unquam poſſumus (niſi enorme ſubire crimen ſummę adverſus Deum ingratitudinis velimus) Societatis noſtræ Fundatorem Ignatium, a profana militia ad Chriſti caſtra, & hanc conſcribendam, ejuſque ſervitio mancipandam legionem, traductum, Vitarum Sanctorum lectione, &, quod mirum magis, alio fine ſuſceptæ. Eam converſionis ejus occaſionem modumque ita commemorat Joannes Petrus Maffejus noſter lib. 1. illius Vitæ c. 2. *Cum affixat lectule Ignatius*, (ſecto, quod ſub genu, ex vulnere in Pampelonæ defenſione arrepto, male curatum prominebat, uſſe) *fallendi temporis cauſſa profanam quempiam librum popoſciſſet ex iis, quos untea per otium lectitare conſueverat; Divino plane conſilio factum eſt, nullus ut ea tempore domi libere eſſet ejuſmodi: at vero longe meliores alii duo reperti ſunt, Hiſpanice ſermone conſcripti; quorum alterius*, Vita Christi, *alterius* (quo ſelecta virtutum exempla continebantur) Sanctorum Flores, *erat inſcriptio. Eo videlicet lectio ſalutis initium arripuit homini. Dum enim oblatos ſibi libros, variis locis, quaſi aliud agens, delibat; ſenſim capi cœptas eſt pulchritudine eorum, quæ ſcripta reperiebat: atque adeo inter ipſum lectionem, ubi quidpiam inſigne cognoverat, ſubſiſtere, ſecum ipſe deliberans: Quid ſi præclarum hoc S. Dominici facinus, quid ſi hoc S. Franciſci, Deo fretus aggrediar? Neque vero, cum hæc & alia ſibi multa proponeret, res occurrebat ullatam ardua, tamque difficilis, quam non perficere ſeſe poſſe generoſa quadam alacritate confideret.*

Utilis horum Actorum lectio.

quibus S. Ignatio converſionis occaſio fuit.

etiam ſolum videndi erit nonſa ſuſceptæ

Hunc illa lectio ad ſtudium virtutis traxit: alios ad ſublimia deſideria, mirabili quodam ſancti Spiritus impetu, rapuit. Ita de fortiſſimo Martyre Anaſtaſio Perſa memoratur illius Acta, ex veteribus Latinis codicibus 22. Janu. a nobis edita, t. 2. n. 13. *Aſſidue autem legebat in cella ſecretius certamina vel agones ſanctorum Martyrum, quotidie lacrymas effundebat, & cogitabat atque æſtuabat ſecretius in corde ſuo, hoc deſiderio accenſus, ut cum Dominus ad martyrii palmam vocare dignaretur: quatenus eum dignaretur fieri ſocium ſervorum ſuorum, qui pro ejus nomine paſſi ſunt, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Additur in altera Vita e Græco MS. *Hoc vero cognovimus nos, cum fortitudinem admiraretur Sanctorum, nihil prope legere aliud voluiſſe, quam qua hanc incitatis deſiderii flammam alerent.* Non eſt quidem vulcutis, neque turrentis, ut pervenire ad bravium martyrii poſſit; qui tamen in eo deſiderium hoc ſua gratia accendit Spiritus, ſi non ſimile, aliud certe virtutis ei decus, ac ſaltem bonæ illius vuluntatis præmium, largietur.

& S. Anaſtaſii Perſam ad martyrii deſiderium excitavit.

B. Joannem Gorzienſem Abbatem ſcribit in ejus Vita 27. Febr. t. 3. n. 18. Joannes Abbas monaſterii S. Arnulphi Metis, *geſta Sanctorum, ſi qua ſunt, memorabilium*, ita ſtudioſe legiſſe, atque ex iis *tantam concepiſſe notitiam, ut quoties poſtmodum ei opportunitas forte acceſſiſſet loquendi, ac ſi præ oculis liber adeſſet, a prima uſque in extremam ſententiam, ex ordine, tamquam viſa perſequens veſtigia, verbis communibus univerſa revolueret.* Et c. 9. n. 84. *Non inter hæc Vita, converſationes, vel dicta quorumcumque Sanctorum, peculiari ſtylo de eis conſcripta, eum præterierunt. Quippe qui ex ipſis in uſum prope converſationis aſſumpſerat, Antonium, Paulum, Hilarionem, Macarium, Pachomium, & reliquos eremi ſectatores. Tum Martinum, Maximum, & ſanctiſſimum Epiſcopum Germanum, ad hoc & quoſcumque artioris vitæ prælegerat, ſi tempora paterentur, forſitan attentare moliretur: quod utique ex ea, quam arripuerat, caſtigatione dabatur conjicere. Quem tamen etſi in laboribus corporis diſparem, in virtutibus animæ non fere alium magis ipſorum æmulum noſtram vidiſſe ætatem, certo proferre non trepidaverim. Joannes cujuſdam Alexandrini Patriarcha, quem Eleemonem cognominant, uſus pene memoria retineas, in omnibus fere ſermonibus. cum grata & amica dulcedine, reducebat, audientiſque ex eo multa attentionis ſuavitate retinebat.*

& B. Joannis Gorzienſis magnam plurium colloquiorum copiam ſuppeditat.

Atque iſtæ quidem privatu ſtudio ſuſceptæ lectionis fuere utilitates. Copioſior ſæpe amphorqua fructus ex ea exiſtit, quæ in plurium conſeſſu, anagnoſte uno recitante, cæteris attendentibus fit: ut in quibuſdam religioſorum congregationibus in Capitulo, ut vocant, atque aliis quibuſdam locis & temporibus, apud omnes vero in trilinio ſuper menſa. Qua de lectione præclari ſunt e quibuſdam noſtra ætate libri & tractatus conſcripti, etiam ad excitandam ejuſmodi anagnoſtarum induſtriam ac diligentiam. Præclarum eo in genere fuit, quod de S. Stephano Ordinis Grandimontenſis Fundatore, retulimus 8. Febr. in ejus Vita ab Geraldo Iterio, ſeptimo Priore Generali Ordinis, conſcripta, cujus 4. c. n. 26. iſta habentur: *Poſtquam vero diſponente Deo diſcipulorum ejus grevis numerus, non quaſi unus ex illis in illis fuit eſt, ſed minor omnibus illis. Nam ſicut conſuetudo religionis eſt, in refectorio ad menſum ſedentibus & reſidentibus illis, ille humiliter humi reſidebat, legendæ Passiones Sanctorum, vel Vitas Patrum, vel aliam adificantem ſcripturam, ut corporum alimenta ſumentes, illius ſententia recrearentur: Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit ab ore Dei.*

S. Stephani Vita ad mil. fere ab ejus obitu Toſſeſa ap. SS.

S. Eutropii Nertobrigensis Episc. *mentio fit in chronico Marii Maximi ad an.* 418. *Ab eo Paulum Orosium in Africam missum ad S. Augustinum suspicantur Roderici Caræi in Notis ad Maximum & Joan. Tam. Salazar, qui enim ad hunc diem Mart. Hispanico inscripsit. De ea legatione agit Baronius to.* 5 *annal. ad an.* 414. *n.* 12.

S. Ronanum Episc. Scotum *scribit Dempsterus in historia Eccles. gentis Scotorum coli hoc die, anno* 603. *vixisse, adversum ab eo Ronano, qui (ut scribit Beda lib.* 3. *cap.* 25.) *in synodo Pharensi anno* 664. *Catholicam Paschæ observationem defendit. Sed* Ronanum Scotum *ac* Romanum de Cautia Presbyterum, *ambos Catholici moris acerrimos defensores, unum eundemque facit. Nos neque illum Dempsteri Ronanum novimus, neque an alter, Beda laudatus, inter Divos censeatur. De hoc, aliisque ejus nominis egimus 6. Febru. in Syllabo Prætermissorum.*

Oilanus Episcopus de Rath-Ossain juxta Arhrumiam, *inscriptus ad* 17. *Februarii nonnullis Hiberniæ fastis, dicitarque floruisse anno* 685. *Addit Colganus, ex ejus nomine locum* Rath-Oilain *appellari: aliamque ab eo esse Oilanum inter socios S. Lomani infra numeratum.*

S. Medanum filium Fechinæ *coli* 17. *Februarii tradit Colganus in Actis Sanctor. Hibern.* 12. *Martii ad Vitam S. Dogani annot.* 12. *Sed ad hunc diem ejus non meminit.*

Pa-

Patricius Offiasius, Lurecus, Cuanachi F. Cœlus-Ochtea, Ædus, Ædus altee, Ædus teetius, Cormacus Ep. Conanus, Comenus Ep. Lactenus Presb. Oſſanus, Sasanus, Conallus Colmanus, Loctanus Ep. Finſecha Virgo, } *recenſetur ad hunc diem in martyrol. Tamlactenſi in Hibernia, dicuntarque* Athrumiæ *requieſcere cum Ss.* Lomano Athrumenſi Epiſcopo & Forrcheeno, *de quibus agemus infra hoc die, deq; hiſce ſociis. Hæres tamen hic nobis obſcuritas quædam, an ii omnes ut Sancti hic adſcripti, an ut Magnates, quibus apud ſanctos Epiſcapos expetita ſepultura, aut honoris gratia ultra data. Dein ſi vere Sancti affirmentur ſatisfactum uni illi mart. fideve? Colganus de omnibus prætarquam* Cœlo-Ochtea, *agit hoc die: cenſet tamen*, non omnes uno die deceſſiſſe è vita, nec natalem eorum, ſed aliam feſtivam memoriam hac die celebrari. *Poſt Acta* Ss. Lomani & Forcheeni *de ſingulis brevuer diſſeremus, neque alios adjungemus ex Germani & Tamlactenſi mart. quos omiſit Colganus, ratus ſorte Cœlbet minime habendos, nec tacitam eorum martyrologiorum fidem eſſe.*

Lubticus *quidam* Metenſis clericus, *adeoque ut ſcribit Claudini Roberius, illius Eccleſiæ Cancellorius*; ex majoribus *certe* ejus patribus Metenſium Eccleſiæcum, qui e Primoribus ducebat originem, (*ut ex vetuſtis aliis in Herimanne* 51. *Epiſcopo habet Mearisſius*) *multa ab* Henrico *IV. propter Eccleſiæ Catholicæ defenſionem perpeſſus, tandem eam ſociis aliquot in locum a turbis remotum ſeceſſit, ubi monaſterium Canonicarum Regular. Ord. S. Auguſtini ædificavit, quod* Montis S. Petri, *vel* S. Petri ad montem *dicitur. Ferrarius* B. Leubricum *appellat, & hoc die in generali catal. Ss. locat: abſtinere cenſuit Meurisſius & Claudius Robertus.*

Galdricus avunculus S. Bernardi, *primaſque ejus in religioſo propoſito ſectator, antea dominus caſtri Tullii in ditione Æduenſi, inſcriptus Menologio Ciſtercienſi Chryſoſtomi Henriquez, & mart. Gallicano Sanſaii, cum* Beati *titulo*: Sanctum *vocat Goſcherotus rer. Lingonic. part. 2 cap. 4. Non videtur publica ſanctitate, aut immemorabili popolarum pietate, is illi honos attributus.*

Feowinus Abbas Salemenſis *in Conſtantienſi diœceſi Ordin. Ciſtercien.* Beatus *prædicatur ab eodem Chryſoſt. in Menol. Gabriel Buchinus Germania ſacra par. 2. verum ſeligioſiſſimum vocat.*

Lucas Belludus, *vir doctus & ſanctus ex ordine Minorum, S. Antonii Patavini diſcipulus, ſepultus Patavii in ejuſdem Divi magnifica æde intra ſacellum S. Andreæ, tumba incluſus marmorea*, Beatus *nuncupatur a Bernardine Scardeonio lib. 2. claſſa 6. traditurque* claruiſſe innumeris miraculis. Beatum *itidem prædicat, cinata Scardeonii auctoritate, Angelus Portinarius in Felicitate Patavina l. 9. c. 9. Wadingus tom. 2. annal. Minor. ad annum* 1269. *num. 9. Arturum a Monaſterio in mart. Franciſcana ad hunc diem, Gonzaga & alii. Hunddus nobis expioratum, an aliquis ei publicus cultus ab Eccleſia delatus.*

Alexius Falconerius, *unus e ſeptem primis fundatoribus Ordinis Servorum B. Mariæ, anno* 1310. *ætatis* 110. *die* 17. *Februarii pie obiit. Michael Florentinus in chronico Ordinis ad eum annum, Archangelus Gianus in annal. centur. 1. lib. 6. c. 9. Philippus Ferrar. in generali Catal. Ss.* Beatum *abſolute nuncupant: at usu indicum, ſitne id Sanctæ Sanctæ auctoritate jancitum, an longiſſimi temporis uſu comprobatum.*

S. Conſtantia Virgo, *Conſtantini Magni Imp. filia, hoc die refertur a Conſtantiae Felicia, & Franciſco Feuvnarii* Tom. III. *Loherio in Menol. Virginum: colitur* 18. Febr.

S. P. N. Auxibn *ſit hoc die in Menais Græcorum & Maximo Cytherao* commemoratio. *Epiſcopus Solenſis fuit in Cypra, de quo cum mart. Romana agemus* 19. Feb.

S. P. N. Theoctesiſti *conſignata in iiſdem Menais & Cytherae ad hunc diem memaria. Confeſſos eſſe videtur, S. Nicetæ diſcipulus, de quo eadem Menæa, plureſq; alii* 27. Martii.

S. Lambertus Epiſc. Lugdunenſis *refertur hoc die in mſ. Kalendario Sanctor. Ordinis S. Benedicti. Colitur* 14. April.

Euſebius martyr ſub Diocletiano, *nominatur in Kolendario Copsico mſ. Quidam* Euſebios (*an hic, veſcia*) *cum* Neone *aliiſq; martyrium ſub Diocletiano ſecit* 24. April.

S. Quirillus Teajecti ſuperioris Epiſcopus *refertur hoc die in recenti quodam ſcripta Carthuſia Bruxellen. Ab alii ponitur* 30. Apr.

Hippolytus Presbyter, Sabinus, Romulus, } Martyres Atsipaltæ in Hirpinis 17. Febs. *Ita his ipſis verbis Ferrarius in Indice topographica ad tabol. Ss. Italia. Ad hunc vero diem in ipſa cataloga manet*, S. Hippolyti & ſociorum, de quibus 11. hujus actum, paſſionem eſſe refesendam. *De* Ss. Sabino Ep. & Romulo, *non martyribus, egimus* 9. *Febraerii. At* S. Hippolytus, *vel potius* Hypolitus, *colitur* 1. Mart.

S. Silvius Toloſæ Epiſcopus *fuit ante* S. Exuperium, *qui anno* 400. *vivebat. Illius* depoſitioni faceam eſſe diem 17. Febeuas. *ſcribit ad* 31. Maii *Sanſajus in martyrologio Gallicano: qua tamen die nec ipſa, nec alius illut, nomen ejus adſcriptum exhibet, ſed* 31. Mau.

S. Proculi militis mart. } *repoſita hoc die in*
S. Proculi Ep. Interamnenſis mart. } *nova area marmaree ſuare corpora anno* 1390. *ut in Commentariis de Eccleſia Bononienſi ſcribit Ceſſus Faleanius l. 1. pag. 55.*

De S. Proculo milite mart. *agemus* 1. Jun.

De S. Proculo Epiſcopo 1. Jun. *vel* 1. Dec.

B. Iſſidus Raceburgenſis Ep. ex osdine Pſæmonſtratenſi, *conjunctus eſt ab Andrea Sanſaja in eorum Sanctar. catal. qui proprios natales non habent: quem præterea vult ad* 17. *Febr. referri, ac* B. Evesmodo *conjungi, nti & in catal. topographico monnerat. Adſcriptus eſt in Natalib. Chryſoſtami Abbatis* 15. Jun.

S. Lupiani conf. translatio *hoc die a Sanſaje, Bellino, Geſuino, Ferrario, Maurol. aliiſq; memorato, ut qua Claremante Arvernorum recolatur. Ignotus hic nobis* Lupianus, *uſi is ſit quam alii exhibent* 1. Julii.

S. Pantaleonis medici ac martyris translatio *in mſ. Flarario, hoc die dicitur facta anno* 1243. *Solenni cultu celebratur in Breviario Mat. rabuo anno* 1502. *evuſo. De ea nos agemus.* 27. Julii

S. Auguſta Virgo *hic memoratur in recenti mſ. Carthuſia Bruxellen. De ea dicetur* 28. Jul.

S. Dachounæ, *vel* Machonnæ, *mentio ſit in Vita* S. Attractæ *Virg. 9. Febr. Ad quam Vitam adnotat Colganus*, Dachonnæ *dicatam eſſe eccleſiam parochialem in diœceſi Cluanfertenſi, deque eo agere Martyrologus Hibernus 17. Febr. cujus tamen ipſa hoc die non meminit. Legitur quidam apud Marianmum Gormonum* Dachonna filius Oran, *& in Tamlactenſi* Dachonna filius Odram. *Aget forſan de eo Colganus, quando eum ait verum celebrari* 6. Sept. *aut* 16. Nov.

S. Maeciani, S. Pulcheriæ, } religioſorum Auguſtorum commoratio *in magna eccleſia Conſtantinopolitana peragitur hoc die, ut habent Menæa & Maximus Cytherant. De iis agemus, quando cum iiſdem Menæis. Martyrol. Romanum* S. Pulcheriæ *memoriam conſecrat* 10. Sept.

A S. Dionyſii Apoſtoli Pariſiorum & mart. ſociorumque Ruſtici & Eleutherii, translatio, *ſeu* repoſitio Reliquiarum *aliqua hoc die facta memorantur a Maurol. Ferrario, Sanſajo. De ea nos* 9. Octob.

S. Benigni Presbyteri & mart. *gemina refertur hoc die in mſſ. Florario* translatio: *prior a civitate Divionenſi ad Lingonenſem anno* 894. *ob metum Normannorum: altera, cujus & Mart. Colonienſe, Caniſius, Greven, Gelenius meminerunt, ad montem Sibergenſem anno* 1073. *De utraque agemus, cum ejus Vitam dabimus* 1. Nov.

S. Theodorus Tiro, *Amaſea martyrio coronatus, hoc die refertur in Graecorum Menologiis & Menais, itemque a Molano, Galeſinio, Ferrario, & aliis. De eo agemus cum mart. Romano* 9. Novemb. D

S. Menas Callicleadi mart. *inventas reliquias tradunt Menaea hoc die, & Maximus Cyberaeus.* Καλλικλεάδου *dicti monet Raderus in mſſ. Notationibus ad Menaea ab elegantia vocis: eum autem eſſe qui colitur* 11. Nov.

Odo Suprior Clarevallenſis *refertur hic ab Hugone Menardo &* Beatus *appellatur*, Sanctus *a Sanſſ. Diſquirendus an alterutro ex titulis debeatur, ubi Menolog. Ciſtercienſi Chryſoſtomi adſcriptus*, 18. Novemb.

DE S. MARIAMNA

SORORE S. PHILIPPI APOSTOLI,

VIRGINE APOSTOLICA,

I. B.

Commentarius hiſtoricus.

1 SECUL. CHR. XVII. FE. B

Poſtolicit laboribus, toleratiſq; pro fidei confeſſione tormentis conſpicuam Mariamnam *Virginem, Latinorum Faſti ignotam, venerantur Graci* 17. *Febr. quo die illhac leguntur in eorum Menais*: Eodem die memoria S. Mariamnæ ſororis S. Philippi.

S. Mariamna colitur 17. Feb.

Terram reliqueus Mariamna Virgo
Natum ex Maria Virgine Chriſtum videt.

Poſt Chriſti aſcenſionem, S. Philippum cum Bartholomæo & Mariamna ſorore ſua Hierapolim venit. Et quod verbum Dei publice prædicaret, ſuſpeatur: extinctuſque eſt, Deum rite peecatur: unde ſubito Proconſul, quiqua ei aderant, terra abſorpti ſunt. Ceteri perterriti, S. Bartholomæum & S. Mariamnam, qui & ipſi e furca pendebant, obteſtati ſunt, ac eadem, quæ Proconſul, paterentur. Ii S. Philippum peo illis orasaat: qui illos, ne abſorbereatur, ſervavit, & alios ex hiatu reduxit, præter Proconſulem: quem cum vipera, in ea voragine reliquit. Tunc ſoluti ſunt Bartholomæus & Masiamna: atque ille quidem in Indiam felicem profectus, actus in crucem, ad palmam pervenit. Mariamna autem io Lycaoniam diſceſſit, ibique Chriſtum prædicans multos baptiſmo abluit, ac taadem in pace quievit. *Hactenus Menaea. Eadem Maximus Cyberaeus in Vita Sanctorum, & Franciſc. Laberius in Gallica Menolog. Virginum.*

furor & ruinæ S. Philippi Apoſt. cum ea ſuſpenſa,

dein liberata.

2 *Ut ea quæ de vipera dicuntur, clariora fiant, adjiciemus quæ Nicephor. Calliſtus l.* 2. *hiſtor. Eccleſ. c.* 39. *de S. Philippi martyrio ſcribit.* Philippo & Bartholomæo Syria ac ſuperior Aſia, ſorte obtigere: in quarum univerſis urbibus, fidei jactis fundamentis, templa conſtruxerunt, Sacerdoteſq; iis præfeceruat. Philippus autem peragratis Aſiæ urbibus, Hierapolim Phrygiæ pervenit, civitatem opulentam ac celebrem, ſuoq; nomini apte reſpondeatem, adeo autem idolis deditam, ut eriam viperam (impurum animal ac venenoſum) ſacrario incluſam, magnifico cultu, velut aumea aliquod, hoaoraret, & ſacrificiis quibuſdam foveret, illiq; mirifice devota eſſet. Sed cum Apoſtoloruna cum ſorore ſua Mariamna, (quæ eum comitabatur, ac dudum virginitatem ſervare peromnem vitam conſtituerat) illuc veniſſet, ſtatim idolorum cultum ea regione eatinctus eſt, & inſolentia commorantium ibi dæmonum labefacta. Siquidem vipera illa, quæ deur quidam habebatur, ea domicilio ſuo erupit, & quaſi ab ardente igne peofugit, pudorque iis injectus, qui ejus antea adeo ſtudioſi extiterant.

Hierapoli equitis idolis,

3 Ceterum cum quamplurima a Philippo & Mariamna miracula edesentur, ſeditio in multitudine eaorta eſt. Alii Deo Philippi & Bartholomæi adhærebant (erat enim Bartholomæus ex propinquo in auatilium Philippi ſubmiſſus a Deo) alii præceptam animo, dæmoniacam ſuperſtitionem mordicus tuebantur. Atque hi conjuratione facta, cum impetu io Apoſtolos irruunt, ac Philippum arripiuot, & tamquam victimam quamdam ad columnam capite ſaſpenduot, Bartholomæum autem directum ligno alligant in formam crucis. Cum hunc in modum Sancti crudeliter tractarentur, ad preces conversi ſunt. Ceſſit autem ſtatim locus, io magnam altitudinem ſubſidens, ac ſimul multitudo demergebatur, totique usbi periculum immineb at. Ibi qui reliqui erant, ſcorteates perniciem eam & cladem, ultioaem eſſe injuriæ, quæ ſacris Chriſti miniſtris erat illata, cooſeſtim omnes Chriſti fidem ſuſcipiunt. Et Bartholomæus quidem vinculis ſolutus eſt, ac Philippum generoſe martyrio perfunctum ſepulturæ tradidit. Dein urbe univerſa fidei lumine colluſtrata, ac Chriſto dicata, aliquanto poſt tempore Urbanopoli in præfectura Ciliciæ in crucem denuo actus, ad unice deſideratum Chriſtum migravit.

perfectorum vera ſubſtituta puniſſi,

convertuntur,

4 *Iſta Nicephorus. De S. Bartholomæi nectis modo ac hac agemus* 24. *Auguſti, de S. Philippi, Kalend. Maii. Hunc quidem omnes aſſerunt Hierapoli eſſe interemptum: ſed quod anno Æra vulgaris* 54. *id ajunt quidam contigiſſe, non omnino certum eſt. Habetur id quidem in nonnullis Euſebiani chronici exemplaribus, verum deeſt in pluribus. Baronius ad an. Chr.* 54. *negat Hierapolitas viperam coluiſſe, quin Euſebius l.* 2. *Præparationis Evangelica c.* 4. *alios Phrygum deos deſcribus. Non c.* 4. *ſed* 2. *duos indicat Phrygum deos, Cybelen & Attin, qui Peſſinunte potiſſimum divinis honoribus & ſacrificiis colebantur: alii ubi, atque ibidem quoq; colipotuere. Quos in Trojani belli ſcriptoribus dii nominantur, apud Phrygas celebrati! Belus erat Babylonius Deus: nonne & draco quoque ab Daniele interfectus?*

opera ſuper nonnulli habita,

5 *Qua ſcripſit de S. Philippo Nicephor. uscumque congruunt cum Actis ejuſdem Apoſtoli apud Metaphr. ubi fere eadem traduntur de cultu, qui ἐχίδνῃ qui appellatur*, peodigioſæ cuidam viperæ *habebatur, quam tamen precibus interfectam ait, non ultra effugiſſe. De S. Bartholomæo autem & S. Mariamna iſta habentur?* Sed eum illo tempore Bartholomæus quoque divinus Apoſtolus ſimul cum eo verſaretur Hierapoli, & ſimul prædicaret Evangelium, quomodo prædicationis, ita etiam perpeſſionis ſit ei ſocius: & illo a talis ſuſpenſo, ut diximus, ipſe cruce coademnatur. Porro autem ſoror Mariamna, quæ non minus erat una mente quam natura, quæque Virgo erat & corpore & animo, patienti quidem fratri Philippo aderat; perpeſſionem autem, quoad ejus fieri poterat, voluntate & animi propoſito ſimul attrahebat, & cum eo paticbatur.

proſibus miſſa, vel fugata.

Mariamna ſtatui in cruce monumenti adfixa.

A 6 *Ac poſtea de* S. Philippi *morte & ſepultura ita loquitur:* Unde etiam in ligno ſublima pendens, cum iis qui erant in civitate, de iis quæ erant ipſis futura utilia, toto die diſſerebat, & fiducia ad Dominum confirmans eorum animos, & pro iis ſupplicans, ſacroſanctæ cum ſanctis acceſſit eloquiis, & migravit ad eum, quem dilexit, Dominum, cum in manu ejus ſuam depoſuiſſet animam. Pretioſum autem ejus corpus a Bartholomæo & Mariamna ſancte elatum, & quæ in ſepultura de more fiunt, præclare aſſecutum, cum ſacris hymnis & honoribus in loco inſigni & ſacro eſt depoſitum quartodecimo Novembris.

cum Chriſtiane ſepultus.

7 Bartholomæus autem & Mariamna, cum brevi tempore in eo loco manſiſſent, & pretioſis bis reliquiis hymnos & honores tribuiſſent, & rurſus præclarius ac firmius eos qui aderant in fide confirmaſſent, in ſuam patriam redierunt, prædicatores Chriſti Evangelium. *Quod dicuntur in patriam reduiſſe, Græce eſt, εἰς τὴν ἰδίαν* ad propria, *ſive* ad ſua, *ut ea videlicet quæ illos agere Spiritus ſanctus jubebat. Supra dicitur Mariamnæ in Lycaoniam viſſe ibique in pace quieviſſe. In Latinis nullis S. Philippi nulla ſororis mentio fit, ſed duarum filiarum Virginum, quæ apud patrem ſepultæ ſint. Suo loco inquiremus, an non id ex S. Philippi Diaconi nil ita ſumptum videatur.*

AUCT. l. 8. D *& hymnis honoraſſet.*

in Lycaonia moriatur.

DE S. POLYCHRONIO

EPISCOPO BABYLONIS MARTYRE,

Commentarius hiſtoricus.

G. H.

AN. CHR. CCLI. REGN. DECII IMP. ANN. I.

ACta S. Polychronii Epiſcopi *habentur ſub initium Vitæ S. Laurentii mart. a Surio emendata nonnihil ſtylo editæ ad* 10. *Auguſti, quum illic primigenia phraſi ex variis mſſ. reddamus. Ea* ACta *aſſerit Baron. ed. an.* 254. *n.* 27. nonnihil corrupta *eſſe eademque* multum ſane ambigua *obſervat in Notis Mart. Romani ad hunc* 17. *Febr. & 22. Aprilis, quo die coluntur* Parmenius, Elymas & Chryſotelus Presbyteri S. Polychronii, & Lucas ac Mucius *ejuſdem* Diaconi: *ubi* ACta *illa* qualiacumque *appellat. Horum omnium corpora ſepelierunt* Ss. Abdon & Sennen: *dein capti & ipſi, atque a Decio Imperatore Romam abducti, interfectique* 30. *Julii, ad quem diem iterum monet Baronius niſi illa* caſtigatione indigere. *Quæ ad* 10. *Auguſti, ubi de S. Laurentio agitur, ita explicat:* Habeotur ACta ejus apud Surium, quorum eaordio præmittuntur res geſtæ Ss. Abdon & Sennen & aliorum, quæ cum ob ſtyli diverſitatem, tum ob hiſtoriæ varietatem, & inconſtantiam veritatem, alterius cujuſpiam auctoris eſſe appareat &c. *Sunt ea niſi a reliquiis quæ ad Ss. Xyſtum*, Laurentium, & Hippolytum *ſpectant, in multis codicibus mſſ. avulſæ, imo in duplici mſ. noſtro, quorum alterum olim pertinuit ad abbatiam Valcellenſem Ordinis Ciſtercienſis, variæ ſubdiviſæ. Priori parti hæc præfigitur titulus:* Incipit paſſio S. Polochronii Ep. ſociorumque ejus, quæ eſt decimo Kalend. Maii: *quo die Presbyteros ac Diaconos ejus, quorum martyrii acta unum continentur, coli diximus. Relatio hiſce niſi hæc adduntur:* Explicit paſſio B. Polochronii Epiſc. *In loco* Polychronii *ubique in his actis ſcribitur. Novæ dein additur titulus:* Incipit paſſio Ss. Abdon & Sennes, quæ eſt 3. Kalend. Auguſti. *Ex priore parte ea excerpimus, quæ ad Polychronium ſpectant, reliqua daturi 22. Aprilis. Omnia hæc ſub titulo Paſſionis SS. Abdon & Sennen habemus ex codicibus mſſ. Trevirenſi S. Martini, Ultrajectino S. Salvatoris, & Pariſienſi Cl. Putæani, & ſub titulo Paſſionis S. Laurentii mart. ex codicibus mſſ. Fuldenſi, Trevirenſi, S. Maximini, aliiſque.*

B *Acta S. Polychronii,*

ejuſq; Ciſterciensium,

& SS. Abdon & Sennen,

antiqua Acta S. Laurentii.

in aliis mſſ. omiſſa.

C

2 *Illuſtrit S. Polychronii mentio ſit in omnibus pene Mart. e quibus aliqua ejus actis lux effulget. Antiquum mſ. Romanum, quod S. Hieron. tribuitur, hæc ſolum habet:* In Babylonia Pulicroni. *Vetus Romanum a Roſweydo editum.* In Perſide B. Polychronii Ep. & Mart. *In aliis additur genus Martyrii ex ipſis actis, ſed varie ſcribitur,* Polochronius, Polocronius, Pologronius: *dicitur q;* præſente Decio perſecutore os lapidibus cæſus, manibus extenſis, oculos ad cœlum levans, emiſiſſe ſpiritum. *In Beda, Uſuard. Rabanus, Notkerus, Ado, Bellinus, at pleraque mſſ. & cum actis* Epiſcopum Babyloniæ *appellant. Ado & Notker.* Epiſcopum Babyloniæ & Theſiphontis. *Eſt hæc* Cteſiphon *vicina Babyloni urbs a Ptolemæo aliiſq; ſcriptoribus celebrata. In Mart. Romano hæc leguntur:* In Perſide natalis B. Polychronii Ep. Babylonis, qui in perſecutione Decii, ore lapidibus cæſo, manibus extenſis, oculos ad cœlum elevans, emiſit ſpiritum. *In antiquo Mart. Tornacenſi S. Martini addebatur,* ſcriptum *id eſſe* in paſſione ejus; *apud Bednm niſi q;* in paſſione s. Laurentii, *ſcilicet prout eadem acta aut ſeparatim ab martyrio S. Laurentii, aut ei adjunctim reperiuntur, in quibus de S. Polychronio hæc leguntur:*

Memoria S. Polychronii in martyrol.

3 In diebus illis orta tempeſtate ſub Decio Cæſare, multi chriſtianorum in urbe Roma necati ſunt. Præſidente in urbe Roma Galba, pergit Decius ad Perſas, cum bellum urgeretur Parſarum. Veniens in civitate, quæ cognominatur Ponticum, ſedit in ea: bellum tamen agebatur. Aſcendit Decius in montem Medorum, & facto conflictu pugnæ, cum militia Romana fecit victoriam, & interfecit Perſarum multitudinem, & obtinuit civitates has, Babyloniam, Bactrianam, Hircaniam, [a] Cordulam, Aſſyriam, ubi etiam invenit multos chriſtianos, quos ſuppliciis & afflictionibus necavit. Eodem tempore inveoit in civitate Babyloniæ Epiſcopum, nomine Polychronium, cum Presbyteris Parmenio, Elyma, Chryſotelo, & Diaconis hos Lucam & Mucium. Quos cum comprehendiſſet, protinus juſſit eos duci ad ſacrificandum idolis. Tunc Polychronius ait inſtanter, dicens: Domino Jeſu Chriſto nos ipſos offerimus: nam dæmonibus numquam eapit humiliamus manufactis idolis vanis. Tunc recluſit eum cum clero ſuo in euſtodiam. Et ædificavit in eadem civitate templum Saturno, & fecit ei ſimulacrum ex gypſo & deauravit . . . .

Decius Imp. obtinet de Perſis victoriam,

[a] *Sev. Cordubam*

S. Polychronium comprehendit,

D E F

4 Eodem tempore perfecit ejus templum in Babylonia Saturno. Tunc juſſit ſibi præſentari Polychronium Epiſcopum cum duobus Diaconibus & Presbyteris ſuis, quem ſic interrogat dicens. Tu es Polychronius ſacrilegus, qui neque deorum neque Principum præcepta cuſtodis? Polychronius autem non reſpondit ei verbum. Dixit itaque Decius ad clerum ejus. Obmutuit Princeps veſter. Reſpondit Parmenius Presbyter dicens: Non obmutuit Pater noſter, ſed præcepta Domini noſtri Jeſu Chriſti æterni Creatoris uritur, ut non polluatur os ſanctum, quod a Creatore noſtro purificatum eſt: quia ſic præcepit Dominus noſter Apoſtolis: Ne miſeritis margaritas noſtras ante porcos, ne conculcent eas pedibus ſuis, & converſis elidant vos. Juſtum tibi videtur, ut quod ſemel purificatur, ſtercore conquinetur? Decius dixit: Ergo nos ſtercora ſumus? Et juſſit iratus, ut lingua ejus præcideretur. Cum autem præciſa fuiſſet lingua Parmenii, cœpit clamare dicens. Beate Pater Polychroni, ora pro me, quia video in te Spiritum ſanctum regnantem, & os ſanctum

præſidi reſpondet Parmenius.

Matt. 7. 6.

& abſciſſo lingua invocat ejus patrocinia.

AUCT. C. II.

tuum ſignantem,& mihi favum mellis in ore diſtillantē.

A

5 Decius dixit. Polychroni, ſacrifica diis, & eſto amicus noſter, & habeto & nos & templum commendatum. Polychronius vero non reſpondit aliquod verbum. Tunc iratus Decius juſſit os ejus lapidibus cædi. Qui cum caderetur manibus expanſis ad cœlum & oculis, emiſit ſpiritum. Eadem hora dimiſit corpus ejus ante templum & civitatem * Cordulam tertio decimo Kal. Mart. Eadem nocte venerunt duo Subreguli, qui erant occulta chriſtiani, & rapuerunt corpus ejus & ſepelierunt ante muros portæ Babylonicæ.

S. Polychronii martyrium ſub Decio.

* Sar. Cordubæ, ſepeliens.

6 *Haſtenus Acta de martyrio* S. Polychronii, *qui in omnibus mſſ.* Polochronius *dicitur. Baron. in Not. Mart. ad hunc diem*, Satis liquet, *inquit*, tempora Decii ſcriptorum inopia remanſiſſe obſcuriſſima, eaque tantum de eo facta eſſe perſpicua, quæ de perſecutione ab ipſo in chriſtianos excitata produnt chriſtianorum ſcriptiones & Acta ſanctorum Martyrum: *ea quibus hæc expeditio Perſico indicatur, de qua agit idem Baron. in Annal. ad an.* 253. *n.* 139. *& ad an.* 254. *n.* 27. *ubi hæc habet*: Abuſus eſt Decius de Perſis quam eſt conſecutus chriſtiani hominis ope victoriam: nam eam dis acceptam ferens, in eorum contemptores chriſtianos acrius vindicavit, occiſis, qui in ejus manus devenerant, Chriſtianis, Polychronio Epiſc. Babylonis, Parmenio, Elyma & Chryſotele Presbyteris, Diaconis Luca & Mucio, viriſq; nobiliſſimis Maximo & Olympiade, ac demum poſt longa vincula Abdone & Sennen Subregulis: *ad quorum dies natales iterum agendi erit de bellica Decii expeditione, ac tum ſi qua certiora occurrerint ſuggeremus. Annos Imperii & Conſulatus Decii ordinavimus* 5. *Feb. ad Vitam S. Agathæ* §. 1. *ubi illam anno* 251. *martyrii palmam coronatam diximus, quo etiam anno dictos Martyres pro fide Chriſti occubaſſe cenſemus. De perfectione Decii continuata ad tempora uſque Valeriani & Gallieni egimus* 13. *Feb. ad Vitam S. Polyeuctis* §. 11. *ſub quibus paſſi ſunt Sſ. Xyſtus Papa, Laurentius, Hippolytus, quorum Actis annexam hiſtoriam martyrii* S. Polychronii *& aliorum Perſarum ſupra oſtendimus.*

Expeditio Perſica ex Actis Sſ. petita

Ea occaſione Martyres coacti.

B

7 *Antiquo Mart. S. Hieron. adſcripta eſt ad* 30. *April.* depoſitio Polychronii Epiſcopi, *qua forte de hoc intelligenda, ni ſit poſt Reliquiarum aliquam Translationem ſubintelligenda nova repoſitio. Hermannus Greven in auctario Uſuardi* 20. *Januar. celebrat* Polychronium Martyrem: *ſed de quo it* Polychronio *agat, divinare non ſat licuit. Actis eſt adſcriptus Mart. Romano* Polychronius Presbyt. Martyr *ad* 6. *Dec. ac Menais Græcor. ad* 7. *Octobr.*

S. Polychronii memoria 30 Aprilis ac 20. Januar.

C

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SATURNINO, CASTULO, VEL CASTULA, MAGNO, LUCIO, ROGATO, JOANNE, ET VARIIS SOCIIS, INTERAMNÆ IN UMBRIA,

C. II.

Commentarius hiſtoricus.

CIRCA AN. CCLXXIII. XVII. KAL. FEB. *Interamnæ Martyres* 17. *Febr.*

1 *Ferdinandus Ughel. tc.* 1. *Italiæ ſacræ in* s. Valentino *Epiſcopo Interamnenſi, cujus vitam dedimus* 14. *Febr. hæc ſcribit*: Eruditi præterea in fide Saturninum, Caſtulum, Magnum, atque Lucium: qui poſtea illuſtres martyres evaſere, quorumque meminit Martyrologium Romanum die 15. menſis Februar. Eccleſiaque Interamnenſis concelebrat die 17. ejuſdem menſis. *Addit Jacobillus in Sanctis Umbriæ ad hunc diem, feſtam illud ſolemnitatem peragi ritu duplici. De illis hoc edidit elogium Ferrar. in Catal. SS. Italiæ*: Saturninus, Caſtulus, Magnus, & Lucius Interamnæ chriſtianam religionem ſub s. Valentino Epiſcopo amplexati, cum in ea proficerent, poſt S. Epiſcopi martyrium, & ipſi in eadem perſecutione comprehenſi, martyrio ob fidei conſtantiam coronati ſunt. *Addit Jacobillus*, eorum rum verbis, tum exemplo plures cives fuiſſe ad Chriſti fidem converſos atq; a s. Valeriano baptizatos, *ac tandem poſt conſtantiam eorum variis modis impugnatam*, ſub Leontio Præfecto Aureliani Imper. Martyres occubuiſſe anno Chr. 273. die 15. Februar. *qui dies venerationi S. Agapes, cui paſſim conjunguntur, conſecravit.*

C

ad S. Valentinum Epiſc. ejusdem conſeſſ.

ſub Aureliano Imp. cæſi,

2 *Nomen horum Martyrum variis ab auctoribus exprimitur. Ferrarius in Catalogo generali hoc* 17. *Februar.* Interamnæ, *inquit*, ſanctorum martyrum Saturnini, Caſtuli, Magni, Lucii, & ſociorum. *At Mart. Romanum abſque ſociorum mentione alios refert* 15. *Febr.* Item Natalis ſanctorum martyrum Saturnini, Caſtuli, Magni, & Lucii. *De quibus iſta annotat Baron.* Beda hic agit de Saturnino & Castulo; cetera autem reddita ſunt ea prædicto Martyrologio *ſcilicet cœnobii S. Cyriaci, in quo hæc leguntur*: 15. Kalend. Mart. Interamnæ Natal. S. Agapes Virg. Saturnini, Caſtuli, Magni, Lucii. *Et ibi auctores* Caſtulum *habet, alii* Caſtulam. *ita citatus a Baronio, Beda, in cujus Mart. typis Plantinianis excuſo ſic habetur:*

Saturnini, Magnus, Lucius & ſociorum,

alibi Caſtula,

In Antiochia natale s. Agapes Virg. Saturnini & Caſtulæ. *Qui hic error eſt, emendatur in eodem Mart. mſ. monaſterii Richenbergenſis, & to* 3. *operum excuſo, ubi defectus ita ſupplentur*: In Antiochia natale Joſeph Diaconi, Zenonis. Interamnæ s. Agabæ Virg. & Ss. Saturnini, Caſtulæ. *Rabanus etiam in mraque editione*, Interamnæ s. Agapæ Virg. Saturnini, Caſtulæ. *Demque adjunctis pluribus ſociis, Mart. antiquum Romanum mſ. quod S. Hieron. eſſe dicitur*: Ioteramnæ, Natal. s. Agapis Virg. Saturnini, Caſtulæ, Magni, Lucii, Rogati, Joannis & aliorum 12. *Ex his meminit Hermannus Greven in Uſuardo auctо* Joannis, Saturnini, Caſtulæ. *At Mart. mſ. Lateneſe*, Ss. Joannis & Magni. Joannem *etiam memorat Galeſinius, ſed adjunctum* Joſepho Antiocheno, & Victori Syro, *de quibus ad illum ditm egimus. Qui denique in Mart. S. Hieron. tradunt* anonymi 12. *ſecundum antiquam Mart. mſ. Tornacenſe S. Martini, & Adonem mſ. Leodienſis monaſterii S. Laurentii, ſunt* 24. *ita taim legitur*. Interamna, Natal. s. Agabæ Virg. & criginta martyrum, *ex quibus ſex ſolam ſuis nominibus ex diſtis Martyrol. ianotuere.*

Rogatus a Joanne.

F

alii 12. aut 24.

3 Joan. *Tamayus Salazarius in Mart. Hiſpanicatæ Kalend. mſ. quod beneficio Didaci de Colmenares dicit ſe habere, quendam* Camillum *adjungit his verbis, ex eo Kalendar. deſcripſit*: Romæ natal. ſanctorum martyrum, Saturnini, Caſtuli, Camilli, Magni, & Lucii, qui ab Hadriano Imperatore pro fide cruciati ſunt. *Hæc ibi, in quibus conſenſus aliorum* quatuor martyrum *eſt, ſed* Roma, *non* Interamna *victoriæ palæſtra aſſignatur, &* Hadrianus Imperator, *non* Aurelianus *ſub quo decertarunt. Quare ani nobis incognito Kalendario mſ. non audemus fidere, ejuſque ſolius auctoritate* Camillum *reliquis martyribus jungere ſocium. Dr alio* Camillo *Romano egimus* 15. *Februarii in Prætermiſſorum ſyllabo.*

An aliquis horum Camillus dictus?

4 *Sa-*

A *aliorum Martyrum ſepulcra.*

4 *Sacra horum Interamnenſium Martyrum corpora a fidelibus ſepulta fuiſſe ad torrentem Paſſarum, ubi nunc templum eſt S. Zenonis martyris in diœceſi Interamnenſi, tradit ante citatus Jacobillus. Aliqua horum Sanctorum reliquia adſervantur Bononiæ, S. Magni in templo parochiali S. Mariæ, a Caritate cognominata in platea S. Felicis. S. Lucii reliquiæ ſuam habent venerationem in ædes S. Bartholomæi. Legendus Maſinus in Bononia perluſtrata ad 15. Febr.* AUCT. G. H. D *aliquæ reliquiæ Bononiæ.*

DE S. EUSEBIO

MARTYRE ROMANO, GANDAVI IN BELGIO.

I. B.

XVII. FE. *S. Euſebii Mart. reliquiæ*

PLures in martyrologiis memorantur Euſebii, *qui eorum martyrii retulerint: quit in s. Priſcilla cœmeterio juxta urbem Romam ſepultus ſit, & an omnino quiſquam eorum, quorum recenſentur nomina, nobis hauduquaquam compertum eſt. Id unum conſtat hujus S.* Euſebii *oſſa tibiarum duo ex eo cœmeterio edulta, donata Rathbeſſari Ballono Societatis* JESU *religioſo; poſtque ejus obitum P. Ferdinando del Plano Rectori Bruxellenſi a Generali Vicario Societatis an. 1649. ut plenius ex Actis publicis retulimus 16. Febr. cum de S.* Cornelio *martyre egimus: ubi & diximus ea Gandavum allata, ab ejus urbis Antiſtite approbata, Dominica Quinquageſima anna 1651. ſolenniter tranſlata, incluſa capſa argentea, inque S. Ignatii ſacello repoſita, in aula Societatis* JESU, *S. Livino Epiſcopo ac martyri urbiſque Gandavenſis Apoſtolo dicata: ſancitum deinde ut 17. Febr. ejus anniverſaria celebritas ageretur. Nihil aliud de hoc ſancto martyre nobis exploratum, non ætas, vita conditio, moduſve martyrii.* *Gandavi allata oſſa tibiarum ejus.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

BDONATO, SECUNDIANO, ROMULO, SOLONO, CHYSANTHO, EUTYCHIO, JUSTO, CORDIO, SILVANO, NEOMEDIO, POLYCRATIO, ET ALIIS CIRCITER LXXX. CONCORDIÆ, IN ITALIA,

Sylloge hiſtorica,

I. B.

§. I. *Horum martyrum memoria ſacra in antiquis Martyrologiis & variis locis attributa.*

An. Chr. ccccxx. XVII. Fe. *Concordia in ſinu maris Adriatici,*

1 CConcordia *urbs Venetorum fere maritima, ad intimum ſinum maris Adriatici, memorata apud antiquos ſcriptores, Straboncm, Ptolemæum, Plinium, Melam, alioſque, ac in pervetuſtis inſcriptionibus* Julia Concordia *appellata, quod auſpiciis Julii Cæſaris ea colonia fuerit deducta; permanet etiamnum eadem nomina, & Epiſcopatus titulo clara. Epiſcoporum tamen domicilio ab an. 1586. ad Portum Gravarium tranſlato. Illa etiam cum vicinis urbibus Aquileia & Altino, inter quas media jacet, a barbaris olim exciſa, ædificiis & cultoribus fere deſerta eſt. Urbis ejus Divi tutelares ſumma celebritate die 17. Februarii coluntur cum O. Lavaſancti martyres, quorum ita meminit Uſuardus:* Apud urbem Concordiam paſſio Ss. Donati, Secundiani, Romuli, cum aliis octingenta ſex. *Conſentiunt Beda mſ. monaſterii S. Richarii, Ado mſ. Eccleſiæ Morinenſis & monaſterii S. Lauramii juxta Leodium, Petrus Equilinus in Catalogo l. 11. c. 130. num. 69. In Uſuardo Lubecæ an. 1475. excuſo, uti in ſeptem eodicibus mſſ. qui apud nos ſunt, omittuntur nomen* Romuli: *proque in alia Martyrologio in Italia exarato* Formulus *legitur. At in mſſ. Trevirenſi S. Martini & Ultrajectino dicuntur tres* Cordubæ paſſi cum aliis octingentis ſex: *in mſ. Leodienſi S. Lamberti* Concordiæ, *ſed* cum aliis nonaginta ſex. *In mſ. Aquicinctino* Cordulæ. *Reliqui codices annos* urbem Concordiam *ſtatunc cum Ughello tomo 5. Italiæ ſacra & Martyrologia Romane, in quo hæc leguntur:* Concordiæ ſanctorum martyrum Donati, Secondiani & Romuli cum aliis octoginta ſex ejuſdem coronæ conſortibus. *De eiſdem ex tabulis & monumentis Eccleſiæ Concordienſis agit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, ratus paſſos in immani perſecutione Imperatorum Diocletiani & Maximiani. Contra Galeſinius necem eos pro Chriſto ſubiiſſe* Juliano Imperatore circiter annum 369. *ait ſe colligere ex Annalibus: ſed quibus, non indicat.*

Concordiæ in ſinu maris Adriatici,

ſalvantur 17. Febr.

St. Martyres.

2 *Franciſcus Barbaranus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Vicentina Italice edita, hos ſanctos martyres patria* Vicentinos *fuiſſe aſſerit, tradiqua a nonnullis militiæ Romanæ aſcriptos: & Concordiæ præſidiarium eſſent, quod fidem Chriſti profiterentur, martyrio coronatos, & hac tenus ſepultos adſervari. Aliter eorum e natali ſola Vicentina in urbem Concordiam migrationem narratur apud eundem Barbaranum ex mſ. codice ſub hoc titulo:* Epilogus Vitæ Sanctorum & Sanctarum ſecundum Jacobum de Voragine: *eaque illi magis verſimilis videtur: ſcilicet tempore immanis perſecutionis, Vincentia a miniſtris Imperatoris excitata, Sanctos inde migraſſe Concordiam, ibique converſiſſe Neomedium, & filiam ejus Lucillam, quæ ante oculi orbatæ ſubito viſum perfecte recepit: qua miraculo excitatæ ſeptuagintæ partim viros, partim matronæ, Chriſtianam amplexos eſſe religionem: accuſatos ideo Sanctos apud Euphemiam Apamee Præſectum, ejuſque juſſu carceri incluſos: tum iis maxilla plumbatis virgis contuſa, adhibitum equuleum, latera facibus admotis uſtulata, oleoque ferventi univerſum corpus perfuſum: tandem prope flumen Levicum, (aliis Lemenum, antiquis Romatinum) capite plexos. Addantur ſociorum hæc nomina:* Chryſanthus, Eutychius, Secundianos, Romulus, Juſtus, Cordius, Silvanus, Neomedius, Polycratius, Solonus. *Reliquorum 72. latent nomina. Annus cadis annotatur 299.* *ac Vincentini patricii?* *qui graves martyrii auctiſſ.* *Nomina ſociorum.*

3 *Eximit tamen eidem Barbaranus eo e numero* Solonem, *nam eum & alterum* Donatum, *fratres, patria* Vicentinos *contendit Aquileja eadem Diocletiani perſecutione martyres occubuiſſe. De his ita Ferrarius in Catalogo generali SS. ad 17. Febr.* Vincentia ſanctorum martyrum Donati & Soloni fratrum: *ubi hæc annotat:* Ex tabulis illhos Eccleſiæ, ubi in codice pergameno vetere mſ. eorum Acta leguntur. Paſſi ſunt Aquileiæ ſub Diocletiano (uti memorata Acta habent) Vincentiæ nati. De quibus *Ac alii ab his Donatum & Soloncm fratres?*

Concor-

AUCT. G. H.

A Concordiæ paſſis Martyrologium Romanum hac etiam die agere videtur, nulla tamen Solonis facta mentione: ea quo quis illos ab his diverſos eſſe affirmare poſſit. Accedit, quod Donatus, qui Concordiæ paſſus eſt, is videtur eſſe, qui Civitate colitur. *Idem Ferrarius in Catal. Ss. Italiæ, ex dicto codice pergemeo h. e. Vita epitomea habet* Donatus, *inquit*, & Solonus fratres Vincentini, in perſecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum, apud Eu-

Eadem omnibus illata tormenta;

phemium Præfectum Aquileiæ Chriſtianæ religionis accuſati, multis affecti ſunt propter fidei conſtantiam ſupplicitis. Nam in equuleo diu torti, lampadarum aduſtionem oleique ferventis perfuſionem paſſi ſunt, ac demum cum ſtabiles in ſententia permanerent, capitis abſciſſione illuſtre martyrium conſummarunt an. ſalutis 298. Quorum corpora a Chriſtianis Concordiæ (ubi ab aliis paſſi referuntur) condita ſunt. *Hæc Ferrarius, & poſt eum Barbaranus, ſantque eadem, quæ ante de Ss. Donato, Secundiano, Romulo ſociſque retulerat. Eadem in equuleo tormenta inflicta, aduſto laterum, alci ferventis infuſio, & capitum abſciſſio: eadem apud Concordienſes ſepultura: eadem Dioclesiani perſecutio, an. Chriſti 302. incepta, ut ſequens annus cædi horum Martyrum potius videatur tribui debere, quam*

B *annus 298. aut proximus, qui in dictis mſſ. varie appoſitus legitur: in quorum altero paſſi tradantur ſub* Euphemiano Apameæ Præfecto, *qui in altero codice appellatur* Euphemius, *& melius* Aquileiæ Præfectus.

4 *Aquilejam Herodianus, qui tertio Chr. ſeculo floruit, l. 8.* τῶλιν Ἀκυλείαν *& μεγίστην, καὶ ἐμπόριον Ἰταλίας appellat. & Julianus Cæſar in oratione de Conſtantii Imperatoris rebus geſtis vocat* Ἀκυλῶν ἐμπόριον κατὰ διάμετρον μάλα εὐδαίμονα καὶ πλούσιον βρύον, Italorum ad mare emporium fortunatum valde, & divitiis copioſum. *Fuit & totius Venetiæ atque Iſtriæ caput: provinciam Aquileiam etiam appellari obſervat Carolus a S. Paulo, in Geographia ſacra, & ſic legitur ad hunc diem in perantiquo mſ. Martyrologio Richenovienſi, ſive Augia divitis prope Conſtantiam:* 13. Kal. Martii. In Eſeſo Chryſanthi. Et Aquileia, civitate Concordiæ Donati, Secundiani & Juſti. Alibi Romuli, Saloni, Silvani cum aliis octoginta quatuor Martyribus. *Forte deſunt Martyres hac die Aquileia paſſi, & legendum* Aquileiæ S. Chryſantiani & aliorum 90. Civitate Concordia Donati *&c. Ceterum ſeptem Martyres ſuis nominibus expreſſi, & in tres quaſi claſſes diſtributi, quos tamen, ac reliquos omnes Concordiæ paſſos ex mſ. Epilogo ſupra diximus. In antiquo mſ. Romano, ſive S. Hieronymi, hæc leguntur:* 13. Kal. Mart. In Eſſ. Natale Chryſanti & in Babylonia Polychronii. Paſſio Ss. Donati, Secundiani. Aquileia Chryſentiani, Eutichii, Concordiæ Juſtæ. Et alibi Romuli, Saloni, Silviani & aliorum 34. *Qui numeras forte correptus, & appoſito 50. in ſupplendum:* & aliorum 84. *uti in Richenovienſi legitur: quos etiam expreſſit Notkerus his verbis:* In Africa Ss. Donati & Secundiani. In Aquileia Chryſanthi, Eutychii, Concordiæ Juſti, Romuli, Saloni, Silvani & aliorum octoginta quatuor, quorum omnia Deus ſcit. *Notkerum ſic tranſpoſita verbis legi debere cenſet Tamajus Salazar in Martyrol. Hiſpan.* In Africa Ss. Eutychii, Juſti & Silvani. In Aquileia Chryſanthi. Concordiæ Ss. Donati, Secundiani, Romuli, Saloni & aliorum 84. *addit*; ſic concordari Notkerum cum aliis Martyrologiis. *Verum necdum legi* Ss. Eutychium & Silvanum *ad 17. Febr. aſſignari Africæ. Apud Hermannum Greven hæc leguntur:* In Africa Chryſanthi, Concordiæ, Juſtæ. *In mſ. Colonienſi B. Mariæ ad Gradus:* In Africa civitate S. Donati, Secundiani, Concordiæ Virg. *Ubi aliqua deſunt, & forte ſupplentur in mſ. Aquiſgranenſi:* In Africa Chryſanthi. Concordia Donati & Secundini & Juſtæ, Romeliæ, Januarii & Marci. *De Januario & Marco aliiſque horum ſocii ſeorſim agimus. At* Romelia, *aliis* Romulus *eſt, ut* Secundinus, Secundianus. *Ita quæ hic & in mſ. S. Hieronymi & auctario Greven* Juſta *dicitur, in mſ. Richenavienſi & apud Notkerum, & in epitome Vitæ ſupra relata* Juſtus *appellatur. In hac etiam* Cordius *eſt,* D *qua aliis* Concordia.

5 *In Africa paſſi referuntur* 18. *Febr.* Ss. Lucius, Silvanus, Rutulus, Claſſicus, Secundinus, Fructulus, & Maximus. *Qui in mſ. S. Hieronymi, Richenovienſi, Aquiſgranenſi aſſeruntur paſſi* in Italia civitate Concordiæ: *quæ verba ad hunc diem arbitramur pertinere, ac contra quæ hoc die de* Africa *traduntur, eo tranſferenda eſſe. Omnes ergo ſub una claſſe deſignemus, ex quibus* ss. Donatum & Solonum fratres, *ut cives ſuos coluerant Vicentini recitato de illis officio Eccleſiaſtico tam in urbe quam diœceſi: quod poſtea omiſſum ob bullam Clementis* VIII. *qua perhibetur abſque ſingulari Apoſtolicæ Sedis indulto ſimile Officium recitari, niſi aut ipſa Sanctorum, de quibus Officium ſit, corpora illic requieſcant, aut notabiles Reliquiæ aſſerventur. Ita Barbaranus. De reliquorum duce Donato hæc habet* Wandelbertus:

Ss. Donati & Solonis colitus Vicentia,

Tertius ac decimus Polochromi feſta revolvit
Donatique, fides, ſanguis quos jungit & ara.

Alii hac Donati hoc die referuntur eam s. Januario *aliiſque paſſi, de quibus ſeorſum agimus. Alius ab hic eſt* Donatus *Patronus Civitatenſis ſeu Foro-Julienſis, cujus iſthic & S.* Venuſti *fratris corpora aſſervantur, e Myſia allata. Fuit namque hic* Donatus *Eccleſiæ Singidunenſis ad Danubium Diaconus, ibidemque juſſu Victorini Præſidis cum ubere ejuſdem Eccleſiæ Presbytero decollatus* 15. *Kal. Sept. uti & frater ejus* Venuſtus *in urbe Cibalitana. Quæ e Breviario antiquo Aquileienſi & monumentis Eccleſiæ Civitatenſis referſ ad* 21. *Auguſti Ferrarius: ut miram ſit a Barbarano & Ferrario ipſo tradi ad hunc diem, ut ſupra diximus, eum videri* Donatum *eſſe, qui Concordiæ paſſus eſt.*

Alterius Donati corpus Foro-Julii. E

6 *Idem antiquum Breviarium Aquilejenſe meminit S.* Chryſanthi *Martyris & ſociorum. Apud Notkerum* Chryſanthus *legitur eidem Aquileiæ attributus: ambo reperiuntur in Martyrol. S. Hieronymi.* Chryſanthus *inter Concordienſes Martyres recenſetur in Epilogo mſ. ad Jacobum de Varagine: ab aliis* Africæ *aut* Eſeſo) *quæ forte Epheſus Aſiæ eſt) aſſignatur, quod indicaſſe ſufficit. De S.* Romulo *Diacono, qui Atripaldæ in Italia colitur cum* S. Sabino *Epiſcopo, egimus* 9. *Februarii, ubi num.* 4. *monuimus a Ferrario aſſeri eos ad* 17. *Februarii pertinere; an tamen a dicto Romulo ſocio Ss. Donati & Secundiani alium velit, non liquet.*

Chryſanthus Aquileiæ attributus;

aliud S. Romulus Atripaldæ ſitus.

§. II. *S. Donati & ſociorum martyrium Luſitania a nonnullis attributum. Liquor manans ex oſſibus.*

7 *Aliam difficultatem obtrudans Hiſpani ac Luſitani recentiores, poſtquam hac Fl. Dextri chronico inſcripta ad an. Chr.* 145. *n.* 2. *legerunt.* Concordiæ in Luſitania, quæ nunc Beſulci dicitur, ſancti Chriſti martyres Donatus & ſocii ejus multa paſſi. *Quibus verbis* oblim ora omnium, *qui dictos Martyres Italiæ attribuant, aſſerit Tamayus Salazar ad hunc diem in Martyrologio Hiſpanico: cui eos inſcripſiſſe cum hoc elogio:* Concordiæ in Luſitania Hiſpaniæ Ss. Donati, Secundini, Romuli cum aliis 86. ſociis, qui, cum tempore Auromni Imperatoris Chriſtum liberavnce confiterentur, a ſatellitibus reoti, & gravibus affecti cruciatibus, ſanguinem ſuum ſtrenui martyres pro fidei veritate fuderunt. *Eoſdem Hagiologio Luſitanico inſcripſit Cardoſus. Fatentur primo* Concordiam, *aliam ab Italica, ſitam a Ptolemæo l. 2. Tab. 2. c. 5. inter mediterraneas urbes Luſitaniæ, & a Plinio l. 4. c. 22. inter Luſitaniæ populos numerari* Concordienſes, qui & Boccori *dicuntur; at ſupra in Dextri chronico* Beſulci. *Rodericus de Acuna Archiepiſcopus Ulyſſiponenſis par. 1. Hiſtoria Ulyſſiponenſis c. 14. ait* Concordiam *alium jacuiſſe, ubi nunc viſitur oppidum Thomar, quam urbem antiqui Nabantiam dixere, Hieroſolymitanorum militum primo, poſt Chriſtiferorum militum metropolim. Non longe conſpici oppidulum cui nomen Beſulco aut Beſelga.*

F

S. Donatus cum ſocii in Luſitania paſſus traditur in Dextri Chronico, a Tamayo Salazario;

Cardoſo;

Acuna.

S *Fate-*

Digitized by Google

A 8 *Fatemur ſecunda poteriſſe aliquem Donatum cum ſociis ibidem martyrii coronam obtinere, potiſſimum, quin, ut loquitur Acunn apud Tamaium Salazarium*, in hujus rei memoriam adhuc miraculoſus perſeverat lapis, ibidem omnium Luſitanorum devotionem arripiens, quateous apud illum relatos martyres fama eſt agonem efficacitere compleviſſe. Hujus traditionis veritatem indigetant, & ſangois e marmore defluens, & miracula paſſim apud illud patrata. Lapidis forma quatuor angulos complectitur, cujus pars ſolo affixa, pars ſorſom per ſeeme quinque dodeantes erigitur. Nec ſitum mutaſſe conſtantes creditur: nam eum aliquando ad Abbatiſſarum ædes, quas in hujus oppidi poſſidenc territorio, lapis ille ſacer a latomis adveheretur, repente in antiquum locum eeveerſus eſt. Hinc deinceps in eximiam veneationem habitus, oppidanorum eeverentiam exhauſit. Poſt hæc duo foſſores cum prope lapidis ſuffai locum perteanſiſſent, unus, cui nomen Arocho, furore concitus, ligonc ſacrum feeire lapidem properavit, Ecquid, dicens, & nos lapidem adorabimus? O ees mieabilis! Vix illum percuſſit, cum ecce maemor ex ictus foramine guttatim ſanguinem ſtillavit, & euſticus febre correptus, animam protious eeuctavit. Nec hiſce mieabilibus tantum virtus lapidis circumſcribitur: innumera B alia Deus ſanctuum martyrum invocatione ægris beneficia inculis elargitur, & ageis præ nimia ficcitate compreſſis pluviam impartitur in tempore congruentem. Quit febricitantiom fide marmoe tetigit, qui ægritudine exutus, hilaris ad propcia non eeceſſit & gratue? Si forte agri pluviam eapetuot opportunam, quia ſteriliate ſitibundi depereunt illico, vicorum circomjacentium uccolæ peoceſſiones indicoot, quas ex collectis pareuloeum catervis extrunut, & ad lapidis ſacri locum adventantes, pueculis officium de more cummittunt, quie certo tcemino genuſteai procedunt, ad lapidem pergunt, & ibidem ſiſtont orantes, donec pluvias a Domino ſanctorum martyrum inteceſſione conquieunt. Ergo lapis iſte uppidanueum ſanctuarium eſt, in quo medelam ſuis infirmitatibus adipiſcitur unuſquiſque: ſicque in ſomnu honore eſt habitus & tamquam palæſtea, qua SS. Donatas & ſocu martyrio coronati ſunt, honorifice veneratue. *Hoc Acunn apud Tamajum Salazarium, qui addit illum* martyrum horum originem Luſitanam & Acta una cum elogiis recenſuiſſe, *cujus utinam de hac re eium verba expreſſiſſes!*

Lapis marmoreus miraculis clarus.

percuſſus ſanguine ſtillat.

ubi patrocinio Martyrum ægri ſanantur,

pluvia impetratur.

ALICT. G. H. D

9 *Quibus tamen omnibus ultro admiſſis, necdum aſſequimur, unde conſtet apud Luſitanos de illo* Donato *agi, quem ſupra diximus cum* Ss Secundiano, Romulo *aliiſque ſociis hoc die coli, cum nec dies, nec nominis ſociorum exprimantur in Dextri Chronico, cujus potiſſimum auctoritate nituntur cum Bivario reliqui ſcriptores? Inſcripti ſunt antiquo Martyrologio Romano, quod S. Hieronymi appellatur, ad* 15. *Jan.* S. Donatus Presbyter, *aliiſque* Donatus cum diverſis ſociis in Hiſpania paſſi: *quidni ab, quo alio rum concertatione eos ſibi Hiſpani arrogent, & de iis agere Chronicon Dextri contendant?* Concordia in Italia civitas *exprimitur in mſſ. Martyrologiis S. Hieronymi, Richenovienſi, Aquiſgranenſi ad ſequentem diem*, 18. *Febr. quo ad hunc* 17. *Febr. & hoſce Sanctos referenda diximus.* Concordiam civitatem provincia Aquileiæ *exprimis mſ. Richenovienſe: ibidem* in peeſecutione Diocletiani & Maximiani ſub Euphemio Præfectu Aquileiæ *occiſos eſſe referunt Acta in codice pergameno veteres mſ. apud Ferrarium & Barbaranum, quo ulium Codicem mſ. ſub titulo Epilegi ad Jacobum de Voragine eadem de re profert. Demum conſentiunt antiqua monumenta & tabulæ Eccleſiæ Concordienſis in Italia, in qua ſacra horum Martyrum oſſa in magna veneratione ſunt, poſita ſub altari in ſarcophago ex integro lapide facto: ubi ex iſdem oſſibus medicus aliquis liquor manat: qui circa annum* 1643. *omnino exaruit ob diſſidium Clerum inter & Epiſcopum exortum. Quo dein controverſia ſopita, priſtino humore iterum fudarunt oſſa: & guttis manantibus ſtillarunt: quibus impletum ut ceper ampullam Barberanus, qui hac c. 39. in Vincentia fuit teſtatur, aſſerens eam liquorem manaſſe anno* 1645. *quando tamen circumquaque ficcitate laboratum eſt, ut vix in vinea exaresceret, atque omnia paſſim legumina olereque reperiuntur prorſus torrefacta.*

Alii ab Luſitano Donato, Martyrio in Italia paſſi.

E

quorum oſſa Concordiæ adſervantur, unde fonduta liquore.

DE S. CHRYSANTHIANO
ET LXXXX. SOCIIS
MARTYRIBUS AQUILEJÆ IN ITALIA.

G. H.

XVII. FE. C HOrum Martyrum cum Duce *Chryſanthiano memoria ſacra ad* 17. *Febr. recolitur in pervetuſtis Martyrologiis mſſ. Trevirenſi S. Martini & Ultrajectino S. Mariæ, in quibus hæc legunter:* Aquileiæ Chryſantiani Martyeis, & aliorum nonagineta. *In utroque* mſ. *ſeorſim ab his agitur de Sanctis Concordiæ paſſis: de quibus dum iſtu referuntur in* mſ. *Richenovienſi*, Aquileia, civitate Concordia Donati, Secundiani *&c. videntur poſt verbum* Aquileia *ſubſtitui debere* Chryſanthianus & alii 90. *In* mſ. *S. Hieronymi hæc habentur:* Aqoileia Chryſentiani, Eutychii, Concordiæ, Juſtæ. *De tribus adimiſtis egimus ſupra inter Sanctos Concordienſes, qui ab aliis* Cordius, & Juſtus *dicuntur. Ferrarius in Catalogo generali*, Aquileiæ, *ait*, F ſanctorum Martyeum Chryſanthiani & ſociorum. *De eiſdem agit in Cutul. Ss. Ital. addiique* ſolum Breviarium Aquileienſe antiquum illueum meminiſſe cum tabulis Eccleſiæ Aquileienſis eecentioribus, colique hac die in diœceſi Aqoileieoſi, & reliquias Chryſantiani apud Aquilejam eatare: *eumque* forte unum ex illis eſſe, qui Concordiæ cum Ss. Donato, Secundiano & Romulo paſſi ſunt. *Quibus* Chryſanthum *alii adiungant, qui cum* Chryſanthiano *inſcriptus eſt Martyrologio S. Hieronymi.*

DE S. FAUSTINO
ET SOCIIS XLIV. MARTYRIBUS.

G. H.

XVII. FE. t MArtyrologium *mſ. monaſterii S. Cyriaci, quod Romæ inter codices mſſ. Cardinalis Baronii in bibliotheca Patrum Oratorii adſervatur, cujuſque exemplum eorumdem beneficio, interceſſione Cardinalis Petri Aloyſii Caraffa, deſcriptum habemus, hos Martyres indicunt. In eo poſt martyrium* 1. *Polychronii relatum hæc ſubduntur:* Eodem die nat. S. Fauſtini martyris, & aliorum quadraginta quatuor, quorum nomina Deus ſcit. *Eoſdem Martyrologio Romano inſcripſit Baronius*, reſtitutos, *inquiens*, ex eodem exemplari vetuſtiſſimo, cujus ſæpius ante meminimus. *Comecit autem Romæ paſſos eſſe, quod in illo mſ. non omnino diſerte aſſeritur. Ita enim habet:* Romæ paſſio S. Fauſtini, quem alii quadragiuta quatuor ſecuti ſunt ad coronam. *Eoſdem ex Martyrologio Romano refert*

S. Fauſtini & ſociorum nomina in Martyrologiis,

Ferra-

AUCT. G. H. *Ferrarius in Catalogo Ss. Italiæ addens*, ante ejus correctionem nullam horum extitisse memoriam,

2 *Aliquas* S. Fauſtini martyris reliquias Bononiæ depoſitas in eccleſia S. Franciſci adſervari *ſcribit Maſinus ad* 17. *Febr. quaſi hujus* S. Fauſtini *forent*. *At* corpus S. Faoſtini in Monte Phiſcone *requieſcere teſtatur ante memoratus Ferrarius*. *Eſt autem* Mons-Phiſcon, *aliis* Mons-Fiſconus, *urbs Etruriæ ſeu potius arx munita, cui Sedem Epiſcopalem anno* 1369. *indulſit Urbanus* V. *ſupra lacum Volſinienſem via Caſſia ſita*. *Conſule Ughellium tomo* 1. *hac ſacra erudite de ea Sede diſſerentem*. *Num tamen Corpus S. Fauſtini illius, de qua agitur in Martyrol. Romano, ibidem quieſcat, aut aliqua Bononia Reliquia adſerventur, nan liquet, dum nulla monumenta acceptarum reliquiarum proferuntur*.

reliquiæ.

3 *Aliquis etiam ſcrupulus adhæret, num forte in* mſſ. *S. Cyriaci ex diverſis claſſibus hi ſocii conjuncti ſint*. *Cum* Ss. Januario, Feliciano *aliiſque Martyribus, de quibus mox agemus, colatur* S. Faoſtina, *unde* natalis S. Fauſtini *facili errore potuit eſſormari*: *hæc qua in dicto mſſ. S. Hieronymi ſpectant dicitur* Marcella, *in mſſ. Lateuſi* Marcellus *eſt*. *Ex eadem claſſe martyrum* Ss. Januarius & Marcus *in mſſ. Aquiſgranenſi adduguntur* Ss. Donato, Secundiano *aliiſque Concordiæ paſſis*: *quibus relatis apud Notkerum hæc additur*: & aliorum octoginta quatuor quorum nomina Deus ſcit, *pro quibus in dicto mſſ. S. Cyriaci hæc leguntur*: & aliorum quadraginta quatuor, quorum nomina Deus ſcit. *In mſſ. S. Hieronymi referuntur* cum aliis trigiota quatuor, *in mſſ. Leodienſi S. Lamberti* cum aliis nonaginta ſex. *Videantur quæ de Ss. Alexandro, Ammano & aliis* 20. *martyribus Cypris diximus* 9. *Februarii n.* 5. *ubi ſimilem in mſſ. S. Cyriaci errorem emendavimus*.

D An hi Socii eſſent ad aliam claſſem ſpectantes?

DE SANCTIS MARTYRIBUS

JANUARIO, FELICIANO, DONATO, CASTO, ITEM DONATO, VICTORE, AGAPA, DONATA, CODENE, DATIVO, FORTUNIONE, MARCELLA, QUINTIANO, JULIA, ITEM JANUARIO, CASCENTO, CÆLESTINO, SATURNINO, CYPTONE, FELICITATE, DONATIANO, VICTUARIA, ÆMILIA, BASSILLA, SATURO, EBASO, SECUNDO, FELICE, OCTAVIANO, FAUSTINIA, ALBINA, VENUSTINA, ROGATIANO, VICTORE, MAREO, CETULA, RUTILO, SILVANO, COVILIO.

G. H.

XVII. FE. *Illuſtris eſt hac triginta novum Martyrum corona*: *illorum aliqua in variis Martyrologiis veſtigia extant*. *Antiquum mſſ. Latienſi monaſterii in Hannonia meminit* Donati, Secundiani, Caſti & Marcelli. *Sed hujus loco* Marcella *aliis eſt*: *&* Donatos *cum* Secundiano *ſupra relatus cum Martyribus Concordienſibus*. *Qui in Martyrologio Aquiſgranenſi ad* 16. *Febr.* Victor *refertur* Romæ *paſſus, ad hunc diem retecimus, qua &* Victor *jam relatus &* Romulus, *ſi forte ita legendum, ante Concordienſibus Martyribus adjunctus, colantur*. *In eodem Martyrologio memorantur ad hunc* 17. *Febr.* Januarios & Marcus. *Eſt &* Januarius *aliorum Martyrum antiſignanus in peramiquo mſſ. Martyrol. S. Maximini*: *de quo ita Notkerus*: Albi Januarii & aliorum valde multorum, *quorum nomina Martyrol. antiquum Romanum, ſive S. Hieronymi, ita expreſſit*: Et alibi Januarii, Feliciani, Donati, Caſti, Item Donati, Victoris, Agapæ, Donatæ, Codenis, Dativi, Fortunionis, Marcellæ, Quintiani, Juliæ. Item Januarii, Caſcenti, Cœleſtini, Saturnini, Cyptonis, Felicitatis, Donatiani, Victoriæ, Æmiliæ, Baſſillæ, Saturi, Ebaſi, Secundi, Felicis, Octaviani, Fauſtiniæ, Albinæ, Venuſtinæ, Rogatianæ, Victoris, Marci, Cetulæ, Rotuli, Silvani, Covilii. *Hæc ibi*. *An* Fauſtinia *in mſſ. S. Cyriaci dicatur* Fauſtinos, *ſupra inquiſivimus*. *Reliqua, qua ad locum, tempus & genus martyrii ſpectant, hactenus latent*. *In veteri&e*. Vide Append. pag. 757. col. 1.

C F

DE SS. THEODULO ET JULIANO

MARTYRIBUS CÆSAREÆ IN PALÆSTINA,

Commentarius hiſtoricus.

G. H.

An. Chr. CCCVIII. XVII. FE. 1 *Pars hæc aliqua eſt ex illuſtri corona duodecim martyrum, qui Cæſareæ in Palæſtina paſſi, colantur variis diebus*. *Horum primus eſt* S. Pamphylus *Presbyter, cui &* Ss. Valenti *Diacono &* Paulo *ſacra ſunt Kalenda Junii*. *Alii ſeptem ſunt* Ss. Elias, Jeremias, Eſaias, Samoeb & Daniel *Ægyptii*, Poephyrius S. Pamphili *famulus*, & S. Seleucus *Coppadox, de quibus egimus* 16. *Febr. At qui ſolum reſtant Ss. Theodulus & Julianus, adſcripti ſunt* 17. *Febr. & quidem hoc elogio in Faſtis Martyrologii Romani*: Cæſareæ in Palæſtina S. Theoduli ſenis, qui ex familia Præſi-

Ss. Theodoli & Juliani feſti 12. Martyrologio 17. Febr.

A Præſidis Firmiliaoi, Martyrum eacitatus exemplo, com Chriſtum conſtanter confiteretur, crucifixus martyrii palmam nobili triumpho promeruit. Ibidem S. Juliani Cappadocis, qoi exoſculans necatorum Martyrum corpora, ut Chriſtianus delatus, & ad Præſidem ductus, lento igne juſſus eſt comburi.

2 *Euſdem cum reliquis Martyribus refert Galeſinius &*
ab aliis 1. Junii & 16. Febr. *1. Junii & 16. Febr. Poſteriore die euſdem referunt Græci in magnis Meneis & Anthologio, ac Cyborans ea δίοις Κ'γ'ων. Epitomen inde dedimus 16. Febr. ad quem diem Acta eorum*
Acta apud Euſtathium & Metaphraſten habentur, *edidit Lapomanus, quæ a Surio ad Kalendas Junii relata. Ea ſunt ex Euſebio tranſcripta, ut tum monuimus, dedimuſque ex hoc excerpta, quæ ad 7. Martyres, qui eo die colantur, ſpectant: integra Acta ex mſ. Græco dauri Kalendis Junii. Quæ ad hos dust Martyres pertinent ita Euſebius l. 8. c. 21. S. Seleuci morte relata, narrat:*

3 His Seleuci veſtigiis inſtitit Theodulus venerandus
S. Theodulus ſecum ex Præſidis familia & pius ſenex, unus ex Præfecti Firmiliani familia, atque ab eo præ omnibus domeſticis honoratus, partim ob provectam ætatem (erat enim tertiæ generationis pater, id eſt proavus) partim propter benevolentiam & fidelisſimum animum, quem erga eum ſervaverat. Is cum ſimiliter feciſſet atque Seleucus, adducitur ad dominum Firmilianum: quem quia ad majorem bilem quam ceteri,
præſi offenſus, commovit, ſalutaris paſſionis cruci traditus, martyrium
B ſubiit. *Hæc de eo Euſebius. At Metaphraſtes addit eum, nisi ante fecerat Seleucus*, oſculo aliquos Martyres excepiſſe. *Gentianas loco* patris tertiæ generationis, *vertit* trium filiorum patrem fuiſſe. *Græce, τριγονιαν παππ dicitur, ab Euſebio τριγονδας παππ. De S.* Juliano *vero hæc narrat idem Euſebius.*

4 Cum poſt hos unus adhoc reſtaret, qui inter dictos
S. Julianus martyres duodecimum compleret numerum, eum impleturus comparebat Julianus. Hic peregre jam tum adventans, & ad locum oecdum ingreſſus, ſubito, otiex AUCT. G. R. D
intimo erat, audita cæde, ad illud martyrum ſpectaculum ſe contulit, atque ut humi poſita Sanctorum vidit corpora, gaudio repletus, ſigillatim ea complexus ſaluravit. Quod dum faciebat, illico lictores & cædis miniſtri eum apprehenſum ad Firmilianum adducunt. Hic
miles illaudabili ignominia afficitur. vero inſtituto ſuo facinus conſentanea, lento eum tradidit igni. Sic igitur Julianus præ lætitia exultans, & magna voce Deo, qui tantis eum dignatus eſt bonis, gratias agens, Martyrum corona donatur. Erat hic Cappadocum genere ſecundum carnem oriundus, at ſecundum mores ſanctiſſimus, fidelisſimus, & maxime ingenuus; & cum in aliis rebus ſpectatus, tum divino ipſius ſancti Spiritus afflatu imbutus. Talis erat caterva eorum, qui per Dei gratiam in martyrii ſocietatem cum B. Pamphilo adſciti fuerunt.

5 *Sequentia his duobus cum reliquit martyribus communia ſunt.* Sacra, *inquit*, & ſancta revera illorum corpora ex impii Præſidis mandato quatuor diebus totidemque
Corpora a beſtiis non attingunturs noctibus, ut a carnivoris beſtiis devorarentur ſub dio ſervabantur. Verum ubi ramquam miraculo quodam nulla neque beſtia, neque volucris, neque canis ad ea accedebat, rurſus per Divinæ providentiæ diſpenſationem integra illæſaque inde ablata fuerunt: & exequiarum juſtis
ſepeliuntur. potita, conſuetæ ſepulturæ honorifice commendantur. E

6 Ceterum operæ pretium eſt hoc loco commemorare, quo pacto tandem, non idque longo tempore poſt cœleſtis & Divina providentia eos impios magiſtratus eum ipſis tyrannis ulta ſit. Nam Firmilianus, qui tam
Firmilianus eum ſuis paulo petulanter & contumeliose in Chriſti martyres debachatus fuiſſet, eum aliis ejuſdem ſceleris participibus ea-
poſtea punitur, trema ſupplicia ſubiit, gladio finem vivendi fecit.

DE S. BONOSIO, SIVE BONOSO,

TREVIRORUM EPISCOPO.

I. B.

An. Chr. CCCLXXXIX. XVII. Febr. S. Bonoſii natalis, 1 TReveris S. Bonoſii Ep. & Confeſſoris *recoli 17. Februarii natalem, indicant Hermannus Greven in anctario ad Uſuardum, nempe Martyrologium Colonia excuſum anno 1490. Canisius, Molanus, Ferrarius, mſ. Carmeli Colonienſis.* Bonoſium *appellant mſ. Florarium & Sauſſajus.*

2 *De eo ita ſcribit Chriſtophorus Brouverus noſter lib. 4. Annal. Treviren. ad annum 358. pag. 279.* Poſt *Paulini*
ordinatio an. 118. mortem, Bonoſius, ut indices noſtri, vel, ut uſus fert
C hujus ſeculi, Bonoſus, Epiſcopus creatus: cujus omnia memoria vitæ, ot multorum deinceps ſequentium Antiſtitum, funditus deleta.

3 *Ad annum deinde 381. pag. 301. ita loquitur:* Habuere per id tempus Britonium Epiſcopum Treviri, qui 10 locum ſucceſſerat defuncti Bonoſii. Tametſi vero pontificatus Bonoſii nulla ſit litterarum memoria conſignatus;
acta ignota. eum tamen inter Confeſſores adſcriptum, ſeptimodecimo Febr. non ſilent Martyrologia: & 10 B. Paulini æde, ſub ara S. Clementis, ubi ejus in Martyrio vel Confeſſione ſunt recondili cineres, talis admodum epigraphe legitur:
epitaphia. HIC AITUA AST AONÆ MEMORIÆ BONOSIUS TREVIRORUM ARCHIEPISCOPUS, CUJUS AA HOC MUNDO TRANSITUS XIII. KAL. MAR. CELEBRATUR. *Clare deinoſtendit Broweruſ, diverſum ab hoc eſſe* Bonoſum *illum Macedonia Epiſcopum, in ſynodo Capuana damnatum, quod illibatam Dei Genitricis pudicitiam negaret: item alterum ejuſdem* F
nominis, S. Hieronymi amicum & comitem, Treviris aliquandaſtudiorum cauſſa verſatum, deinde in Oriente anachoretam factum: ac demum Luciferianum illum, qui Treviris, Maximi juſſu, ut creditur, in carcerem conjectus in eo interiit. De S. Britanio S. Bonoſii ſucceſſore agemus 5. Maii.

DE S. PULCHRONIO

EPISCOPO VIRDUNENSI IN BELGICA I.

Commentarius hiſtoricus,

I. B.

CIRCA An. CCCC. LXX. XVII. FEB. *S. Polychronius Epiſc. Virdun. colitur 17. Febr.* 1 UBi de S. Polychronio *Epiſcopo Babylonis & martyre egit Cardinalis Baronius in Annotat. ad Martyrol. 17. Febr. ita ſubnectit:* Fuit ejuſdem nominis S. Polychronius Epiſcopus Virdunenſis in Gallia, diſcipulus S. Lupi Trecenſis, de quo habetur mentio in Actis ejuſdem S. Lupi. *Aliarum verba mox proferemus. Non tamen adſcripſit Martyrologio idem Baronius* Polychronii *nomen, quem* Pulchronium *vulgo alii appellant cum Breviario Virdunenſi, in quo officio ſemiduplici colitur hoc die. Inſcriptus ad hunc ipſum diem mſ. Martyrologio monaſterii Gemmeticenſis, ſive S. Richarii, quod Beda nomen præfert, eſtque minimum a 500. annis exaratum. Ita autem habet:* Virduni

S. Pul-

AUCT. l. 1. A S. Pulchronii Ep. & Conf. *Eumdem recenſet Conſtantinus Ghinius in Natalib. SS. Canonicorum, ſed fallitur, dum* S. Lupi Tornacenſis Ep. *diſ ipulum aut fuiſſe; nullus enim Tornaci Lupus Epiſcopus fuit, ſed Trecis,*

2 Geminam S. Lupi *Vitam habemus e vetuſtis codicibus deſcriptam. Prior (quam & Surius* ſtylo paſſim climato *edidit) iſta da S. Pulchronio praedicat:* In S. Pulchronium Epiſcopum Eccleſiæ Veredunenſis curationum gratia prælucebat, ita ut religatis poſt tergum manibus dæmoniacis imperaret, & prius ſenſum percipierent, quam in colliſionem ſuarum corporum cesnui laberentur. *Altera prolixior, iſta habet:* Prolixitate impoſui ſermonis faſtidium putamus nos intuliſſe lectoribus, dictis rimantibus actus tanti Pontificis. Unde garrulitas noſtra, quæ ingenii ſui ſtultitia magis dedecorat decoranda, conticeſcat, & tanti Magiſtri interdum propria intermittens, diſcipulorum ejus aliquos patefaciat, ut argumentum ab effectu trahentibus doctis, to diſcipulorum vita mirabili, mirabilis liqueat virtus Magiſtri. Subſcriptis etenim ejus referantibus diſcipulis, qui ejus io talibus ſemper adhæſerant monitis, relatio ejus actuum teadita eſt poſteris. Quorum unus fuit S. Polocromius Eccleſiæ Verdunenſis Epiſcopus, meritis & honore coeuſcus: cujus vitam ſanctitate plenam, munere virtutis, miraculorum patratio

B oſtendit, quibus elacuit pluſquam credibile ſit. Nam miſeris, quos dura vexabar condito furoris, ut & extenſeeus angeerentur ferreis hominum catenis precibus a Domino remiſſionem imperabat ſanitatis, ut & dæmones pellerentur, cum armis ſuis virulentis, & larvaeum lemucumque carerent deinde phantaſis. Nec ſolum in talibus, ſed & in diverſis ſulgebat horum ſimilibus, quæ libellus de ejus vita ſcriptus elucidat ſcire volentibus.

3 Libellum illum de ejus vita ſcriptum nondum vidimus: nec viderat Bertharius Presbyter, *qui haud dia poſt an.* 900. *Dadenis Epiſcopi Virdunenſis rogatu, geſta antecceſſorum ejus ſuccinte deſcripſit; nam de* S. Pulchronio *nihil amnino habet, niſi quæ ex priore Vita S. Lupi retulimus. Delibabimus hic obiter, quæ Richardus Waſſeburgius l.* 2. *Antiquitatum Gallia Belgica de eo memoriæ prodidit, non indiligens ſcriptor, ſed qui majorem iniſſet a poſteritate gratiam, ſi apocryphus ſecernere a legitimis potuiſſet, & auctarum, quibus uſus eſt, loca diſtuſte eitaſſet, aut reddidiſſet etiam verba. Is ergo de* S. Pulchronio *iſta fere commemorat.*

4 *Pulchronius in Gallia Belgica natus, nobilibus, pio, opulenſiſq; parentibus, quorum fere Virdumi domicilium fuit, aut vicinis locis ubi erant eorum prædia ac poſſeſſiones. His admodum adoleſcens orbatus, a Lupa conſanguinea ſua, ejuſque*

C *conjuge Punimola, Tulli Leucorum commorantibus, diviniarum rerū perſtudioſis, in tutelam eſt ſuſceptus, magiſtriſq; traditus, ut litteris ac bonis moribus eruditetur. Cum deinde pis conjuges paricenſeſu nutrium ſuc. remiſiſſent, religioſam vitam amplexi, Lupus paullo poſt ad Tricaſſina Eccleſia ſolum evectus eſt. Qui deinceps cum S. Germano Antiſiodorenſi in Britanniam profectus ad compeſcendam Pelagianorum rabiem, Pulchronium ſecum duxit. Inditit hic Lupi virtutes egregias ſtudioſe amulari, illum obſervare, illi ſervire, ſumma reverentia ac ſubmiſſione, velut magiſtra ac domino. Qua ſanctis Antiſtites tuto eo itinere adivere pericula, in* S. Germani Vita 31. Julii inque S. Lupi 29. ejuſdem deſcripta, *eadem Pulchronio quoque ſuperanda fuere: & qua poſtea Lupo civibuſque Trecenſibus Attila Hunnorum Rex inrentabat, niſi præſidio illis benignitas Numinis fuiſſet.*

5 *Vita in campis Catalaunicis Attila ac pulſa, reſpiraverat aliquantum Belgica, niſi quod ei Franci incubabant. Virdunum, quæ urbs tunc adhuc Reip. Romana parebat, Antiſtitem ſibi, quo dicitur antea din carniſſe, dari poſtulat, impetratq; Dignitſimus eo munere uſus Pulchronius, quippe & Virdunenſi ortus, & ſanctitatis doctrinaque fama conſpicuus. Tretis accerſitur, Lupoque probante, ſupponit oneri cervices. Virdunum ergo perductus, magnaque civium lætitia exceptus, in* Ss. *Petri & Pauli baſilica, quæ nunc S. Vitoni appellatur ſeu Videni, dicitur inauguratus. Tum divinas caremonias, ſi qua vitiata aut neglecta, reſtaurare aggreſſus, precumque publicarum & ſacrorum ritus ordinare.*

6 *Anni erant laſſaſpatio Romam proficiſcitur, Pontifici Maximo (Leo Magnus is erat) obitem perundi ſtudium eorum teſtaturus, ſacraq; veneraturus pie loca. Ea occaſione miſſum ad Chalcedonenſem ſynodi aut Waſſeburgius, nullo vel in ſpeciem probabili argumento & ratione temporis repugnante: nam an. eodem, quo cum Attila in Catalaunicis campis dimicatum, Chr.* 451. *coacta & abſoluta ea ſynodus eſt, in qua qui adfuere* Polychronii *Epiſcopi, is propriis in Oriente Sedes habuere quas indicantur. Iter autem hoc Romanum* Pulchronii *noſtri an. nonimum* 452. *aut etiam ſerius contigit. Fortaſſis decretu ſynodi a Pontifice accepit, atque in patriam atſuſis. Aliequin etiam Demochares, Chenu, Claudius Robertus, Ghinius, Sanſajus, ajunt ſynodi illi interfuiſſe.*

7 *Ramu reverſus, intra urbem nova baſilica jecit fundamenta, facultates ſuas amaci, quas a majoribus non exiguas acceperat, in eam rem profundens. At loci anguſtia opus arctabant. Hortis ſuis fundiſque propinquis pii homines ultro ceſſere, ut ſpatium ampliarent. Tantum in Antiſtitis ſanctitate ad permovendas animos erat auctoritatis. Nec ſe ſuperari munificentia paſſus eſt. His enim, de Antiſtite ſuo atque Eccleſia ita præclara meritus, prærogativam aliquam honoris tribuit, qua deinceps poſteri eorum fruiti, & fruuntur etiammum, in novorum Antiſtitum ſolenni ingreſſu, ſique* E Feudararii Virdunenſes *appellantur. Eam ipſe baſilicam Deipara Virginis honori dicavit, atque ejus præcipua ſolennitate coli Nativitatem decrevit. Sculpi quoque illius effigiem curavit, ſerpentem pede concalcantis, quippe qua cunctas hareſes, quarum ſerpens ſymbolum eſt, ſola interemerit. In hanc baſilicam Sodes translata eſt Epiſcopalis. Ipſe tamen in priore St. Petri & Pauli ade ſuburbana ſepiſori ſe juſſit. Hæc fere de S. Pulchronii rebus geſtis Waſſeburgius.*

8 *Quadam ejus miracula, a Bertharia ac Waſſeburgio prætermiſſa, indicantur in Virdunenſi Breviario, Lectione tertia ac quarta, hunc in modum:* Legimus ſiquidem in Vita beatiſſimi Lupi Trecaſſinæ civitatis Epiſcopi, qui eo tempore quo neſanda gens Hunnorum, Gallicanum regnum invadens, cædes Dei ſervorum & deſtructiones eccleſiarum exercebat, civitatem ſibi a Deo commiſſam feliciter gubernabat: Pulchronium admirandæ ſanctitatis virum, diſcipulum ejus fuiſſe, & tantis tunc virturibus claruiſſe, ut ſi qui ei dæmoniaci offerrentur, mox eo viſo ſolvebantur. Tantum ergo virum poſt excidium Hunnorum Eccleſia Virdunenſis meruit habere Patronum. Cujus meritis ſæpenumero nimias inundationes aquarum ceſſaſſe vidimus, cum per contigua loca ſacroſanctum corpus ejus deportatum fuiſſet.

9 *Cum in ſuburbana Apoſtolorum ade ſepultus eſſet* S. Pulchronius, *poſtea Hatta Epiſcopus, qui ſeculo 9. eam rexit Eccleſium, ejus, Sanctorumque* Poſſeſſoris & Firmini *corpora refodi curavit, non abſque cæleſtibus portentis, & thecis affabre factis incluſa, intra urbem transferri, ut idem auctor eſt Waſſeburgius. Meminit hujus tranſlationis Bertharius his verbis:* Poſt hos exſtiterunt Ss. Pulchronius, Poſſeſſor & Firminus: de quorum memoria nihil aliud ſcimus, niſi quod a primis temporibus eorum merita Deo ſuerunt grata, & inter cives Sanctorum ſunt enumerati. Legitur enim in Vita B. Lupi &c. Certe quando reliquiæ de prædictis Sanctis ſuerunt acceptæ, tempore Domini Hartonis Epiſcopi, hinc & monumenta iſtorum honorabiliter ac venerabiliter, ſicut decet Sanctos, ſub monumento B. Vitoni reperta ſunt. Pars autem corporum illorum ab aliquibus viſa, ſatis oſtendit, quod eorum animæ in beata felicitate gaudio fruuntur æterno.

10 *Celebratur anniverſaria illius tranſlationis memoria in Eccleſia Virdunenſi, die* 4. *Maii, officia trium Lectionum. Qua die iſta habet Molanus in auctaria ad Uſuard.* Virduni tranſlatio ejus loci Epiſcoporum & Confeſſorum Pulchronii, Poſſeſſoris ac Firmini. *Mſſ. Martyrol. Centulenſe,*

Gratia miraculorum claruit.

præterita in effugandis dæmonibus

Vita ejus ſcripta.

Virduni natus

Ejus Parentes, educatur a S. Lupo Ep. Trec.

diſcit ab eo in Britannia.

multa non ea poſſet,

factus Epiſcopus Virdun. an. 451. vel 452.

ad Romam ſe confert.

ut idem auctor eſt

Translatio ejus ſacra.

ab Hatton Ep. ſec. 9.

Translationis ejus memoria.

A *tenſa, antea citatum:* In ſuburbio Virdunenſi ſanctorum Epiſcoporum Pulchronii, Poſſeſſoris, & Firmini Confeſſorum. *Sauſſajus in Martyrol. Gallicano ad eumdem diem:* Apud Virdunum translatio ejuſdem civitatis Epiſcopum, beatorum Confeſſorum Pulychronii, Poſſeſſoris, & Firmini: inter quos Polycbeonius ut ordine prior ſic potior meritis, & geſtis præclarior fuit. *Cujus deinde longum texit elogium, in quo, quæ jam relata ſunt, commemorat, gratia curationum illuſtrem extitiſſe,* Epiſcopalem Sedem ub æde ſuburbana .... in eccleſiam beatiſſimæ Virginis, quam in urbe conſtruxerat, tranſtuliſſe, imaginem in eminentioei templi aditu collocaſſe, ſer- AUCTORE L. B. D peotem pedibus conculcantem &c. *Quin & conſilio Chalcedonenſi interfuiſſe traditur, ut alii ante citati. Solus* S. Firmini *meminit ec die MS. S. Maximini hit verbis:* Virduno S. Firmini. *Hujus ac S.* Poſſeſſoris *natalis recolitur in Virdunenſi Breviario 3. Decemb.*

cs *Meminit hujus* S Polychronii *Baronius to.6. Annal. ad an.* 479. *nu.* 15. *Claudius Robertus (qui cum Chesnu, Demachare, Waſſeburgio ſextum ejus Eccleſiæ Epiſcopum ſtatuit) obiiſſe ait circa annum* 470. *S. Vitonus, qui quarto poſt eum loco eam Eccleſiam rexit, urbe a Clodoveo I. expugnata, creatus Epiſcopus eſt.* quando obierit?

DE SANCTIS EPISCOPIS
LOMANO ET FORTCHERNO
ATHRYMÆ IN HIBERNIA,
Commentarius hiſtoricus.

G. H.

§. I. Origo Eccleſiæ Athrymenſis. S. Lomani Acta & Epiſcopatus. Converſio S. Fortcherni ejuſque parentum.

SECULO CHR. V. XVII. FE. 1 ATHryma, *aliis* Athruma, Athrumia, Athrimma, Trimma, *oppidum Mediæ in Hibernia, juxta vadum & pontem fluminis Boyni, qui inde ad civitatem Pontanam deſluens, in Oceanum exoneratur. De Eccleſia Athryma primum fundata Uſſerius in Indice Chronologico ad Antiquitates Eccleſiarum Britannicarum iſta ad annum Chr.* 433. *obſervat:* S. Lumanus, Tigridiæ ſororis S. Patricii filius, cum in portu Colbdiauo juxta hodiernam Pontanam duobus dierum quadragenariis avunculum fruſtra expectaſſet, adveſu Boyno flumine ad urbem Trimmenſem navigio vectus, Fort-chernum cum matre ſua Britonilla, & patre Fedelmidio, loci Domino, totaque ejus familia baptizaviſſe traditur. Indeque a Patricio & Lumano, qui eam regionem a Fedelmidio dono acceperunt, Eccleſia Trimmenſis primum eſt fundata. *Idem Uſſerius cap.* 14. *pag.* 966. *aſſerit ab hoc* S. Lomano, ſeu Lumano, primo Trimmenſis Ecclaſiæ in Orientali Midia Epiſcopo, ac magni Patricii nepote, appellationem accepiſſe Port-Loman, Nugentiorum in Occidentali Midia uppidum, in illoque Sancti illius adhuc coli memoriam: *at quo menſe dicet, non tradit. Colganus refert* SS. Lomanum & Fortchernum *ad* 17. *Februarii, additq; eorumdem feſtum alterum in Menologiis Hibernicis annotari* 11. *Octobris. Neutre die de iis quidquam in noſtris Martyrologiis adhuc reperimus: quare cum Colgano ad hunc* 17. *Februarii de illis agimus, infra verba Martyrologii Tamlactenſis daturi.* Athryma in Media Hiberniæ provincia. Eccleſiæ fundatur a SS. Patricio & Lomano I. C. colitur hic cum S. Fortcherno 17. Feb. & 11. Octob.

2 *Jocelinus in Vita S. Patricii cap.* 5. *hanc S. Lemani originem tradit:* Erant, *inquit*, tres ſorores S. Patricio memorabiles, in ſanctitate & juſtitia Domino placentes: harum fuerunt nomina, Lupita, Tigridia, & Darerca. Tigridia felici fœcunditate ditata, fructus optimos protulit: quia ſeptemdecim filios & quinque filias edidit. Omnes mares magni meriti, Pontifices ſanctiſſimi, Sacerdotes optimi, & monachi fuerunt, fœminæ vero ſanctimoniales effectæ, in magna ſanctitate dies conſummaverunt. Epiſcoporum nomina, Brochadius, Brochanus, Mogenochus & Lumanus fuerunt: qui cum S. Patricio avunculo ſuo de Britannia in Hiberniam venientes, & in agro Dominico ſtrenue collaborantes meſſem multam ad horrea cœleſtia tranſmittendam collegerunt. Darerca vero, ſororum ultima, mater erat Epiſcoporum ſanctorum Mel, Rioch & Munis.... Vere generatio iſtarum appatet benedicta, juxta ſacri mater ejus Tigridia, ſoror S. Patricii, fratres Epiſcopi.

ſcripturæ eloquii & hæreditas ſancta nepotes S. Patricii. *Hæc Jocelinus. Nomen patrit exprimitur in Vita tripartita S. Patricii, cujus liber* 11. *ab adventu S. Lumani ad oſtium Boyni fluminis juxta urbem* Pentanam *ita incipit:* Eccli. 44. 28.

3 Poſtquam S. Patricius fidem Chriſti Hiberois prædicaturus eum ſua claſſe in Hibarnia appulit, declinans ipſe Temoriam, reliquit S. Lomanum in Inbheabolnne ad naves tempore Quadrageſimæ cuſtodiendas: eiqiin mandatis dedit, ut navé adverſus fluminis curſum Athtrumiam uſq; moveret, ubi tunc erat arx Fethlemidii filii Laogarii, filii Nelli. Cum autem S. Lomanus juxta Arhtrumiam appuliſſet, ſequenti die mane venit ad ipſum divinas laudes perſolventem Fortchernus, Fethlemidii filius, ad auditam pſalmodiam & cantum multum admiratus: ad cujus prædicationem & mox credens, baptizatus eſt. Et cum in viri Dei pſalmodia & doctrinis nimis delectatus hæreret, ſuperveniens ejus mater filium quæſitura, Clericos humaniter ſalutavit. Erat enim ipſa de Britannia, Scotha nomine, Regis Britanniæ filia. Acceſſit & ipſe Fethlemidius, & credidit, & Athtrumiam in perpetuum obtulit Deo, S. Patricio, S. Lomano, & Forcherno filio ſuo, qui monaſticum ſive clericale inſtitutum apud S. Lomanum mox amplexus eſt. S. Lomanus venit ad Athrymam. convertit S. Fortchernum, ejuſque parentes.

F

His peractis advenit & ipſe S. Patricius, & Athtrumiæ fundavit Eccleſiam viginti quinque annisante extructam Eccleſiam Ardmachanam, ibique reliquit S. Lomanum diſcipulum ſuum. De Britannia enim erat origo S. Lomani, & ſoror S. Patricii erat ejus mater: fuit enim filius Gollit, & fratres ejus erant S. Munis Epiſcopus de Forgnuidhe, in regione Cuircne in Boreali parte Midiæ, ad eipam auſtralem fluminis Ethne; Brocadius de Imleach-each in Kierragia, Connaciæ regione; Brocanus de Bregmagia regione de Hua-torcan; & Mogenocbus de Kill-dumhaglolon in regione Bregioeum. Et hi erant veri filii S. Patricii ſimilitudine, religione, baptiſmo, & prædicatione; & quidquid acquiſiveeunt ſive in agris, ſive in Eccleſiis, totum Patri & Magiſtro Patricio obtulerunt in ſempiternum. mater patrem Gollitum

4 *Eadem paulle accuratius tradit ante memoratus Jocelinus in Vita ejuſdem S. Patricii his verbis:* S. Patricius de partibus Ulidiæ navigio trauſvectus, in Midiæ finibus ad oſtium Boinn applicuit intae barbaros & idololatras, navem ſuam cum armamentis ejus S. Lumano nepoti ſuo cuſtodiendam commiſit: injunxit illi, ut ſaltem quadraginta diebus in illis partibus commorando, iſtam obedientiam ſuſtinaret, dum ipſe ad ulteriora interim regionis loca ad prædicandum perge- latere Barocadpetat ad martyrium

AUCTORE G. H. A ret. Lumanos vero lucis manens ountius, ſpe martyrii obtinendi factus obediens, injunctum ſibi dierum ſpatium ibidem demoratus daplicabat, quod nullus ſociorum ejus facere, capiti ſuo timens, audebat. Ipſe vero filius obedientiæ non eſt fruſtratus a fructu mercedis ſuæ in hac parte. Dum enim obedientiæ ſuſcipiens, patientiæ fructum in ſe protulit, divini verbi ſemine fœcundare terras alienas, ad proferendos fidei flores fructuſque juſtitiæ prodacere promeruit: & quanto devotius obediebat Patri ſpirituali, tanto mirabilius elementa obtemperabant ei. Expletis namque dierum duobus quadragenariis, cum fatigatus eſſet diutina exſpectatione ſuper redito S. Patricii, quadam die flabris ventorum vehementius ex oppoſito ſpirantibus, armamenta navis explicuit; & fervens fide, fidenſque de S. Patricii meritis, ipſius auctoritate, navi, quatenus ſe tranſveheret ad locum ſibi congruum, præcepit. O figuum hactenus inauditum & incompertum! Navis nemine gubernante contra fluvium & ventum ad votum viri Dei velificavit, & ab oſtio Bonn fluminis uſque ad Athtrym curſu proſpero illum tranſvexit. Ipſe vero nave ob merita Patricii vexit adverſus aureflatum abſque remigio in flumine contrario, qui quondam fluenta Jordanis convertens retrorſum, in alvei proprii fontem retorſit curſu retrogrado. navigat adverſo vento & fluvio

B

¶ Appulſus S. Lumanus ſecus oppidum Athtrym ſuperius nominatum, prius filium cujuſdam optimatis ibidem dominantis, vocabulo Forkernum, ad ſe, dum recitaret Evangelium, venientem, deinde matrem ejus Britonillam natione, ad ultimum patrem ipſius, Fethleminus nomine, ad Chriſtum convertit, & in fonte, quem in oculis eorum de terra precibus produxit, illum & alios multos baptizavit. His itaque geſtis ſanctus Sacerdos, vigeſimoquarto anno ante fundationem Ardmachæ, ibidem extruxit Eccleſiam, cui dotandæ, ditandæq; Fethleminus fidelis famulus Chriſti effectus, Athtrym & Midiam cum prædiis multis & pertinentiis ſuis, ſolenni donatione contulit. Ipſe vero trans amnem ſecedens, manſionem ſibi ac ſuis fecit, dieſque ſuos in bonum conſummavit. Lumanus in Eccleſia præfata Pontifex factus, Forkernum neophytum ſuum litteris imbuendum tradidit, & in brevi ſufficienter litteratum, ad ſacerdotium promovit. fontem ad baptizandum elicuit;

6 *Jacta hæc Eccleſia Athrymenſis fundamenta, ex antiquiore auctore Tirechano, licet manus eleganter explicata, reperiis Uſſerii pag.* 853. Cum (*inquit*) Patricius cum ſua ſancta navigatione ad Hiberniam pervenit, S. Lomanum in oſtio Boindeo navem cuſtodire reliquit quadragiota diebus & quadraginta noctibus: ac deinde alium quadrageſimum propter obedientiam Patricio manſit. Deinde ſecundum imperium ſui Magiſtri in ſua navi, contrarto flumine uſque ad vadum Truim in oſtio arcis Feidilmedi filii Loiguiri, Domino gubernante, perveuit. Mane autem facto, Foirtchern filius Feidilmedi invenit Evangelium recitantem: & admiratus Evangelium & doctrinam ejus, confeſtim credidit: & aperto fonte in illo loco a Lomano in Chriſto baptizatus eſt. Et manſit cum illo, donec mater ejus quæreret eum pervenit: & læta facta eſt in conſpectu ejus, quia Britoniſſa erat. At illa ſimiliter credidit: & iterum reverſa eſt in domum ſuam, & nuntiavit marito ſuo omnia, quæ acciderant illi & filio ſuo. At vero Fedelmidius lætificabatur in adventu Clerici, quia de Britonibus matrem habuit, filiam Regis Brittonum, id eſt, Scoth-noſa. Salutavit autem Fedelmidius Lomanum lingua Britannica, interrogans eum de fide & genere, & reſpondit ei: Ego ſum Lomanus Britto, Chriſtianus, alumnus Patricii Epiſcopi, qui miſſus eſt a Domino baptizare populos Hibernienſiam & converiere ad fidem Chriſti, qui me miſit huc ſecundum voluntatem Dei. Statimque credidit Fedelmidius cum omni familia ſua, & trimolavit illi & S. Patricio regionem ſuam cum poſſeſſione ſua, & cum omnibus ornatus obiit S. Patricius C ollegoltur cum parentibus S. Fortcherni, F

ſubſtantiis ſuis, & cum omni progenie ſua. Hæc omnia immolavit Patricio & Lomano cum Foirtcherno filio ſuo, uſque in diem judicii. Migravit autem Fedelmid trans amnem Boindeo, & manſit Loman cum Foirtchern in vado Truim, uſque dum pervenit Patrictus ad illos, & ædificavit Eccleſiam cum illis anno 22. antequam fundata eſt Eccleſia Alti machæ. *Hæc Tirechanus, qui annos* 22. *inter utramque Eccleſiæ fundationem ponit, alii* 25. *Uſſerius ad annum* 12. *ante Ardmachiam fundatam primordia Eccleſiæ Athrymenſis referenda arbitratur, hujus ſcilicet ad annum* 433. *Ardmachana vero ad an.* 445. D ob ille dono accepit amplas poſſeſſiones, ipſe alio migravit; boi ; fundat Eccleſiam Athrymen. ſem, dein ante Ardmachanam t

7 *Scripſiſſe vero S. Lomanum acta ſui magiſtri & avunculi S. Patricii, tradit Jocelinus in ejuſdem S. Patricii Vita.* Quatuor, *inquit*, codices de virtutibus & miraculis ejus partim Latine, & partim Hibernice conſcripti repertuntur, quos diverſis temporibus quatuor diſcipuli ejus, videlicet B. Benignus ſucceſſor illius, & S. Mel Epiſcopus, & S. Lumanus Pontifex nepos ejus, & S. Patricius filiolus ejus, qui poſt diſceſſum patris ſui in Britanniam remeans in fata deceſſit, & in Glaſtonienſi eccleſia ſepultus eſt honorifice, conſcripſiſſe referuntur ..... De quibus omnibus, quæcumque fide digna reperire potui, in hoc opus collecta communicare notitiæ poſterorum gratum duxi. *Hæc Jocelinus. Colganus Append.* 4. *ad Acta S. Patricii par.* 3. *arbitratur* S. Lomanum ſcripſiſſe geſta ſui Magiſtri adhuc in carne viventis, ipſumque Lomanum ante annum 460. & ſic diu ante mortem S. Patricii deceſſiſſe. *Quæ ex ætate S. Foircherni confirmantur.* ſcribit Vitam S. Patricii E adhuc obſcuris, mortuus ante an. 460.

§. II. *S. Fortcherni Epiſcopatus, dein vita monaſtica. Socii varii Athryma quieſcentes.*

8 *De obitu S. Lomani ac de promoto S. Fortcherno ad Epiſcopatum Athrymenſem hæc ſcribit Auctor Vitæ tripartitæ S. Patricii ſub initium libri* 2. *ante citati*: Poſt aliquantum vero tempus, cum S. Lomanus videret ſui exitus appropinquare diem, ipſe cum diſcipulo profectus eſt ad S. Brocadium fratrem ſuum viſendum: & coram ipſo reſignavit Eccleſiam, cui præerat, in S. Patricium & Fortcherum, mandans ut Fortcherous illod ante ſuum e corpore deceſſum ſuſciperet. Sanctus vero Fortchernus renitebatur, allegans non eſſe conſentaneum, ut ipſe in proprio patrimonio Eccleſiam ſuſcipiat adminiſtrandam, ne videatur jus hæreditatis prætendere in ea, quæ ipſe & pater ſuus Deo & S. Patricio obtulerunt. Et cum S. Lomanus nollet ſuam ei benedictionem impertiri, niſi ſuum præberet conſenſum ad onus illud ſuſcipiendum, tandem conſenſit. Cumque poſt mortem ſui Patris tribus tantum diebus præeſſet, regimen illius Eccleſiæ tranſtulit in quemdam peregrinum, nomine Cathaldum. Loca autem, quæ Princeps Fedhlemidius Laogarii Regis filius obtulit SS. Patricio, Lomano, & Fortcherno, erant Athtromia in regione de Hy Laogaire Breagiorum, & Imga in regione de Hy Laogaire Media. Ea autem loca obtulit & proſe, & pro omnibus Regibus majoribus, & minoribus uſque ad diem judicii. S. Fortchernus Epiſcopus eam alienam renuit;

9 *Similia Jocelinus de utroque narrat, quæ hic addimus*: Appropinquante, *inquit*, die ſui exitus de corpore, cum Forkerno præfato profectus eſt ad fratrem ſuum Broeadiom, præcepitque Forkerno in virtute obedientiæ, ut Eccleſiæ, cui præerat, regimen ſuſciperet poſt ipſius deceſſum. Ipſo vero recuſante, & allegante non eſſe rationi ſea juſtitiæ conſentaneum, ut in Eccleſia vel allodia patris ſui, regimea ſuſciperet animarum, ne videretur hæreditate poſſidere Domini ſanctuarium, iterato Pater & Paſtor præcepto perſtrinxit illum. Quid plura? Benedicere noluit illam, donec huic oneri ſuſcipiendo præberet aſſenſum. Sancto denique Lamano ex invitus admittit,

A no ea hac luce ad luciferę patriæ perpetuam mansionem migrante, Forkernus Ecclesiæ præscriptæ injunctam sibi curam suscipiens, tribus tantummodo diebus illi præfuit, ac deinde cuidam peregrino, genere Britanno, Cathaldio nomine, regimen illius commisit. Sic profecto vir Dei, patris sui præceptum adimplevit, & ne ceteris daret exemplum vindicandi juris aliquod in Ecclesiis, aut hæreditate parentum, omnimode vitare curavit. Hujus tamen Ecclesiæ cuncta prædia, de assensu Principum, a S. Lumano B. Patricio ejusque successoribus sunt collata, & ad jus Ardmachanæ spectant Ecclesiæ in perpetuum possidenda.

10 *Abductus Episcopatu, t. Forkernus secessit a terra nativa suavum strepitu, & in loco quodam remoto monasterium extruxit, Roscurensis appellatum, cujus Ecclesia numquam illa fit, qua post obitum ejus dicta fit ob sacram ejus venerationem* Ecclesia de Kill-Furtchern, sita in ea Lageniæ regione, quæ Idrona nuncupatur, *addubitat Colganus. In hoc Roscurensi monasterio, veluti in sanctitatis & sapientiæ palæstra plures post ea pietate simul & doctrina illustres, in litterarum virtutumque studiis instructos fuisse colligimus ex Vita t. Finniani de Cluain-Eraird, danda ex codice Salmanticensi 23. Febr. In ea sub initium hæc leguntur:*

B 11 Cum natus esset, *Finnianus*, lætati sunt parentes, atque baptizandum ad sanctum Episcopum Forkernum miseruit usque ad Roscurensem Ecclesiam. Mulieres vero cum puero iter agunt, & ea inspiratu obvius fit eis S. Abbanus Presbyter. Quærente vero sancto viro ab eis, quo tenderent, respondent mulieres dicentes: Ad sanctum Episcopum Forkernum pergimus baptizandi hujus pueri causa. Venerabilis igitur Abbanus vidit Angelos in comitatu pueri: mulieres quoque, quæ pueum portabant, contestatæ sunt se vidisse juvenem pulcherrimum, ponentem super caput pueri manum, qui dixit: Beatus erit hic puer. Et baptizavit infantem sanctus vir Abbanus, vocant eum Finnluch, quia ibi bina flumina ea diversis fontibus cohærent sibi in unum, ubi baptizatus est. Aqua enim ibi quasi albi coloris propter sui puritatem apparuit. Hic vero altero nomine, quod est magis commune, Finnianus dictus est. In loco vero, ubi sanctus infans benedictus lavacro salutis est purificatus, Crua posita est, quæ Crux Finniani vocatur. Hic advenienta tempore apud S. Forkernum psalmos hymnosque eum aliis Ecclesiasticis officiis didicit.

12 *Ex t. Finniani Actis atas t. Fortcherni colligitur. Mansit namque t. Finnianus sub t. Fortcherni magisterio, donec ut author Vitæ habet*, trigesimum ætatis suæ annum compleret, quando valedicens Magistro suo *t. Fortcherno*, iter arripuit, & trans mare pergere cogitavit. *Tunc* triginta ipse annis in Britannia, constructis tribus Ecclesiis, commoratus est, *dein* reversus in Hiberniam, ad fidem post B Patricii obitum neglectam restaurandam, *uti ex officio ipsius Ecclesiastice edidit pag. 912. Ussherus, qui in Indice Chronologico hunc t. Finniani in Britanniam discessum tradit ad ann. 490. ejusque in Hiberniam reditum, post 30. annum Britannica peregrinationis completum, assignat ad annum Chr. 520. Hinc constat t. Fortchernum post abdicatum Episcopatum, in extructo Roscurensi monasterio sternisse opi-*

nione sanctitatis circa ann. Chr. 460. quandoquidem Finniana natas est, qui versus illius monasteriam, ut ab eo sacro baptismi fonte ablueretur, deportatus: apud quem dein ad annum ætatis 490. permansit, ac triennio nunc ex Hibernia discessit, quam t. Patritius notatur ab Usserio e vita excessisse, quod ad 17. Martii exsticiendum. Quamdiu t. Fortchernus post annum 490. adhuc vixerit, non constat.

13 *Colganus ait in Menologiis Hibernicis diversa observari festa tam t. Lamani, quam t. Fortcherni, utrumque, referri & 17. Febr. & 11. Octobris: ab illo appellari* Port-Lomaoo oppidum, *ab hoc* ecclesiam de Kill-Fortchern, *nihilque dixisse, singulorum sacram memoriam haberi: utrumque etiam tum aliis sociis Athryma 17. Febr. coli, quos ex Martyrologio Tamlactensi ita recenset*: Lomani Athtrumensis cum sociis suis, id est, Patricio, Hostiario, Lurecho filio Cuanach, Fortcherno, & Cœlo Ochtra, Ædo, Ædo, Ædo, Cormaco Episcopo, Conano, Comeno Episcopo, & Finnfecha Virgine. Hi omnes Athtrumiæ requiescunt. *Hæc ibi. In apographo nostro, a Colgano communicato, dicitur* Lomanus hostiarius S. Patricii cum sociis Atherumiæ Lurechus filius Cuanach *&c. Colganus de hoc, excepto Cœlo Ochtra, qui in apographo nostro* Cœlius Octra *dicitur, ad 17. Febr. agit, ac Sanctos appellat fasius tamen non esse verosimile, omnes hos octodecim Sanctos eodem die decessisse, neque arbitrari se eorum natalem, sed aliam festivam memoriam hac die celebrari. Cui autem Patricium Ostiarium 26. Augusti: Lurechum ab aliis Hibernis referri ad 17. Febr.* Fortchernum *esse Episcopum, de quo hoc loco egimus: e tribus* Aedis, *qui in apographo nostro* Aidi *appellantur, duos haberi filios Fergussii, tertium filium* Guarii: Cormacum Episcopum Athrymensem *e senioribus ac senem, referriquæ Fastis Hibernicis ad 17. Febr. senorem postea fuisse Ardmachanum Episcopum, appellari* Comorbanum, *id est, successorem*, S. Patricii, *mortuumque esse anno 497. decrepitum, ejus adolescentia agi in Vita t. Patricii tripartita, aliaque Jocelino scripta, sed illic absque* Sancti *titulo*: Conanum & Comenum *a viris ejusdem nominis non distinguit.* Lactenum Sacerdotem (*in apographo* Lactentiom) *forte esse Abbatem de Abhdar, ac 19. Martii coli*: Ossianum *Presbyterum videri fratrem t. Cormaci junioris Episcopi Athrymensis, qui floruit sexto* S. Saranum, Conallum, & Colmanum *a variis ejusdem nominis Sanctis non posse distinguit: videri tamen* Conallum filium Fiachnæ, & Colmanum filium Lugidi *esse*: Lactanum, *in apographo nostro* Lactanum, *ibi* Lactinum, Episcopum *esse, qui etiam in Martyrologiis non Hibernicis ad 19. Martii memoratur: denique* Finnfecham Virginem *coli 13. Octobris: quod hoc loco indicasse sufficit. In Martyrologio Mariani Gormani Abbatis Lugdunensis recensentur ad 17. Febr. etiam sequentes, quorum non meminit Colganus*: Dachonna filius Otani, Robneus Episcopus, Midus filius Facundi, Brelachus filius Fichelli. *Ex his in Tamlactensi habemur* Dachonna filius Odrani, Mido, seu Midus, filius Facundi juxta Sligech, Brelachus filius Fichelli: *at loco Robnei est* Fichellachus seu Fichellius. *Ad Vitam t. Attracta Virginis 9. Febr. meminit Colganus* Dachonnæ, *ait, 17. Febr. coli: at quorsum tam hunc quam alios jam memoratos hic omiserit, ac contra alios ex iisdem fastis recenseat, haud satis assequimur.*

AUCTORE G. H. D

55 Lomani & Forchernorum varietas;

E

Patricius, Lurechus,

Aidi,

Cormanus,

Cormanus, Lactanus, Ossianus,

Saranus, Conallus, Colmanus, Lactanus

Fiachnæ, F

alii festa Hibernicis hic adjecta,

a Colgano omissi,

DE S. HABETDEUS
EPISCOPO LUNENSI MARTYRE.

I. B.

CIRCA AN. Ch. XVII. FE.

1 *Una urbi olim celebri fuit ad Macram amnem, qui Etruria ac Liguria limes est. Vix nunc ruinas extare ejus urbis tradunt. Episcopatus Sarzanam aliquanto inde spatio distantem translatus a Nicolao V. Pontif. Max.* sed Episcopus *Lunensis ac Sarzanensis appellatur. Colitur Sarzanæ* S. Habetdeus, *sive* (*ut Petrus Episcopus Equilinus*

S. Habetdeus Ep.

lib. 11. c. 59. loquitur) Habetdeum. *Ferrariæ etiam in obliquis fastibus* Habetdeus *appellat. De eo ista tradit idem Equilinus*: Habetdeum Episcopum Lunensis & Martyr, tempore Vandalicæ persecutionis in Italia martyrium passus est. Qui dum Arrianæ professioni resisteret, primo in exilium relegatus est: deinde ipsum Vandali revocantes,

ob Arianæ relegatus,

AUGTOREI. B. cantee, obturatu eidem ore, ipſum aqua more Arrianorum rebaptizarunt, putantes ex hoc ejus conſcientiam violare. Sed dum adhuc illis fortius obſiſterer, ab eiſdem capite cæſus eſt.

A *dele ecclesiastes t*

2 *Eodem aliis verbis memorat Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, eiſdemq; Egnilnum, & Officia Eccleſiæ Sarzanenſis. Eadem aliquanto brevius Ughellus eo. 1. Italia ſacra, ubi eum primum numerat Lunenſis Eccleſia Epiſcopum. Dubitat tamen Ferrarius, an non potius Africanus Epiſcopus fuerit, tum quia nomen illud Afris Chriſtianis familiare, ut* Quod vult deus, Deogratias *&c. tum quia licet ſæpius maritimam Italiæ oram incurſaverint Wandali, ipſamq; urbem Romam expilarint, nunquam tamen firmas in Italia ſedes habuere, nec in exilium relegaſſe Epiſcopos, dein revocaſſe videri poſſint. Quid ſi ab iis vexatus variis injuriis in Africa, demum proſcriptus, ut alii plurimi, in Italiam venit, atque ibi a Gothis, itidem Arianis, poſtea occiſus? Sed nihil affirmamus, præſertim repugnante Lunenſi Eccleſia traditione.*

Lunensis Episc. ne Africanus?

3 *Coli 17. Februarii ab Eccleſia Sarzanenſi tradunt itidem Ughellus & Ferrarius atque hic iterum in gener. Catal. SS.*

tollitur 17. Febr. Sarzana;

DE S. FINTANO PRESBYTERO,

ABBATE DE CLUAIN-EDNECH IN HIBERNIA,

G. H.

Commentarius prævius.

SÆCULO CHR. VII. VEL EX. 1 *Celebris eſt hoc die S. Fintani memoria in Faſtis ſacris Martyrologium Romanum*: In Scotia S. Fintani Preſbyteri & Confeſſoris: *addit Uſuardus*, magnæ virtutis viri. *Similia habent paſſim reliqua Martyrologia, etiam peramplia mentione exarata, ſub nomine Bedæ, Uſuardi, & Adonis*: *in quibus* Finanus, Fimanus, Fintanus, Funtanus, Feintanus *vocatur. MS. Bruxellenſe, MS. Florarium, Maurolycus*, Epiſcopum *appellant, errore arrepto ab alium c. Finannum Scotum Epiſcopum, qui hoc etiam die colitur.*

S. Fintanus Presbyter colitur 17. Febr.

B

2 *Quanam vero in diſſidio Martyrologiis Scotia intelligatur, inter hodiernos Scotos ac Hibernos controvertitur. In Breviario Aberdonenſi poſt relatam S. Finani Epiſcopi Visonem hæc verba addunturs*: S. Fintani Prioris in Scotia. *Dempſter in Menologio Scotico adjicit*: qui poſtea Epiſcopatum geſſit. *Item in Hiſtoria Eccl. gentis Scotorum c. 509. relatis Martyrologiis Romano, Galeſinii & Maurolyci, ait*, ab aliis Preſbyterum, a quibuſdam Confeſſorem, a nonnullis Epiſcopum, Breviario Scotico Priorem perhiberi; Martyrologia MSS. non extare, *quæ ſcilicet ipſe viderit: quamplurima nos habemus quibus S. Fintani memoria inſcripta. David Camerarius eumdem* Finianum, *quem fatetur 17. Februarii celebrari in Martyrologiis Romano & Uſuardi, retulit ad Kalendas Februarii, nulla data, cur ita ſtatuat, ratione. Hæc Scoti hodierni.*

In Scotia hodierna habetur ab aliis diſputatur,

3 *In antiqua Scotia, ſive Hibernia, natum eſſe & vixiſſe S. Finianum aſſerunt Hiberni: imo viginti quatuor in ea inſula extitiſſe Sanctos, Finianos appellatos, tradit Colganus ad 17. Februarii cap. 1. Appendicis poſt Vitam hujus Fintani, quem Abbatem & Fundatorem monaſterii de Cluain-Ednech fuiſſe tradit cum Martyrologio Hiberni, ex quibus Marianus collocat* Cluain-Ednech in Laghliſia regione Lageniæ, *& quidem* in diœceſi Lethghlinenſi, *ut Colganus habet, qui cap. 4. Appendicis enumerat viginti duos monaſterii Cluain-Ednech Abbates, quorum ſex Sanctis adſcriptos memorat.*

ab aliis in Hibernia,

C *Abbas de Cluain-Ednech,*

4 *Vitam hujus ſancti Abbatis damnat ex MSS. Salmanticenſi & Kilkennienſi, ex alio Kilkennienſi eam edidit Colganus, eiq; ex mſ. Inſula omnium SS. datur ad 15. Novembris quo aliud ejus feſtum celebrari monet. In hac Vita dicitur num. ultimo obdormiviſſe in pace 13. Kalend. Mart. Quapropter veroſimilius nobis videtur in antiquis Martyrologiis de hoc c. Fintano ad hunc diem agi. Auctorem hujus Vitæ coævum c. Fintano fuiſſe probat Colganus ex num. 13. ubi prædixit patrem B. Sinchelli male pariturum, bonaq; ejus poſt mortem a Regibus ac Principibus auferenda: nutritorem vero facta pœnitentia, erogatis in pauperes divitiis, feliciter moriturum, additq; ſcriptor.* Quod eſt in futuro, non dubitamus, videntes præterita completa. *Quæ tamen verba monuimus in Salmanticenſi mſ. non legi.*

hujus Vita unde edatur?

& qua ætate?

5 *Floruit hic* Fintanus *Abbas ſeculo Chriſti ſexto, quo Rex Lageniæ erat* Colum, *ſeu* Colman, *ſecundum Annales Hibernicos, mortuus anno Ch. 576. Ad hunc liberaturus captivum venit S. Finannus, ne dicitur num. 19. Deinde S. Columba de Tyrdaglaſſ Magiſter S. Fintani, qui eum in Cluain-Ednech miſit, dicitur obiiſſe an. 548. At S. Columba Abbas Hyenſis, qui S. Fintano adhuc adoleſcente præerat aliis monachis, mortuus eſt anno ætatis 77. Chriſti 595. Hunc autem* Columbam *opinatur Colganus S. Fintano ſuperviviſſe qui hujus in regimine numerat proximos ſucceſſores S. Fintanum Maldubium, ab eo, ut in Vita dicitur, conſtitutum, c. Fintanum cognomento Corath, & S. Fintanum, qui & Munnu, filium Tulchani, qui traditur obiiſſe 21. Octobris anni 634.*

floruit in ſeculo Chr. 6.

E

6 *Prater alios diſcipulos, quorum in Vita eſt mentio fuit S. Congallus Abbas Benchorenſis, in cujus Actis, ad 10. Maii illuſtrandis, hæc habentur*: Sanctus puer Congallus ſecularem habitum deſeruit, & habitum Eccleſiaſticum ſuſcepit, & litteras apud quemdam Clericum didicit, qui habitabat in quadam villa in eure, & ille Clericus natura fragilis erat in voluptatibus.... Cumgallus videns, quia Magiſter ſuus in errore adhuc maneret, deſeruit eum cum pareta ſua, & direxit viam ad Auſtralem Hiberniæ plagam, & intravit provinciam Laginenſium, & venit ad S. Finianum Abbatem monaſterii, nomine Cluain-Ednech, regentem in plebe Laighis, poſitum in Aquilonali Laginenſium plaga juxta radices montis * Blauma, eceepitque S. Finianus B. Comgallum in ſuam congregationem. Cumque ibi S. Comgallus in ſancta converſatione duraque vita eſſet, immiſit diabolus tædium magnum in cuede ejus circa patriam ſuam & parentes, ſuſtinens laborem magnum & durum, confeſſuſque eſt ſuam tentationem ſancto Patri Fintano, ſuditque Pater ſanctus preces & orationem ad Deum pro eo, & expulſus eſt illico diabolus a Comgallo per orationem ſui ſenioris. *Et variis interpoſitis hæc leguntur*: Poſt multum jam tempus miſſus eſt S. Comgallus a S. Fintano, ut rediret ad patriam ſuam cauſſa ædificandi cellas ad Chriſti famulos nutriendos. Tunc jam S. Comgallus adhuc poſt multos annos ſine Ordine erat, nolebat enim gradus ſuſcipere. Et acceptа benedictione & oratione Patris Fintani S. Comgallus cum diſcipulis ſibi ordinaris cœpit peregere ad patriam ſuam.... conſtituitque magnum monaſterium, quod vocatur Benchor, in regione quæ dicitur Altitudo-Ulterorum juxta mare Orientale, & maxima multitudo monachorum illuc venit. *Hæc ibi. Fundavit S. Congallus monaſterium Benchorenſe circa annum 555. ut vel inde confirmetur ætas S. Fintani*: *& certe plurimum aberrat Dempſterus, aſſerens eum floruiſſe anno 821. vel 871. niſi de quo ipſe Fintano loquatur, clarius explanet.*

F

S. Comgallum in ſuo monaſterium admiſit,

* Colg. Blachma.

precibus a tentatio. nibus liberat;

dimittit ut novo monaſterio extruat;

e quo Benchorenſe ædificatum circa an. 555.

VITA

VITA

Ex II. Codicibus MSS. & Colgano.

CAPUT I.

S. Fintani ortus, educatio, vita monaſtica. Cluain-Ednech monaſterium extruſum.

1 SAnctus Abbas Fintanus, vir vita venerabilis, de provincia Lagenienſium oriundus fuit. Pater ejus vocabatur Gabhreanus, mater vero Findath: quæ cum eſſet prægnans, & proxima partui, ecce Angelus Domini venit ad eam, dicens: Recede ab hominibus in quemdam locum ſecretum, & eſto ibi ſola, donec infantulum ſanctum paries. Paries enim, o mulier, filium, qui erit ſanctus & magnus coram Deo & hominibus. Quæ ſtatim juxta verba Angeli ad ſecretum locum perrexit: ibique ſub quadam arbore ſeptem diebus manſit *b* victum de cœlo quotidie comedens propter gratiam infantis: & ibi peperit ſuum filium pleuum Spiritu ſancto, ſanctum ſcilicet Fintanum: duxitque eum die octavo ad quemdam virum ſanctum, habitantem in loco qui dicitur *c* Cluain, & ipſe baptizavit gaudens Fintanum, & poſtea apud eum legit, *d* & profecit multum in gratia & litteris.

2 Quodam die, cum crevisſet ſanctus puer Fintanus, dixit ſancto ſeniori ſuo: Pater para hoſpitium, quia hoſpites ſancti ad te venient hodie. Turbatus eſt ſenior, quod non ſibi hoc oſtenſum eſt, cum aſperis verbis dixit puero: Unde hoc tu ſcis? & quis oſtendit tibi præ omnibus nobis? Cui ſanctus puer reſpondit: Dominus meus Jeſus Chriſtus oſtendit, Pater, mihi, quod e S. Columba Kille cum ſodalibus ſuis ad te hodie veniet. Quod ita completum eſt in illa die. Cum venisſet S. Columba prope, dixit ſociis ſuis: Pauliſper declinate debemus ad ſenem cum ſancto puero in propinquo habitantem. Cum ergo veniſſet ad locum illum S. Columba, dixit illi ſeniori: Ne iraſcaris, Pater, ego videlicet audivi, quando tu puerum ſanctum tuum increpaſti verbis aſperis, prædiceorem tibi adventum noſtrum. Noli tu offendere eum, quia tu & locus tuus ſervies huic pueto in æteroum. Et ait ſenex: Credo quod ita erit. Antequam enim natus eſſet iſte, gratia Dei curabar eum.

3 Poſtea factus juvenis S. Fiotanus, multum timore & amore Dei repletus eſt: & accepta benedictione Magiſtri ſui ſancti perrexit ad *f* S. Columbam filium Crimthandi, ortum de provincia Lagenienſium, qui jacet in ſua civitate, quæ dicitur Tyrdaglaſſ, in terra Momoniæ juxta flumen Siona: & accepit illum gaudens. Fueruntque apud eum tres ſancti diſcipuli, id eſt, *g* Coemhanus, qui eſt Pater ſanctus monaſterii Enach-truim; S. Fintanus, cujus vitam ſcribo, & *h* B. Mocumin, qui eſt cum S. Columba Magiſtro ſuo in civitate Tyrdaglaſſ. Et hi viri ſancti unum cor habentes, quærebant huc atque illuc locum, ubi manerent ad ſerviendum Deo: & venientes ad quemdam locum in finibus Lageoienſium, dixerunt ad S. Columbam Magiſtrum ſuum: Nos debemus, Pater, hic manere, & ſervire Deo. Qui dixit eis: Hic locus non eſt vobis a Deo paratus, ſed cuidam Sancto, qui nondum natus eſt, qui vocabitur *i* Mobhi filius Cumaldæ.

4 Deinde venerunt ad locum, qui dicitur Cluain-Ednech, ibique per annum integrum manſerunt. Sed, cum illic multitudinem hominum & ſuorum amicorum undique confluentium ſuſtinere noluiſſent, reliquerunt locum illum, & perrexerunt per montem *k* Sinor, illicque invenerunt pueros cuſtodientes pecora ſua, quorum unus nomine *l* Sedua murus erat a cærvitate ſua; cujus linguam S. Columba benedixit, & loquutus eſt ſtatim. Dixitque ei Columba: Revela nobis in nomine Domini Jeſu Chriſti loca, in quibus reſurrecturi ſumus. Et ille nutu Dei repletus ſpiritu propheræ indicavit unicuique ipſorum locum, in quo reſurrecturus eſſet.

5 Deinde S. Columba aſpiciens retro de monte, vidit locum, a quo receſſerunt, creatus viſitatum ab Angelis ſancti, & continuatus eſt ipſe, eo quod locum illum reliquit. Cui ſancti ſui comites dixerunt: Pater, quare tam triſtis es? Sanctus reſpondit: Quia video locum, a quo venimus, plenum eſſe Angelis Dei, & inter illum & cœlum Angeli miniſtrare non ceſſant: & unus ex nobis debet redire ad locum illum, ut maneat in eo in æternum. Cui Fintanus Sanctus ait: Cuicumque dixeris, Pater, redire, ille obediens exibit. Dixitque ei S. Columba: Vade tu, o ſancte juvenis, in pace ad illum locum, & Dominus erit tecum. Tibi enim revelatum eſt divinitus, quod ibi reſurrecturus es. Et tunc S. Fintanus, accepta licentia & benedictione ſancti Patris & Fratrum, venit ad locum illum, qui dicitur Cluain: & habitavit ibi, & vitam durisſimam tenuit, & monaſterium famoſum illico cœpit ædificare. Ar illud monaſterium prædicto nomine vocatur Cluain-Ednech, quod veritur Latine, Iatibulum hederoſum.

6 Et audita fama vitæ & religionis S. Fintani, multi de diverſis provinciis Hiberniæ venerunt ad eum, & ſub regula valde ſtricta monachi ſancti facti ſunt apud illum. Manibus enim ſuis laborantes, eremitarum more, terram ſarculo arabant: & reſpuentes omnia animalia, etiam nec unam vaccam habebant: & ſi quando eis aliquis aliquid de lacte vel butyro obtuliſſet, jam non recipiebant: & ſi aliquis forte, neſciente S. Fintano, aliquid de lacte in locum tuliſſet, ſtatim ſecundum voluntatem viri ſancti, nutu Divino vas frangebatur.

7 Audita jam aſpetitate converſationis eorum, nemo audebat eiscarnem offerre. Scientes jam Sancti, qui erant in circuitu, graviſſimum onus S. Fintani in ſe & in monachis ſuis, congregaverunt conſilium, ſi poſſent adjuvare: & ſanctus Abbas *m* Cannicus & alii Sancti cum eo ad S. Fintanum venerunt, rogare eum in Dei nomine, ut de ſuo nimio rigore aliquid tolerabilius pro caritate divina relaxaret. Nocte autem illa antequam S. Cannicus veniret, ecce Angelus Domini venit ad S. Fintanum, dicens ei: Craſtino die ſancti Patres ad te venient cauſſa caritatis, ut de rigore tuo aliquid relaxares: tu autem, antequam illi ad te venient, pauliſper de loco tuo in viam vade, & Dominus in occurſum tuum mittet aliquem virum, & quodcumque dixerit tibi, indubitanter fac. Mane jam facto S. Fintanus in viam perrexit, & ſtatim occurrit ei quidam vir, qui numquam locutus eſt: benedixitque eum S. Fintanus; & illico aperta eſt lingua ejus. Dic mihi, inquit Sanctus, quid me oporteat facere, quia boni homines volunt relevare onus, quo cœpi ego vivere. Ille reſpondit ei: Omnia, quæcumque bona pro Deo inchoaveris, pro nullo hominc ante exitum tuum dimittas, donec certamen tuum conſummes: ſed cave, ne alii per errorem tuum ſcandalizentur, quia reſta fragilior alia reſta eſt. Et hæc dicens, poſtea tacuit. Deinde S. Fintanus reverſus eſt ad monaſterium ſuum. Sanctus vero Cannicus & ceteri Sancti venientes recepti ſunt eum omni benignitate a S. Fintano. Et concedens vir Dei propter Sanctos aliquod ſolatium Fratribus, ſui autem propter rigoris nihil retro relaxavit: & orantes & benedicentes ſe invicem divinis ſermonibus Sancti, ad ſua reverſi ſunt.

a *MS. Salmanticenſe ita incipit* Finianus ſanctus filius Crimthani, genere Maccu-Edech, a finibus Lageniſium oriundus fuit: *cujus mater vocabatur* Finduaid. *Hæc in MS. Kilkenn.* Finnathea *dicitur, uti ſupra* fines Lageniæ *qui hic* Lageniſes.

S. Fintanus Lagenienſis, an Angeli monitu,

in ſecreto loco naſcitur.

b

B

c

ibi educatur.

d

profecit S. Columba adventum;

e

ab eo ut ſanctus habetur;

C

f

venit ad S. Columbam de Tyrdaglaſſ,

g

h

ſocius cum aliis ejus diſcipulis;

i

cum iis habitat in Cluain-Ednech;

k

l

ex MSS. D

poſt revelationem eorundem, qui mutus fuerat locutus;

& apparitionem Angelorum;

ædificat ibi monaſterium

E

fruſtum præſcribit regulæ;

Angelis monente;

F

morum loci qui fuit;

aliquid aliis remittere ſuo rigori inſuaſit;

aliquid aliis remittit.

ex MSS. A

genſes. *De majoribus S. Finiani agit Colganus cap. 2. Appendicis poſt hanc Vitam: quem conſule.*

b *MS. Kilken.* panem Angelorum.

c *MS. Salm.* Cluain-mac-ireis. *MS. Inſul.* Claain-mhic-ireoin. *Dubitat Colganus, num oppidum Lageniæ Roſmich ireoin Intelligatur, an vero monaſterium* Cluain-chaoin, *facile propinquum monaſterio* da Cluain-eidnech.

d MSS. & eum eodem vixo ſancto literas poſtmodum didicit.

e *Colganus*, ſanctus juvenis Columba. *Colitur 9. Junii.*

f *Vita hujus* Columbæ *data eſt 15. Decemb. dicitnrque in ea* filius Naindidh Regis, *ſeu* Navvich viripotentis ac nobilis, de gente Crunnthanani, *alias* Crimthani & Crinechani *& hujus poſtea etiam* filius *dicitur, eodemque de S. Fintano aliiſque diſcipulis narrantur.*

g *MS. Salm.* Kemanus Enig. Truim. *Inſul.* Caimanus Enach-Truim, *in Vita S. Columbæ magiſtri*, Cormac Enich Cruim, & Kaymanus Epaych-Truym. *Inſcriptum Martyrologiis Hiberniciis ad 7. Novemb. tradis Colganus.*

h *Aliis* Mochuma, Mochuimi; *quem putat Colganus colli 6. Maii, ac dici* Nathcoemr & Mochoeme.

i MS. *Salm.* Mobi Maccalde. *Vita S. Columbæ*: Mobye Maccualde; *quem Colganus ait referri ad 23. Decemb. & dici* Mobhinm, ſeu Mobajum de Cluainfhionnabair.

k *Ita* MSS *Vita S. Columbæ* Sinoiz. *Colganus* Bladhma.

l *In* MSS. Scihne, Serna, Scene. *Refert Colganus 9. Martii duos ſanctos Abbates, nomine* Sedna, & *10. Martii S.* Sedna Epiſcopum Sagirenſem, *quem putat hunc eſſe.*

m *Alius* Carnoechus & Kynicus. *Vitam ejus dabimus 31. Octob.*

CAPUT II.

B

S. Fintani miracula. Donum prophetiæ.

8 QUadam die S. Pater Fintanus & ſui Fratres comedentes, ignis de cacumine refectorii fortiſſime exarſit. Tunc terrore perterriti Fratres, neſciebant quid agerent, putantes totum monaſterium igne conſumi. Pater autem Fintanus tumultum Fratrum prohibens, ſobrie elevata manu benediait ſigno ſancto iguem; & illico flamma extincta eſt. Mirum jam dictu! ædificium integrum inventum eſt.

Secundum' ſigno Cruc. ignis extinguitur.

9 Alio die foris in agro monachi S. Fintani laborabant: vir autem ſanctus egreſſus, viſitavit eos operantes. Veniens ipſe ad Fratres, occurrerunt ei Fratres, & manibus hinc inde tenentes eum (ſicut mos eſt ſervis laborantibus videntibus dominos ſuos aliquando ludendo, aliquid quærere ab eis,) poſtulavere ab eo refectionem illa die. Sanctus jam lætus, ſubſidens ait eis: Potens eſt Dominus Deus meus reddere pro me, filii cariſſimi, quod quæritis. In illo ſcilicet die coquus nihil aliud habebat parare Fratribus, niſi olera agreſtia, ſicut frequenter aliis diebus. Illa autem hora, viri ab auſtrali parte Lagenienſium cum curribus & plauſtris plenis diverſis generibus ciborum ad monaſterium venerunt, & obtulerunc viro Dei. Pater ſanctus gratias Domino agens, inde illo die Fratres ſuos caritative refecit.

reſtitit ſeni

illis benedicit ſpeciale alimoniæ;

C

a

10 Vir quidam ſanctus, nomine a Lonanus filius Catheni, aliquando S. Fintano convivium fecit: & rogavit eum in Dei nomine Lonanus, ut ſumeret caritatem. Cumque omnes in domo convivii, ſicut mos eſt, gauderent, S. Fintanus ſolus lacrymabiliter flebat. B. Lonanus ait ei: Ecce vir Dei nos omnes læti ſumus, tu veſo ſolus quare triſtis es? Caoſſam ergo hujus triſtitiæ, ait, Pater, ſcire volumus. Vir Dei reſpondit: Non quia ſumpſi caritatem tuam, ideo fleo: ſed ſi vos videretis, quæ ego video, utique diceretis, quod non ſine cauſa contriſtor. Hodie enim bellum miſerabile geſtum eſt in auſtrali parte Momonienſium: & plurimas animas peccatorum, qui occiſi ſunt, in tuſesnum duci video, contriſtorque pro hac re. Vita enim paucæ animæ eorum, qui bene vixerunt, & pro neceſſitate bellaverunt, evadent. Ut ſciatis autem hoc verum eſſe, ecce poſt ſeptem dies ad vos venient, qui diligentes de ipſo vobis narrabunt bello. Et ita evenit.

videt præſium procul commiſſum & deflet animarum ruinam;

11 Item in eodem convivio, & in eadem die, quidam homo ſenex de rure veniens, intravit in domum convivii, qui erat armentarius S. Lonani: & conſpiciens eum S. Fintanus, illis qui juxta ſe erant dixit: Vir ille ſenex hodie morietur in ſilvis, & cadaver ejus pes ſeptem dies non inveniretur, & nulla beſtia vel avis corpus ejus tanget, niſi tantum vulpes eſuriens ſummitatem aurium & narium ejus guſtabit. Et ſic omnia contigerunt.

D

prædicit graue mortem ſui nuncij

12 Duo viri aliquando ad S. Fintanum venerunt, deſiderium habentes diverſum: unus enim eorum voluit, ut apud S. Fintanum monachus ſemper maneret; alter non voluit niſi tantum decem diebus hoſpes manere. Cum autem audiviſſet & vidiſſet Pater ſanctus, ſeorſim dixit Fratribus ſuis: Audite filii ſermonem de duobus his hominibus. Nam, qui minus vult eſſe nobiſcum, perfectus monachus uſque ad mortem ſuam manebit; hic veſo alter, qui ſe monachum profitetur fore, tantum decem diebus in ſua profeſſione hic manſurus eſt, & in noctis tenebris ad ſeculum fugiet. Et ſecundum vaticinium ſancti viri accidit illis.

diverſum donum ſpiritus ipſorum votis contrarie,

13 Erat quidam religioſus monachus apud S. Fintanum, nomine b Sinchellus, cujus pater & nutritor male vivebant in ſeculo: & quæſivit B. Sinchellus licentiam a Patre S. Fintano ire, ut patrem & nutritorem ſuum de ærſore ad pœnitentiam converteret. Sed illi duri manentes corde, non audiebant vocem ejus. Tunc B. Sinchellus reverſus eſt ad S. Fintanum, dicens: O Pater ſancte, multo tempore in illis fruſtra laboravi. Ait ei Sanctus: Vade adhuc ſemel, & ſi poteris due eos ad me, ut videam illos. Et illi venientes notu Dei, ſederunt circa virum Dei, unus ad dexteram, & unus ad ſiniſtram. Patet autem Fintanus & B. Sinchellus mediterant. Comque vis ſanctus vidiſſet eos durantes in malo, ſeoſim dixit ſine bello: Dico tibi o fili Sinchelle, quia, ſicut hi duo viri circa nos ſunt, unus a dextris, & alius a ſiniſtris, ſic etiam in die judicii erunt. Pates enim tuus male vivens uſque ad mortem a ſiniſtris cum hædis erit, & ſubſtantiam poſt mortem ejus inique Reges & Principes inter ſe dividunt, non curantes de anima illius. Nutritor vero tuus, videns ioſelicem mortem patris ſui, de errore ſe convertet, & agens pœnitentiam condignam, & ſubſtantiam ſuam bene Sanctis & Chriſti pauperibus dividet, & in dextra judicis Filii Dei cum agnis ſedebit. Quod eſt in futuro non dubitamus, videntes præterita completa ſecundum vaticinium viri Dei.

b

E

unum a duobus obtinuit ſalutem, alterum damnat,

c

14 Quidam monachi monaſterii S. Fintani nimio amore peregrinationis ardentes, nolenteſque vivere in patria ſua, ſine permiſſione ſancti ſui Abbatis de monaſterio perrexerunt, & paucis diebus ad cœnobium Beatchoi in Provincia Ultoniæ pervenientes, manſerunt ibi, ut inde ad Bsitanniam navigarent. Quadam autem die unus de Fratribus lætus venit ad S. Fintanum dicens, Audivi, o Pater, quod Fratres noſtri ab amicis ſuis retenti ſuot in dextera parte campi Hitha. Cui vir ſanctus ſubridens, ait: Fili, falſum eſt quod audiviſti: nam Fratres noſtri, de quibus dicis, Frater, hodie portum Britanniæ tenebunt proſpera navigatione, quia pro Deo peregrinantur. Quod ita probatum eſt. Nam poſt aliquod temporis ſpatium quidam Frater de monachis ſuis accenſus amore fratris ſui, qui cum prædictis Fratribus peregrinatus eſt, venit ad S. Fintanum triſtis cum lacrymis, genuaque flexis ante Sanctum. Cui ſanctus Pater ait: Quare triſtis es? Ille Frater reſpondit: Fateor tibi, Pater, quia de abſentia fratris mei carnalis valde contriſtor: rogo ergo, Pater, in Dei nomine, ut dimittas me poſt eum ire, ne triſtitia me conſumat. Cui ſanctus Pater lenitet ait: Lætus eſto, fili, quia frater tuus hodie ad hunc locum ad nos veniet, & pedes ejus lavabis: quia eos ejus in abſentia noſtra requiem non habuit. In eadem ſcilicet die frater ille venit, & quæ contigerunt ei, ipſe narravit omnia, ſicut prædixit vir Dei.

F

ſuos monachos laſſitudinem tranſitus & ſocium eorum denuo requirit;

15 Alia

A 15 Alia die cum S. *d* Canuicus & S. Fintanus in uno loco, videlicet in monaſterio S. Fintani Cluain-Ednech, eſſent, ſubito audierunt clamorem & jubilationem militum lætantium poſt interfectionem inimicorum ſuorum. *B. Kyteanum ſororem ſuam diſſuadet* Tunc ait S. Fintanus ad B. Caonicum: Ego audio in iſta jubilatione vocem innocentis ovis: quia unus ea ipſi ſerit monachus meus in hoc loco, & in vita perfecta morietur, & ipſe Kyeranus vocetur, filius e Tulchani. Illi autem milites habebant capita inimicorum ſuorum, & venientes prope monaſterium depoſuerunt ea, & ducta capita a Fratribus, & ſepulta ſunt coram Fratribus a Sanctis in cœmeterio monachorum. Tunc unus de Fratribus ad ſanctos Patres dixit: Quid proderit hominibus illis, quod capita ſua ſepulta ſunt in hoc loco? Cui S. *commendat ſepulturam ſuam* Cannicus & Fintanus reſponderunt iocunctanter: Nos credimus & confidimus in Domino, quod iſti homines in die judicii non cruciabuntur propter merita & honorem omnium Sanctorum hujus loci, qui hic jacebunt & orabunt viventes pro animabus eorum, qui hic ſepelientur, quia principalis pars eorum corporum hic ſepulta eſt, & ideo clementiam ſperamus iis. Deinde illic Kieranus venit & factus eſt monachus, & feliciter obiit, ſicut prædixit S. Fintanus.

16 Quodam die audiens S. Fintanus vocem Presbyteri ſacrificium offerentis, qui vocabatur Gosbanus, tremuit ipſe & horruit cor ejus. Et cum interrogaſſent B eum Fratres, reſpondit eis vir ſanctus: Vos fratres vocem *agnoſcit malam ſuam diſſipuli celebrantis* Sacerdotis offerentis audire putatis: ego autem audio vocem hominis jubilantis poſt grave peccatum: heu heu, iſte homo vitam hic nobiſcum ſuam non conſummabit. Deinde ille iocoſia, ſicut vir Dei ait, deſeruit *prædixit apoſtaſiam.* locum & habitum ſuum, ad ſeculum tendens, & in ſeculo male vivens, turpiter in peccatis periit.

a *Plures SS. Lonanos enumerat Colganus, & hunc conjicit referri 24. Octob.*
b *In MSS.* Sinkellum, *quem Colganus ait coli 20. Junii.*
c *MS. Salmanc.* Et ſic impletum eſt, ſicut ipſe dixit.
d *MS. Salmanc.* S. Beuucchus.
e Tulchani filii *ſui* SS. Lugidius & Fintanus cognomento Munnu: *hujus Vitam habemus dandam 21. Octobris. De S.* Lugidio, *ſeu* Lugadeo *agit Colganus 2. Martii, ubi horum fratrem aſſerit Kieranum eſſe, atque hanc adſcriptam Faſtis Hiberniæ 5. Januarii, ad quem diem ejus non meminit, & 29. Maii.*

CAPUT III.

Alia S. Fintani miracula. Cormaci e carcere liberatio.

17 ALio tempore, cum ambularet S. Fintanus in quodam campo, audita fama ejus, multi cauſſa C orandi & benedicendi conveocrunt ad eum: inter quos *Paralyticum proximis ſuis ſanat* quidam filium ſuum paralyticum in magna miſeria duxit ad illum: & pervolutus ad pedes viri ſancti rogavit, ut in Dei nomine filium ſuum ſanaret. Cumque S. Fintanus manus ſuas in orationem ad Dominum Deum extendiſſet, ſtatim paralyticus Dei gratia ſanus ſurrexit, benedicens & laudans Deum eorem omnibus.

18 Unus noctu quidam de Fratribus, ſciens quod S. *ſeſe valuiſſe circumſpiciens* Pater Fintanus pervigil eſſet in oratione, ubi eſſet orans, *d* ſcire voluit: & quærens eum hinc & inde, venit in *e* cœmeterio Sanctorum, & erat noa tenebroſa, eminulque intuens eum Frater, vidit circa illum immenſam lucem per magnum ſpatium, ut pene oculi ejus excæcarentur, niſi Deus per gratiam S. Fintani eum defenderet. Craſtina autem die ſanctus Pater minaci vultu dixit ei: Frater mi, cave ne iterum facias, quod nocte præterita feciſti, ne oculi tui excæcarentur. Vide quod Paulus Apoſtolus nondum purgatus a vitiis, cum vidiſſet lumen cœleſte, oculi ejus cæcati ſunt? Quanto magis tu, cum ſis imperfectus moribus & vita, quomodo poteris illud lumen videre? Si ergo illud lumen iterum in hoc ſeculo videris, oculi tui excæcabuntur illico, vel certe vitæ æternæ privaberis lumine. Hoc audiens ille Frater, territus promiſit ſe iterum non facturum, petens ſibi indulgentiam de audacia. EX MSS. D

b 19 Rea Aquilonalium Lagenienſium *c* Colum filios Cormaci, habebat in vinculis Cormacum filium Diarmadæ Regis Hua-Kioſelach, ideſt, Auſtralium Lagenienſium, volens eum occidere, quem apprehendit in *b c* *liberaturus Cormacum a carcere.* inſidiis. Hoc audiens vir ſanctus Fintanus aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecum, volens liberare illum juvenem, & perreait ad prædictum Regem, tunc habitantem in Illo oppido, in planitie Lagenienſium poſito, nomine *videt januas ultro aperiri.* Rathmor, quod Latine dicitur atrium magnum. Et ille Rea crudelis erat, audienſque ipſe S. Fintanum ad ſe venientem, juſſit milites ſuos bene cuſtodire captum, & caſtrum diligenter contra virum Dei firmari. Sanctus autem veniens illuc, Divina poteſtas omnes januas ei aperuit, & perveniens ad domum, in qua erat juvenis carceratus in vinculis, ſimiliter aperta eſt & janua illius. Et cum vidiſſet vir Dei juvenem in vinculis, omnia illius *& claustra ſolui;* viocule fracta in terram cecideeunt. Vires autem oſtiariorum & militum evanuerunt viſu viri ſancti. Tunc milites nimio terrore perterriti, feſtinantes ad Regem tunc dormientem perrexerunt, & nuntiaverunt ei hæc omnia. Rea autem terrore repletus dixit eis: Neſcio ego ipſe, quid faciam, quia cor meum intra me tremit. Cui E dixerunt amici ſui: Domine, iſte Sanctus terribilis eſt, & in iracundia ad te venit, quia diligit juvenem, quem tenes: & propter eum Sanctum multa prodigia Dominus facit. Omnia ergo quæcumque dixerit tibi, fac, ne te & nos ira Domini conſumat. Tunc Rea ad S. Fintanum *obtinet ejus pedes;* correns, proſtravit ſe ad pedes ejus dicens. Nos te decet, Sancte, honorare, quia Deus te magnificat. Dimitto tibi ergo virum, quem petis, & omnes vinctos, quos habeo cum eo. Et benedicens vir ſanctus Regem, gratulabatur Domino: & ſolutis vinculis duxit ſecum juvenem, quem ſolutum petebat.

20 Et egreſſus eſt de caſtello, & occurrit ei in via multitudo militum, inter quos erat filius Belial de gencee regali, qui volebat Cormacum, quem abſolvit Sanctus, *prædicit ei mortem inſtantem,* occidere, ſed comites ſui prohibuerunt eum. Cui S. Fiotanus ait: Fili diaboli, cito occideris, & vir iſte, quem cupis occidere, longo vivet tempore in regno, & in bonis actibus vitam conſummabit. Quod ita factum eſt. Nam *Cormacus longam ætatem in regno* illc infelix ante finem menſis occiſus. Cormacus autem filius Diarmadæ multo tempore vixit in regno *d* Lagenienſium, & in ſenectute ſpreto regno apud S. Cnemgallum Abbatem in provincia Ultoniæ in monaſterio de *d* *dein facto monacho* Beenchoir monachus factus, ſuum vitam *f* ſancte finivit. *f*

21 Alio tempore ambulans S. Fintanus in campo Liffi, occurrit ei vir clarus & bonus, *g* Fergna nomine, *g* filius Cobhthachi. Cumque vir Dei illum vidiſſet, de- F ſcendens de curru, genua flexit ante eum. Tunc ille ibi confuſus, & turbatus ait: O homo Dei, quod hoc feciſti mihi peccatori? Cui Sanctus ait: Niſi te in cœlo & in *prædicit futurum ſtatum & ſanctitatem Fergnæ Ducis;* terra inter choros Angelorum vidiſſem, numquam hoc tibi feciſſem. Sed peto a te, ut cito deſeras hoc ſeculum, & ſuſcipias ſanctum habitum. Cui ille ſimpliciter ait: Ego habeo duodecim filios & *h* ſeptem filias, & claram *h* dilectamque conjugem, & plebem meam mihi ſubjectam in pace & fertilitate. Hæc omnia diligo, & non poſſum ea deſerere. Sciens autem famulus Dei omnia, quæ ei ventura erant, dixit illi: Vade Domine in domum tuam, & ego ibo in viam meam, ſed cum rediero, ad te veniam. Ab illa jam hora allocutionis ſancti viri, cor illius hominis inſpiratione Spiritus ſancti cumulatum, & quæ prius dilexerat, faſtidio de cetero habuit: & fine ſomno pene erat, quotidie conſiderans viam, per quam S. Patris Fiotani adventus ſperabatur. Vir ille ſuæ regionis Dux potens jam erat. Cumque S. Fintanos expletis jam duabus hebdomadis, ad domum prædicti Ducis Fergnæ venit, obtu-

EX MSS. obtulit ipſe ſe ſtatim Domino & S. Fintano, & relictis omnibus, quæ audiviſtis, ille lætus ſequutus eſt Sanctum Dei uſque ad diem mortis ſuæ, & in habitu ſancto feliciter ad Chriſtum migravit.

A *diſcipuli*

a *MS. Salmant.* in Reliquiis Sanctorum.

b *Reliqua hujus capitis, poſt converſionem Brandubhii ad vitam monaſticam ejuſque obitum in MS. Salmanticenſi collocantur.*

c Hoc Colum, *ſeqq.* *Colganus*, in Hibernico vocatur Colman, filius Coibrei, nepos Cormaci, mortuus Rex totius Lageniæ anno Chr. 576.

d Auctioliam *ſcilicet*, *ut ſupra de patre Diarmado dictum.*

e S. Congallus, *ſeu* Coemgallus *mortuus eſt ao 601. 10. Maii; in ejus Vita illic dando dicitur* Cormacus Rex ſe Deo & S. Congallo obtuliſſe cum tribus caſtellis, Ceathairlach, Foibran, & Aidoiema.

f *Dubitat Colganus, num. 7.* Maji colatur 10 Achad-finnich in Lagenia.

g Cognatus S. Fintani *dicitur a Colgano*, & de domo S. Brigidæ, *in MS. Salmant.* filius Copthaith.

h *MS. Inſulenſe*, duodecim filios. *De Fergna ejuſque liberis inter Sanctos relatis plura dubitando congerit Colganus.*

CAPUT IV.

Miranda in morte aliquorum. Sanctitas & obitus S. Fintani.

22 QUidam ſanctus Epiſcopus, nomine Brandubh, qui erat vir ſapiens, mitis & humilis, relictis ſuis omnibus pro Chriſto venit e regione Kinſealach, quæ eſt celebrior pars Lagenienſium, ad S. Fintanum, ut monachus apud eum fieret: & invenit beatus Epiſcopus S. Fintanum Abbatem in monaſterio quod dicitur *a* Achad-Finglaiſſ, in plebe Hua-drona, contra civitatem Lethghleann, in orientali parte fluminis Bearuæ. Gaviſus eſt autem ſanctus Abbas in adventu Domini Epiſcopi, & dixit ei: Quid vis apud nos, ſancte Paſtor? Cui reſpondit Epiſcopus: Optime Pater, vnlo meam vitam extremam in claro tuo monaſterio finire. Cui S. Fintanus leniter dixit: Cupio, te, Domine, in hoc monaſterio ſuavius & tolerabilius eſſe, quam in duro meo monaſterio: onus enim monaſterii mei grave multum eſt. Epiſcopus reſpondit: Uſque modo aliis ponebam jugum, & ſub alterius jugo vitam meam volo conſummare Deo. Tibi enim & Domino me obtuli: quæcumque igitur mihi dixeris, ſponte faciam: ſed tamen hoc unum a te peto, ut ſi tu prius ante me de hoc ſeculo migraveris, non longe poſt te vivam, ſed cito ad me venias obviam animæ meæ. Cui ſanctus Abbas reſpondit: Hanc petitionem tibi Deus præſtabit. Expletis itaque tribus annis S. Fintanus in monaſterio Cluain Eidnech ad cœlum migravit. Hoc audiens ſanctus Epiſcopus, manens in prædicto loco ſecundum juſſionem S. Fintani, Fratribus dixit: Scio quia dies exitus mei de hac miſera vita ad regnum Dei appropinquat, ſicut ſanctus Abbas Fintanus mihi promiſit. Et expletis *b* duabus ſeptimanis a morte S. Fintani miniſter beati Epiſcopi ſomnium vidit, velut quamdam feneſtram apertam in tugurio, in quo jacebat Epiſcopus, & ſeptem viros in veſtibus albis venientes cum magna luce ad feneſtram illam, & audivit unum ea clara voce dicentem: Veni foras ſancte Epiſcope, & noli moram facere, quia obviam animæ tuæ a Deo miſſi ſumus, ſicut tibi promiſſum eſt; & ecce Pater Fintanus mirabilis ſanctitatis ad te venit. In cellula jam ſeorſum a prædicto loco Epiſcopus cum miniſtro erat. Expergefactus autem miniſter illic, accepit lucernam ardentem & adiens loculum, in quo ſanctus Epiſcopus erat, invenit eum amiſiſſe ſpiritum. Et hæc omnia miniſter Fratribus narravit. Tunc Fratres tumulantes ſanctum corpuſculum, glorificaveruut Deum in duobus Sanctis ſuis, & ceteri audientes poſtea ſimiliter.

S. Brandubhium depoſito Epiſcopatu inter monachos tropit;

promeruit illic cum ſeptem magnam hæreditatem inter angelos quotidie;

migrantem videre.

23 Duo germani in monaſterio ſancti Abbatis Fintani erant, a juventute ſua valde obedientes, & vitibus ſuis Deo & Fratribus placentes, & ſe invicem diligentes. Accidit aliquando, ut unus ex his duobus fratribus, ſenior ſcilicet, magna infirmitate torqueretur, & quodam die ex ipſa infirmitate obiit. In hora autem mortis ejus frater minor abſens fuit: erat enim in ſilvis operans cum Fratribus. Cumque reverteretur, vidit ordinantes in cœmeterio locum ſepulchri; & interrogans eos audivit quia frater ſuus mortuus fuerat. Tunc frater minor mœſtitia repletus eſt, & triſtis perrexit ad locum, in quo ſanctus Pater Fintanus cum Fratribus circa corpus pſalmos canebat, & rogavit ille frater virum Dei, dicens: Rogo te, Pater, ut permittas me mori cum fratre meo, ut ſimul eamus ad regnum Dei. Cui vir Dei reſpondit: Frater tuus jam migravit ad regnum Dei, tu vivis, & non poteſtis de hac vita ſimul migrare ad cœlum, niſi ille reſurrexerit. Sed placet mihi, quod tu vis, expecta pauliſper, & videbis fratrem tuum viventem. Tunc orante S. Fintano, ille, qui mortuus erat, illico vivus ſurrexit, & poſitus adhuc in ſeretro locutus eſt clara voce, benedicens omnibus. Deinde ad fratrem ſuum dixit: Frater mi, feſtina accipere ſanctum ſacrificium, quia familia cœleſtis, quæ venit obviam animæ meæ, reverſa eſt mecum obviam animæ tuæ: quia conceſſit Pater noſter Fintanus & rogavit Deum cœli, ut ita fieret, videns anxietatem mentis tuæ. Cum ergo ſe frater minor collocaſſet juxta fratrem ſuum, cum benedictione & oratione ſancti Abbatis & Fratrum, acceptoque divino viatico emiſit ſpiritum, & ſimul ad cœlum cum Angelis viaverunt. Hæc Fratres videntes, firma fides in cordibus eorum accenſa eſt, & cum gaudio, ſancti Patris ſui Fintani gratiam admirantes, Deum glorificaverunt.

B

Orante S. Fintano frater tum fratre defuncti tornori;

ob eo reſuſcitatus admiratur;

E

24 Quidam juvenis religioſus, nomine *c* Columbanus, de provincia Lagenienſium, de plebe, quæ dicitur Lughis, natus eſt, qui cauſa orandi & peregrinandi ad S. Columbam in inſula Hya perrexit, & manſit ad tempus apud eum. Cumque ille voluiſſet reverti ad Hiberniam, dixit ad B. Columbam. O Sancte Dei, quomodo in patria mea vivam, & tibi confitear peccata mea? Cui S. Columba ait: Vade ad virum ſanctum illum, quem omnibus noctibus Dominicis vere video ante tribunal Chriſti inter Angelos ſtare. Ait ei beatus juvenis: Quis & qualis eſt ille Sanctus? Reſpondit S. Columba: Eſt quidam Sanctus & pulcher in gente tua, facie rubicunda, oculis nitidis, canicies habens in paucis capillis. Juvenis dixit: Non cognoſco talem virum in regione mea, niſi S. Fintanum. Tunc S. Columba dixit ei gaudens: Ipſe eſt, fili, quem video ante tribunal Chriſti, ſicut tibi dixi. Perge ad eum, quia ipſe eſt bonus paſtor gregis Chriſti, & multas animas ſecum ad regnum Dei perducet. Tunc S. Columbanus accepta licentia & benedictione ſancti Patris Columbæ, gaudens rediit ad Hiberniam, & veniens ad S. Fintanum narravit ei omnia, quæ dixit vir Dei Columba. Audiens autem ſenex ſanctus Fintanus hæc verba, facta eſt facies ejus quaſi ignis, & dixit juveni: Cave Frater, ne hoc ulli dicas in vita mea: & non erat hoc difficile illi; quia ſanctus Pater Fintanus poſtea citius obiit.

6

S. Fintanus inter Angelos aure tribunal Chriſti ob ſua;

F

25 Caritatem jam & humilitatem ac manſuetudinem in aliis & aſperitatem in ſe ipſo, patientiam, abſtinentiam, gryſviaque jejunia, vigilias nocturnas, flexioneſque genuum, & dilectionem circa omnes Chriſtianos beati ſenis Fintani nemo in carne hic modo in terris poterit narrare. Omnia enim divina præcepta a pueritia uſque ad venerabilem ſenectutem complevit.

perfectus in amet obitus;

26 Cum ergo exitus ejus adveniſſet, vocavit ad ſe populum ſuum ſciens diem obitus ſui, & cum licentia & benedictione Fratrum & Sanctorum, qui convenerant ad ipſum ſanctum Patrem viſitandum, conſtituit ipſe in loco, & in ſede ſua poſt ſe virum genere nobilem & moribus Fintanum Mældubhium eodem nomine nominatum. Deinde elevans manum ſuam benedixit

conſtituit ſucceſſorem ſ

popu-

A populum, & accepto Dominico ſacrificio obdormivit in pace decimo tertio Calendas Martii: atque inter choros Angelorum anima felicissima ducta est ad æterna gaudia.

martius 17. Febr.

a MS. *Salmant.* Abeth-arcloyll *addit Colganus*, non procul ab Ecclesia Slepreaſi *in* Logenio.
b MS. *Insul.* tribus diebus. MS. *Salmant.* tribus hebdomadibus. *Mallet Colganus* tribus mensibus, *quod in quodam martyrologio Hibernico natalem repererit* 13. *Junii*.
c *Quæ de hoc* Columbano *hic referuntur, desunt in* MS. *Salmanticensi, & forsan aliunde non ſolet adſuta. Varia diſputat Colganus, ut tandem cenſet hunc vocari* Colmonnum Mac-Hue-Laighſe *ejuſque natalem haberi apud Hibernos* 15. *Maji*.
d *Coli hunc Finianum* 30. *Octob. e vetuſtis Hibernicis martyrologiis docet Colganus*.

D

DE S. FINANO
EPISCOPO LINDISFARNENSI IN ANGLIA,
Commentarius hiſtoricus.

G. H.

§. *I. S. Finani cultus ſacer, ſtudia, epiſcopatus.*

AN. CHR. DCLXI. XVII FEB.

A *Uſſer Martyrologii Anglicani celebrat* 17. *Februarii* S. Finanum *hoc elogio, quod ex Anglicano Lubine reddatum, Colganus in Actis Sanctorum Hibernia ad eumdem* 17. *Februarii edidit hiſce verbis*: Lindisfarniæ in regno Northumbriæ depoſitio S. Finani Ep. & Confeſſ. qui primo exiſtens monachus monaſterii S. Columbæ in

S. Finanus colitur 17. Februar. in Martyrol. Anglicano.

B inſula Hya in Scotia, factus eſt Epiſcopus, Sanctoque Aidano in ea Sede ſucceſſit: ubi in omni genere bonæ converſationis & vitæ ſanctimonia beatos dies ſuos finivit circa annum Chriſti 660. Vocatur Merciorum, ſive Mediterraneorum Anglorum Apoſtolus: cujus induſtria & molimine in prædicando magna pars illius regni ad Chriſtianam fidem converſa eſt cum ſuo Principe Peada, Pendæ magni perſecutoris filio: qui ad inſtantiam S. Oſwini Northumbrorum Regis, cum multis magnis Comitibus & Dominis regni Merciorum, fuit per ipſum S. Finanum in loco, qui Ad murum dicitur, baptizatus, uti Beda & alii Anglici hiſtorici referunt. In ejus honorem multæ eccleſiæ in Anglia pariter ac Scotia dedicatæ ſunt. *Hæc ibi. Locum illum, ſeu villam regiam* Ad murum *ab Alexandro & Severo Imperatoribus ductus, nunc* Waltoune *dici opinatur Cumbdenus*. Berwicum *interpretatur eſt Colganus, quod tamen oppidum procul ultra murum ad limites hodiernos Scotiæ ſitum eſt. Ceterum Eccleſiæ S. Finano dicatas ad majorem antiquæ veneracionis approbationem exprimi utile foret. Herimannus Greven in auctario Uſſuardi, edito anno* 1515. *& auctario* 1521. *de eo ungere videtur, dum poſt* S. Fintanum *ſupra memoratum hæc tradit*: In Scotia S. Fymiam Epiſcopi. *Ita in Chronico Joannis Bromton ſapius* Finianus *ſcribitur, ab aliis etiam* Finnanus, *& magis corrupte* Siuanus *&* Sinnanus *appellatur*.

& auctario Herimanni Greven.

C a *Sceti enim Finanum ad* 17. *Februarii colunt in Breviario Aberdonenſi, ex quo mox ejus elogium dabitur: ejus aliquod compendium inſeripſit Menologio Scotorum Camerarius, citato Regio in Kalendario, Breviaria Aberdonenſi, aliiſque ut prædie ſen* 16. *Februarii Dempſterus*, in Anglia, *inquit*, Finiani Epiſcopi & gentis illius Apoſtoli, *atque appoſitis litteris K. innuit ſe Kalendarium Adami Regiunt ſimile ſequi. Idem indicato Scotico Breviario, quod eſt Aberdonenſe, in Hiſt. Eccl. gentis Scotorum cap.* 508. *ait coli* 16. Februarii: *Dempſterum ſequitur Ferrarius in Catalogo generali, citatque etiam Martyrologia Anglicana, ſed in quæ* 17. *Februarii celebrari jam oſtenſum eſt. Hiberni etiam in Faſtis ſacris celebrant S. Finnanum, non tamen* 16. *aut* 17. *Februarii ſed* 9. Januarii, *ad quem diem Colganus hujus Vitam Actis Sanctorum Hibernia adjunxit, aſſerens in Martyrologiis Tamlactenſi & Mariani Gormani dici* ſeſtum S. Finiani Saxonici, *ideſt, Epiſcopi ſive Apoſtoli Saxonum in Anglia. Hæc de veneratione*.

apud Scotos 17. & 16. Febr.

apud Hibernos 9. Januarii.

3 *S. Finnanum patria Hibernum fuiſſe, ſuſe admodum contendit Colganus cap.* 2. *Appendicis ad Vitam ejus* 9. Januarii, *ac notatione* 12. *tradit ex Chronicis Hibernis eſſe filium Rimedii. De ejus in adoleſcentia educatione hæc leguntur in antiquo Breviario Aberdonenſi*: Anno Virginei partus ſexcenteſimo & quinquageſimo vir vitæ venerabilis & magnæ ſanctitatis Epiſcopus, ac infidelium Doctor mellifluus, Finnanus nomine, ex Scotorum gente, & eorumdem nobili familia, a puericia inſignis, enutritus virtutibus, & liberalibus ab infantia traditus diſciplinis. Hic ſuorum Præceptorum levi aut vix ulla admonitione

pie in diſciplinis liberalibus enutritus.

hujuſmodi litteris intantum dedicus eſt, & animum accommodavit, ut ſeſe in virum doctiſſimum evadere auſus eſt: & ſtudebat ſic, quod ad altioris dignitatis inſignia de facili promeritus eſt; ſic, quod totus pene populus vaticinando eumdem Dei virum Epiſcopatu dignum acclamaverunt, & frequenter prædixerunt: ad quæ ſingula minime intentus erat. Sed omnibus ſuis coætaneis in omni morum gravitate, ſcientia, circumſpectione & prudentia præſtabat: ſuper omnia tamen bonorum operum & virtutis aptiſſimum exemplar dedit, majoribus obſequentiſſimus, æqualibus ſervum, minimis ac inferioribus ſodalem humillimum. Poſt hæc B. Finnanus Divinæ legis imbuendum animum ſuper omnia accommodavit, & ſupernæ contemplationis ſtudio, aliis mundi ſpretis oblectationibus, indefeſſe properabat. Præceptores ac viros ſanctiſſimos in Chriſtiana fide eruditos ubicumque cum omni patientia, humilitate & ſubjectione percunctando adiit, & quod ab iiſdem divinitus didicit, perſpicaci & ſedulo ingenio memoriæ aliis prædicandum commendavit. *Hæc ibi*.

ſtudiis Theologicis eruditus.

4 *Celebre erat eo tempore monaſterium a S. Columba in inſula Hy, ſive Hii, qua & Jona dicta, nunc vulgo Columbkil, apud hodiernos Scotos extruſtum: in quo etiam S. Aidanus, Finani in Epiſcopatu Lindisfarnenſi deceſſor, habitarunt, quod Beda lib.* 3. *hiſtor. Eccl. Angl. cap.* 3. *ita memorat*: Monachi erant maxime qui ad prædicandum venerant. Monachus ipſe Epiſcopus Aidanus, utpote de inſula, quæ vocatur Hy, deſtinatus. Cujus monaſterium jo cunctis pene Septemtrionalium Scotorum & omnium Pictorum monaſteriis non parvo tempore arcem tenebat, regendiſque eorum populis præerat. Quæ videlicet inſula ad jus quidem Britanniæ pertinet, non magno ab eo freto diſcreta, ſed donatione Pictorum, qui illas Britanniæ plagas incolunt, jamdudum monachis Scotorum tradita, eo quod illis prædicantibus fidem Chriſti perceperunt. *Hæc de S. Aidano S. Finani deceſſore Beda, qui & de ſucceſſore Finani Colmano lib.* 4. *cap.* 4. *ita ſcribit*: Interea Colman, qui de Scotia erat Epiſcopus, reliquens Britanniam tulit ſecum omnes, quos in Lindisfarnenſium inſula congregaverat Scotos, & relictis in Eccleſia ſua aliquot Fratribus, primo venit ad inſulam Hy, unde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti deſtinatus *&c. De S. Colmano agemus proxime die,* 18. *Februarii, de S. Aidano* 31. *Auguſti, inter quot* Eccleſiam Lindisfarnenſem *adminiſtravit* Epiſcopus Finanus, *& ipſe ut Beda tradit lib.* 3. *cap.* 17. ab Hy Scotorum inſula & monaſterio deſtinatus, *& lib.* 3. *cap.* 25. a Scotis ordinatus & miſſus: *factus actionum S. Aidani fortis æmulator*.

cum S. Aidano deceſſore,

& Colmano ſucceſſore,

in monaſterio Hyenſi

§ Ho-

AUCTO-G. H.

5 *Horum in Northambriam ad Epiſcopatum evocandorum hæc fuit occaſio.* Edwinus Nordanhumbrorum Rex anno regni ſui 11. Chriſti 627. *teſte Beda lib. 2. cap. 14.* baptizatus eſt die ſancto Paſchæ pridie Iduum Aprilium Eboraci: in qua etiam civitate ipſi Doctori atque Antiſtiti ſuo Paulino Sedem Epiſcopatus donavit, *ea* Honorium Papam *jure Metropolitani* roaſſirmato, pallium miſiſſe *tradit idem Beda cap. 17. At caſo anno 633. Edwino Rege, receſſu Paulini, relicta Eboracenſi Eccleſia, qua* per 30. annos, *uti obſervat Simeon Dunelmenſis*, proprium non habuit Epiſcopum, ſed Lindisfarnenſis Eccleſiæ Præſules, Aidanus, Finanus, Colmanus & Tuda Nordanhumbrorum provinciæ adminiſtrarunt Pontificatum: *atque ea de cauſſa* S. Finanus *in Breviario Aberdonenſi appellatur* Epiſcopus Northumbriæ & Confeſſor: *& Malmesburienſis lib. 3. de Geſtis Pontificum Anglorum*, verbis Stephani Presbyteri *dicto Beda æqualis*, in compendium coarctatis, *ait*, Paulino pulſo, Aidanum, Fironanum, Colmannum Scottos, nec pallio nec urbis nobilitate ruluiſſe attolli, ſed in inſula Lindisfarnenſi delitescentes.

A *Fuit fuit & alii Northumbriæ Epiſcopus.*

6 *Beda lib. 3. cap. 3. hæc ita geſta fuiſſe narrat.* Oſwaldus (*qui ut cap. 1. dixerat*, apud Scotos vel Pictos tempore Edwini Regis exulaverat) ubi regnum ſuſcepit, deſiderans totam, cui præeſſe cepit, gentem fidei Chriſtianæ gratia imbui, cujus experimenta pernaxima in expugnandis barbaris jam ceperat; niſi ad majores natu Scotorum, inter quos exulans ipſe, baptiſmatis ſacramenta cum his qui ſecum erant minimis conſecutus erat, petans ut ſibi mitteretur Antiſtes, cujus doctrina ac miniſterio gens quam regebat Anglorum, Dominicæ fidei & dona diſceret & ſuſciperet, ſacramenta. Neque aliquando tardius quod petit impetravit. Accepit namque Pontificem Aidanum, ſummæ manſuetudinis & pietatis ac moderamioris virum, habentemque zelum Dei, quamvis non plane ſecundum ſcientiam. Namque diem Paſchæ Dominicum more ſuæ gentis a quarta decima luna uſque ad viceſimam obſervabat.... Veniente igitur ad ſe Epiſcopo, Rex locum Sedis Epiſcopalis in inſula Lindisfarnenſi, ubi ipſa petebat, tribuit. Qui videlicet locus accedente ac recedente rheomate bis quotidie inſtar inſulæ maris circumluitur undis, bis renudato littore contiguus terræ redditur. Rea ejus admonitionibus humiliter ac libenter in omnibus auſcultans, Eccleſiam Chriſti in regno ſuo multum diligenter ædificare ac dilatare curavit. Ubi pulcherrimo ſæpe ſpectaculo contigit, ut evangelizante Antiſtite, qui Anglorum linguam perfecte non noverat, ipſe Rex ſuis Ducibus ac miniſtris interpres verbi exiſterat cœleſtis: quia omnium tam longo axilu ſui tempore linguam Scotorum jam plene didicerat.

B *Aſſignato S. Aidano patenti Sede Lindisfarnen.*

C *Ionæ ejus cooperatoris.*

7 Exinde cœpere plures per ches de Scotorum regione venire Britanniam, atque illis Anglorum provinciis, quibus regnavit Rex Oſwaldus, magna devotione verbum fidei prædicare, & credentibus gratiam baptiſmi, quicumque ſacerdotali erant gradu præditi, miniſtrare. Conſtruebantur ergo eccleſiæ per loca, confluebant ad audiendum verbum populi gaudentes, donabantur munere regio poſſeſſiones & territuria ad inſtituenda monaſteria, imbuebantur, præceptoribus Scotis, parvuli Anglorum una cum majoribus ſtudiis & obſervatione diſciplinæ regularis. *Inter hos verbi Divini prædicatores præcipuam extitiſſe S. Finanum, ejus a morte S. Aidani in Epiſcopum electio innuit.* Nam, *ut Acta Breviarii Aberdonenſis habent*, ſanctiſſimo Aidano apud Anglos Northumbrorum Epiſcopo, qui eidem Eccleſiæ decem & ſeptem annis præfuiſſe & rexiſſa legitur, ſua vita functo feliciſſima, de Scotorum etiam gente originem & nomen habenta, congregatis Cleri populique conciombus, virorum & mulierum utriuſque ſexus, unanimiter S. Finnanum in Epiſcopum Lindisfernenſem Spiritus ſancti gratia eligi inſtanter poſtulaverunt, & ſolenniter aſſumpſerunt. S. Aidanus, *qui anno Chr. 634. fuerat factus Epiſcopus*, obiit, *teſte Beda lib. 3. cap. 17.* decimo ſeptimo Epiſcopatus ſui anno pridie Kalend. Septembrium, *anno Chr. 651.* Succeſſit vero ei io Epiſcopatum Finam & ipſe illo ab Hy Scotorum inſula ac monaſterio deſtinatus, ac tempore non pauco in Epiſcopatu permanſit, *Oſwio tum Northumbrorum Rege.*

S. Finanus inſtituit Anglos.

ab his in Epiſcopum electus.

D

§. II. *Geſta S. Finani in Epiſcopata. Regula S. Columba in Northumbria monachis præſcripta. S. Finani obitus.*

8 QUam in eccleſia Lindisfarnenſi conſtruendæ impenderit S. Finanus operam, *ita Beda cap. 25. ejuſdem libri 3. narrat:* Interea Aidano Epiſcopo de hac vita ſublato, Finan pro illo gradum Epiſcopatus a Scotis ordinatus ac miſſus acceperat; qui in inſula Lindisfarnenſi fecit eccleſiam Epiſcopi Sede congruam. Quam tamen more Scotorum non de lapide, ſed de robore ſecto totam compoſuit, atque arundine texit. Quam tempore ſequente Reverendiſſ. Archiepiſcopus Theodorus in honoram B. Petri Apoſtoli dedicavit. Sed & Epiſcopus loci ipſius Eadberth ablata arundine, plumbi laminis eam totam, hoc eſt, & tectum & ipſos quoqua pariates ejus cooperire curavit. *Colitur* S. Theodorus 19. *Septemb. poſt obitum s. Finani a s. Vitaliano Papa in Angliam miſſus, perveniteque ad Dorobernenſem Eccleſiam 6.* Kalendarum Juniarum anno 669 At S. Eadbertus *factus eſt Epiſcopus Lindisfarnenſis anno 688. mortuus 6. Maji anno 698.*

Extrelt. ex Vitis Sanctorum Lin. diſſertat.

a S. Theodoro dedicatam,

a S. Eadberto plumbo tectam,

E

9 *Ejuſdem* Finani temporibus, *ut Beda proſequitur*, quæſtio facta eſt frequens & magna de obſervatione Paſchæ, confirmantibus eis, qui da Cantia vel da Gallus advenerant, quod Scoti Dominicum Paſchæ diem contra universalis Eccleſiæ morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri Paſchæ cenſor, nomine Ronan, natione quidem Scotus, ſed in Galliæ val Italiæ partibus regula Eccleſiaſticæ veritatis eductus: qui cum Finano conſligens multos quidem correxit, vel ad ſuleriiorem veritatis inquiſitionem accendit; nequaquam tamen Finaoum emendare potuit, quin potius, quod eſſet homo ferocis animi, acerbiorem caltigando, & apertum veritatis adverſarium reddidit.... Hæc autem diſſonantia Paſchalis obſervantiæ viveme Aidano patienter ab omnibus tolerabatur, qui patenter iotellexerant, quia, etſi Paſcha contra morem eorum, qui ipſum miſeram, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis & dilactionis, juxta morem omnibus Sanctis conſuetum, diligenter exequi curavit. *Hujus Aidani* veſtigia in fida & moribus ilhbate ſecutum eſſe Finanum *ſcribit Joannes Major lib. 2. de Geſtis Scotorum cap. 11.*

obſervat Paſcha more Scotorum.

exempla h. Aidani deſignit;

10 *Eodem modo eum s. Aidano excelluit* S. Finanus *in præcipua pietatis officii, fa Jus Evangelica veritatis eximius Doctor: qui ut in Aberdonenſi Breviario dicitur*, conſecratus in Episcopum, varbi Dei ſemina cunctis ubique profeſſus eſt, & ab idololatria & ſuperſtitionibus falſis, varios a gentilitatis errore convertit. Peadam vero mediterraneorum Anglorum Regem cum omnibus ſuis Comitibus, Barunibus, & ſubditis omnibus baptizavit, & in fidei orthodoxæ chriſmata ſancto inſigoivit, & firmiter in eadem inſtruxit. *Hujus converſionem ita narrat Beda lib. 3. cap. 21.* His temporibus Middelengli, ideſt maditerranei Angli, ſub Principe Peada, filio Pendan Regis, fidam & ſacramenta veritatis perceperunt. Qui cum eſſet juvenis optimus ac Regis nomine ac perſona digniſſimus, prælatus eſt a patre regno gentis illius: vanitque ad Regem Northanhymbrorum Oſwi, poſtulans filiam ejus Alhfledam ſibi conjugem dari: neque aliter quod petebat impetrare potuit, niſi fidem Chriſti ac baptiſma, cum gente cui præerat acciperet. At ille audita prædicatione varitatis & promiſſione regni cœleſtis, ſpeque reſurrectionis ac futuræ immortalitatis, libenter ſe Chriſtianum fieri velle confeſſus aſt, etiamſi virginem non acciperet.... Baptizatus eſt ergo a Finano Episcopo cum omni-

eximius verbi Dei præco;

F

Peadam Regem mediterraneorum Anglorum convertit.

A omnibus qui ſecum veneraut comitibus ac militibus eorumque famulis univerſis,in vico Regis illuſtri qui vocatur Ad murum. Et acceptis quatuor Presbyteris, qui ad docendam baptizandamque gentem illius & eruditione & vita videbantur idonei,multi eum gaudio reverſus eſt. Erant autem Presbyteri Cedda & Adda & Betti & Diuma: quorum ultimus natione Scotus,ceteri fuere de Anglis.... Penda autem Rege occiſo,cum Oſwi Rea Chriſtianiſſimus regoum ejus acciperet,factus eſt Diuma Epiſcopus mediterraneorum Anglorum ſimul & Merciorum,ordinatus a Finano Epiſcopo. Paucitas enim Sacerdotum eogebat unum Antiſtitem duobus populis præfici. *Hæc ibi. Fuit Penda baptizatus an.* 653. *at biennio poſt & Penda interiit & Mercii facti ſunt Chriſtiani. Vitam S. Cedda dedimus* 8. *Januarii. Hic Sigberto Orientalium Saxonum Rege ad fidem converſo, miſſus eſt ad ejus populum convertendum, ac dein a* s. *Finano ordinatus eſt Epiſcopus. Rem geſtam ita refert Beda cap.* 22.

baptizat.

confurat Diumam Epiſcopum mediterraneorum Anglorum & Merciorum.

B Igitur Rex Sigbercht æterni regni jam civis effectus,temporalis ſui regni ſedem repetit, poſtulans ab Oſwi Rege,ut aliquos ſibi Doctores daret,qui gentem ſuam ad fidem Chriſti converterent, ac ſonte ſalutari ablucrent. At ille mirens ad provinciam mediterraneorum Anglorum,clamavit ad ſe virum Dei Cedd,& dato illi ſocio altero quodam Presbytero, miſit prædicare verbum Dei genti Orientalium Saxonum. Ubi cum omma perambulantes multam Domino Eccleſiam congregaſſent, contigit quodam tempore,eumdem Cedd redire domum, ac pervenire ad Eccleſiam Lindisfarneuſem propter colloquium Finani Epiſcopi: qui ubi proſperatum ei opus Evangelii competit,fecit eum Epiſcopum in gente Orientalium Saxonum, vocatis ad ſe in miniſterium ordinationis aliis duobus Epiſcopis. Qui accepto gradu Epiſcopatus rediit ad provinciam, & majore auctoritate eæpetum opus eaplens, fecit per loca Eccleſias, Presbyteros & Diaconos ordinavit, qui ſe in verbo fidei & miniſterio baptizandi adjuvarent. *Hæc Beda. Eadem in epitomen redacta tradit Simeon Dunelmenſis lib.* 1. *Hiſtoria Dunelmenſis cap.* 4. *additque iſta de* s. *Cedda, ejuſque fratre Ceadda:* Monaſterium quoque s. *Cedda* in provincia Nordanhymbrorum in Leſtingahen conſtruxit, & religioſis moribus juxta ritus Lindisfarnenſium, ubi educatus erat,inſtituit. In quo ipſe mortens dedit illud regendum Ceadda ſcaire ſuo: qui & ipſe monachus erat Lindisfarneoſis, unus videlicet de diſcipulis Aidani, qui poſtea jubente Rege Oſwin Ebotacenſis Eccleſiæ ordinatus eſt Epiſcopus: nec multo poſt Theodoro Archiepiſcopo præcipiente provinciæ Merciorum prælatus, in loco, qui Licethfeld nuncupatur, Sedem habuit Pontificalem. *Colitur*

& S. Caddam Epiſcopum Orientalis Saxonum.

eos monachos Lindisfarnenſes.

eſt & S. Cedda Epiſc. Ebor. dicta Lichfeldenſis

C s. *Ceadda* 2. *Martii.*

12 *De* s. *Finano aliiſque Epiſcopis Lindisfarnenſibus, tamquam Regulam* s. *Benedicti profeſſis, agunt Trithemius & Wion; ille lib.* 4. *de Viris illuſt. ord.* s. *Benedicti cap.* 52. *hæc ſcribit:* Sinanus monachus Haenſis, B. Edani quondam diſcipulus,& poſt eum Lindisfarnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, vir non minus religione quam ſcientia Scripturarum præclarus, ordinatus eſt anno Domini 642. Indictione 15. *Imo anno* 651. *ut melius obſervat Wion lib.* 2. *cap.* 25. S. Finanus, *inquit*, five Sinanus, Scotus, monachus Huenſis, Aidanum ſecutus anno 651. pauco tempore in Epiſcopatu permanſit: decimo enim adminiſtrationis ſuæ anno, Chriſti 661. mortale ſolum reliquit, cœleſte petiturus. Scripſit librum de veteris Paſchatis ritu. *Hæc Wion poſt Trithemium. Veram illorum falſi, atque a Regula* s. *Benedicti diverſos ritus tunc habuiſſe monachos Northumbriæ oſtendit* s. *Wilfridus Eboracenſis Archiepiſcopus apud Malmesburienſem lib.* 3. *de Geſtis Pontificum Anglorum, ubi aſſerit* ſe primum fuiſſe, qui verum Paſcha in Northanhimbria, Scotis ejectis, docuerit, qui cantus eccleſiaſticos antipbonatim inſtituerit, qui S. Benedicti Regulam a monachis obſervari juſſerit. *Idem Wilfridus, necdum Epiſcopus, in Synodo apud* s. *Hildam Abbatiſſam in monaſterio Strenethal habita, atque a Beda lib.* 3. *cap.* 25. *deſcripta, diſpuſaas cum* s. *Colmano* s. *Finani ſucceſſore, quam tam ſervarint Regulam, ita indicat:* De Patre autem veſtro Columba & ſequacibus ejus, quorum ſanctitatem vos imitari, & Regulam ac præcepta, cœleſtibus ſignis confirmata, ſequi pertibetis, reſpondere poſſum *&c. Jacobus Varaus lib.* 1. *de Scriptoribus Hibernicis c.* 2. Scripſit, *inquit*, Columba Regulam monaſticam, quæ erat, & vulgo Regula Columb-Kille dicitur, *ideſt monaſterii Huenſis a* s. *Columba extructi. Uſſerius pag.* 919. *teſtatur ſe reperiſſe* in codice perantiquo quatuor Regulas, Hibernico ſermone antiquo & noſtris temporibus pene ignorabili exaratas: *harum* primam Columbæ killi *vocari*, ad quam omnia Columbienſium monaſteria,tam in Hibernia & Albania, quam in ipſa Anglia fuiſſe confirmata par ſit credere. *Lindisfarnenſes ergo Epiſcopi Ss. Aidanus, Finanus, Colmannus, quos ex dicto Huenſi* s. *Columba monaſterio in Northumbriam advenſſe diximus, hoc monaſticam viveadi inſtitutum in illud regnum introduxerunt.*

ſed Regulam S. Columba profeſſus.

13 *Quod citatus ante Wion* 1. *Finanum tradat* ſcripſiſſe librum de veteris Paſchatis ritu, *eumdem ſuo apparatu inſcripſit Poſſevinus, & Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Scotorum Dempſteras, qui addit eum etiam ſcripſiſſe* monita ſalutaria ad Fergubardum Regem, *eaque* ſanctiſſima monita habeti apud Hectorem Boethium lib 9. Hiſtoriæ Scotorum pag. 177. *ubi hæc ſolum legantur.* Sacerdotes Chriſti, quos ſama pecunioſos ferebat, quæſtionibus adhibitos haud torquere ceſſavit *Rex Ferquhardus*, donec argentum omne, ſi quod haberent, confeſſi, in ſuam contulilent erumenam. A Pontificibus tam immanium ſcelerum durius incuſatus, Colmanno Finnanoque (hi tum inter Scotos præcipuæ venetationis habebantur) & quod contumaci animo mnnitis non pareret, ſacris tandem prohibitus, contempta religione, aliis templa adeuntibus, ipſe venitum ſe contulit. *Qua Leslæus lib.* 4. *de Scotorum rebus geſtis in Ferquhardo* 11. *Rege* 11v. *ita pancit attingit:* Cujus vitam omnium flagitiorum genere opertam cum Colmannus & Finnanus Epiſcopi, ſanctitate inſignes, fruſtra ſepe inſectati eſſent, ſacris illum prohibuere. *Qua an ſiquorum ſcriptorum teſtimoniis confirmari vellemus.*

Au ſcripſerit libros,

& Ferquhardum Regem Scotorum excommunicaſſe?

14 Geſſiſſe Finanum epiſcopatum in provincia Anglorum annis decem *tradit Beda lib.* 3. *cap.* 26. *ſilet diem & menſem obitus, ut reliqui antiquiores ſcriptores: cum ve-* *neratione ad* 17. *Februarii obitus rejicitur in Breviario Aberdonenſi: ſed ibidem in titulo hujus Vitæ annotatur annus* 674. *cum tamen anno* 661. *conſtet eum vita ſanctum eſſe: ſed forte ita aſtato, cum decem circiter annos exſperat. Ita tres annos aſſignat Beda Epiſcopatui* s. *Colmani ſucceſſoris, qui tamen Epiſcopatu relicto rediit in inſulam Hy poſt Synodum Stroveſhalenſem priore parte anni* 664. *habitam, in qua* s. *Colmannum oppugnarunt Agilbertus Epiſcopus Occidentalium Saxonum, & s. Wilfridus Presbyter, qui eodem adhuc anno ex Anglia miſſus in Galliam ad eumdem Agelbertum creatum Pariſiorum Epiſcopum, atque ab eo Epiſcopus eſt ordinatus.*

mortuus anno Epiſcopatus 10.

an. Chr. 661.

15 *Obiiſſe* s. *Finanum anno* 661. *etiam Dempſterus annotavit, ſed perperam addit,* quid poſt depoſitum Epiſcopatum geſſerit, ſe non deprehendiſſe: *videtur deceptus verbis Weſtmonaſterienſis in Floribus ad annum* 651. *ſcribentis,* Aidano *tam mortuo* ſucceſſiſſe in Epiſcopatum Lindisfarnenſium Finanum, natione Scotum, ſed parvo tempore in Epiſcopatu permanſiſſe: *ſcilicet decem annis ut diximus e Beda, qui cap.* 17. *aſſerit* tempore non pauco in Epiſcopatu permanſiſſe, *& cap.* 25. Finano defuncto Colmanum in Epiſcopatu ſuceeſſiſſe, *ad cujus Vitam die ſequenti,* 18. *Februarii, aliqua dedi* s. Finano *ab aliis tradita referuntur.* Reliquias ipſius & memorias magna ſolennitate frequentatas eſſe priuſquam hæretica rabies patrum memoria Chriſtianam pietatem e regno illo eliminaſſet, *ante memoratus Dempſterus ſcribit.*

ad mortem permanſiſſe Epiſcopus Lindisfarnenſis.

s. Wilfridus, de Northumbrorum introductione.

A DE S. SILVINO EPISCOPO D
ALCIACI IN BELGIO,

I. B.

Commentarius prævius.

§. I. S. Silvini Ep. ætatis, vitæ hiſteria.

CIRCA ANN. DCCXX. XVII. FEB. *In Alciacenſi monaſterio*

1 ALciacum cœnobium eſt inſtitutis Benedictinis in Belgica 11. *cujus mentio eſt apud* S. Bernardum *ep.* 350. *quæ erat* virum illuſtrem Rorgonem de Abbatiſvilla, *ut quamdam* tetram, deſertam & incultam, Eccleſiæ de Alchi in eleemoſynam concedere dignetur. *Situm hoc cœnobium haud procul Heſdinio Artefiæ oppido, vulgoque* Auchy les moines, *ideſt, Alciacum monachorum appellatur, ut ab Alciaco caſtro diſcernatur. Illic monachi Bertinienſis in urbe Audomarenſi.* Adroaldum virum nobilem, *ejuſque* cum prole eareret B. Patri Bertino prædium tradidiſſe donatione ſolenni, præſenti Venet. Audomaro ac multis Proceribus urbis Teruanæ: *quæ ſcilicet formalo tradidiſſe idem Adroaldus* S. *Bertino villam Sithia ſcribitur in hujus Vita* 5. *Septembr. in qua Alciaci nulla mentio eſt, neque domus oratorii, quam ibi* S. *Bertinum inſtituere epiſcopi ejuſdem ajunt, atque ex aliis probant ſui cœnobii monumentis. Illud conſtat,*

B *olim Phigiacum,* Adalſquarum quemdam, & ejus conjugem Anegliam de nobiliſſima proſapia exortam Francorum, baſilicam *illic* in honore S. Dei Genitricis Mariæ conſtruxiſſe: ubi etiam eorum filia Siecidis, *ſive* Sichedis, *aut* Sicherdis, depoſito ſeculari habitu jam Deo ſacrata erat, *ut ita* S. *Silvini Vita* n. 21. *aſſeritur; nulla itidem facta* S. *Bertini aut Sithienſium* mentione. *Tenuerunt porro cœnobium Alciacum ſanctimoniales, donec ab exercitu Normannorum Æra Chriſtiana* 9. *ſeculo exſtinctum eſt. Reſtauratum poſtea, ut monachis Benedictinis datum, paſtoaddito, ut tenerentur Abbatem ſibi e*

unus monaſterio S. *Bertini eligere, ut teſtatur, & ratum eſſe jubet Innocentius* III. *Papa cap.* Abbati S. Silvani Alciatenſi 25. *de verborum ſignificat. ſive lib.* 5. *Decretalium tit.* 11. *cap.* 25. *ubi tamen ſcribendum fuit:* Abbati S. Silvini Alciacenſi.

2 *Ejus nunc cœnobii Patronus eſt* S. Silvinus *Epiſc. illic circa annum* 720. *ſepultus, ut poſt dicemus: cujus tamen reliquiæ poſtea ſunt Audomaropoli ad* S. *Bertini monaſterium translatæ. Agitur anniverſaria illius memoria Alciaci, agiq; ſolebat Teroana, dum ea urbs ſtetit,* 15. *Febr. ut ex veteri*

colitur S. Silvinus Ep. 15. Febr. *Breviario Morinenſi conſtat. Audomaropoli vero, non ſolum in* S. *Bertini eccleſia, ſed & in* S. *Audomari, quo nunc eſt Cathedralis, colitur* 17. *Febr. quo die ejus nomen pleriſq; Martyrologis, deſcriptum. Uſuardi antiquiſſimum exemplar, quod manu exaratum Lætiæ extat in monaſterio S. Germani, ita habet:* In pago Taruanenſi S. Silvini Toloſanæ eivitatis Epiſcopi. *Conſonat Martyrol. Romanum, ac permultus noſtrum MS. nomina Beda aſſignitum. At plurima alia MSS. itidem Uſuardi præferentia nomen, interq; ea unum perantiquum & optima note, quod olim Auguſtini Hunnæi fuit, quoque uſus eſt Molanus; item Uſuardi editio Pariienſis anni* 1536. *aliaq; Martyrol. editum Coloniæ an.* 1490.

& hoc die nomen ejus deſcribitum Martyrol. *ita habent:* Ipſo die S. Silvini Taruanenſis Ep. *Quadam mendoſe,* Caroanenſis: *alia* Travennenſis, Targoanenſis, Taruennenſis: *Bellinus edit. Venetæ,* Caruenſis, *Pariſina,* Vanenſis. *Molanus in poſterioribus Uſuardi editionibus an.* 1573. *& 1583. ita ſcribit:* Ipſo die, monaſterio Sithiu, in pago Teruanenſi S. Silvini Teruanenſis, Ep. Toloſanæ civitatis. *Ipſo tamen modo litterarum indicat, illa verba,* monaſterio Sithiu, in pago Teruanenſi, Toloſanæ urbis, *non eſſe Uſuardi, ſed ex proprio Eccleſiæ cujuſpiam Martyrologio ſumpta. Conſtantinus Ghinius in Natalib. Sanctorum Canonicorum, ad hunc diem iſta meadoſe ſcribit:* In pago Tornaveuſi S. Silvini . . . cujus nomine in Alciaco eſt abbatia, ubi in monaſterio Centulenſi ſepultos fuit. *Non eſt in Alciaco Centulenſe, ſive S. Richarii, monaſterium, ne in hoc ſepultus Silvinus: ſed invitati ad hujus exequias fuere Centulenſes monachi Alciacum, nam in ipſa Alciacenſi ode tumulatus eſt. Eodem die illius meminere in Benedictino Martyrologio Hugo Menardus, (qui tamen fateatur, ex Vita non ſatis liquere an monachus fuerit) Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius: in Germanico Petrus Canſius, Ambertus Miræus in Faſtis Belgicis, Molanus in Natalib. Sanctorum Belgii, Galeſinius, alii: ac prolixe in Martyrol. Gallicano, inque ejus Supplemento, Sauſſayus. Egregium Martyrologium quod ante quinque minimum ſecula, ſcriptum, iſtis ſolum verbis eum celebrat.* Ipſo die S. Silvini Ep.

3 15. *Februarii natalem ejus conſignant veteres quodam Belgica Breviaria, Morinenſe jam citatum, Bruxellenſe, Atrebatenſe, atque alia. Martyrologia item: Cantalenſe, quod Beda nomine præſtulatum:* In territorio Morinorum, depoſitio S. Silvini Ep. & Conf. *MS. monaſterii S. Martini Tornaci:* Et depoſitio Salvini Ep. & Conf. *MS. Eccleſiæ* S. *Gudilæ Bruxellis:* Ipſo die S. Silvini Teruanenſis Ep. & Conf. *MS. S. Lamberti Leodii, & multo vetuſtius monaſterii S. Laurentii ibidem.* Ipſo die S. Silvini Ep. Tarwanenſis & Conf. *In eodem tamen Laurentiano codice ad diem* 17. *additum antiqua manu:* Ipſo die S. Salvini Tarwanenſis Ep. *ita & Hermannus Greven* 15. *Februarii.* Silvii Ep. & Conf. & 17. Ipſo die S. Silvini Targoanenſis Epiſcopi. *Diverſos videtur exiſtimaſſe. MS. Floriacum die* 15. *Herſtallum tranſlatas ejus reliquias ſtoriit. De variis tranſlationibus infra.*

alibi 15. Febr.

quibuſdam utroque die

4 *Qui* 26. *Januarii Cenomanis tribuitur ab Hermanno Greven, Maurolyco, Felicto, Ferrario,* S. Silvinus Ep. *uti ad eam diem in ſyllabo proetermiſſorum diximus; is Cenomanorum Epiſcopus non fuit, cum neque in aliis Catalogis, neque in Cenomanicorum Præſulum hiſtoria ab Antonio Corvaſerio, & Joanne Bordonetto edita, utraque perquam accurata, ullus eo nomine Epiſcopus memoretur. At nec Morinenſis hic noſter quid ad Cenomanos ſpectet, ullum eſt uſpiam documentum. Videtur is potius eſſe, qui hoc ipſo die memoratur Cremonæ, Cenomanorum in Gallia Ciſalpina colonia, Epiſcopus fuiſſe, ut infra dicemus.*

Allus S. Silvinus 26 Jan.

5 *Vitam S. Silvini compoſuit Antenor Ep. qui illi videtur adhæſiſſe, nonnullo certe ac familiaris extitiſſe. Nam, ut in Prologo dicitur, ut affectum, quem vivens erga illum (ſo-*

Vita ſcripta ab Antenore Ep.

lus erga illum viventem) ſubjectionis habuit poſt tranſitum illius non amitteret obſequendo, aliquid illius ſanctitatis, quod ſcire potuit, litteris adnotare non diſtulit, Veram ea Vita, ut ibidem dicitur, partim ruſtice partimque vitioſe compoſita erat juxta normam litteralis artis: *ideſt, ut interpretor, radi & incaltoſtylo. Jacobus Malbrancus noſter in ſcholiis ad cap.* 14. *lib.* 4. *de Morinis, putat ſolum notari in auctore formandarum pingendarumq; litterarum imperitiam: nam ſecolum illud nonniſi doctos ut plurimum Præſules tuliſſe: viros autem doctos male pingere ſat frequens. Fuerint ſane docti ea tempeſtate Epiſcopi, ut ſancti fuerunt quamplurimi; at non ideo omnes, imo (quorum ſcripta exſtent) perpauci ſtyli gratia voluere: plerique, quod de Antenore in hujus Vita prologo dicitur,* ſatis *fortaſſe* in divina pollentes religione, non admodum in diſciplina eruditi litterali *facre,*

Impoſitis.

6 *Debuit ergo illa Antenoris lucubratio* emendatius reſcribi, non ſenſum mutando, ſed enucleatius componendo, quæ inordinata videbantur. *Factum id Leuriibitis Abbatiſſa juſſu, ante incurſiones Normannorum, qua nepotum Caroli Magni temporibus contigere. Neque elegantiori forma litterarum eam ſe deſcripſiſſe Vitam ſcriptor affirmat, ſed,* prout valuit, correxiſſe.

poſtea correcta.

7 *Eam Vitam deſcripſerat Heribertus Roſweydus ex Mſ.*

cedica

A *codice cœnobii Alciacenſis, contulerunque cum Mſ. Rubea vallis. Contulimus eam deinde nos cum Mſ. Corſendonchani monaſterii Canonicorum regularium juxta Turnhoutum in Brabantia, cumque alio exemplari, quod Rotomago miſerat Federicus Floverius noſter, & Mſ. Eccleſiæ S. Salvatoris Ultrajecti, atque aliis duobus, & Vita ea, quam ex Mſ. Bertinianis edidit lib. 5. rerum Occitanar. Guilielmus Catellius. Neque ea non lecta nobis, qua Ferreolus Locrius in Chronica Belgicæ, inqui commentariis de rebus Morinorum Jacobus Malbrancus noſter, & in Gallica Sanctorum hiſtoria Guilielmus Gazæus, de S. Silvina ſcripſerunt. Vitam antiquam, quod alibi in capita aut Lectiones diverſimode eſſet diſtributa, alibi uno tenore contexta, more noſtro, prout commodius viſum, partiti ſumus.*

unde hic edita?

§. *II. S. Silvini Ep. patria, genus, Epiſcopatus.*

8 MOlanus autem citatus *S. Silvinum* Tervanenſem *ſcribit fuiſſe, factum dein Toloſanæ civitatis Epiſcopum. Idem Arnoldo Wionivirum. Nescio rationem dat ullam cur ita ſentiat. Afferri illa poteſt, quod in Vita n.* 12. conſtruxiſſe *dicatur* in ſux proprietatis jure eccleſias duas, unam in loco nuncupato Mundini Ciſterna, & aliam in Remicenſi Campania. *Qua duo loca in Morinis*

B *ſunt: ut videantur ſaltem majores ejus e Belgio oriundi. Vita eadem, (ab Hagentii minimum annis ſcripta, imo amplius nongentis, cum ſecundus ſcriptor eaſolum correxerit, qua Antenor Epiſcopus, S. Silvini coætaneus, litteris commendarat) eadem, inquam, Vita c. 1. n. 2. ita habet: S. Silvinum* nobilis Toloſana genuit terra, ſed Tervanenſium continent fines. *Federicus Floverius, qui nobis S. Silvini Vitam, quamvis mutilam, Rotomago miſit, illud item monuit, vidiſſe ſe aliam in ea urbe Vitam, in qua S. Silvinus natione Scotus fuiſſe aſſerebatur. Quia enim complures iis temporibus e Scotia ac Hibernia ſanctiEpiſcopi in Belgium ſimilmaſque provincias veatre fidei ac pietatis proſeminandæ cauſſa; ſcriptor fortaſſe quiſpiam, cum S. Silvinum adveaam didiciſſet apud Morinos habitaſſe, Scotam fuiſſa divinavit.*

S. Silvinus ex Tervanenſi?

ex patria Toloſanus?

quomodo Scotus dictus?

9 *Mihi autem etiam fidei tribuerim Mſ. Florario Ss. illa* 17. *Febr. proferenti*: Ipſo die depoſitio S. Silvini, Tervanenſis Epiſcopi & Conf. qui fertur filius extitiſſe Pipini Brabantinorum Ducis ſecundi hujus nominis, & per conſequens de ſtirpe Karolidarum. *Elogium habemus S. Silvini ex* Catalogo Epiſcoporum Eccleſiæ Tarvanenſis, *ab Roweydo excerptum, hoc exordio*: Beatus Antiſtes Silvinus in tellure Toloſana claris fuit parentibus legitime generatur. Sed cum eſſet hic ſanguinis nobilitate ſtrenuus, adornari coneupivit ſanctitatis uperibur: qui Virginis

C imitator Evangeliſtæ Joannis, uxoram, quam deſponſavit, propter Deum dereliquit. Hunc felices Tervanenſium continent finer: quiu imo nouuulli eum Tervanenſem fuiſſe Epiſcupum in ſuis reliqueruut ſcriptis. Alii dicunt fuiſſe filium ſecundi Pipini cognomine Groſſi, qui tertius fuit Dux Brabantiæ & Marchio Imperii, & S. Plectrudis, uxorir ejuſdem, ex qua tres proler fertur genuiſſe, puta Drogonem Ducem Campaniæ, Grimoaldum, & hunc ſanctum virum.

dicitur filius Pipini & Plectrudis in recentioribus Mſſ.

10 *Veteres rerum Francicarum ſcriptores, atque e recentioribus accuratiſſimi Scipio Dupleix & Sammarthani, non alios Pipini ex Plectrude liberos agnoſcunt, niſi* Drogonem & Grimoaldum. *Hadrianus Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiæ c.* 3. *de Pipini & Plectrudis liberis ita loquitur*: Ea eu conjugio digna pareute edita proleſnſili tres Drago & Grimoaldus, qui quum Chriſti eſſet fortis adſertor Dei, poſtea Leodii martyrium adiit ob Chriſti fidem, ibi ſepultur in xde Divo Jacobo ſacra. Filiur tertius Silviur, vir piantiſſimur, qui & ipſe Sancti appellationem

& editis hiſtoriis,

meruit. Filia Notburgis vocata eſt. Sepulchro illata Coloniæ, miraculis claruit. *Divus quoque rer. Brabanticarum l.* 1. *c.* 3. *inter Pipini filios* Silvium *numerat*. S. Notburgem *multi e recentioribus Plectrudæ autem volant. De utroque merito dubitari poſſe monet Celenius in Plectrude. Plures certe Noitburgem a Plectrude educatam, ſoreris ejus filiam*

ajunt fuiſſe. Not de ea agea ut 31. *Octobris, quo colitur.*

AUCT. I. B

D 11 *Joannes Gilmannus, in Rubea valle prope Bruxellam Canonicus Regularis, Vitæ* S. Silvini *hanc præpoſuit prolegam a ſe concinnatam, prima parte Hagiologii Brabantinorum*: Quoniam Deo cura eſt de hominibus, & plus animarum curam gerit quam corporum; idcirco nosquoque ea quæ ad ſalutem ſpectant, & ad earum ædificationem proficiunt, tractaturi in mediũ proferentes & quod mediocrum eſt mediocr relinquentes, delicioſum ferculum de vita & morıbur beatiſſimi Silvini Tervanenſis, ſive Morinenſis, Epiſcopi, legentibus proponimus: qui creditur fuiſſe filius Pipini Brabantinorum Ducis ſecundi hujur nominis. Quamvir ſorte dubium de hoc uriri videatur, pro eo quod infra dicatur de ipſo, quod aum nobilis Toloſana genuit terra. Sed non eſt incredibile, quod talis Principis filiur in tali terra naſcatur, qua licet modo ſit ſub poteſtate Hiſpanorum, dudum tamen ſubiecta fuerat dominio Francorum: quæ permutatio forſitan jure prælii, aut pacto conjugii facta eſt. Cura igitur, ut inchoavimus loqui, Deo noſtro de hominibur magna eſt, & ſpiritualibus morbis ſpirituale malagma procuravit in redolenti converſatione Confeſſorir ſui Silvini, cujus actus, ut Dominus donabir, hic explicabimur. *Hoc Gilmannus*: *qui tamen hallucinatur, dum, quo tempore ſcribebat, faiſſe* ſub Hiſpanorum poteſtate Toloſanam terram *tradit. Reminiſcebatur forſan victoria Hiſpanorum de Miramolino Maurorum Rege*, 16. *Julii* 1212. *relata* ad Navas Tuloſx, *qui locus circa Batica fines eſt, nec unquam ſub dominio Francorum fuit. At Toloſana terra, in qua natus S. Silvinus dicitur, eſt territorium urbis Toloſæ in Gallia Narbonenſi.*

E

12 *Illud quoque meminiſſe Lectorem oportet, Pipinos illos, qui potentiſſimi erant in hoc Belgii tracta, qui tunc ad Auſtraſia regnum, dein Lotharienſe, ac demum ad Germanicam attinuit, ampliſſimas quidem habuiſſe poſſeſſiones, ac Duces fuiſſe, ſed non hereditarios, neque Brabantiæ: qui ita alut ante ſexcentas circiter annos uſurpari primum a Comitibus Lovaaienſibus cepit.*

an Pipinus Dux Brabantiæ fuerit?

13 *Toloſa urbis Epiſcopum faiſſe S. Silvinum tradunt, uti retulimus, Uſuardus, Molanus, Martyrologium Romanum, atque alii auctorat. Non extat in Catalogo Antiſtitum Toloſanorum apud Demoſthenem & Joannem Chenu. Claudius Robertus inter eos ſtatuit qui quarto Chriſti ſec. floruerunt, & S. Silvium vel Silvinum vocat, cinaique Wionem, Baroniam, Molanum, qui non Silvii, ſed Silvini, longe Silvia poſteriorii, confecravere memoriam. Andreas Sauſſajus in Martyrol. Gallicano S. Silvinum Epiſcopum fuiſſe ſcribit; cujus Eccleſia, non indicat: in Supplemento Toloſanum Antiſtitem facit, uti & Malbranci: & hic quidem eo gradu deiectum, atque in Morinos relegatum ab Ebroino exiſtimat: Sauſſajus aut, timentem ſibi ab humanæ laudationis aura, ſolum vertiſſe, ac ſolum deſeruiſſe. Sed hoc poſtremum qui licuit ingratiis Pontificis Romani? Si aberam acciderat, cur poſt Ebroini cadem non eſt ad ſuam Eccleſiam revocatus, ſed ad* 30. *circ. an. in Belgio baſis, aut etiam ſecundum Malbranci computum ad quatuor & quadragiata?* Guilielmus Catellius, *ſola auxni Molani ac Martyrologiorum Romani & Benedictini auctoritate, eum in Catalogo Toloſatium Antiſtitum locat, medium inter* Villegiſelum, *qui concilio Remenſi ſub Sonnatia interfuit circa an.* 624. & Arruſonem, *quem uit anno* 785. *eadem ſynodo Narbona habita adfuiſſe. Adeo mutila ſant ejus Eccleſia tabula, ut ſpatio* 160. *annorum ſolius* S. Silvini *nomea extet, & quidem haud ſatis æquo jure intrafum. At Sammarthani &c.* Vide Append. pag. 757. col. 1.

F

14 *Tarvana, Morinorum vetuſta urbs in Belgio, Epiſcopum Silvinum appellat Martyrologia non pauca antea citata, uti & Petrus de Natalibus l.* 11. *c. ultimo n.* 70. *In Mſſ. Eccleſia S. Salvatoris Ultrajecti extabat perbrevis S. Silvini Vita, in qua* Tervernenſis Epiſcopur factur *dicitur. Quamquam vero aſſerat Malbrancus* pagum Tervanenſem & Tarvanenſem *non eandem eſſe; ſed* Tervanenſir *nomine*

an Epiſcopus Tarvanenſis?

AUCT. l. 8.

præcipue tunc apud eam ditionem, quæ anno S. Pauli Comitatu continebatur; promiſcue tamen apud ſcriptores, qui de S. Silvino agunt, pro Morinenſi tractu, ac ſubinde dioceſi, accipitur. Ceterum etiam Tarvanenſem Epiſcopum fuiſſe S. Silvinum exiſtimavit auctor Chronici Beſaenſis, cujus pars eſt ab Andrea Cheſneo in Normannicis vulgata, ubi illa legamur: Delatum eſt a Tarvanenſibus corpus beatiſſimi Silvini eorum Epiſcopi. *Malbrancus, qui ante a Toloſanum Epiſcopum fuiſſe S. Silvinum ſcripſerat, poſtea Tarvanenſem Eccleſiam rexiſſe ait pro Ravengario, dum is morbo implicitus munus adminiſtrare ſuum non valeret.*

A

patrus inverta Sedis fuit,

15 *Nobis aliud pronuntiare haud licet, quam quod eſt ab ipſius Vita ſcripſere tradutamſis nec Toloſana Sedit, nec Tarvanenſis meminit. Non tamen augeamur eum, ut aliis apoſtolicis viris factum alibi obſervavimus, veneretionis erga Epiſcopum a poſteris appellatum, ac Presbyterum damnatum faiſſe, cum in Vita diſerte Antiſtes vocetur, ea ſui ſcriptor primus Antenor Epiſcopus ignoraro non potuit, quem in Eccleſia gradum is tenuiſſet: & qui poſtea eam correxit, ſe aaſquam ſenſum mutaſſe prioris ſcriptoris profiteatur. Sed plarasea tempeſtate ſanctos viros, ut ad Ecbmicorum actiones Chr. adjungeadas majori pollerent auctoritate, Epiſcopi ordinabatur, nulla certa attributa Sede: quod poſtea ne temere amphat*

vere tamſ Epiſcopus,

B *fieret, & nos aiſi Pontificis Maximi juſſu, ſanciatum eſt.*

§. III. Tempus adventus S. Silvini in Belgiam, & mortis.

16 *Quo vixerit S. Silvinus tempore, ita eadem Vita exponit:* Floruit quoque tempore prioris Karoli Regis & Childerici ejus Principis perſeverans uſque ad Vinciacum bellum, quod geſtum eſt inter Karolum & Ragenfridum Francorum Regem. *Qui hic Childericus dicitur,* Chilpericus *fuit, qui Childerico Rege natus, ſed, ne Theoderici patrui alterum ve furorem irritaret, in Caleni monaſteria a S. Balthilde avia educatus eſt, inque Clericum attonſus, & Daniel appellatus. Hunc poſtea Neuſtrii, ſive Occidentales Franci, mortuo Dagoberte juniore, Childeberti II. filio, Theoderici nepote, Regem creaverant an. 715. Qui mox cum Raganfreda Majore Domus Auſtraſiam ingreſſus, eladem ab ejus Caroli Martelli exercitu iatulit, ac regiones Rheno vicinas vaſtavit, evocata etiam in auxilium Radbodo Friſionum Rege. Anno deinde 717. 12. Kal. Apr. Dominica Paſſionis, Vinciacio pago Cameracenſi, victus a Carolo eſt: cumque an vitio Eudonis Aquitanica Ducis inſtauraſſet exercitum, iterum a Carolo fugatus ad eum ab Eudone remiſſus, non multo poſt, an. 720. Novembri mortuus eſt. Improprie ergo Ragenfridus Rex Francorum dicitur, qui Dux ſolum modo erat. Alinus erraium dum Carolas Rex vocatur, qui, ut antea Pipini ejus pater, regia poteſtate*

floruit ſub Chilperico

Rege vocato an. 715.

mortuus 720.

C *Auſtraſiam gubernabat, ipſiuſque Regibus imperabat.*

17 *Quo mortuus ſit an. S. Silvinus, quo menſe, aut quoto die menſis, non exprimitur. Sed quod* perſeveraſſe uſquo Vinciacum bellum *dicatur, alii an. 715. quo id bellum cœpit, alii 717. quo Vinciaci cam miſſam prælium eſt, Malbrancus an. 720. quo & Chilpericus deceſſit, vita functus exiſtimant. Mortuus eſt* hora veſpertina diei ſancti Sabbati, *ut habetur n. 18. Si per* ſanctum Sabbatum *intelligatur Paſcha pervigilium, id quidem an. 715. ia 30. Martii incidit, 716. in 18. April. 717. in 3. Apr. 718. in 26. Martii, 719. in 15. Apr. 720. in 30. Martii: quibus diebus in aullo adhuc Martyrologio nomen adſcriptum S. Silvini obſervavimus. Si* ſanctum Sabbathum *auctor appellet quoalibet Sabbathum; cum alia Martyrologia eum 15. Febru. alia 17. exhibeant, dicendum vel anno 716. 15. Febru. qui Sabbatum erat, vel 720. 17. menſis ejuſdem, qui itidem Sabbatum erat, deceſſiſſe. Videtur prius affirmare Jac. Meierus, dum l. 1. Annal. Flandr. ad an. 716. ita ſcribit:* Par eoſdem dies Silvinus Epiſcopus Toloſanus, magnum pietatis exemplum, Alchiacæ naturæ cuncteſſit. *Poſterius magis arriſit Malbranco, quod Februarie anni 716. necdum Vinciaci pugnatum erat, neque ſatis adhuc idoneo ſpatio temporis Chilpericus regnum geſſerat nomen, ut floruiſſe ejus tempore Silvinus dici poſſit. Et videtur ſcripter cum ait* tempore Karoli &

ipſe mortuus ſit Sabbati

vel 15. Feb. 716.

vel poſtino 17. Febr. 720.

Chilperici ejus Principis floruiſſe, *non obſcure innuere,* D *vixiſſe adhuc per id tempus, quo Chilpericum ab Eudone ſibi deditum in ſua poteſtate Carolus habuit, ſive eum ſervare ſibi obnoxium, ad detrahendam ſuæ dominationi invidiam, voluerit, ſeu caminis e vita expellere voluit fato proprio perfunctum. Antequam autem dederetur Carolo Chilpericus, dixi ſuus Princeps non poterat, qui adverſarium erat.*

18 *Solſue igitar illi quinque annis Chilperici commoratus ita Belgia eſt Silvinus? Nullum amphat ſpatium indicat Vita. Malbrancus amplius 40. annis tribuit: eam veniſſe huc cenſet circiter 674. annum Chriſti, licet hinc Romam ac Hieroſolymam putet profectam: qua loca prius fortaſſis adierat, quam huc velut ad quietem ſecederet. Duo præcipue argumenta perpulerunt Malbrancum, ut primo multo, quam nos ſtatuamus, eum ſi reberet in Belgium immigraſſe, quod aempe dicatur donationi cuipiam S. Vindiciani anno 685. ſubſcripſiſſe, atque etiam prius dedicationi eccleſiæ Blangiacenſis aafuiſſe.*

creditus multo ante venuſſe in Belgium;

19 *Donationem illam S. Vindiciani Epiſcopi Cameracenſis, deque ea conſcriptam ab eo tabulam, ac Joannis V. Papa confirmationem, recenſet Buldricus l. 1. Chron. Camerac. c. 25. Cui ſubſcripſiſſe prater* Joannem *ipſum ac* Vindicianum *dicuntur Epiſcopi decem & ſeptem, quorum priores duodecim ignoti nobis ſunt, ſtatis fortaſſis: quinque reliqui ſunt* Audoinus Archiepiſcopus; Auſtregiſilus Ep. Ravengarius Ep. Silvinus Ep. Leodegarius Ep. *Alia ea dicuntur* 8. Id. Mart anno 7. regni Domini noſtri Theoderici Regis, Indict. 11. *Donationem non convello: in ſubſcriptionibus ineſt mendum, nec annus. Creatus eſt Pontifex* Joannes V. *die* 22. *Julii anno* 685. *mortuus anno ſequenti,* 2. *Auguſti.* Theodericus *poſt Childerici fratris necem, qua actate anni* 679. *cenigit, revocatus ad regnum, eandem ſeptimum in ea annum expleverat* 8. Id. Mai *anni* 686. *Atque is character bene habet. Non item alter, qui eſt Indictionis ſecunda, cum eſſet* 14. *Vivebat tunc quoque* Audoenus *Archiepiſcopi Rotomagenſis.* Auſtregiſilus *Bituricenſis ab annis* 74. *deceſſerat. Si Sedit alterius fuit, qui hic ſubſcripſit, cui aſſiam ſcriptorum memoratus?* Ravengarius, *cum anno demum* 706. *ſucceſſiſſe S. Baino dicatur, abſque ſolida ratione ſtatuitur hic S. Audomari ſenis ac caci Vicarius: cui enim non id ſignificat, ac paſſim alii in ſolennibus Actis? Obierat aempe jam pridem S. Audomarus, ut ad* 9. *Septembris oſtendemus.* S. Leodegarius *anno* 684. *interfectus erat* a. *Octobrit. Cur non igitar etiam* S. Silvinus *perperam aaiectum nemen ſuſpicemur?*

E ſubſcripſiſſe donationi eidem S. Vindiciani,

vitioſa plerague alia ſubſcriptiones

& poſt ade dicta.

20 *Magis abnorme eſt, quod in Vita S. Berta fundatrici Blangiacenſis tradatur* 4. *Julii, his verbis:* Anno igitur Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 682. Agathonis veru Papæ anno 2. Theoderici autem Regis Francorum, filii videlicet Cloduvæi & Balthildis Reginæ, an. 12. in Blangiaco pulſima Berta monaſterium ædificare cœpit, in pago Tarvanorum, in propria poſſeſſione: quod, Domino tribuante, cum ſummo honore finetenus deductum eſt. Compoſitis quoque ummibus, quæ ad ornatum ordinemque monaſterii conſuetudo poſcebat; pulſima Berta convocavit in unum venerabiles Epiſcopos ad præſcriptum oratorium dedicandum, S. Ambeetum Rotomagenſem Archiepiſcupum, venerabilem Ravengarium, in cujus parœcia ante relatum cœnobium ſitum eſt, Tarvanenſem Epiſcopum; S. Amandum Tungrenſem Epiſcopum; Sanctum quoque Walaricum, & S. Germanum de civitate Pariſiis, S. Silvinum advenam Epiſcopum de Toloſa venientem; S. Leodegarium Epiſcopum & futurum Martyrem; Sanctum quoque Richarium, ac S. Eligium; ſanctum etiam Pharonem da Meldis civitate, ac S. Elbeetum Cameracenſem Epiſcopum. *Aliud apographum pro Elberto* Ambeetum *habet.*

P

In Vita S. Berta dicitur inchoatum fuiſſe dedicatio ni Blangiacenſi an. 682.

21 *Operæ hoc pauci enucleare.* S. Agatho *anno* 679. *Papa electus, ut ſecundus ejus annus fuerit* 680.

ani

A *aut ſummum 681. Theoderici duodecimas an. ut liquet ex ante dictis, capit an. 690. Iſta igitur nota temporum invicem minime congruunt. Quid reliqua?* S. Ausbertus *in Cathedram Rotomagenſem ſucceſſit S. Annoeno 24. Aug. 689. vita functo, obiit ipſe an. 695. De* Ravengario *antea diximus, S. Baino poſt annum 700. ſucceſſiſſe, ut non potuerit antea dimcefis Tarvanenſis ejus parœcia vocari.* S. Amandus *deceſſit an. 684. 6. Febr.* S. Leodegarius *eodem anno:* S. Aotbertus *an. 675. cui ſuffectus S. Vindicianus, ultra 30. annos ſedisſe dicitur, ut hic* Elberto *locus non ſuerit.* S. Elegius *obierat an. 665. ſuffectus S. Mommolenus, an. 682. teſtamento S. Amandi ſubſcripſit.* SS. Valaricus & Richarius *Abbates multis annis prius obierant: S. Germanus Pariſienſis ampliat cœnum. Quid probari de* S. Silvino *poteſt in tanta rerum temporumque perturbatione? Neque hanc non vidit Malbrancus, ſed cauto diſſimulavit, ita ſcribens:* Eccleſiaſticorum e cœtu adfuere, Ansbertus Rotomagenſis Archiprœſul, Pariſienſis & Tuogrenſis Epiſcopi, Pharo Meldorum Epiſc. S. Demandus Epiſcopos Londinenſis, Epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis, Abbas S Richarii, Abbas Sancti Walerici, Silvinus advena Epiſc. de Toloſa, ut aut Vitæ ſcriptor. *Cur non ergo bona fide, ut nos, verba ſcriptoris repræſentat, ejuſque retegit imperitiam? Nam quis illo* Demandus Londinenſis Epiſcopus?

eden alibi conſulto notatis.

B 22 *Gemianum habemus Vita S. Berta exemplar, ſed utramque e codice Blangiacenſi: ita acuto eſt* Demandi *nomen, neque vel in Epiſcoporum Londinenſium vel Sanctorum catalogis. Scripta eſt ea Vita S. Berta poſt an. 1139. cum eo anno factum menſe Julio miraculum referat. Author miracula nonnulla, quæ narrat, ſe ſpectaſſe teſtatur. Vir fuiſſe bonus videtur, ſed ignarus antiquitatis, ac præſertim chronologiæ. Cum ergo conveniſſe ad eam dedicationem Epiſcopos Abbatesque complures legiſſet, aut pro more Eccleſia, ac S. Berta dignitate, convenire debuiſſe putaret, celebrioret aliquot perceniſit, quos exiſtimabas circa ea tempora vixiſſe.*

Imperite ſcripta ea Vita poſt an. 1139.

23 *De adventu S. Silvini in Belgium præterquam quod floruiſſe Chilperici tempore dicitur, non Theoderici aut filiorum, illud quoque expendendum quod n. 21. habeatur:* Iſti etiam (*Adalſquarus & Anegha*) conſtruxerunt baſilicam Alciaci cœnobii in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ: ubi etiam ante ad eentum S. Silvini, eorum filia, Siccidis nomine, depoſito ſeculari habitu jam Deo ſacrata inerat. *Faciamus eam tunc circiter 20. annorum, aut ſaltem 18. fuiſſe. Si venit S. Silvinus, ut vult Malbrancus, anno 674. ergo, cum is obiit, fuerit Siccidis ſexagenaria major. Quid parentes? an 80. annorum? Nuſquam tam provecta ætatis indicium. Reperi in l. de monaſteriis Arteſia & Hannonia ante aa. fortaſſis 60. aut 70. compilato, citari appendicem Chronici Bertiniani, in qua dicantur* Adalſquarus & Aneglia circa annum 700. baſilicam Alciacenſis cœnobii conſtruxiſſe: *ubi* ante S. Silvini adventum, Siccedis, *eorum filia,* nonnullis Virginibus velatis ac Deo ſacratis præerat. *Ergo adventus S. Silvini an. 700. poſterior eſt: licet alia quadam recentior contexta Chronica habeant, circa an. 680. illud ædificatum eſſe cœnobium. Hoc certum, floruiſſe S. Silviuam tempore Chilperici Regis & Caroli Martelli Majoris-Domus: nec ulla mentio fit aut Pipini Ducis, aut Regum quatuor, ſub quibus totum imperium Francicum idem Pipinus gubernavit.*

Alciacenſis cœnobium ædificatum circa an. 700.

ut poſtea ea vocata S. Silvini.

§. IV. *S. Silvini varia tranſlationes: reliqua Beſua, Audomuropoli, Alciaci.*

24 C *ſtatum antea a nobis mſ. Florariam, ad 15. Febr. illa habet:* Apud Harſtallum in terra Leodienſi tranſlatio S. Silvini, Tarwanenſis Epiſcopi & Confeſſ. *Eſt* Harſtallum, *ſeu potius* Herſtallum, *celebris pagus, hora circiter itinere diſtans Leodio ad Moſam fluvium, verſus Trajectum, ſpectavitque hactenus ad Duces Brabantiæ. Conjicio ex nomine publicæ æmulæ Regibus quondam gentis*

S. Silvini reliquiæ Herſtallum allatæ,

Ebroinum fuiſſe: nam Herſtal, *exercitus ſtabulum ſignificat. Aliunde haud procul inde pagus viſitur* Hermal; *quod exercitus conventum rute interpreteris. Herſtalli autem primi Proceres ſtirpis Carolingicæ palatium habuere, a quo celeberrimus ille Pipinus, Anſegiſi & S. Begga filius,* Herſtalli, *ſive* Hetſtallii, *cognomen naſtus: coluere & cæteri locum, nempe filius Pipini* Carolus Martellus, *præcipue Martelli nepos* Carolus Magnus *ejuſque filius* Ludovicus Pius, *ambo Imperatores. An aliqua S. Silvini reliquia ea ipſorum tempore ollata ſint, non comperi, nec qua ſit illa Floraria inſcripta tranſlatio.*

AUCT. I. B.

D 25 *Niſi forſan primum vaſtantibus Morinorum ditionem Normannis, allata Herſtallum Alciacenſes reliquiæ, ſed eam illuc quoq; vis barbaræ gentis incamberet, ad ſaſtrum Divionenſe aſportata ſunt. Ita c. Bertha exuvias legimus Blangiaca ad propinqua Rheno loca, tum Mogantiam tandemq; in Alſatiam dilatas. Prior ea Alsiacenſium fuga an. 880. videtur contigiſſe, quando & S. Vedaſti corpus Atrebato trans Somonam menſe Decem. deportatum: cum* Normannis menſe Novembrio in Gandavo monaſterio ſedem ſibi ad hiemandum ſtatuerant, *ut ex eorum geſtis ab anſtore incerto conſcriptis apud Cheſnaam dicitur.* Inde enim Tornacum civitatem, & omnia monaſteria ſuper Scaldum fluvium, ferro & igne devaſtarunt, interfectis accolis terræ atque captivatis. Deinde ſedem ſibi mutaverunt, & Cortriaco caſtrum ad hiemandum conſtruxerunt: indeque Menapios & Suevos uſque ad internecionem deleverunt..... *Poſtea* 7. Kal. Janu. Sithiu oppidum ingreſſi cum infinita multitudine, ipſum oppidum cum Eccleſiis igne cremaverunt, excepta S. Odomari eccleſia.... Deinde circa Purificationem S. Mariæ (*anni numerum* 881.) iterum moventes, per Tervennam iter arripiunt, & uſque Centula monaſterium S. Richarii, & S. Walerici, & omnia loca circa mare, & monaſteria & vicos, deinde Ambianis civitatem atque Corbeiam pervagantes *&c. Tunc igitur Alciacam, Centula vicinum, vaſtatam videtur &* S Silvini *reliquias primi furori impiorum ſubduxa, ac fortaſſis Herſtallam avectas. Sed non diu ullic aſſervari potuere.*

anno ſeculo 880.

Normanni Flandriam Morino qi vaſtantibus.

E 26 *Nam* Northmanni, *ut ibidem dicitur,* per Gandavum tendentes, repetatis navibus, terra marique iter facientes, Moſam ingreſſi ſunt, & in Haslac ſedem firmant ad hiemandum. *Regino ad eumdem 881. aa. ita ſcribit:* Menſe Novemb. duo Reges Nortmannorum Godefridus & Sigefridus, cum inæſtimabili multitudine peditum & equitum, conſederunt in loco qui dicitur Haſſou, juxta Moſam: & primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum caſtrum, Tungrenſem urbem incendio cremant. *Quem locum Regina* Haſſou, *alii* Haslae & Haslou *appellant, ad Moſam jacet, aliquot infra Trajectum millibus paſſuum, vulgo* Elsloo. *Deſcribit dein Regino qua eo ac ſequenti anno per Ripuariorum fines & Arduennam iidem Normanni cradiuſter egeriat.*

hiſpus an. 881. ad Moſam manſionibus.

F 27 *Tunc ergo illud evenit, quod ex mſ. Chronico Befvenſis monaſterii tradit idem Cheſnaus his verbis:* Totam Franciam ipſis Normannis vaſtantibus, neque uſpiam Francis tutam reſiſtendi firmitatem repetentibus, multa Sanctorum corpora Divioni caſtro invecta ſunt, eo quod firmiſſimum & inexpugnabile videretur. Quorum quædam poſtea ſunt relata, quibuſdam ibi remanentibus: alia ſunt ad alia loca tranſlata. Delatum eſt a Sueſſionis eo pus B. Medardi Epiſcopi. Delatum eſt a Tarvanenſibus corpus beatiſſimi Silvini eorum Epiſcopi. Noſtri quoque patroni beatiſſimi Prodentii corpus eodem delatum, & in baſilica B. Stephani collocatum, multis annis permanſit. *Eſt Divio etiamnum Ducatus Burgundiæ urbs primaria, paſſim in veruſtiſſimis hiſtoriis & Sanctorum actis* caſtri *nomine celebrata.*

Divionem delatæ

28 *Divionæ quinque circiter leucis diſtat* Beſua *monaſterium, cujus ſitum atque originem ex ipſius loci Chronico ita deſcribit Papirius Maſſonus de fluminibus Galliæ p. 377.* Eſt locus inter fluvium Araris vel Sagunnæ, & fluvium

Inde Beſuam,

AUCT. l. B.

quem Tylam vocant, ab emergente ibidem fonte, qui Beſuus dicitur, dictus & ipſe Beſua .... Talem igitur locum Amalgarius Dua Deo & ſanctis ejus Apoſtolis Petro & Paulo dignum duxit offerre, & ſub manu filii ſui Waldaleoi, monachos, qui ibi Deo & Sanctis ejus deſerviremt, ſub regula B. Columbani ſtuduit aggregare. Quid plura? Waldalenum Abbatem ibi præfecit. *Dionyſius Gualterotus in Lingonicis ſcribit Beſuam olim* Atorium, *aut* Atornenſe caſtrum, *appellatam. Ibi, de quo jam dictum*, S. Prudentius *Martyr colitur 6. Oct. cujus corpus poſtea Divione Beſuam relatum, eodem teſtante apud Cheſnaum Chronico*: Tandem Domino nobis propitio, *inquit*, paceque reddita, B. Prudentii corpus inde eſt relatum, & B. Silvini corpus cum B. Anglia ejus familariſſima nobis a Domino donatum. *Eſt deinde, ſedata Normannicarum incurſionum tempeſtate, reportatum ad Belgas ſui* S. Silvini *corpus; aliqua tamen ejus reliquia retenta a Beſuenſibus videntur. Gualterotus certe, dum Sanctos recenſet, quorum extant in diœceſi Lingonica reliquiæ*, S. Silvinum Epiſcopum Tarbenſem *inter eos connumerat, quem ait Beſua coli 17. Febr.* Tarvanenſem *voluit ſcribere: neq; enim ullus inter Tarbenſes Epiſcopos* Silvinus; *& cujus 17. Febr. agitur memoria, ſi non Tarvanenſis Epiſcopus fuit, ut quidam exiſtimarunt, in diſtrictu tamen Tarvanenſi commoratus aliquanto tempore mortuuſque eſt.*

ubi pars retenta?

B

29 *Quæ cum S. Silvino Divionem, indeque Beſuam deportata dicitur* B. Anglia, ejus familariſſima, Aneglia *eſt, Adalſquari uxor, Sicciidis Virginis mater. Fam inter Sanctos nunc habitam ex illa tranſlatione & Chronici verbis perſpicuum eſt. An reliquiæ in Belgium quoque relatæ ſint, non conſtat. Malbrancus l. 4. de Morinis c. 57. ita ſcribit*: S. Siccheſis, Adalſquari, Anegliæ corpora jacere in ſacrationi templi (*Sithienſis, ſive Bertinici*) parte caſtimantur: quæ aliquando luci donet Deus! *Quibus verbis videtur indicare, publicam aliquam habitam iri aliquando, aut deberi venerationem: & filiam quidem plerumque* S. Siccheſem appellat. *Accepimus ante an. multos a D. Guilielmo de White religioſo Preſbytero monaſterii Sithienſis, antiquitatis ſcrabene perito nec parentes nec filiam pro Sanctis haberi ſive Alciaci, ſive in S. Bertini cœnobio, & ubi corpora eorum ſint ignorari. Tamen, ut crebro accidit Sanctorum quorumdam antiquari & obſoleſcere cultum, ac nomina ipſa oblivione deleri, ita mihi videtur poſſe* B. Aneglia *fatum exiſtimari. De* Siccide *filia, maritoque, nihil habeo quod definiam. Illud hic addendum, a Guilielmo Gazæo in hiſt. Eccleſiaſt. Belgii* Anegliam *Gallice* Agnes *verti.*

ea etiam B. Angliæ oblatum corpus.

ubi nunc ſit, incertum.

30 *Rollone Normannorum Duce fidem Chriſtianam complexo, pax Gallicis Belgicisque Eccleſiis ac monaſteriis*

C *fuit. Qua dein uſque ad annum* 1072. *Alciaci fortuna extiterit, haud omnino nobis exploratum. Jacobus Meierus l. 2. Annal. Flandr. ad an. 930. inter monaſteria Benedictina, qua S. Gerardus Abbas in Arnulphi Flandri principatu reformavit, etiam* S. Silvini *fuiſſe exiſtimat. Haud ſatis id nobis probatur. Suſpicamur potius illic pro ſanctimonialibus, qua locum antea tenuerant, planeque erant diſſipata, Clericos, ut alibi, collocatos primum, dein monachos iis ſubrogatos, donec an tandem* 1072. *Herbertus Abbas Bertinianus Alciaci Abbatem conſtituit. Ita Joannes Iperius, Abbas & ipſe Bertinianus, in ſui monaſterii Chronico, quod ante an. fere* 300. *compoſuit.* Eodem an. 1072. Dominus Abbas Herbertus Svelgerum hujus loci monachum miſit ad Alchiacum locum noſtrum, & cum ibidem primum Abbatem inſtituit: ſed vix duobus an abbatizavit. Quo defuncto Heribertus inſtituit ibi Abbatem Norbertum monachum noſtrum an. Domini 1077. *Idemque plura variis locis de Alciacenſibus Abbatibus commemorat. Sed iis omiſſis ad S. Silvinum redeamus, cujus corpus antea Beſua relatum, ad S. Bertini cœnobium anno* 951. *deportatum eſt.*

Alciacum introducti monachi

quibus an. 1072. datus Abbas

corpus S. Silvini ejus manu ex ſepulchro ſublatum

31 *Rem geſtam narrat idem Iperius c. 26. in hunc modum:* Hildebrandus hujus loci Abbas 26. nepos Comitis Flandriæ Arnulphi Magni, cujus intervento fuit hic Abbati Gerardo ſubſtitutus Abbas, & a Witfrido Murinorum Epiſcopo conſecratus anno Domini 950. vir ad omne bonum promptiſſimus .... Abbatis hujus anno ſecundo prædictus Comes Arnulphus ſenior, ſanctarum reliquiarum avidus, corpus S. Walarici de loco ſuo per Danos deſtructo ad hoc monaſterium noſtrum direxit 9. Kalend. Septembris ... Quinto poſt die, id eſt 4. Kalend. Septemb. corpus B. Richarii eſt a prædicto Comite ad hoc monaſterium deportatum. Quæ duo Sanctorum corpora locis ſuis poſtmodum reſtituta per Arnulphum ſs. ut infra loco dicetur. Eodem tempore idem Comes Arnulphus ſenior corpus B. Silvini de Alchiacu, per modum vaduli receptum, hic attulit: ea tamen conditione, ut ſi ſtatuta die, & ante pulſationem Primæ in hoc monaſterio non redimeretur, idem Sancti corpus nobis perpetuo remaneret. Die ſtatuta venerunt Alchiacenſes cum pretio, ut vadium redimerent, & Mortui manſeruut illo fero: mane ſegnius ſurgentes, & ad Sithiu propinquantes audierunt ſonum campanarum in S. Bertino. Subdentes igitur calcaribus equos, ad monaſterium S. Bertini celeriter pervenerunt: oblato pretio, Sancti corpus repetunt, allegantes fraudulenter a nobis ſic tempeſte pulſari Primam. Quibus Abbas reſpondit, horam eſſe tardam, nullamque fraudem interveniſſe: & petivit, quiſnam Primam pulſaſſet. Et cum ad campanulas ventum

E eſt, viderunt eas, ſine humano miniſterio, Dei nutu vemilari, quaſi gaudium indicantes, Sanctumque Silvinum locum ſibi perpetuæ requietionis hic elegiſſe. Quo viſo miraculo triſtes Alchiacenſes ad propria redierunt inacti. *Hæc Iperius, qui vadium pro pignore uſurpat. Idem narrat Malbrancus to. 2. cap. 43. ſed quod Iperius ait Alciacenſes ea nocte ſubſtituiſſe Mortui, ſive Tarvana, ac poſtridie ſegnius ſurgentes ſerius in Sithiu veniſſe, ipſe ita ponit*: Sithienſes mane illo præter ſolitum ſegnius ſurgentes, demirantur ad Primam pulſari. *Tum quod Iperius ſcribit*, Abbatem petiviſſe quiſnam Primam pulſaſſet; *ipſe*, cum ſolito diutius pulſaretur, miſiſſe *Abbatem aut*, qui finem daret; *ſeque cognitum, campanas* nullo pulſante ſonitum edere.

nomine pignoris,

quo ad diem non ſolutus,

mutu Dei illis manſit!

32 *Non carent tamen nunc Alciacenſes omnino S. Silvini patroni ſui reliquiis. Habent enim ejus mandibulam, ac brachium, ut auctor eſt Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico. Mandibulam qua ratione adepti ſint, ita narratur in recentioribus Miſſ. annalibus monaſterii Sithienſis*: Inſignis Pater Antonius a Bergis, S. Bertini Abbas, menſis Auguſti die 5. Indict. 4. anno 1516. coadunato conventu, qui apud Salbrucam fuerat ad recreandum, corpora Sanctorum Silvini glorioſi Præſulis & S. Rotrudis Virginis

F oſtendit populo & Clero circumſtantibus. Eodem die receptio reliquiarum SS. Trudonis & Liberti condigne proceſſionaliter in cappis facta eſt: nec non Miſſa ſolenniter campanis & organis reſonantibus decantata fuit de S. Silvino, Epiſcopo quondam Toloſano, cum tribus collectis de Sanctis. Qua finita, Choro monachorum obſerato propter populi concurſum, ad majus altare reliquias memoratas Sanctorum oſtendit publice, & recondidit. Hinc ſtatim in medio Chori Abbas pontificalibus inſignis utens, apertis capſis Sanctorum ad inſtantiam D. Oliverii Abbatis Alciacenſis, ſuaviſſimus prodiit odor, & corpore S. Silvini palam viſo, de capite ipſius mandibulam inferiorem, cui tres adhærebant dentes, iſdem D. Antonius Oliverio dedit. Quanto hic caulaverit gaudio demonſtravit, cum genibus flexis, veſtitus in alba & cappa cum aliis flens ſuſcepit, & gratias agens, monaſterio ſuo contulit, ubi quondam iſte Sanctus poſt expletum vitæ curſum receptus eſt in gloria. De corpore autem Virginis Rotrudis coſtam unam eidem Oliverio dedit: cujus quidem Virginis oſſa an. 1260. ſecundus Milo quondam Morinenſis Epiſcopus, requirente Balduino fundatore Audrenſis monaſterii inferetravit. *Hæc ibi. De* S. Rotrude *Virgine agemus* 22. *Junii, de* S. Liberto *Martyre* 24. *Julii, de* S. Trudone *Preſbytero* 23. *Novemb.* Salbruca,

anno 1516. expoſitum,

datur Alciacenſibus mandibula.

qua

A qua hic nominatur, pagus eſt exiguus, dimidia leuca diſtans Andomarapoli, ubi domum habent monachi Bertiniani, ad quam ætate quandoque per dies aliquot mittuntur, recreandi animi ac valetudinis curandæ cauſſa.

VITA EX MSS.

ab Aotenore Ep. coætaneo ſcripta,

poſtea ab anonymo auctore turrella.

PROLOGUS AUCTORIS.

a b

C Uidam Epiſcopus, *a* Antenor numine, ſatis in divina pollens religione, ſed non admodum in diſciplina eruditus *b* literali, poſt obitum B. Silvini, actus ejus, & vitam deſcribere conatus eſt: ſcilicet ut affectum, quem vivens erga illum ſubjectionis habuit, poſt tranſitum illius non amitteret obſequendo. Quocirca aliquid illius ſanctitatis, quod ſcire potuit, literis adoptare non diſtulit. Sed neſcio utrum negligentia habitatorum ejuſdem loci, aut invidia diaboli obumbrante, uſque ad tempus devotiſſimæ *c* Leutrudis Abbatiſſæ hæc deſcriptio non comparuit. Denique præfata Abbatiſſa eam inveſtigans reperit in corruptis membranulis, jamque vetuſtate nimia ea parte deletis. Quam ſæpius relegens animadvertit partim ruſtice, partimque vitioſe *d* compoſitam ſore juxta normam literalis artis. Inde ducta devotione pia S. Silvini, fecit eam denuo emendatius deſcribi, non ſenſum mutando, ſed eoncleatius componendo quæ inordinata videbantur. Ceterum ſi nliqua omiſſa ſunt, quæ dici oporteret, aut aliquid ſuperfluitatis admotando quod non debuit, devotioni illius ac ſimplicitati imputetur, qui primum ſcripſit, non obſecutioni ſcriptoris, qui ſecundo imperatus, prout valuit, correxit.

Vita S. Silvini ab Antenore Epſcripta

ſed leuditate.

poſtea emendata.

a *Catel.* Antenen. b *Idem*, liberali.
c *Ita Mſ. Ritomagenſis, & Claromariſcanum apud Malbrancum. Alciacenſe apographum habebat* Lentvvith. *Catel.* Leutivit.
d *Catel.* compoſitam, fere juxta normam &c.

C CAPUT I.

S. Silvini patria, ætas, peregrinatio, virtutes.

Silvinus ſanctus Epiſcopus,

a MOderois temporibus, divina ordinatoie providentia, exortum eſt quoddam exemplar juſtitiæ, miræque ſanctitatis reſulgens nitore, a partibus meridiani climatis, Silvinus nomine, in Epiſcopatus honore ſublimatus, confeſſorque Chriſti devotus. Hic quidem beatiſſimi meriti Silvinus videtur eſſe quaſi quoddam confinium inter ceſſantia Sanctorum præcedentium miracula, & fidem ſequentium populorum: ut & meritis præcedentium Sanctorum jungeretur æqualibus, & caput atque ſanctitatis exemplum foret ſequentium.

nobilis Tolofanus,

3 Hunc etiam S. Silvinum nobilis Toloſana genuit terra, ſed Tervanenſium felices continent fines. Clarus ex proſapia nobilitatis juxta ſeculi dignitatem, ſed clarior ea fide ſanctitatis, ſecundum Domini voluntatem. Floruit quoque tempore prioris *a* Karoli Regis, & *b* Childerici ejus Principis, perſeverans uſque *c* Vinciacum bellum, quod geſtum eſt inter Karolum & *d* Ragemfridum Francorum Regem, ubi magna ſtrages facta eſt populorum, fugato Ragemfrido cum paucis qui remanſerant.

a b c

obiit ad an. 715.

d

4 Igitur tempore juventutis deſponſavit quamdam puellam juxta ritum uxores ducentium. Sed tandem in ſemetipſum reverſus, ſumpto altiori conſilio arcani pectoris, reliquit fœderationis pactum, ut mundo corde, & caſto corpore imitaretur Filium Virginis, qui ſemper mundus permanet, cuique omnia placent munda; non immemor Evangelii dicentis: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

AUCT. ANTENORE EP. EX MSS.

D

ſpontaneuſſe

Matth 19. 29

Chriſtum ſequitur

5 Denique Domino providente, ut & meritum ſanctitatis ejus augeretur, & plures per ſuam ſalvarentur doctrinam, ad occidentales deſtinatus pervenit partes, videlicet Tervanenſis regionis, ubi non parvam plebem populi Domino acquiſivit. Erat eorum incolis hujus terræ, cujus divinus ex parte incognitus, quem verbo prædicationis, ſimulque exemplo juſte vivendi, repetavit, Deum vivum prædicans in majeſtate perfectum, trinumque in perſonis eſſe fatendum. Unde in eis cultu fidei ereſcente, nmabatur ab omnibus ut pater, venerabatur ut dominus & jure a cunctis colebatur, qui omnes fere tunc temporis viventes præcellebat in ſanctitate boni operis, humilitatis quoque gratia in omnibus præditus: cunctoſque bene viventes diligebat ut fratres, amplectebatur ut cariſſimos filios, non attendens perſonas potentum, ſed magis cultum religionis, & ſanctæ humilitatis devotionem. Fuit enim admodum largus ad omnes, maxime, ut ſcriptum noverat, *e* ad domeſticos fidei: aſſumine deliburus ſemiſcoprudens io doctrina, humilisim cultu, ſanctiſſimus in imitatione, facie decorus, hilaris vultu, pauper habitu, dives in Domino, ſemetipſum vero primum intuens correxit quidquid reprehenſionis reperit: ac dein alios corrigere, imoque ad *f* callem recti itineris perducere non piguit, prædicando & moneodo quotidie: quoniam ejus ſtudium in hoc maxime viguit, ut ſua opera Domino accepta forent, & plurimos lucrari poſſet, atque utili ſummi Paſtoris Chriſti copulari.

multos verbo & exemplo,

ceuſi ad Morinos

E

ob virtutes ab omnibus,

e Gal. 6. 10

f

6 Hoſpites & peregrinos in ſua domuncula tamquam Chriſtum aſſidue excipiebat, pedes eorum lavans, ſimulque alimenta juxta facultatem tribuens, atque partem veſtimentorum indulgens. Deſiderabat quidem e numero eſſe eorum, quibus in futuro Dominus dicturus eſt: Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me; nudus, & cooperuiſtis. Et: Quod uni ex his minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et quod ſequitur audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Semper in ore illius aut hymni verſabantur, aut ſermo prædicationis audiebatur: ne quando forte ab his vacans urganum linguæ polluereet, contra ſcriptum Propheræ, quo ait: Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingoa mea.

hoſpitalis, Matth. 25. 35

& 40

fidelis, 1

Pſal 38. 2

7 Auro neque argento, arca apud illum numquam extitit ponderoſa, nec circa lumbos ejus dependens baltheolus reſplenduit, ſicut mos eſt aliquibus: quia ſciebat, ornatum iſtum a Dei ſervis ummino virandum, quorum indumentum omniſque ornatus Chriſtus eſſe debet in omnibus; qui pro nobis, cum dives eſſet, pauper effectus eſt. Hic autem beatiſſimus Silvinus, dilactione Dei & proalmi undique circumdatus emicuit, Chriſtique veſtigia viriliter ſequens, matrem omnium virtutum, videlicet diſcretionem, in ſuis omnibus virtutibus præcautus, non deſeruit. Quidquid vero ſubſtantiæ habuit, pauperibus erogare ſine aliqua dilatione non differebat. Nullo modo de craſtino cogitare voluit, qui intelligens, juxta veridicam Evangelii ſententiam, ſufficere diei malitiam ſuam, mundum contempſit, & omnia caduca atque tranſitoria deſpiciendo pertranſit, *g* verum Deum diligens toto niſu, ac cœleſtem vitam omni affectu conſequi deſiderans. Equo uſus erat *h* in via ner peragere, non propter gloriam aut delectationem carnis, ſed propter infirmitatem corporis, etiam ad extremum nimiam ſenectutem.

amſit paupertatis,

præcipue in voſtitu g

Matth. 6. 34

g

opus verbi. tuæ

h

8 Hic fere aſſidue profectus peregre propter amo-

AUCT. ANTENOR. EP.

rem omnipotentis Dei, multa Sanctorum limina circuivit, orando, preceſque fundendo, ut nullus Juſtorum remaneret, quæ propitiatum ad caitum hujus peregri-
A nationis habere non poſſit, atque jam precibus ſuis copulatum, quoniam æſtimabat non ſe ſatisſe de ſe, aliorum auxilium depoſcens, ut promptior tranſiret ad gloriam. Legerat enim ſcriptum, neminem per ſemetipſum poſſe fieri ſalvum.

viſit loca ſa.

9 Et non ſolum ſatis illi fuit in his provinciis votum peregrinationis atque precum perficere, quæ mari undique cinguntur; ſed etiam trans mare devectus, viſitavit terram, ubi Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſecundum carnem natus & educatus eatiterat. Et loca pertranſiens

Luc. 18. 27.

& Yeroſolymam ſanctam.

diverſa, pervenit Golgotha, quod eſt Calvariæ locus, ubi Dominus ab impiis Judæis & militibus Romanorum crucifixus: ut quia Deum corporeis oculis videre non poterat, quamquam ſpiritalibus jugiter contemplaretur, ſaltem vel locum, quo ipſum & totum genus humanum de poteſtate diaboli redemit ſuo proprio ſanguine, & victor ſpolia ejus abſtulit, inviſere mereretur: quateuus tali viſione roboratus in animo, ſuſaque oratione ſecurior repe-

aſpergit ſe aqua Jordanis

daret in patriam. Denique veniens ad Jordanem, ubi
B Chriſtus Filius Dei pariter & hominis baptizatus eſt, noſtrum baptiſma ſanctificans; hauſit inde ſacram undam, conſpergens ſe totum ea illa. Unde lætus effectus, & quaſi denuo renatus, ac totus intrinſecus reparatus, receſſit, jam prope unice deſiderium in præſenti vita adimpletum habens.

regis vir ſacras plo affectus,

10 Templa etenim Sanctorum cum magna veneratione eacolebat, illuſtrans luminaribus juxta facultatem ſuam juncta oratione, & Miſſarum ſolemnis. Sacerdotes Dei miro affectu diligebat, monachos venerans, Virgines corrigens, ut caſtitatem corporis & cordis illibate

omnes benignus ſo ſtenit,

uſque ad calcem conſervare non deſiſterent. Omni Clero & populo Dei in ſancta Eccleſia conſiſtenti ſine aliquo defectu, quotidie prædicabat, ad pœnitentiam provocans, *k* ſimulque pro eorum delictis miſericordiam Dei *l* exorare indeſinenter non piguit. Et quia confeſſor Chriſti fuerat, confeſſiones confluentium populorum ſuſci-

k, l

præcipue ſibi confitentes,

piens, dabat conſilia, quomodo ſalvi eſſe poſſent, & vias juſtitiæ ſine defectu alicujus tædii immobiliter retinerent: decem quidem jugum Chriſti ſuave eſſe & onus ejus leve, nihilque utilius quam illi ſervire, qui regnum æternum daturus eſt his, qui diligunt eum ea toto corde, tota anima, omnique virtute; & nihil ſtultius quam ſa-
C thanæ voluntati parere, qui pœnam perpetuam, & æternum ardorem ſuis promittit ſequacibus.

cardinalibus virtutibus propugnator, ac fidei,

11 Habuit etiam hic beatiſſimus vir in ſe quatuor virtutes, quibus homo ſalvatur in vita, Prudentiam, Juſtitiam, fortitudinem, Temperantiam. His clypeis obtectus, & ſubter lorica fidei indutus, atque redimitus galea ſalutis, omnia tela inimici longe repulit: proceſſit in publicum certamen, ſuperans eum, a quo primus homo, parens noſter Adam, in paradiſo quondam ſuperatus cecidit, noſque omnes ſecum ad ruinam peccati & mortalitatis pertrahens. Sed iſte *m* vitalibus confiſus armis, nulla to teeris formidavit pericula, neque in mari naufragia. Habuit quoque in omnibus ſois operibus Angelum Dei protectorem ac deſenſorem, qui aum uſque ad finem exitus illæſum cuſtodivit.

in periculis ſuccurrit, ut Angelo protegente.

a *Hic ipſ* Carolus Martellus, *Pipini Herſtalli ex Alpaide pellice filius, Pipini Regis pater, non Rex ipſe quidem, ſed Regibus imperans. Mſ. Corbeiancenſem habet* Karoli Principis & Childetici Regis.

b *Caſeli* Kildrici, *ſed* Chilperiri *legendum, ut ſupra monuimus.*

c *Ita diſtum a prælio primario, quod Vinciaci in pago Cameracenſi commiſſum an. Martii 717.*

d Raganfridus, *ſive* Ragenfridus, *non Rex fuit, ſed Chilperici Regis Major-Domus.*

e *Caſel.* ad domeſticos, fidei affamine delibatus beneficio. *Mendoſe.*

f *Ita in uno mſ. in ceteris* calicem. D

g *Caſel.* verbum Domini. *h Mſ. Alciac. & Caſel.* in vita.

i *Caſel.* ſegnes. *k His deſunt in Mſ. Rotomag.*

l *Caſel.* evocare.

m *Caſel. & Mſ. Corb.* in talibus. *Mſ. Alciac.* talibus.

CAPUT II.

S. Silvini publica opera, vita auſteritas, mors, ſepultura, miracula.

12 FUit autem hic vir pater orphanorum, defenſor viduarum, tutela Virginum, decus monachorum, pacis ſator, prudens in eloquio, in opere ſanctus: quia quod ore prædicabat, ipſe prior exemplo monſtravit, ne illud Apoſtoli poſſet ei obici, alios prædicans ipſe reprobus efficeretur. Omnia quæ habuit Domino conſecravit, & non ſuis imputans meritis bonum quod agebat, ſed miſericordiæ largientis Domini: unde pro his rebus tranſitoriis atque caducis, præmia eſt conſecutus æterna. Conſtruxit enim in ſua *a* proprietatis jure ob venerationem omnipotentis Dei, memoriamque ſancti ſui nominis eccleſias duas, unam in loco vuncuparo *b* Mundii Ciſterna, & aliam in *c* Remicenſi Campania, ubi laudes Dei celebrantur aſſidue. E

contra beneficia 1. Cor. 9. 27

eccleſias conſtruit

a

b

c

13 Siquidem multos captivos in longiſſimis regionibus redemit, & ingenuos faciens reliquit ire quo vellent, jam imbutos fidei diſciplina, & ſigno Crucis exarato in frontibus eorum. Huic moris erat quando infirmi ad eum confluebant, diverſas habenter infirmitates, primum immenſam pro eis Domini clementiam exorare intra cubiculum ſecreti cordis, & intrinſecus curare animas, ac deinde quoſdam perfundere balneis, & quoſdam ſacro ungere oleo, & ſic ſanos & incolumes remittebat ad propria, ſumpto charismate ſanctæ communionis, ac ſi numquam læſi ab aliqua extitiſſent infirmitate. Et non mirum ſi Dominus Jeſus Chriſtus per ſuum ſervum ſanctum tanta peregit miracula in mundo, qui ei ab adoleſcentia ſerviens placuit, cum etiam aliquando falſos Chriſtianos patiatur facere virtutes. Qui excluſi a regno dicturi ſunt in die ultimi examinis: Domine nonne in nomine tuo prophetavimus, dæmonia electimus, & virtutes multas fecimus? Quibus e regione reſpondens Dominus dicet: Amen dico vobis, neſcio vos. Sed huic, qui credita ſibi talenta lucratus fuit fideliter, dicet: Euge ſerve bone & fidelis, ſupra multa te conſtituam intra in gaudium Domini tui. F

ultimis ſepultura

ægros ſanat precibus, balneo, oleo

Matth. 7. 22

14 Fuit enim vir magnæ abſtinentiæ, & ſicut fertur, quadraginta annis viait panem non comedens, niſi corpus & ſanguinem Domini, contentus tantum oleribus & ceteris fructibus terræ. Veſtimenta ſpecioſa numquam indutus emicuit: niſi forte raro in ſolemnitatibus Miſſarum: ſed deformibus, aſperis, & ſimplicibus utebatur, obſervans quod ſcriptum eſt: Non in veſte ſpecioſa: & quod alibi legitur: Ecce, qui in mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Sed ille magis in cilicio & cinera ſtudens ſuo Regi militare, quam veſtibus auro ſubtextis, aut fulgentibus margaritis. Somnum quoque paululum quando capiebat non ſuper ſtrameota lectorum recubans, ſed aut ſuper purum lignum, aut ſuper nudam terram, & ut ſuum magis affligere poſſet corpus, & velut inutile mancipium ſubiugare, circulos ferri imponens membris ſuis quos multo tulit tempore, dilacerans carnem nimia auſteritate ferri, atque æruginis, memorans quod Dominus Jeſus Chriſtus in Cruce ferreis confixus clavis, pro illo mori non eſt dedignatus. Inſuper lapideas molas eodem affectu Romam tulit, & in ſignum triumphantis ante foras baſilicæ S. Petri ſtatuit, atque dimiſit.

ea. auxilio oleribus ceteris abſque pane.

Matt. 11. 8. *laſſe auditores, veſtibus, lecti modo,*

ſtrauilla ferreis,

molæ geſtatorias,

15 Hic B. Silvinus ſæpiſſime ad palmam martyrii pertingere concupivit, & iationem reddere Domino ſuo: ſed gratia Dei ceſſantibus jam malorum perſecutionibus, pulſante fidei dono in ſancta Dei eccleſia, nullus

appetit martyrii.

A nullus in eum conſurreaɨt ioferens mortem. Voloit etiã & ſolitariam vitam eremi ducere, ac ſoli Deo vacare relictis populorum negotiis: ſed jugi obſiſtente corporis infirmitate contra votum animi retentus eſt. Tamen nec impar eſt martyribus, qoi aſſidue ſuam maceravit carnem ferendo ſponte vincula ferri in membris: nec longe diſtat ab eremitarum parſimonia, qui quadraginta annis abſtinentiam panis, excepta communione ſancti chariſmatis, viriliter tenoit.

16 Innumeras quoq; virtutes & ſanitatum reſtaurationes per eum Dominus *d* operatus eſt in terra. De multis hominum corporibus dæmonia ejecit, oratione & communione corporis & ſanguinis Domini attributa. Leproſos mundari curavit, paralyticos ſanavit claudis greſſus reſtituit, & cæcos videre fecit: & quicumq; ad eum infirmus properabat, qualibet incommoditate detentus, ſanum & incolumem ſanctæ reddebat Eccleſiæ. Ceterum ſi omnia beneficia virtutum ejus ſtylo applicare pauperculo conatus fuero, nec lingua poterit explicari, nec litteris comprehendi; cum etiam nec nobis media exiſtant cognita, non ſolom qoæ in diverſis & longinquis e patravit regionibus, ſed etiam quæ in proximis fecit occulte ſoli conſcientiæ credita. Talia & hujuſ-
B modi plurima Dominus per ſervum ſuum declaravit in mundo, ut nulli dubium eſſet de illius ſanctitate, qui tantorum extiterat auctor miraculorum. Sed in omnibus his grates Deo rependendæ ſont; qui ita glorificat ſperantes in ſe. Unde memorat David io Pſalmis: Mira-
Pſal. 67. 36. bilis Deus in Sanctis ſois, Deus Iſrael dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.

17 Nunc igitue veniendum eſt ad illod, quomodo hæc beata anima de ergaſtulo carnis & inſtantis vitæ tranſiit cœlos penetrans. Tempore ejus tranſitus ſui appropinquante, cœpit ægrotare, & vi magnarum febrium ardentius conteri. Sed quanto magis infirmitas corpus urgebat, tãto mious a laude ſui conditoris reticebat, confortatus in anima illo Apoſtoli antidoto: Quando infir-
2. Cor. 12. 10. mor, tunc fortior ſum & potens. Sed ille non ioſcius appropinquare diem depoſitionis ſuæ, quotidie ante eum Miſſarum ſolennia celebrabantur, & pſalmorum cantus audiebatur, noo oblitus corpus & ſanguinem Domini ſumere cum ſigno ſanctæ Crocis appoſito.

18 Monebat etiam indefinenter ſuos, qui præſentes aderant, ut ſemper memores eſſent diei mortis, fugientes peccatum, per vias gradiendo vitæ. Et quia in laude ſui Redemptoris jugiter io vita ſua verſatus eſt, in ipſa uſque ad finem mortis fideliter perſeveravit. Inde ve-
C niente hora veſpertina diei ſancti ſabbati vidit Angelos Domioi ad ſuum properare obſequium, paullulumq; io hac viſione inteotus magnifica, reſumptis viribus diait præclara voce cunctis audieotibus: Ecce Angeli Domini ad eos: Ecce Angeli Domini ad nos. Et ſtatim in hoc ſancto eloquio emiſit ſpiritum. Nullique venit in dubium, quod ſanctorum Angelorum obſequio devectus eſt ad cœlos, propter quem miſſi ad terras veoerunt: & conſequens ſuit, ut io die ſabbati, quod eſt requies, tranſiret de mundo, qui io æterna requie recipiendus erat continuo.

19 Aderant vero in obſequio hujus ſancti funeris, prout dignum erat, Sacerdotes & Clerici multi, ac ſanctę mulieres Deo ſacratę celebrantes ſoleunia officii beatæ depoſitionis. Et inter voces cantantium reſonabat mixtus lacrymarum fletus pro morte tanti Pontificis, & pii abſeotiam patroni ſervi ac famuli illios attentius flebant, quatiente ſingultu, per ſingulos dicentes, non ſe ultra talem habere procetorem, qui ita eos pie ac juſte præcederet in omnibus, ſicot beatiſſimos pater Silvinos: flebaot populi in terra unde Angeli gsudebaot in cœlo, putantes ſe relictos ab illo eſſe, qui magis nunc pro omnibus poteſt intercedere.

20 Tuoc quoque miſſus eſt ad *f* Centulam monaſterium, ubi *g* S. Richarius corpore requieſcit, quod multo longe ab Alciaco diſtat cœnobio, ut venientes monachi; qui ſub regulari habitu ibi ſancte degebant, tumularent corpus s. Silvini Antiſtitis, cum reliquo ſancto Clero, rectum arbitramies fore, ut qui omnes ordines Eccleſiaſtici cultus ſuo ſancto exemplo atque doctrina roboravit in vita, ab omnibus ei obſequium exhiberetur in morte. Unde venieotes ſimul ſepelierunt beatum Antiſtitem cum hymnorum laudibus, & aromatom odoramentis, in Alciaco cœnobio cum magno timore & ſanctiſſima veneratione.

21 Poſt expletum vero officium funeris Adaliquarus quidam vir prudens, fatiſque devotus & ejus conjux *h* Aueglia nomine, de nobiliſſima proſapia exorta Francorum, præparaverunt convivium magnum ad opus eorum, qui ad ſepeliendum Sanctum convenerant corpus: qon repleri unuſquiſque ad propria poſſet repedare ſine defectionis labore. Iſti etiam conſtruxere baſilicam Alciaci cœnobii in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ: ubi etiam ante adventum B. Silvini eorom filia, *i* Siccidis nomine, depoſito ſeculari habitu, jam Deo ſacrata inerat. Quæ poſt tranſitum ejuſdem famuli Dei ornavit eccleſiam coronis & lampadibus, *k* ſepulchrum ejus fabricari fecit ea auro & gemmarum ſplendoribus: inſuper baculum recurvum, quem vir Dei manu ferebat, ad ſuſtentandam corporis ſeoectutem, aoro & argento ciscumduait pee totom, reponens in ipſa ſancta domo.

22 Multas qoidem virtutes ob meritum s. Silvini poſt ejus beatum tranſitum operatus eſt Dominus in finibus Teroanenſium, maxime in eo loco, ubi ipſe corpore requieſcit, in qoo plurimi obſeſſi a dæmonibus liberati priſtinam ſoſpitatem receperunt. Sæpiſſime contractos vidimus moltos, qui ſepulchrum ejus circumeuntes oraodo totentione ſedula, ſani exinde redieruot. Unde ouper quædam mulier contracta membris, cœpit ejus auxiliom depoſcere continuo precibus, & quaſi impoſtuoa exiſtere, quæ ſubitam eatorſit recupetatio-
E nem: poſtea quidem velo capiti impoſito io eodem loco vitam appetit finire.

23 Similiter quidam puer eadem obſtrictus infirmitate, deſtinans ſe longius protrahi ad alium ſanctum locum, ubi plurima ſigna tuuc temporis fiebant, eauſſa novitatis, credens forte ſe ibi recepturam ſanitatem, caſu devolutus eſt ad limina bujus Sancti, paullolomque reſtitit orans: & qui infirmos atque contractus acceſſit, ſurſum aſpectans & incolumis receſſit.

24 Sic iterum quædam fæmina cœca, Burgundienſibus orta finibus, in ſomnis admonita eſt, Teroanenſiom adire fines, ibique illuminari meritis B. Silvini. Sed illa evigilans, ductore aſſumpto, noo longitudinem formidans itineris, tandem poſt aliquod temporis
F ſpatium pervenit ad locum ſibi optabilem. Deoique ſumpto quodam liquore ex vaſe adhoc ibidem reſervato, quod s. Silvinus ſecum ibi a longe attulit, & perlioita ex eo genſrum loca atque oculorum, mox lumen recepit, quæ jam peractos viginti ſex annos, ut ipſa profeſſa eſt, cœca permanſerat. Sed Dominus Jeſus Chriſtus, qui per ſemetipſum oculos cœci nati primum aperuit Siloe onda perfuſos, ipſe per meritum ſui famuli præſecit foramine oculorum hujus mulieris, iſto delibota liquore.

25 Unde ſubmiſſis, atque eontinuis peecibus poſtulandum eſt, ot hic, qui tantorum miraculorum meritis refulget, pro noſtris erratis intercedere apud Deum non dedigoetur: qoatenus favore ejos ſuffulti, digni efficiamur promiſſionibos Chriſti, qoi vivit & regnat in unitate cum Patre & Spiritu ſancto Deus, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

a *Unde ei hic poſſeſſiones? an a majoribus, hinc ortis an donata a piis hominibus?*

b MS. *Corſend.* Muaiciſterna. *Locus eſt haud procul Alciaco diſtans.*

AUCT. ANTEN. EP. EX MSS.

d *plurima edit miracula.*

e *ægre affectus variis.*

f *Centulam monachis S. Richarii ſuppletur Alciaci.*

g *admonitio S. Richarii ſuppletur Alciaci.*

h *poſt pegrino Adaliſquaro & Aueglia.*

i *quæ filia Siccidis tumulum ornat & baculum.*

k

ad tumulũ ejus ſæpe ſanantur.

item contracta.

poſtea ibi morabat.

puer contractus.

cæcitas illuminata liquore illato ex vaſe S. Silvini.

Invocatur S. Silvinus.

AUCT. I. B.

Bani, vulgo Mouniçe dilluat, ut mihi olim retulit D. Thom. Luyens Abb. Lætiensis.

A c *Idem ajebat, eodem illo tractu locum esse, dictum* S. Remy Campaigne. *Alii ajunt in diœcesi Remensi ecclesiam esse, vulgo* Pistoratum *nostræ Domiem de la Petthe, & ad Aleacenses* [sic] *antehac pertinuisse: sed nuper Francicorum Judicum sententia dicuntur hi de antiquissimo aliquot seculorum possessione dejecti, obtento juris devolutu. MS Ultrajectinus habet,* in Remmiscentis Campania, *Aliud & Catel.* in Remicensis Campanie, *Corfend.* Reminsensi. *Citat Malbrancus antiquum Breviarium, in quo* Rentiscensi *habetur* D

d *Catel.* exercitus est. e *Idem*, patent,

f *MSS. Aleiac. & Corfend.* Centulum.

g *Colitur hic* 26. *April*

h *Supra in Chronico Bosonis* Anglia *dicta alibi* Ognie, *Galliace* Ognies. *In ms. Corfend.* Apogio.

i *Catel.* Sichordis. *Malbran. & ms Corfend.* Siechedis.

k *Addis Malbrancus*, argenteis fusis.

DE S. SILVINO

EPISCOPO CREMONENSI IN ITALIA.

I. B.

AN. DCC. LXXIII. XVII. KAL. FEB. *S. Silvini natalis* 29. *Febr.*

1 MOrinorum in Belgio provinciam secundo Christiana Æra octavo nobilitavit habitatione, religionis, miraculis S. Silvinus *Episcop. ut ante scriptum. Supponi eo aber fundo memoratur* S. Silvinus, *Cremonensis in Gallia Cisalpina Episcopus. Nec vitæ operationem effugit Wion, dum in Ligno vitæ Maurol. carpit, quod S. Silvinum* corrupte satis Cremonensem Episcopum appellarit. *Maurol. verba sunt:* Ipso die S. Silvini Cremonensis Episcopi, *Subscribunt alii, Constantius Felicius*: Silvini Ep. Cremonensis. *Ferrarius in gener. Sanctor. catal.* Cremonæ S. Sylvani Ep.

B *Citat in Notis Diptycha Ecclesiæ Cremonensis.*

2 *Tradit idem*, illius natalem olim ab ea Ecclesia hac die celebrari consuevisse: *se* causam intermissionis ignorare. *Idem scripserat antea in catal. Sanctor. Italiæ, hæc adjecta clausula, ac velut correctione*: Si tamen illius aliquando, ut ferunt, natalem celebravit. *At Lnovic. Cavitellius in annalib. Cremonensibus, qui anno* 1588. *post ejus decessum editi sunt, ista habet*: Silvinus, qui ob ejus probam vitam est connumeratus inter sanctos Confessores, & ejus solennitas celebratur Cremonæ quot annis die 17. mensis Februar. *Idem mox Ferdinandi Ughelli auctoritate firmabatur.*

olim celebratus;

3 *Addubitet merito quispiam, an non hic sit* Silvinus *quem* 26. *Januarii in syllabo Prætermissorum ostendimus ab nonnullis Cenomanorum Episcopum fuisse. Ita namque habet Mart. Colonia exemplum anno* 1490. *&* Hermannus *Greven in auctario ad Usuardum*: Cenomannis Silvini Ep. & conf. *Maurol.* Cenomanis Sylvini Præsulis. *Felicius*: Silvini Episcopi Cenomanorum. *Est enimvero Cremona vere Cenomanorum urbs, ab Cenomanis Gallis in Italiam transgressis ædificata, uti & Brixia ac Verona. Ferrarius in gener. catal. Sanctor. Italiæ habet*: Cenomanis in Gallia S. Silvini Ep. & confess. *Citat in Notis Monrol. & Felicium, apud quos illud* in Gallia *non legerat. Neque vero in ullo Episcoporum Cenomanica in Gallia civitatis catalogo apud Demochares, Chenu, Claud. Robert. Corvaserium, Bondonettam, ullus extat* Silvinus: *ut tanto confidentius liceat martyrologia citata de Cenomanis Italia interpretari.* E

an non & 26 Januar.

4 *Parro actas* S. Silvini *an olim commendata sint litteris, haud scimus. Pansa ita hæc tradit de eo Ughell. tom. 4. Italia sacra*: S. Sylvinus civis Cremonensis, (de quo catalogus noster narrat) mortuus Zenone, creatus fuit Episc. Cremonæ anno 733. ob ejus morum integritatem & vitæ sanctitatem: rexit Ecclesiam Cremonensem annis 39. Hojus tanti viri quæ fuerit religio, quæ disciplina, quæ reliquæ virtutes & in munere pastorali & in tota ejus vita, illud facile declarat, quod inter sanctos confessores relatum illum accepimus: unde decimoseptimo die mensis Februar. quot annis ejus solennitas olim celebrabatur Cremonæ. En die ex terrena ad cœlestem patriam migrasse credimus anno 773. *Eadem fere scribit* Ferrar. *in catal. St. Italiæ, qui* Silvanum seu Silvinum *appellat.*

tempus natalis

DE S. FULRADO

ABBATE S. DIONYSII IN FRANCIA, PALATII REGII ARCHICAPELLANO,

C F

Commentarius historicus.

G. H.

§. *I. S. Fulradi cultus sacer, summi in Palatio Capellani dignitas, Acta apud S. Zachariam Papam, familiaritas cum S. Bonifacio Archiep. Moguntino.*

AN. CHR. DCC. LXXXIV. XVII. KAL. FEB. *Summi Capellani Palatii Regii Abbatis Episcopi,*

1 OMnem Palatii Regum Francorum Clerum sub cura & dispositione summi Capellani (*quem etiam* Apocrisiarium, Franciæ Archipresbyterum, Custodem Palatii *appellabant*) solitum regi decet S. Adalardus, Caroli Magni propinquus & monasterii Corbeiæ Abbas, *apud Hincmarum tomo* 2. *Opeum tit.* 14. *Hujus autem* ministerii originem *adscribit* Constantino Magno Imperatori, *& apud Francos* Chlodoveo ad Christum conversio, *cujus ac Regum successorum* Palatium tempore competenti visitantes Episcopi, vicissim hanc administrationem disposuerunt. A tempore vero Pippini & Caroli, Regia voluntate atque Episcopali consensu, per Diaconos vel Presbyteros magis quam per Episcopos hoc officium coeptum extitit. *Assumpti vero ad hoc ministerium enumerantur* Fulradus Presbyter, Engelramnus & Hildiboldus Episc. &c. *Horum Capellanorum Palatii dignitatem, potestatem ac ministerium præclara commentario illustravit Guilielm. Peyratus, Regum Henrici IV. & Ludov. XIII. Consiliar. & Eleemosynarius: qui l. 1. c. 26. recenset inpromot sacri Palatii Presbyteros, qui ob vitæ sanctitatem cœlestibus adscripti publicam in Ecclesia venerationem obtinent: ac relatis* 18. *Episcopis, & Wandregisilo Abbate, de quorum omnium cultu sacro nullus hist. satis peritus unquam dubitavit, a prima stirpe Merovingica ad Carolinam progreditur, ac Palatii Archipresb. vicesimum Sanctis adscriptum profert* Fulradum, *additq;* hunc solum celeberrimi S. Dionysii monasterii Abbatem, esse haberique sanctum inter Abbates 69. qui a temporibus Dagoberti I. Regis & Aigulfi 1. Antistitis illud monasterium rexerunt. *Jacob.*

dein Fulradus Presbyter;

post alios 13. *Sanctos*

& *ipse Sanctus*

Duble-

A *Dubletius monachus Dionyſianus l. c. Antiquitatum hujus monaſterii c. 28. ait* S. Fulradum in monaſterio a. Alexandri a ſe *in Alſatia* condito ſepultum fuiſſe, ejuſq; ſ cras
ſolitus 17. Febr. Reliquias ibidem ab omnibus fidelibus honotari, diemq; natalem celebrari 17. Febr. *quam ejus ſacram veneratio-*
nem ante c. 26. indicarat, ubi tamen errore typographico
dies 27. Febr. eſt expreſſus. Franciſcus Labbeus noſter, e-
gregie de Sanctis, magno Virginum Menologio Gallicæ edi-
poſſeſſionem in Alſatia *te, meritus, nobis per literas ſignificavit*, S. Fulradum Abbatem colli 17. Febr. in Lotharingia Alſatica, io Valle-leporis, in cœnobiolo quondam ab Abbatia S. Dionyſii prope Pariſios dependente. *De monaſteriis ab eo conſtructis, & præfectura monaſterii S. Dionyſii infra agemus, ubi, quæ in Palatio Regum & apud Pontifices Romanos primus Presb. ſive Archicapellanus, ut vocant, ac Legatus peregeris, expoſita fuerint.*

2 *Ad dictam Archicapellani dignitatem ſolere aſſumi*
viros non ſolum ob ſanctimoniam vitæ laudatos, ſed magna e-
iam generis & fortitudine illuſtres ac variis diſciplinis præ-
cellentes, oſtendit memoratus Peyratus c. 28. & 30. Exor-
natum fuiſſe hiſce naturæ & gratiæ donibus S. Fulradum ia-
nuum præclara ejus facinora, ob quæ ipſe non Epiſc. ad ſu-
premum id munus fuit evectus. Ædificaſſe eum cellam in
B ſua proprietate in pago Alſacenſe, in loco, qui dicitur Fulradovilare, *teſtatur Carol. Magnus in diplomate a Du-*
bletio pag. 707. edito, ut videatur ex Alſatia eat vicinis re-
gionibus oriundus, & aliis inter majores habuiſſe Fulrados, *a quibus loca* Folrado vilare *dicta ſint. niſi ab ipſomet mox*
cognomen traxerit. Inter primos S. Fulradi labores, de qui-
bus non ſuboritur controverſia, eminet auxilium S. Bonifacio
Archiepiſc. & Sedis Apoſtolicæ Legato collatum in Epiſcopis
per regnum Francia conſtituendis. Milonem tonſura clericum, monachum, acto, habitu irreligioſum laicum, epiſcopia Remorum ac Trevirorum peſſum dediſſe *ſub Carolo Mar-*
S. Abeli Archiepiſcopo Remenſi apud S. Zacharia Papam pe- *tello tradit Hincmarus in Præfatione ad vitam S. Remigii.*
tit pallium *At mortuo Carolo dudum Remenſibus Archiep. S. Abel, cujus*
ſedem ut firmam ſtabilemq; redderet Sa. Bonifacius & Ful-
radus, pro ſua auctoritate apud Pontif. Roman. egiſſe, ſcri-
bit Hadrianus Papa ad Tilpinum Archiepiſ. Remenſem S.
Abelis ſucceſſorem: Deinde, *ja quæ*, ſanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiſc. & Legatus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & præfatus amabiliſſimus Fulradus, Franciæ Archipresbyter, tempore anteceſſorum noſtrorum Zachariæ & Stephani ſucceſſoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ
memoriæ prædeceſſor noſter Zacharias pallium Archiepiſcopo Remenſi, Abel nomine, per deprecationem ſopraſcripti Bonifacii tranſmitteret. *Scripta eſt hæc epiſt. an.*
773. cum adhuc viveret S. Fulradus, ac pro Tilpino bonum
C *teſtimonium Hadriano Papæ præbuiſſet. At Zacharias Pa-*
datum ao. 744. *pa miſit eum epiſt. ad S. Bonifacium tria palia, confecrada*
S. Abeli Remenſi, Grimoni Rotomagenſi, & Ariberto Sene-
nenſi. Data eſt epiſtola 10. Kal. Jolias, Indict. 12. *an Chr.*
744. *Colitur S. Abel 5. Auguſti.*

3 *Annis dein quinque elapſis nobiliſſima legatio a Pippino*
miſſa ad Zachariam Papam, qua illi regnum Fra-
corum impetratum. Agunt de ea legatione Annales quam
plurimi ab auctoribus coævis aut valde antiquis conſcripti.
Quales ſunt annal. Francor. auctiores ab an. 708. ad an. 808.
ad S. Bur- *quo auctor ſe vixiſſe teſtatur, editi ex mſ. Tiliano a Chefneo*
chardo Epiſc. Herbi- *to. 2. pag. 12. in quibus ad ann. 749. hæc leguntur:* Zacha-
polenſi miſſus Ro- rias Papa per Fulradum mandavit, ut Pippinus ad
mam an. Regem levaretur. *In aliis annalib. ſocius Legationis dicitur*
749. *fuiſſe S. Burchardus Epiſc. Herbipolenſis: ita annal. veteres*
Francicorum, ex mſ. Bavarico ab Henrico Canſio tomo 3.
antiquæ lectionis vulgati, ab an. 741. ad 793. qui ex mſ. Loi-
ſeliano continuantur apud Chefneum a pag. 24. ad ann. 814.
item annal. Regum Francor. a quodam ejus ætatis aſtronomo & Ludovici Regis domeſtico conſcripti, atq; a Rembero
vulgati. Tum annal. Bertiniani, in quibus hæc leguntur: An-
no 749. Burgardos Wirzeburgenſis Epiſcopus & Folradus Capellanus miſſi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regalem poteſtatem, ſi bene fuiſſent an non. Et Zacharias Papa mandavit Pippino, ut melius eſſet illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quam illum qui ſine Regali potestate manebat. Ut non conturbaretur ordo, per auctoritatem Apoſtolicam juſſit Pippinum Regem fieri. *Addit Regino:* & ſanctæ unctionis oleo inungi. *Quæ in annal Egginhardi ita habentur.* Burchardus Wirziburgenſis Epiſc. & Folradus Presb. Capellanus, miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, ut conſulerent Pontificem de cauſis Regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habuerunt. Per quos prædictos Pontifex mandavit, melius eſſe illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret: datoq; auctoritate ſua juſſit Pippinum Regem conſtitui. *Eſt erga Pippinum an. 750.* *dein Bonifacium an. 751.*
a. 1. Bonifacio unctus, & in Regem a Francis elevatus, & Childericus an. 751. in monachum attonſus, & in monaſterium Sithiuenſe S. Bertini ablegatus. ut alibi a nobis accurate probatum eſt. Colitur S. Burchardus Epiſc. 14. Octobr.

4 *S. Bonifacium brevi ſe moriturum præſagiens, per S.*
Fulradum diſcipulus ſuus Pippino Regi commendat, ac pro-
cipue Lullum, quem ſibi ſucceſſorem deſignat. Eſt hæc Epiſt. *a S. Bonifacio per literas rogatus*
92. inter alias a Serrario editas, & a Surio tom. 2. concilio-
rum Gallia pag. 8. recuſa cum hac inſcriptione: Bonifacius ſervus ſervorum Dei, gratia Chriſti Epiſcopus, ca-
E riſſimo conſacerdoti Fulrado Presbytero perennem in Chriſto caritatis ſalutem. *Eſtque hæc epiſtola:* Fraternæ dilectionis tuæ ob ſpiritualem amicitiam, quam ſæpe in neceſſitatibus meis pro Dei intuitu feciſti, dignas gratias perſolvere non poſſum: ſed Deum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto cœlorum culmine mercedis præmia in gaudio Angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Chriſti nomine deprecor, ut quod bono initio cœpiſti, cum bono fine perficias, id eſt, ut me s verbo glorioſum & amabilem Regem noſtrum Pippinum ſalutaveris, & illi *ut Rex Pippino ægri gratias* magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit, & ut illi referas, quod mihi & amicis meis ſimiliter videtur, ut vitam iſtam temporalem & curſum dierum meorum per iſtas miſerrimitates cito debeam finire. Propterea deprecor Celſitudinem Regis noſtri pro nomine Chriſti filii Dei, ut mihi nunc viventi indicare & mandare dignetur circa diſcipulos meos, qualem mercedem poſtea de illis facere voluerit. Sunt enim pene omnes peregrini, quidam Presbyteri per multa loca ad mi- *diſcipulos ſuos commendat,*
niſterium Eccleſiæ & populorum conſtituti: quidam ſunt monachi per cellulas noſtras, & infantes ad legendum litteras ordinati ſunt: & aliqui ſeniores qui longo tempore mecum viventes laboraverunt, & me adjuvabant. De his omnibus ſollicitus ſum, ut poſt obitum meum non diſpergantur: ſed ut habeant mercedis veſtræ conſilium & patrocinium Celſitudinis veſtræ, & non ſint diſperſi ſicut oves non habentes paſtorem, & populi prope marcam Paganorum non perdant legem Chriſti. F Præterea almitatis veſtræ clementiam diligenter io Dei nomine deprecor, ut filiolum meum Lullum & Coepiſcopum, ſi Deus voluerit, & ſic clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum & Eccleſiarum componere & conſtituere faciatis Prædicatorem & Doctorem Presbyterorum & populorum. Et ſpero, ſi Deus voluerit, quod in illo habeant Presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem & paſtorem. Propterea hoc maxime fieri peto, quia Presbyteri mei prope marcam Paganorum pauperculam vitam habent: panem ad manducandum acquirere poſſunt; ſed veſtimenta ibi invenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium & adjutorem habeant, ut ſuſtinere & indurare io illis locis ad omni- *alibi miſſoria ad vitæ ſuſtentationem impetrat.*
S. Lullum Sedis Mogantinæ ſucceſſorem petit,
ſterium populi poſſint, eodem modo ſicut ego illos audivi. Et ſi pietas Chriſti hoc vobis inſpiraverit, & hoc quod peto conſentire & facere voluerit, per hos Miſſos

D *regnum Francorum Pippino impetrat,*

AUCT. Go. II.

A

B

C

D

E

F

ſos meos præſentes, aut per litteras pictaris veſtræ hoc mihi mandare & indicare dignemini, ut eo lætior in mercede veſtra vivam aut moriar.

5 *Hactenus S. Bonifacium, ex cujus epiſt. liquet, S. Fulradum ob virtutem & maximi ab S. Bonifacio fuiſſe æſtimatum, & ſupremum eadem de cauſſa locum, quod hic non ignorabat, apud Pippinum Regem obtinuiſſe. Quæ autem hac epiſt. ſibi impetrari petiit, omnia conſecutus eſſe videtur.* Ad an. 752. n. 5. Fulradus *Nam antequam in Friſiam iter ſuum ultimum arripuit S. Bonifacius, S. Lullum ſucceſſorem conſecravit. Quæ ita Othlonus l. 2. Vitæ ejus c. 23. expoſuit:* Sed priuſquam tanti diſcriminis iter arriperet, ſciens non conuenire, ut pro alienis ouibus ſalvandis laborans, proprias ſibique commiſſas oves perire permitteret, S. Lullum .... cum conſenſu venerandi Regis Pippini, nec non Epiſcoporum & Abbatum atq; Canonicorum omniumq; Procerum ad ſuam diœceſim pertinentium, pro ſe Epiſcopum elegit & ordinavit. Nam Apoſtolico Præſule jam ante eumdem pro ſe ordinandum impetravit. *Diſceſſit deinde S. Bonifacius in Friſiam, ibique Martyr Chriſti factus eſt anno 754. die 5. Junii, quo colitur. At S. Lulli veneratione ſacer eſt 16. Octobris.*

6 *Inter viros eruditos celebris hac movetur quæſtio, num S. Eucherius Epiſcopus a Carolo Martello ſede ſua Aurelianenſi pulſus, poſt ejus obitum raptus in extaſim, ipſum viderit apud inferos torqueri, atque ab Angelo monitus ſit, jam nunc animam ejus & corpus æternis pœnis eſſe deputata. Deinde* Eucherius in ſe reverſus, *ut ipſa hiſt. refert*, S. Bonifacium & Fulradum Abbatem monaſterii S. Dionyſii, & ſummum Capellanum Regis Pippini ad ſe vocarit, eiſq; talia dicens in ſignum dederit, ut ad ſepulchrum illius irent, & ſi corpus ejus ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, ubi corpus ipſius Caroli humatum fuerat, ſepulchrum ipſius aperientes, viſus eſt ſubito exiſſe draco, & totum illud ſepulchrum interius inventum eſt denigratum ac ſi fuiſſet exuſtum. *Colitur S. Eucherius 20. Febr. cujus Vita a Surio edita hac eadem hiſtor. uſurpata eſt. Verum melius abeſſe a tribus codic. mſſ. optima fidei tum oſtendam, neque reperiri apud ullum ſcriptorem, qui integro ſeculo poſt obitum & Caroli Martelli & S. Eucherii floruerit, ac videri poſſe ea temere aſſumptam tempore Hincmari Archiep. Remenſis. Qua hic nolumus repetere, S. Fulradum non fuiſſe fallum Abbatem monaſterii S. Dionyſii, niſi ſedecim aut etiam pluribus poſt obitum Caroli Martelli annis infra §. 4. oſtendemus. De regno Pippini an. 750. collato jam egimus, ut neque hujus Regis fuerit ſummus Capellanus, neque Abbas S. Dion. appellandus, quo tempore eum hiſt. contigiſſe alii crediderunt.*

ad Pippinum Regem.

6. Januar. an. 754.

ad Julii 1

ſedente Papa Romano I

cujus eum literis rogatus mittitur ad Pippinum Regem.

§. II. S. Fulradi Legatio ad Stephanum III. Papam; procurata urbium in Exarchata reſtitutio, alia ſub Carolomanno & Carolo Magno. Obitus.

7 Ann. 752. *Zacharias Papa 15. Martii vita functus eſt, inter Sanctos ab olim relatus. Succeſſit Stephanus II. & hoc poſt quatriduum mortuo Stephan. III. qui ab Langobardorum Rege Aiſtulpho graviter vexatus, ad eum legatis Pippini Regis deductus, indeq; ſub finem anni 753 in Galliam profectus eſt: eui in occurſum miſſum eſſe S. Fulradum teſtatur in illius Vita Anaſtaſ. Bibliothecar.* bis verbis: Quinta decima die menſe Novembri prædictæ ſeptimæ Indict. a civitate Papia movens, ſuum in Franciam profectus eſt iter .... Et compendium gradiens iter ad venerabile monaſterium ſancti Chriſti martyris Mauricii pervenit: in quo & conſtitutam erat pariter ſecum Francorum Regem convenit .... In quo & aliquantis demorantes diebus conjunxerunt in prædicto venerabili monaſterio Fulradus Abbas & Rothardus Dux directi a ſæpefato Pippino excellentiſſimo Francorum Rege, petentes eumdem ſanctiſſimum Pontificem ad ſuum progredi Regem. Quem & cum magno honore cum omnibus, qui cum eo erant, ad eum deduxerunt. Audiens vero iſdem Rex ejuſdem beatiſſimi Pontificis adventum, nimis feſtinantee in ejus advento curſum, una cum conjuge, filiis etiam & Primatibus: pro quo & afferens centũ millia, filium ſuum, nomine Carolum, in occurſum ipſius Coangelici Papæ direxit cum aliquibus ex ſuis Optimatibus: ipſeq; in palatio ſuo, in loco qui vocatur Ponticone, ad ferè trium millium ſpatium deſcendens de equo ſuo cum magna humilitate terræ proſtratus, una cum ſua conjuge, filiis & Optimatibus eumdem ſanctiſſimum Papam ſuſcepit. Cui & vice ſtratoris uſque in aliquantulum locum juxta ejus ſellarem properavit. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus ſuis extenſa voce gloriam & inacceſſibiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis & canticis ſpiritualibus uſque ad præfatum Palatium pariter & cum Rege omnes profecti ſunt ſexta Januar. menſis die, in Apparitionis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſacratiſſima ſolennitate, ibique intus oratorium pariter conſedentes, mox idem beatiſſimus Papa prædictum Chriſtianiſſimum Regem lacrymabiliter deprecatus eſt, ut per pacis fœdera cauſſam B. Petri & Reipublicæ Romanorum diſponeret. Qui de præſenti jurejurando eidem beatiſſimo Papæ ſatisfecit, omnibus mandatis ejus & admonitionibus ſeſe rotis nitibus obedire, & ut illi placitum fuerit, Exarchatum Ravennæ & Reipublicæ jura ſeu loca reddere modis omnibus. Sed quia tempus imminebat hiemale, eumdem ſanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſios apud venerabile monaſterium B. Dionyſii ad habitandum pergere curavit. Quo peracto, & eo in eodem venerabili monaſterio cum jam fato Chriſtianiſſimo Pippino conjungente, Domino annuente, poſt aliquantos dies iſdem Chriſtianiſſimus Pippinus Rex ab eodem ſanctiſſimo Papa, Chriſti gratia, cum duobus filiis ſuis *Carolo & Carolomanno* Reges uncti ſunt Francorum. *Eam conſecrationem Regum contigiſſe 5. Kalend. Auguſti ſcribit ad hunc ann. 754. ex monumentis veteribus Areopagiticis Baron. n. 5. Incidit is dies in Dominicam cyclo ſolis S. littera Dominicali F.*

8 *Miſſa a Pippino ad Aiſtulphum varii Legati ſed irrito ſucceſſu. Tunc, ut inquit Egilhardus in annal. ad an. 755.* Pippinus Rex Italiam manu valida ingreſſus, Haiſtolfum Regem Langobardorum in civitate Papia obſedit, & pro reſtituendis, quæ Romanæ Eccleſiæ ablata fuerant, obſides recepit. Quibus datis, promiſſiſq; jurejurando firmatis, ipſe quidem in regnum ſuum regreſſus eſt, & Stephanum Papam cum Fulrado Presbytero Capellano & non minima Francorum manu Romam remiſit. *In annalibus Bertinianis, Loiſelianis, aliiſque dicitur* Stephanus Papa reductus ad ſanctam Sedem per Miſſos Domni Regis Pippini, Fulradum & reliquos, qui cum eo erant.

9 *Cunctaque dein Aiſtulfo civitates reſtituitur, noviſque inſeſtationibus Eccleſiam vaſtante, Stephanus Papa litteris eum S. Fulrado ad Pippinum Regem miſſis eumdem obteſtatur, ut opem ferat, & donationem S. Petro promiſſam reipſa ſtudeat implere. Extat ea epiſt. apud Baron. ad an. 755. n. 2. & ſeqq. & Sirmondum tomo 2. concilior. pag. 19. aliaſque. In illa hæc inter cetera leguntur:* A die illo, quo a melliflua bonitate veſtra ſeparati ſumus, tantum nos affligere & tribulare viſus eſt, quantum non poteſt os hominis enarrare. In magna namque deſpectione ſanctam Dei Eccleſiam & noſtram humilitatem & veſtros Miſſos habere viſus eſt, quia etiam & ad propriam noſtram animam auferendam mala ejus ſmperatio & ſubmiſſio facta eſt. Quid multa dicimus? Tantum nos tribulavit, quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides pro nobis fierent. Tamen omnia veſter Conſiliarius Fulradus Presbyter & Abbas una cum ſuis ſocis, ſi Deum præ oculis habent, vobis enarrare poſſunt.

10 *Ai-*

Digitized by Google

A

10 *Aiſtulfus interea tollo ex omnibus gentibus ſibi ſubditis pravalido exercitu, Romam obſedit: quando Stephanus Papa Lacrymabiles litteras ad Pippinum Regem & Optimates Francia ſcripſit, alias ſuo nomine, alias ſub B. Petri perſona, quibus opem votis amnibus imploravit.* Propter hoc, *inquit Eginhardus ad ann. 756.* Pippinus Rex iterum cum exercitu Italiam intravit, & Haistolfum in Papia civitate ſe includentem obſedit, & obſidione ad impletionem promiſſorum ſuorum compulit: redditamq; ſibi Ravennam & Pentapolim, & omnem Exarchatum ad Ravennam pertinentem, ad S. Petram tradidit: atq; iis peractis in Galliam reverſus eſt. *Hac ibi. Factam illarum ditionum reſtitutionem ita enarrat Anaſt. in Vita Stephani Papæ:* Ad recipiendas vero iſtas civitates miſit ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex ſuum Conſiliarium, id eſt, Fulradum venerabilem Abbatem & Presbyterum. Et continuo ipſe Rex feliciter cum ſuis exercitibus franciam ſepedavit. Prænominatus autem Fulradus venerabilis abba & Preſbyter Ravennatium partes cum miſſis jam ſati Aiſtulfi Regis conjungens & per ſingulas ingredieus civitates, tam Pentapoleos quam & Æmiliæ, caſq; recipiens, & obſides per unamquamq; auferens, atq; Primates ſecum una cum clavibus portarum civitatum deferens, Romam conjunxit. Et ipſas claves tam Ravennatium urbis, quamque diverſarum civitatum ipſius Ravennatium Exarcharus, una cum ſupraſcripta donatione de eis a ſuo Rege emiſſa, in confeſſione B. Petri ponens, eidem beato Apoſtolo & ejus Vicario ſanctiſſimo Papæ, atq; omnibus ejus ſucceſſoribus Pontificibus perenniter poſſidendas atque diſponendas tradidit. Id eſt, Ravennam, Arimioum, Piſaurum, * Coneau, Fanum, Ceſenas, Senogallias, Eſium, Forum-Pompilii, Forum-Livii cum caſtro Suſſubio, Montem-Feltri, Acerragium, Montem-Lucati, Serram, Caſtellum S. Marini, Bobium, Urbinum, Callium, Luceolos, Eugubium, ſeu Comiaclum, nec non, & civitatem Narnienſem, quæ a Duce Spoletano partibus Romanorum per evoluta annorum ſpatia fuerat invaſa. *Leo Oſtienſis l. 1. Hiſt. Caſin. c. 7.* Idem Rex, *ait de Pippino*, una cum Romano Pontifice in Italia veniens, Ravennam & aliaa viginti civitates, eidem Aiſtulfo memorato ſublatas, Apoſtolicæ Sedi ſubjecit, cujus rei gratia Romanus Patricius conſtitutus eſt. *Hieron. Rubeus l. 4. Hiſtoriarum Ravennatum dictum Exarchatum explicat, dividitque in Pentapolim & Æmiliam, & ſingulis ſuas aſſignat civitates: hunc Lector conſulat.*

Aiſtulfo Regi Longobardi rebellante an. 755. poſt objectam Papiam,

præſidium reſtituendi Exarchatus:

aliarum urbium diſtricti Romani:

** ad atque Ravennam in ſcripſi Ravennam & alias civitates*

vigintiſi

11 *Interea* Aiſtulfus cum meditaretur, quomodo ſua promiſſa non tam impleret, quam doluſe quæ impleta fuerant commutaret; in venatione de equo ſuo caſu prolapſus eſt, atq; ea hoc ægritudine contracta, intra paucos dies viveodi finem facit. Cui Deſiderius, qui Cumes ſtabuli ejus erat, ſucceſſit in regnum. *Hac Eginhardus ad dictum ann. 756. Sed quam iniquum tum Sedi Apoſtolicæ impenderit S. Fulradus operam, ita exponit Anaſtaſius:* Dum ergo hæc agerentur, *ſupra a nobis relata*, ipſe infelix Aiſtulfus quodam loco in venatione pergens, divino ictu percuſſus interiit. Tunc Deſiderius quidam Dux Langobardorum, qui ab eodem nequiſſimo Aiſtulfo Tuſciæ in partes erat directus, audiens præfatum obiiſſe Aiſtulfum, illico aggregans ipſius Tuſciæ univerſam exercitum multitudinem, regni Langobardorum arripere niſus eſt faſtigium. Cujus perſonam deſpectui habens Ratchis dudum Rex, & poſtmodum monachus, germanus præfati Aiſtulfi, ſed & alii plures Langobardorum Optimates, cum eo eumdem Deſiderium ſpernentes, plurimam manus alpium vel ceteram Langobardorum exercituum multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt. Ad hæc præfatus Deſiderius obnixe præfatum beatiſſimum Pontificem deprecatus eſt ſibi auxilium ferre, quatenus ipſam Regalem valeret aſſumere dignitatem: ſpondens jure jurando omnem præfati beatiſſimi Pontificis adimplere voluntatem. Inſuper & Reipublicæ ſe redditurum profeſſus eſt civitates, quæ remanſerunt, imo & copioſa datorum munera. Tunc idem præcipuus Parer & bonus Paſtor, inito conſilio cum ſæpe dicto Fulrado venerabili Presbytero & Abbate, atq; Conſiliario Chriſtianiſſimi Pippini Francorum Regis, miſit ſuum germanum, Paulum ſcilicet Diaconum, atq; Chriſtophorum Conſiliarium una cum præfato Fultadu in partes Tuſciæ ad prædictum Deſiderium. Cum quo loquentes, confeſtim per ſcriptam paginã terrivili juramento iſdem Deſiderius cunctaui profeſſus eſt ſuperius annexam ſpouſionem adimplere. Poſt hæc vero peracta, ſtatim ſuum Miſſum, id eſt, Stephanum venerabilem Presbyterum & Apoſtolicas exhortatorias litteras præfato Rarchiſo vel cuncta genti Langobardorum direxit. Properans & prædictus Fulradus venerabilis cum aliquantis francis in auxilium ipſius Deſiderii: ſed & pluses exercitus Romanorum, ſi neceſſitas exigeret, in ejus diſpoſuit occurri adjutorium. Et ſuffraganibus prædicti ſanctiſſimi Pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus diſpoſuit, ut ſine ulla animatum peaicitatione amefatus Deſiderius, per jamdicti Coangelici Papæ concurſum, eamdem quam ambiebat adſumeret Regalem dignitatem.

Aiſtulfus moritur an. 756.

pro ſuaſſione concertantibus Rachis & Deſiderio,

Deſiderius Rex Langobardorum,

ſuppetias militares adducit

12 *Stephanus Papa miſſis ad Pippinum Regem Legatis adjunctiſque litteris eidem gratias agit ob Urbem liberatam & recuperatas aliquot Exarchatus civitates, oratq; ut reliquas nondum redditas reſtitui jubeat.* Quoniam, *inquit*, & filius noſter Deo amabilis Fulradus, fidelis vester, omnia conſpiciens ſatisfactus eſt, quod nequaquam ipſe populus vivere poſſit extra eorum fines & territoria atq; poſſeſſiones abſque civitatibus illis, quæ ſemper cum eis ſub unius dominii ditione erant conexæ. *Expoſita dein morte Aiſtulfi Regis, addit:* Nunc autem Dei providentia per manus ſui Principis Apoſtolorum B. Petri, ſimul & per ſuum fortiſſimum brachium, præcurrente induſtria Dei amabilis viri Fulradi, rui fidelis, noſtri dilecti filii, ordinatus eſt Rex ſuper gentem Langobardorum Deſiderius, vir mansſimus, & in præſentia ipſius Fulradi ſub jurejurando pollicitus eſt reſtituendum B. Petro civitates reliquas, Faventiam, Imolam, & Ferrariam cum earum finibus, ſimul etiam & Saltora & omnia territoria, nec non & Auximum, Anconam & Numanam civitates cum earum territoriis. Et poſtmodum per Garinonem Ducem & Grimoaldum nobis reddendum promiſit civitatem Bononiam cum finibus ejus, & in pacis quiete cum eadem Dei Eccleſia & noſtro populu ſemper manſurum profeſſus eſt, atque fidelem erga a Deo protectum regnum veſtrum eſſe teſtatus eſt. *Commendat dein Stephanus, ut regale auſtoritate jubeat Pippinus ſecundum fidem a Deſiderio datam omnia reſtitui, ac poſtea hæc petit:* Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis, vel quomodo eum tua bonitas abſolverit, una cum exemplari litterarum, quas ei dedentis, nos certiores reddite, ut ſciamus qualiter in cummuni concordia aganus, ſicut inter nos & Fultadum Deo amabilem conſtitit. Ipſe veso dilectus filius noſter Fulradus in omnibus cauſſis ju ata tuam præceptionem peregit, & maximas gratias illi egimus pru ſuo certamine. Qui videlicet ad vos reverteus, omnia, qualiter acta ſunt, bonitati veſtræ intimabit.

teſtis adhibetur a Stephano Papa apud Pippinum Regem:

jusjurandi exciſio Deſiderii Regis:

laudatur ob fidelitatem,

13 Hac *Stephanus Papa, qui, teſte Anaſtaſio*, abſtulit de ipſis civitatibus, quas Deſiderius Rea reddere promiſerat, Faventiam cum caſtro Tiberiano, ſeu Gabellum, & univerſum Ducatum Ferrariæ in integro. *Verum eo 6. Kal. Maii an. 757. vita functo, Deſiderius Rex reliquas civitates Eccleſia Romana reſtituit: quapropter Paulus I. ſucceſſor creatus, miſit ad Pippinum Regem epiſtolas erat*, ut Deſiderius civitates illas, id eſt, Imolam, Bononiam, Auximum & Anconam reſtituere deberet, quas, *inquit*, nobis præſentialiter ſimul per veſtros Miſſos, id eſt, Fulradum Deo amabilem Abbatem atque Rodbertum,

ablam a Paulo I. Papa.

Digitized by Google

AUCT. G. H.

tum excellentiſſimæ chriſtianitati tuæ, & pes te etiam B. Petro Apoſtolorum Principi pollicitus eſt eedditurum.

A *Ita Annal. Mortuus eſt Pippinus Rex an. 768. die 8. Kal. Octobres, cui filii Reges ſucceſſerunt a Sacerdotibus 7. Idus Octobres conſecrati; Carolus apud Noviomum urbem, Carolomannus apud Sueſſionas: huic in diviſione a Pippino ultimo mortuo ſibi data obtigiſſe* regnum Burgundiæ & Provinciæ Alſacus & Alamannam *legitur in collectione hiſtoricæ mſ. cod. Regiæ Sveciæ, editaq; tomo 2. Antiquæ Lectionis Henr. Cruſii pag. 728. ubi loco* Aleſaus, *vel* Aleſans, *legi debere videtur Alſatia in qua & Alamannia 1. Fulradus ſua monaſterio, ut mox dicetur, extruxit. Fuit is palatii Caroloſmanni Capellanus ab obitu Pippini. De eo hæc leguntur in annal. b. Eginhardi ad ann. 771. quo Carolomannus defunctus eſt:* Peracto geneſali conventu ſuper fluvium Scaldam in villa Valentiana Rex Karolus ad hyemandum proficiſcitur. Cumque ibi aliquandiu moraretur, Karolomannus frater ejus pridie Non. Decemb. deceſſit in villa Salmanciaco. Et Rex ad capiendum ex integro regnum, animum intendens, Carbonacum villam venit. Ibi Wilhasium Epiſcopum Sedunenſem, & Fulradum Presbyterum & alios plures Sacerdotes, Comites etiam atq; Primates fratris ſui, inter quos vel præcipui fuere Warinus & Adelhartus ad ſe venientes ſuſcepit. *Ita annalib. Metenſibus hæc ultima ita narrantur:* Venit Karolus ad villam Corbiniacum, & ibi venerunt ad eum Folcarius & Fulradus Capellani cum aliis Epiſc. & Sacerdotibus, Wirinus & Adelardus Comites cum aliis Primatibus, qui fuerant Karolomanni, & unxerunt Dominum Karolum ſuper ſe Regem, & obtinuit feliciter monarchiam regni Francorum. *Similia in aliis antiquis annal. & Vita Caroli Magni per Engolismenſem monachum aliaq; auctoris incerti leguntur.*

B

eſt illius Capellani Fulradi Caroloman. 1

ab eis obtinente ad Carolum Magnum,

14 *A prædicto Carolomanno traditur nominatus Archiepiſcopus Remenſis Tilpinus (quem aliqui Turpinum vocant) ante monachus S. Dionyſii, qui promovente Carolo Magno ordinatus eſt anno 773. cui Adrianus Papa pallium tranſmiſit, cum epiſt. in cujus exordio meminit S. Fulradi.* Quia ad petitionem, *inquit*, ſpiritualis filii noſtri & glorioſi Regis Francorum Karoli, præſente tibi bonum teſtimonium de ſanctitate & doctrina Fulrado amabiliſſimo Abbate, Franciæ Archipresbytero, pallium ſecundum conſuetudinem tibi reanimiſſe nos cum privilegio, ut Metropolis Eccleſia Remenſis in ſuo ſtatu maneret, bene memoramus. *Legitur integra epiſtola apud Flodoardum l. 2. c. 17. Peyrinus etiſi per* Archipresbyterum Franciæ *intelligi* ſummum Palatii Capellanum *ſepius indicat, tamen lib. 1. c. 44. conatur demonſtrare* S. Fulradum *non fuiſſe dignitate unquam ſanctum* in Palatio Caroli Magni, *& verba S. Adalardi apud Hincmarum loco ſupra indicato eſſe vitio mendoſiora depravata, dum ajunt obiiſſe* hoc miniſterium tempore Pippini & Caroli, *legiſque* tempore Pippini & Carolomanni.

pro Tilpino Archiepiſc. Remenſi agit apud Adrianum Papam,

an etiam Capellanus Caroli Magni?

C

15 *Inter codices Regiæ Sveciæ poſt Quinti Juliani Hilarionis libellum de Durationc temporis, aliamque collectionem hiſtoricam, cujus ſupra meminimus, extat Fredegarii hiſtoria epitomata, ne chronicon, ſed in medio mutilum, ne dein continuatum ad annum 806. In eo hæc ad annum 784. leguntur:* Helmericus Abba, & Fulradus Abba, & Albricus Epiſc. obierunt. *Quæ eadem excuſa ſunt apud Chefnenum tomo 2. pag. 82. & in chronico Moiſſiacenſi non referuntur:* Olimricus Abbas, ſed & Fulradus Abbas, & Albricus Epiſcopus obierunt. *Videtur hic Albricus eſſe Epiſcopus Cameracenſis, cujus meminit Baldricus in chronico Cameracenſi c. 36.*

mortuus an. 784.

D

S. III. Monaſteria Lebrnha, S. Hippolyti aliaque a S. Fulrado conſtructa. Corpora Ss. Viti, Alexandri, Hippolyti & Cucuphatis ab eo tranſlata.

16 *Hæc tenus quæ a S. Fulrado in nulla Regum & principum Eccleſia Dei apud Pontifices Romanos præclare acta ſunt indeavimus, nunc domeſtica ejus exercitia ſtylum ſtringimus, & quæ apud ſupra citatos auctores ſubinde Abbas appellatur, monaſteria, quibus præfuit, inquirimus, ac quæ regimini illius tempori aſſignanda. Extat illuſtre teſtimonium a 1. Epiſcoporum, an. 853. Indict. 2. menſe Auguſto in Synodo apud Vermeriam congregatorum, in epiſt. quam hi ſcripſerunt* Chuonrado inclyto & nobiliſſimo viro, *quem alii ſtatuunt* Comitem Pariſienſem & fratrem Reginæ Judith, avunculum Caroli Calvi, *in cujus capitulis ſequentia tradantur:* Cum, *inquiunt*, inter cetera Eccleſiaſtica negotia de ordinabili diſpoſitione monaſterii S. Dionyſii diſponeremus, venerunt monachi ipſius ſacri cœnobii in præſentia venerandæ Synodi, deferentes auctoritates, videlicet teſtamentum, quod ſanctæ recordationis Abba Fulsadus, de monaſterio Lebbraha, ubi S. Alexander Martyr quieſcit humatus, & de cella, quæ ad S. Hippolytum nominatur, ſeu de aliis rebus, quas per idem teſtamentum iſdem venerabilis Abbas S. Dionyſio contuleE rat, nec non & privilegium, quod exinde ſancta Sedes Apoſtolica per beatum Stephanum Papam eidem monaſterio ſuper præfato teſtamento fecerat: dicentes quod venerabilis abbas illorum Domnus Ludowicus ex præcepto glorioſi Regis Domni noſtri Karoli eos conſuluiſſet, ac conſenſum eorum quæſiſſet, quatenus præſcriptum monaſterium vobis in precariam acceptis rebus veſtra traditione ad eamdem caſam Dei delegandis conſenſiſſet, quod conſentire ſine conſultu ſui Epiſcopi atque Archiepiſcopi, imo ſacræ Synodi non auderent. Quam cauſſam ſubtiliter inveſtigantes & ad liquidum cognoſcentes, diffinivimus juxta ſacram & divinam auctoritatem atque ſecundum teſtamentum præfati piæ recordationis Fulradi, nec non & ſecundum decretum Apoſtolicæ Sedis, nullo umquam tempore jam dictum monaſterium s. Alexandri cum rebus ſibi pertinentibus a majore monaſterio s. Dionyſii quocumque ingenio divellendum, nec beneficiario neque precario jure diſtrahendum. *Hæc ibi. Necdum privilegium vidimus Stephani Papæ, quem ſuſpicamur eſſe acceſſorem Hadriani, qui ſedit ab anno 768. ad annum 772. quod infra dicatur monaſterium Lebrnha* munificentia Caroli Imp. *a S. Fulrado extructum ſeu dotatum.*

S. Fulradus tranſfert S. Dionyſio monaſterio Lebrahum & S. Hippolytum,

17 *Joannes Ruremundenſis part. 3. Antiquitatum Voſſagenſium lib. 1. c. 1. ſtatuit* S. Fulradum fundatorem s. Alexandri in Valle leporum, & s. Hippolyti in Alſatia, s. Privati in ditione Salonenſi, s. Varani in Alamannia, & aF liarum plurimarum Eccleſiarum. *Quæ hic Eccleſia dicitur in Valle-leporum, ſupra dicitur* monaſterium Lebbraha, ubi s. Alexandee Martyr quieſcit, *in diplomate Caroli Magni apud Dubletium pag. 714. dicitur* Eccleſia Lebraha, in pago Alſacenſi ſita, ubi S. Alexandes Martyr corpore quieſcit: *aliis* Leberacum, *Germanis* Leberaw *inter Seleſtadium & oppidum Markirchum, ad rivum Lebernum, qui infra Seleſtadium in Illam fluvium labitur. Eſt autem Leberacum oppidulum ſeu vicus grandior, ſed ultimis bellis miſere vaſtatus, cœnobium everſum, eccleſia pars aliqua reſtat. Altera eccleſia s. Hippolyti, vulgo* s. Bilt, *inter idem Seleſtadium & quo haud procul diſtat, & oppidum Rapoſtweyerum, pertinetq; etiamnum ad Ducem Lotharingiæ; dicitur q; in alio diplomate Caroli Magni pag. 707.* Foleradus, *ſeu* Fulradus, in ſua proprietate in pago Alſacenſe, in loco, qui dicitur Fulradovilare, infra fines Audoldovilare, cellam ædificaſſe, vel a novo ſuo opere conſtruxiſſe, & in antea auxiliante Domino & bonorum hominum ædificare voluiſſe,

a ſe in Alſatia conſtructa.

A fuiſſe, ubi beatiſſimus & Martyr Hippolytus corpore requieſcit humatus. *De utroque hoc agit Merianus in Topographia Alſatiæ pag. 31. & 51. Aſt* eccleſiam S. Privati

Eſſe S. Privati in dioeceſi Merenſi *monuit nos Franciſcus Laticrius noſter: ejus mentio eſt in diplomate Caroli Magni* pag. 713. uti eccleſiæ S. Varani *pag. 715. dicitur*que Fulradus

10 ſua proprietate infra Haitebertingas ſuper fluvium Bratlia in Ducatu Alamannorum in Comitatu Hurma novo opere conſtruxiſſe, ubi S. Varanus corpore quieſcit.

18 *Habemus Acta Translationis s. Viti Martyris ex antiquis MSS. monaſterii Gladbacenſis in agro Juliacenſi & cœnobii Bodecenſis in dioeceſi Paderbonenſi, in quibus de reliquiis St. Alexandri & Hippolyti mentio fit. Eam partem quæ ad s. Fulradum ſpectat, hic damus.* Eo ergo tempore, *inquit auctor coævus*, quo glorioſus Rex Pippinus Francorum regebat imperium, fuit vir venerabilis, Fulradus nomine, qui monaſterium beatiſſimi Martyris Dionyſii ad regendum ſanctorum cœtum monachorum ſuſceperet.

Dono a Pippino Rege facultates. Hic cum magno deſiderio æſtuans, qualiter beatiſſimis Martyribus honorem debitum impenderet, non eſt contentus eorum ſole corpora amplecti, quibus ſedulum exhibebat officium, ſed præfatum Principem adit, petitque ut eum Romam ire permitteret, atque inde corpora Sanctorum ad præfatum monaſterium aliqua, ſicut cupidus

B erat, transferre poſſet. Quod Princeps piiſſimus libenter accipiens, non ſolum licentiam dedit, ſed & gratias pro tali deſiderio retulit. At vero venerab. Abbas ſtrenuos ac decoros ſibi adjutores & ſocios ad hoc opus peragendum quærebat. Erat interea vir laicus, ſed decorus, ejuſdem

Aſſumpta conſanguineo quodam ſuo, Abbatis conſanguineus, qui multam habens hæreditatem ac familiam, filium non habebat. Unde cogitare cœpit, qualiter hæreditatem ſuam Domino conſecraret. Audiens vero jam dicti Abbatis deſiderium, petiit ab eo, ut ſecum ire permitteret, qui votis ejus congaudens ſecum

Romam profectus ire præcepit. Cui cum præfatus vir omne deſiderium ſuum patefeciſſet, divine comitante gratia tale reperere-

Impetrat illi corpus S. Viti; runt conſilium, ut corpuſculum beatiſſimi pueri ac ſacratiſſimi Martyris Viti a loco quo poſitum colleret, & in prædio ſuo diligentiſſime poneret, eccleſiam quoque ejus nomini fabricaret, quæ donante ſibi Domino omnia complevit. Quo in loco, Divina largiente clementia, per B. Viti Martyris merita multæ hactenus oſtenduntur virtu-

Item corpora SS. Alexandri & Hippolyti; tes & ſigna. Præfatus vero Abbas traoſtulit corpora beatorum Martyrum Alexandri & Hippolyti. Poſthæc vero cum viri devotiſſimi, qui tum in præfato monaſterio degebant, B. Viti reliquias apud præfatum virum eſſe didiciſſent, & qualiter pro Chriſti nomine ſanguinem fudiſſet, in ejus paſſione prælegiſſent, totis viribus hoc agere decreverunt, ut eum reliquorum Martyrum reliquis in baſilica S. Dionyſii poneretur. Sed ille, qui eas tranſtulerat, omnem hæreditatem ſuam ſeque cum ipſis reliquiis

C S. Dionyſio tradi permittens, tandem obtinuit, ut in loco quo erant poſitæ, eas permanere permitteret. *Hic locus poſtea dicitur* in dioeceſi Pariſiaca *ſitus* & S. Dionyſio *donatus*. Maoſit autem in eodem loco corpus beatiſſimi Martyris uſque ad annum 23. piiſſimi Imperatoris Ludovici & ad 836. Incarnationis Dominicæ, *quando* in Saxoniam ad Corbejam novam translatum eſt, *ut dein ibid. narratur.*

19 *Hactenus illa MSS. qua plurimum contracta Henricus Meibomius poſt Annales Witichindi Corbejenſis edidit 2 pag. 139. & ex Meibomio Cheſnius tomo 2. Hiſtor. Francorum a pag. 344. appellatque* libellum antiqui ſcriptoris, *in quo dolemus nomen conſanguinei s. Fulradi non expreſſum, uti neque quo loco repoſita ſint, & Eccleſia ad honorem s. Viti conſtructa, & denique quo anno s. Fulradus ejuſque conſanguineus hoc Romanum iter peregerint. In excuſis exemplaribus Sigeberti ad annum 755. hæc habentur:* Fulradus Abbas S. Dionyſii Pariſienſis corpus S. Viti Martyris Roma Pariſios tranſtulit. *At tranſtuli non iam s. Fulradus, quam ejus conſanguineus, neque Pariſios, ſed ad prædium dioeceſis Pariſienſis, ubi eccleſiam erexit. Unde melius ea*

Anno 755.

verba abſunt in codice MS. Regiæ Sveciæ, in quo Chronica Euſebii, Hieronymi, Proſperi, Sigeberti & aliorum continentur. Sunt & illa anno 755. s. Fulradum expeditione Italica apud Stephanum Papam fuiſſe diſtentum ex ſupra relatis conſtat. Inter epiſtolas Hadriani Papæ apud Cheſnetum tomo 3. pag. 780. hæc leguntur: Præfatus autem Addo Deo amabilis Diaconus olim, dum cum fratre noſtro Fulrado Deo amabili, religioſo Abbate & Presbytero, huc veniſſet, petiit nos, ut ei corpus ſanctum tribueremus. Sed nos, ſicut jam dudum vobis direximus, per revelationem territi, nullo modo audemus ex ipſis Sanctorum corporibus amplius quid exagitare. *Quod iter a priore diverſum neceſſarie contigit poſt annum 772. quo Hadrianus creatus eſt Pontifex, quando aliquot annis Pippinus e vivis exceſſerat, ante cujus obitum, ſive annum 768. corpora St. Viti, Alexandri & Hippolyti delata ſunt in Gallias.*

Neque ſub Adriano Papa, quando iterum ob Reliquias Romam profectus,

ſed ante an. 768.

20 *Sauſſaius in Martyrol. Gallic. ad 15. Junii ſcribit* corpus S. Viti Romæ, ubi diu concitum jacuit, in Gallias delatum per Furaldum (*lege* Fulradum) Abbatem, in cœnobio pretioſi Chriſti Martyris Dionyſii multo honore repoſitum eſſe. *At ne quidem, dum hæc ſacra oſſa alibi miraculis & virtutibus ſpleadeſcerent, illa monachi s. Dionyſii obtinuerunt. Idem Sauſſaius in Supplemento ad 13. Junii aſſerit*, ipſo die ex Corbeja Galliæ ad Corbejam Saxoniæ factam recoli translationem S. Viti Martyris. *Hinc eſt illud corpus e loco repoſitionis anno 836. delatum ad monaſterium s. Dionyſii, & ab Hildwino Abbate, poſt Miſſarum ſolennia 14. Kalend. Aprilis die Dominica peracta, traditum Warino Abbati Reshacenſis monaſterii, qui in hoc ſuo monaſterio illud cuſtodivit uſque ad 12. Kalend. Junii, Dominicam ante Penteceſten, quando inde portatum in Saxoniam, & ipſis Idibus Junii in vigilia s. Viti in Corbeja nova depoſitum. Reliqua ad diem ejus natalem dabimus.*

Corpus S. Viti non eſt depoſitum in cœnobio S. Dionyſii,

neque in Corbeja Galliæ,

ad Corbiæ Saxoniam delatum,

at *Una cum reliquiis s. Viti appertata faere Roma ab s. Fulrade, corpora St. Alexandri & Hippolyti: quibus corpus s. Cucuphatis adjungit Sauſſaius Idibus Auguſti, ubi hæc tradit:* S. Hippolyti corpus Romæ levatum, atque Carolo Magno a Leone 111. Pontifice pretioſo datum munere, in Galliem delatum, cum venerandis S. Alexandri Papæ & Martyris, nec non B. Cucuphatis Chriſti quoque reſtis pignoribus, in aſceterio de Valle-lepuris digno cultu ab ipſomet piiſſimo Imperatore reconditum fuit. At poſt ejus obitum Fulradus ejus nepos, Abbas inſignis cœnobii S. Dionyſii illud inde traoſtulit, ad baſilicam ejuſdem cœnobii S. Dionyſii, ubi proprio in loculo & ſacello repoſuit, a poſteris, ſicut etiamnum colitur, pereoni

Corpus S. Cucophatis non eſt cum corporibus SS. Alexandri & Hippolyti Romæ allatum;

veneratione obſervandum. *Hæc ille: in quibus nonnulla inſunt haud ſatis ſolida. Nam* corpus S. Cucuphatis Martyris Barcinonenſis, Mauris Hiſpanias invadentibus, in Galliam advectum fuiſſe, atque in alma Martyris Dionyſii ſociorumque baſilica repoſitum *aſſerit idem Sauſſaius* a 5. *Julii, quo colitur. In Actis MSS. hæc habentur:* Barcinona corpus S. Cucuphatis honorabile translatum eſt a Fulrado reverentiſſimo & glorioſo Abbate cœnobii ſanctorum Martyrum Dionyſii pretioſi, Ruſtici & Eleutherii, 4. Kalendas Martii in cellam ejuſdem cœnobii, quam idem Fulradus in ſuo proprio munificentia divæ memoriæ Caroli Imperatoris conſtruxit, & Patrono ſuo glorioſiſſimo Dionyſio tradidit. Quæ ſita eſt in ſeltu Voſago & appellatur Lebrcha. Quo tempore in modium inhumetum, ut allatum fuerat, jacens, expeditione conſilio religioſi Patris, atque præfati monaſterii Abbatis Hildwini ſolerti ſtudio & devotiſſimo deſiderio (Dei & Sanctorum ut erat cmator & cultor) in crypta ante pedes ipſius ſanctiſſimi Dionyſii ſociorumque ejus, quam idem Hildwinus in honorem Dei & ſanctæ atque intemeratæ Genitricis ejus Sanctorumque omnium ædificavit, ab anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo tricenſimoquinto, octavo Kalendarum Septembrium veneratur humatum. *Hæc in Actis MSS. qua mutato ſtylo edidit etiam Surius, ac ſcribit non 4. ſed 14. Kalend. Martii &*

Ferunt F *ſed Barcinonæ a s. Fulrado Lebrcham delatum,*

ab Hildwino ad monaſterium S. Dionyſii.

AUCTORE H. A

Fulrado Lebrahan corpus fuiſſe tranſlatum. Franciſcus Diagus lib. 1. Hiſtoria antiquorum Comitum Barcinonenſium cap. 10. temporibus confuſis, tradit corpus S. Cucuphatis tempore Ludovici Pii Imperatoris Barcinonæ ad monaſterium S. Dionyſii prope Pariſios tempore Fulradi Abbatis tranſlatum eſſe, & 16. Februarii in aliquo ſacello depoſitum.

22 *At 1. Cucuphatis corpore Lebraba ex Alſatia ad monaſterium 1. Dionyſii ſub Ludovico Pio tranſlata, reliquum*

Corpore S. Alexandri Mart.

ibidem corpus 1. Alexandri Mart. quod Lebrahæ requieviſſe humatum anno 853. *teſtatus ſupra fui 21. Epiſcopi, tunc in Synodo apud Wermeriam congregati. Quod autem*

non Papæ,

Sauſſaius & ante eum Dubletius ſcribant eſſe corpus 1. Alexandri Papæ & Mart. non uſquequaque probatur, tum quod antiqui non appellent Papam, Pontificem, Epiſcopum aut Sacerdotem, tum quod Octavius Pacurianus in Theſauro Urbis aſſeras partes corporis 1. Alexandri Papæ & Mart. eſſe in templo 1. Laurentii in Lucina, & c. Sabinæ, ac variæ alibi reliquias reperiri; uti dicetur 3 Maji die ejus natali. Eadem ra-

& S. Hippolyti Mart.

tio eſt 1. Hippolyti Mart. a 1. Laurentio baptizati, & in agro Verano ſepulti, cujus caput Lucæ in ade cathedrali aſſervari traditi Franciottus, ab aliis caput Romæ dicatur eſſe in templo 1. Crucis in Jeruſalem appellato, corpus in eccleſia

B

quatuor Coronatorum, quod Brixiæ in cœnobio 1. Julia eſſe legitur in quodam ſcripto, a nobis 17. Febr. ad Acta 1. Epimenei edendo. Qua erunt ad 13. Auguſti examinanda. Quod

quæ ferunt a Leone 3. donata Carolo Magno

hunc ſpectat, corpora Sti. Alexandri & Hippolyti Martyrum, quicumque illi fuerint, nam ſunt a Leone III. Papa donata Carolo Magno, neq; ab hoc in Valle-leporis depoſitum corpus 1. Hippolyti, atque ab ejus obitu a Fulrado Abbate 1. Dionyſii ad ſuum monaſterium delatum, neque hic fuit Caroli Magni nepos. Verum ſanctorum Martyrum corpora fuerunt

ſed a S. Fulrado delata ſ. illud Lebrahæ,

Roma a 1. Fulrado in Gallias delata vivente adhuc Pippino Rege, ut ſupra ex Actis Tranſlationis 1. Viti oſtenſum. Alterum, 1. Alexandri videlicet, depoſuit 1. Fulradus in monaſterio ſuo Lebraba, in Valle-leporis, ubi adhuc anno 853. aſſervatum fuiſſe ſupra probatum eſt. At 1. Hippolyti corpus

hoc Falco deviliare.

idem 1. Fulradus detulit ad prædium ſuum Fulradovillare, qua ob ſacras reliquias Cella 1. Hippolyti dicta eſt, a Valleleporis in anteriore verſus illum fluvium Alſatia. Si autem poſt obitum Caroli Imper. ad monaſteriam 1. Dionyſii hoc 1. Hippolyti corpus eſt tranſlatum, non id 1. Fulradus annis fere 30. ante Carolum Magnum vita functus, ſed forſan fecit Hilduinus, quem Lebraba corpus 1. Cucuphatis ad ſuum monaſterium detuliſſe diximus, & ſimul a 1. Fulrado utramque corpus apud 1. Dionyſium depoſitum fuiſſe ſcribit Dubletius

C

pag. 309. ſed poſt obitum Caroli Magni, & alibi annus 818. aſſignatur: cujus erroris cauſſa max patebit. At variæ Sanctorum reliquias a 1. Fulradain monaſterio 1. Dionyſii depoſitas fuiſſe infra ex epitaphio conſtabit.

§. IV. Geſta Fulradi Abbatis S. Quintini huic S. Fulrado aſſita. Tempus regiminis monaſterii S. Dionyſii. Epitaphium.

S. Fulradus non eſt natus patre Theraſmeſ, ſeu Carolo Martello,

23 QUemadmodum citatus Sauſſaius & Dubletius lib. 1. cap. 25. S. Fulradum *appellant* Caroli Magni nepotem, *ita ejuſdem Imperat.* patruelem *ſtatuunt* Sanmarthani *lib. 6. Genealogiæ domus Regiæ Francorum cap. 17* Bucbetius *par. 1. veræ originis ejuſdem Domus Regiæ Francorum cap. 9 pag. 83.* Hemeraus *lib. 2. Auguſtæ Viromanduorum pag. 72.* Ruerius *ſupra citatus aliiq; aſſerentes eum patre Hieronymo, filio Caroli Martelli fuiſſe progenitum: a qua Hieronyma Stephanum III. Papam e Gallia reductum Romam fuiſſe legitur in codice MS. Freberiano Anaſtaſii Bibliothecarii de Vitis Pontificum in Vita Stephani III. atque inter varias lectiones excuſo hos verbis:* Dirigit quoque

omitto hic ea, quæ Anaſtaſius refert Papæ Romani oratores

cum eo Stephano Papa ſæpe facus Chriſtianiſſimus atque Deo amabilis Rex Francorum Pippinus Miſſos ſuos, ſcatremque ſoom Hieronymum, atque alios Proceres ſuos cum non paucis hominibus, qui, uſque dum Romam reverteretur, in obſequio ejus eſſent. Stephani Papæ reduſtio-

D

ni præfectum fuiſſe 1. Fulradum ſupra ex Annalib Eginhardi, Bertinianis, Loſelianis aliiſq; diximus. Hujus ergo Fulradi, uno & Stephani Papæ comitatus a ejunctus fuit Hieronymus, juvenis adhuc Princeps, quem Sanmarthani ultimum Caroli Martelli filium fuiſſe aſſerunt. Hic ex nobili uxore Erſeaſinda de genere Caiborum varios liberos procreavit, 1.

alios ſi Fulradus Abbas S. Quintini,

Folquinum Ep. Ternancenſem, mortuum anno 855. 14. Dec. Fulradum Abbatem 1. Quintini alioſq; ut Acta MSS. 1. Folquini habent, eorumque excerpta apud ſupra memoratum Bucherium pag. 88. in Probationibus. Ille eſt Fulradus, qui, teſte Hemero, ſtructuram monaſterii S. Quintini a S. Eligio reparatam, pomœrioque auctam, regali plane moltione & ambitu latiori novam excitavit anno 814. & anno 823. abſolvit. De qua ædificatione extant verſus Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis, poeta coævi, qui poſt deſcriptum anno 814. & Imperium Ludovici Pii hæc addit:

Condere corpi opus hujus venerabilis aulæ
Abbas Fulradus nobilitate cluens.
Namque huic Hieronymos, Carolus pater extitit illi,
Qui propriæ ſpecimen gentis ad aſtra tulit,
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem miſit auxiliante Deo.

Adfuit huic Fulradus concilio Noviomenſi an. 814. ubi de terminis Epiſcopatuum Noviomenſis & Sueſſionenſis diſceptatum eſſe tradit Flodoardus lib. 2. cap. 18 Idem dicitur anno 843. corpus 1. Audomari furto ablatum cum 1. Folquino Ep.

E

adhuc vivit an. 841. frater S. Folquini.

fratre recuperaſſe, ut ſuſe explicat Malbrancus noſter in Morinis tom. 6. lib. 6. cap. 3. At tum dicendus foret curam monaſterii 1. Quintini ceſſiſſe Hugoni filio Caroli Magni, quem tradunt obiiſſe anno 844. ac duo Abbatem 1. Quintini aliorumque monaſteriorum extitiſſe.

24 *Ab hoc Fulrado Abbate 1. Quintini, fratre 1. Folquini, & Caroli Magni patruele, qui ſeculo Chr. 9. floruit, plane diverſus eſt 1. Fulradus, de quo hactenus egimus, anno Chr. 784.*

S. Fulrado an. 784. mortuo ſuccedunt Magnaricus, & Fredulphus ſub Carolo Magno, Mediolano ſub Ludovico Pio

in Alſatia vita functus, cui tunc, aut forte citius ſucceſſit Magnaricus, vulgo habitus 17. Abbas monaſterii 1. Dionyſii: huic Fredulphus, vel Fardulphus 18. Abbas, ambo ſub Carolo Magno ad eam dignitatem promoti. Huic ſubſtitutus eſt Hilduinus ſummus Palatii Ludovici Pii Imper. Capellanus. Hunc ordinem perturbat Bulla adſcripta Leoni III. Papæ *apud Dubletium pag. 452. qua data dicitur 6. Kal. Jonii, anno in ſacratiſſ. B. Petri Sede 3. ſeu Domno Karolo excellentiſſ. Rege Francorum & Longobardorum atque Patricio Romanorum, a quo capta fuit Italia, anno 25. Ind. 6. erga annum Chr. 798. In hac Bulla Leo alloquitur 1. Fulradum, quaſi it, poſt annos 14. ab obitu, revixiſſet. Verum abeſt Privilegium monaſterii 1. Dionyſii ab Hadriano Papa conceſſum apud Sirmondum tom. 2. Concil. Galliæ pag. 113. cum hac inſcriptione:* Hadrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Maginario religioſo Abbati venerab. monaſterii S. Chriſti martyris Dionyſii, ſiti in Pariſiaco ubi venerabile Sancti corpus quieſcit, & per eum eidem venerabili monaſterio in

F

Magnarico ſuffecit Hadrianus Papa.

perpetuum. In eo Privilegio concedit, ut proprium liceat ei habere Epiſcopum, & ſic finit: Scriptum per manum Chriſtophori notarii & ſcriniarii Sedis noſtræ in menſe Junio, Ind. 8. Bene valete. Dat. Kal. Julius per manum Anaſtaſii primicerii, regnante Domino meo & Salvatore Jeſu Chriſto, cum Deo Patre omnipotente & Spiritu ſancto per infinita ſecula. Anno Deo propitio Pontificatus Domini noſtri in Apoſtolica ſacratiſſima B. Petri Sede 15. Indict. 9. qua patius in annum Pontificatus 16. convenit, & Chriſti 787. *Ejuſdem* Maginarii religioſi Abbatis *meminit idem Hadrianus Papa in epiſtola 11. & 12. ad Carolum Magnum apud eumdem Sirmondum, & tom. 18. Conciliorum typis regiis editorum. Dein epocha illa Leonis III. a capta Italia per Carolum Magnum ſuſpecta eſt, neque hactenus a nobis obſervata. Ut taceam quam plurima diplomata & Privilegia Pontificum & Regum a Dubletio congeſta non ſubſiſtere, & frequenter ſubſcriptiones variis modis ſcatere. Qua Dagoberto 1. monaſterii fundatori attri-*

buuntur,

A *bruntur, ubi diſſimus: varia ejuſmodi diplomata a Labbeo naſtrato Elogiis hiſtoricis Regum Francorum, & Miſcellaneis curioſis: ut dubia, incerta & interpollatu rejiciuntur; itemque a Peyrato & aliis.*

25 *His poſitis tempus inquirimus, quo s. Fulradus genu-*
autor S. Fulradum ſuccedit Abbatis Tarnoldus; *bitis i. Dionyſii Abbas datus fuit. A Claudia Roberto in Gallia Chriſtiana hic ſeculo 8. conſtituuntur Abbates.* 52. Turnaldus vel Gurnoaldus, vel Grimoaldus, inde Epiſcopus Pariſienſis 54. Chilperico & Theoderico Regibus & Carolo Martello Principe. *At potius Epiſcopatu rejecta eum*
Delphinus, Sigebertus; *& monachum & Abbatem factum alibi obſcurum. Hinc ergo ſuccedere* 13. Delphinus, Theoderico Rege. 14. Sigebertus Childerico 111. Rege. Orator Regis ad Gregorium 121. *Imo ad eum a* Carolo Martello *directus, cum* Grimone Abbate Corbeyenſi anno 741. *ultimo & Caroli & Gregorii: ſed* reeluſus baſilicæ S. Dionyſii *appellatur in Annalibus Metenſibus ad eum annum, & in hiſtoria juſſu Childebrandi ſcripta & Chronico Fredegarii annexa cap.* 110. *forſan dein ſub Childerico Abbas creatus. Huic ſubrogatus eſt* 15. Abbas, *non* S. Fulradus, *ut paſſim volunt, ſed*
Conſtrannus ſub Pipino Rege; Conſtranus, *ſeu* Conſtrannus, *aut* Conſtramnus, Pipino Rege, *inquit Claudius Robertus. Erat apud Dubletium pag.* 697. *diploma* Pippini Regis ad deprecationem Domni Conſtramni venerabilis Abbatis monaſterii Sancti & Domini Dionyſii Martyris . . . actum Sueſſionis palatio
B die 3. Non. Aprilis Indict. 4. anno vero regni Domni noſtri Pippini 6. *Verum Indictio* IV. *incidit in annum Chr.*
tum Fulradus; 751. *regni Pipini* 11. *qui aut repetendus, aut certa ladibia* 8. *cum anno Chr* 755. *Hunc Conſtrannum ſucceſſit* S. Fulradus, *cujus* tempore datum S. Dionyſio Clipiacum a Carolo Martello *ſcribit idem Claudius Robertus. Verum tabula donationis apud Dubletium pag.* 690. *nullam* Fulradi *alteriuſve Abbatis faciunt mentionem: ut data referantur* die 17. Septemb. anno 5. poſt defunctum Theodericum Regem, *ergo anno* 740. *poſt quem unnum, vel ipſa Roberta*
a S. Bonifacio ſtrenue promotum ut Abbas ſolotenus; *atteſtante, fuerunt Abbatas ſub Childerico Sigebertus, & ſub Pippino Conſtrannus. Dedimus ſupra epiſtolam* e. *Bonifacii Archiep. Moguntini, quam is martem ſuam præſagiens ad* s. *Fulradum circa annum* 753. *miſit cum hac inſcriptione,* Conſacerdoti Fulrado Presbytero, *omiſſa Abbatis nomine, quod tamen aliis ſolitus eſt ſemper attribuere, ut* Huetberto, Daddo, Gutberto, Abbatibus *ſuas epiſtolas inſcripſit, ac*
pariſſimum 106. *miſit inſcriptam* Conſacerdoti Optato Abbati. *Conſentiunt s. Bonifacio Annales antiqui Francorum, e quibus ſupra retulimus* Fulradum Capellanum *adjunctum* Burchardo Wirtziburgenſi Epiſcopo, *in legatione ad* s. *Zachariam Papam, cum regnum Francorum a Childerico ad Pippinum eſſet transferendum.*

26 *Eumdem* S. Fulradum *Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita* s. *Stephani appellat* Abbatem, *dum ſub finem anni* 753 *miſſus eſt ad monaſterium Agaunenſe ad Stephanum Pa-*
C *pam, quem* 6. *Januarii anni ſequentis deduxit ad Pippinum*
Abbas angustiatur ab Anaſtaſio Bibliothecario & Stephano Papa; *Regem. Idem Stephanus Romam reductus, remiſit* Fulradum *cum litteris ad Regem Pippinum: in iis eum appellat* Conſiliarium Pippini, Presbyterum & Abbatem. *Idem Papa indulget* s. *Fulrado privilegium e vtrandi monaſteria, ipſique libertatem concedit. Excuſum id privilegium ex Schedis MSS. a Sirmondo tomo* 2. *Concil. Gal. pag.* 38. *& inde recuſum tomo* 17. *Conciliorum generalium pag.* 570. *quod, quia huic controverſiæ non parum lumînis affundit, hic etiam damus: eſt autem hujuſmodi.*

Stephanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Fulrado
ſed monaſterium a ſe fundatum; Deo amabili Archipresbytero & Abbati venerabilium monaſteriorum ab eodem auſpice fundatorum, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus viciſſim Abbatibus in perpetuum.

Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet ut devotio conditoris piæ conſtructionis Oraculi in privilegiis præſtandis minime denegetur. Igitur quia poſtulaſti a nobis, dilectiſſime noſter fili, quatenus in provincia Francia, ubi & ubi tibi placitum fuerit in diverſis locis, ſive in his quæ proprietatis tuæ juri pertinent, ſive etiam iis, quæ per emptionis paginam tibi advenerunt, quamque etiam in rebus parentum tuorum, vel unde unde tibi contingat, monaſteria conſtruendi licentiam tribueremus, ipſaque monaſteria a te fundata privilegiis Sedis Apoſtolicæ in futuro munirentur, ut ſub juriſdictione ſanctæ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ conſtituta, nullius alterius Eccleſiæ juriſdictionibus ſubmittantur. Pro quarum pio deſiderio faventes, hac noſtra auctoritate, id quod expoſcitur, effectui mancipamus. Et ideo per hanc Apoſtolicam auctoritatem tibi, cui ſupra, dilecto filio noſtro Fulrado, vel ceteris tuis ſucceſſoribus Abbatibus, licentiam & poteſtatem largimur concedimus ædificandi monaſteria, ubicumque in Franciæ provincia, voluerit, ſive in locis proprietatis veſtræ, ſive etiam in his, quæ per comparationis ſeriem tibi prædicto filio noſtro obvenerunt, aut obvenerint, vel unde unde ad te perveneruot vel pervenerint. Et omnem cujuslibet Eccle-
quibus ampliſſimam immunitatem impetrat; ſiæ Epiſcopum, aut alium quempiam Sacerdotem, in præfatis monaſteriis ditionem quamlibet habere præter Sedem Apoſtolicam hac auctoritate prohibemus. Ita ut nullus Epiſcopus, aut alius Sacerdos, vel etiam quiſpiam e laicis in quoquam contrarietatem eiſdem monaſteriis inferre præſumant; niſi tu, Deo amabilis vir, vel
E ſucceſſores tui Abbates, quempiam forſitan Sacerdotum permiſeris ad quodlibet ſpirituale opus peragendum, quando ipſa venerabilia loca ædificaveris.

27 Sed & hoc omnino interdicimus, ut nullus Epiſcoporum præſumat Presbyterum aut Diaconem, vel
& exemptionem ab Epiſcopis, reliquos ordines Eccleſiaſticos in prædictis monaſteriis ordinare, vel Miſſas ibidem celebrare, nili ille, qui ab Abbate in tempore exiſtente fuerit invitatus, Epiſcopum illam, qui hujuſmodi conſecrationem ſacri Ordinis in ipſis cœnobiis conſtituerit, nullo modo alius cujuslibet Eccleſiæ Epiſcopus pro eadem cauſſa condemnare audeat. Sed & tabulas & chrisma ſimiliter conſecrandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc B. Petri Principis Apoſtolorum
& ut aequat eos ad Epiſcopatum elevandum. auctoritate promulgantes ſancimus, ut nullo modo Concilium Epiſcoporum & laicorum abſque voluntate excellentiſſimi filii noſtri Pippini Regis, vel tuæ dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquo modo Epiſcopum conſecrare. Et omnes cauſſas tuas vel cœnobii tui per Sedem ſacratiſſimam Apoſtolicam reclamare licentiam habeas, & proprietate tua in omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, una cum Miſſo Francorum ad Sedem Apoſtolicam: & interim nullus te condemnet, potius autem, ſicut vere ſacratiſſimæ Sedis Apoſtolicæ proprius familiaris, ab omnibus optimi vigoris honorem percipias: ipſaque venerabilia ædificata a te monaſteria ſub ditione ſacratiſſimæ Sedis B. Petri Apoſtolorum Principis confir-
F mata, protectione Apoſtolica in omnibus ut tueantur promulgamus: qualiter profecto juxta id quod ſtabilita Apoſtolicis privilegiis conſiſtunt incoucuſſe durando permaneant. Conſtituentes per hujus decreti noſtri paginam atque interdicentes omnibus cujuslibet Eccleſiæ Præſulibus, vel cujuſcumque dignitatis prædicta poteſtate, ſub anathematis interpoſitione, qui eis præſumpſerit præſentis conſtituti, u nobis præfatis monaſteriis indulti, qualibet modo exiſtere remerator. Bene valete. 4. Kalendas Martias, imperante Domno piiſſimo Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno 38. poſt ejus conſulatum anno 68. ſed Leone majore Imperatore ejus filio, anno 4. Indictione 10.

28 *Hactenus Privilegium Stephani Papa, qui, quamvis*
ad eum Abbas S. Dionyſii *aliquos ante annos, ut ſupra dictum, in Gallias ad Pippinum profectus, longoque tempore in monaſterio e. Dionyſii moratus ſit, atque exitiali morbo detentus, quaſe ejuſdem ſancti martyris beneficio divinitus liberatum fuiſſe teſtatus eſt edita Revelatione, in vocatur, a Sirmondo pag.* 63. *vulgata, tamen in jam relata Privilegio nullam facit dicti monaſterii*

AUCTORE G. H. A

s. Dionysii mentionem, neque S. Fulradum appellat hujus monasterii Abbatem, sed venerabilium monasteriorum ab eodem auspice fundatorum, inter quæ, illud olim a Dagoberto I. Francorum Rege constructum, nequit censeri. Incidit autem citata Indictio 10. mense Februario in annum 757. labebaturque annus 38. ex quo Constantinus Copronymus anno Leonis patris IV. Chr. 720. Ind. 3. die Paschæ infans coronatus est Imperator a s. Germano Patriarcha, qui patre anno 741. Ind. 9. 14. Kal. Julias defuncto, regimen Imperii assumpsit, atque Imperii anno 10. Chr. 751. Indict. 4. in solemnitate sancta a Pentecostes filium suum Leonem, per Anastasium Patriarcham coronari curavit Imperatorem, uti Anastasius in Histor. ex Theophane narrat. Hinc in privilegio Stephani Papa relato ann. Leonis filii num 4. sed 6. legi debet.

annus Chri 717.

29 Eodem Indict. 10. concessit idem Pontifex s. Fulrado hospitale & domum Romæ, de qua donatione extat sequens Præceptum ex schedis MSS. ab eodem Sirmondo editum.

Stephanus Episcopus, servus servorum Dei, Fulrado amabili Presbytero & Abbati.

Petentiom desideriis ita nos convenit impertire assensum ut tamen sequentibus temporibus nulli Ecclesiastica utilitas valeat submitti dispendiis. Nam tunc petitorum postulatio congruom videtur susscipere effectum, quando Ecclesiastica prædia congrue ordinata ad melioremfuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia petistit a nobis, quatenus hospitale positum infra basilicam B. Petri juxta sepulchrum B. Leonis Papæ, quod tenuit Ratchis monachus, juris ipsius basilicæ B. Petri, nec non & domum positam juxta monasterium B. Martini, cum inferioribus & superioribus suit, cum metatu suo & horticello, quam tenuit Nazarius monachus, juris venerabilis monasterii S. Stephani cata Galla patricia, vobis ad tempus emissu præceptione concedere deberemus; inclinati precibus vestris, per hoius Præcepti seriem suprascriptum hospitale & domum cum inferioribus & superioribus suis, vel omnibus in integro pertinentibus, a præsenti 10. Indictione, diebus vitæ vestræ vobis concedimus detinendum. Post vero obitum vestrum utrumque hospitale & domus, ut superius legitur, ad jus suprascriptorum piorum locorum, cujus est proprietas, in integro nihilominus revertantur. Bene valete.

B

scripsit Romæ hospitale,

& illam domum,

ad vitam s. Fulrado.

30 Mortuus est Stephanus Papa, 6. Kalend. Majas, eodem Indict. 10. & anno 757. a cujus obitu videtur cura administratioque monasterii s. Dionysii cum titulo Abbatis s. Fulrado commissa. Dubletius postquam lib. 4. antiquitatum s. Dionysii retulit rescriptum regium anno 6. Pippini Confirmans Abbati concessum, ut supra diximus, subjungit varia diplomata pro s. Fulrado Abbate s. Dionysii signata, quatuor anno regni Pippini 15. vel 17. plura Caroli Magni. Ex his nonnulla post annum regni 18. Christi 787. referuntur data, quæ tamen tempore Maginarium fuisse Abbatem s. Dionysii supra ex Hadriani Papa epistolis ostendimus, arbitramurque varia diplomata a Pippino & Carolo Magno indulta monasterio s. Dionysii, non apposito nomine ullius Abbatis, ut supra a Carolo Marcello saltum divimus, a posteris s. Fulrada, ut viro valde illustri, fuisse attributa.

C

Diplomata varia S. Fulrado perperam attributa,

31 Tandem s. Fulradus maximis rebus pro Ecclesia Dei gestis, ac vita sancte peracta, præmium laborum suorum a Deo percepturus, in cœlos migravit: cujus sacrum corpus Lebrahæ in Alsatia sepultum est, aut certe eo translatum & hactenus sacro cultu a fidelibus honoratum, institutus anno festo ad 17. Februarii, uti his fere verbis testatur Dubletius lib. 1. Antiquitatum s. Dionysii cap. 28. Alcuinus postea Fulrado S. Dionysii Abbati hoc fecerit epitaphium, inter carmina ejus num. 123. excusum.

ejus mors, sepultura a

Presbyter egregius valde & venerabilis Abba,
Strenuus actu, opere, pectore, mente pius,
Corpore Fulradus tumulo requiescit in isto,
Notus in orbe procul, noster in orbe Pater.
Inclytus iste sacræ fuerat Pastorque Capellæ,
Hic decus Ecclesiæ, promptus in omne bonum.
Hæc domus alma Dei magno domo renovata decore,
Ut cernis lector, tempore quippe suo.
Iste pios Patres magno dilexit amore,
Reliquias quorum hæc domus alma tenet
Credimos idcirco cœlo societur ut illis,
In terris quoniam semper amavit eos.

epitaphium ab Alcuino compositi,

D

E

Huic adjungitur Epitaphium Maginarii, qui Fulrado successit: *id quia cedit in laudem s. Fulradi, & chronologia a nobis statuta confirmationem, hic addimus:*

Hic sit sub pedibus tibi, Maginare, Magistri,
Jam sacra mundanis temporibus requies.
Te pius ille Pater teneris nutrivit ab annis,
Tu quoque successor ejus honoris eras.
Hoc (heu!) perparvum reasti rempus ovile:
Floribus in medius mors mala te tulerat.
Sed quem Christus amat, illi mors nulla nocebit:
Post mortem melius vivit in arce poli.

Hæc Alcuinus, anno 804. *die Pentecostes* 19. *Maji defunctus.*

alind de Maginario successore ejus discipulo,

DE S. BENEDICTO

G

I. B.

EPISCOPO IN SARDINIA,

F

Sylloge historica.

CIↃCA ANN. CIↃC. XVII. FEB.

1 *Raoldus Wion lib. 3. Ligni vitæ in Notationibus ad hunc diem*, S. Benedicti *Sardorum Episcopi se* Natalem *didicisse scribit* ex Calendario perantiquo bibliothecæ Montis Casini, litteris Longobardicis exarato, *ejusque ita ad eum diem memoriam confecrue*: In Sardinia S. Benedicti Episcopi Sardiniæ, qui ab Abbate Casinensi ad eam insulam, Rege roganse, missus, populum sibi commissum sanctissime exit. *Eadem habet Hugo Menardus. Brevius in hunc modum Benedictus Dorganius*: S. Benedicti Episc. qui populum sibi commissum sanctissime rexit. *Ferrarius quoque in generali Catal.* In Sardinia S. Benedicti Episc. *Dionysius Bonfantus in Triumpho St. regni Sardinia lib.* 13. *cap.* 39. sepultum *scribit* S. Benedictum in basilica S. Saturnini, ibique illius annuversariam memoriam 17. Februarii celebrari: spectari in ara majori pictam ejus effigiem, monachili habitu, pedum Archiepiscopale manu gestantis, ad dexteram Deiparæ.

S. Benedictus colitur 17. Feb.

2 Ad *Episcopatum evectus est Benedictus ab Urbano* II. *Papa an.* 1089. *Colligitur id ex Petro Diacono lib.* 4. *Chronici Casinensis cap.* 7. *ubi illa habet*: Sequenti tempore idem Urbanus Papa ad has iterum deveniens partes, Joannem Cajetanum, hujus loci a puero monachum, Diaconum in Lateranensi patriarchio ordinavit. Quo etiam tempore cum apud Teojam Apuliæ civitatem synodum celebraret..... His diebus defuncto Leone Cajetanæ Ecclesiæ Episcopo, Raimaldus hujus cœnobii monachus ibi Præsul ordinatur. In Sardiniæ insula Benedictus, hujus monasterii monachus, defuncto Episcopo subrogatur. *Duo legantur ab Urbano* II. *habita Troja concilia: priut anno* 1089. *ut videre est apud Baronium ad eum annum num.* 8. *alterum anno* 1093. *tempore Quadragesimæ. In hoc videri posset Benedictus, aut paulo post, factus Episcopus: præsertim cum scribat Bertholdus Constantiensis, illic Pontificem diversis Ecclesiarum necessitatibus, synodali provisione competenter succurrere*

strva an. 1089. creatus Episcopus

16 Sardiniæ,

curas-

A curaſſe. *Et quod Petrus Diaconus loca jam citato dicat ſequenti tempore id contigiſſe, cum iterum ad eas partes deveniſſet Urbanus. Verum in parvo Chronico Caſinenſi anonymi ſcriptoris dicitur* anno 1093. eccleſia S. Andreæ Apoſtoli dedicata a Raynaldo Epiſcopo Cajetano 3. Kel. Februarii, nempe ante *Quadrageſimam, cum eo anno dies Cinerum inciderit in 2. Martii. Prius erga Epiſcopus erat Rainaldus, ac Benedictus quoque: niſi ſi quis menſe Januario promotos velit, ſtatimque dedicaſſe Rainaldum eccleſiam ab Oderiſio Abbate adificatam.*

3 *De eodem Benedicto Wion lib. 2. cap. 53. recenſens Epiſcopos Eccleſiarum, qua ab littera S incipiunt, ita ſcribit:* Sardorum ſub Calaritano Aechiepiſcopo. S. Benedictus monachus monaſterii Caſinenſis, vir doctus & ſanctus, (de cujus miraculis librum unum ſe ſcripſiſſe refert Petrus Diaconus) ab Urbeno Papa 2 1. circa annum Domini 1090. Epiſcopus Serdorum creatus, in ſanctitate vitam finivit die 13. Kalend. Martii. *Eadem fere ſcribit Annalium Tepeſinus in Chronicis Benedictinis centuria 7. ad an. 1088. cap. 2. Wione citata. Bonfantus Wionis verba Latine repræſentat, ſed titulum capitis ita exprimit:* Sardorum Calaritano Ep. *Addiquc Calaritanum Archiep. Sardiniæ Primatem, titulo* Sardorum Epiſcopi *deſignarit quod nobis ſane non probas. Quamquam Petrus Diaconus non Sardorum Epiſc. appellavit, ſed in Sardiniæ inſula Epiſcop. Wion videtur alterius cujuſpiam Sedis Antiſtitem eum ſtatuere, tum quod non inter Archiepiſcopos, ſive in littera C cap. 20. ſive S cap. 31. ſed inter Epiſcopos eum recenſeat; tum quod addat, ſub Caralitano Archiep. Si tamen verum eſt, quod idem Bonfantus ſcribit, in ade S. Saturnini Calari extare illius effigiem in ara principe, videri probabile poſſet, Archiepiſcopum ejus urbis fuiſſe.*

AUCTORE I. B. D

4 *De miraculis ejus iſta habet Petrus Diaconus:* Hujus Benedicti mirecula qui ſcire cupit, librum, qui a nobis ante ſeptem annos de miraculis ſcriptus eſt, perlegat. *Eum nos librum non vidimus. Cajus mentio fit in ſupplementa libri de viris illuſtrib. Caſinenſibus cap. 47. ubi iſta de eodem Petro leguntur:* Miracula Caſinenſium monachorum, quæ ſcripte edhuc minime erant, deſcripſit. *Habemus Petri Diac. librum MS. qui inſcribitur* Ortus & Vita Juſtorum ſacri cœnobii Caſinenſis; *item libellum* de viris illuſtr. *ejuſdem ſacri cœnobii editum Romæ, cum accuratis annotationibus V. CL. Joannis Baptiſtæ Marii. Sunt in utroq; Benedicti aliquot, ſed non hic Sardinia Ep Citas Wion lib. ejuſdem Patri* de Sanctar monaſterii Caſin. *An is ſit liber de Miraculis, haud ſcio. Negligentius legit Chronica Caſinenſia Bonfantus, ſi tamen legit, qui Benedictum hunc Abbatem illius ſacri cœnobii dicat fuiſſe.*

Eterati miraculi, quæ annis 500. ante deſcripta,

Incertum an Calaritanus;

B

E

DE S. CONSTABILE
ABBATE CAVENSI IN ITALIA,
Commentarius prævius.

I. B.

AN CHR. 1CXXIV. XVII. FEB.

1 *Cavam civitatem eſſe Italiæ in Campania agrique Picentini confinibus, juxtaque eam peramœnum monaſterium, unde ipſius origo civitatis manavit, oſtenſum a nobis eſt* 10. *Januarii, ubi de* B. Beniucaſa *octavo illius Abbate agimus. Ibidem indicatum, primas quatuor Abbates officio Eccleſiaſtico ac Miſſa honorari: alios oſta Beatos prædicari, inque ſingulorum natali ſacrum fieri de ſanctiſſima Trinitate, qui monaſterii ipſius titulus. Abbas quartus* S. Conſtabilis *fuit, qui* 17. *Februarii colitur: quem & recentiores ita in ſuis Martyrologiis prædicant. Wion ac Menardus:* In monaſterio ſanctiſſimæ Trinitatis Cavæ, depoſitio S. Conſtabilis Abbatis, miraculis eleri. *Benedictus Dorganius:* S. Conſtabilis Ab. miraculis elari. *Philip. Ferrarius in gener. Catal. Ss.* Cavæ in Picentibus S. Conſtabilis Ab. *agitque idem de eo luculentius in cataloga Ss. Italiæ.*

S. Conſtabilis natalis 17. Febr.

C

2 *Vita ejus a coævo ſcriptore tradit litteris. Indicat ipſe ætatem ſuam, cum cap. 2. n. 8. ita ſcribit:* Multi adhuc in monaſterio ſuperſunt, qui dum ejuſdem converſationem recolunt, in ejuſdem deſcriptione pauca omnino arq; digna me dixiſſe judicabunt. *Et clarius cap. 3. n. 13. ubi de monachorum navi in Africam tendente loquens.* Cui, *inquit,* Joannes rune monachus, nunc etiam Abbas S. Benedicti, præerat. *Et mox eidem Joanni mandaſſe in ſomnis S. Conſtabilem ait:* Vade, dic Simeoni Abbati, ut corpus meum levet. *Succeſſor erat viri S. Simeon, obiitq; die 16. Nov. 1141.*

Vita a coævo auctore ſcripta,

ſed Abbate Venuſino, antea monacho Cavenſi,

3 *Wion Vitam hanc extare teſtatur* in Cavenſi bibliotheca, Longoberdicis characteribus in membranis deſcriptam a D. Joanne Capuano: *eamq; ipſam a Jacobo Moſandro Carthuſiano in auctario ad Surii Vitas editam. At Joannes ille Capuanus, primus Vitæ hujus auctor non fuit, ſi vera ſunt, qua Antonius Tepeſinus in Chron. Benedict. centuria 6. ad an. 1050. cap. 3. quæque ipſe Wion tradunt. Ille enim B. Simeonis & conſequentium Abbatum res geſtas in uno deſcriptas volumine ait fuiſſe, hoc autem volumen eſſe deperditum,* ue aſſerit (*inquit*) Joannes Capuanus. *Wion hoc diſtichon citat a Joanne Capuano de S. Conſtabile compoſitum:*

ætas Joannis Capuani, ni fallor, dum vixit,

Quartur Conſtabilis Pater inclytus & venerendus,
Cælica regna petens, fruitur nunc ſedibus almis.

Sed pro Pater inclytus, *legit* puer inclytus. *Habemus ejuſdem*

Februarii Tom. III.

madi diſtitha 12. *compoſita* ut ad ſanctorum 12. Petrum Cevenſium imagines apponerentur, *& eodem, ut apparet, ſtylo, ab unoque auctore. Cum erga* B. Leo 11. *obieris anno* 1296. *ſi illorum annium diſtichorum auctor eſt ille Joannes Capuanus, is* 150. *minimum annis recentior eſt priori illa auctore, quem Anonym. ſcribemus, donec quis nomen ernat. Eam nos Vitam, ſed contractam, Neapoli ab Antonio Beatillano noſtro accepimus, ex* Chronico MS. Cavenſir monaſterii, eb anonymo Venuſini monaſterii monacho olim confecto, & poſtea eb Aleeandro Rudulpho Præpoſito Sublaeenſi auctо, *ut habet titulus. Dubitationem omnem de auctore illo eximit idem MS. Chronicon, dum ad Vitam* B. Simeonis *iſta ſubnectit:* Hocuit hujus beati viri tempore inter Cevenſes monachos Peter ille eruditione illuſtris, qui ſanctorum Patrum Alferii, Leonis, Petri & Conſtabilis, eliorumque nonnullorum Cavenſium monechorum Vitas graphice luculenterque deſcripſit: quique in Venuſinn S. Trinitatis cœnobio (quod Cavenſis congregationir tunc erat) Peter extitit monechorum. Quod ipſemet in ejuſdem ſui libri proœmio aſſerit, & in B. Petri Abbatis Vite circa finem B. Simeonem Abbatem ſuum appellat, & Venuſini monaſterii, cui præerat, mentionem facit. *Hac arbitror ab Alexandro Rudulpho adjecta, qui & ipſe nomen ignoravit illius ſcriptoris. Extat quod citas proœminm in 3. editione Surii* 12. *Aprilis, ante Vitam* S. Alferii. *Quod ex Vita* S. *Petri, infra recinabimus.*

F

4 *Obiit* S. Conſtabilis, *ut in citato MS. memoratur,* 17. *Februarii,* 1124. *cum præfuiſſet monaſterio annos* 5. *menſes* 8. *dies* 7. *a morte* S. *Petri deceſſoris menſes* 11. *dies* 13. *Neſcia quem auctorem ſecutus ſit Paulus Regius tom.* 2. *de Ss. regni Neapolitani pag.* 374. *dum defunctum ſcribit anno* 1135. *Eum tamen errorem utcumque emendat, an certe duplicat, dum addit id contigiſſe tempore Henrici* IV. *Imper. qui anno* 1125. *obierat. Wion contendit deceſſiſſe* S. *Conſtabilem* anno 1121. vel 1122. ad ſummum. Obiit enim Abber, *inquit,* nec de abdicatione, ſeu reſignatione, quidquam ejus Vita loquitur. *Loquitur autem diſerte num.* 6. *de deceſſoris abdicatione, quæ contigit anno* 1118.

tempus mortis,

AUCTORE I. B.

A § *Lubet hic 1. Conſtabilis ex citato MS. ut exere elogium, ab eodem, ut opinor, Alexandro Rudulpho concinnatum, quod ita habet*: S. Conſtabilis Lucanus, vir maximæ ſanctitatis & miraculorum gloria clarus, in monaſterio Caveuſi educandus puer a parentibus Domino oblatus, & ſub B. Leone primum, ac deinde ſub B. Petri Abbatis magiſterio inſtructus, & ab eodem in ipſius monaſterii regimine ſucceſſor & Abbas inſtitutus 4. Id. Junii 1118. digniſſime præfuit: caſtrumque in Cilenti regione (quæ tota pene ipſius monaſterii dominio ſubjacebat) inſigne conſtruxit, quod ab ipſius fundatoris denominatione Caſtrum Abbatis nuncupatur. Merito ex ejus frugalitate ac ſolertia ſanctiſſimo prædeceſſori ſuo æquandus eſſe ſperari poterat, niſi tam ſubito vitæ ſubtractus fuiſſet. Nam talis ac tantus Pater, cum ne annum quidem integrum poſt B. Petri Abbatis obitum in regimine perſtitiſſet, ad melioris vitæ ſtatum, regnique cœleſtis gloriam, tranſlatus fuit tertio decimo Kalendas Martias 1124. Ejuſque ſanctum corpus in arca marmorea locatum, non procul a ſacra crypta quieſcit, miraculis creberrimis, Domino præſtante refulgens. Vacavitque ab ejus obitu Cavenſis cathedra dies 15.

caſtrum ab eo antiquum in feudis monaſterii

ſepultura

6 *Idem auctor, qui 1. Conſtabilis Vitam ſcripſit, in S. Petri deceſſoris ejus Vita* 14. *Martii ſub finem iſta habet*: Joannes quidam Romanus, monachus ejuſdem noſtri monaſterii, qui etiam ad hoc Venuſinum monaſterium mecum venit, quantæ ſimplicitatis & religionis vir fuerit, a multis cognoſcitur. Hic autem in caſtro S. Adjutoris cum ceteris Fratribus manere juſſus fuerat. Quadam vero die ad monaſterium veniens, id quod apud memoratum caſtrum noviter geſtum noverat, retulit dicens: Domino Leoni Barenſi, magiſtro ejuſdem exſtiti, heſterna nocte Dominus Abbas Petrus in ſomnis apparuit, eique dixit: Frater Leo, quare tam negligenter agis, & debitam pſalmodiam defunctis Fratribus nequaquam reddis? Feſtina & præpara te, quia ſub magna eris celeritate moriturus. Evigilans autem timore prænuntiati ſibi obitus pavere mirabiliter cœpit. Cui etiam ſequenti nocte venerabilis Abbas Conſtabilis apparuit, & eadem dixit. Ex qua nimirum geminata viſione ita territus eſt, ut in eccleſia pſallens, bis quotidie ex ordine pſalterium repeteret, & ab omni illa otioſitate ſua quieſceret. Poſt aliquantos vero dies idem Leo monachus languore correptus obiit, atque quod veritatem vivendo dixerit, moriendo firmavit. Hæc autem mihi Joannes venerabilis monachus, adhuc vivente eo, qui viſionem ſuæ mortis viderat, narravit. Quæ cum in ejuſdem obitu impleta didici, credere ea etiam cœpi, quæ per memetipſum non vidi.

apparitio, & magiſtrum prædicti præmoruli interpellat

& vita morti deputatis

B

V I T A

C auctore coætaneo anonymo,

ex MS. & Moſandri editione.

C A P U T I.

S. Conſtabilis inſtitutio in monaſterio, virtutes.

a QUia viri valde venerabilis Abbatis *a* Conſtabilis mentionem feci, ea etiam debemus ſcripturæ tradere, quæ de ejuſdem vita atque miraculis venerabilis monaſterii ſui ſenes ſoliti ſunt cum magna devotione narrare. Hic itaque *b* Lucania provincia exortus, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore beato viro *c* Leoni Abbati Cavenſi in Dei ſervitio erudiendus a parentibus traditus fuit. Qui licet ſub ipſius venerabilis ſenis inſtitutione proficeret; tamen ab æque laudabili viro *d* Petro Abbate ejuſdem monaſterii, in monaſtici ordinis diſciplina plenius inſtructus, ua perfectione claruit, ut converſationis fulgorem non ſimplicem gereret, ſed honeſtæ ſuæ vitæ gloriam ſpiritualis doctrinæ radiis illuſtraret. Nam (quod valde ſublime Chriſtianæ felicitatis eſt) ab ipſo fere initio vitæ ſuæ jugum Domini leve ſuſcepit, & carnis ſuæ integritatem, cum immaculatæ mentis ſplendore conjunctam, uſque ad vitæ ſuæ exitum duxit.

D *1. Conſtabilis in monaſterio Lit. ſtrio & plebis ordinator,*

b *patris mentio & corpus*

a Quod vero nobilitatem decuit, evangelicam ſimplicitatem, in vitæ rectitudine omnino puram & ſimplicem tenuit: ſed rectæ intentionis & pii operis bonum ram decenter exhibuit, ut & per ſimplicitatem optime viveret, & per operis honeſtatem, quæ faciebat, contubernalibus ſuaderet. Hinc ergo, ut palam cernitur, quia magnus in regno cœlorum ſit, colligere facile poterit, qui Evangelii verbis repugnare nolit, in eo quippe veritas dicit: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Quæ profecto doctrina non tantum verbo impeditur, ſed multo magis exemplo: nonnulli enim perfecti viri in ſancta Eccleſia, etſi verba prædicationis non exhibent, ceteris fidelibus tamen per exempla ænimæ converſationis *f* profunt: tacendo loquuntur, quia ad imitationis ſuæ ſtudium electos alios voce exemplorum trahunt. Nec mirum, ſi *g* perſuadere efficacius poſſunt; quia etſi una lingua tacent quam habent carnis, tot linguis docent, quot proferunt exempla virtutum.

aliis recta docet,

Matt. 5. 19.

f

præbet exempla,

g

E

3 Hinc namque eſt, quod primis ſanctæ Eccleſiæ Doctoribus ſcientia omnium linguarum datur, ut ſuccedaneum ſuum ſubſecutiva Eccleſiæ fortiretur: ut ſi linguas non habet omnium nationum, nulla vita ejuſdem deſint exempla virtutum. Sic nimirum ſummus Pontifex ſancta ſanctorum ingredi, Domino jubente, præcipitur, cum docetur, ut in pulchritudinem veſtis extrema tintinnabulorum aptibeat magnitudo ſonum. Sancta quippe ſanctorum, ſecreta vita eſt novi teſtamenti: quia dum Redemptoris exemplo mundus perfecte deſpicitur, interiora tabernaculi per ferventia cœleſtis patriæ deſideria jam tenentur. In hoc quippe ſanctuarium velut ſummus Pontifex ſolus intrat, quicumque Redemptorem ferventer diligit: quia dum ſingulariter in ejus amore ſuſtollitur, virtutum fulgore, velut pontificali veſte in interioribus exornatur. Quæ ſi in exemplo aliorum prodeant, quia fidelium mentes ad piæ æmulationis ſtudium provocant, quaſi in veſtis pulchritudine tintinnabula multa ſonant: quia torporem noſtrum tot voces excitant, quot coram noſtris oculis exempla virtutum clamant. Magnum ergo in regno cœlorum non verba aliquem, ſed opera faciunt: quia qui ſumma docent, multi ſunt: qui autem ſumma, quæ ſciunt, vivendo teneant, pauci. Et quia nonnulli ſunt, qui bona, quæ faciunt, pro humilitatis teneritudine abſcondunt, magni in regno cœlorum, qui faciunt & docent, digne prædicantur: quia profecto ea immenſa virtute habent, ut fortia agant; ea perfecta caritate, ut acta ad exemplum proferant; ea ſolida humilitate, ut ea, quæ proferunt, nulla humanæ laudis aura corrumpat.

Act. 2.

Exod. 28.

[*egregium enim non abſconderes ornatum.*]

F

4 Hæc autem latius diximus, quæ licet venerando Patri conveniant, quia videlicet ſublimi converſatione enituit, quia laudabilibus exemplis effulſit, quia favores hominum mirabili mentis ſublimitate contempſit; tamen meritorum ejus excellentiam non explemus. Nam ſumma perfectionis ſummorum virorum qualitercumque dici poteſt, ea toto deſcribi non poteſt. Suam quippe, & eorum qui ejuſmodi ſunt, altitudinem egregius Prædicator exponit, dicens: Noſtra converſatio in cœlis eſt. Qui ergo Paulum, & eos, quos ſecum poſuit, cupit exponere, ad cœlum conſcendat, & ejuſdem ſecreta,

ſublimis animo contemptor,

Philip. 3.

A creta, adhuc licet in terra poſitus, quam acute perviderit, ejuſdem gaudia quam ardenter amaverit inveniat. Qui autem Conſtabilis Abbatis noſtri perfectionem noverunt, nullatenus dubitabunt, quia cum Paulo & perfectis omnibus ex ſententia dicere poterat: Noſtra converſatio in cœlis eſt. Corpore eamque deſpectus, mente major mundu ſuiſſe probatur: quu, quaſi parvo, includi non poterat, quem altitudine ſuperabat: ut quod de eu eminebat, iu cœlum ſublimis poneret, ibique ſuæ converſationis ſitum locaret.

Phil 3. 20.

humilis,

5 Sed ut quædam jam ſpeciali hujus B. Patris edifferamjta omnibus ambitionibus ſeculi atque delicüs uſque ad mortem extitit inimicus, ut illas oblatas, iſtas appoſitas vehementer doleret, atque a ſe magna cum indignatione repelleret. In inſtantia vero vigiliarum & orationis Fratribus omnibus iocomparabilis erat. Sed cum rentus eſſet ac ſummus, illa tamuo virtutum ejuſdem celſitudo, humilitatis atque manſuetudiois eacelleotia vincebatur. Siquidem venerabilibos Patribus ſuis ita ſe ſubdidit, ut agere nulla præſumeret, niſi quæ eoram voluntati placita, aut injuncta imperio cognoviſſet.

anſtevus obedtens;

a *Nympe in Vita 1. Petri deceſſoris, ut jam dictum.*
b *Malo Wion Lucenſem facit.*
c *Colitur 1. Leo 12. Julii.* d *Hic 4. Martii.*
B e *Moſander, ſimplicitatis.* f *Idem, placeat.*
g *Idem, ſuggereret.*
h *Deſunt hæc in noſtro MS. uſque ad num. 5.*

CAPUT II.

S. Conſtabilis in monaſterii regimine, benignitas, mors, miracula.

6 QUem oimiram eam non ſolum magnis pollere virtutibus, verumetiam inearum affecto ſolidum animæ habitum fixiſſe, vir venerabilis Petros Abbas eognoſceret, ſenio jam defunctus, ævo maturus, omoium Fratrum conſenſu, labores ſuos ei commiſit, atque cum eiſdem loco ſui peæpoſuit. In eodem vero prælationis ſuæ culmine, ta ato virtutum ſplendore enituit, ut cum ſuperior eſſet ordine, geſtu & ufficio minor omnibus appareret. Sed & miſericordiæ viſcera ejoſmodi ioduit, quibus pro voto aliquem uumquam lęſit, nullum contriſtavit: & ut inſigne illud virtutis ejus extollam, juſtorum cultur, & peccatorum amicus fuit. Tanta quippe negligentibus Fratribus benevolentia jungebatur, ut fere nullus eſſet qui conſcientiæ ſuę reatus ei tegeret, vel ſuas ei negligentias occultaret. Hunc quippe venerabilem Patrem pro C mirabili illo ſuæ caritatis affectu, quo regere culpas delinquentium ſolebat, Operimentum Fratrum vocare conſueverant. Revera occultans noatos etat, & celans reos, ut quos pœnitentia purgaret, ſine alicujus a infamiæ nota, ſemper venerabiles aliis demonſtrare potuiſſet. Sic nimirum piæ matres filiarum nævos ſuperductis colotibus occultare ſolent, ut earum, quas diliguut, fœda lateaot, pulcra non lateant.

fit Abbas;

Se aliquos neglexisse

a alienus vitio dissimulans;

7 In ſe quidem Apoſtolicæ illius affectionis viri otem tranſuderat, qua erſi lingua taceret, miniſterii obſequiu diceret: Omnibus umnia factus ſum. Cum ſortibus ſiquidem valebat, ſed fortitudinis ſuæ b vigorem ad infirmorum roboranda membra quandoqoe ſolvebat. Cum ferventibus ad æterna velociter currebat, ſed ut tardos & tepidos traheret, ſæpius a curſus ſui velocitate ſtudioſe torpebat. Sed inter tot & tanta virtutum dona, priſtinæ humilitatis & manſuetudinis ejus vigor ita duravit, ut ante ſabdiius, & poſtea tantæ multitudini prælatus, idem per omnia videretur. Nam gradu tantum ſuperior, geſtu æqualis aliis apparebat. Illam quippe, quę me ex ordine monaſterii re verentia debebatur, ita renuit, ut magis ſibi indignaretur exhibitam, quam ſuperbi & arrogantes dolere ſolent, cum ſibi eam viderint denegari.

1. Cor. 9.

b omnibus se accommodans,

ſemper ſui ſimilis.

Quam profecto virtutem tanto dilectionis ſapore cundiverat, ut numquam ſe Prælatum recoleret, niſi eum obſtinatorum nimia eum improbitas compuliſſet. c

AUCT. COEVO EX MS. D

8 Et ne videamur tantum virum verbis noſtris majorem facere, multi adhuc in monaſterio ſuperſunt, qui dum ejuſdem converſationem recolunt, in ujuſdem deſcriptione pauca omnino atque indigna me dixiſſe judicabunt. Sed tantus ac talis vir, poſt venerandi viri Petri Abbatis obitum, vix annu integru monaſtecium rexit, & conſummato laborioſæ hojus vitæ curſu, ad gaudia æterna migravit. Quo certe ad æmulationem virtutum ejuſdem, plutibus atque apertis indicus oſtenſum eſt, quiu nimirum debita carnis morte ſubtractus eſt, ſed virtute ſpiritus diſcipulorum neceſſitatibus frequenter exhibitus.

c

infra mentionem datur;

moritur;

9 Nam a quibuſdam perfidæ mentis hominibus aſſerebatur, quia monaſterii non parvas opes repoſitas habuiſſet, quas vi mortis præventus, indicare nequaquam poſſet. Locum qooque ſe poſſe uſtendere mentientes, non ſolum locum ſed loca plutima cellæ ejuſdem fodere cœperunt. Cumque jam ſatis defoſſum eſſet, & invenire nihil poſſeot, quadam nocte venerando viro Abbati Simeoni apparuit, eique dixit: Deo teſte, nihil amplius in cella ſuit, niſi quantum inveniſtis. Poſt hæc autem verba eum vehementer redarguens, quod ſtultis hominibus perperam credidiſſet, quærere in vanum eum oltra prohibuit. Sicque ſatis uſtenſam eſt, quia pru ſolveodu carnis debitu obiit, ſed promiſſo muncre Redemptoris vivit.

ſuccessori apparet.

& verus pervulus, ad ſe talia quaeri;

E

10 Joannes etiam de Genuſia magnum de eu ſolet narrare miraculum. Nam quadam die, cum uxta monaſterium iu quadam cella manere juberetur, devotionis fervore, quo iu clauſtro manere cupiebat, Patris monaſterii præceptum moleſte tulit, atque iter arripere murmorando cœpit. Non longe veru a monaſteriu, cum deſcendere de caballo voluiſſet, cecidit & coſtas fregit. Quod ergo plurimum voluit, ad monaſterium relatos eſt: ſed quia nimis obſtinate voluit, uuo ut voluit, ſanus, ſed, ut valde doluit, attritus. Ex more aurem monaſterii in iuſitmorum domo receptus, magnis duloribus cruciabatur. Inſequenti vero nocte merita beati viri Conſtabilis retractanti, iu ſomnis apparuit, eumque de inobedieotia atque murmuratione vehementer increpavit. Videbatur ei, quia ad ſe venientem venerabilem virum a ſuperiori domo Stephanos vir bonæ memoriæ, ejuſdem ſuper Capellaous, cum ungueoti vaſculo ſequebatur: cujus vir ſanctus opereulum relevans, ungueutum eduxit, fractas Fratris illius coſtas liuivit, eiqoe dixit: F Ecce ſanus factus es, vade & deinceps humiliter vivas, & te præceptis majorum in omnibus ſubdas. Mira dicturus ſum: evigilavit monachus, non ſolum ſalubri admonitione inſtructus, ſed fugatis cunctis doloribus ſanus. Tonc is, qui niſi alienis manibus ferri non poterat, eunctis ſtopentibus exilivit, & injunctam ſibi obedicotiam perficere feſtinavit. Pia enim Dei diſpenſatione actum in eo eſt, ut & parvis culpæ maculis purgaretur, & beati viri merita proderentur. Nam prædictus Joannes monachus aliter vir bonus & religioſus erat, pſalmiſtaque præcipuus; ſed vincere iram ac lingoam perfecte cohibere non poterat. Itaque pereuſſus a Domino, ſed curatus eſt a magiſtro: ut caſtigatio auſtera purgaret, & ſalus reddita virturem & gloriam curantis oſtenderet,

Inobedientem ceſſo fracta poenitus

arguit in somnis, & augens jubet;

11 Illud quoque ſilendum non arbitror, quod vir venerandus d Roſſemandus, tunc monaſterii Prior, poſtea vero Pauſitanenſis Abbas, referre ſolitus eſt. Quodam namque tempore, cum petenti pauperi femoralem lineam tribuiſſet, ſequeoti die, ut propoſuerat, pro veneratiune ejuſdem Patris Miſſas celebrere nuo potuit. Subito tune adfuit, qui ei ſata femoralia detulit, atque tanti Patris obſequio aptum fecit.

d

vidam ostium, pauperi datam, restituit;

12 In

AUCTORE COÆVO EX MS.

12 In territorio Cilentino, in monte, qui Licoſæ præminet, dum quidam Salernitant judices poſſeſſionum quarumdam terminos quærerent, ſubito tanta caligo nebulæ diffuſa eſt, ut per nemus ejuſdem montis errarent, & viam, qua redirent, nuſquam invenire potuiſſent. Cumque diu erratum eſſet, unus eorum Urſus judex, viri venerabilis Conſtabilis merita ſibi adeſſe flagitavit: cum ad verba precis ejus lux ſolita loco reſtituta eſt, ut viam cernerent, & ad hoſpitium non tam de inventione itineris, quam de lucis miraculo læti, remearent.

A *luxorata caligine diſſipata*

a *Moſan*, famæ obſcuritate. b *Idem*, rigorem.

c *Aliter ſi quentia efferuntur in MS.* Ne vero videamus tantam visum verbis noſtris majorem facere velle, licet multa alia virtutum ejus inſignia enarrare poſſimus, ea tamen ſilentio ſtudiuſe prætermiſimus: hanc ſolum dicentes, quod anguſtiſſimo illo temporis ſpatio, quo monaſterio præfuit, in Cilenti regione, ubi monaſterium univerſali fere dominio poſſidebat, nobiliſſimi illius caſtri fundator extitit, quod ab ipſius titulo Caſtrum Abbatis uſque hodie nuncupatur. Sed & privilegiis ac donationibus plurimis, a variis Principibus Chriſtique fidelibus acceptis, Caveaſe monaſterium non parum locupletavit. Meritoque ex ejus ſolertia & ſtrenuitate ſperari poterat, quod B. Petro præceſſori ſuo æquandus eſſet, niſi tam cito de medio ſublatus, & ad æternæ vitæ ſtatum translatus fuiſſet. Nam talis ac tantus, &c.

Caſtrum Abbatis ædificari privilegiis monaſt. conceſſum

d *MS.* Roſemannus, *& poſtea* Roſcmanus. *Videtur ab hoc diverſus eſſe* Roſemanus *Cardinalis, cujus memoriale Petrus Diaconus lib. 4. Chronici Caſin. cap. 46. nam ei monachum Caſinenſem fuiſſe, non ſatis eſt.*

B

CAPUT III.

Navigatio proſpera meritis S. Conſtabilis.

13 PRo neceſſitatibus Fratrum navis monaſterii navigabat in Africam, cui Joannes tunc monachus, nunc etiam Abbas S. Benedicti, præerat, atque in ejuſdem obſequio Petrus quidam famulus deputatus erat. Quæ profecto navis inter Siciliam & Africam graviſſima tempeſtate correpta, & victimam ſui reſolutionem, & omnium interitum minabatur. Jam quippe nautæ collaborando defecerant, & ingredientem aquam prohibere ne intraret, aut quæ intraverat eicere præ laſſitudine non valebant. Cumque jam omnis ſpes ſalutis abeſſet, præ radio dormitanti monacho vir ſanctus apparuit, & qui Salvatoris exemplo mundum vicerat, ipſius etiam verba exhortationis protulit, dicens: Confidite, & nolite timere. Quem cum monachus cerneret, rogare videbatur, ut navem ſui monaſterii & nautas de inſtantis naufragii periculo liberaret. Cui ille, ut erat benigni vultus & habitus, reſpondit, dicens: Ego navem eripiu, & monaſterium cuſtodire non ceſſo. Ecce jam tranquillitas temporis refundetur, venti ſilebunt, freta quieſcent. Sed vade, die Simeoni Abbati, ut corpus meum lavet, atque in ſepulcro meo, quod in eccleſia mihi paraverant, collocent. Eadem hora etiam prædicto Petro monaſterii famulo, in prora navis nec plene dormienti, nec ea toto vigilanti apparuit, & eadem dixit. Cumque ad ſe pariter rediſſent, mutuo quod viderant enarrabant: cum ecce quod facile audiri poterat, credi difficile, parvum illud tranſeuntibus æquoris ſpatium, contrarius ventus ſiluit, mare quievit, & navis monaſterii ſecundis impulſu flatibus, ad optatum Africæ portum venit.

ſolis in proximo naufragii ſubeundi

Matth. 6. 30.

jubet corpus ſuum elevari

C

14 In eadem vero Africana civitate res æque mirabilis acta eſt, quæ quia beati viri præconio convenit, ſilentio comprimi nequaquam debet. Rex quidam ejuſdem civitatis, comperto quod ad Africam expugnandam navalis exercitus mitteretur, omnes Chriſtianos, qui illic erant, retinuit, nec redire ad propria finebatur. Præfatus igitur Frater monaſterii, in magna anguſtia poſitus, quia, ut volebat, cum emptis mercibus redire non poterat, memorati Patris non diſſimile auxilium ſenſit. Videbatur etenim ſibi in ſomnis, quia in vinculis poſitus eſſet, a quibus venerabilis Pater Conſtabilis veniens eum abſolveret: cui etiam ſoluto præcipiebat, ut ſine cunctatione navem ſolveret, ad monaſterium rediret, quia impedire eum nullus potuiſſet. Evigilans autem monachus, de Patris præſentia ſecurus, licet magnæ videretur, quod tentabat, audaciæ, navem ſolvit, atque in ea ſecum nautas recepit. Quem profecto auſum pro ſolita feritate barbari Regis mita benignitas ſubſecuta eſt. Nam ut Cavenſem navem ſoluram audivit, patienter tulit, ablata carbaſa & omnia ei armamenta reſtituit, atque ad propria redeundi liberam facultatem dedit. Sicque ſancto viro parum ſunt navem eripere, niſi majori virtute barbarorum corda mutaſſet.

D

Rex diverſarum gentium

15 Circa finem vero operis hujus, illud etiam memorandum puto, quod in eadem via maris, cum ad Africam navigaret, Petrus monachus ſibi acciditſe teſtatur. Ait enim, quod in magno ſole æſtatis, omnibus quieſcentibus ventis, ita alto pelago deprehenſus cum navigio fuerat, ut non minus perlaborioſum putaret ſic torreri, quam tempeſtate circumſteti. Tunc memor illius miraculi, quo vir Dei Conſtabilis monaſterii navem eripuerat, ejuſdem meritis navicula ſuæ auram infundi poſtulavit, quæ & ſolis fervorem mitigaret, & ad deſideratum portum perduceret. Cujus nimirum verba precis, mira virtus rogati Patris ſecuta eſt. Nam ſtatim ſuavis aura flare cœpit, quæ tandem navem cum aliis pluribus uſque ad Africæ portum duxit; cumque ex illis navibus tranſite locum aliæ cuperent, atque ad Italiam navigare, aura illa protinus ſiluit: ut aperte cognoſceret monachus, quia viri Dei meritis navi ſuæ aura influeret, quam poſt illius portum habere naves reliquæ nequiviſſent.

in navigatione medio mari ſervorem ſolarem immittit

E

16 Illud quoque ſilendum non arbitror, quod eidem miraculo idem monachus addere ſolitus eſt. Ait enim, quia in eodem itinere duas piratarum naves offenderint, qui primo impetu contra navum monaſterii concitatis æquoribus venientes, ubi parum proceſſerunt, eadem feſtinatione, qua irruere cœperant, retro fugerunt. Ex quibus profecto piratis quemdam poſtea idem Frater cognovit: a quo etium cum quæreret, qua causa rediſſent illo die, cum monaſterii naviculam facile capere potuiſſent, reſpondit, dicens: Nos non ita vos vidimus: ſed tanti ac tales a nobis viſi eſtis, ut ſi accederemus, dubium non eſſet, quod redire nobis ſine ingenti cæde minime liceret. Quod nimirum viri Dei Conſtabilis meritis actum eſſe quis dubitet? ut cœlitus terrerentur, ne ſervorum Dei ſumptus invaderent, ſi navis res emptitias raperent, quam præſidia hominis non tutarent.

eoſdem fervor ſolaris, piratis invehitur

F

CAPUT IV.

Varia S. Conſtabilis miracula, præſertim ad ejus ſepulchrum.

17 NEc hoc quoq; ſilentio prætereundum eſt. Quidam Frater Petrus de Arce, cum Sacriſtæ officium gereret, & funem fractum vellet ligare, ubi lucernæ ante Crucē ſolent ardere, poſuit ſcalā, & cum eſſet in ſummitate ſcalæ, cecidit: ſed eum caderet clamabat, dicens: Sancte Conſtabilis adjuva me. Sicque meritis Beati, de tanto præcipitio cadēs, nullā in ſuo corpore paſsus eſt læſionē.

in alto vacillantem ſervori ſolari

18 Item cum beatæ recordationis Arborius, hujus monaſterii Prior venerabilis, jacens in domo infirmorum, inſtantiſſime, & ſine intermiſſione dolore lateris cruciaretur, nec alicujus conſilio, vel ſuæ ſalutis remediom invenire potuiſſet; ad beati viri ſepulcrum ſe deportari fecit, & cum aliquantiſper ibi oraſſet, meritis beati viri dolor lateris continuo ita ab eo diſceſſit, ac ſi ipſum dolor ille nullatenus tetigiſſet.

ejus ope pleuritis ſanata

19 Alius

A 19 Alius quoque Frater, cum quartanas febres pateretur, nec ullo modo aliquo conſilio liberari poſſet, ad beati viri tumulum devotiſſimæ precibus acceſſit, & paucis diebus interpoſitis, beati viri meritis liberatur eſt.

Item febres

vitreo lampas ipſa non frangitur,

20 Candela quoque, quæ ante Crucem, & venerabile beati viri corpus quotidie ardet, de ſummo cecidit, nec vitreum fractum eſt, nec oleum diffuſum. Item urceo vitreo vino plano, ſæpe & ſæpius de ſepulchro ejuſdem in pavimentum cadente, nec vitreum fractum, nec vinum ſparſum eſt.

& olei lagenas;

21 Dum inſuper hujus monaſterii ſervientes, cum in vigilia anniverſarii beati viri duas lagenas vino planas a loco, qui dicitur Tracondia, pro caritate Fratrum deferrent, altera earum in terram decidit, nec tamen lagena fracta, nec vinum ſparſum eſt.

22 Nullo modo etiam prætereundum eſt, quod meritis ſanctiſſimi viri ſenex quidam, Urſus nomine, qui de more & debito, totius monaſterii officinas mundare conſueverat, ut montem ivit, ut ſcopas incideret. Qui caſu de quadam rupe cum corrueret, brachium ejus

confractum brachium ſanatur,

fractum eſt: cumque dolore brachii nimium cruciaretur, ad ſepulcrum ſancti viri veniens, proſtratus jacuit, clamans & dicens: Pater beate Conſtabilis & domine, pro anima patris & matris tuæ adjuva me, &

B libera me de cruciatu iſto. Qui cum tertio eadem repeteret, non ſolum a dolore, verum etiam a brachii fractione liberatus eſt.

23 Joannes quoque cognomento Cirufinus, gutta de capite ad oculum deſcendente, cum graviſſimo cruciaretur dolore, ad ſepulchrum ejuſdem venit, rogans & ſuppliciter obſecrans, ut conſueta miſericordia a tanto cruciatus dolore ipſum eriperet. Qui ſtatim exauditus eſt, & gutta ſimul, & dolor receſſit.

pulvis orati doloſ, iterum pulvere ſepulchri

24 Quidam quoque faber, Petrus de Mari nomine, cum ſimili dolore graviſſime torqueretur, ad ſepulchrum ejus venit, & de quodam foramine ſepulchri ejus pulvere accepto, oculum fricuit, & ſtatim liberatur eſt.

25 Quidam inſuper Diaconus, Dauferius nomine, cum frequenter ad ſepulchrum beati viri ſe appodians obdormiret, idem Sanctus in ſomnis apparuit ei, dicens: Quare Frater de ſepulchro meo *a* gambuttam facis? Moneo te, ut amplius non facias, & ab hoc facto deſiſtas. Qui timore correptus, aliquantis diebus beato viro obedivit. Veerum ejuſdem correptionis immemor exiſtens, in idipſum redit, & iterum ſe appodians, obdormivit. Cui Sanctus iterum apparuit, eique

a objurgat ſepulchro ſuo tanto beatum,

diuit: Nunne tibi prohibui, ut de ſepulchro meo non faceres tibi gambuttam? Qui timore perterritus a ſomno ſurgens, brachium ſuum adeo contractum ſenſit, ut nullo modo ipſum nec plicare, nec extendere poſſet. Qui effuſis precibus, beatum virum devota mente ſuppliciter rogavit, ut ipſum liberare dignaretur. Qui mox exauditus, meritis beati viri liberatus eſt.

AUCTORE COÆVO EX MS.

D

tum vitreum lapſu non frangibile moſtrat, at ſonat,

26 In ſancta præterea die Paraſceves, cum de diverſis partibus multitudo virorum & mulierum, ſicut mos eſt Chriſtianæ religionis, ſanctum diem illum diſcalceatis pedibus, & cum lacrymis ſacra loca viſitando celebraret, contigit quod multi ad hunc ſanctum locum venerunt: inter quos & quædam puella ſimiliter venit, & cum nonnulli pulpitum, ubi lectiones leguntur, aſcenderent, puella ſimiliter forcuito cum eis aſcendit, & de eodem pulpito cecidit. Et cum omnes clamarent, Mortua eſt puella! mutu Dei, & beati viri meritis, ſuper pedes ſuos ſe erigens, nihil mali habuit. *b*

cadentem ſervat,

b

27 Hæc de tanto viro ſuiſque prædeceſſoribus ad præſens dicta ſufficiant, licet per eos multa & præclara mirabilia Deus frequenter operetur. Quorum etiam precibus & meritis honeſtatem & præclaram religionem cum ſanctitate in hoc ſancto monaſterio credimus hactenus conſervatam, & ab omnium hoſtium incurſione & offenſione, Domino auctore, uſque ad finem

E mundi liberam fore atque muniam.

tentur in cœnobio diſcipline

28 Ergo beatum virum Conſtabilem humillimis precibus ſuppliciter exoremus, ut juxta nominis ſui etymologiam, tam præſentibus, quam futuris hujus monaſterii Fratribus impetret a Domino ſuis orationibus conſtantiam in quotidiano labore certaminis, tribuatque ſtabilitatem in bonis moribus, ut per hæc, aliaque opera caritatis & miſericordiæ, ad beatam & æternam gloriam, ubi ipſe cum Deo regnat, pervenire mereamur: ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto donante, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

laudatur a ſcriptore.

a MS. *exponit*: Dauferium Diaconum ſuper ejus ſepulchro in cervicalis inſum indigne obdormientem corripuit. *Alibi* Cambuta, *ſive* Camboa, *aut* Camboca, *pro præſepium, aut fulcro ponitur, ut* 16. *Januar. in Vita S.* Tozzonis *cap.* 1. *Notatu ex Vita S. Magni, et* 23. *Jann. in Vita S. Urbani Lingonenſis cap.* 1.

Gambuta.

b MS. *alia miracula breviter ita compleſſitur*: Ac demum (quod ejus peculiare eſt donum) in energumenorum liberatione ſupra humanum captum mirabilis & glorioſus exiſtit, quotieſcumque pro liberationis gratia *ad* ejus tumulum fidelitas adducuntur.

2. *Conſtabilis cognomen liberat.*

C DE B. EVERMODO F

RACEBURGENSI IN VVANDALIA EPISCOPO

EX ORDINE PRÆMONSTRATENSI,

Sylloge hiſtorica.

I. B.

§. *I. B. Evermodi veneratio publica: geſta ante Epiſcopatum.*

AN. CIↃ C LXXVIII. XVII. FE.

Evermodi Ep. Raceburgen. nomen in Martyrologiis, cum titulo Beati

IN *varias Slavorum actiones, qua Borealem Germaniæ magnæ tractum, oramq; Balthici maris colebant,* Polabi *ab Helmoldo aliiſq; ſcriptoribus nominantur: quorum civitas* Raceburgum, *aliis* Racisburgum, Raſeburgum, Raceſburgum, Razeburgum, Ratzeburgum *dicta ſolo Epiſcopali a quinque amplius ſeculis ornata fuit. Primus ibi Præſul* Ariſto: *cui poſt annos* 84. B. Evermodus *ſucceſſit, S. Norberti diſcipulus. Hunc* Beatum *appellant Joannes Chryſoſtomus vander Sterre monaſterii S. Michaelis Ordinis Præmonſtr. Antverpiæ Abbas in Natalib. SS. Ord. Præmonſtrat. anno* 1622. *vulgatis, cum adhuc Prior eſſet; Authertus Miræus Decanus Antverpienſis in Faſtis Belgicis; Arnoldus Rayſſius Canonicus Duacenſis in auctario ad Natales SS. Molani. Neque his auctoritatem detraxiſſe videri debent iterata Urbani VIII. decreta, ne citra Sedis Apoſtolicæ approbationem, aut ab centum minimum annis retentam, Eccleſia minime intercedente, iſtiuſmodi nuncupationis conſuetudinem, licet caiquam eam ritualem tribuere. Nam poſſea id aliis confirmarunt viri doctiſſimi, neque horum ignari decretorum, & in ſacra antiquitate eximie verſati, Ægidius Gelenius Suffraganeus Ofnabrugenſis in Faſtis Agrippinenſibus, & Joannes Pagius Theologus Pariſienſis in Bibliotheca Præmonſtratenſi, qui* Beatum *abſolute vocant; Andreas Sanſſajus in Martyrol. Gallicano* Sanctum. *& Sanct*

2 *Majus*

AUCTORE I. B.

A 2 *Mijus etiam aliquanto in Alberti Krantzii teſtimonio iacêt pondus, qui Decanus fuit Eccleſiæ Hamburgenſis, ac Theologiæ profeſſor ante centum & quinquaginta annos. Is lib. 6. Metropol. cap. 40. ita ſcribit:* Raceburgenſi quoq; Eccleſiæ poſt Evermodum, vir æque optimos Isfridus præficitur Epiſcopus, qui tanta fulſit ſanctitate, ut miracula nonnulla faceret invitus. *Ac paullo poſt:* Horum doorum Pontificum Evermodi & Isfridi reliquiæ, in choro, in quadam capſa ad auſtrum, quæ ad hoc eſt ordinata, conſervantur. *Tranſlata igitur ſunt e priori tumulo amborum* RELIQUIÆ: *qua vox ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus fere de Sanctorum oſſibus, aut aliquâ eorum inſignibus venerationis cauſſa aſſervatis uſurpari ſolet. Quod autẽ ea conjuncta in una capſa ſint reliquiæ, argumento eſt parem fuiſſe autriuſq; ſanctitudine exiſtimationem: neq; enim conjungi uno in tumulo aut theca Sanctã, & unius alicujus e turba Chriſtianorum exuvio ſolent.* Evermodi *igitur minime ambigua* ut Sanctã *ſanctitas habita, qui cum Isfrido jungeretur, quem diſerte idem ſcriptor* Sanctum *nuncupet.* Fuit hoc quoq; SANCTO, *inquit*, perpetuus labor in vinea Domini. *Hos item de eo verſus capſæ illi inſcripti ſunt:*

Laudibus inſignis Isfridus, annumerandus
Catalogo Sanctis Cœlitibus jugitee.

B *Annumerandus itidem &* Evermodus, *non Krantzii ſolum judicio, ſed eorum qui ſimul moriũq; reliquiet condiderunt, ſive id Pontificis Maximi offenſa factum, ſeu ſors Ameſtatem ejus provinciæ auctoritate.*

3 *Exaggerat ejus reliquiarum Tranſlationem, ſive Elevationem, & ſanctitatem Evermodi, Sanctã ejus his verbis:* Cujus ſanctitatem multa miracula, ad invocationem nominis illius divinitus facta, comprobaverunt. Pignora vero ſacroſancta e tumulo ob patentia beatitudinis inſignia levata, in capſa condita, & in ſacratio Eccleſiæ Racebutgenſis, ad auſtralem chori partem, collocata, cum ſuccellorii B Isfridi pretioſis exuviis, condigno cultu potiuntur. *Eadem omnino, ſed aliis verbis, tradit Joannes Pagius lib. 2. Præmonſtrat. Bibliotheca, & illud clarius, quod* reliquias choro poſitas religioſe coli *aſſerat.*

4 *Non tamen qui ei habeatur cultus ita accipiendus, quaſi* eſt *ejus honorem ſacra peragi non ſuerit, officiumq; rectori.* ejuſmodi *Habemus Breviarium Eccleſiæ Racebutgenſis, an. 1506. Joannis Parkentyni, 26. illius Eccleſiæ Epiſcopi, auctoritate excuſum. In eo nulla* Evermodi *aut Isfridi mentio. Cultus igitur illorum in eo ſitus fuiſſe videtur (nam omnia illa hæreſis poſtea peſſumdedit) quod honorificentiore loco, elegantiori capſa repoſita eorũ eſſent reliquiæ, addita epigraphe, ſors & anathematis oppenſi, aliiſq; publicis argumentis ſanctitatis.*

§ *Res a* B. Evermodo *præclare geſtas colligemus ex antiquiſſimum ſcriptoribus, videlicet auctore Vitæ s. Norberti, Helmoldo in Chronico Slavorum, quod tempore Frederici Æneobarbi Imperſcripſit in diœceſi Lubecenſi, Arnoldo Abbate Lubecenſi, qui circa annum 1200. vixit, adjecitq; Helmoldi Chronico ſupplementum, denique Alberto Krantzio in Metropoli & Wandalia.*

6 *Natione Belgam fuiſſe* B. Evermodum *colligitur ex Vita s. Norberti, in qua c. 20. Cameraci ſeſe viri ſancti diſciplinam tradidiſſe narratur initio anni 1120.* Tranſacta igitur hieme, *inquit illius Vitæ ſcriptor*, niviumq; & glaciei frigore, vernali calore, paullulum detecto, vir Dei, ut erat ſolitus, virtute divini ſolatii accinctus, ad prædicandum exiit: & ſolus Cametacum veniens, factoq; ſermone ad populum, cecidit ſemen in terram bonam, ſcilicet in juvenem, Evermodum nomine: qui tanto rore Spiritus ſancti perfuſus extitit in verbi Dei ſuſceptione, quod amoris ejus gratia ſtatim oraret ad Dominum Deum ſuum in eodem loco, & in eiſdem paſſibus, obi hominum Dei ſtare diligenter conſideraverat in faciendo ſermone. Quid igitur puer Spiritu ſancto edoctus in verbo, uſu eumdem Verbum, quod cato factum eſt, eſſe credidit, qui ubi ſteterunt pedes ejus adoravit: Nec morsa intulit, ſed ſtatim, relictis omnibus, ſecutus eſt eum. Qui tanto amoris intimi vinculo ei alligatus eſt, ut omni tempore vitæ ſuæ, D *gratis apud s. Norbertũ*, ſpiritos viri Dei in eo requiem caperet, & poſt diſceſſum ſuum locum ſepulturæ ſuæ ei commendaret, dans præceptum, ut nonquam niſi reverſurus ab eo recederet. *Hinc ligneſi falſi Krantzium dum lib. 6. ea. 28 ſcribit* Evermodum ordinem Præmonſtratenſium Magdeburgi ſuſcepiſſe ſub Norbeeto Patre.

7 *Joannes Pagius ita illius inter vita ſanctioris rudimenta ardorem Spiritus amplificat:* Ea pietate fervoreq; animi, *mortificatis*, ſuſcepto Præmonſtratt canonico habitu, membra ſua aſperrimo, eoq; perpetuo terebat cilicio, exiguiſq; ac deſpicabilibus indumentis contentus, diu noctuq; orationi, lectioni, meditationi, ac laudibus divinis incumbebat. Factus Presbyter, in ipſo Miſſæ ſalutaris ſacrificio totum ſe Deo mactabat in holocauſtum, totus erat cœleſtis, totus eccleſtia ſuſpirans, ſummiſq; virtutum gratiis cumulatus. *fervebat ſtudium*,

8 *Plerarumq; s. Norberti peregrinationum, laborum, perſecutionum ſocium fuiſſe* B. Evermodum *cenſet, probatq; exaggerat idem Pagius, & quæ ex s. Norberti Vita jam attulimus, non inacta conjectura noſtra præbent. Illud conſtat Magdeburgum cum eo profectum, atq; Eccleſia s. Mariæ, ordini Præmonſtratenſi labore magno acquiſita, Præpoſitum eſſe conſtitutum. Id quæ ratione evenerit cap. 45. Vita recenſetur in hunc modum:* Erat ãte palatium Epiſcopale haud longe ſita eccleſia quædam in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, in qua viginti erant Canonici ſeculares ſub Præpoſito antiquitus conſtituti. Hanc ergo eum prævidiſſet Sacerdos Dei ſibi neceſſariam eſſe, ut ibi Fratribus ſuis impoſitis, aliquando a tumultu, qui officio impoſito debebatur, paullulum ſpiritum relocillaret, petebat multoties & a Rege, & a Canonicis majoris Eccleſiæ, ejuſdemque Eccleſiæ Canonicis, ut alibi ab eo alias æqua vel meliori conditione reditibus acceptis, illam ſibi libertam concederent. Qui omnes una voce contradicebant, aſſerentes Eccleſiam tanti nominis non debere immutari, nec Regiæ poteſtatis dignitatem, cui ſubdita erat, imminui: ſed nec alterius ordinis & conſuetudinis gentem imponere, quæ jura regalia ignoraret, & ſubjectionem debitam & obſequium, ſecundum conſuetudinem ipſorum. Hanc ab omnibus paſſus eſt per aliquot annos repulſam. Sed vicit tandem, humiliter in petitione perſeverans: vicit quidem ratione qua premebat eos; vicit & conſtantia, qua noverant eum a bonis initiis uſque ad finem numquam velle deſiſteee. Ea poſitiſq; Clericis illis, & omnibus, uoumquemq; ad ſuum velle, relocatis, Fratres ſui Ordinis, ſicut diu concupierat, in eadem Eccleſia impoſuit: ubi & eo vivente ſecundum Ordinem inſtitutum, & poſt diſceſſum ipſius in æternum ſerritium Dei habendum ordinavit. E *multis diu obſtinatis*, *cõtra Ordinem per s. Norbertũ*,

9 *Hæc circa annum 1129. contigiſſe Pagius notat. Præpoſitum hic fuiſſe Evermodum, poſtea conſtabit. Ejus autem ſtudio, maximeq; Norberti cura, creVit (ut cap. 46. dicitur)* Fratrum numerus, & multiplicati ſunt eo Saxonia, ubi religio decaluerat, & in Sclavonia, ubi non erat, radicati, fructuoſo germine floruerunt, multiplicatique ſunt ut Hebræi. Fremuerunt Saxones, fremuerunt Parthenopolitani; odioque & invidia adverſus hominem Dei invalescente, ipſe in Deo ſpem & fiduciam habens, & ipſam & aliarum conſuetudinum congregationes dilatare non ceſſabat. F *Virtute per eorumque ampliatores*

10 *Quotes deinde adverſus s. Norbertum Canonici Eccleſiæ Cathedralis conjurarunt, quoties multitudinis coorta ſeditio, quoties ad eadem flagitioſorum hominum tumultu quæſitus is eſt; toties in* Evermodi *quoque ac ſociorum capita tempeſtas eadem incubuit. Cum eo prorupiſſent ſceleroti quidam, ut in ipſiuſmet ſancti Pontificis humeros gladium, ab lethali plaga Cameracto ejus inflicta acruentum, valide ſibi impingerent; tunc vero nonnulli, qui tacite hanc flammam alebant, & ipſi ejus ſanguinem ſitiebant, licet* falſam ſimulatent humanitatem, *ut cap. 49. dicitur*, & ipſi ipſum in hoc articulo poſitum cogebant, ut Fratres ſuos de ecclepericulo atrioque ab impiis,

Digitized by Google

A eſpetruit-bus identidem reclamat D.F.

eccleſia B. Mariæ caponeret, qui in ea poſiti erant, ut ſuperius dictum eſt. At ipſe negabat, affirmans factum hoc, quamdiu viveret, numquam ab eis infirmandum, quod regali potentia & Romana auctoritate dolebant confirmatum. *Ac rurſus c.* 50. Advenit dies, ut erat prænominata, & dato ſigno, cœpit civitas immenſis clamoribus perſtrepere. Et interrogans homu Dei quid eſſet, reſponſum eſt ei, quia populus moltus congregatus Frarres de eccleſia B. Mariæ vellent eiicere. At ille ſubridens ajebat: *Non eſt ita; quia plantatio, quam plantavit Pater cœleſtis, eradicari non poteſt, In quo tunc diſcrimine* Evermodus *ac Fratres fuerint, vel inde colligi poteſt, quod ipſemet Norbertus coactus eſt urbe egredi, ac furori multitudinis tantiſper cedere.*

corpus S. Norberti,

55 *Nec minima* Evermodo *dimicatio fuit adverſus majoris Eccleſiæ Canonicos de s. Norberti ſepultura, cujus ipſi credita ab eo procuratio erat, uti antea dictum.* Volebant *Canonici, ut c.* 53. *dicitur*, dignumque & juſtum eſſe dicebant, ut quia caput Eccleſiarum ejuſdem civitatis extiterat, Eccleſiæ capitali ejus oſſa deſerteut honorem. ubiq; adventum ſummi Judicis expectaret, ubi erat titulus ejus immobilis & ſine fine, ſi ſine fine ei io carne vivere contigiſſet. Sed & alia pars, Fratres videlicet S. Mariæ (*quorum Præpoſitus Evermodus*) ſui juris ipſum eſſe aſſerebant, eo quod per ipſum ſuo Creatori reconciliati, ipſum Patrem elegerunt, & per ipſum ſeipſos & ſuam devotionem Domioo Deo ſuo, a quo averſi fuerant, reddiderunt: præcipue cum adhuc viveus homo præcepiſſet, & uſq; in finem ſuæ hoc voluntatis devotio poſtulare demonſtraſſet, quod inter fratres ſuos & filios, quos Deo, Dei verbo, pa opertatis ſuæ tempore genuerat, ſepeliri & requieſcere debuiſſet. Hæc erat conteotio, & evidens utrimq; proponebatur juſtæ certæque rationis reſponſio. Res mira! Contendebant hominis hujus corpus examine retinere, prodeſſe ſibi putantes mortui præſentiam, cujus, cum viveret, & prodeſſe poterat, omnimodis quærebant abſentiam. Videntes tandem illi qui erant medii, qui utrimque contentionem hanc æque ferebant, quod invincibiles eſſent, & ſuam unaquæque pars juſtitiam meliorem aſſereret, conſilium dederunt, ut ad Regem Lotharium quam cito mitteretur, quod q; ipſe præciperet, aut indicaret, hoc ratum haberetur. Et ſic factum eſt ..... In die octava reverſi ſunt, qui miſſi fueraor: & tunc ea præcepto Imperatoris, ad Fratres in eccleſia B. Mariæ corpus viri ſancti ſepultum eſt.

Canonicis ſumma adhibentibus,

B

ab eo in D. V ſepulti,

56 *Quem hic ſcriptor* Magnum Adelbertum *vocat, Hamburgenſis ſive Bremenſis Archiepiſcopus fuit, Henrici III. & IV. Regum temporibus, maxima apud eos ac Romanos Pontifices gratia pollens, ob hiſce Apoſtolica Sedis Legatus cum ſumma poteſtate per totam Septentrionem conſtitutus, de quo ſuſe Baronius to.* 11. *Annalium: obiit anno* 1072. 17. *Kal. Aprilis. Deinceps narrat Helmoldus, quas* Henricus, *cognomento* Leo, *Dux Saxoniæ ac Wandaliæ, ſive Slaviæ, faceſſiverit B. Vicelino moleſtias, quod ſe inconſulto ſuſcepiſſet in ſua provincia Epiſcopatum. Arrogabat enim ſibi Dux eam auctoritatem, ut Epiſcopis, legitime ahoquin & abſq; ſimonia aut violentia ulla electis, ipſe regalia, quæ admodum loquebantur, traderet baculo conferret. Quod, Imperatori a Calixto II. Papa conceſſum, cenſebat Hartwicus Archiepiſcopus Duci minime deferendum. Quatenus autem id fuerit a Calixto indultum, ad terminanda diuturna de Laicalibus inveſtituris certamina, exponit Baronius to.* 12. *ad an.* 1122. *n.* 7. *Ceſſit tandem Ducis importunitati* B. Vicelinus, *his uſus verbis, ut idem c.* 71. *ſcribit Helmoldus:* Paratus ſum, propter eum, qui ſe humiliavit propter nos, meipſum in proprietatem dare alicui de clientibus veſtris, nedum vobis, cui Dominus ampliorem inter Principes contulit magnificentiam tam generis quam potentiæ. Et his dictis fecit quod neceſſitas imperabat, & ſuſcepit Epiſcopatum per virgam de manu Ducis.

B. Vicelinus Ep. Aldenburg. deſudat,

F

57 *Quo vero jure, quave injuria ſibi id Henricus Leo ſampſerit, alii diſputent. Deberi forſan id ſibi exiſtimavit, quod eas Eccleſias velut de novo fundaſſet, atq; ſolidare contra barbara gentis immanitatem tueretur. Eo certe quidem cauſſa fuit, ut manus tandem uteamq; daret B. Vicelinus, eum dia repugnaſſet. Ita Kranzium Metropol. l.* 6. *c.* 28. Henricus Leo facile tunc impetravit ab Episcopis, quos conſtituit, ut ab eo patererentur inveſtiri, quippe qui nihil omni-

tandem aſſenſit Inveſtituram a Duce ſuſcepit,

neceſſitate coactus,

C

Exodi 20. 12.

dein reverentiam in Chorum,

Præmonſtratenſis Roſenburg. Epiſcopi & Canonici anno 1550.

§. *II. B. Evermodi Epiſcopatus, ejus inveſtitura a Duce ſuſcepta.*

53 PEr annos circiter 20. geſſit Præpoſiti munus Evermodus, *ea pietatis & Chriſtiana prudentia opinione, ut inde ſit ad Raceburgenſem Cathedram evectus: quam ſemper deinceps uſq; ad Kranzii ætatem*, 350. *per annos, atq; etiam ultra, Canonici Præmonſtratenſis Ordinis ſedeerunt, qui & ſub ea Eccleſia Canonici. Ita enim ſcribit l.* 6. *Metropol. c.* 28. *de Evermodo loquens:* Erat, *inquit*, Præpoſitus aliquando Magdeburgenſis: inde translatus ad hunc Epiſcopatum, Ordinem Præmonſtratenſium (quem ibi ſuſteperat ſub Norberto patre) huc adducens: permanſitq; is ordo in Epiſcopatu & Capitulo ejus uſq; in præſentem diem. *Ante monuimus, non Magdeburgienſem Ordini dediſſe nomen, ſed Cameracenſi.*

AUCTORE I. B. D

Epiſcopatus Slavorum Aldenburgi,

54 *Occaſionem Sedis Racebargenſis cum erigenda primum, tum poſtea reſtituenda, narrat in Chronico Slavorum l.* 1. *c.* 70. *Helmoldus in hunc modum:* Videns Domious Hart-wicus Hammenburgenſis Archiepiſcopus, quia pax erat in Slavia, propoſuit reædificare Sedes Epiſcopales, quas barbaricus furor deſtruxerat in Slavia; ſcilicet Aldeoburgenſem, Racesburgenſem, Mikilenburgeoſem. E quibus Aldeoburgenſem Magnus Otto primus inſtituerat, ſubiciens ei Polabos & Obotritos, a terminis Holzatorum uſque ad flumen Panim & civitatem Dimin, poſuitque in Aldenburg primum Pontificem Marconem. Poſt hunc ſecundus erat Ecwardus, 3. Wago, 4. Ezike, 5. Folchardus, 6. Reinbertus, 7. Benno, 8. Meinerus, 9. Abelinus, 10. Ezo. Hujus temporibus ſurrexit in Hammenburgenſi Eccleſia Magnus Adelbertus, qui de peregrinis Epiſcopis, quos in menſa ſua habebat, Joannem ſtatuit Epiſcopum in Mikilenburg, Ariſtonem, in Racesburg, atque in hunc modum Aldenburgenſis Sedes in tres diviſa eſt Epiſcopatus.

poſtea in tres diviſus,

15 Poſtquam ergo, permittente Deo propter peccata hominum, Chriſtianitas adnullata eſt in Slavia, vacaverunt hæ Sedes annis 84. uſque in tempora Hartwici Archiepiſcopi. Qui propter generis nobilitatem duplici principatu clarus, magno ſtudio enixus eſt pro recuperandis Suffraganeis Epiſcopis univerſæ Daciæ, Norwegiæ, Sveviæ, quos Hammenburgenſi Eccleſiæ quondam pertinuiſſe commemorat antiquitas. Sed cum obſequiis & variis * legationibus ad profecciſſet apud Papam & Cæſarem, ne omnino careret Suffraganeis, aggreſſus eſt jam pridem abolitos Epiſcopatus Slaviæ ſuſcitare. Accitum ergo venerabilem Sacerdotem Vicelinom Aldenbotgenſi Sedi conſecravit Epiſcopum, cum jam eſſet ætate provectus, & mauſiſſet in terra Holzatorum 30. annis. Porro in Mikilinburg ordinavit Emmehardum, & conſecrati ſuut ambo in Roſſevelde miſſique in terram egeſtatis & famis, ubi erat ſedes ſatanæ, & habitatio omnis ſpiritus immundi. Factaque ſunt hæc inconſulto Duce, & Comite noſtro.

qui diſſipati,

E

* al. largitionibus. ob Hartwico Archiep. reſtituit

Vide Google

AUCTOR. l. 2. A

omnino niſi de illius manibus habebant. Reluctatus eſt tamen diu Vicelinus, qui non ignoraret deſuper conſtituta & conventa inter Regnum & Sacerdotium, tempore Calixti Pontificis & Henrici Imperatoris quinti ea eo nomine, admonente etiam Hartwico Archiepiſcopo ne faceret. Sed diu reluctatus, quum ab Eccleſia ſua excluderetur, nec alia eſſet via ad perveniendum eo quo tendebat (ut doceret & firmaret in fide populum) ceſſit neceſſitati temporum, & fecit invitus, quod ſciebat non licere.

ut enimvero juvet.

18 *Quæret aliquis, ſi legitime electus, accipere tamen ab laica inveſtituram poſſit, quid intereſt, ab Duce potentiſſimo acceperit, an ab Imperatore? Diſcrimen oſtendit Hartwicus Archiepiſcopus apud Helmoldum cap. 70. ita B. Vicelinum alloquens:* Primum in hoc negotio penſari decet, qualiter inveſtituræ Pontificum, Imperatoriæ tantum dignitati permiſſæ ſunt, quæ ſola excellans & poſt Deum in filiis hominum præeminens, hunc honorem non ſine fœnore multiplici conquiſivit. Neque Imperatores digniſſimi levitate uſi ſunt, ut Epiſcoporum Domini vocarentur: ſed compenſaverunt noxam hanc ampliſſimis regni divitiis, quibus Eccleſia copioſius aucta, decentius honeſtata, jam non vile reputet ſe ad modicum ceſſiſſe ſubjectioni, nec

diſſuadet Archiep. Bremenſ.

ab ſatione

B

erubeſcat uni inclinari, per quem poſſit in multos dominari. Ubi enim Dux vel Marchio, ubi in regno Principatus, quantumvis magnus, qui Pontificibus manus non offerat, recuſatus, opportuna importune ſe non ingerat? Certatim currunt, ut homines fiant Eccleſiæ, & participes fiant beneficiorum ejus. Vos igitur honorem hunc peſſum dabitis, & infringetis jura magnis auctoritatibus edita? Dabitiſne huic Duci manus veſtras, ut hoc exemplo incipiant eſſe Principum ſervi, qui fuerant Principi Domini? *Ita ille. De* B. Vicelino *plura ad* 12. *Decembris.*

19 B. Evermodum *cenſet Kranzius tunc quæſtionem inveſtituram ab eodem Duce accepiſſe. Ita enim ſcribit loco citato:* Racesburgenſi autem Eccleſiæ per idem tempus Hartvicus Archiepiſcopus præfecit Evermodum, qui ante memoratum tempus annorum 34. ſolum habuit præceſſorem Ariſtonem. Sed nullæ erant reliquiæ aut poſſeſſionum, aut prædiorum, aut ſacrorum ejus, per tantum tempus omni populo permanente in paganiſmo. *Eam igitur ita excuſat:* Evermodus autem bonus Pontifex, jam Racisburgi ordinatus, non habebat quod excuſaret, quia non inveniret alibi unde viveret. *Ego tamen eum univerſi juris & eccleſiaſtici ſcientem & cumprimis obſervantem fuiſſe certum habeo, utpote Norberti ſanctiſſimi ſapientiſſimiq; Prædecaſſoris conformatum diſciplina, & tot controverſiis Magdeburgi exercitam: ut profecto nihil hic egerit, quod non omnino fas eſſet. Si ergo ſtatim ut Epiſcopatum adiit, ad id obſequium regendum ſe vidit, vel Pontificem, qui Eugenius III. erat, conſuluerit, quid ſibi tali in re ac tempore ita agendum præſcriberet, vel ipſemet ita exiſtimarit, ſatius eſſe patientiſſimum Principem, quem neque Imperatoris neque Pontificis facile ſtectere auctoritas poſſet, tali obſequio delinire, quam ut tanti populi famq; inſtitutione indigentis, cura negligeretur.*

Ars & B. Evermodus?

20 *Ab mihi credibilius videtur, Ducem nihil ei tunc fecciſſe negotii, veritum, ac plus etiam quam in Vicelino expugnando, ſudandum ſibi eſſe in Evermodo, cujus conſtantia erat autem Magdeburgi malus magiſtr, argumentis teſtata. Et ſane Helmoldus cum c. 78. de poſſeſſionibus agit ab eodem Henrico Duce, & Comite Racesburgenſi itidem Henrico, ipſo ſtatim tanto Epiſcopatus Evermodo donatis, inveſtituram non meminit:* Nec hoc prætermittendum, *inquit*, quod dilatante Deo fines Eccleſiæ, ordinatus eſt in Raceburg Epiſcopus Evermodus, Præpoſitus de Magdeburg. Dedit que ei Comes Polaborum Henricus inſulam ad inhabitandum prope caſtrum: præterea 300. manſos refiguavit Duci, dandos in dotem Epiſcopi. Porro decimas terræ recognovit Epiſcopo: quarum tamen meditatarum cepit in beneficio, & factus eſt homo Epiſcopi exceptis trecentis manſis, qui cum omni integritate tam ecclituum, quam decimarum ſunt Epiſcopi.

Ibso ergo videtur id non ab eo exactum,

ejusm cum fundo de ſolo ejus fundajet.

D

21 *At poſtquam ſecundam Henrici Ducis expeditionem Italicam narravit (priore, cujus infra mentio erit, ſub finem anno* 1154. *ſuſcepta, Fredericum Romam tendentem ad coronam Imperii a Pontifice accipiendam comitatus fuerat: ſecundo adverſus Mediolanenſes comparata) poſtquam, igitur ad hanc evocatum ab Imperatore Henricum, captam exciſamq; Cremam, rebellantes Slavos ab eodem Henrico in patriam properea reverſo perdomitos narravit Helmoldus, tunc demum cum eo communicaſſe Imperatorem aut poteſtatem, ohm ſcilicet indultam a Pontifice reſtituendi, erigendi, conferendi quibus vellet Epiſcopatus. Flagitarit hanc facultatem Henricus, vel cum ex Italia diſceſſit, vel eum compreſſos Slavorum motus Imperatori nunciavit. Tunc ergo conſtat eſt* B. Evermodus *Ducis clientela ſe ſubdere, non cum B. Vicelino & Emmehardo, cum quibus erat pontificatum adeptus, ſed cum eorum ſucceſſoribus, Bernone Mekelenburgenſi, ac primo Sverinenſi Epiſcopo, & Geroldo B. Vicelini ſucceſſore, dein Lubecenſi. De his ita cap.* 88. *Helmoldus:* Et poſuit Dux Epiſcopos in terra Obotetorum Dominum Bernonem, qui defuncto Emmehardo Magnopolitanæ præfuit Eccleſiæ. Porro Magnopolis ipſa eſt Mikelenburg. Et ſubſcripſit in dotem Magnopolitanæ Eccleſiæ 300. manſos, ſicut antea fecerat Racesbuegenſi & Aldenburgenſi Eccleſiæ. Et facta poſtulatione obtinuit apud Cæſarem auctoritatem, Epiſcopatus ſuſcitare, dare & confirmare in omni terra Slavorum, quam vel ipſe vel progenitores ſui ſubjugaverant in clypeo ſuo & jure belli. Quamobrem vocavit Dominum Geroldum Aldenburgenſem, Dominum Evermodum Racisburgenſem, Dominum Bernonem Magnopolitanum, ut acciperent ab eo dignitates ſuas, & applicarentur ei per hominii exhibitionem, ſicut mos eſt fieri Imperatori. Qui licet hanc impoſitionem difficillimam judicarent, aeſſerunt tamen propter eum qui ſe humiliavit propter nos, & ne novella Eccleſia caperet detrimentum.

ſed cum Imperator Duci ſuam auctoritatem commodaſſet;

E

22 *Hinc colligi videtur, B. Evermodum id illi obſequium antea non exhibuiſſe. quid enim opus fuiſſet iterare? Niſi forteſſit ad quamdam magnificentiæ oſtentationem id fieri Dux voluerit. Ceterum id obſequium liberaliter eſt manerata.* Et dedit ei Dux, *inquit Helmoldus*, privilegia de poſſeſſionibus & de reditibus & de juſtitiis. Et præcepit Dua Slavis, qui remanſerant in terra Wagirorum, Polaborum, Obotetorum, Kycinorum, ut ſolverent reditus Epiſcopales, qui ſolvuntur apud Polonos & Pomeranos, hoc eſt, de aratro tres modios ſiliginis, & 12. nummos monetæ publicæ.

Inutus eſſet;

Dux conatus, Domus ſuæ ſplendorem.

§. III. Alia a B. Evermodo geſta: mors ejus, miracula, tranſlatio.

F

23 HActenus de B. Evermodi *inauguratione egimus, deq; clientela, qua Dux eum ſibi obſtrinxit, profeſſione. Nunc reliqua ab eo geſta proſequamur. Cum in Italia Dux eſſet, Fredericum Ænobarbum illuc anno* 1154. *ſecutus B. Vicelini funus procuravit* Evermodus. *Ita cap.* 79. *idem Helmoldus:* Poſt hæc abiit Dux noſter in Italiam cum Rege pro corona imperiali. Quo abſente Vicelinus Epiſcopus ingraveſcente morbo diem clauſit extremum. Obiit autem 11. Idus Decembris, anno videlicet 1154. Sedit autem in Epiſcopatu annis 5. hebdomadis 9. Corpus ejus tumularum eſt in Falderenſi eccleſia, præſente ſcilicet Domino Racisbuegenſi Epiſcopo, & officium conſummante.

funeris B. Vicelinensis.

24 *Quem interea labore ſuo omni curaſq; pontificalibus fructum* Evermodus *reportarit, judicat c.* 84. *ſcriptor idem his verbis:* Sed & in terra Polaborum multiplicatæ ſunt eccleſiæ, inſtantia Domini Evermodi, & Henrici Comitis de Racisbueg. *Diverſus hic eſt a Duce* Henrico. *Sed adhuc eradicanda quædam flagitia erant: nam prædas Slavorum,*

multas adhuc eccleſias

A rum, *ut fabuerit*, necdum inhibere poterant: ſiquidem adhuc mare tranſfretabant, & vaſtabant terram Danorum: necdum recellerant a peccatis patrum ſuorum. *Et c. 92.* Porro Henricus Comes de Raceburg, quæ eſt in terra Polaborum, adduxit multitudinem populorum de Weſtfalia, ut incolerent terram Polaborum, & diviſit eis terram in funiculo diſtributionis. *Et* ædificaverunt Eccleſias & ſubminiſtraverunt decimas fructuum ſuorum ad cultum domus Dei, & plantatum eſt opus Dei temporibus Henrici in terra Polaborum, ſed temporibus Bernhardi filii ejus abundantius conſummatum.

firmatas data Wiſlabo-lorum colo-nis.

25 *De eadem Eccleſia ampliſicatione ita ſcribit Arnoldus Lubecenſis in ſupplemento Helmoldi, ſive chronici Slavorum l. 2. c. 1.* Henricus Dux Saxoniæ atq; Bavariæ ſupra omnes qui ante ipſum fuerunt, duritiam Slavicam perdomuit, & non ſolum ad tributa ſolvenda coegit, ſed etiam erga veri Dei cultum, relictis ſuperſtitionibus idolatriæ, humiliatis cervicibus promptiſſimos fecit. Pacem enim maximam in omni terra Slavorum firmavit: & omnes provinciæ aquilonares Wagirorum, Holzatorum, Polaborum, Obotritorum, otio & quiete vacabant: & prohibita ſunt furta & latrocinia terra marique: & fruebantur mercationibus & negotiationibus mutuis, & habitabat unuſquiſque ſub vite & ficu ſua, præſidente in

impedirie ſolebant.

B Raceburg Reverendiſſimo Patre Evermodo Epiſcopo; in Lubeke vero Conrado Epiſcopo, viro illuſtri; in Zuerin quoq; Bernone viro religioſo: qui Eccleſias ovellæ plantationis, quas Henricus Dux memoratus inſtituit, Domino incrementum dante, doctrina plantare & opere irrigare inſtantiſſime ſatagebant.

populos egregie inſtruit.

26 *Cum Conradus Lubecenſis Epiſcopus, Geroldi, cujus jam mentio facta eſt, frater ac ſucceſſor, Ducem Henricum ad terram ſanctam ſecutus, anno 1172. Tyri deceſſiſſet, electus a Canonicis eſt Henricus monaſterii S. Ægidii in urbe Brunſwicenſi Abbas*, genere Brabantinus, incomparabili litteratura vir, *ut Waadalia l. 5. c. 41. ſcribit Krantzius*. Hic *ergo, ut c. 18. habet Arnoldus*, venit ad Ducem Luneburg, & accipiens ab eo loveſtituram pontificalem, eam honore deductus LubeKe, & devotiſſime ſuſceptus a Clero, & ab omni populo, in Narivitate B. Joannis Baptiſtæ, præſente Duce, conſecratus eſt a Domino Walone Hanelbergenſi, & Dn. Evermodo Raceburgenſi, & a Dn. Bernone Suerinenſi. *Krantzius Bernonem Epiſcopum Suerinenſem vocat, quia Megalopolis Sueriaam Sedes translata: ſed idem Walonem* Halberſtadenſem *facit, qua Eccleſia ab Havelbergenſi multum diſcrepat, & tunc Epiſcopum habebat* Udalricum, *de quo alibi multa idem Arnoldus.*

Rudolfum Brabantinũ Lubeca Epiſc. conſecrat an. 1172.

C 27 *Eandem obiisse* Evermodi *ita commemorat Arnoldus eodem l. 2. c. 26.* Tuoc etiam temporis beatæ memoriæ Evermodus, Epiſcopus Raceburgenſis, moritur eſt, ſed, ſicut fidelium devotioni placet, vivit in Chriſto: quia religioſam vitam ducens, in ſanctitate & juſtitia uſque in finem perſeverabat, ita ut (ſicut quidam aſſeruot) eo adhuc vivente, Deus virtutes quaſdam ſignorum operatus fuerit. Et quia opportunitas ſe obtulit, non prætereunda ſunt ſilentio, quæ fidelium relatione didicimus. Accidit ut quodam tempore Henricus Comes de Raceburg, cujus temporibus idem Præſul a Duce Henrico ad Epiſcopatum vocatus fuerat, duos captivos haberet inſignes de Friſia. Quos cum multum tyrannico more tormentaret, Epiſcopus eis compatiens, ſæpius Comitem, ut eos abſolveret, exorabat. Sed ille nulla motus miſeratione non minus eis parcebat. Inter hæc Paſchalis dies ſupervenit: & captivi pro reverentia feſti divinis intererant, ſub cuſtodia tamen duriſſime compediti. Cumq; Epiſcopus facta aſperſione ad eos deveniſſet, hojsm aqua benedicta, miſeratione dactas aſperſit, his uſus verbis: DOMINUS AGGIT ELISOS: DOMINUS SOLVIT COMPEDITOS. Et ſtatim cum magno ſtrepitu boja diſcrepuit, & illi ſoluti Deum glo-

moritur.

miraculis claras.

vinculaq; captivorũ aqua benedicta ſolvit.

eificabant. Hæc in monte S. Georgii acta ſunt, ubi tunc D
Epiſcopus Sedee erat, quæ necdum, ut nunc per Deum au- AUCT.
crementum acceperat. Bojs vero ad indicium rei geſtæ l. 2.
in eccleſia multis diebus pependit. *Eadem narrat Kran-* *poſtea dis-*
tzius l. 5. Wandalia c. 42. *ſentiente.*

28 *Pergis Arnoldus:* Alio quoque tempore Præſul memoratus cum Dn. Hartvico Bremenſi Archiepiſcopo, qui pro ſua generoſitate dicebatur Magnus, in Thetmachia erat in quodam celebri colloquio. Cumq; vir Dei Miſſam publicam, præſente Archiepiſcopo, celebraret, accidit ut effuſione ſanguinis facta, quidam Thermarcus quemdam de melioribus terræ occidiſſet. Quod cum innotuiſſet Epiſcopo, ad reconciliationem laborare ſtudebat, ut moris eſt inter Miſſarum ſolemnia: illumque, cujus cognatum occiderat, obnixe deprecabatur, ut proximo indolgeret, ecplicaur de oratione Dominica, Dimitte nobis debita noſtra &c. Cumque ille tumida mente induratus hæc non reputaret; Epiſcopus de umbone deſcenderat, ad ipſum acceſſit, & cum Sanctorum reliquiis ad pedes ejus ſe obtulit. Cumque ille juramentis terribilibus per Deum & Matrem & aliorum Sanctorum nomina ſeipſum conſtringeret, numquam ſe diminſurum; Epiſcopus pro benedictione contradicenti alapam maximam dedit: & ille promptiſſime extenſis manibus, quod petebatur, annuit, & proximum in pace recepit. Quod divinitas factum credimus, perq; alapam dæmonem ab homine fugatum. Similia in libro Dialogorum B. Gregorii inveniuntur: ut quædam ſanctimonialis ruſticum quemdam a dæmone liberavit. Beatus etiam Benedictus monachus, qui dæmonem ſequebatur, plaga virgæ ſanavit: non quod dæmones ſlapis vel virgis cædantur, cum ſint incorporei, ſed pietas Dei & virtus orationis ibi intelligitur. His aliiſq; virtutum indiciis credimus Epiſcopum jam dictum vivere in Chriſto.

nolenti ſolutionem condonans.

infligit alapam.

E

eamque ita ſolvit mitigat.

29 *Eadem narrat loco cit. Krantz. ſed brevius aliquanto. Qui & Metropolis l. 6. c. 28. de eodem* Evermodo *ita ſcribit:* Multa præclara feruntur de hoc Pontifice, ex quibus quædam ſignavimus in noſtra Wandalia: inde reperat, qui noſſe voler. Unum præcipuum, quod cum in pontificalibus quippiam operis nudis manibus eſſet facturus, chirothecas pontificales depoſuit, ut ipſi videbatur, in locum paratum: feſtinans autem ad id quod erat gerendum, non attendit ubi poſuerit. Inventæ ſunt autem in aere pendere ſine adminiculo: quod ſtuporem viſentibus incuſſit. Multa ſunt ejus generis ſigna, quæ in conſpectu geotis in fide firmandæ facta ſunt, ad exemplum Apoſtolorum & deinceps apoſtolicorum per Eccleſiam virorum: quia tum linguis loquebaotur novis, fulſere miraculis, donec firmarerur Chriſti fides. Idemque quoque iſtis temporibus in iſta gente uſu venit.

chirotheras in aere ſuſpendit.

alia ſimilia miracula.

F

30 *Quo tempore obierit* B. Evermodus *ita colligi ex Krantzio poteſt. Vandalia l. 5. c. 41. de Henrico Brabantino Epiſcopo Lubecenſi ita ſcribit:* Iste vero Pontifex in urbe Lubica Divi Benedicti ſui Ordinis erexit monaſterium virorum, eo nimirum anno quo pax integraretur inter Sacerdotium & Regnum, Papam & Imperatorem, hoc eſt, poſt mille centum 77. proque tenui rerum ſuarum facultate idem dotavit monaſterium, ubi etiam ſepultus expectat noviſſimam tubam. *Quibus immediate ſubjungit cap. 42.* Evermodus Raceburgenſis Pontifex eo etiam tempore vitam finivit. *Pax autem inter Alexandrum III. Papam & Fredericum I. Imp. facta eſt an. 1177. die Dominica 24. Julii, uti ad eam annum Baronius an. 67. ex illius temporis ſcriptore. Hinc confici videtur*, B. Evermodum *anno ſequenti* 1178. 17. *Februarii obiiſſe. Quod ex Arnoldo confirmatur, cap. 27. ita ſcribente:* Circa idem tempus, quo moriens Evermodus, mortuus eſt & Balduinus Aechiepiſc. Bremenſis. *Atqui mortuus eſt Balduinus anno* 1178. *ut diſerte affirmat Krantzius l. 7. Metrop. c. 4.*

mortuus an. 1178. 17. Febr.

31 B. Evermodi *elevatas poſtea reliquias, ac ſucceſſoris*

AUCT. l. 2.

ejus B. Isfridi, atque in una simul capsa in choro collocata, §. 1. num. 2. ex Kranzio resumimus. Gabriel Bucelinus parte 1. Germania sacra successorem Evermodi S. Isfridum appellat, ipsum, sine ullo jactatiore titulo, Evermodum sive Evervoldum. Patres habiti tum vita innocenter acta meritis, tum bonorebat, quibus eorum exuviae grata posteritas prosecuta, ut offendimus.

A ejus & B. Isfridi vestigia translata,

32 *Inscriptum* Evermodi *nomen, ut supra quoque indicavimus, recentioribus auctorum martyrologiis.* Joannes Chrysostomus vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordin. Præmonstrat. an. 1622. editis ita habet ad 17. Februarii: In Saxonia Natalis B. Evermodi secundi Raceburgensis Episc. & confess. Ordin. Præmonstrat. Apostoli Wandalorum. Qui beatissimo Patri Norberto secundum sc sodalem adjungens, individuus ipsi deinceps comes adhæsit, & ex Præposito S. Mariæ Magdeburgensis, ferocibus Wandalis Antistes datus, plurimis tandem virtutibus & miraculis gloriosus, ad cœlos migravit. Ambertus Miraus in Fastis Belgicis eodem 1622. anno vulgatis, ad 13. Novembris plures enumerat sanctitatis opinione claros, ex Ordine Præmonstratensi, interque eos B. Evermodum, ex intimis S. Norbeeti sociis &c. *De eo egerat antea in chronico Præmonstrat. &* Beatum *quoque vocarat, recitatis ex Kranzio miraculis. Ægidius Gelenius lib. 4. de Colonia Agrippina magnitudine, sive in* sacris Fastis, *ita habet ad 17. Februar.* Eodem die B. Evermodi Episc. quem S. Norbertus collegam habuit, & Raceburgensi Cathedræ præfecit. *Iuo jam 15. anni ab S. Norberti obitu fluxerant, cum* Evermodus *ad eam cathedram evectus est. Non video tamen cur ille annumerari Colonienſibus Sanctis debeat. Quod in eam urbem aliquando cum S. Norberto venerit, aeque etiam Antuerpiam, scribit quidem Joannes Pagius, sed haud omnino certa conjectura: nti & alia de abstinentia, ceteraque mortificatione, qua idem vir sanctus & Canonici Raceburgenſes, qui erant omnes Ordinis Præmonstratensis, se se macerarint. Sed eo præsertim haud leviter offendit, quod* B. Evermodum *affirmet Raceburge ad Polabos & Wandalos, in Borealibus provinciis degentes, esse profectum*, ubi paucorum annorum spatio innumerabilis eorum multitudo ad fidem orthodoxam accesserit: *ac tandem eum* sentiret corporis sui dissolutionem non longe abesse, Raceburgum rediisse. *Quasi non ipsum Raceburgum Polaborum in Wandalia urbi fuerit. Breviorem quam Pagius* B. Evermodi *vitam concinnavit Arnoldus Raysius in auctario ad Molani Natales, ex monumentis monasterii Parcensis juxta Lovanium. Inscripsit eum, ut antea diximus, martyrologio Gallicano Andreas Saussajus*, S. Evermodum *nuncupans, atque insigni* elogio *celebrans: in hoc tamen lapsus etiam ipse, quod illum affirmet, ubi Wandalis* tradidisset pietatis christianæ instituta, demum Raceburgum rediisse: *quasi non in Wandalia esset Raceburgum.*

nomen inscriptum Martyrol.

In hi quadam vitia.

XVIII. FE-

XVIII. FEBRUARII.

SANCTI QUI XII. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

SANCTUS SIMEON, Epiſcopus Hieroſolymorum, Martyr,

Sancti Martyres Leontini in Sicilia.

s. Leo, s. Paregorius, } Martyres Pataræ in Lycia.

s. Maximus Comes rei privatæ, s. Claudius Clariſſimus, ejus frater, s. Præpedigna Claudii uxor, s. Alexander, s. Cutia, } filii, } Martyres Romæ.

s. Epimenes, vel Pimenius, Presbyter Martyr, Brixiæ in Italia.

s. Lucius, s. Silvanus, s. Rutulus, s. Claſſicus, s. Secundinus, s. Maximus, s. Fructulus, s. Damaſus, s. Paulus, s. Martialis, } Martyres in Africa.

s. Mſreellus, s. Macrobius, s. Geminus, s. Romulus, s. Silvina, s. Carſicius, s. Fructulus, } Martyres.

s. Legontius, Epiſc. Metenſis in Belgica I.

s. Conſtantia, Conſtantini Magni filia, s. Attica, s. Artemia, } ſorores, filiæ s. Gallicani, } Virgines Romæ.

s. Flaviaous, Epiſcopus Conſtantinopolitanus Marr.

s. Helladius Archiepiſcopus Toletanus in Hiſpania.

s. Culanus, Epiſcopus in Hibernia.

s. Colmanus Epiſcopus Liodesfarneoſis in Anglia.

s. Angilberrus, Abbas Centulenſis in Belgica II.

s. Theoronius Presbyter, Prior monaſterii Canonicorum Regularium ſanctæ Crucis Conimbricæ in Luſitania.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

SAnctus Speuſippus & ſocii, martyres Lugduni. *Ferrarius. Sunt hi tergemini fratres, de quibus actum* 17. Jan.

S. Germanicos martyr Smyrnæ, qui io ipſo ætatis flore, Antonino Vero Imperatore, eximia & ſingulari animi conſtantia teterrimam mortem pro Chriſto Domino pertulit. *Galeſinius & Cauſſus. Martyrium recudimus* 19. Jan.

S. Geminiani Epiſcopi commemoratio Mutinæ ob miraculum ab eo hac die perpetratum. *Ferrarius. Legitur miraculum Mutinæ mirabiliter defenſu in Vita cap.* 3. 31. Jan.

S. Sigon Epiſcopos Arvernenſis *refertur hoc die ab eodem Ferrario & Sigonios nuncupatur. De eo egimus* 10. Febr.

Manſuetus Epiſcopus Trevirenſis *legitur in recentiori quodam mſ. Carthuſiæ Bruxellenſis ad hunc diem: fuiſſe traditur 7. illius Sedis Epiſcopus. Quamvis autem vix dubium ſit, quin, ut heroicis illis temporibus Antiſtites plerique, ſanctitatis gloria & publica veneratione celebratus ſit; tamen quia nuſquam hactenus nomen ejus in ſacris Faſtis reperimus, & huic ſcripto ſoli haud ſatis fidimus, ejus nomen tantiſper omittimus.*

S. Primus *junctus eſt a Galeſinio* quinque martyribus, Claudio, Maximo & ſociis, *ex quodam (ut ait) mſ. codice. Nullus ejus in Actis aut aliis martyrologiis hoc die mentio* 16. *Febr. & aliis diebus dedimus* Primos *aliquot.*

Gurdianos, Criſcentia, cum aliis. *Ita martyrologium parvum, ſed ſatis antiquum, monaſterii S. Maximini. Silent alia martyrologia. Eſt* Gurdianos, *qui cum S. Epimacho* 10. *Maii colitur, Romæ occiſus. Alius item* Gordianos *cum Valeriano & Macrino Noviodumi paſſus* 17. *Septembris: quo itidem die* S. Creſcentio *eum Narciſſo inter Romanos martyres cenſetur. Sed &* Creſcentia *cum St. Vito & Modeſto* 15. *Junii colitur. Qui tamen iiſſint, quorum hic mentio ſit, nos latet.*

Abydus Epiſcopus tempore Diocletiani & Maximiani. *Kalendarium Copticum mſ. Quis hic ſit, in ſilentio aliorum ſcriptorum, qui fas ſit conjecture?*

Lazarus Abbas, Joannes monachos } *cœnobii S. Petri Ferentini in valle Suppegna territorii Spoletini, vixerunt ſeculo Chriſti* 6. *relati ad hunc diem a Jacobillo inter Sanctos Umbriæ, Sanctique appellati: dicunturque corpora eorum honeſtiore loco collocata, cum antiqua inſcriptione, qua*

non additur. Silet de iis Ferrar. in ſuis catalogis, ſilent & alia noſtra Mart.

Molibba, *ſive* Molibæus, *in* regione de Hibbetach in Ultonia, *adſcriptus nonnullis Faſtis Hibernicis ad hunc diem apud Colgan. qui annotat in Tamlactenſi Mart. ab alio S. Mobèba Epiſcopo non diſtingui, non tamen, quo die Epiſcopus colatur, appoſitus.*

S. Eudelmæ ſacræ Virg. ſolemnitas in Anglia. *Wilferdus in Mart. Anglice adno. Ejus alibi non reperimus mentionem, nec in Mart. Anglic. Wilſani.*

Joann. Archiepiſc. Salisburgenſis in Germania, *ſed natione Anglus, adſcriptus eſt Wilſoni Martyrol. & ob hujus auctoritatem catal. Sanctor. Ferrar.* Sanctuſque *appellatur. At 16. Feb. refertur a Menardo & Maubevv, quo die & nos fuſius inter Prætermiſſos de ea egimus.*

Mancgoldus *hoc die Martyrol. monaſticis Wionis, Menardi, Dorganii inſcriptus eſt, &* Sanctus *dicitur ob auctoritatem Bertoldi Conſtantienſis, in appendice chron. Hermanni Contracti ad ann. 1110. iſtuſcribentis:* Io Alemannia venerabilis Abbas Managoldus de monaſterio a. Georgii, a monacho ſuo in eodem loco (heu!) miſerabiliter occiditur, & ſibi quidem ad perpetuam ſalutem, ſed monacho ad certiſſimam damnationem. Occiſus eſt autem 15. Kalend. Martii, ubi eo anno cœptum fuit jejunium. Supervixit tamen uſque in ſabbatum eum magna devotione ſuum amplectens martyrium. Nam 12. Kal. Martii diem clauſit extremum. *Hæc Bertholdus, qui ad dictum annum chron. finit. Cauſſa necis, quæ præcipue nitis martyrii titulus debet, non indicatur. Ferrar.* Maingoldum *appellat, & eum alii* Sanctum *nuncupat, ac tabulas monaſterii citat, illudq; aut in Svevia ſitum* ad Silvam nigram. *Illud ſcilicet quod Bucelin. par. 2. Germaniæ ſacra vocat* S. Georgii Hercinix; *additq; monaſterio deſolato* Abbatem cum ſuis in oppido Villingenſi commorari. *Eumdem* Beatum *vocat Chryſoſt. Henriquez, inſcriptuſq; Menolog. Ciſtercienſi, quaſi illud monaſterium eſſet Ord. Ciſterc. Privit, ab eo citatus, Philippus Seguinus in catal. Sanctor. Ordinis ejuſdem. Verum cum Managoldus occideretur, Morimundi monaſterium, ex cujus linea illud S. Georgii prodiiſſe aſſeritur, nectum extabat an. 1115. cœptum exſtrui. Bucelinus contra hujus S. Georgii in Hercinia cœnobii exordium refert ad an. 813. memoratq; variis Abbates ſanctitate conſpicuos, nulla facta* Mancgoldi *mentione. Forſan ex ejus Martyrol. quod a prælo exſpectamus, aliquid certius eruetur.*

Silvanus *fuit quidam* S. Bernardi in Claravalle diſcipulus, *miraculis & viſis cœleſtibus illuſtratus, ut teſtatur B. Richardus de Adwert ejuſdem inſtituti prope Groningam in Friſia monachus, in epiſt. ad quendam monachum Eberbacenſem, (quam Chryſoſt. Henriq. in Faſciculo St. Ord. Ciſterc. to. 2. diſt. 35. c. 6. recitat) ipſa adhuc vivente Silvana ſcripta anno* 1178. *Hujus aliquin* Silvani (*quod to. 2. Annal. Ordinis ad ann.* 1154. *c. 2. n. 4. Angelus* Manrique *vehementer miratur*) *neque in Vita 1. Bernardi, neq; in libro ſepulchrorum Clarævallis, neq; in ea qui Exordium Ordin. inſcribitur, neq; in Dialogis Cæſarii, vel leviſſima mentio fit: neq; conſtat, qua die, anno, loca, ratione mortuus ſit. Extat tamen nomen ejus in Indice SS. ac BB. Ord. Ciſterc. qui ſub finem Miſſalis ejuſdem Ord. an.* 1526. *Pariſiis excuſi, reperitur; quem Inditem edidis idem Chryſoſt. to. 2. Faſciculi diſt. 26. c. ultima, & Huge* Menard. *in altera appendice Mart. Benedictini, in eo ſalice* canonizatus *dicitur* Silvanus a Cœleſtino III. *Papa: & hujus de ea re literas extare ait Chryſoſt. mirum cur non eas ediderit, aut ubi extent indicarit. Molan. in appendice ad Uſuard. eumdem* Indicem *Ciſtercienſ. citat, & ex eo Silvan.* Sanctum *vocat. Kalendar. SS. & BB. Ordin. Ciſterc. Divione editum, & Chryſoſt.* 18. *Febr. ejus natalem vocat, ac poſt eum Sanſſ. Merito lucem majorem requirimus, de Silvani morte & canonizatione: neq; enim cujus auctoritatis ſit Index ille, ſatis conſtat.*

Joannes a S. Torcato Ordin. Minor. *eximiæ verbi divini præco, in inſula Canaria an.* 1484. *aut ut alii, anno ſequente obiit, miraculis clarus: cujus caput ſub altari majori conſpicitur, alia Reliq. aliis in locis in veneratione habentur, cor in Eſcurinco monaſterio aſſervatur, a Rege Catholico Philippo II. monachis donatum. De ea poſt Marcum Uliſſiponenſem, Barezzam & Gonzagum ſcribit Arturus a Monaſteria in Franciſcano Mart. & eum Gonzaga* Beatum *indigetat. At Wadding. to. 7. Annal. Minor. ab aliquot ſolum annis edito, nn.* 1485. *n. 6.* vicum pium & prudentem *appellat, & in catal. Beator. quem Indice contexuit, & in quo alios viginti enumerat, hunc* Joannem *prætermittit.*

S. Publius, S. Julianus, S. Marcellus, S. Tullius, S. Lampaſius, S. Majulus, S. Baraceos, *aliiq;* } Martyres in Africa *referuntur die* 19. *Febr. Ex his* S. Poblius cum 10. ſocius *inſcriptus hoc die mart. mſ. Trevirenſi.* SS. Publius & Julianos *Marchianenſi. Idem & Marcellus in Aquicinctina junctis ſunt martyribus, qui hoc die coluntur. In eodem Aquicinctino & auctar. Hermanni Greven memorantur* Tullus, *ſive* Tulius, Lampaſius, Maroſus, *ſive* Majulus. *In eodem martyrologio etiam habentur* Marcellus & Berethous, *qui alias* Baraceus *ſeu* Baracheus *eſt. De quibus agemus* 19. Febr.

S. Gabinus Presbyter & martyr *hoc die in quibuſdam mſſ. martyrologiis, ut monaſteriorum Marchianenſis & Aquicinctini in Belgio, S. Maximini Treviris &c. reperitur cum* SS. Claudio, Maximo *aliiſq; quorum ipſi communia ſunt acta. Sed colitur ipſa* 19. Febr.

S. Tharaſius Epiſc. Conſtantinopolitan. *hoc die obiiſſe traditur in hiſtor. Eccleſ. Anaſtaſii. Verum mortuus, qua & colitur, die* 25. Febr.

S. Eduardi Regis Anglor. & martyris corpus *ad celeberrimum Sceptonienſe ſanctimonialium monaſterium, quod avus ejus Alfredus Rex in Comitatu Dorceſtria condiderat, proximo poſt obitum anno, hoc die tranſlatum eſſe dicitur in Vita & ad hunc diem in mart. Anglic. Wilſoni ſecunda editione, in Traphas Benedictinor. Anglorum Edwardi Malbeto, & Florib. Anglicanis Hieron. Porterii. Dies natalis eſt* 18. Mart.

S. Agaperus Epiſc. Synnadæ, confeſſor & Thaumatorgus, *qui fertur & mortuos tranſtuliſſe & mortuos reſuſcitaſſe, colitur hoc die a Græcis in Menæis & apud Cytherum, a Latinis vero* 20. Martii.

Lazara, Laſra, *ſeu* Laſſaca, Virgo Hiberna in Gleanmedhuin, *inſcripta mſ. mart. Tamlactenſi & Mariani Gormani, hoc die. Colgan. annot. 21. ad 3 Vitam S. Brigidæ pag.* 543. *memoriæ* S. Laſſaræ filiæ Fergufii, filii Feichlemidii, & nepotis Laogarii Regis, & floruiſſe circa an. 520. in finibus Mediæ & Laganiæ: *ad conſtantem ex Vita* S. Finniani Cluanerardenſis 23. Febr. cujus diſcipula fuit, *ubi notat. 26. eadem conjicit ex Vita* S. Kierani, *enumeratq; 14. diſtinctas dies, quibus aliqua* Laſra *aut* Laſſara *colatur. Ad Vitam vero S. Brigidæ, aſſerit eamdem referri in dictis ante martyrolog. ad 18. Febr. quo die de ea non filet, ſed Vitam ejus aliquam collegit uditam ad diem, quod tunc examinabimus* 29. Martii.

S. Pigmenios Presbyter, S. Fauſtus, } Martyres Romæ. *Greven in auctar. Uſuar. Ab aliis nullo indicato loco* S. Pigmanius, Pimanios, Prioenus *ſolus refertur. Colitur hoc die* S. Epimenios Presbyter & martyr, *cujus corpus Brixiæ aſſervatur: quem cum Ferrar. eumdem eſſe opinamur. Ceterum* SS. Epigmenius & Pigmenios Presbyteri & martyr. Rom. *coluntur* 24. Mart. *Faſtus martyr Romanus alius* 24. Junii, *alius ſocius S. Boni Presb.* 1. Auguſti.

S. Leonis I. Papæ feſtum anniverſarium divini officii cultu celebrat hoc die Eccleſia Græca. *Ita in Notis Gu-*

l. ſ.

Iesinus: ac patet ex magni Gracor. Menais, Anthologio, Horologio, Cytherae aliisq; Graeci. At Latina Ecclesia 15. Aprili.

S. Ita, *sive* Iduberga, mater s. Gertrudis, *refertur hic in Kalend. mſ. Ss. Ordin. S. Benedicti: colitur* 8. Maii.

S. Austregisilus Episc. Bituricensis *inscriptus est eidem Kalend. Benedictino: at pluribus aliis* 15. *Febr. ubi dictum est. De eo agemus* 20. Maii.

Clarus eremita, qui Regis filius, Guilielmus antea dictus, inter Lutetiam & Rotomagum, Dominæ loci cœcę oculorum usum reddidit pœnitenti, quem precibus ademerat peccanti; *his verbis memoratur a Dempstero in Menol. Scotico, qui & Molan. citat. Verum hic nullum ejus ad hunc diem facit mentionem, sed cum aliis, & eodem itidem Dempstero, in Menol. (qui idem in Histor. Eccl. Scotorum c. 255. confirmat)* 18. Julii.

Sanctorum bis millium Martyrum Ordin. Cistercien. de Calatrava passio in Hispania, qui sub Jucaf Saracenorum Rege Christi nomen libere confitentes, & impios Mahumetis errores execrantes, variis suppliciorum generibus occisi, ad cœlos feliciter emigrarunt. *Ita totidem verbis Chrysost. Henriquez. in Menolog. Cisterciensi. Eadem Christianis in prælio apud Alarcos illatam fuisse Æra* 1233. 15. Kal. Augusti, sedente Cœlestino Papa III. *asserit Rodericus Toletanus l.* 7. *Rerum Hispan.* 29. (*Est is annus Christi* 1095.) & Rex Jucaf, *ab eo Joseph* Mazemutus *appellatur. Mariana l.* 11. *Rerum Hispan. c.* 18. *eumdem annum signat & 14. Kal. Augusti, ac diem Mercurii, qui convenit eo anno in* 14. *Kalend. Augusti, cycle Solis* 28. *littera Dominicali A.* Obtinuisse etiam Agarenum post prælium quædam castra *addit Rodericus: inter quæ asseritur Manrique to.* 3. *annal. Cister. an.* 1195. *c.* 2. *n.* 7. expugnatam ea die Calatravam, monachos, capellanos, militesque velus concluſos obtuliſſe infidelibus gladiis jugulandos: & *quidem* volgus bis mille Martyres *appellare*, id est plurimos, *quia incertus fuit numerus existentium in Calatrava. Silet de his Tamajus Salaz. ad hunc diem & in prioribus tomis, forsan relaturus, die quo interempti sunt* 19. Julii.

S. Pantaleonis Mart. commemoratio apud Coloniam Agrippinam, quando capus ejus per Henricum militem Domioum de Ulmene, Constantinopoli anno 1208. Coloniam translatum est. *Ita Mart. Colonia an.* 1490. *excusum incipit diem* 18. *Febr. Quo etiam die Greven Carthusianus Colonienſis in auctario Usuardi, Gelenius in Fastis Colonienſibus, Canisius in Mart. German. de eadem capitis translatione agunt.* Eodem die recoli susceptionem reliquiarum s. Pantaleonis Martyr. Paris. in monasterio s. Dionysii *tradit Sanssajus in Mart. Gallic. addiqne ejus caput a legatis Caroli Magni ex Africa cum ossibus s. Cypriani advectum*, hoc die venerabile esse Coloniæ. *Qua discutientur die ejus natali* 27. Julii.

S. Martialis Episcopi depositio. *Ita mſ. Mart. monasterii s. Martini Tornaci, & mſ. Calendarium nostrum. De eodem est versus Wandelberti, ut infra dicitur cum de sanctis martyribus, inter quos Martialis est quidam, agemus. Hunc unum arbitramur potius esse* s. Martialem *Lemovicensem, qui colitur* 30. Julii.

Concordia Virgo. *Felicius.* S. Concordia Romana *adscribitur* 22. *Febr. in plurimis mſſ. quo nobis videtur* nutrix s. Hyppoliti, *ut illic dicetur. Eadem tamen a recenti auctore* Virgo *appellatur ut hic a Felicio. Colitur nutrix illa Hippolyti* Concordia. 13. Augusti.

S. Joannis Baptistæ caput Emesæ repertum esse 12. Kal. Martii, imperantibus Marciano & Valentiniano Augustis, Vincomalo & Opilione Coss. *legitur in chronico Alexandrino. Annus is est* 453. *Alii caput illud repertum esse* 24. *Febr. asserunt, ut tum dicemus. De* S. Joanne Baptista, *ejusq; reliquiis agemus* 29. Augusti.

S. Paphnutius Episc. in Ægypto sub Maximiano Imperatore occisus *memoratur a Richardo Witfordo hoc die. Colitur ab aliis* 15. Septemb.

S. Severinus Episc. Trevirensis & Tungrensis *inscriptus hoc die auctario mſ. cujusdam Carthusiani Bruxellensis ad Usuardum. Ast unus sit, an duo, alibi examinabimus: colunt Tungrenses eum* 22. Octobr. *Trevirenses* 24. Octobr. & 15. Decemb.

S. Felix Episc. Trevisens. *in eodem mſ. refertur. De Felice* 1. *martyre agemus* 24. Octobs. *de Felice* 2. 15. Martii.

S. Dionysius Episc. Alexandrinus, multis confessionibus clarus, & diversitate passionum ac tormentis magnificus, *memoratur in variis mſſ. Mart. Trevirensi, Tornacensi, Bruxellensi, &c. Adone mſ. & Florario: item* Maurol. & Felicio. *At plures eum Beda, Usuardo, ac mart. Romano eum ponunt* 17. Novemb.

S. Phileas, } Episcopi Ægyptii, martyrium Alexan-
S. Hesichius, { drix passi *referuntur in Mart. Wilfordi. De* S. Philea *egimus* 4. Fe-
S. Pachomius, } bruarii. *Qui cum aliis inscripti iterum mart. Romano* 26. Nov.
S. Theodorus, }

Beotivola, *vel* Bentivolius, a S. Severino Ordin. Minorum *insertus est ad hunc diem martyrolog. Franciscane Arturi a Monasterio, & Beatus appellatus, uti & a nonnullis aliis. Tradit vero Tossignanus eum die Nativitatis Christi mortuum esse. Quare cum nihil hactenus de aliquo cultu Ecclesiastico comprobatum habeamus, dicenda si qua sint, pertinent ad* 25. Dec.

DE S. SIMEONE
HIEROSOLYMORUM EPISCOPO ET MARTYRE,

I. B.

Commentarius historicus.

§. I. S. Simeonis natalis, ordinatio, martyrium, genealogia.

AN. CVII. XVIII. FEB. 1 SEcundus Hierosolymorum Episcopus *post S. Jacobum Apostolum, Alphæi filium, vulgo Minorem dictum,* S. Simeon *fuit, multis* Simon *etiam appellatus. Eum Ecclesia Rom. die* 18. *Febr. officio trium Lectionum colit. Inscriptum hoc die ejus nomen omnibus fere Mart. Vetus Roman. a Rosvv. editum, & mſ. S. Marini ad Gradus Colonia ita habent:* Hierosolymis, Simeonis Ep. & mart. *MS. monasterii S. Martini Treviris:* Jerosolymis Simeonis Ep. filii Cleo-

s. Simeon colitur 18. Febr.

phæ. Hic Jerosolymorum Episc. persecutione Trajani, crucis supplicio consumptus est. *Ado Viennen. & mſ. Ecclesia S. Lamberti Leodii:* Jerosolymis B. Simeonis Ep. & Mart. qui traditur propinquus Salvatoris secundum carnem fuisse. *Addunt Beda & Notker.* Constat tameo, quia Cleophas, cujus filius iste fuit, frater erat Joseph. *Consensit aliud nostrum mſ. perantiquum:* Natalis B. Simeonis Ep. & Mart. qui propinquus Salvatoris secundum carnem extitisse dinoscitur, ac filius Cleophæ, qui fuit frater Joseph. *MS. monasterii Centulensis, Beda præferens nomen:*

AUCT. I. S.

A Jeroſolymis B. Simeonis poſt Jacobum Apoſtolum mox Epiſcopi, qui traditur propinquus Salvatoris fuiſſe, qui 120. annorum crucis martyrium pertulit. *Plenius ceteris Uſuard.* Natalis B. Simeonis Ep. & Mxrt. qui propinquus Salvatoris ſecundum exrnem extiriſſe dinoſcitur, ac filius Cleophæ, qui fuit frater Joſeph. Hic Hieroſolymorum Epiſc. poſt Jacobum fratrem Domini ordinatus, perſecutione Trajani, multis ſupplicüs affectus, martyrio conſummatus eſt, omnibus, qui aderant, & ipſo Judice mirantibus, ut 120 annorum ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet. *Ita habent exemplaria omnia mſſ. excuſa; niſi quod quadam* Simeonem, *alia* Simonem *appellent. Eadem extant in Mart. Rom. paucis verbis mutatis. Ejus quoque meminere Maurol. Galeſin. Canſiſius, Felicius, Ghinius.*

4 Graeci 27. Aprilis

2 *Graci* 27. *Aprilis eum venerantur. Quo die Menol. ab Henr. Canſ. editum*: Hieroſolymis ſancti Martyris Simeonis Epiſc. Hieroſolymorum, conſanguinei Domini noſtri Jeſu Chriſti. Poſt multos cruciatus, crucifixus, martyrii coronam conſecutus eſt. *Luculentius elogium habent Menæa, Anthologium Arcudii, Cytherius. Id hic adendum videtur, etſi minime probamus, quod in eo 2. Simeon privignus Deipara conſtituatur filius S. Joſephi, quem graviſſimi Patres virginitatem per omnem vitam cuſtodiſſe tradunt, ut alibi dicemus. Ita ergo habent citati codices:*

B

3 Filius hic erat Joſephi ſponſi (Deiparæ) fexter Jacobi. Hunc Chriſtus Deus noſter aſſumpſit, ac fratrem nominavit, & Sacerdotem conſecravit, ut ipſius glorioſam præſentiam, ſive adventum, prædicatet. Unde infinuis laboribus & ſudoribus defatigatus, non ut metecnarius, ſed ut fidelis paſtor, thronum Hieroſolymitanum exornavit, ipſeque templum factus Spiritus ſancti, templa idolorum everrit, implicitoſque erroribus mortales ad lumen perduxit: ac demum multis gravibuſq; tormentis pro pietate toleratis, in crucem xctus eſt, cum annos natus eſſet centum ac viginti: xtque hinc ad deſideratiſſimum Salvatorem ſuum Chriſtum reverrit. Gemitum Bextus hic nomen eorinuit, Simon enim & Simeon vocxtus eſt, & Jacobi Chriſtique ipſius frater. *Multis deinde cum encomiis celebrant eadem Menæa, in variis cantieis atque odariis.*

multum laboravit pro asseruenda infidelium,

4 *Magit lunge conſentanea veritati ſunt, quia in hiſtor. Eccleſiaſt. de Simeone Euſebius prodidit, uſus ad ea firmanda teſtimonio Hegeſippi antiquiſſimi gravitſimique ſcriptoris, cujus tamen intercidiſſe penitus exiſtimantur lucubrationes. Ita ergo l. 3. c. 10. ſcribit Euſeb.* Poſt Jacobi martyrium, ac paullo poſt ſecutum urbis Hieroſolymitanæ excidium, feruntur Apoſtoli ac Diſcipuli Chriſti, qui adhuc in vivis tunc erant, e locis omnibus in unum convenuiſſe, atque una cum iis quibus eum Domino ſecundum

creatur Hierosolymorum Episcopus,

C exrnem intercedebat coguatio, (nxm multi eorum ſuperetant) hxbuiſſe in eomiune conſilium, quis potiſſimum in Jacobi locum videretur ſubrogandus. Ibi uno conſenſu decreverunt, Simeonem filium Cleophæ (cujus in Evangelio mentio eſt) idoneum eſſe, qui illius Eccleſiæ ſedem ſuſciperet. Ipſum autem xjunt Salvatoris ſaſſe patruelem, quippe Cleopha natum, frxtre Joſephi, ot Hegeſippus ſcribit. *Hæc Euſebius.*

filius Cleophæ fratris S. Joſephi.

5 *At Nicephor. Calliſtus l. 3. c. 16. ſcribit* Συμεὼν ὁ κατὰ υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ Κλωπᾶ γενόμενος, ἡ Μαρία τοῦ ἀνδρὸς γυναικὸς ἀδελφὴ ἦν τῆς θεοτόκου φασὶ. οἱ σύνευνον αὐτοῦ ἔσχε, ἡ Σαλώμη ἡ Ζεβεδαίου, καὶ ἐξ Ἀννης ἡ τοῦ Ἰωακεὶμ. ἀλλὰ Σαλώμης ἡ Ἰωσὴφ. Simeonem ex Cleopha natum, patruo Chriſti, & Mxria ejus conjuge, quam ſororem Deiparæ xjunt fuiſſe, affinem nempe (*quia mariti ſui germano nupta fuerit*) imo filium, non ex Anna & Joakim, ſed ex Salome & Joſeph. *Scimus plures Græcos exiſtimaſſe S. Joſephum, priuſquam Virg. Deiparam ſibi deſponſaret, ex priori aliqua uxore liberos ſuſcepiſſe: quod alibi refutabimus. Ad noſtrum propoſitum ſatis eſt, S. Simeonem S. Cleopha filium fuiſſe.*

ex duo geneal.

6 *Longo tempore Eccleſiam Hieroſolymorum adminiſtravit S. Simeon, qui anno demum Æra vulgaris 107. Trajani decimo, c. Sofio Senecione 4. & L. Licinio Sura 3. Caſſ. martyrium conſummavit. Ad quem annum ita ſcribit Euſeb. in chron.* Trajano xdverſus chriſtianos perſecutionem moveute, Simon filius Cleophæ, qui Jeroſolymis Epiſcopatum tenebat, crucifigitur, cui ſuccedit Juſtus.

martyrium subit an. 107.

D

7 *Occaſionem modumq; martyrii idem ita exponit Euſeb. l. 3 hiſtor. Eccleſ. c.* 32. Poſt Nerouem ac Domitianum, ſub Trajano, cujus nunc tempora exquirimus, ſigillatim per ſingulas urbes, ſeditione multitudinis, contra nos excitatx perſecutio memorxtur. In ea Simeonem Cleophæ filium, quem ſecundum Eccleſiæ Hicroſolymitanæ creatum Epiſcopum ſupra docuimus, mxrtyrio vitam finiſſe accepimus. Atque bujus rei teſtis eſt ille idem Hegeſippus, cujus teſtimonio ſxpius antea variis in locis uſi ſumus. Is cum de hæreticis quibuſdam egiſſet, addit, Simeonem eo tempore ab iis malitioſe xccuſatum, quod chriſtianus eſſet, per plures dies multis cxſum verberibus, ut Judex ipſe quique in conſilio erxnt, cujus tolerxntia vehementer obſtupeſcerent; tandem haud diſſimilem Chriſti Paſſioni exitum ſortitum eſſe.

accusatus ab hæreticis

quod Christianus esset,

8 Sed commodius fuerit, ipſummet ſcriptorem audire iſta eadem ad verbum accurate explanantem. Quidam, inquit, ex illis hxreticorum ſectis Simeonem Cleophæ filiom accuſant, quod & ab Davide duceret originem & chriſtianus eſſet: itaque martyrio perfunctus eſt, eum centum & viginti eſſet annorum, ſub Trajano Imp. & Attico Conſulatu. Addit idem auctor, cum in eos, qui ex regia Judxorum ſtirpe progenti eſſent, inquireretur, ipſofmet Simeonis accuſxtores, quod ex ea orti eſſeot, delatos ac comprehenſos fuiſſe. Simeonem eumdem e uumero fuiſſe illorum, qui Chriſtum viderunt fermoneſq; illius audierunt, poſſit quiſpiam certx rxtiocinatione colligere, tum longiſſimæ vitæ, quam egit, indicio, tum quod Evangeliorum liber Mariam Cleophæ nominet, cujus Cleophæ filium illum fuiſſe, jam antea dictum.

& ex stirpe Davidis,

E

formal encomium Christi,

9 Idem auctor ulios ex genere ortos unius eorum qui fratres Salvatoris habentur, cui Judas nomeo, prodit ad Trxjam imperium ſuperfuiſſe, poſt teſtimonium quod ſub Domitixno Chriſti fidei dederunt. Scribit autem in hunc modum: Veniunt & præſuiu Eccleſiis ut Martyres, & ex Chriſti Sxlvatoris genere orts, & alta in Ecclefia pace factx, ad Trajaui uſque imperium ſuperſtites fuerunt. Quouſque etxm, quem antea diximus ex patruo Salvatoris natum, Simeon Cleophæ filius permanſit: qui fraudulenter ab hæreticis xpud Atticum Conſulatem eo nomine accuſatus eſt. Qui com multis diebos xeerbas plagis perpeteretur, ita fidei Chriſti teſtimonium perhibuit, ut omnes una cum Conſulari mirarentur, ſenem centum xc viginti annorum, ita fortiter tormenta perfere. Txidem mandatum ut in crucem ageretur.

confessus, sese Christianum.

F

10 *Quod aut hic Hegeſippus, quoſdam ex Juda, fratris Domini ſtirpe ortos, tunc adhuc in vivis fuiſſe, qui ſub Domitiano fidei teſtimonium tribuerant, hoc uberius apud eumdem Euſebium libro eodem c. 15 commemorat, quod aliquanto ſtrictius reddidit Ruffin. l. 3. c. 18. & 19. his verbis:* Apud ipſum vero Domitixnum, cum juſſiſſet omnes perimi, qui de genere David & regia ſtirpe deſcenderent, vetus traditio tenet, quod delxti ſint quidxm quaſi eſſeot de poſteritate Judx, quem frxtrem fuiſſe Sxlvatoris ſecundum carnem tradunt: quique duplici urgebantur invidia, velut qui ex David genere & ex ipſius Chriſti propinquitate deſcenderent. Quæ Hegeſippus per ordinem his verbis refert: Adhuc autem vivebant quidxm de carnali genere Domini noſtri, nepotes Judæ ejus qui ſecundum carnem frater Domini dicebatur. Quos quidam detulere tamquam ex David ſtirpe venientes. Hos Revocatus quidam nomine, qui in hoc miſſus fuerat, perduxit ad Domitianum Cxſarem. *Ac paullo inferius:* Ad hxc Domitianus, eum neque in eis quidquam criminis inveuiret, & utilitatem eorum,

Adhuc vivunt aliqui ex gente Judæ fratris Domini,

qui an. 96. idem pœne confeſſi,

Domitianus dimittit eos

quam

A quam maxime abire eos liberos jubet.

Joſephi Scaligeri cenſura frivola.

11 *Joſephus Scaliger in Animadverſionibus ad Chronicon Euſebii, ubi hic ad annum 76. Domitiani iſtu habet,* Domitianus eos qui de genere David erant interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret; *adnotat*: Ex Hegeſippo: qui erant de genere Domini, nepotes Judæ illius, qui ſecundum carnem dicebatur frater ipſius: *ac paullo poſt illud verius obſervat ex iiſdem Euſebio & Hegeſippo*, duos eo tempore ſuperfuiſſe de illis poſteris Judæ fratris Domini. *Ac deinde exclamat*: Mirum vero iſtiur Judæ fratris Domini Evangeliſtas nuſquam meminiſſe. Sed omnem admirationem ſuperat, poſteritatem Davidis eo tempore ad duos tantum redactam fuiſſe, &, quod cum omni hiſtoria pugnat, nullam poſteritatem Davidis ſub Domitiano fuiſſe, niſi eos qui a Juda fratre Domini, ſi quidem ullus fuit, prognati erant. *Ita ille, ſea ſolite ſtudie alios allatraadi, ſea negligenter expenſis auctorum locis. Demas ſuos, quod videtur S. Hieronymum ſentire, Judam Apoſtolum intelligi qui Marci 6. 3. nominatur, ubi Judæi ita loquuntur*: Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Jacobi & Joſeph & Judæ & Simonis: *at poſſetne Scaliger perſpicue probare, eum non fuiſſe aeptes, illos quorum meminit Hegeſippus? Non & alius ejus potuit* Judas, *cujus non ſit ub Evangeliſtis proditum nomen, uti in Actis eſt* Judas, *qui & Barſabas dictus?* Si Judas *ille & ceteri fratres Domini Marci 6. receaſiti Apoſtoli fuere, certum eſt & alios extitiſſe fratres Domini, qui Apoſtoli non erant. Nam Joan. 7. 5. fratres erant Domini quidam, qui in eum necdum credebant: cum tamen crederent Apoſtoli. Nec eſt cur neceſſario deducriat omnium fratrum Domini nomina exprimi in Evangelio, non magis quam SS. Joachim & Annæ pareatum Deipara. Nec id reor ſuos cuiquam mirum videri. Alteram, (ut ipſius Scaligeri ſenſu loquar) maximam mihi movet admirationem, quod Hegeſippum & Euſebium patet aſſerere, duos illos dumtaxat ſuperfuiſſe ex ſtirpe David, cum prater eos Simeonem dicant ex eadem ſtirpe ortum ad Trajani tempora vixiſſe, ipſoſque ejus accuſatorat, quod ex eodem genere eſſent, comprehenſi. Omitte quæ ſubdit Scaliger de Judæorum Æ bmulotarchis, ſive bello olim captorum Præſidibus, a Salatiello ætate ad annum Chriſti 700. Babylone ex Davidis ſtirpe creatis, ac deinceps ad noſtram ætatem in Bagded civitate. Hauſtu illa ex vaniſſimis Judæorum commentis.*

quod Judæus ille ab eomineetur in Evangelia;

& falſo, quod ſoli duo eius de ſtirpe Davidi fuerint.

12 *Nicephorus Calliſtus l. 3. c. 16. S. Simeona martyrium narrat, eadem fere ratione qua Euſebius, citatesidem Hegeſippo: ſed vehementer eum ratio fefellit, dum Judam ipſum ſcripſit ad eadem tempora perveniſſe, quod de ejus nepotibus Hegeſippus prodidit. De horum ſub Domitiano confeſſione ita ſcribit:* μετ' ὀλίγον ἐπιφορὰν ἐπιγενέσθαι δίκην ὑπὲρ τῶν ἐπὶ Χριστῷ τίτλων ἐπὶ Δομετιανοῦ μαρτυρίαν: *poſt id, quod ante expoſuit, quorumdam ſub Domitiano pro fide in Chriſtum peractum martyrium. Illud ſcribit Hegeſippus, ex eoque Euſebius, ad tempora uſque Trajani ſuperſtites fuiſſe Judæ fratris Domini nepotes, qui egregie fidem coram ipſo Domitiano confeſſi, ab eo liberi fuerant dimiſſi, ut antea dictum.*

Non ipſe ad Trajani tempora vixit Judæ, ſed nepotes ejus.

§. II. S. Simeonis Epiſc. M. reliquiæ Bruxellis & alibi.

S. Simeonis reliquiæ Bruxellis,

13 HÆc de S. Simeonis Ep. M. proſapia, ordinatione martyrio, natali, dicta ſunte. De reliquiis paucula adnotanda. In catalogo reliquiarum Eccleſiæ Bruxellenſis, excuſo an. 1583. cum Officiis Patronorum ejuſdem Eccleſiæ Romæ approbatis, nominantur quoque Reliquiæ S. Simeonis Epiſc. & Mart. *Dicuntur vero reliquiæ, quarum ibi ſyllabas texunt*, partim argento, partim antiquo ebore, ac vitreis ampullis contectæ, & decenti oratorio locatæ.

erectæ:

aliqua Bononiæ:

14 *Teſtatur Maſinus, Bononiæ in ade S. Jacobi Majoris, inque S. Franciſci, aliquas ejuſdem S. Simeonis reliquias extare.*

15 *Bruxellis quoque, Belgii magnifica urbe, in templo Societati Jesu aſervatur ac religioſe hoc nie colitur S. Simeonis Ep. M. calva, unt ejus pars notabilis. Ea quo iſtuc modo devenerit, partim ex uſtis anno 1603. ſuper ea re legitime conſcriptis, partim ex certis virorum graviſſimorum teſtimoniis, ediſcram.*

ALICT. l. B. D *notabiles Bruxellis,*

16 *Eſt Lisborneoſe ordinis Benedictini in Weſtphalia monaſterium: locus ana, ut ajunt, ab Lapſtadio arbe diſtans, in diœceſi Monaſterienſi, longe antiquiſſimum, & ſacre Reliquiarum theſauro olim locuples. Anno 1598. exercitus Regis Catholici ſub Franciſco Mendoza Admirantio Aragonia in Weſtphalia ac Marchia Civiaque hiberoavit. Equeſtribus copiis præerat D. Joannes Contreras de Gumurru, Excellentiſſimi Domini Stephani de Gamarra y Contreras, auper exercitus Præfecti Generalis, nunc Regis Catholici apud anitos Belgii Status Legati, pureus. Hic tunc equitatui erat Commiſſarius: quod munus in regie exercita biai gerere ſolent, ac partem equitum, puta vicenas tricenaſve turmas ſub Magiſtro equitam ejuſque Legato, ut atroque abſente equitatum univerſum gubernare. Nunc id uaiquatum officium eſt, equitatus in legiones diſtributo, quas ſingulis ducunt Tribani. Porre D. Joannes Gumurra poſtea in Ducata Mediolanenſi Cremona urbis Gubernator fuit, ubi & exceſſit e vita anno 1616. 16. Novemb.*

ab Ab. Lisbornenſi

17 *Hanc erge Joannes Abbas Lisbornenſis varias Sanctorum reliquias, Martyrum, Confeſſorum, Virginum anno 1599. donavit, interque eas* Caput & partem corporis S. Simeonis Epiſc. & Martyris. *Extant tabula de ea donatione confecta, quibus idem Abbas ac primarii menachorum ſubſcripſere. Iu iis primam illam* Genuroſum, nobilem, ac ſtrenuum virum *appellant, aliiſque honoriſicis titulis decorunt: tam illud libere prudicunt*, nullo modo *quicquam pecuniarum a monaſterio eum exegiſſe. Quo utinam ubſtinentia, ſacrorumque locorum reverentia, in anchus militibuſque Catholicis ſemper vigeret! Teſtantur deinde*, pietatis & grati animi ergo, pro ſpirituali munere, ex animo, ſincere & ſponte, humili & debita reverentia *ſe ei* obtuliſſe & donaviſſe *ante dictas reliquias*; eas imprecantes ex animo omnia proſpera, & ut non ſolum de inimicis ſuis, ad honorem Dei & ſanctæ illius Eccleſiæ Catholicæ profectum & augmentum, plenariam in hoc ſeculo victoriam reportet; ſed & Sanctis illis quorum ſacris reliquiis in Chriſto confidit, & cœleſti Cuetæ in futuro, pro multiplici labore, oprata requie pontus, & corona æternæ beatitudinis eedimitus, aſſociari mereatur, Amen. *Actam*, anno ſalutis milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, octavo menſis Aprilis.

D. Joannes Contreras de Gamarra Dom Hiſpanus donatis

liberalitater,

cum ſanctis præcationibus

F

ante illic alia colita

18 *Reliquias illas teſtantur iidem Abbas & monachi*, tempore primæ fundationis præfati monaſterii a Sereniſſimo Carolo Magno Chriſtianorum Imperatore Eccleſiæ *ſuæ* donatas, & fidelitee repoſitas, inſuper & a Chriſti fidelibus *ejuſdem* monaſterii & parochiæ uſque in hodiernum diem in debito cultu & honore habitas.

19 *Obtemas hac ratione reliquias miſit poſtea idem D. Joannes Contreras in Hiſpaniam ad oppidum quod Torrelaguna dicitur, ſitum haud multis millibus eis Madritum urbem regiam: erat enim ipſe Torelaguna, ubi nobilitas numeroſa domicilium habet, orinndus. Aſſervantur illic ea reliquia in ade S. Magdaleae. Nonnullas tamen Lerma Duci donavit.*

aliqua Torrelagunam in. Hiſpaniæ miſſa; pars alibi donata;

20 *At partem aliquam* S. Simeonis *D. Joanni Mancicidor, qui Catholice Regi a conſiliis & ſecretis erat: partem uxori ſuæ reliquit D. Adriana de la Torre. Quæ calva partem & officula quadam, itemque os unius e ſanctis Innocentibus, pia ac honorata Virgini Annæ Thomſia dedit, hæc eccleſiæ Societatis Jeſu Bruxellæ. Id quod dicta D. Adriana & Anna publice ſcripto teſtata die 12. Jann. 1603. Quam poſtremam donationem actis publicis mandari, iisque teſtimonia Abbatis Lisbornenſis, & Adriana Annaque, inferi, curavit Joannes de Zeelandre Societatis Jeſu Sacerdos, anno eodem 1603. ut videre eſt in archivo collegii Bruxellenſis.*

pars Sodalitio Jeſu Bruxellæ.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBUS

G. H. LEONTINIS IN SICILIA.

CIRCA An. Chr. CCLV. EVHELFE.

1 LEontinorum *in Orientali Sicilia ora urbem esse, & ipsam* Leontinos *appellatam, paulo a mari passuum millibus situm, diximus* 1. *Febr. in Vita* S. Rhodippi, *ejusdem urbis sub secula quarta initium Episcopi. Octavius Cajetanus noster ex Tabulis Leontinis, & Officiis Ecclesiasticis a Paulo Papa* V. *probatis, hac tradit ad* 18. *Febr. in Martyrologio Sicalo*: Apud Leontinos plurimorum sanctorum Martyrum, qui sub Aemaso & Testullo Siciliæ Consularibus, diversis affecti supplicis, triumphales palmas adepti sunt. *Ferrarius etiam in Catal. St. ita habet*: Leontinis in Sicilia plurimorum sanctorum Martyrum sub Tertullo Præside interfectorum: *eisdemque* Acta Ss. Cleonici & Stratonici Martyrum sub Armato & Tertullo Præsidibus. *Imo tam horum quam illorum martyrium continetur in Actis St. Alphii, Philadelphi & Cyrini Martyrum* 10. *Maii illustrandis: ea nacti simus an.* 1122. *Panormi excusa: quæ e Græcosum priscis monumentis in Latinum reddita esse scribit Baronius ad* 12. *Julii litt. G.*

Horum Martyrum natalis 18. Febr.

Acta in Vita SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini,

B 2 *Ante* S. Rhodippum *jam memoratum, Episcopus Leontinorum fuit* S. Neophytus, *qui Kal. Sept. colitur, unde* Alexandres *dictus*, cujus mater, *ut in illis Actis legitur*, Neophyta nomine, soror fuerat B. Isidoræ matris Theclæ, quæ duæ sorores multa certamina susceperunt, & tormenta sustinuerunt pro nomine Domini nostri Jesu Christi, & vita privatæ sunt ab impio & iniquo Armato, qui ante Tertyllum metropolis principatum gessit. *Colunter St. Neophyta & Isidora* 17. *Aprilis, & S. Thecla Virgo* 10. *Jann. ad quem diem ejus Vitam dedimus. De eisdem & Armato Præside ita in Actis iisdem loquitur Alexander, seu S. Neophytus*: Scitote quod mater Theclæ mea cognata & Neophyta mater mea ipsam magni nominis Trinitatem sanctam annuntiantes, & sempiternum Deum colentes, post multa tormenta decesserunt ab hac vita sub Armato, qui ante Testyllum Dominum meum, principatum gessit in hac metropoli.

Præfectura apud Leontinos Armati & Tertullii.

3 *In hac Armati Præsidis persecutione multi Leontini ex urbe profugerunt: secuti alii, cum Tertullus homo crudelitate barbarus ei successisset. Hinc cum ex Judæis apud Leontinos habitantibus cujusdam filius a damone se infidente, per St. Alphium, Philadelphum & Cyrinum in via, cum ei captivi ad illam urbem avehercentur, esset liberatus*; ipsius pater ac mater, *ut in illorum Actis habetur*, & fratres atque cognati Sanctos interrogarunt, dicentes: Quid nobis servis vestris imperatis, ut id agentes baptizemur? Ausugerunt enim hinc omnes Christianorum, & Episcopi & Presbyteri, relicta ecclesia ubi baptizantur propter metum Tertylli, qui multos Christianos perdidit & hic & in omni Siciliæ loco propter fidem vanosum idolorum. *Plurimi ex his Christianis, relicta urbe Leontinorum, fugerunt ad castellum Menæum, quod Mœnas Diodorus Siculus, Ptolemæus, aliique dixerunt, antiquum oppidum in interiore sitam Sicilia, qua iter Leontinis versus meridiem est. At memorati Judæi & Christiani facti, & pro fide Christi Martyres coluntur* 9. *Aprilis.*

ob horum fugientium fugæ Christianam,

C

ad vestibulum Mœnarum,

4 *Hos Christianos comprehendi mandatum S. Neophyto, sive Alexandro, Tertulli Consiliario, cum necdum publice Christi fidem esset professus, datum hujusmodi narratur in eisdem Actis*: Cum hæc inter se collocuti fuissent *Alexander, ejusque uxor S. Epiphania*, tres Proceres ex primis civitatis Herpio, Masullus, & Colymbio a Tertyllo missi venerunt ad Alexandeum, & intra domum recepit, dixerunt: Dominus noster, unus alter pater, Tertyllus ad te nos misit, & tibi ita alloquitur: cum fuetis mihi semper carus tamquam filius, fiduscque Consiliarius æque mihi ac Imperatori, aut potius immortalibus diis dilectissimus, (& nostra quidem benevolentia manifesta tibi est) tibi significo, quemadmodum litteras dudum accepi... ut, quoniam in certo quodam Siciliæ loco maxima Christianorum multitudo latet, illuc cum sufficienti exercitu accedamus eosque comprehendamus, & huc adducamus: idque volo fiat ad nutum prudentiæ strenuitatisque tuæ... Hæc audiens Alexander & nolens missos a Principe scandalizare, antequam accederet ad Sanctos, inquit: Ego quidem laugueo, ut vos videtis, nec possum modo ad eum venire. Quapropter renuntiate Domino meo Tertyllo, quod si Deus me ad pristinam incolumitatem reduxerit, & mihi jusserit, veniam ad eum... Tertyllus hæc audiens gavisus est valde, & nec ipse, nec illi bene pesceperunt, quomodo verba protulisset Alexander.

mandatum ejus comprehendendi datum Alexandro,

si convaluerit,

E

5 *Alexander, seu S. Neophytus, deinde jussu Ss. Adelphii, Philadelphi & Cyrini ex urbe ad latebras aliquas secessit, dum interim dicti tres fratres martyrii palma coronati sunt, uti & S. Epiphania Alexandri uxor, cujus dies natalis a Siculis adscriptus est* 12. *Maii, in Martyrologio Romano* 12. *Julii. In confessione fidei Christiana præterea interempti sunt St. Stratonicus & Cleonicus, quibus dies* 24. *Julii sacer est. Horum martyrio narrato, hæc subdantur*: Post aliquot dies profectus est *Tertyllus* cum exercitu multo in castellum, quod dicitur Menæum, ubi Christianos interemit qui erant ea Leontinorum metropoli, & alios ibi existentes, atque inde Chsistianorum nomen penitus eradicavit, ut impius Valerianus mandaverat. *Fazellus dec.* 2. *Rerum Sicularum* c. 2. *affirmat* Menæum arcem adhuc habere & mœnia antiquissima. *Duo millia passuum ab hoc oppido fons est, de quo Vibius in Catalogo Fontium*: Menais Leontinorum, per quem cives ejus loci timent jurare. *Consule Cluverium lib.* 2. *Siciliæ antiquæ c.* 8. *ubi tradit hunc fontem sæpius lacum & stagnum, sive craterem ebullientes Palicorum vocari, & tam fontem quam oppidum Maneum in agro Leontinorum esse. De eo fonte etiam actum ad Vitam S. Agathæ* 5. *Februarii.*

& fugiens

Martyres occisi ab exercitu Tertulli,

6 *De tempore persecutionis* 12. *Julii in Martyrologio Romano ista leguntur*: Apud Leontinos S. Epiphaniæ, quæ sub Diocletiano Imperatore & Tertyllo Præside uberibus præciis reddidit spiritum. *Ubi annotat Baronius*, hujus agones descriptos haberi in Actis sanctorum Massysum Leontinorum Alphii & sociosum, ex quibus sub Decio potius passam fuisse colligi posse videtur, non sub Licinio, ut ibi mendose ponitur. *Imo S. Epiphania maritus Alexander, tum Neophytus dictus, ut in Lectionibus propriis a Paulo* V. *Pontifice approbatis legitur*, 28. Decemb. anni 218. temporibus Valeriani & Galieni Imperatorum, ab Apostolo Andrea *apparente* in Leontinorum Episcopum consecratus est, *postquam* spatio quatuor annorum *in spelunca* delituisset, & impius Tertyllus, *ut in sæpe dicta Actis habetur*, peractis jam quatuor annis post mortem Ss. Alphii & sociorum misere periisset: *ut martyrium tam illorum quam horum Martyrum Leontinorum, ad initium Imperii Valeriani & Galieni videatur referendum*: *sub quibus persecutio Decii fuit continuata.*

In persecutione Decii,

sub Valeriano & Gallieno celebrata,

DE SS. LEONE ET PAREGORIO

MARTYRIBUS PATARÆ IN LYCIA,

Commentarius prævius.

XVIII. Feb. 1 *Græci in magnis Menais, Anthologio, & Vitis Ss. a Cytherao editis celebrant* 18. *Febr. anniversario divini officii cultu festum S. Leonis* 2. *Pontificis Romani, uti supra in syllabo Prætermissorum monuimus. Eidem Leoni in Menais & apud Cytherum alter adjungitur* Leo Martyr, *cum* Paregorio *itidem* Martyre, *qui Patara, urbe maritima & Episcopali provinciæ Lyciæ, pro confessione fidei Christianæ martyrium subierunt. Fuit tempore Imperatorum Ethnicorum, Patara simul & Olympi, vicina ibidem urbis, Episcopus* S. Methodius *illustris scriptor, ac postea Tyri in Phœnicia prima, quem ait S. Hieronymus de Script. Eccles.* 83. *in persecutione novissima Chalcidæ Græciæ martyrio coronatum. De quo agendum est* 18. *Sept.*

SS. Leo & Paregorius Pataræ in Lycia pass.

2 *In qua autem persecutione hi Martyres certamen complerint, non æque liquet. Acta solum habent, κατ' ἐκείνους τοὺς ἁγίους τοὺς ἐπὶ Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ τοῦ βασιλέως πολυτρόπως παραγενηθέντας. Proconsulem Lollianum illis diebus ab Imperatoribus electum venisse in Asiam. Sed quando id factum fuerit, necdum observare licuit. Nota est Consularis Lollianorum familia, ex qua an. Antonini Pii* VI. *Chr.* 144. Lollianus Avitus cum C. Gavio Maximo *Consul fuit. Julius quoque Capitolinus, in Pertinace ait* pet Lollianum Avitum consularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petisse Pertinacem, *postea sub finem anni* 192. *creatum Imperatorem, quem tum* aggressos Lollianus Consularis, quod contra promissum faceret, necessitatis rationem accepit, *ut idem Capitolinus in Pertinace asserit. Fuit & Lollianus Avitus Consul cum* Tito Claudio Pompejano *anno* 16. *Severi, Chr.* 209. *at biennio postea Consules fuerunt.* Q. Epidius Rufus Lollianus & Pomponius Bassus. *Didius Julianus etiam, qui Imperium contra Severum assumptum mensibus duobus & diebus quinque tenuit,* gladiatores Capuę jussit armari per Lollianum Titianum, & Clandium Pompejanum e Terracinenſi ad principatum evocavit, *ut de eo scribit Ælius Spartianus. Inter* 30. *tyrannos, qui tempore fere Galieni & Valeriani extiterunt, a Trebellio Pollione quartus collocatur* Lollianos, *qui Postumio interempto in Gallia* Augustus *proclamatus est. Et hæc sufficiant de familia* Lollianorum, *quorum aliquis in Asiam ab Imperatoribus missus sit Proconsul. Nam e duobus Proconsulibus qui in Notitia Imperii Orientis designantur, alter Ægypto, alter Asiæ præerat: & quemadmodum sub Proconsule Ægypti numerabantur quinque Præsides, ita per Asianam ditionem erant septem scilicet Præsides Pisidiæ, Lycaoniæ, Phrygiæ Patatianæ, Phrygiæ Salutaris, Lyciæ, Cariæ, Insularum. Non autem in Acta appellatur Præses, seu Græce ἡγεμών, οὐτοκράτωρ, ἡγεμὼν aut paris dignationis vocabulo, sed ἐπίτροπος, Procurator, ut qui pro Præside Lyciæ in illa urbe negotiis publicis esset præpositus. Ad Galieni & Valeriani Imperium passa referri* SS. Leonis & Paregorii *martyrium, vel inde verosimile videri potest, quod Proconsul ab Imperatoribus, vetus simul regnantibus electus dicatur, & Lollianî tum plures fuerint, & Patara falsorum deorum cultus admodum vigeret. Quæ tamen omnia aliis forsan Imperatoribus possunt adscribi.*

tempore Lolliani Proconsulis Asiæ,

pro Præside Lyciæ,

adjudicatio muri Proconsulis urbi Patarensi

3 *Dies obitus non unus utrique. Nam aliquamdiu ante S.* Paregorius *interemptus fuerat, quam S.* Leo *comprehenderetur: Et silent Acta ipsum diem mensemque, quo passi sunt. In ms. Græco hic præfigitur titulus:* Ἄθλησις τῶν ἁγίων Λεοντος καὶ Παρηγορίου μαρτυρησάντων ἐν Πατάροις ὑπὸ Λυσίας τοῦ μετὰ Καισαρίαν Υπάτου. Certamen S. Leonis & Paregorii, qui martyrium subierunt Patarę urbe Lyciæ pridie Kal. Julii: *quodse in nullis prorsus exhibuit Ecclesiasticis eorum nomen reperimus inscriptum. Hoc Acta Græca nacti sumus ex ms. codice antiquo Medicæo Regis Franciæ, ab auctore, ut videtur, fere coævo scripta; quæque multo ampliora sunt, quam quæ ex Metaphraste Gœzianus Hervetus Latine vertit, & ediderunt Lipomanus ac Surius ad* 18. *Feb. quo etiam die post S. Leonis Magni Pontificis Romani encomium, ut diximus, referuntur in Menais Græcorum & apud Cytherum ἐν βίοις ἁγίων, eum illustri hac ex Actis epitome:*

refunditur ad 20. Junii,

4 Eodem die mancipia sanctorum Martyrum Leonis & Paragorii Patarę in Lycia passorum. Ex his B. Paregorius multis tormentorum generibus palmam sibi immortalis vitæ comparavit, & in Christo accepit. Laudatissimus vero Leo solus relictus, & hanc a Martyre separationem recogitans, gemebat & lamentabatur, quod non esset coronam assecutus, cum unum idemque utrique assei stadium certaminis propositum. Unde in locum, in quo corpus Martyris Paregorii jacebat projectum, egressos, ardebat animo, lacrymisque socio litabat. Inde postea digressus, locum, ubi idololatrarum conventus & celebritas peragebatur, ingredi est prohibitus. In ascetica vero dom persistit vita, majore spiritus ardore accenditur: intuitosque locernas & ardentes cereos, manibus confregit, pedibusque proculcavit. Quapropter comprehensos, urbis Procuratori sistitur, & interrogatus Christum varum Deum prædicat. Crudis boum nervis vehementer & ultra modum cæditur, sed supplicia, tamquam alius patereretur, patienter tolerat. Dein lictoribus traditus, verberatus & raptatus supet profundum quemdam & præcipitem torrentem trahitur, permissus vero suam precationem absolvere, spiritum Deo tradidit. Lictores mox arreptum venerandum ajus corpus ex alto dimittentes, in profundam zertæ voraginem dejecerunt: & sic martyrium ajus est consummatum.

cum hac epitome Patarę,

5 *Hactibi. In Menais addunter bi versus tum allusione ad utriusque nomen:*

& hoc carmine:

Παρηγόρει σὺ κάρτα δεῖ δὲ αἰκίας,
Ἔχω παρηγόρημα τῶν τρόπων μέγα.
Ἔλκων ἀνάδυσ ἰσχὺν ἐκ Θεοῦ λίαν,
Ἐλέγξω βίαιον εἰς κενὸν ἐλαύνοντα.

Paregorius dato to vulnara corpore,
Pro corona accipit magnam consolationem.
Superium a Deo robur trahens Leo,
Attracto vigore instat Leonis perseverat

Est autem Græcis παρηγορία consolatio, & παρηγορήματα dicebantur, ubi quid mites agerent eborus, quod tamen in theatro audiebatur, & auditores recreabat.

6 *E Latinis Constantius Felicius eos adscripsit diei* 16. *Febr. his verbis:* Leo monachus & Paregorius, qui tameo diversis temporibus Patarę a Lolliano Proconsule sunt martyrio affecti. *Fuit* Leo *piis & ascenticis exercitiis addictus, ut vel ideo monachus habeatur. Deinjussu Procuratoris Patarensis sunt interempti, quo tempore Lollianus Asiæ erat Proconsul datus.*

e Latinis 16. Febr.

7 *Molanus ad* 18. *Febr. hæc habet:* Pataris sanctorum Martyrum Leonis & Paregorii: *Ferrarius in Ss. generali Catalogo:* Patarę in Lycia sanctorum Martyrum Leonis & Paregorii. *Qui eorum etiam memoriæ in Topographia verbo* Patara, *ut* Πάμφυλα *appellat Ptolemæus, ut Nicomedia in Actis legitur.*

& 18. Feb.

VITA

VITA

auctore antiquo,

ex MS. Græco,

collata cum Metaphraſte.

CAPUT I.

S. Leonis deſiderium martyrii exemplo S. Paregorii, captivitas.

1 VAriæ quidem ſunt diaboli machinæ adverſus ſervos Dei; magis varia autem & major eſt propenſio Unigeniti Dei *a* in ſuos miniſtros. Nam ille quidem non carnem & ſanguinem objecit iis, qui ſunt natura Chriſtiani, ſed ſpiritalia nequitiæ; Chriſti autem auxilium ſuos domeſticos fidei efficit fortiores adverſus diabolum. Satis vero probatur id, quod dictum eſt, ex genereoſorum Martyrum Leonis & Paregorii tolerantia. Nam cum B. Paregorius fuiſſet prius conſummatus in tolerantia in Domino, & multorum laborum requiem invenuiſſet regnum cœlorum, beatus Martyr Chriſti Leo, certamen, quod ille compleverat, beatum eſſe ducebat: ipſe autem afficiebatur magno dolore, quod non fuiſſet conſecutus idem certamen, cum eſſet cum multis via ejus propoſita.

S. Leo martyrio S. Paregorii excitatur.

2 Illis vero diebus contigit Procoſulem Lolliaaum, electum ab Imperatoribus, venire uſque ad eos, eum eo tempore penes Procuratorem urbis, qui erat Pataris, regimen foret. Celebrans autem ſceleratus Procurator diem feſtum Serapidis, & congregans concilium impiorum, conſultabat adverſus Chriſtianos, cogebatque omnes ad cultum infandum idolorum. Cum multi vero concurrerent, ac metu humano tenerentur, ægre tulit quidem B. Leo, ne audire quidem ſuſtinens impiorum audaciam. Apud ſe autem diſſerens, egreſſus eſt ad locum, in quo jacebant reliquiæ beati Martyris Paregorii. Cum autem fuiſſet in illo loco, in quo peragebam feſtum execrandum & impium, qui eo digni erant, unuſquiſque eorum, qui videbant, tam ex ipſa natura actione, quam ea vultu & veſte, & ex eo, quod non aſſentiretur malis, quæ ab ipſis fiebant, exiſtimabat eum eſſe Chriſtianum & plane reverendum.

ægre ferebat pulſum Serapidis.

3 Erant enim ei moderata omnia, aſceticam enim vitam exercuerat a juventute: & ideo dedutus fuerat continentiæ, caſtitati & temperantiæ. Iadumeotum autem ejus erat ex pilis contextum, & plane re ipſa vitam æmulabatur Apoſtolicam, & fuerat imitator S. Joannis præcurſoris & Baptiſtæ. Cum ergo acceſſiſſet ad locum ei propoſitum, & preces fudiſſet conſuetas, domum eſt reverſus: & cum fuiſſet ingreſſus, ac de more precatus, pane ſumpto, manebat apud ſe, nihil aliud meditans, quam præclara facta pii Paregorii.

vitam apoſtolicam egit.

4 Cum hæc autem apud ſe animo agitaret, paululum in ſomnum eſt reſolutus, ut rerum ſibi futurarum gloriam adſpiceret. Quomodo enim Patriarcha Joſeph vidit, quæ a Deo eſſent ſibi inferenda; ita etiam B. Leo vidit *b* per Spiritum ſanctum rerum ſibi futurarum eventum. Viſuſeſt ergo videre, cum eſſet vehemens tempeſtas, & torrentes magno impetu deſluerent, Paregorium & ſe ſtare in medio torrente: & licet eſſet fluentum valde periculoſum, ſe procicere & accurrere ad beatum Martyrem Paregorium, qui ingrediebatur iter ad martyrium. Itaque poſtquam viſionem adſpexiſſet, excitatus, apud ſe cogitans faciens conjecturam, conjecit ea, quæ erant eventura. Seipſum autem beatum pronuntiabat, quod aliquanto tempore verſatus eſſet cum B. Paregorio.

Genes. 37.

b

revelationes cuiuſdam auditoris ad martyrium enſio S. Paregorii

5 Dein ſpergo ad eum accedebat, tamquam ad fidelitſimum aliquem ſocium certaminis, aeque clam ibat, ſed per medium forum, & per id, quod dicebatur *c* Tychæum: & cum veniſſet ad locum, videt lucernas & cereolos acceſos circa delubrum: & eorum quidem, qui accenderant, miſertus eſt, ut qui decepti eſſent, abſurdiſſimam æſtimans eorum impietatem. Cum propius vero acceſſiſſet, contrivit lucernas ſuis manibus, & cereos conculcavit pedibus, eis dicens: Si deos exiſtimatis habere vires, ipſos defendant. *d* Hæc autem actio B. Leonis viam ſternebat ad martyrium ei eventurum. Precibus igitur Deo oblatis, propoſitum peragebat iter.

c deſtruit lucernas ad idolo accenſas

d

6 Myſtæ autem iniquitatis, cœtu congregato impioeum, clamabant adverſus S. Leonem, ut qui averteret a Fortuna io civitatem oblatam bene voleotiam. Cum vero reviſſet tumultus, & fama eſſet per totam civitatem ejus quod factum fuerat, & perveniſſet ad aures Procuratoris, qui tunc adminiſtrabat rempublicam, ſua uſus iniquitate, jubet milites obſervare ejus reditum, & virum comprehendere. Et ille quidem eſt reverſus, apud ſe conſiderans id quod erat eventurum, oculos mentis ad Deum extollens. Milites vero cum prope acceſſiſſent, & eum apprehendiſſent non reſiſteatem neque tumultuantem, adducunt eum ad Procuratorem. Ille vero tamquam immanis quædam fera, vorans ſanguinem, plenus furore, movebatur adverſus Martyrem *e* conſiderans ſecum nequaquam actionem eam permittendam eſſe, & cauſſa Chriſtianis fieret iſtius audaciæ, & everſionis idolorum Gentilium.

a

a Græce διατὰς l'eduiſt ὑποφόρας ſpeé: in Judæos miniſtros propenſio. Gentianus legit ita vos ſanctè ὑποφόρας: quæ lectio forſan melior.

b Græce ἐκ Πνεῦς ἁγίε, per pxtrem ſanctum.

c Ita Antiochiæ templum Fortunæ dicatum, fuiſſe appellatum Tychæum, diximus 1. Febr. poſt Vitam S. Ignatii §. 2. cujus corpus in eo templo fuit collocatum.

d Reliqua hujus numeri deſunt apud Metaphraſten.

e Reliqua itorum deſunt apud Metaphraſten.

CAPUT II.

S. Leonis conſtantia in fide Chriſti profitenda inter minas & verbera.

7 POſtquam autem vidit prope eſſe B. Leonem, ſtatim ei objecit audaciam, qua uſus fuerat adverſus luceroas, dicens: Mihi videris, o ſenex, vel ignorare vires deorum cœleſtium, quod eorum evertas religionem; aut inſanire, ut qui facias præter id, quod videtur divinitſimis noſtris Imperatoribus: quos ſecundos ſervatores & deos optime facientes nos vocamus. Ad hæc dixit Leo ſanctiſſimus: Multos cœleſtes deos dixiſti, o Procurator. Veritas autem non ita habet: eſt enim unus Deus cœleſtium & terreſtrium, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Filius Dei, qui non habet opus, ut ſic culatur ab hominibus. Spiritus enim contritus, & anima, quæ conſuevit humiliter de ſe ſentire, ſuot apud Deum in magna exiſtimatione. Lucernæ autem & cerei, qui circa ſimulacra, accenduntur, ſunt vani & inanes: quoniam ſentire non poſſunt lapis & æs & lignum, quæ ab hominum arte ſunt extructa & fabricata. Si vero, o Procurator, eum qui vere eſt Deus intelligeres, non hanc mereriam nullo ſenſu præditam honoraſſes noſtre ſuffituum. Ceſſa ergo in his fruſtra laborare, & lauda Deum univerſorum, & ejus Filium unigentum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſervatorem mundi & opificem animarum noſtrarum.

profitetur fidem Chriſti.

irridet ſuc perſtitionem deorum.

8 Ad hæc dixit Procurator: Non reſpondiſti in præſcotia ad crimina quæ tibi obiciuntur, ſed alia dixiſti pro

aliis.

A aliis. Nam eum de iis accuſeris, prompto & alacri animo doces de Chriſtianiſmo. Diis autem gratia, qui non ſiverunt te latere, cum hæc nobis ſueris. Aut ergo agnoſce deos, & imple eorum ſacra, eorum qui adſunt parens ſententiæ; aut da pœnas eorum, quæ auſus es admittere. Ad hæc dixit Martyr: Mihi quidem fuiſſet jucundum, ne unum quidem aut alterum hic eſſe lupſum a cœleſti cognitione, non ſane tantam multitudinem. Quoniam autem video multos impie inſaniſſe, ne putes me eſſe unum ex his cum ſim Chriſtianus. Ego enim, qui tutus habeo præcepta Apoſtolica, his utar ad obedientiam. Sin autem propter hæc pœnas a me exigis, ne differas. Non enim propter tormentum, quod a vobis exiſtimatur graviſſimum, cavebo: ſed omnia ſum paratus ſuſtinere, ne quis der diabolo in nos locum aliquem. Sic vero non omnes eadem, quæ nos, ſentiunt, hac ſola vita vivent. Futura enim vita acquiritur per haa afflictiones. Sic enim dicit Scriptura, anguſtam & arctam eſſe viam, quæ ducit ad vitam æternam.

fortis in mortem paratus

Matth. 7. 14

9 Dixit Procurator: Si tu ergo confiteris anguſtam & arctam eſſe viam, quæ eſt apud vos, tranſi ad noſtram, quæ eſt lata & melior. S. Leo dixit: Non eam dixi eſſe adeo arctam, ut non capiat eos, qui illam ingrediuntur: multi enim pulcherrimam hanc viam ſunt ingreſſi. Sed dicta eſt anguſta, quæ cum afflictione, angustia & neceſſitate & pro juſtitia perſecutione initur ab iis, qui ad eam accedunt. Iis vero, qui ea ſua ſponte ſuſcipiunt, fidus eſt latiſſima, deducens ad proprias virtutes. Cur autem non pronuncias, viam quidem, quæ apud nos dicitur angusta, eſſe latiſſimam ad ſalutem; cum didiceris, quod ex fide unius parentis noſtri Abrahæ, multitudo innumerabilis juſtificatur in fide, requieſcens in ejus ſinu: vium vero, quæ eſt apud vos lata, eſſe angustam per incredulitatem? Eſt autem hoc verum. Virtutes enim, cum ſint diverſæ & latæ, ſunt imperitis arctæ & inacceſſæ.

B *dicit ad ſalutem viam eſſe angustam.*

10 Hæc ergo & his plura diſſerente S. Leone, & Chriſtianiſmi rationem ſtrenue confirmante, impiorum Judæorum & gentilium exclamavit multitudo, rogans ne ei concederet loqui, quæ vellet. Dixit autem Procurator ad ea, quæ dicta ſunt a multitudine: Ego nunc ei do poteſtatem loquendi libere, & communem amicitiam polliceor, ſi diis pareat. Dixit autem S. Leo: Si meorum quidem verborum oblitus es, o Procurator, recte rurſus interrogas. Si vero memineriſti, ſcias fieri non poſſe, ut aſſentiar adorandos eſſe deos, qui non ſunt natura. Tunc his verbis ira motus, jubet cœdi flagris venerandum corpus Martyris. Cum autem multitudo plagarum

cæditur flagris

C eſſet innumerabilis & major, quam ut id ſuſtinere poſſet humanum corpus, fortiſſimus athleta Chriſti Leo, ad nihil plane eorum, quæ fiebant, movebatur, ne minimum quidem emittens ſuſpirium: deſiderium enim convertebat ad Dominum.

11 Dicebat autem Procurator: Parva ſunt, o Leo, hæc, quibus affectus es, tormenta, ſi conferantur cum futuris. Mihi igitur parce, & diis offer, quæ ſunt lege conſtituta ſacrificia. Dixit S. Leo: *a* O Judex, quod ſæpe prius dixi, non recuſabo rurſus dicere. Neque hos novi deos, neque unquam in animum inducam, ut eis ſacrificem: ut qui ſciam præcepta utiliſſima ſacrarum Scripturarum. *b* Ad hæc dixit Procurator: Hoc ſolum dic: Magni ſunt dii, & liberaberis. Parco enim tibi, tuam reſpiciens canitiem, & alium, qui tibi adeſt habitum corporis. Dixit ad hæc S. Leo: Hoc ipſe quoque dixerim, eos revera eſſe magnos & idoneos ad perdendas animas, quæ ipſis credunt. Dixit ira percitus: Jubeo te trahi per petras, tamquam furore correptum, & ſic mori. Dixit B. Leo: Quivis mortis modus eſt mihi jucundus propter regnum cœleſte. Eam enim voco vitam & ſalutem, quæ, poſtquam hinc exceſſero, dabit mihi ut habitem cum Sanctis. Dixit Procurator: Pare edicto & dic: Quia ſunt dii ſervatores. Quoniam es alioqui cito moriturus.

a

b

confeſſus luto miſcet & pœnas

a *Ita Gentianus. Græce* Ὦ ἄθυρε. *An Procuratoris forſan nomen?* EX MS. GRÆCO.

b *Metaphraſtes addit*: Dii enim, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant a facie terræ. D

CAPUT III.

S. Leonis martyrium, ſepultura.

12 Dixit S. Leo: Videris mihi eſſe valde imbecillus, qui ſolum aſſidue mihi verbis mineris, præter verba autem nihil facias. Cum vero propter hæc ſeditionem agitaſſet multitudo, perturbatus Procurator juſſit Sanctum quidem capi pedibus, trahi autem in torrentem, in eo ultimum daturum ſupplicium. Cum itaque ſententiam pronunciaſſet Procurator, ſtatim ſervi peccati B. Leonem traxerunt ad torrentem inhumane & crudeliter.

adhibetur ad mortem

traditur ad torrentem

13 Tunc ſciens eſſe impletum ſuum deſiderium, ad Deum extollens oculos, ſic cœpit dicere: Ago tibi gratias Pater Chriſti, quod me non diu ſeparaveris a famulo tuo Paregorio, ſed velocem mihi occaſionem dederis eum ſequendi. Lætor ergo iis, quæ facta ſunt: quod pro meis prioribus peccatis viaticum idoneum acceperim martyrium, & quod in manus Angelorum tuorum meum trado ſpiritum, in æternum liber conſervandus a judicio E improborum. Atque pro iis quidem, quæ in me fiunt, eſto iis, quæ auſi ſunt, propitius: eis autem concede, ut te agnoſcant Deum univerſorum: quoniam non vis 2. Tim. 2. mortem peccatoris, ſed pœnitentiam: *a* & ob paſſionem noſtram tribue facilem tolerantiam in Chriſto Jeſu Domino noſtro, quorum gloria & poteſtas Patri in ſecula, Amen. Poſtquam autem Amen magna animi alacritate clamitando cum gratiarum actione reperiſſet, ſpiritum *moritur*

orat Deum, etiam pro perſequentibus

Domino reddidit.

14 Tunc miniſtri iniquitatis corpus Sancti ſuper excelſum attollentes lapidem, in profundam terræ voraginem dejecerunt. Corpus vero delapſum nequaquam eſt diſperſum, ſed ramquam eſſet quiete eo deportatum: viſum vero eſt pauca ex aſperitate punctiuras accepiſſe. Hoc igitur pacto generoſiſſimus Leo, ſuperato diabolo egregias coronas promeritus eſt. Quia vero juſtum erat, ut magnificentia rerum geſtarum ad ſingularem ejus honorem conſervaretur, & memoria beneficiorum in probationem earumdem rerum extaret, ipſe locus hucuſque permanet: qui priusquidem, quando corpus Sancti eo deportatum eſt, præceps erat & inacceſſus adeo, ut ex ſola inſpectione periculum minaretur: nunc vero per Sanctum redditus eſt firmus ac ſtabilis, omniqoe periculo carens. Frequenter enim & viri & fœminæ ac cetera animalia a via aberraudo, in illud præcipitium adducunt, & ne breviſſimum quidem ſcutiunt laborem. Et maximum quandoque vehiculum cum jumentis trahentibus delapſum, ab omni immanitiſſimum periculo permanſit. Et hic quidem locus divinitus ea commoditate donatus eſt.

Corpus in profundum præcipitii dejicitur

dein abeuntibus non periculoſum

F

15 At religioſiſſimi Fratres cum feſtinatione auferentes corpus ſanctiſſimi Martyris, mirabantur faciem ejus adeo venuſtam apparere, ac quaſi ſubridere, reliquum vero corpus rubicundum, & quaſi ab agone pulvere leniter reſperſum. Abluerunt igitur aqua & magna cura depoſuerunt, diſceſſeruntque cum gratiarum actione laudantes Deum, qui tam generoſam perſeverantiam beato Martyri conceſſit, precutes ut ſorte ejus & habitatione digni efficiantur in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

reperiunt deinde & tranſferunt

ſepelitur

u *Reliquit omiſſa hæc ſolum habet Metaphraſtes, aut certe Lipomanus & ex eo Surius*: Quin etiam cuilibet qui invocat nomen meum, condona Domine ſua peccata, & colloca eum ubi videat lucem vultus tui. Quoniam tu es Deus ſalus, patiens & multæ miſericordiæ: & te decet gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

MAXIMO COMITE REI PRIVATÆ, CLAUDIO CLARISSIMO, EJUS FRATRE, PRÆPEDIGNA CLAUDII UXORE, ALEXANDRO ET CUTIA FILIIS,

I. B. **Commentarius prævius.**

AN. CCXCV. XVIII. FE. 1 QUINQUE hi *Martyres*, Maximus Comes rei privatæ, Claudiæ Clarissimus *ejus frater*, Præpedigna *Claudii uxor*, Alexander & Cutia, *horum filii, grata commemoratione celebrantur* 12. *Kal. Martii, ut omnia fere Martyrologia teſtantur. Vetus Romanum a Roſweydo editum ita habet:* Et Romæ Martyrum Claudii, Præpedignæ, Alexandri & Cotiæ, & Maximi. *Mſſ. monaſterii S. Martini Trevirus*: Et natale Maximi, Claudii, & uxoris ejus, qui jubente Diocletiano incendio concremati ſunt. *Fuſius Uſuardus*: Civitate Oſtia ſanctorum Martyrum Maximi, Claudii, & uxoris ejus Præpedignæ, cum duobus filiis, qui eum eſſent præclariſſimi generis, jubente Diocletiano ſunt tenti, atque in exilium deportati: deinde incendio concremati, odoriferam ſacrificium martyrii Deo reddiderunt. *Aliquanto diffuſius Martyrol. Romanum*: Apud Oſtia Tiberina ſanctorum Martyrum Maximi & Claudii fratrum, & Præpedignæ uxoris Claudii, cum duobus filiis Alexandro & Cutia: qui cum eſſent *&c. ut Uſuardus: ac deinde*. Quorum reliquiæ in flumen projectæ, & a Chriſtiani perquiſitæ, juxta eamdem civitatem ſepultæ ſunt.

Martyrum horum memoria in Martyrologiis

B

2 *Luculentiori adhuc encomio eum celebrant Bodo vulgatus, Ado, Notkerus, & innumeri videntur*, S. Maximum *non ipſo cum ceteris concrematum: ita enim habent:* Et poſtmodum tenti ſant, jubente Diocletiano, a judice impio Julio. Et Claudiæ quidem cum uxore ſua & filiis deportatur in exilium, deinde incendio concremati odoriferum ſacrificium martyrii Deo reddiderunt, ac ſic poſtmodum apud Oſtiam in theama jactati ſant: quorum reliquias Chriſtiani perquiſitæ juxta civitatem ſepelierunt. *Idem indicare videtur mſ. Contuleſe, Bodo quoque præferens nomen, quod ita habet:* Romæ ſanctorum Martyrum Claudii & uxoris ejus Præpedignæ, & filiorum Alexandri & Cutiæ, & fratris Claudii, nomine Maximi: qui cum eſſent præclariſſimi generis, agente fratre eorum Gabinio Presbytero baptizati ſant a Cajo Papa, & poſtmodum a Diocletiano DIVERSIS MORTIBUS peremti ſant. *Diſſentiunt Petrus de Natalib. l. 3. c. 134.* Et Maximus quidem capitalem ſententiam accepit, Claudius vero cum conjoge & filiis in exilium deportati *&c. Caniſius quoque* S. Maximam *decollatum ſcribit. Qua Uſuardi, eadem ceterorum fere Martyrologiorum ſententia eſt, verbis aliis expreſſa, uti & Maurolyci, ac Galeſinii. Felicius ſcribit poſt diuturnum exilium concrematos, cui Ado haud ſatis ſuffragatur. In uno mſ. configuratus eorum natalis 19. Febr. librarii errore.*

martyrii modus

3 *Nomina quorumdam varie ab nonnullis auctoribus exarata*: S. Cotta, *vel forte* Cutiæ, *etiam* Cothia *appellatur*, Cucius, Cecianus, *& apud Caniſium* Curia, *qui & pro Alexandro* Alexandriam *ponit*. *Maurolycus pro Maximo* Marinum *habet*. Præpedignam, *Ghinius* Propedignam *vocat*, *mſ. quoddam* Prædignam, *alind* Probedignam, *quadam* Præpidignam. *Galeſinius iis* Primam *adjungit*, ut in manoſcripto codice legerat. *Nulla ejus in actis mentio. Qui S. Claudio tribuitur* Clariſſimi *titulus, eo ita Notitia Imperii Occidentalis inſignitur* Conſulares provinciarum & Correctores ac Præſides, *præterquam Dalmatiæ, qui* Perfectiſſimus *vocatur. In eadem Notitia agitur de officio* Comitis rei privatæ, *vel* rerum privatarum, *quod egregie explanat Guidus Pancirolus. Illi autem Comiti tribuitur* Illuſtris.

nomina variis auctoribus expreſſa

an Primus Julius?

dignitatis titulus

4 *Horum converſionis martyriique hiſtoria ſummatim expoſita eſt in Actis S. Suſannæ Virginis ac Martyris, quæ ad* 11. *Aug. edita a Surio, ſed phraſi expolita. Nos ea acta primævo ſtylo deſcripta habemus in vetuſtis duobus optimæ notæ exemplaribus, quorum alterum fuit collegii Fuldenſis, contulimuſque cum tertio mſ. monaſterii S. Maximini Trevirorum, & Bonno Mombritio. Recenſet eadem Baronius to. 2. Annal. ad an. 294. & 295. ex quatuor mſſ. Nos omiſſo poſtremo cupito, quo de ipſius Suſannæ martyrio peculiariter agitur, priora omnia, quæ ad hos communiter ſpectant, hic damus.*

Acta unde hic edita?

E

5 *Quando martyrium conſummarint, intelligi poteſt ex S. Cai Papæ Sedit tempore. Nempe S. Suſannæ necem*, ab eodem die (*ut eſt in fine actorum ejus*) cœpit B. Cajus Epiſcopus in eamdem domum introire, ubi gladio fuerat percuſſa, & ſacrificiam Domino Deo ſuo offerre pro commemoratione B. Suſannæ & populo: quia domus ad domum B. Gabinii Presybteri jungebantur & Cai Epiſcopi. Ab eodem tempore jam tale erat ſignum Chriſtianiæ & ſtatio deputata, IN DUAS DOMOS. *Quo nempe invicem ſignificarent, ubi ſua ſint futura. Non diu tamen S. Cajo illic peragere ſacra licuit: nam, ut habet liber de Romanis Pontificibus in Cajo*, hic fugiens perſecutionem Diocletiani in cryptis habitando, martyrio coronatur. *Sediſſe autem ibidem aſſeritur*, a die 14. Calend. Janu. a conſulatu Cari ſecundi & Carini, uſque in diem 10. Calendarum Maiarum, Diocletiano IV. (*imo* VI.) & Conſtantio 11. *ſive a* 19. *Dec. anni* 283. *ad* 22. *Aprilis* 296. *hoc eſt anno conſulis ſuerunt* Diocletianus VI. & Conſtantius Chlorius Cæſar II. *Videntur ergo Claudius cum uxore & filiis, & frater ejus Maximus, anno* 294. *converſi, ac* 18. *Febr. anni ſequentis martyrio perfuncti: Suſanna autem eodem anno* 295. 11. *Aug. Cajus ejus patruus octo menſibus poſt ac diebus novem. De S. Gabinio S. Suſanna patre agemus* 19. *Febr. Ceteri, quorum in Actis memioſi, inſcripti Romano Martyrologio ſunt, S. Serena Auguſta* 16. *Auguſti, S. Thruſo Martyr* 11. *Decembris.*

martyrium tempore S. Cai Papæ

F

an. 295.

6 *Narrat horum quinque Martyrum certamen, præter citatos ſcriptores, Mombritium, Surium, Baronium, Equilinum, ſecundo pars Legendæ Lovanii an.* 1485. *excuſa, & in Canulogo Sti. Italiæ Ferrarius, ſed ſuccincte. Uberius & accurate Joannes Triſtanus Hiſtoria Auguſta, quam Gallice edidit to. 3. pag. 343. in Serena: quotquot denique S. Suſannæ res geſtas literis tradidere.*

aliis de hic ſcripta.

ACTA

A

ACTA ANTIQUA,

quæ pars actorum S. Suſannæ V. M.

ex III *veteribus MSS. & Mombritio.*

CAPUT I.

S. Suſanna ad virginitatem tuendam a S. Gabinio patre & S. Cajo Papa patruo animata. Claudius Clariſſimus converſus.

1 TEmporibus Diocletiani & Maximiani Auguſtorum fuit quidam Preſbyter, nomine *a* Gabinius, de urbe Roma, frater uterinus *b* Caii Epiſcopi urbis Romæ, doctus in divinis libris, amator *c* tam divinæ ſapientiæ, quam mundanarum litterarum. Hic frequens tractabat cum Cajo germano ſuo, ita ut libros *d* Tractationum faceret contra Paganos, & erat eruditus in omni mundanæ artis ſtudio litterarum: qui tamen & nobili ortus progenie famatiſſime cognoſcebatur, eo quod eſſet de genere Dioclettani Auguſti. Nam & Cajus ita vulgabatur. Hic Gabinius Preſbyter dum haberet filiam unicam dulciſſimam & pulcherrimam, quam nutriverat in eruditione litterarum mundanæ artis, ſimiliter & divinis libris imbuerat; e facta eſt hujus ingenii artificio patri ſuo æqualis.

a Gabinius Preſb. dom. Dei & nobilis.

b

c

d Gabinius Preſb. dom. Dei & nobilis.

B Suſannam filiam dom. ſuæ

e

2 Audiens hoc Diocletianus de puella, quia & pulchritudine & ſapientia eſſet formoſa, miſit ad Gabinium & petiit eam Auguſto Maximiano *f* filio ſuo in conjugium. Et mittens ad Gabinium quemdam, qui ea genere ejus erat, conſobrinum ſuum nomine Claudium, ex affectu generoſitatis, ut omnia pacifice obtineret a Gabinio Preſbytero. Veniens autem Claudius ad Gabinium, ſic eum alloquitur dicens. *g* Niſi dies feſtus occurriſſet in præceptis Dominorum noſtrorum Auguſtorum, ut me *h* ad veſtram caritatem dirigeret; tamen vos non debuiſtis longe fieri a parentum ſuaviratis agnitione. Quid melius, eligere *i* dignius eſt, quam ut generoſitas noſtræ conjunctionis teparetur per claritatem Dominorum noſtrorum Auguſtorum?

f

g Claudius Maximiani Cæſari generum petit.

h i

3 Reſpondit Gabinius Preſbyter dicens. Nos humiles *k* unde digni ſumus *l* cognati dici majorum? Reſpondit Claudius dicens: Sancte frater, numquid tu filius non es *m* Maximini, cujus, & Cajus Epiſcopus, veſter frater, famatiſſimi Senatoris *n* & Conſulis, patrui noſtri *o* & conſobrini Dominorum noſtrorum Auguſtorum. Reſpondit Gabinius: Ita eſt: tamen nos ultimi & *p* inanes temporum, non ſumus digni hoc dici. Dixit ad eum Claudius: Fructum nationis communis, habito conſilio ſapienti, hoc præceperunt Domini noſtri Principes, *q* & Diocletianus Auguſtus, ut *r* filiam tuam quam cognovimus eruditam in omni ſapientia, in conjunctionem filio ejus tradenda, Maximiano Auguſto copuletur: quia juſtum eſt, ut ea radice firma ſ virgultæ natæ non ſeparentur, quod tameo a nobis optandum ſemper ſperetur in gaudio. Reſpondit Gabinius Preſbyter: Indutias mihi date, ut animum puellæ obligem *t* caritati. Et data pace ſalutationis eacceſſerunt.

k l pater dilectionem peſtulato,

m

n

C

o

p

q r

ſ

t

4 Tunc veniens Gabinius Preſbyter ad filiam ſuam, nomine Suſannam, quam amplectens dixit ei: Deſidero te ad ſanctum Patrem & germanum noſtrum *u* zium tuum Cajum Epiſcopum duci, ut quod in te contulit Spiritus ſanctus, non evacuetur. Eodem tempore rogavit venire ad ſe Sanctum Cajum Epiſcopum, & narravit ei primo omnia quæ geſta fuerant, & intrantes in domum, dixerunt puellæ cum lacrymis: Dioclettianus Auguſtus direxit ad nos Claudium conſobrinum noſtrum, qui veniens ad nos te cariſſimam filiam ſuo filio Maximiano in conjugium petere declaravit.

u filia id. aperit ſanctæ Cajo Papæ

EX ACTIS MSS. S. SUSANNÆ.

5 Reſpondit Suſanna ad patrem ſuum, *x* & dixit: Ubi ſapientia tua excluſa eſt, ut non ſcires me eſſe Chriſtianam, ſicut & vos Doctores? Quare coinquinaſti os tuum vel aures audiendo pollutos ſermones, ut ego conjungar crudeli Pagano, quem vos ſecundum fidem Domini non timuiſtis negare generoſitati veſtræ eſſe conjunctum? Tamen gloria Deo omnipotenti, qui me dignatus eſt cuojungi corporibus Sanctorum: quia ſic credo in Domino Jeſu Chriſto, quia *y* per me hunc contemptum, aſcendo ad palmam martyrii. Reſpondit Gabinius Preſbyter: Ergo filia conſtans eſto in fide, quam tenes. Reſpondit Cajus Epiſcopus & dixit: Et nos mereamur ſtructum oblationis offerre Domino Jeſu Chriſto de conſtantia tua: quia ſcio pietatem ejus in omnes homines eſſe, & miſericordem Dominum Jeſum Chriſtum. Reſpondit Suſanna ad Cajum Epiſcopum *z* zium ſuum, & ad patrem ſuum Gabinium Preſbyterum, & dixit eis: Domini mei, ego ſcio quia de ore tuo hoc ſum erudita, ut caſtitatem ſtuderem ſempee ſervare, & padicitiam Domino Jeſu Chriſto exhiberem. Et in ajus timore jam conſtituta, numquam coinquinabor *aa* viridem commiſſum amoris ſtudio: ſed cui tu me ſemel tradidiſti, ipſi ſervio, & in ipſo confido, quia ipſe novit conſcientiam meam. Cajus Epiſcopus dixit: Ergo, ſi jam ſemel tradita es Deo, cuſtodi præcepta ejus, quia ſic dignatus eſt nobis ſervis ſuis per Evangelicam doctrinam declarare veſtigium, ut cum ſtabitis ante Principes & Præſides non præmeditari qualiter reſpondeatis, quia dabitur vobis in illa hora, quid dicatis: quia non vos loquimini, ſed Spiritus ſanctus, qui loquitur pro vobis. Reſpondit Suſanna cum lacrymis & dixit: Sic ſpero in Dominum Jeſum Chriſtum, quia orationibus veſtris templum Dei efficiar, ſicut Apoſtolus beatus Paulus nos commonet dicens: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos & nemo vos ſeducat.

x

y

z

a a

E

1. Cor. 3. 17.

6 *bb* Eiſdem invicem tractantibus, ſubito venit Claudius ad eos poſt dies tres, & cum gaudio introivit in domum Gabinii, & invenit eos ſedentes. Qui tamen cum magna multitudine & obſequio cum veniſſet, non introivit cum aliquo *cc* de obſequio militantium, niſi ipſe *dd* ſolus. Et in introitu ejus fuit gaudium, & in præſentia *ee* commune ſuot ampleai, cum pace oſculantes ſe invicem. Claudius vero Clariſſimus dixit: Cognovit ſanctitas veſtra, pro quo gaudio venerim ad vos. Reſpondit Cajus Epiſcopus, & dixit ad eum: Si cauſſæ aliæ *ff* ſunt, tamen vel pro genealogia communi, & genere noſtræ conjunctionis, nos meremur præſentari cognationi. Claudius dixit: Ergo modo cognoſcat ſanctitas veſtra, quia Dominus noſter Dioclettanus Auguſtus amicitiam veſtræ cogoationis & affectum deſideraſ ampleſti. Unde commoneo, & etiam tamen rogo *gg* ſanctimoniam veſtram, ut facintis voluntatem Domini Principis totius mundi, & animum ejus gaudio repleatis. Reſpondit Gabinius Preſbyter & dixit: Devulga ſancto Epiſcopo præceptionem Auguſti. Claudius dixit: Ego cum gaudio & gloria devulgabo, & dixit Claudius: Dominus noſter, clementiſſimus Auguſtus filiam veſtram, neptem meam, in conjugio petit Auguſto & Cæſari filio ſuo Maximiano, eo quod multa bona de ejus eruditione cognoviſſet. Nihil enim melius eſſe cognovimus, quam ut generatio noſtra ad inſulas imperii migrare feſtinet, & genus noſtrum augeatur ſublimitate *hh* præclarum. Gabinius Preſbyter dixit: Nihil extraneum nobis obſcurat vel impedit: tamen quæramus ſimul animum puellæ.

dd

ee Claudius litteram eam patri ſuo

ff

F

gg

bb

7 Tunc vocata eſt puella Suſanna in conſpectu Claudii & Gabinii Preſbyteri & Caii Epiſcopi, ut nullus alius inter judicaretur præſens eſſe cum eis. Tunc Claudius videns Suſannam, cum lacrymis ampleſti

Ipſe oſculum ejus averſatus,

EX ACTIS MSS. S. SUSANNÆ.

A

eam voluit, & osculari, quia charitati & generositati proximus jungebatur. Respondit Susanna & dixit ad Claudium: Noli contaminare os meum, quia Dominus meus Jesus Christus novit, quia numquam os ancillæ suæ tetigit vir. Respondit Claudius & dixit: Ego quidem secundum caritatis affectum volui osculari te Dominam, & neptem meam. Susanna in conspectu Gabinii Presbyteri patris sui, & Cai Episcopi, sic dixit: Non tantum ego recuso osculum tuum, sed recusabo, quia de sacrificiis idolorum pollutum est os tuum. Claudius dixit: Et quid faciam ut purificetur os meum ab immunditia ista? Dicit ei Susanna: Hoc faciendum tibi est, ut pœnitentiam agas, & baptizeris in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

hortatur eum ad baptismum

8 Claudius dixit ad Cajum Episcopum: Ergo purificate me, si melius est homo mundus, qui credit in Christo, quam indeus, quos colui, & sacrificia obtuli, quibus & Principes nostri humiliantur. Cajus Episcopus respondens dixit ad Claudium: Frater Claudi, audi me. Bonum est, quod te commoneo. Hoc autem quod agere venisti; Dominus te redimere vult per puellæ petitionem, ut salvum fiet genus nostrum, quia ipse Dominus dignatus est in Evangelio dicere: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Nullum onus peccatorum pejus est quam ut idolis coinquinetur homo, quem Dominus Deus fecit: pro quo dignatus est ad terram descendere, & nasci per virginem, & humiliari & mori propter hominem, quem resargendo ipse Dominus de inferno relevare dignatus est, qui tenebatur vinculis peccatorum, hoc est, idolis servientium: & ut erectus usque ad cœlorum tecminum perduceretur. Claudius autem omnia cum gaudio suscipiens, dixit ad Cajum Episcopum: Vir reverentissime, omnia faciam, quæ nobis prædicatis: tantum ut petitio Augusti Diocletiani *ii* non tardetur. Cajus Episcopus dixit: Tu frater prius fac petitionem nostram, & omnia concedentur tibi bona precanti.

Cajus Papa fidem ei suspendit.

Matth. 11. 28.

B

i i

9 Claudius dixit: Declarate mihi omnia, quæ custodire debeam, & facio præcepta vestra. Tamen quid agendum sit Augusto Diocletiano, hoc me instruite continuo, & relationem meam qualiter illi eam ponam. Cajus Episcopus dixit: Tu frater utere consilio meo, & esto fidelis Deo, & age pœnitentiam de sanguine Sanctorum, quem effudisti, & baptismum percipe, & omnia miserabuntur tibi. Quia Dominus noluit sic dignatus est nos admonere dicens: Cum stabitis ante Præsides & Reges, ego dabo vobis os & sapientiam, cui non possint resistere omnes adversarii vestri. Claudius dixit: Et dum baptismum percepero, delebuntur omnia facinora cordis mei? Respondit Cajus, & dixit: Omnia lavabuntur facinora, tantum tu fideliter crede. Eadem vero hora mittens se Susanna ad pedes Cai Episcopi, dixit ei: Domine, per Christum te conjuro, ne tardes cum baptizare, sed redime eum: Dicit ei Cajus Episcopus: Inquisitionem quæramus, si ex toto corde credere festinat. Claudius dixit: In vestra pollicitatione credo, si omnia mihi laxantur delicta. Cajus Episcopus dixit: In nomine Jesu Christi & Dei omnipotentis omnia tibi relaxantur peccata. Eodem die projecit se in terram ante pedes Cai Episcopi, & jactans se & aspergens pulverem terræ in caput suum, sic ajebat dicens: Domine Deus, lumen æternum, ignosce mihi omnia, quæ in Sanctis tuis gessi, quia nesciens feci: & idola, quibus sacrificia obtuli miser, inanis & vacuus, respuo. Reple me gratia tua, ut sciam omnes filii mei vel uxor mea, quia tu salvas omnes spectantes in te. Tunc fecit eum catechumenum, & dedit ei medicinam, & dimisit eum.

hortatur ad pœnitentiam

Luc. 21. 15.

quamvis, Ipse remissionis peccatorum;

C

humiliter spondet.

a MSS. *& Mombritius habebant perperam* Garinum *vel* Gavinum.

b *Mss. Fuldenses & 1. Maximini ac Mombritius, semper* Gaium *vocant. Nostrum ms.* Gegum.

c *Ita ms. Fulden. & Surius. At mss. 1. Max. & nostrum*: tam præ-

rogativæ divinarum Scripturarum, quam & sapientiæ mundanarum litterarum. *Mombr. auctor* tam sapientiæ quam humanarum litterarum.

d *An absolutis edoctus, in locum hi libri sive nostrimus: non fuerunt saltem 1. illerosymo nostri, nec alii, qui post hunc Catalogus scripserunt Ecclesiasticorum ediderunt.*

e *Ita mss. nostrum et 1. Max. at Fuldensis ista desunt. Mombr. habet:* facta est hujus ingenii, cujus pater suum Suevum, bonis ingenii ex illo particeps effecta est.

f *Fuldenses codex, ac alii tres* Barcnio, Maximinum *vocant, uti ea Græcorum multi. His est* Galerium Maximianum, *qui anno 304. Augustus factus cum Constantio Chloro, cum Diocletianus et Maximianus Herculeus purpuram posuissent. Filius Diocletiani hic dicitur, quia Valeriam ejus filiam uxorem habuerat, quæ novercæ, jungere ei voluit, quam habebat sanguine proximam, Susannam; ut, cum ipse prole masculâ careret, magis sibi eum devinctum retineret. Imo ea etiam causa illum sibi in filium adoptavit, ut censet Baronius tom. 2. annal. an. 294. num. 4.*

g *Ita mss. Fuld. et Mombritius, ac noster codex et 1. Max. Iste dies festus occurrit in*

h MS. *Fuld.* ad vitæ caritate. i *Mombr.* dignus est.

k MSS. *1. Max. ac nostrum*, nequaquam.

l *Alii*, cognatione, *et* cognitione.

m *Ita mss. nostrum et 1. Max. At Fuld. et Sur.* Maximini. *Mombr.* Maximi. *Baronius ait* Maximinum, *sive* Maximum, *fratrem fuisse Diocletiani, parum Cæli et Gabinii. Quomodo igitur hi uterini filium fratris erunt? quemodo consobrini Augustorum? Nisi quis velit improprie verba illa sumi.*

n *Ita mss. Fuld. Surius & Mombr. At nostrum mss.* ea consalutu, *1. Max.* consalutat.

o *Addit mss. 1. Max.* Claudii. p MS. *Fuld. & Mombr.* in annis.

q *Ita mss. 1. Max. & nostrum, in Fuld. desit.* Et *Mombr. & Sur.* Ita præceptis Dominus *&c.*

r *Ita vetus mss. ac Mombr.* ut filia.

s *Ita Mombr. & mss. Fuld. ac nostrum, 1. Max.* virgulta.

t MS. *Fuld.* caritate. u *Ita sapiens infra vos localiter.*

x *Addunt mss. 1. Max. & nostrum, & ad vitam suam.*

y *mss. Fuld. et 1. Max.* per hunc contemptum. *Mombr.* per me hoc contemptu. *Sur.* hujus contemptu. *In nostro ms.* hunc contemptum, *ut supra, in accusativo absolute posito, pro hoc contempto.*

z *Desit hæc vox ms. Fuldensis, est in nostro et 1. Max. apud Mombr. est* avunculum.

aa *Ita mss. 1. Max. et nostrum. Fulden.* virili commisso. *Mombr.* virili commissa studia, *Surius sophicas*: nunquam amoris studio cuinquinabor virili complexu.

bb *ms. Fuld.* Eosdem invicem tractantes.

cc *Idem ms.* obsequiosum. dd *Idem*, singulis.

ee *ms. nostrum et Mombr.* communiter.

ff *ms. Fuld.* non sunt. gg *ms. nostrum*, sanctimonium.

hh *Mombr.* præclara, *ms. 1. Max.* præclarius.

ii *mss. 1. Max. et nostrum*, non tarda remanetur.

CAPUT II.

Claudii baptismus, & Prædignæ uxoris, ac filiarum Alexandri & Curiæ.

10 Claudius autem veniens ad domum suam, narravit omnia uxori suæ, quo modo per petitionem puellæ neptis suæ ad gratiam Domini accessisset. Tunc uxor ejus, *a* Prædigna nomine, hoc cum audisset, stupefacta est, & dixit ad virum suum Claudium: Quis dedit tibi ista monita? Respondit Claudius: Cajus Episcopus, frater meus, & Gabinius Presbyter, nam & puella Virgo præcipua in omnibus. Eadem hora Prædigna ascendit caveam *b* basternæ, & venit ad domum Gabinii Presbyteri, & introvit *c* sola ad Cajum Episcopum. Videns eam Cajus Episcopus gratias egit Deo: Quæ cum venisset, misit se ad pedes Beati Cai Episcopi, & tenuit pedes ejus, & osculabatur *d* cum lactymis, dicens: Salva famulum tuum e & me, & filios meos. Audiens hoc Susanna, exiens de cubiculo amplectitur Prædignam cum gaudio. Subsecutus noctu & ipse Claudius cum duobus filiis venit ad domum Gabinii Presbyteri, & misit se ad pedes ejus, dicens: Per Dominum Jesum Christum te conjuro, ne me tardes una cum uxore & filiis meis baptizare.

Prædigna cum suis auctor petit baptismum.

b

e

d

e

& duo filii.

11 Tunc fecit uxorem ejus secundum consuetudinem & filios ejus Alexandrum & Curiam catechumenos,

A nos, & dedit eis medicinam ſapientiæ. Eadem vero hora catechizans eos, & aſſereus aquam benedixit ſecundum timorem Domini, & baptizavit Claudium, cui ita dicebat: Credis in Deum Patrem omnipotentem ex toto corde? Et reſpondit Claudius ſtans nudus ſuper pelvim *f* ligneum: Credo. Et iterum dixit ei: Io Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum? & reſpondit: Credo. Qui natus eſt de Spiritu ſancto? & reſpondit, Credo Domine. Et iterum dixit ei: Qui natus eſt de Spiritu ſancto & Maria Virgine? & reſpondit Claudius: Credo. Et dixit ei: Et ego famulus Dei & ſacerdos baptizo te in aqua, *g* in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, in remiſſionem peccatorum & carnis reſurrectionem. Et levato eo de pelvi, cœpit dicere Claudius: Vidi lumen ſplendidius ſole illuminans me. Unde integre creda Deum Dei filium Jeſum Chriſtum Dominum. Eadem hora, B. Cajus epiſcopus lavit eum chriſmate, & baptizavit uxorem ejus Præpedignam & filios ejus Alexandrum & Cutiam, quos tamen Gabinius Presbyter de baptiſmo ſuſcepit. Tunc obtulit pro illis ſacrificium in eadem domo, & conſecravit corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti; *b* & lac & mel & ſomtem, & participavit cum omnibus myſterium Domini.

B 12 Ab eadem die cœpit Claudius omnes facultates ſuas vendere, & pauperibus Chriſtianis erogare. Et quærens loca abdita & ſecreta ubi Chriſtiani habitarent, ambulans & pecunias & tegumenta diſtribuebat: vel in cuſtodia quoſcumque ipſe obligari præceperat, ipſe per ſe ad eos cum victu & veſtimentis ambulans relaxabat omnes, mittens ſe ipſe ad pedes ſingulorum, qui in cuſtodia tenebantur, pœnitentiam agens, & prout habebat, omnia illis miniſtrabat quotidie cum gaudio nocturnis temporibus.

13 Poſt menſem unum & dies ſedecim requiritur Claudius a Diocletiano Imperatore. Dum autem eum perquireret propter puellam, nomine Suſannam, dictum eſt ei, quia ægritudinis morbo teneretur. Et miſit ad eum fratrem ejus, nomine Maximum *i* Comitem rei privatæ, ut viſitaret eum, & loqueretur ei de puella Suſanna, nepte ſua. Qui cum veniſſet Maximus ad Claudium, invenit eum *k* in cilicio orantem, & ſubito maximus tremor apprehendit eum, & dicit ad Claudium: Frater dilectiſſime & unicum amator meus, qui me a cunabulis educare dignatus es, ex qua cauſſa ſic tenuis factus es? Claudius dixit ad Maximum fratrem ſuum: Si conſiderares audire, enarrarem tibi ex qua cauſſa *l* ad hæc febrio. Tunc amplectitur eum Maximus, & dixit ei: Enarra mihi, Domine, triſtitiam corporis tui. Dicit ei Claudius: Ago pœnitentiam, quia audivi præceptum Principis, & effodi ſanguinem innocentium, tamen ignorans feci, quia ſanctorum Chriſtianorum effudi ſanguinem & truncavi.

C 14 Dicit ei Maximus: Dominus meus Diocletianus Princeps ad hoc ad te direxit, ut reverentiſſimo Cæſari etiam & Auguſto filiam Gabinii fratris noſtri in conjugio copulandam acciperemus: quia tanta ei gratia data eſt, ut genus noſtrum augeatur ſublimitati, & non ſepareiur a *m* cognitione communi: & tu mihi talia inſeris in animo? Reſpondit Claudius dicens: Et ego petivi cariſſimam Domigam neptem meam, de qua mihi præceperat Auguſtus Diocletianus: ſed inveni eam ſanctam, & pendentiæ ſuavis & pulchritudinis elariſſimam, & Deo æterno dicatam, per quam redemptus ſum a peccatis meis. Tamen ut ſcias Deum omnipotentem poſſe omnes homines ſalvare, eamus ad domum fratris noſtri & patris Gabinii Presbyteri una noctu, & videbis lumen æternum. Maximus dixit: Quidquid mihi juſſeris, faciam.

a *Quadam MSS. cum Membr.* Præpidigna, *noſtrum*, Prædigna.

b *Eſt* baſterna *vehiculi genus mollius ſtratum, matronis præcipue uſitatum. Plurima exempla ſcriptorum & gloſſariorum habet. Rhoverydus noſter in Onomaſtico poſt Vitas PP. Surius videtur vocem hanc non intellexiſſe*: Aſcendit Baſternas, *inquis, veneque &c.*

c *MS. Fuld.* ſingula.

d *Baronius addit*: ex more, *ut acta habent. Id in noſtris actis non habetur, ſed habuit ipſe quaterna alia. Ita quoque ſcribit de Præpedigna, quæ in noſtris exemplaribus deſunt: cum dies ante fide Chriſtiana ſectanda conſilium iniiſſet, ſed viri impietate pertenta deſtituiſſet & ſubſoribis Teiſtonus.*

e *MSS. Fuld. & noſtrum*: vel me aut filios.

f *Ita MSS. et Membr. & Surius*, ligneam.

g *Deſunt ſequentia*, uſque in remiſſionem, *in Membr. Sur. mſſ. noſtro & s. Max.*

h *Deſunt hæc verba in mſ. Fuldenſi, habens cetera, & Baronius ac Surius. Membranæ poſt* Jeſu Chriſti *addit* : hoc eſt, lactis & mellis fontem. *Explicat morem illum antiquum Baronius an. 304. num. 19. quod baptizati eſſent tranſlati de loco horroris & vaſtæ ſolitudinis in terram lactis & mellis manantem. Et vitam hanc confirmat loco Tertulliani.*

i *De officio Comitis rei privatæ, vel rerum privatarum vide Notitiam provinciarum Imperii, & commentarios Guidi Pancirolli.*

k *Ita mſſ. noſtrum et Fuld. ac Surius, conſentiente Baronio, mſ. s. Max. habet*, in cubiculo.

l MS. *s. Max. febricito. Membr.* adhuc febricitot.

m *Ita mſſ. noſtrum et Fuld. ac Surius, mſ. s. Max. et Membr.* cognatione.

EX ACTIS MSS. S. SUSANNÆ.

CAPUT III.

Maximus Comes rei privatæ, Claudii frater, converſus: omnes pro fide cremati.

D E 15 Adem nocte venerunt ad *a* Arcus portæ Salariæ juxta palatium Saluſtii, ubi manebat Gabinius Preſbyter. Et nunciatum eſt Gabinio Preſbytero, eo quod Claudius & Maximus germani cui præ foribus ſtatores vos ſalutare deſiderant. Tunc Gabinius Preſbyter exiens occurrit illis, & introduxit eos in domum ſuam, & dum introiſſent, dedit orationem Gabinius Preſbyter dicens: Oremus. Et dum proſtrati jacerent in pavimento, dixit Gabinius Preſbyter: Domine Deus, qui diſperſa congregas, & congregata reſpicis, reſpice in opera manuum tuarum, & illumina omnes in te credentes, quia tu es lumen verum in ſecula ſeculorum. Et reſponderunt omnes, Amen. Et erigentes ſe de pavimento, amplectentes ſe *b* oſculati ſunt ſe invicem.

16 Eadem hora Claudius oſculari cœpit pedes Gabinii Preſbyteri cum gaudio. Videns hoc Maximus, mirari cœpit, & rogans cœpit dicere ut præſentaretur ei Suſanna. Ingreſſus Gabinius in cubiculum, vocavit eam. Suſanna vero exiens de cubiculo & adorans Dominum dixit patri ſuo: Dona nobis benedictionem. Et in ejus iterum adventu oravit Gabinius Preſbyter dicens: Pax nobis donetur a Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat cum Deo Patre omnipotente in ſecula ſeculorum, & reſpondentes omnes, Amen. Tunc videns Maximus Suſannæ conſtantiam humilitatis & verecundiæ, tenens manum Suſannæ oſculatus eſt manus ejus. Illa autem contemnebat hoc fieri.

17 Et dum diu præ gaudio ſterent, nunciatum eſt S. Cajo epiſcopo, quia juxta habitaculum eccleſiæ ſuæ, quam ipſe fecerat juxta palatium Saluſtii, eo quod ibidem maneret. Et cito veniens ad Gabinium Preſbyterum, ſperans quod ad palmam martyrii ad eum ventum ſuiſſet, & ideo concitus venit. Qui vero *c* tanta ambitione ingreſſus eſt, ut in ingreſſu ejus omnes caderent in pavimento. Quibus dixit B. Cajus: Animo conſtante eſtote, in nomine Domini. Eadem hora dedit orationem dicens: Oremus. Domine Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnibus ad ſalutem & vitam æternam miſiſti Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut nos eruetes a tenebris mundi; dona his ſervis tuis conſtantiam fidei, quia tu regnas in ſecula ſeculorum. Et reſponderunt omnes uno animo, Amen. Et ſedentes audiebant verba a B. Cajo epiſcopo. Su-

a *Scilicet eum ad Gabinium.*

b *Pax & benignet eum ſalpiantur.*

c *Adoratur Suſanna.*

d *Cum Cajus Papa.*

e *Qui beatiſſimi ſacerdotes.*

EX ACTIS MSS. S. SUSANNÆ,

ſanna vero numquam voluit cum eis ſedere, ſed ſtans, orabat.

18 Tunc Cajus Epiſcopus dixit : Gratias ago Deo meo, frater Maxime, quia dignatus *d* es nos viſitare. Reſpondit Maximus, & dixit : Ego quidem non meritus veni ad vos, tamen oſculabor pedes veſtros. Ea qua cauſſa venerim noſti melius. Dicit ei Cajus Epiſcopus : Enarra nobis. Reſpondit Maximus dicens : Diocletianus Auguſtus parens noſter direxit me ad Claudium germanum meum, quia audivit eum ægritudine detineri, quem tamen direxerat ad petendam filiam ſancti Preſbyteri Gabinii in conſortium filio ſuo adoptivo Maximiano Cæſari : ideoque & ego auſus fui venire ad vos. Ecce ex qua cauſſa directus ſum. Dixit autem Cajus Epiſcopus : Puella hæc jam Chriſtum accepit conjugem u Deo Patre omnipotente. Hoc ſcito. Reſpondit Maximus, & dixit : Quidquid a Deo datur, ſempiternum eſt.

19 Cajus Epiſcopus dixit : Ergo accipe & tu ſempiternam vitam. Dicit ei Maximus : Et quæ eſt ſempiterna vita? Reſpondit Claudius : Sicut ego cognovi. Reſpondit Maximus : Vere quod tu cognoviſti, & ego deſidero, tamen non debet elongari oratio noſtra a ſublimitate Auguſtorum. Dicit ei Cajus Epiſcopus : Nos te commonemus, ut credas Dominum Jeſum Chriſtum Deum Dei filium ſempiternum. Quia ſublimitas hæc, quam videmus, temporalis eſſe cognoſcitur : illa autem, quam nos prædicamus, ſempiterna, innoxia detinetur & amabilis. Hoc audiens Maximus, cum gaudio ſuſcepit. Dicit ei Cajus Epiſcopus : Noſti, frater, omnia quæ derelinquimus, quæ vobis diximus, quanta vobis commiſimus, & nihil ſperavimus, quam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem vivimus & gloriamur. Reſpondit Maximus & dixit : Ne tardes in me, Domine, ſed quod cognoſcis expedire in me, ſicut in vobis, facite celerius. Tunc indixit Maximo jejunium, & præcepit, ut ambularet ad domum ſuam.

20 Veniens autem ad domum ſuam Maximus, nihil alicui confeſſus eſt, ſed tantum detinebatur amore fraternitatis, qui tantum cupiditate amoris Cati Epiſcopi & Gabinii Preſbyteri detinebatur, ut morte præpoſita Dominum confiteretur. Quod tamen cum ipſis diebus illis fecit conſilium, & intra quinque dies cœpit enumdare facultatem ſuam, & diſtribuere pauperibus Chriſtianis. Poſt quintam diem veniens mundus, miſit ſe ad pedes Cati Epiſcopi, dicens : Adjuro te, Domine mi, per ipſum, per quem illuminaſti fratrem noſtrum Claudium, ne me tardes illuminare, quia ſenſi compunctionem in corde meo Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem tu prædicas, a die quo mihi dignatus es ſermonem ædificationis donare. Dicit ei Cajus Epiſcopus : Ergo inclina cor tuum in invocationem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Reſpondit Maximus & dixit : Ego miſer infelix oro *e* ſanctimonium veſtrum, ut ſalvetis animam meam, & eruatis me de profundo idolorum tenebrarum, & ad veram lucem perducere digneminí. Cajus Epiſcopus dixit : Audi me frater, ſi ex toto corde credis & abrenuncias pompis, angelis ſatanæ. Reſpondit Maximus : Ego ſemel abrenunciavi, quia veſtro exemplo vivere volo. Tunc catechizavit eum Gabinius Preſbyter, & omnia ſacramenta manifeſtavit ei. Et S. Cajus Epiſcopus fecit ſecundum conſuetudinem, ut moris eſt, & baptizavit eum : & levatu de pelve, liuivit eum chriſmatis ſacramento, & obtulit pro eo oblationem Domino, & participati ſunt omnes : & cœpcrunt omnes ab eodem die ſimul habitare cum gaudio & hymnis,

21 Maximus autem omni nocte venumdabat facultatem ſuam, per quemdam amicum ſuum *f* Thraſonem Chriſtianiſſimum togatum, qui occulte aſſidebat publico, habens in corde ſuo cum reverentia religionem Chriſtianam, quem ante multos annos Cajus Epiſcopus baptizaverat : qui magis geſta ſanctorum martyrum colligens ornabat, & omnia nocturnis temporibus pauperibus Chriſtianis erogabat, circuiens per vicos & carceres & cuſtodias.

22 Eodem tempore poſt dies quindecim divulgata eſt fama Maximiano a quodam pagano, adjutore Comitis rei privatæ, nomine *g* Arſicio, Diocletiano Auguſto quaſi ad gloriam dicens : Sacratiſſime Princeps, & ſemper Auguſte, magna fama declaratur de famulo veſtro Cognite rei privatæ, eo quod multis ſubveniat egentibus alimonia. Nam multi in ejus humanitate fama declarant facienti, Diocletianus Auguſtus dixit ad Arſicium : Perquire mihi, unde hoc pecuniæ auxilium habere cognoſcitur. Reſpondit Arſicius, & dixit : Sacratiſſime ſemper Auguſte victor, ſi licet loqui ſuggero. Diocletianus dixit : Loquere fiducialiter. Arſicius dixit : Facultates ſuas tranſigendo venumdat, & eainde facere hoc videtur. Nam & Chriſtianus eſſe cognoſcitur, factus a Cajo & Gabinio. Hoc audito Auguſtus Diocletianus ſecretum habuit in ſemetipſo, & rerulit *h* Serenæ uxori ſuæ, eo quod filiam Gabinii poſtulaſſet Maximiano uxorem. Serena hoc audito magis confortata eſt, & dedit gloriam Deo, quia & ipſa occulte Chriſtiana erat. Reſpondit Serena Auguſta dicens : Quod tibi imperatum fuerit a ſuperna majeſtate, fac.

23 Tunc Diocletianus Auguſtus, contempſit uxorem ſuam, & vocavit ad ſe quemdam Julium paganum erudelem, & habito cum eo conſilio, dixit ei : Miſi cariſſimos meos ad quemdam, petere uxorem filio meo : illi autem contemnentes præcepta mea, qui fuerunt mei, imo magis Chriſtiani effecti ſunt. Reſpondit Julius & dixit : Omnes contemptores Principum, etiam ſi injuſta præcipiant, puniuntur. Pietas autem veſtra & prudentia, & quod juſtum eſt imperatum, erat faciendum. Quare in *i* e volutatione adductum eſt, ſine mora puniantur contemptibiles. Et juſſit Diocletianus Auguſtus Julio, ut ipſe dirigerer milites, & tenerent omnes, ut tantum Cajum Epiſcopum non tenerent. Sed tenuerunt Gabinium Presbyterum cum filia ſua Suſanna, & Claudium cum uaore ſua vel filiis, & deportari in civitate *k* Comos, quos juſſit incendio concremari : Claudium & Præpedignam & Alexandrum & Maximum in Oſtia in *l* rheuma jactari. Gabinium vero Presbyterum & Suſannam fecit in cuſtodiæ vinculo naucipari.

EX ACTIS MSS. S. SUSANNÆ, A *d* Maximus indicat, ſe Susannam Chriſto deſponſam. B baptizatur cum ad fidem ſuſcipiendam. C poſt 5. dies fervus mer petentem baptiſmum. D E *f* Maximus ſuo bono dat pompibus per S. Thraſonem. *g* E *h* accuſatur apud Diocletianum. *i* cum Claudio & aliis occiditur. *k* F Gabinius & Suſanna cuſtodiæ mancipantur. *l*

a MS. *s.* Max. Arcum. b MS. *noſtrum*, oſculaverunt.
c MS. *noſtrum* & *Membr.* tanto ambitionis.
d *Membr.* eſt. e *Idem* ſanctimoniam.
f S. Thraſonis *mentio ſit in actis S. Marcelli Papæ 18. Januarii nu. 2. & ſeq. Colitur* 11. *Decemb.*
g *Alii*, Arſicius. *Membr. nunc* Arſicius, *nunc* Aſiacius.
h *Colitur* S. Serena Auguſta 16. *Aug.*
i MS. *s.* Max. evolutationem. MS. *noſtrum*, in eo volutionem, *Membr.* evolutione.
k *An* Cumas? *Quomodo ergo* in Oſtia in rheuma jactati? *Surius nomen omiſit, ita quæ proſſit*: in exilium juſſit deportari, & flammis concremandos, apud Oſtiam in aquas jactari.
l *Ita etiam quadam martyrologia excuſa ex mſſ. Fiumen fluxum ſignificat, hic proſluentem, Tiberim videlicet, aut mare.*

A

DE S. EPIMENEO, VEL PIMENIO,

PRESBYTERO MARTYRE BRIXIÆ IN ITALIA.

G. H.

XVIII. FEBRU.

1 *Illuſtre Brixia extat ſanctimonialium cœnobium, S. Juliæ Virgini & Martyri dicatum, cujus corpus ex inſula Gorgonio ab uxore Deſiderii Regis Longobardorum, ſeculo Chriſti 8. eo tranſlatum ferunt, ab eaque cœnobium S. Juliæ appellatum, ac primam hujus loci Abbatiſſam fuiſſe Antipergam ejuſdem Regis filiam. Colitur 1. Julia 22. Maii. In hoc cœnobio quieſcit corpus S. Epimenei, cum reliquiis plurimorum Sanctorum anno 1600. tranſlatum: uti hæc inſcriptio apud Ughellum tomo 4. Italiæ ſacræ in Theobaldo Epiſc. Brixien. pag. 734. docet* : D. O. M. Huc ex veteri eccleſia, ſanctarum Virginum & Martyrum Juliæ, Piſtis, Helpis & Agapes, ac Sophiæ earum matris, nec non duorum Innocentium, Sanctorumque Epimenei Juſtiſſ. & Hippolyti ac Concordiæ ejus nutricis Martyrum, Beatique Obicii Confeſſoris, corpora eum innumeris ſanctis Reliquiis, Clemente VIII. in cura paſtorali, & in Sereniſſ. Venet. dominio Marino Grimano Duce reſidentibus Briaix vero D. D. Marino Georgio Cath. Eccl. Epiſcopo, R. P. D. Flaminio Fabbio Bononienſi S. Euphemiæ Abbate, cœnobiique hujus ampliſſimi, in quo moniales 170. Deo laudabiliter ſerviunt, R. D. Suſanna de Montinis Abbatiſſa, eaſtentibus, tranſlata fuere 1600. die 16. Kalend. Januarii. *Hæc ibi.*

Brixia in monaſterio S. Juliæ aſſervatur corpus S. Epimenei.

tranſlatum an. 1600.

2 *Colunt* 1. *Sophia* 30. *Septembris, ejus tres filii* 1. *Auguſti, SS. Innocentes* 28. *Decemb. Hippolytus & Concordia* 13. *Auguſti, 1. Obitus 4. Februarii, ubi aliqua ejus Acta dedimus. At die hodierna* 18. *Februarii colitur* S. Epimeneus juſtiſſimus, *quod illi epitheton dari conſpicamur in illa inſcriptione. De eo agit ex antiquo Calendario Eccleſiæ Brixienſis Galeſinius his verbis* : Btixiæ S. Epimenei Presbyteri & Martyris. *Ferrarius in Catalogo SS. Ital. iſta ſcribit* : Epimeneus Presbyter Briaianus, quo tempore martyrium paſſus ſit, nondum legi. Colitur tamen Brixiæ, uti Tabulæ ejuſdem ad uſum ſacrum compoſitæ habent : ac ejus mentio in Martyrologio Eccleſiæ Briaienſis, & in Martyrol. Petri Galeſinii fit. Ejus corpus in æde S. Juliæ Briaiæ cunquieſcit. *Eumdem inſcripſit SS. generali Catalogo idem Ferrarius, annotatq; a Maurolyco* Pigmenium ſcribi, *eumq; frequenter* Sanctorum & locorum nomina pervertere.

e alitur 18. Febr. Presbyter & Martyr.

3 *Maurolycus & Felicius iſta tradunt* : Item Pigmenii Presbyteri & Martyris. *MSS. Martyrol. Ultrajectinum* 1. *Maria & Trevirenſe* 1. *Martius, ſolum iſta habent* : Item Pimenii Martyris, *mſ. Richenovienſe* : Alibi S. Pimenii Martyris, *mſ. Aquiſgranenſe ita incipit* : 12. Kalend. Martii Natalis S. Primeni Presbyteri ad ſanctos duos ſenes. *Greven in auctario Uſuardi ſolium jungit, & Romæ adſcribit* : Romæ Pimenii Presbyteri & Fauſti Martyrum. S. Pigmenius *Presbyter Juliani Imperatoris Magiſter, cujus juſſu in Tiberim projectus dicitur, itaq; martyrium compleviſſe, colitur* 24. *Martii.*

an Idem Pimenius, an Pigmenius, Quotcunque, incertum.

alius Pigmenius M. Roma

4 *Colitur & 24. Martii* S. Epigmenius *a Baronio inſcriptus martyrologio Romano his verbis* : Ibidem *Romæ* S. Epigmenii Presbyteri, qui in perſecutione Diocletiani ſub Turpio Judice gladio cæſus, martyrium conſummavit. *Annotatq, Baronius* mentionem de eo haberi in Actis S. Creſcentii pueri, quem baptizavit. *Hic Roma etiam ſub eodem Judice gladio percuſſus, refertur* 14. *Septemb. cujus corpus a Stephano Papa IX. acceptum, Antifrodum Epiſcopum Senenſem anno* 1058. *Senas tranſtuliſſe tradit Ughellus tom.* 2. *Italiæ ſacræ pag.* 626. *Aſt* ubi S. Epigmenii corpus conditum fuerit, aut ubi hoc tempore quieſcat ſciri non poſſe *ait ad* 24. *Martii Ferrarius in Cat. SS. Ital. Perſam illud Brixiam tranſlatum eſt, uti corpora aliorum Sanctorum, qua in eodem cœnobio aſſervantur, aliunde ſunt aſportata: atque ita* Martyr Romanus *ab Greven Carthuſiana dicitur, a reliquis etiam* Presbyter, *nec nomina* Epigmeneus, Epigmenius, Pigmenius, Pimenius, *multum diſcrepant. Et a Baronio in Annalibus an.* 303. *n.* 114. Pigmenius *dicitur, qui in martyrologio* Epigmenius.

Alius Epigmenius, qui & Pigmenius Presb.

5 *Denique num Fauſtus ab Greven adjunctus, ejus fuerit in martyrio ſocius, necdum legimus. Baronius in Notis ad* 14. *Septemb. ſitt. Aſſerit ſe de martyrio S. Creſcentii pueri aliorumque ſociorum Acta MSS. legiſſe, quæ ab Eccleſia Perotina acceperat. Hæc Acta nobis nondum licuit videre, neque ſcimus an aliquis Fauſtus illis ſocius fuerit. Eſt Fauſtus Romæ martyrologio adſcriptus, alius* 24. *Junii, alius Kalendis Auguſti, ille ſocius martyrii habuit viginti tres, hic ſocius adjungitur Ss. Bono Presbytero, Mauro, aliiſq; Martyribus, quorum mentio ſit in Aliis* 1. *Stephani Papæ & Martyris* 1. *Auguſti.*

Quis Fauſtus illi ſocius ſocietur?

C

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS LUCIO, SILVANO, RUTULO, CLASSICO, SECUNDINO, MAXIMO, FRUCTULO, DAMASO, PAULO, MARTIALE.

F

G. H.

XVIII. FEBRU.

1 *Baronius in Notis ad martyrol. Romanum*, 18. *Februarii litteris Carthagine hos* Martyres alias fortaſſe prætermiſſos eſſe, quod nec civitas ubi paſſi, nec tempus ibidem haberetur expreſſum. *Ubi videtur Bedam, Uſuardum, Adonem notare, apud quos nulla horum mentio eſt, miſi in exemplaribus poſtea auctis. Referuntur horum aliqui abſque loci temporiſve nota in martyrologio mſ. Leodienſi* 1. *Lamberti* : Item SS. Rotuli, Silvani, Paulini, Maaimi. *Hermannus Greven in auctario Uſuardi hos omnes conjungit* : Item Rotuli, Claſſici, Damaſi, Tulli, Lampaſii, Maioli, Silvani & Maximi. *Ex quibus* Tullus, Lampaſius, *&* Majolus *ſpectant ad diem* 19. *Februarii* Tom. III.

Martyres ritiali absque loco,

& cum aliis Sanctis

Februarii. Eodem modo intermiſcentur in mſ. Aquiſgranenſi : Rutuli, Daſſici (*imo* Claſſici) Tulli, Lampaſii, Maroli, *aliis* Majoli.

2 *Locum alii aſſignant* urbem Italiæ Concordiam, *de qua actum pridie, ſeu* 17. *Februarii, quando ibi coluntur* Martyres circiter nonaginta, *quorum undecim ſuis nominibus exprimuntur, quorum etiamnum ſacra oſſa illic aſſervantur. Ubi obſervavimus eorum martyrium in nonnullis martyrologiis attribui Africæ, & vice verſa, qui hoc die coluntur, dici Concordiæ paſſos, quod vitium opinamur amanuenſium eſſe. Ita in mſ. martyrologio Romano, ſeu* 1. *Hieronymi, hæc leguntur* : 12. Kalend. Martii, in Italia civitate natalis Rutuli, Silvani, Claſſici, Secundini,

alibi Concordiæ aut Italiæ adſcripti

AUCTORE G. H.

A Fructuli, Damaſi, Interrapis, Pauli, Martialis, Maximi. *In MS. Aquiſgranenſi poſt Martyres omnes relatus hæc habentur*: Itali civitate Concordia Silvani & Claſſici, Secundini, Fructuli, Damaſi, Pauli, Maximi. *Omittuntur* Rutulus, Interrapis, & Martialis. *Et qui ſupra* Daſſicus *ponebatur, hic tamquam alius* Claſſicus *repetitur. In mſ. Richenovienſi, ſive Augia divitis prope Conſtantiam, hi Martyres enumerantur*: In Italia civitate Concordiæ, Rutuli, Silvani, Claſſici, Secundi, Damaſi, Pauli, Martialis, Maximæ. *Omittuntur* Fructulus & Interapis: *& qui aliis ſunt* Secundinus & Maximus, *hic ſcribuntur* Secundus & Maaima. *Quid vero* Interapis, *urbs, an Martyr aliquis?*

3 *Illos* in Africa *paſſos memorant alii, Martyrologium Romanum*: In Africa ſanctorum Martyrum Lucii, Silvani, Rutuli, Claſſici, Secundini & Maaimi. *Annotat ibidem Baronius*, hos omnes reſtitutos eſſe ex peræquo codice, cujus ſæpius meminit, *ſcilicet monaſterii s. Cyriaci in quo hi referuntur*: In Africa SS. Rutuli, Silvani, Caſſici, Secundini, Fructuli. *Deeſt* Lucius, & Caſſicus *ſcribitur in apographo noſtro, qui alius* Claſſicus *eſt. In mſ. Reginæ Sveciæ, quod fuit Eccleſiæ Silvanectenſis, & mſ. Carmeli Colonienſis ter ſolum exprimuntur*: In Africa SS. Rutuli, *ſive* Rutuli, Silvani, Maximi Martyrum. *Idem cum aliis ad ſequentem diem recitandis memorantur in mſ. Aquicinctino*: In Africa paſſio SS. Publii, Juliani, & Marcelli. Item SS. Silvani, Rutuli & Maximi. *In mſ. s. Maximini duo ſolum referuntur*, Rutilus & Silvanus in Africa *paſſi. In mſ. Latinenſi quatuor nominantur ſed quaſi in duas claſſes diſtincti*: In Africa natale SS. Rutuli, & Damaſi. Ipſo die Silvini & Paulini. *Hos alii* Silvanum & Paulum *appellant. MS. monaſterii s. Martini Tornaci*: In Africa natalis SS. Rutuli, Damaſi, Silvani, Caſſici, *qui alibi* Claſſicus *eſt, & ſeorſum additur*: Et depoſitio S. Martialis Epiſcopi, *de quo mox agemus. Qui in Martyrologio Romano collocatur primo loco* Lucius, *repetitur in mſſ. Ultrajectinis. Maria, Bruxellenſi s. Gudila, ac variis ſub nomine Uſuardi ad uſum Eccleſiarum Belgicarum auctis, Florario mſ. Martyrologio Celonio 1490. edito, Romano Bellini, & auctoris Molani*: In Africa Lucii, Silvani & Maximi, *qui in Uſuardo Labbæa an. 1475. excuſo dicitur* Maximilianus. *Notkerus ita ſcribit*: In Africa Rutuli, Silvani, Claſſici, Secundini, Fructuli, Damaſi.

videntur potius in Africa paſſi

B

C

D

4 *Eoſdem Martyres in quaſdam cloſſes digeſtorum diſtribuit Galeſinius, & perfectionem Vandalica attribuit, atque ex citato in Notationibus codice mſ. ita habet*: In Africa SS. Lucii, Silvani, Rutuli Clericorum, & Maaimi monachi, qui in perſecutione Vandalica crudeliſſime cruciati, & tormenta & necem pro fide fortiter ſubierunt. *Quæ in Martyrologio Canſii eadem legnntur: & mox eadem diverſi reperuntur*, in Africa paſſi Lucius, Silvanus & Maximus. *Ghinius ex Molano, Goleſinio & Baronio hoc eos illuſtrat elogio*: In Africa ſanctorum Martyrum Lucii, Silvani, & Rutuli Clericorum, Claſſici, Secundini, Fructuli & Maximi monachi, qui in perſecutione Vandalica crudeliſſime cruciati, & tormenta & necem pro Catholica fide fortiter ſubierunt.

an in perſecutione Vandalica?

5 *Qui in mſſ. Richenovienſi & s. Hieronymi aliis adjunguntur* Martialis, *ſeorſum collocatur in mſ. Tornacenſi ſupra citato hiſce verbis*: Et depoſitio S. Martialis Epiſcopi. *Antiquo Caleadario mſ. quod penes nos eſt, eorum inter pauciſſimos Sanctos Februarii, inſcriptus eſt* Martialis Epiſcopus, *ut 15. Febr.* Auſtregiſilus Epiſcopos, *cujus illo die* depoſitio *refertur in dicto mſ Tornacenſi & variis aliis, quem alii tradunt obiiſſe 20. Maii. Forte eodem modo* S. Martialis Epiſcopi Lemovicenſis depoſitio, *aliave ſolemnitas indicatur: cujus præcipua veneratio fit 30. Junii. Wandelbertus ad hunc diem de S. Martiale hæc canit*:

Biſſenumque diem Martialis ſanctus honorat.

Intelligitur dies 12. Kalendas Martii.

Ao S. Martialis Epiſcopi Lemovicenſis depoſitio indicatur?

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS MARCELLO, MACROBIO, GEMINO, ROMULO, SILVINA, CARSICIO, FRUCTULO.

G. H.

XVIII. FEBRU.

C *Martyrologium mſ. Romanum, quod ob ſuam antiquitatem merito maximi facimus, s. Hieronymi nomine præſtitulatum, relatis aliis Martyribus, ita concludit*: Et alibi Marcelli, Macobii, Gemini, Romuli, Silvinæ, Carſicii, Fructuli. *In perveluſto mſ. Richenovienſi aliqui horum memorantur*: Et alibi Marcelli, Rumuli, Silvini, Caſſici. *Refertur in mſ. s. Hieronymi alter* Fructulus *hoc die relatus, uterque omiſſus in Richenovienſi. In mſ. Aquiſgranenſi præter* Rurulum & Claſſicum *inter alios Martyres relatos memorantur* Rutulus *alter* & Daſſicus: *ubi forte reponendi* Rumulus, *ſeu* Romulus, & Caſſicus *ſeu* Caeſicius. *Dedimus* & Macrobium Martyrem 16. *Februarii, ſed aliis junctum ſociis, &* in Africa *poſſum*. Maecellus *legitur in mſ. Aquicinctino, ſed* in Africa *paſſus cum* Publio & Juliano, *qui tres ad ſequentem diem ſunt referendi*.

F

DE S. LEGONTIO EPISCOPO METENSI IN BELGICA I.

I. B.

AN CCCXXV. XVIII. FEBRU. S. Legontii natalis 18. Febr.

1 *Duodecimus Eccleſiæ Metenſis Antiſtes ſtatuitur a Paulo Diacono, Joanne Chenu, Demochare, Claudio Roberto*, S. Legontios. *Obiit 12. Kalend. Martii, ut Chenu tradit. Eo die iſta legantur in Martyrol. Metenſi, Meurisſio teſte*: Metis depoſitio S. Legontii Ep. *Et in mſ. s. Gudila Bruxellit*: Mettis S. Legontii ejuſdem urbis Epiſc. & Conf. *Eumdem habet in generali Catal. SS. Ferrarius: ſed fallitur, dum Molanum citat in Notis, non enim hujus, ſed Trevirenſis* Legontii *meminit Molanus, & quidem 19. Februarii*.

2 *De* S. Legontii, *ac* S. Phronimii *ejus deceſſoris*, aliquid vitæ, præter nomina, nihil ad nos deduxit ecclatio priſca, *inquit Paulus Diaconus in libello de Epp. Metenſib. Meurisſius Madaurenſis Epiſc. ac Metenſis Suffragoneus, in hiſtoria Metenſium Epp. ſcribit ab anno 292. ad 325. illi Eccleſiæ profuiſſe Legontium, ac Virdunenſi quoque Paſtore tunc proprio deſtituto, conſuluiſſe, difficillimis ſane temporibus: quam ipſe tamen Chronologiam nullis firmat charalteribus*.

ætate

3 *Sepultum idem ſcribit in crypta s. Clementis primi Epiſcopi. Poſteo ejus ac deceſſoris tralatæ reliquiæ ſunt e crypta in eadem ſuperiorem, ubi etiamnum aſſervantur, & præcipue brachii amborum partes in arca quadã cum aliorũ exuviis Divorũ condita. Memoria Tranſlationis celebratur die 16. Junii, iſtoque die leguntur in Metenſi martyrol. apud eumdem Meurisſium*: Meris tranſlatio ſanctorum Confeſſorum pariterq; Pontificum Legontii & Phronimii. *Quidam, natalis ſit an tranſlatio, non diſtinguunt, ita Hermanni*

tranſlatio 16. Junii

A *nus Greven*: Metis Leguntii & Stromiuit. *MS. Florarium*: Apud Metim civitatem depoſitio ſanctorum Epiſcoporum & Confeſſ. Firmini & Legoncii. *Ferrarius in gener. Catal. Ss.* Metis ſanctorum Epiſcoporum Legontii & Frominii. *Expreſſius ceteris Sanctis in Martyrologio Gallicano*: Metis translatio Sanctorum Epiſcoporum Phrominii & Leguntii e crypta Eccleſiæ S. Clementis ad ſuperiorem ædem. *Ut hic Florarium, ita Baronius in Notis ad Martyrol.* 18. *Auguſti* Firmuium *pro* Phronimio *accipit*. *Fuit* S. Firminus *Metenſis Epiſcop.* 20. *colitur*que 18. *Auguſti*: Phronimius 11. *& colitur* 17. *Julii*. AUCTORE B. D

DE SANCTIS VIRGINIBUS ROMANIS

CONSTANTIA AUGUSTA ATTICA ET ARTEMIA,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§. I. Converſio harum Virginum & S. Gallicani ad fidem, & continentiam.

SECULO CHR. IV. XVIII. FEBR.

1 GEſta nobiliſſimarum harum Virginum continentur poſſimum in *Vita s. Agnetis Virginis & Martyris, & Actis ſanctorum fratrum Joannis & Pauli*. *Vitam s. Agnetis dedimus* 21. *Januarii, quam s. Ambroſius num.* 17. *his verbis concludit*: Hæc ego Ambroſius ſervus Chriſti dum in voluminibus abditis invenirem ſcripta, non ſum paſſus infructuoſo ſilentio tegi. Ad honorem tantæ Martyris, ſicut geſta ejus cognovi, conſcripſi: & ad ædificationem veſtram, o Virgines Chriſti, teatum paſſionis ejus credidi deſtinandum. *Ex hac Vita Lectio* 3. *inſerta eſt Breviario Romano, recitanda* 28. *Januarii, quando s. Agnes ſecunda colitur, eſtque ejuſmodi*. B. Agnes, parentibus ad ejus ſepulchrum aſſidue vigilantibus, quadam nocte choro Virginum comitata cum apparuiſſet, ſic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis; nam una cum bis Virginibus vivo apud illum in cœlis, quem in terris tota mente dilexi. Cum aliquot poſt annos Conſtantia, Conſtantini Imperatoris filia, inſanabili ulceri medicinam quærens, nondum Chriſtiana ad idem ſepulchrum acceſſiſſet, obdormiſcens ſibi audire viſa eſt vocem hanc Agnetis: Conſtanter age Conſtantia: crede in Jeſum Chriſtum filium Dei, quo te ſanam faciet. Quæ ſanata paullo poſt una cum multis ex familia Impetatoris baptiſmum ſuſcipiens, ibi eccleſiam nomine B. Agnetis ædificavit,

Apparitionem s. Agnetis ſequitur, ad ejus ſepulchrum venit S. Conſtantia.

2 Hæc ibi, *qua in Vita s. Agnetis copioſius referuntur, ac narrata n.* 14. *apparitione s. Agnetis parentibus facta, n.* 15. *& 16. iſta adjunguntur*: Hæc viſio publice ab omnibus, qui viderant, quotidie vulgabatur. Unde factum eſt, ut poſt aliquantos annos ad Conſtantiam Conſtantini Auguſti filiam hoc factum, ab his qui viderant, narraretur. C Erat enim ipſa Conſtantia Regina, Virgo prudentiſſima, ſed ita obſeſſa vulnetibus, ut a capite uſque ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto autem conſilio, ſpe recuperandæ ſalutis, venit ad tumulum Martyris nocte: & licet Pagana, tamen credula mentis intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina ſomni ſuavitate corripitur, & videt per viſum beatiſſimam Agnetem, talia ſibi monita proferentem: Conſtanter age Conſtantia, & crede Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei eſſe Salvatorem tuum, per quem modo conſequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, ſanitatem. Ad hanc vocem Conſtantia evigilat ſana, ita ut nec ſignum in ejus membris alicujus vulneris remaneret.

ſanitatem ſibi impetrari petit;

ſubito ſanatur;

3 Reverſa igitur ad palatium ſaniſſima, facit gaudium & patri Auguſto, & fratribus ſuis Imperatoribus. Coronatur civitas tota: ſit lætitia militantibus & privatis & univerſis audientibus hæc. Infidelitas gentium confundebatur, & fides Dominica lætabatur. *Hæc s. Ambroſius ex nutuque & abdito volumine. Qua eadem expreſſit s. Aldelmus Schireburnenſis in Anglia Epiſc. in poemate de Laude Virginum cap.* 33. *ubi, poſtquam victoriam s. Agnetis de laſcivo juvene obtentam decantavit, hæc addit*:

Quateous inde ſorent laudis præcoma Chriſto,
Unde prius fuerant ſputcis ludibria verbis.
Nam Conſtantinam ſanavit tumba ſepulchri,
Et ſarcophagus, qua pauſant membra puellæ.
Ut merito poſſet regnantis filia Regis
Æterno Regi Regum, qui regnat in æthra,
Reddere magnificas pro vita ſoſpite grates.

& ad ſuam converſionem adducit patrem;

Sin infra dicemus Conſtantiam *etiam vocari, qua aliis* Conſtantia *eſt, & ad ſepulchrum s. Agnetis ſanata. Quin in dictis Actis s. Ambroſius* vulnera, *per totum corpus s. Conſtantiæ diſperſa, appellat*, inſanabile ulcus *dicitur ſupra in Breviario Romano*, graviſſima lepra *in Actis mox referendis & in Catalogo Petri Equilini lib.* 3. *cap.* 34.

4 *Qui ex militum ordine potiſſimum honeſtus affectus eſt ob ſanitatem s. Conſtantio redditam, fuit* S. Gallicanus, *Ss. Attici & Artemiæ pater, annum Imperii Conſtantini* 12. *Chriſtianæ Æræ* 317. *cum Baſſo creatus Conſul, qui uxore poſtea mortua s. Conſtantinum in parente Imperatore ſibi ſponſam dari poſtulavit. Res geſta narratur in Actis SS.* Joannis & Pauli 26 *Junii*, quorum primus, *ut in Martyrol. etiam Romano dicitur*, erat Præpoſitus domus, ſecundus Primocerius Conſtantiæ Virginis, filiæ Conſtantini Imper. *Extant horum Martyrum Acta in quamplurimis codicibus MSS. & tribus nominatim Sereniſſ. Chriſtina Reginæ Svecia. Partem priorem ex codice noſtro optimæ fidei hic damus:*

a S. Gallicano ubi Conſulatu,

5 Sub Conſtantino Auguſto & Gallicano Duce Romani exercitus, Perſarum gens, quæ Syriam tuvaſerat, victa eſt, ac viriliter ſubjugata. Qui cum triumphalibus inſulis ſublimatus, acceptus eſſet Auguſto & carus, filiam ejus, ſacratiſſimam Virginem Conſtantiam, ſibi poſcebat uxorem. Et hoc non mediocri inſtantia flagitabat, tempore quo imminebat gens Scythica, quæ Daciam & Thracias occupaverat. Et quoniam bene erat potens, omnium F poteſtatum Comites ac Præfecti cum omni populo Romano id fieri poſtulabant. Conſtantinus vero Auguſtus contriſtari cœpit, & eſſe mœſtiſſimus, ſciens filiam ſuam poſitam in ſancto propoſito, facilius occidi poſſe quam vinci. Quem cum patris ſollicitudinem ſtudio ſanctitatis conaretur excludere, dixit patri ſuo: Si certiſſimum non haberem, quod me non deſerat Deus, recte formidini meæ & ſollicitudini tuæ locus aliquis cederetur. Cum vero certa ſum de Deo, depone omnem ſollicitudinem tuam, & te daturum me illi conjugem tempromitte, ita ut, ſi Scytharum ſuperaverit gentem, victor ſimul & Conſul me accipiat. Hujus autem ſponſionis gratia duas filias ſuas virgines, quas ex amiſſa conjuge natas habet, mecum uſque ad nuptiarum diem eſſe permittat, ſecum vero meum Præpoſitum & Primicerium Joannem & Paulum eſſe gratanter admittat: ut ille per meos familiares me alloqui & cognoſcere valeat, & ego illius per ejus filias votum moreſque & inſtituram cognoſcam. Facta ſunt hæc omnia, ſicut Virgo diſpoſuit, & velut ſobarrhationis loco dantur duo fratres eunuchi ea latere

unpetitione in uxorem;

ejus filios SS. Attici & Artemiam ſibi ſumit,

tradit illi SS. Joannem & Paulum

Augu-

AUCTORE G. M. A

Auguſtæ, & duæ ſorores, Gallicani filiæ, ipſi Auguſtæ traduntur, ita liberalibus ſtudiis eruditæ, ut viri illis parificentia in virorum numero ſapientium inveniri potuiſſet: quarum una Attica & altera Artemia dicebatur.

6 Quas Conſtantia cum ad ſe venire cognovit, expandens ad Dominum manus, ſic oravit: Domine Deus omnipotens, qui me nationis Martyris tuæ Agnæ a lepra mundaſti, & ſemitam mihi timoris tui oſtendiſti, & Virginis tuæ Matris thalamum reſeraſti; ubi tu ſponſus, tu filius manifeſtatus es, tu genitus ex Maria; tu genitâr probatus es Mariæ; tu omne ſæculum natrieus ſimul etiam illam, ex qua lactatus es & nutritus; tu infantulus creſcens ætate, tu omni mundo incrementum concedens; to ſapientia proficiens, cum ſis ipſe totus ſapientia; tu ita magnus, ut te magnificentius nihil ſit; tu verus homo de matre ex tempore editus, tu verus Deus ex Patre ſine matre genitus, Deus de Deo, feciſti quæ non erant; ex matre ſine patre carnaliter editus, qui lapſum incurrerant, reparaſti: tu ſuſus to lucem illuminatus es, cum ſis ipſe, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum; te precor credens, ut ipſe juſſiſti, te quæſo egens, quod ipſe promiſiſti eum dicere: Amen dico vobis, quod omnia, quæcumque petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis. Petu itaque, Domine, ut has Gallicani filias tu lucreris, ipſum quoque B Gallicanum, qui me tibi tollere conatur, tuæ fidei applicatitati. Aperi Domine os meum auribus earum, & aperi aures cordis earum ſermonibus meis, & conſenſus earum mihi januas pande, ut tantam verbis meis virtutem infundas, ut carnis commercium execrantes, tibi conſecrari deſiderent, & ex ipſo deſiderio tantus amor in earum mentibus oriatur, ut ferventes ad thalamum illum tuum cœleſtem pervenire deſiderent, quem plenis leo lampadibus & tuæ carnatis fulgentibus flammis arrogantes, ut loco ſibi inter ſapientes virgines dato, & de tua miſericordis gloriantes, nihil terrenum deſiderent, ſed te ſolum integro affectu ſuorum viſcerum concupiſcant.

7 Hanc vero orationem fuiſſe Conſtantiæ, ipſa narrante didicimus, quam etiam ab ea legimus ſcriptam. Qualiter autem ad Dominum Atticam Artemiamque converterit, ſtudio celeriter narrandi martyrium Gallicani, prætereo. *Hæc autem cæcus & teſtis oculatus pro ſuo inſtituto judicabat ſufficere, ex cujus præterendi formula colligimus ſingulare ſtudium in converſione ſanctarum ſororum Atticæ & Artemiæ a S. Conſtantia adhibitum fuiſſe, ac forſan viſibili aliquo ſigno divinitus mentes earum ad veritatem amplectendam fuiſſe mutatas: & certe contigiſſe, quæ calamo ſcriptor dignas judicavit, ſed ſe ſtudio celeriter narrandi martyrium Gallicani, ec dein S. Joannis & Pauli,* C *præterire. Altera voti S. Conſtantiæ pars fuit, ut Gallicanus illarum pater etiam Chriſtianæ fidei caſtitatem amplectretur. Ad quod perficiendum Ss. Joannes & Paulus ab ipſa lateri illius adjuncti erant comites, quorum divinum conſilium in extreme Philippopolis perdenda periculo ſibi datum, ita ipſe Gallicanus narrat Conſtantiæ Auguſtæ in dictis Actis Ss. Joannis & Pauli.*

8 Ad ultimum crevit obſidio, & univerſi Tribuni mei ac milites ſe hoſtibus tradiderunt. Cumque cuperem fugiendi aditum reperire, Paulus & Joannes, ea quibus Præpoſitus unos eſt, alter Primicerius Dominæ meæ, Pietatis veſtræ filiæ, Conſtantiæ Auguſtæ, mihi dixerunt: Fac votum Deo cœli, quod ſi re liberaveris, Chriſticola fias: & eris victor melius quam fuiſti. Fareor, ſacratiſſime Imperator, mox ut hoc votum meo ore eſt prolatum, apparuit mihi juvenis quidam ſtatura excelſus, ſetens humero Crucem, dicens: Sume gladiom & ſequere me. Quem ego dum ſequerer, apparuerunt mihi hinc & inde milites armati, confirmantes, & dicentes: Nos tibi præbemus officium. Tu ingredere hoſtium caſtra, & dextra lævaque gladium tenens evaginatum, reſpice, quo uſque pervenias ad Regem ipſorum, nomine Eradam. Quo cum perveniſſem cum eis, veniam ſui ſanguinis proſtratus meis pedibus poſtulavit. Nullum penitus ea eis occidi gladio, nec feci nec poſſi: hunc vero Regem eorum Bradam cum duobus filiis vinctum ab illis militibus accepi. Ita univerſæ ſunt Thraciæ a gente Scythatum liberatæ, & tributarii facti ſunt. Tribuni omnes ad me cum ſuis militibus reverſi voloerunt, ſed niſi fierent Chriſtiani, a me recipi minime potuerunt. Conſentientes vero gradu ſublimiores effeci: non conſentientes privavi militia. Meiſpſum factum Chriſtianum ita Deo devovi, ut etiam a conjugio me promiſerim abſtinere: *ſollicet ut ſumma in Deum fiducia oraverat S. Conſtantia. Sed pergit in ſuo alloquio Gallicanus, ac facultatem petit eum ſe magiſtratu abdicandi*, quo poſſim, *inquit*, religioni vacare, quam didici, & in veritate conſtare, quum perfecte cognovi.

9 *Hæc Gallicanus.* Tunc Imperator Auguſtus. *ut in eiſdem Actis ſequitur*, miſit ſe in amplexus ejus, referens univerſa, quæ geſta ſunt circa filias ejus, & quomodo ſunt Virgines Chriſto utiliter conſecratæ, & qualiter alias Virgines duas per ipſas per ſoam gratiam evocaverit Deus: & quomodo eruditionis ſummam arripientes, a perfectione cœperint, & quomodo univerſa perfecta inter rudimenta ſuſceperint. Tunc cum Auguſto intrante palatium Gallicanus, decurrit Helena cum filia ſua Conſtantia & filiabus ipſius Gallicani. Fundebantur lacrymæ gaudii plenæ, nec permittitor ad domum reverti propriam Gallicanus; ſed quaſi gener Auguſtorum in palatio ſeceſſit, conſideratis filias ſuas in laudibus Dei flentes. Qui cum vellet privatus abſcedere, rogatus ab Auguſtis Conſul proceſſit, & in faſcibus conſtitutus, quumque millia ſervorum liberos civeſque Romanos effecit, quibus prædia domoſque donavit: cunctaſque facultates ſuas, excepto jore filiarum, diſtraht ac donari pauperibus joſſit, ac ſe in Oſtienſi urbe maneoti ſancto viro cuidam, Hilarino nomine, ſocravit: cujus habitaculum amphari fecit ad peregrinorum ſuſceptionem, quam ipſe plurtmis impendebat. *Hæc ibi addantur; martyrium & S. Gallicani & S. Hilarini, quo ambo ex perſecutione Juliani ſubierunt, ille 15. Junii, hic 16. Julii, quando eorum memoriam referunt Beda, Uſuardus, Ado & reliqui antiqui martyrologi, atque una confirmant qua hactenus dicta ſunt: in quibus poſt relatam eadem Ss. Joannis & Pauli, narratur converſio Terentiani, qui decollari eos juſſerat, ac tandem ipſe Terentianus teſtimonio iſta paſſio Sanctorum deſcripta.*

10 *Quibus ſingula hactenus relata annis Imperii Conſtantini adſcribenda ſint, haud non aque conſtet, ex Conſulatu tamen Gallicani colligi poteſt. Fuerat is adhuc Gentilis Conſulem Baſſo, ut ſupra diximus, anno Imperii Conſtantini* F 12. *Chriſti* 337. *at mox Chriſtianam fidem amplexus*, eum vellet privatus abſcedere, rogatus ab Auguſto Conſul proceſſit, *acceptis Symmacho collega, quod anno Imperii* 25. *Chriſti* 330. *factum eſt. Obtulit idem Gallicanus quam plurima dona eccleſiæ Ss. Apoſtolorum Petri & Pauli & S. Joannis Baptiſtæ in civitate Oſtienſi a Conſtantino extructæ ex S. Silveſtri Papæ ſaggeſtione, ut refert Anaſtaſius Bibliothecarius in lib. de Vitis Pontificum. At quamdiu* Gallicanus, quaſi gener Auguſtorum, *poſt victoriam Scythicam, ante dictum Conſulatum* in palatio *vixerit, non facile ſtatui poteſt. Excepit eum veniens in* S. Helena Auguſta *mater Conſtantini cum S. Conſtantia hujus filia, & Ss. Attica & Artemia propriis filiabus. S. Helena, ut Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 45. tradit*, χοῦσὸν τε τὸν πλεῖστον ἀμφὶ τὸν ὑδροκόρον τετιμῆσθαι δυναμένοις, ἢ ὅσ βίν κατέλιπε τιμηθεῖς, Octogeſimo ferme ætatis anno confecto, finem vivendi fecit, *ideoque quamvis dicerentur circa annum* Chr. 250. *nata, ad Conſolatum tamen ulcimum S. Gallicani ſive annum* 330. *potuit vixiſſe. Baronius cum anno* 326. *hiſtoriam Crucis Chriſti Hieroſolymis ab ea inventæ tradidiſſe,*

D *victoriam obtinet;*

ſe Chriſtianum;

quoad ſeipſum;

a *Ss. Attica & Artemia cum* b *S. Helena & Conſtantia obſervantiſſimis amplectitur;*

Hilarino ſe jungunt;

E *& peregrinos;*

ſit Magiſter ſub Julio;

ad illud civitatis epiſcopi ornatis S. Helena,

Cæteris ipſe prælatus;

S. Gallicanus vero fidei amplectenda facit;

Præpoſitus unos eſt;

& conſummationem;

ſororibus Ss. Atticæ & Artemiæ.

Jean. 14. 13

pro converſione S. Gallicani, ejuſque filiarum, ad fidem

Digitized by Google

A *num. 59. de obitu ejuſdem agit, cum tamen, inquit, affirmare non dubitemus, aliquot illam amplius viriſſe annos: quod exactius indagabitur ad ejus Vitam 18. Auguſti.*

Ad Turſe e Syria anno 327. depulſi?

11 *Qua autem a Gallicano reportate de Perſis victoria narrantur, prius eveniſſe videntur, ante annum fortaſſis 327 quando magnam ſub Sapore Rege Perſarum exortam fuiſſe in Chriſtianos perſecutionem ſcribunt Theophanes & Anaſtaſius. Potuit & illa Perſarum in Syriam irruptio non tam imperia Saporis Regis, quam auſpiciis alienjus Satrapa aut Ducis in conſimili dominantis contigiſſe.* Scytharum vera & Sauromatarum nationes, qui nunquam parere populo Romano didicerant, ſub Conſtantino primum ſubactas fuiſſe *tradit Euſebius lib. 4. Vitæ ejuſdem cap. 5. ubi etiam Conſtantinum ipſum ad bellum profectum fuiſſe, & ſignа ſancta Crucis prælata, adverſus eos pugnaſſe atque feliciter hoſtes ſuperaſſe confirmat. Qua cum alio tempore contigerunt, ani Imperatori, ut paſſim fieri ſolet, attribuuntur, qua a Ducibus præclare patrata ſunt.*

Solebat ſubmitti.

§. II. Harum trium Virginum vita ſanctimonia. S. Agnetis eccleſia erecta: mauſoleum & Eccleſia S. Conſtantiæ.

12 A *Luclmus in præfate poemate de Laude Virginum cap. 40. de s. Conſtantia, ſive Conſtantina, ut*
B *ipſe appellat, ita tradit;*

S. Conſtantia Virgo mundum ſpernit;

Nobilis in Roma viait pulcherrima Virgo
Conſtantina, novæ præbens ſpectacula vitæ
Omnibus, integre qui converſarier optant,
Lurida linquentes veteris contagia vitæ.
Hæc, inquam, Virgo cœleſti freta Patrono,
Contempſit mundum felix cum flore virentem,
Arida ceu paleæ projecta peripſema ſqualent.
Utque magis ſtupeas, rumorem adverte parentum,
Nam patet auguſte regnorum ſceptra gubernans,

a Conſtantino patre amatur,

Imperium mundi, Chriſto reguante, regebat,
Qui Conſtantinus nomen ſortitur in ævum.
Hic ſobolem ſanctam miro dilexit amore,
Dum vitæ merito late præconia curſant.
Quam pater intactam ſummus ſub dote ſpopondit,
Felix virgineis cum jam pubeſceret annis.
Namque proco fuerat, (quo non præſtantior alter
Regibus exceptis, qui mundum jure gubernaot)
Deſponſata probo, pactis ſponſalibus arrhæ.

a Deo conſervatur

Sed Deus integram ſatagens ſervare puellam,
Satrapæ mentem ſtimulis compungit acutis,
Funditus ut pompas ſecli ſpreviſſet opimas:
Mallet & immunis Regi ſamularier alto,
Delicias mundi quam opulentis degere dives.
C Cui fic evenit miranda ſalutis origo.

13 *Deiu S. Gallicani celebrata verſibus victoria de Scythis, & converſione ad fidem ac continentiam, hæc addit idem Aldelmus:*

Sic Deus omnipotens famulam proteait amantem,
Vocibus aſſiduis pulſantem regna Tonantis:
Ut ſe ſervaret Sator, integritatis amator,
Lurida linquentem ſævi colludia luxus.
Pluter nam Chriſto convertit dogmate turmas,

Inducis ad virginitatem conſervandam Sanctam & Aemilam,

Exemplo ſimul & celebri rumore coruſcans.
Uberius pandunt geminæ quod forte ſorores
Attica & Artemia Prætoris ſanguine cretæ,
Quem Gallicanum vocitabant ſecula priſca.
Præfatas cujus ſoboles Regina monebat,
Virgineum caſtis ut ſerveut greſſibus ævum,
Florida quæ pariter meruere tropæa pudoris,
Dum mundum linquunt tranſacto tempore vitæ,
Et fauſte properant ad cœli ſidera ſurſum.

14 *Idem S. Aldelmus lib. de Laudibus virginitatis ſoluta oratione ſcripto, cap. 25. iſta ſanctas has Virgines encomio celebrat:* Conſtantia integerrimæ virtutis virago, filia Conſtantini (qui per idem tempus tripartiti mundi monarchiam proſperis ſucceſſibus gubernaſſe noſcitur) nonne cunctas propemodum Romanorum Prætorum filias, omnemque pene generoſam fœminam ſobolem ac pulcherrimam pubertatis indolem, famoſæ virginitatis rumore ad culturam Chriſtianæ religionis & coronam caſtitatis incitavit, ſermone ſuaſit, exemplo inſtigavit? Ita dum-taaat, ut unamquamque ſpreto nuptiali thalamo, & maritalis luxus commercio, cœleſtis ſponſi amplexus eminus ſatagere, & inter Virgines ſapientes cum lampadibus properare, ducta crebro ſuſpiria ſaterentur: quod plenius de converſatione illius ſcripta opuſcula produnt, cujus rei Attica & Artemia illibatæ virginitatis & pudicitiæ florentis virgines ſatis declarant.

AUCTORE G. H. D *& aliis Romanis Virginis.*

15 *Hæc s. Aldelmus. At ſancta Virgines non in palatio Conſtantini Magni inter aulicos ſtrepitus permanſerunt, ſed Urbe relicta ad viam Nomentanam, qua a porta Viminali Nomentum, vetuſtum Sabinorum oppidum, ducebat, ſeceſſerunt, atque ad s. Agnetis ſepulchrum, ubi s. Conſtantia incolumitatem erat corporis adepta, domicilium fixere, quod poſtea monaſterium s. Agnetis vulgo nuncupatum eſt: ubi cum aliis Virgibus, tota animi ſervore Deo ac B. Mart. Agneti inſervientes, ſanctiſſime vitam duxere. De earum pia vivendi ratione apud s. Ambroſium in actis s. Agnetis Actis ipſa leguntur:* Perſeveravit autem Conſtantia Auguſti filia in virginitate, per quam multæ Virgines, nobiles & illuſtres & mediocres, ſacra velamina ſuſceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, uſque hodie multæ Virgines Romanæ Agnetem beatiſſimam, quaſi in corpore manentem, attendunt, & ejus exemplo provocatæ, viriliter integræ perſeverant, credentes ſine dubio, quod perſeverantes, perpetuæ victoriæ palmam acquirant.

Egit domicilium ad ſepulchrum S. Agnetis,

E

16 *Interim vero s. Conſtantia magnificentiſſimam ab Auguſto patre ibidem ad honorem s. Agnetis procuravit eccleſiam erigi, ſuaque ſepultura nobile conſpicui aperis mauſoleum ſtatuo, quod in eſdem s. Agnetis Actis his verbis indicatur:* Interea petit patrem & fratres Auguſtos, ut baſilica B. Agnetis fabricaretur, & ſibi illic mauſoleum collocari præcepit. *Fuerunt hi fratres vivo adhuc Conſtantino patre Cæſares creati, Conſtantinus an. 317. Conſtans 333. at Conſtantina patra an. 337. ipſo Pentecoſtes die, 22. Maji, martue, Romanum inter ſe orbem partiti, atque Auguſti nuncupati ſunt. In pervetuſto codice MS. Sereniſſ. Chriſtina Regina Sveciæ de Vitis Pontificum Romanorum, ad s. Felicem Papam IV. deductarum, ideſt annum Chriſti 530. (quibus tamen nuda nomina nomen Pontificum uſque ad Pelagium II. deceſſorem s. Gregorii Magni adjungantur) hæc de baſilicis a Conſtantino Magno in Actis s. Silveſtri leguntur.* Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus baſilicam in Palatio Seſſoriano, ubi etiam de ligno ſanctæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti auro & gemmis inclufit. Eodem tempore fecit baſilicam S. Agnæ Martyriſeæ rogato Conſtantiæ filiæ ſuæ. Eodem tempore fecit baſilicam S. Martyris Marcellini Presbyteri & Petri F Exorciſtæ. *Hæc ibi, qua Beda de ſex ætatibus mundi in Conſtantino etiam refert aliquante diffuſius, & de s. Agnetis baſilica hæc habet:* Item fecit baſilicam S. Martyris Agnetem rogatu filiæ ſuæ, & baptiſterium in eodem loco, ubi & baptizata eſt ſoror ejus Conſtantia cum filia Auguſta. *At nomen s. Conſtantiæ filiæ etiam exprimitur in Vitis Pontificum Anaſtaſii Bibliothecarii, & his quidem in MSS. Regio, Mazarini, & Thuani hoc modo:* Eodem tempore fecit Conſtantinus A. baſilicam S. Agnetis Martyriſeæ rogatu filiæ ſuæ Conſtantiæ, & baptizata eſt Conſtantia ſoror ejus *& dotatur* & filia Auguſti Conſtantia, & baptiſterium ibi conſtituit. Ibidem autem hæc dona obtulit: Patenam auream penſantem libras viginti, calicem aureum penſantem libras decem *&c. ubi & varia poſſeſſiones enumerantur: quæ ad monaſterium forſan adjunctum ſpectarunt. Qua vera Conſtantia ſoror Conſtantini appellatur, nupta fuit Licinio, ac præcipua poſtmodum Arianorum patrona extitit.*

Impetrat ut templum S. Agnetis a Conſtantino patre ſtruatur,

17 *Poſt obitum* S. Silveſtri Papæ *præfuerunt* Eccleſiæ

Panti-

AUCTORE G. H.

Pontifex Matcus, Julius, Liberius *creatus anno* 352. *ſed ab* Conſtantio Imperatore, quod hæreſi Arianæ noluiſſet conſentire in exilium deportatus. Rediens autem Liberius de exilio habitavit in cœmeterio S. Agnetis apud germanam Conſtantii: ut quaſi per ejus interventionem aut rogatum rediret liberius in civitatem. Tunc Conſtantia Auguſta, quæ fidelis erat Domino Jeſu Chriſto, noluit rogare Conſtantium Auguſtum germanum ſuum, quia ſenſerat conſilium doli. *Halloum* idem *Anaſtaſius, qui memorat a Liberio non immemore hoſpitalitatis, ſepulchrum B. Agnetis fuiſſe exornatum*: Hic, *inquit*, Liberius ornavit de platinis maemoreis petris ſepulchrum S. Agnetis Martyris. *Ex Actis denique MSS. ſchiſmatis oborti inter Liberium & Felicem, qui illo exule creatus fuerat a Paulo Arriano lib. 4. Romæ ſubterraneo cap. 25. & Antonio Boſio lib. 3. cap. 48. ipſa ſub titulo Bonifacii Papa proferuntur*: Hæc autem Conſtantia auguſtæ memoriæ puella juxta oratorium habitabat, quod bonus pater Conſtantinous ſibi fabricaverat: obi & Domnæ ſuæ ſanctiſſimæ Martyris Agnetis famula Virgo ſoit.

famula S. Agnetis habitat;

18 *De ejus obitu & ſepultura ex Actis MSS. idem Boſius & Aringhus ita deſcribunt*: Porto fi Conſtantia in ſancta virginitate permanens, tranſacto tempore hiemis, & inchoato tempore veris, hoc eſt 12. Kal. Martias, paraia iotravit ad nuptias. Corpus veru ejus in preciuſa labro porphyretico ſepulcrum eſt, & ibidem ipſa a parre & fratribus eccleſia, columnis & muſivo de lapidibus decorata, io ejus honorem fabricara eſt. *Hæc verba Actorum MSS. quibus poſt Boſium Aringhus hæc addit*: Iidem inſuper rerum antiquarum ſcriptores hanc porphyreticam arcam in Lateranio, Paulo 11. Summo Pontifice jubente, deportatam fuiſſe ejuſdem Pontificis ſepulturæ inſerviturum aſſerunt. Interim vero, eum inde extraherentur, in ipſo itineris progreſſu, antequam ad deſtinatum locum pertingeret, Pontifex diem extremum clauſit, & Sixtus Papa IV. antiquitati urbanarum rerum ſervandæ intentus, re infecta, eamdem in priſtinum locum redocendam curavit. Ubi hodie non abſque ingenti omnium admiratione, tum ob antiquitatis meritum, tum ob operis elegantiam viſitur. *Hæc ibi cum adjuncta Libri ſive arca aut ſarcophagi ſ. Conſtantiæ forma artificioſe ſculpta.*

mortua 18. Febr.

B

ſepulta in arca porphyritica,

a Paulo II. ſabricata;

a Sixto IV. reſtituta.

19 *Quæ ſupra de ſtatu eccleſiæ in honorem ſ. Conſtantiæ a patre & fratribus erectæ, in Vita ſ. Agnetis* mauſoleum dicitur, *quod haud procul ab ipſa ſ. Agnetis baſilica adhuc extare, neque alio titulo nam ejuſdem ſ. Conſtantiæ eccleſiam nuncupari tradunt iidem Boſius & Aringhus, addunt-que ex variis imaginibus, quas imbi conſpiciantur* vindemiales feſtorum dies *indicantes, videri illud* apud Gentiles templum Bacchi *fuiſſe*, quod a Conſtantino Auguſto inſtauratum, ſacriſque inſuper imaginibus, quæ muſivo & eleganti opere conteaiæ in fornice olim conſpicichantur, exornatum, *Deo* immortali ſit rite dicatum, *ut ſ. Conſtantia ſibi donatum*: *denique* templum ſphæricæ formæ eſſe, cujus fornix ſeu teſtudo columnis viginti quatuor, binis quibuſque ſimul pariter junctis, ſibique ea ordine reſpondentibus fulcitur.

mauſoleum ejus poſtea eccleſiæ S. Conſtantiæ dictum.

C

20 *Duæ fuere ſ. Conſtantiæ ſorores magni Conſtantini filia, harum altera, Conſtantina, ſeu Flavia Julia Conſtantina di la, a patre conjux primo tradita eſt Flavio Claudio Hannibaliano Conſtantini ex fratre Delmatio nepoti, atque ab eo Ponticarum gentium conſtituto Regi, quo mortuo a Conſtantio fratre duxit uxor Gallo Cæſari, qui itidem filius Conſtantii Conſtantinum Magnum habuerat patruum, ſed in Bithynia repentina vi febrium abſumpta Conſtantio Auguſto* VII. *& Gallo* ttt. *Coſſ. ut ait Ammianus Marcellinus lib.* 14. *Is eſt annus Chriſti* 354. *Proximo poſt obitum ejus anno altera ſoror, Helena nomine, nupſit Juliano Cæſari, Galli fratri, in Gallia Vienne, cum Julianus quinquennalia daret, an.* 360. *vita functa. Utriuſque ſororis corpus e regionibus tam longinquis ad Urbem delatum eſt, & in mauſoleo ſ. Conſtantiæ ſororis depoſitum. Quod idem Ammianus lib.* 21. *his verbis indicat*: Inter quæ Julianus Helenæ conjugis defunctæ ſuprema miſerat Rumam, in ſuburbano via Nomentana condenda: ubi uxor quoque Galli, quondam ſoror ejus, ſepolta eſt Conſtantina. *Reperti ibidem prope mauſoleum, ſive eccleſiam, ſ. Conſtantiæ, varii ſarcophagi marmorei ſumi apud Boſium & Aringhum ſtudioſa artificum manu ſculpti & typis excuſi: quos hi arbitrantur condendis cadaveribus dilectarum ſ. Conſtantiæ ſororum, aliarumque virorum illuſtrium adhibitos.*

ejus ſorores Conſtantiæ

D

le mauſoleo S. Conſtantiæ ſepultæ

21 Hoc *de ſororibus ſ. Conſtantiæ dicenda fuere, quod* S. Conſtantia *Virgo ſubinde, ut ſupra ex ſ. Aldelmo oſtendimus, appellata ſit* Conſtantina, *& ipſa bis nupta* Conſtantio *reperitur ejus tum apud auctores* Conſtantia *nuncupata. Ita* 20. *Oſtobris in Vita ſ. Artemii ſub Conſtantino & Conſtantio Ducis, ac ſub Juliano martyrium adepti, dicitur* Conſtantius Gallo ſediſſe uxorem ſuam ſororem Conſtantiam, ut res eſſet firmior & eaotior. *In MS. Græco, προχειρισάμενος γυναῖκα αὐτῷ ζωγήνην τὴν ἀδελφὴν ἑαυτοῦ Κωνσταντίαν τὴν βασιλικωτάτην χάριν. Cujus item obitus in eadem Vita ita refertur.* Atque Conſtaotia quidem ſtatim profecta eſt, ut frater prior conveniret, & in animu habens rogare pro marito, ut nihil grava in eum ſtatueret. Cum autem prompto & alacri animi ſtudio iter inſiſtet, inter eunduin incidit in morbum. Et cum adſcendiſſet in Bithyniam, in quadam ejus ſtatione, quæ Gallicana dicitoe, eſt mortua. *Quo loco in MS. Græco* Conſtantina *legitur*: Ἡ μὲν δὴ Κωνσταντία ἐνταῦθα ἐξέζησεν τὸν ἀδελφόν, ἐκ δευτέρου σὺν ἀνδρὶ τῷ αὐδρὶ ἀφιλομένη &c. *Mortua autem eſt, ut diximus, anno* 354. *quando Liberius Papa adhuc in ſummo quiete regebat Eccleſiam: qui annoſequenti* 355. *a Conſtantio ad Mediolanenſe Concilium evocatus, atque inde in exilium cum aliis orthodoxis Epiſcopis ejectus, Beroea biennio vixit, & poſtquam terrore ac fraude Arianorum compulſus damnationi ſ. Athanaſii ſubſcripſit, remiſſus ad Sedem ſuam, ut ſ. Hieronymus in Chronico loquitur*, Romam quaſi victor intravit. *At poſt Ariminenſe Concilium anno* 359. *habitum, ab Urbe iterum extorris factus, ad ſ. Conſtantiam confugit, atque apud eam delituit, ut eruditæ obſervat Baronius, quem conſule, ad an.* 357. n. 57. *&* 359. n. 46. *&* 47. *Denique Conſtantius Imperator, ultimus fratrum ac ſororum ſ. Conſtantiæ mortuus eſt, 3. Nonas Novemb. anni* 361. *& Conſtantinopoli ſepultus, ſoliſque deis imperavit Julianus eorum patruelis, anno præcedenti a militibus Auguſtus acclamatus. Hic ejuratis fidei Chriſtianæ ſacramentis omnibus, idolorum fana reſeravit, ſub quo varii martyrii palmam promeriti ſunt; inter quos ſ. Joannes & Paulus, olim ſ. Conſtantiæ famuli domeſtici ac ſ. Gallicanus pater ſ. Attica & Artemiæ; ad quod uſque tempus hæ tres Virgines, aut omnes aut earum unam alteramque vixiſſe arbitramur, ac vidiſſe ſub Joviano ac Valentiniano fidem Chriſtianam cæſis idolorum delubris reſtitutam.*

mortua an. 354

Apud S. Conſtantiæ deſcripſit Liberius Papa anno 359

E

F

§. III. *St. Conſtantiæ, Attiæ & Artemiæ reliquiæ, memoria in Martyrologiis.*

22 IMer antiquo monumento, pietatem ſ. Conſtantiæ teſtantia, *fuit quadam inſcriptio in apſide eccleſiæ ſ. Agnetis poſita, carmine acroſticho exprimens hæc verba*: CONSTANTINA DEO, *ſcilicet hoc ſ. Agnetis templum extruxit. At carmina illa apud Bibliothecam Vaticanam tranſcripta, hoc titulo præmittuntur*: Verſus Conſtantiæ Conſtantini filiæ, ſcripti in apſide baſilicæ, quam condidit in honorem S. Agnetis. *Extant hi verſus excuſi apud Janum Gruterum inter inſcriptiones amiquas Imperii Romani in Appendicula pag.* ttlt. *num.* 9. *apud Baronium ad an.* 360. *ſed in Appendice tomi* 3. *initio editi, apud Boſium & Aringhum, atq; apud Triſtanum tomo* 3. *commentario* to2. *qui litteras acroſtichas hac methodo diſtinxit.*

Inſcriptio in ade S. Agnetis ab S. Conſtantia.

Conſtantina Deum venerans, Chriſtuque dicata,
Omnibus impenſis devota mente paratis,
Numine divino multum Chriſtoque juvante,

ex acta-

A Exstavit templum victricis Virginis Agnes:
Templorum quæ vicit opus, terrenaque cuncta,
Aurea quæ rutilat summi fastigia tecti,
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis
Et tartaream solus potuit qui vincere mortem,
Invectus cœlo, soluſque inferre triumphum.
Nomen adhuc referens & corpus & omnia membra,
Mortis tenebris & cæca nocte levata,
Dignum igitur munus Martyr, devotaque Christo
Nx opibus noſtris per ſecula longa tenebis.
O felix Virgo memorandi nominis Agnes.

Iidem verſus a nonnullis tribuuntur s. Damaſo, interq; ejus carmina ſapiens recaſi: qui potius poſt aliquot ſecula videntur compoſiti, cum nomina Conſtantia & Conſtantina non exacta diſtinguerentur.

25 *Aliam ſupra templi s. Conſtantiæ portam legi inſcriptionem tradunt Boſius & Aringhus: quæ ajunt judicari* Eodem die SS. Conſtantiæ, Attico & Artemiæ ſub altari depoſitæ ejuſdem B. Conſtantiæ & SS. Atticæ, Artemiæ, & Emerentianæ corpora inde olim extracta, ab Alexandro Papa IV. qui eamdem Eccleſiam ſolenni ritu conſecravit, ſub altari perhonorifice repoſita fuiſſe. *De s. Emerentiana collectanea s. Agnetis, atq; ad hujus tumulum lapidibus obruta, egimus 23 Januarii. Sedit autem Alexander Papa IV. ab an. 1254. ad 1261. quem aſſerit Ciacconius* altare B. Conſtantiæ conſecraſſe. *Addunt iidem auctores,* pretioſa hæc pignora B in lucem iterum prodiiſſe, cum eidem reficiendo exornandoque inſiſteret Cardinalis Sfondratus, *vidcheet Paulus Æmilius, Gregorii XIV. nepos, qui majorem aram reparavit, ademptoque inſigni laqueari exornavit.*

24 *Antonius Gallonius in Hiſtoria SS. Virginum Romanarum, obſervat. 2. ad Vitam s. Conſtantiæ ait, ejuſdem* S. Conſtantiæ reliquiæ in variis auctoris, ſanctæ Virginis reliquias in diverſis eccleſiis adſervari, magnam corporis partem, in templo eidem S. Conſtantiæ via Nomentana dicato, in magna venetatione haberi depoſitam; caput vero alterumque brachium eſſe in templo S. Petri ad Vincula, dentem in S. Clementis, velum denique cum parte pellis in S. Petri, & nonnullas alias particulas in aliis eccleſiis. Corpus præterea venerabilis Atticmiæ adhuc haberi in S. Conſtantiæ æde: *de corpore ſororis Atticæ ſilet. Ejuſdem s. Conſtantiæ corpus ſub Theodoſio Magno Romæ Conſtantinopolim tranſlatum fuiſſe arbitratur Triſtanus ob hæc Idatii in faſtis Conſularibus verba:* Merobaude & Saturnino Coſſ. (*is eſt an.* 383.) Ipſo anno ingreſſum eſt Conſtantinopolim corpus Conſtantiæ filiæ Auguſti die 2. Idos Septemb. *Verum hic arbitramur intelligi bis nuptam Conſtantinam, & olim Pontificarum provinciarum Reginam, quam, præter Acta s. Artemii indicata, Zoſimus, Zonaras & Cedrenus etiam* Conſtantiam *appellant.*

Colitur S. Conſtantia 25 Jan. 25 *Nomen s. Conſtantiæ ad varios dies Faſtis ſacris & Catalogis SS. adſcriptum eſt. Petras Equilinus, cum lib. 3. cap. 33. de s. Agnete 2. ut appellatur, egiſſet ad 28 Januarii, cap 34. ſub hoc titulo,* De S. Conſtantia Virgine, *de eadem agit, elogio potiſſimum ex Vita s. Agnetis decerpto, nulla facta SS. Atticæ & Artemiæ mentione. Eadem s. Conſtantiæ Virgo relata eſt ad 17. Februarii a Conſtantio Felicio, & Franciſco Labbeo in Menologio Virginum, citatis Kalendariis Germanicis, addit q; Labbeum vitæ ſuæ finem eſſe ex eo an. 336. quod ſupra rejecimus. Idem Labbeus ad 18. Febr. quo aſſerit ab aliis coli s. Conſtantiam, refert SS. Atticam & Artemiam ſorores Virgines, quas conſet circa an. 350 e vita migraſſe. Has unà cum s. Conſtantia eodem 18. Febr. feſtiva celebritate honorari tradit ante memoratus Gallonius in Hiſtoria SS. Virginum Romanarum. Eorum dies. Conſtantiam mortuam ſupra ex Actis MSS. diximus: quæ etiam adſcripta eſt Kalendario, Petri Canſii catechiſmo & precibus præfixo, & Catalogo generali Ferrarii his verbis:* Romæ S. Conſtantiæ Virg. Conſtantini Magni filiæ. *At 25. Februarii de tribus hiſce ſanctis Virginibus officium Eccleſiaſticum recitari Romæ in Eccleſia s. Petri teſtatur Octavius Panvinius in Theſauris abſcondit. urbis Romæ, regione 2. eccleſia 62. quæ eſt s. Conſtantiæ via Nomentana, ubi una de Attica & Artemia, quas & Sanctas appellat, & s. Gallicano earum patrono ſuſius agit. Eodem item die nomen s. Conſtantiæ inſcriptum eſt Ephemeridibus hiſtoricis Fabricii, & Kalendario Aurei precum libelli Ingolſtadii excuſi.*

26 *At 25. Junii, quo martyrio coronatus eſt s. Gallicanus,* E *memoriam harum trium Virginum inſcripſit Greven. Carthuſianus antilario Uſuardi an. 1515. & 1521. edito, ubi hæc habet:* Conſtantiæ Virginis filiæ Conſtantini Magni Imperat. Arthicæ & Arthemiæ filiarum S. Gallicani Martyr. *Eodem die longiori encomio celebrat Canſius in Martyrologio Germanico an. 1573. & 1599. excuſo.* Item, *inquit,* E S. Virginis Conſtantiæ, Imperatoris Conſtantini Magni filiæ: quæ cum eſſet lepra infecta, apud S. Agnetis ſepulchrum ſanitatem conſecuta, deinceps cum Arthica, Arthemia & multis aliis Virginibus Deo ſervivit in monaſterio ſupra cœmeterium S. Agnetis extructo. Per hujus interceſſionem ad fidem Gallicanus converſus eſt, & continentiam amplecti vovit, ſi victor e bello rediret. Qui victoria potitus, non ſolum Chriſti, ſed etiam caſtitatem profeſſus eſt. Conſtantia vero poſt vitam ſancte peractam in pace obdormivit, & apud S. Agnetem fuit ſepolta. Item SS. Arthicæ & Arthemiæ Virginum, S. Gallicani filiarum, quæ a S. Conſtantia converſæ ſunt. *Hæc ibi. At dictum monaſterium longo poſt obitum s. Conſtantiæ curſu temporum nobiliſſimum ac celeberrimum Romanarum Virginum domicilium extitit, cujus Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita s. Leonis Papæ III. meminit his verbis:* Verum & Leo in monaſterio S. Agnetis, quod ponitur foris portam Nomentanam, fecit caniſtra ex argento penſantia libras quinque. *Ejuſdem* monaſterii *teſtatur Boſius & ex eo Aringhus,* veſtigia adhuc ſupereſſe, & ipſummet inſuper aditum, qui ex eo ad cœmeterium patebat. Aliud monaſterii s. Agnetis. F

DE S. FLAVIANO

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO MARTYRE,

Commentarius hiſtoricus. G. H.

§. I. Epiſcopatus S. Flaviani delatus. Odium Imperatoris in eum & Chryſaphii eunuchi.

AN. CHR. CCCC-XLIX. XVIII. FEBR. 1 SAnctus Pater noſter Flavianus primum Conſtantinopoli ſanctæ Dei Eccleſiæ Presbyter, per continentiam & omnibus exornatam virtutibus vitam, Dei conſilio, ſuffragio Imperatoris & Senatus, ſacræque Synodi ſententia, creatus eſt & conſecratus ejuſdem Eccleſiæ Patriarcha. *Id extat ejus elogium in Græcorum Menæis, & apud Maximum Cyſberam. Nicephorus Calliſtus lib. 14. hiſt. Eccl. cap. 47.* Proclo, *inquit,* ſucceſſit Flavianus, ſacrorum donariorum Eccleſiæ magnæ cuſtos, dignitate Presbyter, vita autem cœleſti præclarus. *A Cedreno anno 39. Theodoſii dicitur* Σκευοφύλαξ & Cuſtos donariorum eccleſiæ, Epiſcopus Conſtantinopolitanus; vaſorum cuſtos magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; *atque additur in Hiſtoria Theophanis,* ἐπὶ τῶν ἱερῶν & ἐπίτροπος, vir ſacris præſtans, & ornatus virtute.

Flavianus e Presbytero,

2 *Eo autem tempore in aula Theodoſii degebat* Eunuchus Chryſaphius, *qui, teſtibus Theophane & Nicephoro,* multum apud Imperatorem auctoritate valuit. Hic cum minus gratam haberet Flaviani ordinationem, ſuggeſſit Imperatori, ut Patriarchæ ſignificaret, quo illa electionis Chryſaphius manus poſtulat,

AUCTORE G. H.

nis ſeu conſecrationis gratia, aliquod ſibi benedictionis loco mitteret munus. Cui Divus Flavianus paues pueros miſit. Chryſaphius contra aureum benedictionis donum mittendum eſſe contendit. Cui Patriarcha reſpondit, non eſſe ſibi talium rerum copiam, niſi forte ad hoc ſacris uteretur templi donariis. Ipſum vero Chryſaphium optime noſſe, Eccleſiæ ſacra vaſa Deo & pauperibus eſſe conſecrata. His verbis offenſus Chryſaphius eſt. *Hæc illi dno. At contra Evagrius, qui altero ſolum poſt S. Flavianum ſeculo vixit, lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 2. refert*, Flavianum Chryſaphio, aurum pro ejus ad epiſcopatum ordinatione poſtulanti, ſacra Eccleſiæ vaſa, quo eum pudore ſuffunderet, miſiſſe. *Quid vero deinde ex inſanſo contra S. Flavianum animo egerit Chryſaphius, ita narrat Nicephorus, & fere ex Theophane.*

paues miſſi ?

an vlum veteſta vaſa ?

5 Porro Pulcheria Auguſta horum omnino conſcia non erat. Chryſaphius interim invidia percitus, omnem movit lapidem, ut Patriarcham Sede ſua deturbaret. Cum autem id, Pulcheria ſummam rerum adminiſtrantia, fieri non poſſe videret; Eudociam Auguſtam ſollicitavit, eamque paullatim adverſus Pulcheriam, quæ ei inſtar matris fuerat, concitans, ſuadere cepit, ut Præpoſitum illi ademptum, ſibi adſciſceret. Præpoſitus enim Pulcheriæ parebat, ut quæ rerum ſummam adminiſtraret. Eudocia non parum Imperatoris tenuit animum, ut Præpoſitum a Pulcheria abduceret. At ille perſuaderi id ſibi paſſus non eſt, petitionem Eudociæ refellens, quod Pulcheria ſoror ejus in Imperio genita atque educata eſſet, & quam optime rempublicam adminiſtraret. Poſtquam Chryſaphio cœptum id non ſuccеſſit aliud eſt expertus, & rurſum Eudociæ moleſtus fuit, Imperatorem ut inſtigaret, quo ille Patriarchæ ſecreto inſinuaret, ut Pulcheriam Diaconiſſam ordinaret. Hoc Eudocia cum ageret, frequenti ſuggeſtione tandem mitiſſimum Imperatoris animum flexit. Nam & lapidem aquæ gutta frequentius decidens excavare ſolet. Theodoſius Patriarchæ ad ſe vocato arcanum id indicavit. Et ille in mœrorem conjectus, Imperatori quidem, quod ei gratum eſſet, factorus eſſe viſus eſt; Pulcheriam autem litteris ſecretioribus certiorem fecit, ut nequaquam in conſpectum ejus veniret: ne ſcilicet, quod & ſibi ipſi & illi parum gratum eſſet, cogeretur facere. Pulcheria ſtatim quid ageretur intelligens, Præpoſitum tranfire ad Eudociam juſſit: & ipſa urbe egreſſa, ad Septimum tranquillam privata vitam egit. Imperator autem & Eudocia Flavianu deinceps, quod arcanum illud conſilium propalaſſet, maxime ſuccenſuerunt. Pulcheria ad hunc modum ejecta, per Eudociæ manus reſpublica adminiſtrabatur. *Hæc Nicephorus. Fuit autem Eudocia uxor Theodoſii Imperat. 101. Pulcheria in fide Chriſtiana inſtructa, atque ad nuptias illas promota, cum eſſet Leontis Philoſophi filia, mi ſuſe litteræ dictum eſt 8. Januarii §. 8. Vitæ S. Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui eam baptizavit.*

Ut V. Pulcheria e regimine amoveretur,

B

juſſus ab Imperatore eam Diaconiſſam ordinare,

ſuccenſuerunt,

Ideoque ſecretis edidit Imperatori,

C

§. II. *Synodus provincialis Conſtantinopoli a S. Flaviano habita. Hæreſis Eutychiana detecta & damnata.*

Synodum Conſtantinopoli cogit;

4 Hæc cum ſic gererentur (*ita pergit Nicephorus*) Flavianus Synodum provincialem Conſtantinopoli coegit, ad quam quadraginta Epiſcopi venerunt. *Extant geſta hujus Synodi variis octonibus comprehenſa, & Concilio Œcumenico 2 v. Chalcedone habiti actioni primæ inſerta: ubi tamen legantur tantum* Epiſcopi triginta duo, & Archimandritæ viginti quatuor, *qui actioni ſeptimæ ſubſcripſerunt. Verum inter illos non refertur* Florentius Metropolita Sardium, *in cujus gratiam Synodus ea initio collecta videtur: quæ ſic incipit*: Conſulibus Flavio Zenone & Poſthumiano viro clariſſimis, *ideſt anno* 448. ſub die 6. Idus Novembris, in Chriſtianiſſima & regia urbe Conſtantinopoli, nova Roma, congregata ſancta & magna Synodo, reperta *in prædicta magnificentiſſima urbe*, in ſecretario Epiſcopii, *præſidente* ſanctiſſimo & beatiſſimo Archiepiſcopo Flaviano, recitata eſt relatio, directa a Florentio beatiſſimo Epiſcopo Sardium metropolis provinciæ Lydorum, & ſub eo conſtitutis reverendiſſimis Epiſcopis Joanne & Coſſinio, præſentibus etiam Clericis his, qui eaſdem relationes detulerunt, palamque edita eſt forma eorum, quæ lecta erant. *Inter Epiſcopos ſeptimæ actioni hujus Synodi ſubſcribentes ſunt* Coſſinius Epiſcopus Hierocæſareæ *urbis Lydorum*, & Joannes Epiſcopus Hyrcanorum civitatis *in eadem Lydia, cui poſt Eratoſthenem Stephanus de Urbibus & Strabo lib. 13. Geographiæ adſcribunt* Τραϊτιον ὀπίσω, Hyreanium campum, ſic appellatum a colonis ex Hyrcania eo adductis. *At* Florentius Epiſcopus Sardium Lydiæ metropoli *ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi, in quo & interpretem egit Juliani Epiſcopi vices S. Leonis Pontificis Romam gerentis.*

D

cauſſam Epiſcoporum dijudicat;

5 *Interfuit cum S. Flaviana hanc Synodo Conſtantinopolitanæ* Euſebius Epiſcopus Dorylæi *in Phrygia ſalutari*, unus de conſentientibus conſtitutus, *qui tamen inter Epiſcopos ſeptimæ Actioni ſubſcribentes non reperitur. Hic autem* Epiſcopus, *ut tradit Nicephorus*, quod familiaris eſſet Eutycheti, de fide aliquando cum eo collocutus, eum non recte ſentire animadvertit, eaque de re libellum Flaviano Patriarchæ obtulit, *qui Synodo præſidebat. Eum Flavianus ad cognoſcendam cauſſam Eutychetis legi mandavit, eoque lecto dixit*: Stupefaciunt quidem nos, quæ lecta ſunt, eo quod talis ingeritur reprehenſio reverendiſſimo Presbytero & Archimandritæ Eutycheti. Tamen dignetur tua reverentia convenire eum & diſputate eum eo de recta fide, & ſi pro vero invenietur non recta ſentiens, tunc vocabitur in ſancto Concilio, ut ſuam tueatur cauſſam. *At venuente Euſebio Epiſcopo convenit a Eutychetem, iterum inſtitit. Flavianus*: Patiatur nos, inquit, tua reverentia, iter umque ſatigationem ſuſtineas uſque ad monaſterium, & quæ eondecent, loquatur ei, & quæ ad pacem pertinent, ut non aliqua rurſus commotio & conturbatio oriatur ſanctis Eccleſiis Chriſti. *Verum Euſebio nihilominus inſtante, ut Eutyches coram accerſeretur, miſſi ſunt Joannes Presbyter & Andreas Diaconus: ac deinde 15. Novemb. a Patribus Actione tertia congregatis allegati ad eum ſunt Mamas & Theophilus Presbyteri, atqui his reverſis Memnon ſacrorum vaſorum cuſtos, & Epiphanius, & Germanus Diaconus. Die demum inſequenti, 16. Novemb. ad Synodum pro Actione 4. collectam venit Abrahamus Archimandrita, reliquis; Eutychetem ob ingraveſcentem morbum venire non poſſe. Cui inter alia 1. Flavianus hæc reſpondit*: Quomodo, rogo te, eſt poſſibile, pro alieno accuſato alterum reſpondere? Adveniat huc, ad Patres veniet & ad fratres, non ad ignoratues cum, imo hactenus in amicitia permanentes. Si Neſtorio adverſante veritati pro veritate iſte ingreſſus eſt, quanto magis nunc debet pro veritate & pro ſemetipſo ingredi? Homines ſumus, multi & magni ſcandalizati ſunt, & per imprudentiam & imperitiam decepti ſunt, putantes ſe recta ſapere. Pœnitentia non affert confuſionem, ſed permanere in peccato opprobrium eſt. Adveniat, & confitenti ea delictum, & anathematizanti, dabimus pro præcedentibus veniam, & de futuris nos & ſanctam Synodum munit; quod ſimilia expoſitionibus ſanctorum Patrum ſapiat, & præter has poſt modum neque doceat aliquos, neque in aliquorum præſentia diſputet. Numquid ego diſperſionem veſtram volo? Abſit, & non magis congregari vos? Inimicorum eſt diſpergere, patrum autem colligere.

Eutyches ab hæreſi ejuraſſe ait

primum venit primarium mendi,

E

tum per varios anfractus inſtat,

& pro alienam alios ejus ſupplantum paratus ſe profitetur.

F

6 *Scripſerat Eutyches de ſua hæreſi libros, ſeſe; ad diverſa monaſteria miſerat ea fine, ut ſubſcriptione Archimandritarum & monachorum approbarentur. Quod cum S. Flavianus teſtimonio Abrahami in Septimo Presbyt. verum eſſe cognoviſſet, ablegavit ex Synodo diverſos ad diverſa monaſteria, qui miſſi ab Eutychete librum inquirerent & ad Synod deferrent.*

libros Eutychetis de hæreſi occulte ablatos, fupplici mandat

A *ferrent. Hi inquiſitione facta retulerunt 17. Nov. uti actione quinta habetur, varios Archimandritas volumen fidei ab Eutyche miſſum accepiſſe, ſed ſubſcribere noluiſſe. Cum itaque Epiſcopus Euſebius inſtaret, Eutychetem ex ſcriptis ſuis damnandum eſſe, reſpondit t. Flavianus:* Sufficiunt quidem univerſa, quæ adverſus Eutycherem depoſita ſunt, ad oſtendendum, quia aliena a recta fide ſapit, & conturbare feſtinavit Eccleſiam; quateous amodo jam vindictæ canonicæ ſubiaceret, atque alienaretur & a ſacerdotali qua fungitur dignitate, & a principatu monaſterii. Propter pleniorem vero examinationem & poſtulatas ab eo præſtamus inducias: ſic enim occurrens, jo faciem confundetur. Si vero ſecundum propriam promiſſionem Eutyches minime occurrerit proxima ſecunda feria, id eſt, 12. die præſentis menſis Nov. privabitur omnino & presbyterii dignitate & alienabitur præſule monaſterio.

condemnationem differt.

7 *Interea* refugit Eutyches *more hæreticorum* ad Theodoſium Imperatorem, *æquas uti advertit Liberatus Diaconus in Breviario de cauſſa Neſtoriana & Eutychiana*, per Chryſaphium eunuchum, quem Eutyches de ſacro fonte ſuſceperat, ab Imperatore impetravit, ut cum Florentio Patricio & magno Silentiario Concilium illud Flaviani ingrederetur: *quod factum eſt ſtatuto die 22. Novembr.*

Eutychetis favor militis competentem,

B *quando militari manu ciactus venit Eutyches, & poſt longas tergiverſationes & verborum techuas, qua actione ſeptima deſcribuntur, coactus prodere quid ſentiret, tandem blaſphemum hæreſim elocutus eſt*: Confiteor, *inquiens*, ex duabus naturis fuiſſe Dominum noſtrum ante adunationem; poſt adunationem vero, unam naturam confiteor. *Et reperte poſt variam inquiſitionem indurato ejus animo, nomine Synodi hanc in eum ſententiam S. Flavianus protulit*: Per omnia Eutyches quondam Presbyter & Archimandrita, & er his quæ antea acta ſunt, & nunc propriis ejus confeſſionibus, Valentini & Apollinaris perverſitate repertus eſt ægrotare, & eorum blaſphemias incommutabiliter ſequi: qui nec noſtram reverens perſuaſionem atque doctrinam, rectis voluit conſentire dogmatibus. Unde lacrymantes & gementes perfectam ejus peditionem, decrevimus per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ab eu blaſphematum, eatraneum eum eſſe ab omni officio ſacerdotali, & a noſtra communione & primatu monaſterii; ſcientibus hoc omnibus, qui poſtea colloquentur ei, & ad eum convenerint, quoniam rei erunt & ipſi pœnæ excommunicatioois, ut qui non declinaverint confabulationes ejus. Flavianus Epiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ judicans ſubſcripſi. *Quo etiam modo alii Epiſcopi & Archimandritæ ſubſcripſerunt. Et hæc*

& Chriſtum duas naturas negantem,

In Synodo lacrymatus additur.

C *ſufficiãt de ea Synodo pauca, e quibus t. Flaviani virtutes maxime elucent, reliqui ne faſtidium lectori pariatur, omiſſis.*

8 *S. Flavianus de rebus in Synodo geſtis mox per epiſtolam certiorem reddidit S. Leonem Romanum Pontificem, cupiens ab eo haberi rata, quæ ipſe una cum aliis Epiſcopis contra Eutychetem ſtatuiſſet. Extat ea cum aliis in prima parte Concilii Chalcedonenſis ſub hoc exordio:* Nulla res diaboli venena compeſcit, nec continet mortiferas ejus ſagittas. *Eutyches quoque ſubdolus & mendaciorum plenas ſcripſit litteras ad S. Leonem, quas per regios miniſtros, litteris S. Flaviani malitioſe detentis, citius Romam deferri curavit: quibus acceptis S. Leo miſſa ep. qua n. 8. habetur, admonuit S. Flavianum*, ut pleniſſima relatione ſignificaret, quid contra antiquam fidem novitatis emerſerit, quod ſeveriori ſententia dignum fuerit vindicari. *Scripſit mox aliam epiſtolam S. Flavianus, cujus hoc eſt exordium:* Pietate & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilius Sacerdotibus. *In hac epiſtola, quo Eutyches poſt ſuam condemnationem temere tentavit, palmam facit Flavianus, & ſcripta ab eo mendacia redargut: poſt qua ita perorat, oſtendens quantam vim ſciat ineſſe litteris Apoſtolicis:* Commotus itaque, *inquit*, ſanctiſſime Pater, in his omnibus quæ ab eo præſumpta ſunt, & ob ea, quæ in nos & ſanctiſſimam Eccleſiam facta ſunt atque fiunt, pro conſueta

S. Leonem Papam de omnibus certiorem facit,

fiducia fiducialiter age, ſecundum quod ſacerdotio competit: propriamque faciens communem cauſſam & ſanctarum Eccleſiarum diſciplinam, ſimul decernere damnationem adverſus eum regulariter factam & per propria ſcripta dignare: confortare autem & piiſſimi & Chriſto dedititſſimi noſtri Imperatoris fidem. Cauſſa enim eget ſolummodu veſtro ſolatio atque defenſione, qua debeatis conſenſu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæreſis, quæ ſurrexit, & turbæ, quæ propter eam factæ ſunt, ſecuſſime deſtruentur, Deo cooperante, per veſtras ſacratiſſimas litteras. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur, quatenus nequaquam ubique ſanctiſſimæ turbentur Eccleſiæ.

AUCT. G. H. D

ejuſdem fere tenis Apoſtolicis ſcribit.

9 *Has Flavianus. At S. Leo lectis hiſce litteris & ſynodalibus Actis, cognitiſque omnibus contra Eutychetem a S. Flaviano & ſynodo geſtis; agnovit impoſturam acſandi hæreſiarcha, atque præclaram epiſtolam de fide Catholica & Verbi Incarnatione adverſus hanc hæreſin ad S. Flavianum ſcripſit, cujus hoc eſt exordium.* Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuiſſe tam ſeras, & geſtorum Epiſcopalium ordine recenſito tandem quid apud vos ſcandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuiſſet, agnovimus. *Extat ep. ea tamquam Catholica & omnibus omnium Eccleſiarum Antiſtitibus communicanda, Concilii Chalcedonenſis actioni ſecunda inſerta: quam Patres & varia Concilia ſummis ſunt præconiis & acclamationibus proſecuti.* Data *autem* eſt Idibus Junii, Aſterio & Protogene VV. CC. Coſſ. *anno* 449.

quas miſſo ſuorum S. Leo.

E

§. III. *Pſeudo ſynodus Epheſina contra S. Flavianum. Hujus iniqua Dioſcore auctore damnatio.*

10 *Interea Chryſaphius eunuchus S. Flaviano offenſus, pro Eutychete nullam non movit lapidem, ut Acta Synodi Conſtantinopolitanæ irrita redderet, & in ipſum Flavianum damnationis converteret pœnam. Reſumpta eſt ergo in Baptiſterio majoris eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Synodus, 5. Idus menſis Apr. an. 449. cui triginta interfuerunt Epiſcopi, & Florentius Patricius ut intereſſet ab Imperatore miſſus eſt, ac Thalaſſius Epiſcopus Cæſarea Cappadocia Synodo præſidere juſſus. Intrudantur reclamantibus Epiſcopis & præter Synodorum conſuetudinem tres monachi, qui Eutychetem propugnarent. Rrleguntur acta, retractantur teſtimonia, in ſingula diligenter inquiritur. Verum omni adverſa ſuſpicione recidit in auctorem: nam quo accuratius explorata ſunt omnia, eo clariùs incorrupta S. Flaviani fides emicuit, & nequiſſima fraus ſallaciaque Eutychetis detecta eſt. Quæ omnia accurate conſcripta ſunt, & prima Actioni Concilii Chalcedonenſis intexta. His ita in favorem S. Flaviani peractis, alias calumnias excogitavit Eutyches, clamitans S. Flavianum eadem ſapere cum Neſtorio. Quare Imperator, ut tradit Liberatus dicto cap. 11. expetivit ab eo fidei confeſſionem manu ejus ſcriptam & ſubſcriptam. Quam illi obtulit Flavianus ejuſmodi, ut & Neſtorio & ejus ſectatoribus anathema dicerer. Ipſum exemplum fidei Flaviani editum eſt par. 1. Conciliii Chalcedonenſis, & apud Liberatum Diaconum.*

In Synodi Conſtantinopolitanæ,

S. Flaviani acta approbantur,

F

confeſſionem fidei dat Imperatori.

11 Porro, *ut refert Nicephorus memorato c. 47. l. 14.* ubi Epiſcopi acta & decreta legitima eſſe auctoritate ſua compeobarunt, Chryſaphius eunuchus, qui idem cum Eutychete ſentiebat, eum contumeliam ferre nequiret, iram adverſus Flavianum ſuam mirum in modam intendit, & Dioſcoro Alexandrino impio illi indicavit, ſe illi in rebus, quæ ei placitæ eſſent, gratificaturum omnibus, ſi Eutychetem periclitantem defenderet; Flavianum autem & Eoſebium Doryłæi Epiſcopum oppugnaret. Eodem etiam modo Eudociam Auguſtam excitavit, eum multa alia, tum ea potiſſimum dicendo, quæ et a Pulcheria acerba acciditſent, propterea quod Flavianus rem ſecreto ſibi creditam, tectam tacitamque unu ſervaſſet. Hi ambo Theodoſium permovent, ut alteram Epheſi Synodum, quæ Eutychetis & Flaviani cauſſam diſcepearet, cele-

impoſtor adit Chryſaphii,

Eudocia dolo ſus,

Imperatoris,

AUCT. G. M.

celebrari jubeat, ſententiarumque ferendarum judicium
A Dioſcoro impio committat, eumdemq; Synodo præficiat: copias etiam militares, quæ ſatis ſint, mittat, quæ rem judicatam exequantur. *Hæc Nicephorus. Quæ vero ſecuta ſint, tradit Liberatus Diaconus c.* 12. Scripſit ergo Dioſcorus Theodoſio Imperatori, quia aliam fieri Synodum generalem oportet: & ut fieret perſuaſit Eutyches. Annuit Imperator: & dirigens ſacram (*ſic literas Imperatorum appellabant*) Dioſcoro in Alexandriam, præcepit, ut cum decem Metropolitanis Epiſcopis, quos, ut voluiſſet, ipſe eligeret, veniret Epheſum: congregato univerſali Concilio, Eutychetis cauſſam diſcuteret, jubens Barſumam Archimandritam intereſſe Concilio, & vices agere monachorum Orientalium Epiſcopos accuſantium. Ut Epheſi generale Concilium, ad quod convenerunt quidem Flavianus & Eutyches, ſed judicandi, Juvenalis & Thalaſſius & omnes illi Metropolitani Epiſcopi cum ſuis Conciliis, & Judices Concilii Conſtantinopolitani, qui Eutychen damnaveerant. Dioſcorus vero ſecum habebat fortiſſimos milites Reip. cum monachis Barſumæ. Et ſedentibus in baſilica Dei genitricis Mariæ illis Epiſcopis, Eccleſiæ Romanæ Diaconi vices habentes Papæ Leonis aſſidere nō paſſi ſunt, eo quod non fuerit data præfatio ſanctæ Sedi eorum: inſuper etiam, quod non lecta fuerat ad Flavianum epiſtola
B ejus per ſupra memoratos Legatos ad ipſam Synodum directa. *Hæc de indicta congregataque Synodo Liberatus: quæ plenius cum variis epiſtolis tum Imperatoris ad Synodum, Dioſcorum, Barſumam, aliosque, quam S. Leonis Papæ aliorumque referuntur cum Concilia Chalcedonenſi eatus, atque inde a Baronio in Annales Eccleſiaſticos translata.*

12 *Fuerat autem hac Synodus Epheſina ad Kal. Auguſti indicta, cœpta vero quarta Idus ejuſdem menſis, a Græcis, teſte Nicephoro, Χρεοκοπαί, prædatoria, ſeu latrocinans, dicta: ad quam ex ſuggeſtione Elpidii Comitis admiſſus eſt Eutyches, & probatibus Epiſcopis juſſus cauſſam ſuam agere, & quæ de fide ſentiret edocere. A quo cum eſſet libellus fidei oblatus, atque in Synodo coram omnibus lectus, S. Flaviani petiit dari locum accuſatori, juberique ingredi Euſebium Epiſcopum Dorylæi, ſed repulſam paſſus eſt, & Euſebius vetitus admitti in Epiſcoporum conſeſſum. Ita hic poſtea coram Patribus in Concilio Chalcedonenſi congregatis expoſtulavit, ubi culpa univerſa recidit in Elpidium Comitem, atque ab hoc in Imperatorem jam mortuum, quaſi is ſtatuiſſet, non eſſe Flaviani aliquid petere, qui olim Judex, hac autem in Synodo reus aſſiſteret judicandus, & contra Eutyches jam deberet eſſe accuſator ejus, qui jam ante accuſationis ſuæ munus impleſſet: ſicque tam Euſebium quam*
C *Flavianum non uſturos cauſſam in Eutychetem, ſed judicandos in Synodo, vocatos eſſe ab Imperatore.*

13 *Cum deinde Dioſcorus, conſentientibus nonnullis, voluiſſet legi, quæ adverſus Eutychetem Conſtantinopoli facta eſſent; Julianus Sedis Apoſtolicæ Legatus refragatus eſt, dicens non permiſſurum ſe Acta legi, niſi prius S. Leonis Papæ ep. legeretur: id ipſum quoque fieri debere conteſtatus eſt S. Hilarus, tum Diaconus, ejuſdem Apoſtolicæ Sedis Legatus, at poſt obitum S. Leonis Pontifex Romanus. Oppoſuit impudens Eutyches, ſuſpectos ſibi redditos eſſe hos Legatos, quod apud S. Flavianum prunſi eſſent. Repulſa igitur Legatorum petitione, Acta publice lecta ſunt, & hæreſis Eutychiana confirmata: excluſis atque ab iis, qui erant ex parte Dioſcori,* Poſt adunationem non dicendas duas in Chriſto naturas, ſed unam: dictumq; anathema iis, qui duas admitterēt naturas. *At reliqui Epiſcopi vim ſibi illatā fuiſſe conteſtati ſunt in Concilio Chalcedonenſi, ubi actione pr. has lugubres voces ediderunt:* Minabatur nobis damnatio, minæ exilii intendebantur: milites cum fuſtibus & gladiis inſtabant. Timebamus gladios & fuſtes. Ubi gladius & fuſtes, qualis Synodus eſt? *& deinde,* Surrexerunt omnes Ægyptii, & monachi qui ſequebantur, Barſumas & omnis turba & cœpetunt dicere: Eum qui dicit duas naturas, in duo incidite, qui dicit duas naturas, Neſtorianus eſt. *Hæc vi perculſi, præcipites in ruinam inducti ſunt Epiſcopi præcipui, Domnus Antiochenus, Juvenalis Hieroſolymitanus, Stephanus Epheſinus, Thalaſſius Cæſarea Cappadociæ, aliique, & fruſtra reclamante S. Flaviano, & conteſtante ſe non eſſe unanimum, ſua ſubſcriptione rutam habuerunt Eutychetis abſolutionem.*

14 *Hic ita geſtis ad majora ſcelerum oſtenſa eſt via; qua felices S. Flavianus, Eutyches ut abſoluto, hæreſeos condemnaretur. Acta igitur prioris Synodi Epheſina contra Neſtorium relecta ſunt, & ab hac Synoda approbata. Quibus ſubjunxit hanc damnationis ſententiam Dioſcorus:* Quoniam ſancta & magna Synodus, quæ jam dudum in Nicæa congregata eſt per voluntatem Dei, rectam noſtram & immaculatam fidem expoſuit, quam & nuper hic congregata ſancta Synodus confirmavit, & hanc ſolam regulam teneri & in Eccleſia tradi definivit, ordinans & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere & inquirere, vel innovare, aut penitus commovere de noſtra venerabili religione: eos autem, qui præter hæc tentant aut ſapere aut quærere aut componere, aut omnino quæ ordinata ſunt, retractare, certis ſubjacere damnationibus; ita ut ſi Epiſcopi ſint, alieni ſint ab Epiſcopatu, & Clerici a clericatu; ſi vero laici, priventur communione. Hæc namque ex ſupra lectis monumentis didicimus. Apparent vero (ſicut omnis veſtra ſanctitas & uni- E verſalis Synodus prævidet) omnia pene renovantes & immutantes Flavianus quondam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopus & Euſebius Dorylæi, & ſcandali & conturbationis facti occaſio ſanctiſſimis Eccleſiis & ubique Catholicis populis certum eſt hos ex ſemetipſis ſubjacere Synodicis olim a ſanctis Patribus definitis damnationibus. Unde & nos, quæ eorum ſunt, confirmantes, memoratos, id eſt, Flavianum & Euſebium, ab omni ſacerdotali & Epiſcopali dignitate eſſe judicamus alienos. Confitearur vero unuſquiſque religioſiſſimorum Epiſcoporum ſuam propriam voluntatem, & manifeſtam hanc faciat ſub fide monumentorum. Univerſa autem, quæ acta ſunt hodie, innoteſcant piiſſimis Chriſti amantiſſimis Imperatoribus.

15 *Hactenus impia Dioſcori ſententia. Quæ deinde ſecuta ſint, retulerunt Epiſcopi Chalcedone congregati, ubi hæc adduntur actione prima:* Tunc Flavianus dixit: Appello a te. Hilarus Diaconus Romanæ Eccleſiæ dixit: Contradicitur. Tunc Oneſiphorus Epiſcopus Iconii tollens ſecum alios Epiſcopos, ſurrexit & tenuit genua ipſius Dioſcori, dicens: Noli per veſtigia reverentiæ veſtræ. Nihil dignum damnatione egit Flavianus: ſi autem reprehenſione dignus eſt, repreehendatur. Exuergens de throno Dioſcorus ſtans ſuper F ſcabellum ſuum dixit: Etiamſi lingua mihi præcidatur, aliam vocem non emitto. Cumque perſiſterent Epiſcopi, tenentes genua ejus, & rogantes eum, comſit Dioſcorus hanc vocem: Ubi ſunt Comites? Ingreſſi autem ſunt Comites, & introduxerunt Proconſulem cuoi multitudine magna & catenis. Propter quod unuſquiſque noſtrum ſubſcripſit: *quorum nomina uſque ad nonagintu ſex magna eum eorum ignominia extant in Chalcedonenſi Concilia reperitu: quando ita conteſtatus eſt Acacius Epiſcopus:* Puræ chartæ ſubſcripſimus compulſi & violenter, & multa mala perpeſſi, nolentes, ſed & per potentiam oppreſſi ſubnotavimus. Uſque enim ad veſperam tenuerunt nos recludentes in eccleſia, & ægrotantes nos neque quieſcere permiſerunt neque concedere, ut aliquantulum refocillaremur, ſed milites nobis cum fuſtibus & gladiis impoſuerunt, & ſic nos fecerunt ſubnotare. *Hæc ibi.*

16 *S. Leo Papa eertior factus per S. Hilarum Diaconum fuga elapſum, hæc ad S. Pulcheriam ſcripſit:* Et ii quidem Legati, qui *a* nobis miſſi ſunt (quorumque unus vim Alexandrini Epiſcopi omnia ſibi vendicantis effugiens, rerum geſtarum nobis oedinem fideliter nuotiavit) reclamarunt in Synodo, ſicut oportuit, unius hominis non tam judicio quam furori, proteſtantes ea quæ per vim metumque gererentur, ſacramentis Eccleſiæ, &

ipſi

Auctoritas Alexandrini,

cum Eutyche abeunte ad Theodoſyanam Epheſinam,

non Imperatoris locum deſtituta,

reluctio ab ipſum Legato S. Leonis,

& hæreſi Eutychiana per vim obtruſa,

D fruſtra reclamante,

damnatur, hæreſi a Dioſcoro affixa,

& ut ab actis Epiſcopis non verita confeſſa:

S. Leo Papa deſcribitur eam Synodum,

A ipſi Symbolo ab Apoſtolis inſtituto præjudicare non poſſe, nec ſe ab illa fide ulla injuria ſeparandos, quam plenissime ea poſitam atque digeſtam e Sede B. Petri Apoſtoli ad ſanctam Synodum detuliſſent. *Hoc S. Leo ad S. Pulcheriam, eademque habet ad Theodoſium, nec non ipſe Hilarus ad eandem Pulcheriam. Extant hæ epiſtolæ por. 3. Concilii Chalcedonenſis cum aliquot ejuſdem Leonis ad S. Flavianum, quarum unam hic apponimus.*

Flaviano carissimo fratri Leo Epiſcopus.

Quæ & quanta dilectio tua pro Catholicæ fidei defenſione patiatur, pec Diaconum, qui ab Epheſo ſurtum eſt lapſus, cognovimus. Et licet magnifice mus Deum, qui te gratiæ ſuæ virtute confortat; neceſſe eſt tamen dolere eoeum ruinas per quos veritas impugnatur, & ipſa totius Eccleſiæ fundamenta quatiuntur. Quia veco providentia Dei ſemper ſuis neceſſaeium præſtat auailium, ſcire deber fraternitas tua, nos pro communi cauſſa nihil eorum, quæ agenda ſunt, præterire, ut primitus ad ea, quæ univerſitati fidelium proſint, pervenire mereamur. Sin eſt, ut fortiter ioterim dilectio rua roleret, quæ ſibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator ſane hujus brevis epiſtolæ fideli ſermone poteet enarrare, quidquid illud eſt, ad quod, adjuvante Domino, ſtudio fidei & caritatis intendimus. Data 3. Kal. Oct. Aſterio & Protogene viris clariſſ. Coſſ. *Quo tempore quod ignorabat S. Leo, martyrii palmam aſſecutus jam erat S. Flavianus.*

& S. Flavianus ſuæ ſolicitudinis miſerit.

B

§. IV. *S. Flaviani impia depoſitio, verbera, carceres, exilium, martyrium.*

17 Evagrius *l.* 1. *Hiſt. Eccl. c.* 10. *deſcribit veſanum Epheſi conciliabulum, τὸ παράνομον τῆ Ἐφεσίων ἐκκλησίᾳ συνέδριον, enumeroſque varios Epiſcopos ſua dignitate ac Sede Epiſcopali privatos. Hi fere ſunt S. Flavianus, de quo hic agimus; ejuſque in damnatione ſocius, Euſebius Dorylæi; tum Ibas Edeſſæ, Daniel Carræ, Irenæus Tyri, Aquilinus Biblı, Theodoretus Cyrhi, nec non & Domnus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſtes, cui Ipſum (nam ante Eutychesi faverat) olim prædixerat S. Eutbymius, ut in hujus Vita legitur ao. Jann. c. 9. nu. 56. Quanti vero Theodoretus æſtimaris S. Flavianum, indicat ſequenti ep. eidem Flaviano inſcripta, quæ tomo 3. operum inter ejuſdem epiſtolas n. 11. extat, eſtque ejuſmodi:* Lumen orbis clariſſimum exhibuit univerſorum Conditor & Moderator, obſcuramque noctem in puram meridiem convertit. Er quemadmodum juxta portus in ſpecula poſitus ignis nocte navigantibus aditum portus oſtendit, ſic ſanctitatis tuæ radius pietatis cauſſa vexatis maxima conſolatio illuait, & Apoſtolicæ fidei portum

S. Flavianus Sede Epiſcopali dejectus, cum aliis;

e Theodoreto illuſtri encomio exornatur.

C patefecit: ac ſcientes pariter lætitia replevit, ignaros u ſcopulis liberavit. Ego vero pro ceteris bonorum Largitorem laudo, ſtrenuum nactus defenſorem, qui divino timore humanum terrorem excutit, & pro Evangelicis dogmatibus alacriter dimicat, & Apoſtolica certamina libentes aggreditur. Itaque omnis jam lingua in ſanctitatis tuæ laudes incitatur. Nec enim ſoli pietatis alumni ſinceram fidem tuam prædicant, ſed ipſi etiam hoſtes veritatis fortitudinem magnopere commendant. Veritatis quippe ſplendoribus cedit mendacium. Hæc nunc ſcribo, eeverentiſſimum & religioſiſſimum Hypatium Lectorem ſciens & prompto animo ſanctitatis tuæ nutibus obſequi, & egregiorum facinorum tuorum, Domine, perpetuam facere mentionem. Sanctum Deoque carum caput tuum amplectentes, oramus ut precibus nos ſulciat, ut quod reliquum eſt vitæ, juata leges divinas peragamus. *Hæc Theodoretus.*

18 *Interea temporis, teſte Liberato Diacono c.* 12. Flavianus & Euſebius cuſtodiæ mancipantur. Flavianus autem contra ſe prolata ſententia Sedem Apoſtolicam pee ejus Legatos appellavit libello. Porro locum obtinentes Papæ Leonis, omnibus quæ ſunt geſta conteadiaeant. *Hæc ibi. Meminit & hujus a S. Flaviano oblati libelli S.*

e viceſtis provocat ad ſedem Apoſtolicam;

Leo in ep. ad Theodoſium Imperatorem nu. 20. *ante Concilium Chalcedonenſe edita, quam ſic exordiatur:* Olim & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepimus a beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, ut auctoritatem habeamus ad veritatem pro noſtra pace defendendam, quatenus nulli liceat ſic eam munitam in aliquo commovere, dum repente læſio removetur. Igitur quia Concilium Epiſcoporum, quod propter Flavianum in Epheſina civitate fieri præcepiſtis, & ipſi Fidei probatur obeſſe, & omnes Eccleſias vulnerare. .. omnes partium ultrarum Eccleſiæ, omnes manſuetudini veſtræ cum gemitibus & lacrymis ſupplicant Sacerdotes; ut, quia & noſtri fideliter reclamarunt, & eiſdem libellum appellationis Flavianus Epiſcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offenſionet ita aut repellat aut mitiget, ne ultra aliquid ſit vel in fide dubium vel in caritate diviſum. Datum 3. Idus Oct. Aſterio & Protogene virit clariſſ. Coſſ. *Idem S. Leo Papa Clero populoque Conſtantinopolitano ſcripſit epiſtolam conſolatione adhortationeque plenam; in qua hæc eſt:* At nunc, quia Eccleſiam veſtram hac ratione cognovimus diſſipatam, conſolandos vos adhortandoſque eſſe credidimus noſtris epiſtolis, ut pro Catholicæ fidei defenſione, perfidorum nequitiæ teſiſtatis. Nolumus enim dilectionem veſtram hoc mœrore percelli, cum major gloria veſtram ſit ſubſecutura conſtantiam, ſi a probabili Sacerdote veſtro nullæ vos minæ, nulla formido divulſerit. Quiſquis enim incolumi atque ſuperſtite Flaviano Epiſcopo veſtro ſacerdotium ejus aulus fuerit invadere, numquam in communione noſtra habebitur, nec inter Epiſcopos poterit numerari. Data Idibus Octobris: *ubi & ſequens epiſt. ad eundem Cleram popalumque Conſtantinopolitanum. Extant n.* 22. *&* 23. *ante Concilium Chalcedonenſe.*

AUCT. C. M. D

a S. Leone judicatur verus Epiſcopus Conſtantinopolitanus;

E

19 *Verum ante illud tempus, ut ſupra monuimus, obierat S. Flavianus.* His omnibus a Dioſcoro perpetratis, *unguit Liberatus Diaconus*, caſus Flavianus & multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit ad Dominum: *quo loco relato, exclamat Baronius ad hunc an.* 449. *n.* 105. Decuit plane, decuit adeo digna & nobili cauſſa tantum Epiſcopum promereri coronam martyrii. Decuit pariter & ſanguine tanti Martyris conſignatum & confectatum relinqui titulum Apoſtolicæ Sedis jurium, Romanæque Sedis primatus, appellandi nimirum ab œcumenica Synodo ad Romanum Pontificem. *At quis tantum ſcelus cenſeatur perpetraſſe, varios auctores. Evagrius l.* 2. *c.* 2. *ex relatione Euſebii Epiſcopi Dorylæi, ejus in captivitate ſocii, ſcribit* Flavianum mirabilem in modum a Dioſcoro interfectum, per vim eccleſia ab eo extruſum ac calcibus verberatum: *ideoque forſan Sabat Epiſcopos Poltiattione tertia Concilii Chalcedonenſis, eumdem* Dioſcorum *appellat* novum Cain. *Veram miniſtris Dioſcori & Chryſaphii ejus necem attribuit Nicephorus dicto c.* 47. *l.* 14. *his verbis:* φλαβιανὸν δὲ ἐφονεύσαμεν μὴ τὰ παράνομα ὀκνήσαντες, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ καλὰ πρᾶξαι παρὰ τὰ περὶ Διόσκορον καὶ Χρυσάφιον ἐφ' οἷς δὲ ἀπολελαύκαμεν μὴ τρίτην ἡμέραν ἐπὶ βίον μακρὸν μετὰλαξεῖ. Porro Flavianus, vir ſanctiſſimus, poſt ejuſmodi illegitimam exauctorationem, turbulentis impulſionibus & calcium ictibus a Dioſcoro & Chryſaphii factione ex Synodo ejectus, tertio poſt die vitam feliciter finivit. *Certe ſceleſtiſſima hujus factionis præcipuum miniſtrum Barſumam Archimandritam fuiſſe, teſtes ſunt, qui tum aderant Patres, cum de monachis illis referretur actione quarta Concilii Chalcedonenſis; ubi hæc leguntur:* Diogenes eeverendiſſimus Epiſcopus Cyſici dixit: Barſumas, qui inter illos intravit, occidit B. Flavianum. Ipſe inſtabat & docebat: Occide. Er non eſt poſitus in petitionibus, quare introivit? Omnes reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Omnem Syriam Barſumas everrit, duair ſuper nos mille monachos, *& conceſſo monachis introitu*, reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Homicidam Barſumam mitti-

Dioſcorum inſectatur,

ejuſque & Chryſaphii miniſtris,

& præſertim Barſumæ Archimandritæ.

AUCT. G. H.

te foras, homicidam in arenam, *ſcilicet cum gladiatoribus*: Anathema Barſumæ, Barſumam in exilium.

A

20 *Quod Patret Barſuma huic indixerunt exilium, antequam ab eo ſociiſque ejuſdem ſceleris videtur S. Flaviano decretum.* Ita Indictione 11. *Protogene & Aſterio Coſſ.* ſcribit *Marcellinus in Chronico*: Flavianus Epiſcopus in ſecunda apud Epheſum Synodo, vi Dioſcori Alexandrini Epiſcopi & Saturnini ſpadonis, in Epipam caulatus eſt. *Quæ Baronius in Notationibus ad 18. Febr. n. confirmat ex codice mſ. qui in bibliotheca Vaticana n. 1855. habetur, in quo poſt complures Romanarum Pontificum epiſtolas legitur libellus incerti auctoris, ſed quem tamen ſui ſeculi res ſcriptiſſe tradit: ejuſque hæc profert exordium*: Noſtro quidem ſeculo, ſed intervallo temporis, Neſtorius & Eutyches &c. *ex eo hæc de Flaviano recitat*: Ducitur in exilium Flavianus, & apud Epypam, quæ eſt civitas Lydiæ, ſeu ſupervenientes, ſeu ingeſta morte, defunctus eſt. *Ptolemæus l. 5. Geographiæ c. 2. inter civitates Lydiæ & Maeniæ collocat Hypapam, quam hic Epipam ſive Epypam dici arbitramur. Hæc de loco exilii decrevit; ſed num Epheſo diſceſſerit, volde incertum eſt, ubi quo martyrium die ſubierit. Theophanes ita abrupte deſcribit:* Ὅτι μετὰ τὸ καθαιρεθῆναι τὸν Φλαβιανὸν ἐν τῇ Λυδίᾳ τελευτᾷ τὸν βίον ὁ Διοσκόρου ἐκβληθέντος, ἐρημίᾳ δὲ βίου μεταλλάξας. Hic etiam ante exauctorationis decretum pugnis & calcibus a Dioſcori miniſtris ejectus, triduanus cum morte vitam immutavit. *Hinc menſe eum Auguſto abiiſſe opinamur: cujus necem S. Leo Papa necdum inaudierat, quando ſuas litteras de S. Flaviano 3. Idus Oct. ac deinde Idibus Octobris ſcripſit ad Theodoſium Imperatorem, S. Pulcheriam, Cleram Conſtantinopolitanum, aliaſque. Theophanes ab initio animum Dioſcori obſervat a Flaviano aversum fuiſſe, ob nonnullas affinibus S. Cyrilli datas ſuppetias. Hæc veſana Dioſcori rabies necdum cum morte S. Flaviani ceſſavit, ſed, teſte Nicephoro*, ille ipſe calcibus in ventrem etiam veritatis ipſius propugnatoris defuncti inſiluit; *qui dein Alexandriam reverſus, indicto Concilio S. Leonem Papam excommunicavit.*

B

§. V. *Reliquiæ S. Flaviani Conſtantinopolim delatæ. Sanctitas & innocentia in Concilio Chalcedonenſi declarata, ab Imperatoribus defenſa.*

21 THeodoſius Imperator, *cujus animum nimis facilem*, quo veller, vertiſſe Chryſaphium eunuchum, cui Tajumas cognomen, *tradit Theophanes, altimo vita ſua anno ideo aſſerit*, res proprias accurarius perpendens, & ſe Chryſaphii fraudibus circumventum agnoſcens, de impiis in Flavianum perpetratis ſceleribus, & admiſſis in reliquos Epiſcopos injuriis, ſummum animi concepit dolorem. Iniram itaque prorumpens, primo Chryſaphium in quamdam inſulam ablegat: tum in Eudociam graviter obiurgatam, malorum omnium auctorem dicens, quæ Pulcheriam aula ejeciſſet, durius invehitur... Illa deſperatis in rebus Hieroſolymam ſe dimitti rogat, Severoque Presbytero & Joanne Diacono ſocia itineris acceptis Hieroſolymam tendit. Illos autem ad eam frequentius in Urbe prius itaſſe, & modo eum ea Hieroſolymis reperiri, ac inſuper ploribus ab ea dona augeri audiens Imperator, miſſis litteris capite multari juſſit. Tum demum B. Pulcheriam multis precibus ſollicitatam reduxit in aulam: quæ exemplo mandavit Epheſum, qui S. Flaviani corpus asportarent, illoque magno pompæ ſatellitio per mediam Urbem ſtipatum in ſanctorum Apoſtolorum ædem ſepeliendum inferrent. *Hæc Theophanes. At Nicephorus l. 14. c. 49. eam tranſlationem ita deſcribit:* Pulcheria revocata quam primum cum apparatu comitatuque multo in Imperialem aulam redit; Epheſum certis hominibus miſſis ſacrum Flaviani corpus inde in Urbem imperantem tranſtulit, atque id per mediam civitatem cum obſervantia & pompa celebri illatum, intra adyta templi ſanctorum Chriſti diſcipulorum ſplendide & religioſe depoſuit. *Hæc ibi: qua, utiex ep. S. Pulcheriæ conſtat, poſt mortem Theodoſii fratris, præcepto conjugis Marciani imperantis, ſunt peracta. Nam* Theodoſius, *ut idem ait Theophanes*, τελευτᾷ μηνὶ Ἰουνίῳ ἀποῖς ἐπτακαιδεκάτῃ τρίτῃ, diem obiit menſis Junii vigeſimo, Indict. 3. an. 450. *Succeſſit mox Marcianus a S. Pulcheria in maritum aſſumptus.* Beata porro Pulcheria, *inquit Theophanes*, Chryſaphium Eunuchum cunctis exoſum Jordani filio Joannis (*ab hoc occiſi*) tradidit, quem Jordanes pari mortis pœna mulctavit. *Qua etiam apud Cedrenum legantur. Et ſic* Chryſaphius, *atteſtante Marcellino in Chronico*, nuto Pulcheriæ ſua cum avaritia interemptus eſt, *infeſtiſſimus S. Flaviani hoſtis, & maximus Eutychetis ac Dioſcori fautor.*

C

22 *De orthodoxa religione ab Imperatore Marciano ejuſque conjuge Pulcheria ſtrenue propugnata extat ep. ejuſdem Pulcheriæ ad S. Leonem Papam ante Concilium Chalcedonenſe n. 35. edita, in qua illi etiam ſignificat, corpus S. Flaviani Conſtantinopolim tranſlatum, fidem Anatolii ſucceſſoris exploratam, aliaſque exules Epiſcopos ſuis Sedibus reſtitutos eſſe. Ipſam epiſtolam ſubjungimus irrefragabile teſtimoniam ſinceræ fidei & ſanctitatis Flaviani, rerumque conjunctarum tunc geſtarum, eſtque hujuſmodi:*

D

Leoni reverendiſſimo Epiſcopo Eccleſiæ gloriosæ civitatis Romæ Pulcheria Auguſta. Litteras tuæ beatitudinis cum omni decenti omnem Epiſcopum veneratione ſuſcepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognovimus, qualis debet cum ſanctitate ſacro præberi templo, Ego vero ſimiliter ac meus Dominus tranquilliſſimus Imperator meus conjux in eadem ſemper maniſimus & manemus, omnem pravitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctiſſimus igitur gloriosæ Conſtantinopolis Epiſcopus Anatolius in eadem fide permanſit atque religione, & tuarum litterarum Apoſtolicam confeſſionem complectitur, illo errore ſublato, qui ab aliquibus nunc ortus eſt, ſicut ex ejus quoque litteris clarius tua Sanctitas agnoſcere poterit: & epiſtolæ ſimiliter Catholicæ fidei, quam ad ſanctæ memoriæ Flavianum Epiſcopum tua beatitudo direxit, ſine aliqua dilatione ſubſcripſit. Et propterea tua reverentia quocumque modo proſpexerit, ſignificare dignetur, ut omnes etiam totius Orientis Epiſcopi, Thraciæ atque Illyrici, ſicut etiam noſtro Domino, piiſſimo Imperatori meo conjugi, placuit, in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire: & illic facto Concilio, & de Catholica confeſſione & de his Epiſcopis, qui ante hoc ſegregati ſunt, ſicut fides & Chriſtiana pietas exigit, te auctore decernant. Super hac autem ſciat tua Sanctitas, quoniam præcepto noſtri Domini & tranquilliſſimi Principis mei conjugis, in gloriosam civitatem Conſtantinopolim ſanctæ memoriæ Epiſcopi Flaviani corpus allatum eſt, & in baſilica Apoſtolorum, in qua conſuerunt prædeceſſores Epiſcopi ſepeliri, competenter eſt poſitum. Et hos ſimiliter Epiſcopos, qui propter eamdem cauſſam, quoniam cum ſanctiſſimo Flaviano ad concordiam fidei Catholicæ concurrerat, exilio deportati ſuot, reverti debere robore pragmatici ſui præcepit, quatenus per approbationem Synodi atque ſententiam omnium Epiſcoporum convenientium, Epiſcopatum & Eccleſias peuprias recipere decernantur.

E

F

23 *Hæc S. Pulcheria, cujus ep. accepta, aut rebus in ea contentis ad ſe relatis, ſcripſit S. Leo Papa ad Marcianum Auguſtum, ei inter cetera defenſionem fidei gratulatus. Eſt ea ep. 44. in qua hæc habet:* Nam ut & fratris mei Anatolii citius manifeſtaretur integritas, & olim damnati errotis redivivus aſſertor locum in Chriſti Eccleſia non haberet; ut Catholici Epiſcopi, quos nuper hæreticorum perſecutio depravare non potuit, ab injuſtis revocarentur exiliis, utque Reliquiis beatæ memoriæ Flaviani digno honore ſuſceptis, impietatem ſuam con-

Digitized by Google

A condemnatior ejus agnoſceret; veſtræ virtutis titulus, veſtræ pietatis aſt fructus.... Data 5. aliis 7. Idus Junii, Adelphio viro clariſſimo Conſule, *id eſt an.* 451. Cetera, *inquit Theophanes*, B. Leo Romanus Papa, quæ Dioſcori & Entychis remeraria audibus adverſus S. Flavianum Epheſi fuerant attentata, in generali Concilio recudi ac diſcuti litteris expetiit. Imperator vero univerſos Epiſcopos congregari mandavit.

& poſt Conſtitum generale.

24 *Celebrata dein eſt quarta Synodus Oecumenica in urbe Chalcedonenſi, capta 8. Idus Oct. & 13. ſeſſionibus finita Kal. Nov. anno 451. Interfuerunt Marciano Imperatore & Pulcheria Auguſtarum Magiſtratibus & Senatoribus. In ea antiquata eſt λητρικὴ Synodus anno Epheſi habita, damnati Eutyches & Dioſcorus, fides S. Flaviani laudata. Ibi actione tertia Zenodotus Epiſcopus Termeſſi civitatis Pamphiliæ ſecundæ dixit*: Non debet indignari Dioſcorus juſto ſuccumbens judicio, qui ſanctæ memoriæ quondam Epiſcopum Flavianum, nullo modo damnatione oſtenſum dignum, iniqua damnavit, ſicut lecta monumenta antehac in hoc ſancto Concilio oſtenderunt, & in præſenti vocatus a ſancta Synodo per ſanctiſſimor Patras ſemel, ſecundo & tertio ſecundum divinorum canonum ordinem, occurrere & accuſatoribus reſpondere minime paſ-

B ſus eſt. Juſte igitur auferatur ab Epiſcopali Sede & omni Eccleſiaſtico ſtatu. *Et actione undecima eam cauſa Baſſiani Epiſcopi Epheſini & totius Aſiæ Primatis, a S. Leone Papa & S. Flaviano depoſiti, examinaretur; Stephanus Epiſcopus ejus adverſarius dixit*: Sanctiſſimus Archiepiſcopus Romanus Leo hunc damnavit, quoniam præter regulas factus eſt. Cecropius reverendiſſimus Epiſcopus Sebaſtopolis dixit: Domine Staphane, quantum potaſt Flavianus beatæ memoriæ etiam poſt mortem. Reverendiſſimi Epiſcopi & Clerici Conſtantinopolitani clamavarunt. Varitas ſic habet. Omnes hæc ipſa dicimus: Flaviani æterna memoria, Orthodoxi æterna memoria. Ecca ultio, ecce veritas. Flavianus poſt mortem vivit: Martyr pro nobis orabit. Flavianus poſt mortem fidem apoſuit. Flavianus hic aſt: Orthodoxus hic eſt. Multo annor Imperatori. Flavianus nobiſcum judicat. *Hæc ibi Patres, & quem ante quatuor annos* Sanctus beatæ memoriæ Flavianus expulerat, *a regimine Epiſcopali excluſerunt.*

Judicatur S. Flavianus falſo condemnatus,

& Martyr honoratur,

25 *Abſoluta Synodo Oecumenica Patres in relatione ad S. Leonem Papam de omnibus generaliter geſtis, appellant Flavianum & μακάριον ἐπίσκοπον & ὁμολογητὴν & Κορυφαῖον τῶν ὀρθοδόξων τοιοῦτον, τὸν ἀποστολικὸν ἀφιερώμενον θρόνον*. Beatum illum inter Sanctos Conſtantinopolis Paſtorem, Apo-

C ſtolicam proferentem fidem. *Et S. Leo in ep. ad ſucceſſorem ejus Anatolium, deprædicat* deceſſoram beatæ memoriæ Flavianum, propter defenſionem Catholicæ varitatis ejectum. *At pra reliquis illuſtre eſt edictum Imperatorum, quo confirmantur ea, quo contra S. Flavianum injuſte erant prolata, & confirmantur qua in ſancta Synodo Chalcedonenſi de eo erant conſtituta: quod ex tertia parte Concilii Chalcedonenſis hic damus, eſtque ejuſmodi:*

a S. Leone defenſor Catholicæ veritatis habetur:

Valentinianus & Marcianus Auguſti Palladio Præfecto prætoriorum Orientis, Valentiniano Præfecto Illyrici, Tatiano Præfacto Urbis, Vincomalo Magiſtro divinorum officiorum & Conſuli daſignato.

decreto Palatinali & Manſuet Impor.

Gloria numquam glorioſorum hominum morte perimitur, nec pereuot cum morientibus virtutes: imo etiam obitu axiſtimatio angetur proborum hominum, quia omnis adverſum mortuos evanaſcit invidia. Inda tanto ſtudio ac præconiis majorum facta laudantur, inda optimorum virorum maxima cum venaratione memoria celabratur, inda magnorum virorum animi exitus appetivere glorioſos: quia compertum aſt eos ſolum modo perpetuo mori, quorum de vita ac morte tacetur. Id ita eſſe etiam præſanti tempore Divinum oſtendit homanumque judicium. Com enim falſa invidia & improbe aoncinnata calumnia, religioſæ ac venarabilis recordationis Flavianus hujus almæ orbis epiſcopatu fuiſſet expulſus

declaratur innocens,

(quamvis hoc ſuit plenius retinera ſacerdotium, fidem quam acceperat conſervare: is enim ſolus aſt, qui meretur eſſe Epiſcopus) tamen ita ejus ceteris quas & expetiit hac regia civitas & accepit, ut beatior omni vivente videretur: ut exitus ille, qui putabatur acerbus, optandus credatur fuiſſe, quo illam immortalam morcatus eſt laudem: ſecutumque eſt illud, quod meritis ejus Divinitas præſtitit, ut venerabilis Synodus innumerabilium pene Sacerdotum Chalcedonem convaniret, quæ dum fidem diligenter inquirit, auctoritate beatiſſimi Leonis Epiſcopi æternæ urbis Romæ, & religionis fundamenta confirmat, & Flaviano anteactæ vitæ palmam & mortis tribuit glorioſæ. Ergo quoniam venerabilis recordationis Flavianus tauro ac tali decoratus aſt teſtimonio, ut Eutyches, qui contra ſenſerat, cum ſceleratis dictis ſuis ab omnibus uno ore damnaretur; aboleatur illa conſtitutio, quę ſceleratorum ſubreptiona poſt obitum ſanctę memoriæ Flaviani, adverſus eum lata cognoſcitur, ceſſentque in totum ea, quorum initium ſuit iniquum. Et injuſta ſententia nihil obſit Euſebio quoque & Theodoreto religioſis Epiſcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non poſſunt Sacerdotes conſtitutione damnati, quos Synodicum ornat decretum. Expulſa itaque illa ſanctione, retineat vitæ gloriæque ſuæ, quam mereint, perpetuato E laudem, ceteris conſtantiæ erga fidem futurus exemplum. Illuſtriſſima igitur & magnifica auctoritas tua hanc ſaluberrimam legem, edictis propoſitis, ad omniom notitiam faciat pervenira. Datum Conſtantinopoli pridie Nonas Julii, Sporatio viro clariſſimo & qui fuerit nunciarus, Conſulibus. *Hactenus ibi. Annus is erat* 452. Conſulibus Herculano & Sporatio, *ac proximo ſequente* 453. *Conſules fuerunt ſupra relatus* Vincomalus & Opilio. *Hæc autem Imperatorum ſanctio, quæ ult. porte habetur, relata eſt in Codicem Juſtinianæum l.* quonam da Epiſcopis & Clericis.

auct. G. H.

D

in reliquis ipſe Conſtantinopoli tum remanſit a

præſens in Synodo Chalcedonenſi honoratus.

ſanctione Theodoſii contra eam reſciſſa.

26 *Marcianus Imperator anno Chriſti* 457. *vita functo ſucceſſit Leo, ad quem extant par.* 3. *Concilii Chalcedonenſis epiſtolæ a variis Epiſcopis ſcripta: e quibus dum Sebaſtianus Epiſcopus illi ſuadet, at dictam Concilium ampliatur, inter alia hæc ſcribit*: Quæ in eo condemnati & indigni pontificali ſtatu eſſe decreti ſunt, ſententia hoc magni Dei tamquam impii pertulerunt. Qui vero ſuſcepti ſunt, velut injuſtam & tyrannicam circumventionem parvo tempore ſuſtinentes, repenta decreto ſancti Spiritus juſta ſuſcepti ſunt: inter quos noſtrorum temporum ſecundus Abel B. Flavianus extitit.

in epiſtola ad Leonem Imper. ſecundus Abel vocatur.

§. VI. *S. Flaviani cultus ſacer, tempus Epiſcopatus Conſtantinopolitani.* F

27 AT *S. Leone Papa* tt. *Aprilis anni* 461. *mortuo creatus eſt S. Hilarus, qui illius olim Legatus Epheſi Synodo λητρικὴ interfuerat, at cum aliis Legatis ſeſe in defenſionem S. Flaviani fortiter oppoſuerat impietati Eutychetis & Dioſcori. Hic poſtea Pontifex Maximus creatus e ſuo erga S. Flavianum affectu, ut teſtis nobis eſt Cardinalis Baronius ad annum Chr.* 449. *n.* 108. in mirifico illo & nobiliſſimo ſanctæ Crucis oratorio, quod ad dexteram atrii baptiſtarii Conſtantini conſtruxit & magnificentiſſima axornavit, monumenta cattaminis hujus muſivo opere expreſſa reliquit; nimirum S. Flaviani ea defenſa fida coronam, palmam, dignatrophæa atque triomphum: cum videlicet a Dioſcoro ac reliquis ejus ſatallitibus appetitus calcibus glorioſum martyrium eſt conſecutos. Erant hæc & alia in pariate & taſtudine oratorii muſivo opera expreſſa: quæ temporis vetuſtata collapſa, adeo ut pauca via ſigna ſupereſſent, fuere reſtituta picturis, & quidem rudis craſſeque miservæ pro ratione ſeculi illius, quo ob ingruaotia jugiter in Italia bella una cum ſciantus collapſæ ſunt nobiles etiam artes. Sed dolore piorum omnium, potiſſimum vero Eccleſiaſticarum rerum ſtudioſorum, adeo egregium

a S. Hilaro Papa

vita ejus & certamina muſivo opere in oratorio S. Crucis expreſſa,

poſtea in picturis reſtituta,

AUCT. G. H. A

monumentum, ipſum integrum oratorium ſub Sixto Papa ſolo æquatum vidimus. At vivat teſtituta ſaltem in chartis, quæ cum parietibus eſt dificta ſub ſanctæ Crucis præclato titulo Flaviani memoria in perpetuum permanſura. *Hæc Baronius. Colitur S. Hilarus Papa 10. Sept. quo die obiit anno 467.*

eum oratorio ſublato.

28 *Sacram memoriam* S. Flaviani Patriarchæ Conſtantinopoli *celebrant Græci in Menais 16. Febr. quem ajunt* permiſſu Dei a Dioſcoro hæretico & conciliabulo ipſius in exilium electum, cum Sedem tenuiſſet annum unum, menſes decem. In exilio porro multas afflictiones pro orthodoxa fide perpeſſum, ex morbo tandem deceſſiſſe. *Quæ etiam referuntur in Menologio Maximi Cytherei eodem 16. Febr. In Menologia vera Græcorum ex bibliotheca & interpretatione Cardinalis Sirleti, ab Henrico Canſio edita, colitur 18. Febr. his verbis*: Sancti Patris noſtri Archiepiſcopi Conſtantinopolis Flaviani, qui ab impio Dioſcoro & hæreticis cum eo aſpirantibus electos, atque in exilium miſſus, variis preſſuris & acumnis vexatus, vita functus eſt. *Eodem die Eccleſia Occidentalis ejuſdem memoriam celebrat in faſtis Martyrologii Romani hoc præconio*: Conſtantinopoli S. Flaviani Epiſcopi, qui cum fidem Catholicam Epheſi propugnaret, ab impii Dioſcori factione pugnis & calcibus percuſſus, atque in exilium actus, poſt triduum vitam finivit. *Infra in Lectionibus Officii proprii, quod Julia-novenſes recitantur, & in Annotationibus Baronii dicitur* celebrati hoc die ſolemnis translatio *corporis Conſtantinopolim, de qua ſupra egimus. In muſ. Flaviana S. hæc leguntur* 12. *Dec.* Apud Conſtantinopolim S. Fabiani Epiſcopi & Confeſſoris. *Nullus inter Epiſcopos Conſtantinopolitanos; ait Fabianus*: quo tamen nomine appellatur S. Flavianus *etiam in Chronico univerſali muſ. Theoderici Pauli Gorcomienſis, ubi perperam & S. Proclo præponitur, & tamen traditur ibi Eccleſiæ præfuiſſe tempore Marciani Imperatoris, & S. Leonis Papæ. Eundem 24. Nov. etiam coli infra dicemus.*

Memoria ejus in Martyrologiis

& 18. Feb.

12. Decembris.

& 24. Novembr.

29 *Tempus Sedis ejus cum Menais idem aſſignat Nicephorus Epiſcopus in Chronologia*, 40. Epiſcopus, *inquit*, Flavianus Presbyter Conſtantinopolita, anno 1. menſibus 10. Hoc delecto a Dioſcoro in illa inſidioſa Synodo Epheſi, ſufficitur Anatolius Presbyter & teſponſis Dioſcori. *Sed qui hunc poſtea in Concilio Chalcedonenſi condemnavit. Cedrenus etiam ad illud tempus conſtringit ejus Epiſcopatum, dum an. Theodoſii 39. Proclo ſucceſſiſſe tradit, & an. ejuſdem 41. infamem Epheſi collectum Synodum. Verum dum Cedrenus aſſerit eodem tempore & Cyrillum Alexandriæ & Proclum Conſtantinopoli Epiſcopos vita functos eſſe, non videtur intra terminos duorum trium ve annorum velle concludi. De S. Cyrillo egimus 28. Jan. oſtendimuſque ad an. 445. tantum vixiſſe. De S. Proclo hæc certa ſunt.* Maximiano Epiſcopo, Arcobindo & Aſpate Conſulibus, pridie Idus Apr. feria quinta ante feſtum Paſchatis mortuo, eoque necdum ſepulto, Proclus *unten Epiſcopum Cyzici* ab Epiſcopis, *conſentiente Theodoſio Imperatore*, in Sede Conſtantinopolitana collocatum fuiſſe. *Ita Socrates, qui tum vivebat, l. 7. c. 49. Quæ conveniunt in an. Ch. 434. cycle Luna 16. Solis 33. littera Dominicali G, quo Paſchæ celebratum fuit 15. Apr. Præterea Theophanes in Chronographia & Nicephorus Calliſtus l. 14. c. 37. tradunt eodem tempore ad immortalem vitam tranſiſſe admirandum Cyrillum Alexandriæ, & divinum Proclum Conſtantinopoli, enm hic, inquit Nicephorus*, in ea Sede enituiſſet undecim an. *Græce ἔλαχε φῶς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη*: ergo ambo obiiſſent an. Ch. 445. *Cyrillus Jann. menſe, Proclus Octobri, die 24. Cui dein ſubſtitutus S. Flavianus ſedifſet annos & menſe decem. At Theophanes* annos *Sedi S. Proclo tribuit* duodecim: *Nicephorus Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Chronologia, eiſdem* an. duodecim, *addit* menſes tres: *quos ei quoque aſſignant Græci in Menais, & Menologio Maximi Cytherei, alioque muſ. Baſilii Imperatoris, a Vincentio Riccardo ante operat. Proclo citato, qui tamen apud hos legi debere* menſes *ſex contendit, utpote quem etiam iidem auctores dicunt* creatum Epiſcopum 12. Apr. & mortuum 24. Oct. *Theophanes obitum ejuſdem Procli & initium Sedis S. Flaviani refert ad an. 439. Imperii Theodoſii, Chriſtiana Æra 446. quo etiam an. affirmat Baronius Proclo ſucceſſiſſe S. Flavianum, eidemque Eccleſia præfuiſſe an. duos, menſes decem: ſcilicet ab anno 446. & die 24. Oct. ad an. 449. & menſem Auguſtum, quo e vita deceſſiſſe S. Flavianum diximus.*

Proclus diceſſerit ex Epiſcopus Conſtantinop. an. 446. 24. Octob.

ſed an. 439. & menſes tres.

ſed 6 menſes 14. Octob. an. 446.

30 *Hæc tamen ab aliis contra opponuntur*: Indictione 15. Ardabure & Callepio Conſſ. *id eſt, anno 447. referri a Marcellino Comite & auctore Chronici Alexandrini ingentem terræ motum Conſtantinopoli, quo conſtat ſunt cives extra urbem degere: in quo motu abreptas in cælum puer, Triſagium hymnum audivit. Cujus hiſtoria meminit S. Felix Papa epiſt. 3. ad Petrum Cnapheum Epiſcopum Antiochenum, & ſub Proclo memorat acciditſe. Petavius l. 13. de Doctrina temporum, S. Procli obitum hac de cauſſa ſtatuit dicto an. 447. eique tunc ſucceſſiſſe* Flavianum: *qui ea ratione tantum annos uno, menſibus decem ſedifſet Conſtantinopoli, relictis tredecim annis, menſibus ſex Epiſcopatui S. Procli. Verum mendum eſt in Chronico Alexandrino, rebus integra an. poſtpoſitis: ita Synodus Epheſina, in qua* S. Flavianus *condemnatus electuſque eſt, non refertur ad* Conſules Protogenem & Aſterium, *ſub quibus certo conſtat celebratam fuiſſe, ſed ad ſequentes* Valentinianum Auguſtum 7. & Albinum, *alias* Avienum. *Eodem modo terræ motus ille ad Conſules præcedentes referendus eſt tam in Chronico Alexandrino, quam apud Marcellinum: ubi ille annus, Coſſ. Ardaburio & Callepio, a bello Attila inchoandus eſt, cum additur*: Eodem an. urbis Auguſtæ muri olim (*erga non iſto anno, & quidem ad finem vergente*) terræ motu collapſi, intra tres menſes reædificati ſunt.

Terræ motus ſub S. Proclo contigit an. 447.

ſed an. 446.

31 *Unum hoc addo argumentum ex Actione decima Concilii Chalcedonenſis, habita 4. Kal. Nov. an. 451. ubi inter alia de Baſſiano Epheſino Epiſcopo hæc leguntur*: Expulſus eſt a ſanctis Patribus, & a ſanctiſſimo regiæ civitatis Romæ Leone, & a beatiſſimo ſanctæ memoriæ Flaviano Conſtantinopolitanæ urbis, & ab Alexandrino & Antiocheno: ab his enim expulſus eſt. *Græce παρὰ τούτου ἐξώσθη. Et iterum*, Beatus ſanctæ memoriæ Flavianus expulit eum, *Græce ἐξώσατο αὐτόν. Et de tempore hæc interponuntur*: Hodie quatuor anni ſunt, & Romanus Epiſcopus depoſuit eum, & Alexandrinus damnavit eum. *Græce bis repetitur, αὐτὸν καθεῖλεν: quæ etiam voce Theodoreti l. 2. Hiſt. Eccl. c. 8. abdicationem Stephani Epiſcopi Ariani indicat. Si erga 29. Oct. an. 451. jam effluxerant quatuor an. neceſſaria 29. Oct. anni 447. jam erat Baſſianus depoſitus atque expulſus, nota* F collatis ſententiis Leonis Papæ, & Flaviani, ac etiam Epiſcoporum Antiocheni & Alexandrini: *qua litterarum communicatio inter eos tum procul diſſitos facta, oſtendit S. Flavianum neceſſaria ante 24. Oct. an. 447. diu Epiſcopum fuiſſe, adeoque S. Proclum obiiſſe an. proxime elapſo 446. quod ad ejus diem mutulem alterius poterit examinari.*

Expulſus eſt Baſſianus Epiſcopus a S. Flaviano Epiſcopo anno 447.

§. VII. *Reliquiæ S. Flaviani in Italiam delatæ. Vitæ epitome.*

32 *Sacra oſſa ſanctiſſimi Epiſcopi Flaviani aſſervantur in Italia. At quando Conſtantinopoli eo delata ſint, necdum legimus. In Marchia Anconitana (Picenum antiqui dixerunt) Recinetum urbs dives & ſat lauta eſt, ex ruinis antiquæ Recinæ exorta, & Lauretæ ob adjunctam Deiparæ Virginis per orbem univerſum notiſſimæ præſidia; cui pietas hominum in beatiſſimam Virginem Lauretanam plurimum profuit proderitque. In urbis hujus Recinetenſis Eccleſia Cathedrali inter alia ſacra pignora in veneratione eſt* brachium S. Flaviani. *At* reliqua *fere* corporis oſſa cum capite *ejuſdem, ſacratiſſimo cultu honorantur in Aprutii oppido*, Julia-nova *dicto a fundatore ſuo* Julio Hadriano eximio belli Duce, quem *ait Leander Albertus in Italia deſcriptione*, tractus hujus maritimi propemodum

Recinetum in Piceno

eſt brachium S. Flaviani in Julia-nova in Aprutio cum aliis oſſibus

A modum uniuerſi Dominum, oppidum s. Floriani ob ſummam aeris inclementiam excidiſſe, nouumq; ſito contineaci, tribus paſſuum millibus ab ora ſuo ſumptu condidiſſe, indito Juliæ-novę nomine, quo Sanctifloriani coloni translatis commodos etiam agros aſſignavit. *Inter vicinos pagos aliquis etiamnum a S. Flaviano appellatur: quod eximium antiquioris venerationis veſtigium eſt. Martyrologii Uſuardi apud S. German. Pariſius duo ſunt exemplaria mſſ. Unum pervetus Uſuardo ipſi ætate proximum vel æquale, alterum recentius, ante annos tamen quadringentos ut minimum, aut eo plures, exaratum, uti his verbis teſtatur Jacob. Sirmond. noſter, cujus ac Joan. Bartaſii opera utriuſq; exemplaris apographum habemus. In horum recentiori cod. hæc verba eadem antiqua manu, qua reliqua, ſcripta legantur* 8. *Kal. Dec.* Abrutio S. Flaviam Ep. & confeſſ. *Quo die & Reticeti & Julia-nova S. Flaviani cob indicat Vitæ epitome, nobis ab Antonio Beatillo noſtro Neapoli tranſmiſſa, atq; ex Lectionibus, quæ a ſacra Rit. congreg. approbatæ in dicta Eccleſia Julia-nova recitantur, deſcripta, quæ ita habet:*

33 Flavianus ex Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Theſaurario in Patriarcham electus, ob eluſam Theodoſii Imperatoris avaritiam, & Eudociæ Auguſtæ conjugis ambitionem, varie a Chryſaphio eunucho, eorumdem B Principum cubiculario, eſt exagitatus. Eutycherem duas in Chriſto negantem naturas in ſynodo Conſtantinopoli congregata primus condemnavit, & fidelium communione interdixit. Effecit etiam, ut a S. Leone primo Romano Pontifice damnaretur. Quamobrem Chryſaphius Eutycheris veneno infectus, impatiens, ut ipſe putabat, injuriæ, odio in Flavianum converſo, numquam deſtitit ſanctiſſimo Patriarchæ ultionem perniciem machinari. Inducto igitur Theodoſio per Eudociam, ſuæ miniſtram erudelitatis, ut Epheſi conciliabulum cogeretur, eique Dioſcorus Eutycheris fautor præſideret. Acta contra Eutychetem, Epheſino in concilio reſciſſa ſunt: hæreticus priſtino gradui reſtitutus. Sanctus vero Flavianus omni dignitate exutus, inſuper eſt exilio damnatus. Verum impetu facto ao Eutychianis in ipſo conciliabuli conſpectu, ita pugnis, calcibus, ſuſtis male acceptus eſt, ut poſt triduum victricem animam, in fide defenſione ponens, exilii locum cœleſti patria commutarit. S. Flaviani triumphus a Græcis die decima octava Febr. celebratur: quo die ſacrum ejus corpus Conſtantinopolim honorifice translatum eſt. A Recanatenſi vero Eccleſia, ubi e, aſdem brachium adſervatur, octava Kal. Decembr. ſumma religione colitur. Caput vero ejuſdem etiam corporis reliquiæ Conſtantinopoli Juliam-veterem translatæ, Juliæ-novæ die vigeſima quarta Novembris, & decima E octava Febr. magno populorum concurſu venerantur.

AUCT. G. H.

pagus ibidem S. Flaviani

colitur 24. Novemb.

Reliquiæ eorum translatio.

DE S. HELLADIO
ARCHIEPISCOPO TOLETANO IN HISPANIA:

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§. *I. De S. Helladio teſtimonium S. Ildefonſi & aliorum. Tempus Sedis illius, & Regum Gothorum tum regnantium.*

AN. DC. XXXII. XVIII. FE.

1 *Inter Eccleſia Toletana Epiſcopos Metropolitanos, uti in Conciliis Hiſpanicis olim ſubſcribebant, floruit ſeculo Chriſti ſeptimo S. Helladius, cujus geſta parva, ſed illuſtri elogio narrat S. Ildephonſus, ab eo Diaconus ordinatus, in libello de claris Hiſpaniæ ſcriptoribus & Epiſcopis, inter opera S. Iſidori Epiſc. Hiſpalenſis edito, & to 2. Hiſpania illuſtrata recuſo. In eo c. 7. hæc legantur:*

Teſte S. Ildephonſo.

2 Helladius poſt Auraſium Sedis ejus adeptus eſt locum. Hic cum regiæ aulæ illuſtriſſimus, publicarumque rector exiſteret rerum, ſub ſeculari habitu monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad monaſterium noſtrum illud, Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio monachum fecit, (quod munere Dei perennisque ac patentis ſanctitatis decore & opinabile cunctis, & palam eſt totis) eum ſæpe diſcurſantium negotiorum doctus itinere perveniret, remota clientum ſeculiq; pompa decoris, adeo monachorum peculiaritatibus inhęrebat, ut turmis junctus eorum, ſtipulatum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumque inter decorem inſolentiamque ſeculi, ſolicitudinis & amaret & ſectaretur arcana; celeri fuga relictis omnibus, quæ eſſe noverat mundi, adiit ſanctum monaſterium, quod frequentaverat voto. Venit permanſorus optabili uſu. Ibi factus monachis Pater, meritis ſtudiiſque ſanctis & vitam monachorum dehite rexit, & ſtatum monaſterii totius, communis rei divitias cumulavit. Ex hoc feſtis pene ſenio artubus, ad Pontificatus apicem evocatur, & quia vocaretur, vi coactos pariter & ignotus, illic majora virtutum exempla quam monachus dedit. Quia ſtatum mundi, quem contempſit virtute, magna perhibetur raxiſſe diſcretione, miſerationes eleemoſynarum que copias tam largiter egenis intuliſſe probatur, ac ſi de illius ſtomacho potaſſet innpum & artus * deſcendere, & viſcera conſovere. Scribere renuit, quia quod ſcribendum fuit, quotidianæ oſerationis pagina demonſtravit. Me ad monaſterium rediens memoratum, ultimo vitæ ſuæ tempore Levitam fecit. Senex obiit, decem & octo annis ſacrum regimen tenuit temporibus Siſebuti, Sunthilani & exordiis Siſenandi Regum. Beatus habitus fuit, qui poſt beatior gloriam cœleſtis regni, bona plenus ſenectute, promeruit.

C

1. Helladius ante tum regius

Inter monachos peregrinus,

fit monachus & Abbas Agalienſis,

creatur Archiepiſc. Toletan.

* pendere

fidei ſtudiosus,

3 *Hæc S. Ildephonſus, ante quem ſucceſſerunt S. Helladio Archiep. Toletan. Juſtus, Eugen. II. & S. Eugenius, ejus nominis III. mortuus* 13. *Nov. quo colitur: at S. Ildephonſus* 23. *Januar. qua ejus Vitam dedimus. Reges memorati, ſub quibus poſt ante relatum Auraſium Archiepiſcopus Toletanam Eccleſiam moderatus eſt S. Helladius, hoc ordine imperarunt: primus Siſebutus poſt Gundemarum ad regale faſtigium evocatus. Sub Gundemaro diſceptatum eſt de primatu & auctoritate Sedis Toletanæ, ac Synodus habita Toleti* die 10. Kalendar. Novembrium anno regni Gondemari primo, Æra 648. *ſive an. Chr.* 610. *quando Archiepiſcopus erat memoratus Auraſius, quem ait S. Ildephonſ. c.* 5. *vixiſſe in illo ſacerdotio temporibus Vitterici, Gundemari, & exordiis Siſebuti Regum, annis ferme duodecim. S. Iſidorus in chronico Gothor.* Æra, *inquit*, 648. Gundemarus poſt Vitterieum Princeps efficitur annis duobus, *quos imperfectos fuiſſe arbitramur, ut Siſebutus adhuc Rex ſit conſtitutus. Æra* 649. *cujus loco apud Iſidorum victoſe excuſum eſt* 641. *Iſidorus Epiſc. Pacenſis, in chronico ab Heraclio Imperatore ad an.* 754. *deducto, aſſerit Siſebutum anno* 2. *Heraclii conſtitutum Regem, qui Imperii illius ann.* 2. *incipit* 27. *Martii anno Chriſti* 611. *ſive Æra Hiſpanica* 649. *at ſequente* 650. *aſſignat exordium regni idem Pacenſis Epiſc. neglectis forſan paucis menſibus, quibus anno præcedenti imperarat. Illos tamen menſes obſervarunt Patres in Concilio Hiſpalenſi* 2. *congregati* ſub die Iduum Novembrium anno 9. regnante glo-

Siſebuti Regn. exordium.

F

AUCT. C. H.

A glorioſiſſimo Principe Siſebuto, Æra 657. *id eſt, an. Chr.* 619. *Interim Concil. Egarenſe habitum* ſub die Id. Januar. *adſcribitur Æra* 652. *ſive an. Chr.* 614. Regnaſſe Siſebutum annos 8. menſes 6. *tradit S. Iſidorus Hiſpalenſis, ac*

mortuo an. 620. uti & Rotaredo filio: *ſunm chron. Gothicum ſimil. Siſebuto ergo Æra* 658. *ſive an. Chr.* 620. *mortuo ſucceſſiſſe* filium parvulum Recaredum *ait Roderic. Ximenius Archiep. Toletan. l.* 2. *Rer. Hiſpan. c.* 17. *ejuſq; regno aſſignat* 7. menſes. *Iſidorus Pacenſis* tres ſolummodo menſes regnaſſe *offerit. Hujus ſupra non memini S. Ildephonſ. ob vitæ brevitatem.*

4 *Alter ab eo inducatur Rex eſt* Suintilaous, *aliis* Suintila *&* Suintilla, *cujus exordium Iſidorus Pacenſis* conve-

Suintilanem regnare an. 621. & 22. nire ait in Æram 659. *ſive ana. Chr.* 621. *cui poſt annos re-*

findo an. 631. *gni decem ſucceſſit* Siſenandus *Æra* 669. *id eſt anno Chriſti* 631. *cujus regni exordia dicuntur S. Helladius adhuc viviſſe. Hujus ergo initium in Sede Toletana ſtatuimus anno*

mortuus an. 638 habet ſucceſſores diſcipulos Juſtum, 3. *regni Siſebuti, ſub finem anni Chr.* 613. *ani initium ſequentis, ac mortuum anno* 2. *Siſenandi, Chr.* 632. *Æra* 670. *exactis decem & ſito omnis in ſuo regimine, uti ſupra eos deſignavit S. Ildephonſus. Succeſſit* Juſtus S. Helladii diſcipulus, vir habitudine corporis ingenioque mentis decorus atque ſubtilis, ab infantia monachus, ab Helladio ad

B virtutem monaſticæ inſtitutionis affatim educatus pariter & inſtructus, in Agalienſi monaſterio tertius poſt illum rector eſt factus. In Pontificatu meo illi ſucceſſor inductus, vir ingenio acer & eloquio ſufficiens, magna ſpe profuturus, niſi hunc ante longævam vitam dies abſtuliſſet extrema. *Ita S. Ildefonſus c.* 8. *Sub hoc Juſto habitum concil. Toletan. IV. die nono Decemb. Æra* 671. *anno*

& Reg. II. *Siſenandi* 3. *Chr.* 633. *De Juſti ſucceſſore S. Ildephonſus c.* 13. *hæc ſcribit:* Eugenius diſcipulus Helladii, conlector & conſors Juſti. Poſtquam poſt Juſtum accedit, ab infantia monachus, ab Helladio cum Juſto pariter ſacris in monaſterio inſtitutionibus eruditur. Hunc ſecum Helladius a monaſterio tulit ad Pontificatum tractus, qui rurſus ab eo clericalibus inſtituurus ordinibus, Sedis ejus poſt illum tertius Rector accelſit. Et bonum meritum ſenis, qui duobus diſcipulis ſanctiſque filii Eccleſiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. *Hæc S. Ildephonſus.*

Fundator ab Iſidoro Epiſcopo, 5 *Alter ſanctioris vitæ Helladii teſtis eſt ante memoratus Iſidorus Epiſc. Pacenſis, illo integro ſecalo junior, qui iſta ſcribit:* Siſebutus Rea vir ſapiens & nimium litteraturæ deditus, per Hiſpaniam urbes Romanas ſubjugat, Judæos ad Chriſtianam fidem vi convocat. Venerabilem Helladium Toletanæ Sedis urbis regiæ Metropolitanum

C epiſcopum, ſanctitatis præconio præfulgentem, Eccleſiæ clamitat. Hiſpalenſem Iſidorum Metropolitanum Pontificem, clarum Doctorem Hiſpania celebrat. *Hæc*

Roderico Ximenio, Vaſæo, *Iſidor. Pacenſis, cujus verba de tribus illuſtribus hiſce Herobus deſcribunt Roderic. Ximenius, qui circa ana.* 1220. *floruit, lib.* 2. *Rer. Hiſpan. cap.* 17. *& Vaſæus in chronico Hiſpania ad an.* 616. *ſed Roderico citato, qui dein plura ex Ildephonſo adjungit.*

§. II. *Aſſerta in chronicis Maximi, Luitprandi & Juliani de S. Helladio. Monaſterium Agalienſe.*

6 PRimas omnium collocandus foret *M. Maximus Epiſcopus Cæſarauguſtanus, ſi, quod ſub ejus nomine traditum eſt chronicon, fidem apud viros eruditos ſufficientem reperiret. In proœmio ait ſe interfuiſſe Synodo Toletanæ ſub Gundemaro Rege Æra* 648. *habitæ, de qua ſupra egimus. Deeſt nomen ejus inter Epiſcopos, qui ſubſcripſerunt. In eo autem proœmio aſſerit ſe rerum narrationem producere ad Æram* 650. id eſt, unnum Chr. 612. paullo poſt mortem Fl. Gundemari, *quando S. Helladius necdum erat Archiepiſc. Toletan. In hoc chron. Æra* 628. *collocatur Concil. Toletanum ſub Rege Recaredo habitum, quod Æra præcedente* 627. *id eſt an. Chr.* 589. *celebratum fuiſſe legitur in exordio ſynodi, & ita reperiri in tra-*

D *ditibus mſſ. aſſerit Garcias Loaiſa. Maximas vetuſtis variis Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, qui interfuerunt, addit:* Ea Palatium autem Helladiur illuſtriſſimus aulæ regiæ Comes, qui inter Proceres aulicoſque Regis nomine interfuit Concilio, fuit & rerum publicarum gubernator. *Subſcripſit hanc Concilio* Euphemius Eccleſiæ catholicæ Toletanæ Epiſcopus Metropolitanus: *de cujus in Hiſpaniam adventu hæc ſcribit Maximus Æra* 600. Idem Athanagildus *Rex Gothorum* in planitie ſuburbii Toletani ædificat monaſterium Ordinis S. Benedicti in honorem S. Juliani apud Arvernos paſſi, dictum Agalienſe ab Agallia villula propinqua, quod diſtat minus quam 250. paſſus ab eccleſia Prætorienſi Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli inter occidentem & ſeptemtrionem ſitum: ubi conſtituit primum Abbatem Euphemium monachum natione Græcum, ea Italia vocatum, qui poſt fuit ad Eccleſiæ Toletanæ Sedem vocatus. *Hanc paſſim* cognomento Helladium *appellat, & Æra* 633. *ſive anno Chr.* 597. *de eo & S. Helladii hac tradit:* Euphemio vel Epiphanio, cognomento Helladio, natione Græco, Toletano Pontifici ſuccedit Eauperius Abbas Agalienſis, cui in ejuſdem monaſterii moderamine præficitur Adelphius. Helladius Rector rerum publicarum ſit monachus Agalienſis. *Iterum converſio S.* E *Helladii ad vitam monaſticam repetitur Æra* 640. *hac occaſione:* Decima quarta menſis Aprilis Luuva adoleſcentulus ſancti Regis Roccaredi filius (quo tempore Helladius Procer ſit monachus Agalienſis) regnare cœperat: *cujus regni exordium ad dictam Æram* 640. *eſtam collocat S. Iſidorus. Denique ad Æram* 643. *iſtu habemur:* S. Helladiur monachur Agalienſir mortuo Richilane Rector patrimoniorum alterius monaſterii creatur. *Fait Richelanes Abbas Agaliceſis, ad quem Juſtus Archiepiſc. Toletan. S. Helladii & ſucceſſor & diſcipulus, epiſtolam ſcripſit, cujus meminit S. Ildephonſus. Sed is S. Helladii ſucceſſiſſe potius videtur.*

Fecſtus mocnobus an. 597.

Abbas factus an. 605.

7 *Inter antiquos, qui ſanctimoniam* Helladii *depradicant, ſtatuendus foret Luitprandus, ſi indubitata fides chronico ſub ejus nomine edito adhiberi poſſet, in quo iſta tradunturi; Primo, Æra* 651. *an. Chr.* 613. *a.* 16. Mortuo Auraſio ſanctiſſimo doctiſſimoque Pontifici ſuccedit in Sede Toletana S. Helladiur vir eximius & prius monachus Benedictinus, ætate jam ingraveſcente ad Superos evocatur. *Et n.* 42. *Æra* 663. *an. Chr.* 625. S. Helladiur epiſcopus Toletanur vitæ ſanctimonia & eleemoſynarum in pauperes miſericordia clarur habetur. *Hæc de virtutibus, ac de monaſterio Agalienſi, in quo olim Abbas fuerat, n.* 40. *Æra* 665. *an. Chr.* 624. *iſta leguntur:* Reverſus Hiſpali Ildefonſur Toletum: eum Archidiaconum ſuum Helladiur facere volebat; ille vero cedens ſeculo, vitam agit in monaſterio Agalienſi, quod in ſuburbio Toleti eſt Septemptrionem verſus, non procul a Tago flumine & a Prætorienſi templo S. Leocadiæ extra muror in planitie, quod ego, dum Toleti fui, frequenter inviſi. Et eriam alterum, Agaliienſis hujus coloniam ad pagum Buralganiam u Maurir dictum, pluſquam tria milliaria u Toleto diſtans. Sed in priori, quod non procul ab eremitorio S. Suſannæ prope Tagum ſunt, S. Ildefonſur vitam egit, quod, ut diai, ſæpius inviſi, cum fui Subdiaconur Toleti ſub Bonito r. hujus nominis Toletano Archiepiſcopo: priur Abbate Agalieuſi. *Dein n.* 48. *Æra* 670. *an. Chr.* 630. *hæc addunturi:* Juſtus Diaconus ſecularis S. Helladii epiſcopi Toletani, Hiſpaniarum Primatis (ut ceteri fuerantu S. Elpidio, Juliano, Saturnino, M. Marcello Eugenio) eidem ſancto Pontifici moleſtus ludibriis, dictertis & malo linguæ, Infeliciſſimo genere mortis malam vitam finivit, Epiſcopus Gallus. *De quo n.* 71. *Æra* 678. *an. Ch.* 640. *iterum illa adjunguntur:* Hoc anno Juſtur, Helladii Diaconus, propter linguæ perulantiam & morum incontinentiam, a ſuis clericir (factus epiſcopus

Ioſephi S. Helladii Archidiac. ſed falſus,

Ludibriis affectus a Juſto Diac. cons.

dato Epiſcopo, & ſuffocato!

A pus neſcio cujus civitatis) in lectulo laqueu ſuffocatur. Sunt qui ſuſpicentur hunc apiſcopum fuiſſe Accitanæ civitatis, qui inter ſuit Concil. Toletano. Sunt qui alium omnino ab hoc & admodum diverſum putent. Omnes quidem conſentiunt non fuiſſe hunc Toletanum
moritur 18 Febr. an. 632. Epiſcopum. *Denique n.49. Æra 670. an. Chr. 632. ita obiisse S. Helladii refertur:* Hoc anno, 18. die menſis Feb. ſanctiſſimus Pontifex Toletanus Helladius grandævus ſancte decedit, *n.51.* Eligitur Præſul Toletanus S. Juſtus monachus Benedictinus ex monaſterio Agalienſi, Rector patrimonii. Hic longe alius a ſeculari, qui vir ſanctus, pius, innocentia & optimis moribus inſtructus præſt tres annos ſuis monachis, *de quo nos ſupra ex S. Ildephonſo egimus, qui de altero Juſto in proœmio libelli ſui hac obſervat:* Cum Helladio epiſcopo Sedis ejus, Juſtus Diaconus faſtu ſuperbiæ inſultaret, poſt mortem quidem ſui Pontificis viait epiſcopus, & ipſe tabefactos, ſed in reprobum verſus ſenſum, ob intemperantium morum a miniſtris altaris ſui dormiens ſtrangulatu laqueo expiraviſ. *Ex quo in chronicon Luitprandi eadem tranſlata ſunt. In Fragmentis & Adverſariis ſub ejuſdem Luitprandi nomine editis, n.125. aut 142. iſta habentur:* S. Helladius epiſc. Toletanus
inter Sanctos habitus; ſemper habitus & cultus eſt ut ſanctus, ſed Gothici Pontifices, ut alii, non conſueverunt celebrare Conſeſſores. Fuit hic ſanctus Pontifex natus Toleti patre Helladio
B Palatino conſanguineoque Liuvæ & Leuvigildi, viro catholico, ut fuit filius.

in Chronic. Joffens. 8 *Tertius deinceps ex hiſce nuper in lucem prolatis ſcriptoribus eſt Julianus Petri Archipresbyt. S. Juſto qui in chronicea an. 1100. ut ferunt, ſcripto, n. 354. iſta habet:* Sancto Pontifici Auraſio ſuccedit S. Helladius Rector patrimonii monaſterii Agalienſis, vir ſanctus: *& n. ſeq.* Mortuo ſanctiſſimo Pontifice Helladio ſuccedit in Eccleſia Toletana primate Juſtus monachus Agalienſis, vir ſanctus. Sanctus vero Helladius ſepultus eſt in æde S. Leocadiæ Prætorienſis & ſuburbanæ. *Idem n.322.* Hoc tempore, *an. 659.* moritur Heleca Diaconus hiſpalenſis & epiſc. Cordubenſis, quem S. Helladius, ut Primas hiſpaniæ, miſſum a S. Iſidoro hiſpalenſi in Concilio depoſuit. *Denique n. ſeq. agitur de S. Ildephonſo, quem ait,* cum reverſum hiſpali facere vellet Archidiaconum ſuum S. Helladius epiſc. Tolat an. fugiſſe ad monaſterium Agalienſe. *Hactenus quæ tres ſcriptores M. Maximus, Luitprand. & Julian. Petri de S. Helladio ſcripſiſſe feruntur, protulimus, quorum dicta non eſt animus multis rationibus firmare, neq; etiam refellere. Sit fides penes ipſoſmet.*

dictum ſepulcro in æde S. Leocadiæ. Hoc eam depoſito in Concilio.

C ## §. III. Veneratio ſacra S. Helladii. Epitaphium.

9 *Magna erat apud omnes de Helladio opinio ſanctitatis, adeo ut, teſte Piſa l.2. hiſtor. Toletanæ. 19. tum diademate, quod ſignum publicæ veneration eſt, reperiatur olim depictus: at nomen in Martyrol. ſacris haud dum notum erat, poſtea primo a Baron. inſcriptum martyr. Romano a Gregor. XIII. approbato. In eo ad 18. Febr. hæc habentur:* Toleti S. Helladii epiſc. & confeſſ. *In annotation. adfert vita breviarium a S. Ildephonſo diligenter exſcriptum, indicatq; locum Roderici Toletani, qui, ut ſupra diximus, ait* eccleſiam clamitare, Helladium ſanctitatis præconio præfulgere. *Verum, inquit Hieron. de la Higuera in notis ad chron. Luitprandi n.49.* cum ſummus Pontifex Martyrologium auctoritate ſua proponat toti eccleſiæ, ut, qui eo ſcripti ſunt, Sancti habeantur, & hoc eſt canonizare Sanctos, S. Helladius, quatenus in univerſa eccleſia proponitur, eſt jam canonizatus, de quo non fiebat ullum in hiſpania officium, ut nonnulli viri docti conqueruntur.

S. Helladius inſcriptus Martyrol. Romano,

monaſtiis, 10 *Inſcriptus deinceps variis Martyrol. Benedictino a Wione, his verbis:* Toleti S. Helladii epiſcopi & confeſſoris, qui ex aolico monachus in monaſterio Agalienſi factus, Araſio Epiſcopatu ſucceſſit, & exemplo vitæ & ſcriptis clariſſimus exiuit. *Quæ fere eadem habet Menard. Verum qui dicis* ſcriptis clariſſimus *poteſt, quem ſupra cit. S. Ildephonſus,* ſcribere renuiſſe *teſtatur? Aliis elogiis eum exornant Dorgan. in Kalendar. Benedictino, Ghin. in Natal. Sanctor. Canon. & Tamajus Salazar in Martyrol. Hiſpan. & hic quidem iſtis verbis:* Toleti S. Helladii ipſius orbis Epiſcopi, qui ex monacho Agalienſis cœnobii ad Mettopolitici Ordinis culmen evectus, tam monaſtice in Pontificatu vixit, quam religioſe in monaſterio luuit. S. Ildephonſum Archidiaconi titulo decoravit, poſt miris ſacinoribus clarus, virtutibus ioſignis, pleous dierum, amiſſo mundialis farciuæ onere, requiem Confeſſor inclytus adinvenit æternam. *Suggerit deinde Notis,* ex Breviarus Eccleſiarum hiſpanicarum videnda eſſe Toletana, Palentina, hiſpalenſia, Compoſtellana vetuſtiora. *Ex iis nacti fuimus Breviarium ſecundum regulam B. Iſidori, dictum Mozarabum, Toleti anno 1502. juſſit Franciſci Ximenez Archiepiſcopi excuſum, uti & Miſſale ipſe anno ſeculari 1500. editum, & aliud anno 1551. tempore Joann. Martini Silicei Archiepiſcopi impreſſum. Item feſta propria diœceſis Compoſtellanæ juſſu Joan. de S. Clemente Archiepiſcopi Compoſtellani anno 1516. edita, & Officia propria Eccleſiæ Toletanæ cum approbatione Cardinalis de Quiroga Archiepiſcopi anno 1607. recuſa: in quibus omnibus nulla S. Helladi mentio eſt. Qua vero auſteritate Bernardi de Sandoval Archiepiſcopi Toletani, & Cardinal. Zapata ab anno 1613 prodierunt, feſtum 1. Helladi* referunt ritu ſemiduplici die 18. *Febr. celebrandum. Ac Lectiones ſecundi Nocturni recitanda ex S. Ildephonſo recipiuntur, cum hac Oratione:* Tribue, quæſumus, omnipotens Deus, ita nos B. Helladi Confeſſoris tui atque Pontificis ſolemnitatibus gloriari: ut pietatem, quam ſuo exemplo docuit, ejuſdem intercedtione fidelius exerceamus. Per Dominum &c.

& Breviario Tolet.

E

11 *Vitam S. Helladii quamplurimi rerum Hiſpanicar. ſcriptores recenſores exararunt, uti Ambroſ. Moral. in chronico generali Hiſpanico anno 1577. excuſo l.12. cap. 18. ſed titulo Sancti abſtinet: quem illi tribuit Thomas de Trugillo in Theſauro Concionatorum Barcinone an. 1583. edito, obi ad 27. Febr. geſta ejus, inter aliorum ſanctorum acta narrat. Eadem habent Joann. de Morieta in hiſt. ſanctorum Hiſpaniæ lib. 5. c. 35. Alphonſ. de Villegas in appendice ad Florem ſanctorum de St. Hiſpanie, Piſa l.2. hiſtor. Toletana c. 19. Joan. Mariana l.6. c.4. cujus verba adjicimus, quod de obitu aliqua ab aliis intacto ſuggerat.* Toletanam, *inquit,* Eccleſiam Auraſii ſucceſſor Helladius Suinthilæ regno gubernabat, vir prudentiæ modeſtiæque & eruditionis laude cumulatus, a cupiditate omni remotus, magni præterea laboris ſummæque conſtantiæ. Juvenis ſupremo Gothorum magiſtratu abdicato, erat enim Rector rerum publicarum, eacolendi Chriſtianis virtutibus animi cupiditate in Agalienſi monaſterio Toleti monachum induit. Unde cum monaſterii Abbas brevi evaſiſſet, Regis Siſebuti auctoritate ad Eccleſiæ Toletanæ ſegimeo translatus eſt, nuu magis ſuis virtutibus illuſtris, quam Ildefonſi inſtitutione: quem in Diaconorum numerum cooptatum ex aliquanto intervallo ſucceſſorem habuit. Et veriſimile eſt Helladium ſuorum temporum perturbatione cummotum animo, vitæque tædiu extinctum. Nam quo tempore Siſenandi proditione, an rebellione, Suinthila ſublatus eſt, & ipſe in vivis eſſe deſiit, Joſto ſucceſſore. Erat Siſenandus vir magno animo, neque minus domeſticis copiis inſignis, quam belli artibus clarus. Is regnandi ambitione corruptus, neq; id quibus modis aſſequeretur, quidquam penſi habens, & Suinthilę Regis odio contemptuq; quem publica gentis invidia flagrare conſiderabat, in Franciam ad Dagobertom Regem profectus, Regis ſui evertendi cupiditate incenſus, auxilium impetravit. Habere ſe tutius provinciæ ſtudia excitata, ſed metu prohiberi, ne rem tantam abſq; externo præſidio inchoarent, Suinthilam Regis nomine

Vita a poſterioribus ſcripta.

recenſiom Mariane.

Ab tædio vitæ liberatus

ob bellum intentum Siſenandi,

AUCT. G. H. D

AUCT. G. H.

mine exercere tyrannidem, vitiis omnibus obnoxium: neque unquam in terris monſtrum fuiſſe ullum tam ex contrariis & inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis cupiditatibuſque conflatum. Abundantius & Venerandus ſiemiſſimas Burgondionum copias Cæſarauguſtam duxere. Gothi Proceres, qui voto eum Siſenando ſentiebant, palam Gallici auxilii fiducia a Suinthila deficiêtes, eum, Rechimirum filium, & uxorem regno expulerunt.... Regnavit Suinthila decem annis, regno pulſus eſt ſalutis anno 631. Hæc *Moriana*. Hæc a *Dagoberto* 1. *Rege Francor. in Hiſpaniam miſſas ſappetias, narrat Fredegar. coævus rerum Francicarum ſcriptor, in chronic.* 73. *ſed quod, forſan amanuenſium vitio, prorſus a debito loco ſemotum eſt, repo-* 2o Fredegarii chronici capitis ordinata. *endum poſt cap.* 57. *cujus ultima verba hæc ſunt*: Poſt annum tertium cum regnare cœpiſſet, *ſcilicet ab obitu patris Chlotharii etiam in Neuſtria & Burgundia*, totam Vaſconiam eum exercitu ſuperans, ſuæ ditioni redegit, aliquantiſumque largiorem fecit regni ſui ſpatium. *Et tum anno regni* 4. *Ch.* 631. *exercitum pro Siſenando in Hiſpaniam miſit. Monuimus in Diatriba noſtra de* 3. *Dagoberti Regibus ſcorſum edita, l.* 1. *c.* 6. *apud Fredegarium ſex illorum annorum, quibus ab obitu patris Dagobertus apud Auſtraſios moratus eſt, vacuum fermè eſſe ſpatium, & inconcinne inſitum cap.* 58. *diſpoſitum, quod hunc confirmatur.*

B 12. *Quæ in S. Helladium congeſſit laudis Mariana, eaſ-*

dem ex ipſo ediderunt Thomas Tamajus de Vargas in Ve- D *ritate Dextri in catalogo Præſulum Toletanorum num.* 37. *& Didacus Caſtejonius tomo* 1. *de Primatu Toletano par.* 2. §. 3. *qui addit impulſore S. Helladio, a Siſebuto Rege & Judæos e tota ditione expulſos fuiſſe, & ad honorem S. Leocadiæ Virginis & Martyris Toletanæ templum mirifico ſplendore extructum, in quo ſupra ex chronice Juliani diximus S. Helladium fuiſſe ſepultum: quod confirmatur in carmine ſepulchrali apud Tamajum Salazarium, quod iterata vice adſcribit S. Ildephonſo. Eſt autem ejuſmodi*:

Epitaphia S. Helladii

Præſulis Helladii tumba requieſcit in iſta
Corpus, at illius ſpiritus aſtra tenet.
Toleti Rector fuit hic, dum degit in aula:
Ex monacho Rector Agalienſis erat.
Hinc Toletanam rapitur violenter ad urbem,
Confectus ſenio, ſed pietate vigens.
Corporis exuvias Martyr Leocadia cepit
Iſta domus Reges Pontificeſque capit
Unde die extrema ſurget redivivus ad auras,
Ut capiat meritis præmia digna ſuis.
Jamque octogenta ſenior tranſegerat annos,
Gloria Pontificum, fax animoſa Dei.
Ildephonſus ego, quem fecerat ille Miniſtrum,
Perſolvi ſancto carmina pauca ſemi. E

DE S. CULANO

EPISCOPO IN HIBERNIA.

G. H.

XVIII FE. Memoria facra in Martyrol.

1 *Philippus Ferrar. catalog. Sanctorum, qui in Mart. Romano non ſunt, adſcripſit* S. Culanum *his verbis*: In hibernia S. Culani Epiſcopi, *a notatq; ſe eum dare ex Petro Canſio, qui de illo ſolus hac die mentionem facit. Intelligit martyrol. Germanan cujus duplici editione quam habemus, annor.* 1572. *&* 1599. *ejus memoria extat. Verum non ſolus Canſius de eo egit: præterea alii, ex quibus habemus auctorem mſ. Florarii Sanctorum, &* Hermannum Graven Carthuſianum Colonienſem in auctario Uſuardi edito *aa.* 1515. *atque iterum anno* 1521. *Eundem ex ipſis Hibernis referunt Henricus Fitz-Simon noſter in Calendario præcipuorum Sanctorum Hiberniæ, & Joan. Colganus in aliis Sanctor. Hiberniæ: qui addit illo aliis diebus adſcriptum eſſe faſtis Hibernicis ſanctorum nomen* S. Coelani, Culeni, *aut* Dachualeni. *Ceterum cujus Sedis hic* S. Culanus *fuerit Epiſcopus ignorari.*

2 *Dedimus* 16 *Jan. duplicem Vitam* 1. *Furſei ex Hibernia oriundi, qui ſecum in Galliam detulit pignora Ss. Patricii, Beati & Meliani, ac Perona in Veromandus depoſuit. Ex his* 1. *Medanum, ſive, Meldanum Epiſc. Hibernum celebrari divimus* 7. *Febr. neq; etiam cujus fuerit ſedis Antiſtes; aſſequi indagando potuimus: nec mirum, cum in catal. triplicis ordinis ſanctorum, quem ex antiquo cod. edidit Uſſerius de Primordiis Britannicar. Eccleſiar. pag.* 913. *tempore Patricii ſub primo ordine cenſeantur* ſancti Epiſcopi 350. Eccleſiarum fundatores: *ſub ſecundo vero & tertio ordine plures fuerunt Presbyteri, quam Epiſc. qui dein uſq; ad ann.* 965. *quo ſanctorum catalog terminatur, vixerunt. Quem-* vnde fua memoria apud Germanos. *admodum autem dictorum ſanctorum pignora Peronam delata S. Furſeus, ita forſan alii viri Apoſtolici, qui ex eadem Hibernia in Germaniam venerunt, hæc* S. Culani *reliquias, aut certe venerationem ſacram attulerunt.*

C F

DE S. COLMANO

EPISC. LINDISFARNENSI IN ANGLIA,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§. 1. *S. Colmani natalis. Falſa ei attributa converſio Regis Pruda, martyrium, monachatus Benedictinus: an recte Ferquhardi Regis Scotorum converſio?*

AN. CHR. DC. LXXVI. XVIII. FE.

1 *Willelmus Malmeſburicenſis l.* 3. *de Geſtis Pontificum Anglorum auſpicatur his verbis*: Paulinus fuit primus Eboraci Archiepiſcopus, qui ab Honorio Papa pallium accepit, ut notum eſt. Illo pulſo Scotti Aidanus, Finanus, Colmanus, nec pallio, nec urbis nobilitate voluerunt attolli, in inſula Lindisfarnenſi delitescentes. *Colunitur*, Paulinus 10. *Octobris*, Aidanus 31. *Augusti*, *ambo Martyrologio Romano adſcripti*. S. Finanum

S. Colmani Epiſc. Lindisfarnenſis.

dedimus 17. *Febr. cognomen ſum de inſula* Huenſi, *in qua vitam ante monaſticam hic tres Epiſcopi Scoti ſecundum Regulam* 1. *Columbæ duxerant, tum de inſula Lindisfarnenſi & Epiſcopali per Northumbriam munere exercito. qua hic nolumus repetere. Appellatur autem* Colman, Colmanus, Colmannus, Colemanus, Colomanus.

2 *Hermann. Greven in auctar. Uſuar. aa.* 1515. *&* 1521. editus ibi. *excuſo memoras Ss.* Finanum & Colmanum, *illum* 17. *Febr. hunc* 18. *ejuſdem menſis his verbis*: Item Colomani Epiſc. & confeſſ. *in antiquo Breviario Aberdonenſi idem Colmanus refertur ad hunc diem. Habimus ex eo Vitæ epitomen, in qua dicitur* in pace beata requieviſſe 12. Kal. Mart. *Quo die longa eum elogia exornat David Camerar.*

in

A in Menol. Scotico. At Dempſter in Menol. etiam Scotico, cit. Kalendar. Adami Regis, hæc habet: In Scotia Culmanni conſeſſ. arbitratus alium eſſe a S. Colmano Epiſc. quem cum altero Colomanno martyre poſuit 13. Octobr. In Auſtria, inquit, Colomanni Regis filii, Martyris. Lindisfarnæ Colmanni Archiepiſcopi. Citantur pro Colomanno martyre Molan. pro Colmanno Epiſcopo Arnoldus Wion. Idem Dempſter. l. 3. hiſt. Eccl. gentis Scotor. c. 239. aſſerit S. Colmannum Epiſcopum 3. Lindisfarnæ inter ſplendidiſſima ornamenta Scotiæ habendum, coli 13. Octob. cit. martyrol. Anglic. Verum auctor hic ſecutus Wionem, duos Colmannos a ſe confuſis in unum conflavit. Verba Wionis damus: Viennæ in Auſtria, inquit, S. Colmani Epiſcopi & Martyris. Hic ea monacho Liodisfarneuſi ad ejuſdem civitatis Epiſcopatum vocatus, maximam Saaonum multitudinem, & inter reliquos Pendam Regem Merciorum ex ethnicæ ſi & Gentilitatis ſervitute in Evangelii libertatem vindicavit: demum Britannia relicta per multas regiones Germaniæ verbum Dei ſeminando, & complurimos ad fidem chriſtianam convertendo eſt peregrinatus, qui eum per Auſtriam rediret, a nonnullis Chriſti hoſtibus impie trucidatus, glorioſam martyrii palmam conſecutus, ibidem magna populi veneratione colitur. Hæc ibi, non abſque aliis etiam mendis. Nam Peoda Rex Merciorum, licet ultimis vita & regni annis non prohibuerit, teſte Beda l. 3. cap. 21. qui in ſua Mercionum natione, verbum Dei, ſi qui audire vellent, prædicaretur; tamen ipſe amplexus religionem chriſtianam non eſt, inſeriitq; Ethnicus anno Chr. 655. Sed filius ejus Peada Rex Middeleuglorum, ſeu mediterraneorum Anglorum a 1. Finano baptizatus eſt an. 653. id eſt, annis octo, antequam 1. Colmannus 1. Finano vita functo ſuccederet.

B 3 Wionem in illum abduxit errorem primo loco ab eo citat. Heltor Boheim, qui l. 9. hiſtor. Scotor. fol. 177. Traductus eſt, inquit, poſt eum, Finanum, extinctum Culmannus Epiſc. ad Lindisfarnenſem Eccleſiam, qui ſacris monitis & ante alia vitæ innocentia, ingentem Saaonum multitudinem & inter eos Pendam, Pendæ ſuperioris filium, ad veræ pietatis cultum adduxit. Nec deſunt, qui Pendam majorem Regem a Finano ſacro lavacro admotum volunt. Hæc ille, qui ut Peada converſionem ac baptiſmum a 1. Finano ad 1. Colmannum tranſferre facilius poſſet, novæ fabulæ conficta Pendam ejus patrem a 1. Finano baptizatum apud alios tradi addidit: nec qui illi alii ſint, expoſuit. Alter a Wione citat. auctor eſt Joan. Leſlæus, qui l. 4. de rebus geſtis Scotor. pag. 160. hæc ſcribit: Scotia Fionaum & Colmanoum Epiſcop. duo virtutis religioniſq; lumina eo tempore aluit, qui Divi Benedicti veſtigia priua perſecuti, ſtudio & diligentia conſecuti ſunt, ut omnium virtutum illuſtres ſpecies in illorum vitis & moribus enituerunt. Horum in victu temperantiam, in veſtitu abjectionem, in maximis Reipublicæ negotiis prudentiam, multi illius ſeculi Eccleſiaſtici ſunt ſecuti, pauci tamen aſſecuti. Colmannus non multo poſt ad Lindisfarnenſem in Anglia Eccleſiam evocatus, maximam Saaonum multitudinem, & inter reliquos Pendam Regem, qui patri Pendæ in regno ſucceſſit, ea ethniciſmi & gentilitatis ſervitute in Evangelii libertatem vindicavit. Huia laboris ſancti ſocius acceſſit Finnanus, qui omnes pene Britanniæ oras a Saaonibus recens occupatas cum Colmanno ubivit laboriose, magnoſque Eccleſiæ fructus peperit feliciter. Colmannus demum Britannia relicta per multas regiones Germaniæ, verbum Dei ſeminando, & complurimos ad fidem chriſtianam convertendo, Bohemiam, Hungariam & magnam Græciæ partem eſt peregrinatus. Varum per Auſtriam radiens a nonnullis Chriſti hoſtibus impie trucidatus, glorioſam martyrii palmam conſecutus, ibidem magna populi veneratione colitur. Hujus vitam & martyrium præter alios antiquiſſimos ſcriptores Joann. Stabius Maximiliani I. Cæſaris hiſtoricus Sapphico carmine agragia depinxit.

4 Hæc Leſlæus, cujus verbis ſervatis idem Wion l. 2. c. 25. ſuo eum Ordini Benedictino vindicat, & in Archiepiſc. Lindisfarnenſib. ſive Northumbria, iſta tradit; 3. S. Colomannus Scotus monachus Hucuſis, & Abbas Amaribacenſis præfuit annis tribus. Hujus in victu temperantiam, in veſtitu abjectionem, in maximis Reip. negotiis prudentiam, multi illius ſeculi Eccleſiaſtici ſunt ſecuti, pauci tamen aſſecuti. Tandem Epiſcopatu relicto ad monaſterium ſuum rediit an. 664. Et pauco poſt tempore, Britannia relicta per multas regiones Germaniæ verbum Dei diſſeminavit, & in Auſtria a nonnullis Chriſti hoſtibus impie trucidatus, per martyrium ad cœlos evolavit die 3. Id. Octobr. Hoc Wion, qui omiſſo ibidem Leſlæo, citat Democharem, Boethium & Trithemium. Verba Boethii partim jam dedimus, partim infra dabimus. Democharem to. 3. de ſacrificio Miſſæ cap. 55. pag. 46. recenſet Epiſcopos Lindisfarnea. & hæc ſolum habet: 3. Colmanus monach. Scotus, annis præfuit tribus eidem Eccleſiæ, quem reliquit ut reverteretur ad monaſterium in patriam. Similia habet Trithem. l. 4. de Viris illuſtr. Ord. S. Benedicti cap. 153. Colomanus, inquit, monachus Huenſis, natione Scotus, & poſt Sinanum (ita ante 1. Finanum appellarat) Epiſ. Nordanhymbrorum, vir quidam doctus, & motum honeſtate inſignis, ſed in obſervatione Paſchali ſuu tempore E more Scotorum reprehenſibilis. Claruit anno Dominicæ nativ. 664. Eredem anno Indictione 7. deſcreus Epiſcopatum ad monaſterium ſuum revertit eſt. Hæc Trithem. qui in hoc unico errore Wioni præivit, quod ſanctos illos, Lindisfarnen. Epiſc. Aidanum, Finannum & Colmannum Ordini S. Benedicti adſcribat, quos ſecundum regulam 1. Columbæ primi Huenſis Abbatis vixiſſe probavimus ad Vitam S. Finani. Non tamen fuit Abbas Hucuſis, ſeu Jouenſis, ut in Vita 1. Geraldi Abbatis apud Colgan. 13. Martii legitur. Ex inſula Hii ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti deſtinatum fuiſſe tradit Beda l. 4. c. 4. Secuti aliſcripſerunt. Floruerunt ſeculo 7. Abbates Huenſes, Fergnani creatus an. 598. Segenius, Suibneus, Cummineus Albus, Faelbeus, Adamnanus, qui ad annum 704. mixit. Horum catalogum texuit Uſſer. de Primordiis Eccleſiar. Britannicar. c. 16. pag. 701. Quod Amaribacenſem Abbatam appellat Wion, ahbi non legimus.

5 Demum idem Wion in Notis ad Martyrol. prater allegatos hactenus auctores citat Petrum Cratepolium de Epiſcopis Germaniæ, ſed de Sanctis Germaniæ voluiſſe ſcribere arbitramur, ubi iſta habentur. S. Colomannus martyr Chriſti. Fuerat hic ea Scotia natus, & cauſſa peregrinationis vetſus hieroſolymam per Germaniam ſuperiorem iter habebat. Cum veru Auſtriæ fines attigiſſet, pro terræ exploratore habitus & cumprehenſus eſt. Adducitur ad carcerem vir innocens, acriter verberatur, tranſfigitur veru, & tandem crudeliter martyrizatur. Hæc ibi. Verum hic S. Colomannus martyr nuſquam Epiſc. dicitur, unſquam monachus, vel Huenſis, vel Benedictus. eſtque ille quem Sapphico carmine celebrat Joan. Stabius, ſupra a Leſlæo, uti etiam a Wione in Notis, memoratus. Pars prior extat apud Sur. ſed abſq; ulla Epiſcopatus aut monachatus mentione. Vitam ac martyrium hujus Colomanni ſcripſit Erchinfridus tertius Abbas Melicenſis monaſterii, in quo ſacrum illius corpus adſervatur, Auctiurq; martyrii paſſus regnante F gloriosiſſimo Imper. Hentico, qui tertiu Ottone mortuo, Romanorum potiebatur imperio. Hinc male a Wione redarguitur Baron. qui in Not. ad hunc diem 13. Octobr. aſſerit paſſum anno Dom. 1052. qui iterum in annal. ad eumdem ann. ex Dietmaro & Caſpiniano illius necem refert. Diverſas ergo ab illo eſt S. Colmannus conſtituus an. 661. Epiſc. Lindisfarnenſis, de quo hic agimus, licet eum ad 13. Octobr. etiam martyrem conſtituas Benedictus Dorgan. in Kolendar. Benedictino S. Colmanni, inquit, Epiſc. & Mart. qui maaimam hominum multitudinem ad fidem convertit. Prudeater Menard. hæc ſolum habet: In Auſtria S. Colmani Mart. & dein lib. 1. Obſervationum faciunt, an

AUCT. G. H. D

ea refert Ordini Benedictino, adſcribitque Wioni

& Trithemio,

non ſolus Abbas Hucuſis,

ac Amaribacenſis?

Alius ab eo 1. Colmannus in Auſtria occiſus,

Imperante S. Henrico,

ſed utique in modum fabulæ,

mona-

AUCT. G. M.

monachus fuerit, nondum ſibi comperium eſſe. *Sunt erga nd modum diverſi S. Colmannum & S. Colmanum, ille neq; monachus, neq; Presbyter, neque Epiſc. & ſub iniquum ſeculi undecimi in Auſtria interemptus: hic ſemper in Britannicis inſulis, Anglia, inquam, Scotia & Hibernia vixit, monachus Hyenſis, dein Epiſc. Lindisfarnenſis, ac poſtea duobus monaſteriis ſecundum regulam S. Columba erectis Abbas.*

A

6 *Qua vera habenda fides Boetio, dum Regis Ferquhardi ſcelera enormia enumerat, vinculum anathematis ei a S. Colmano & Finano injectum profert, atq; egrum extremo vitæ tempore ab illo adjutum tradit, aliorum eſto judicium. Ex Boethio hæc decerpo.* Regno, *inquit*, pottius Ferquhardus eatenus tyrannus bonorum, religionis hoſtem, cruentum carnificem, ſordidam & incapacibilem charybdim ſe cunctis palam oſtendit . . . . Sacerdotes Chriſti, quos fama pecuniosos ferebat, quæſtioni adhibitos haud torquere ceſſavit, donec argentum omne, ſi quod habereot, confeſſi, in ſuam contulſſent crumenam. Unde nonnulli piorum, quæſtionum impatientes ea tirannide obivere. A Pontificibus tam immanium ſcelerum dotius iaculatus, Colmannu Finnanoque (hi tum inter Scotos præcipuę venerationis habebantur) & quod contumaci animo monitis non parceret, ſacris tandem prohibitus, contempta religione, aliis templa adeuntibus, ipſe venatum ſe contulit . . . .

de S. Colmanni Ep. Ferquhardum Regē Scotorum impietam non emendaſſe?

B

Omnibus per hæc odioſum ſacri Pontifices diris execrationibus, quod Chriſti Eccleſiam tentaret, ſunt proſecuti: quorum ſpreta auctoritate abiens in ſcelera majora, filiabus ſuis ſtuprum intulit, uxorem, quod ne fas diſſuadeset, propriis manibus jugulavit. Ceterum ubi aliquot annos tyranni duraſſet delirium, cogitare quidam de ejus morte cœperunt. Conſilium tandem, non ſine Majorum regni conſcientia communicatum, ne ficret prohibuit Culmannus, fore dictitans, divino ſpiritu edoctus, ut Rex Ferquhardus commiſſa vehementer deteſtaas, ultore Deo pœnas dignas brevi eſſet daturus. Nec ejus ſententia vana eſt inventa. Vix enim menſe exinde elapſo, Ferquhardus dum lupum venaretur, urgeretur qibellua acrius a canibus, delaxatis in Regem, cum in latus crudeliter momordit. Rea ſive lupi motu, ſive alia quavis occaſione in morbum omnium fœdiſſimum incidit . . . .

ejus exacerbationem prædixerit

7 Cumque duos perpetuos annos his malis afflictus, cruciaretur in dies magis magiſque, eſſetque omnibus deteſtabilis, ad ſe reverſus, ſolutus ea fletum, Colmanne, inquit, Colmanne, ſi tuis paruiſſem monitis, haud tam fœdo morbo, in hac gente hacteaus incognito, viva carne in vermes abeunte, Divina ultione jure pereuſſus, cunctis mortalibus mihiq; ipſi deteſtandus fuiſſem conſpectus. Docent inſolitæ plagæ, docent inflicti cruciatus,

& in extremo vitæ beneficio a panitentiæ adeptus?

C

me unmi & humana & Divina ope, niſi mei tandem miſereatur Deus, deſtitutum, in Deum & in homines graviſſime deliquiſſe. Infelicem me, qui, dum licuit, recta munentibus parere contempſerim. Vermibus mea ea carne natis edentibuſque eamdem, infelicius longe viliſſimis naturæ animantibus emoriar. Sub has voces, quas magni ſequebantur ejulatus, currere miniſtri roga req; cuperet ne Sacerdotis officium? Rea preſſis ſingultibus, Colmanni, inquit, opem de poſco. Accerſitus itaq; ocyus Colmanus Epiſc. (is tum amplius viginti millibus paſſuum ab illo aberat loco) pœnitentem anathemate levavit: iade peccata confiterem benigne ſolatus, ſuaſit forti eſſet animo, æternam ſperaret ſalutem, intelligeretque, quantacumque perpetraſſet flagitia, Dei miſericordiam haud ei defuturam. Id Chriſti legem, id divinam humanamque omnem pollicori. Id Dei optimi maximi ore, quo magis cu actis foret creditum, prolatum, cum mortales ad pœnitentiam vocaret, diceretque: Convertimini ad me, & ſalvi eritis. Ferquhardus per hæc in ſpe veniæ erectus, Divinam multis lacrymis implorans miſericordiam, humi procumbens, Divo jubente Colmanno ſacram Chriſti communionem revereuter accepit. Vili inde ſacco volutus, delatuſq; a paucis miniſtris in campum proximum extremis urgentibus, Colmanno autem, quæ erant optimi Sacerdotis, in Principis tranſitu exequenti, cœlum aſpectans ſpiritum exhalavit, anno, quam Scoticam rem tenere incepiſſet, decimo octavo, Chriſti Domini ſeaccenteſimo ſexageſimo quarto.

ſanctum obſervavit,

D

& ejus memoriam ſemper coluit.

E

8 *Hæc Boethius: qui in epitomen contracta refert etiam Leslæus.* Ferquhardo, *addit Boethius*, in Scotorum regnum ſucceſſit Malduinus, in cujus tempora incidit traductus Colmanni Epiſcopi ad Sedem Lindesfernenſem. *Verum hæc tempora non congruunt. Reliquiſſa S. Colmannum Sedem Lindisfarnenſem an. 664. quo volunt Ferquhardum Regem martyrum eſſe, infra ex Beda conſtabit. Ob hanc forſan difficultatem Camerar. in Menol. Scotor. ad 18. Febr. poſt narratum Epiſcopatum ab eo adminiſtratum, & deinde relictum, ſubdit converſionem Regis Scotor. quem* Ferchardum *appellat: quaſi is poſt ann. 664. adhuc diu vixiſſet*, circa quę *iumen* tempora Malduino Scotorum Regi defuncto Eugenium quartum ejus nepotem ſucceſſiſſe *tradit Joann. Major lib. 2. de Geſtis Scotor. c. 12. qui* Ferquhardi, *ſeu Ferchardi, non memimit, ut vereamur ne Regis illius ſceleſta vita, ac pia mors cenſeri poſſit inter fabulas, quas multas hiſtoria ſua immiſcuiſſe Boethium arguunt Lelandus, Humfredus Lhuydus, alii; Malmsb. & nas eum eo dem Majore Scota, ut e. eu. aſſeris*, Bedam Anglum, quam Annales Scoticos cicre, *atque ita, qua ipſe de S. Colmanno habet diutius immorari. Omittimus etiam qua in Vita S. Geraldi legantur, ubi* conſpiratione optimatum *dicitur* ex inſula Jona, *ſive Hy*, capulſus in Angliam veniſſe.

non hæc ſtatuere poſſimus?

§. II. *Vita ſancta Colmani in Epiſcopatu Lindisfarneaſi. Controverſia de Paſchate celebrando.*

9 *Beda lib. 3. cap. 25.* Defuncto Finano, *ait*, cum Colmanus in Epiſcopatu ſuccederet, & ipſe miſſus a Scotia, graviot de obſervatione Paſchæ, nec non & de aliis Eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis, controverſia aaita eſt. *De ea mox agemus. Tempus hujus controverſia agitata, & Epiſcopatus S. Colmani, explicat idem Beda cap. ſequenti.* Facta eſt, *inquit*, hæc quæſtio anno Dominicæ Incarnat. ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, qui fuit annus Oſwi Regis viceſimus ſecundus, Epiſcopatus autem Scorum, quem geſſerunt in provincia Anglorum annus triceſimus. Siquidem Aidanus decem & ſeptem annis, Finan decem, Colmannus tribus Epiſcoparum tenuere. *Et ſedet p. ann. nonnullis interpoſitis, do S. Colmani uberumque madam Anglia vivendi iſtu urudit.*

S. Finano ſuccedit L. Colmanus,

ſedet p. ann. 3.

su Quantæ autem parſimoniæ, cujus contioenniæ fuerit ipſe cum prædeceſſoribus ſuis, teſtabatur etiam locus ille, quem regebat, ubi abeuntibus eis, excepta eccleſia, pauciſſimæ domus repertæ ſunt: hoc eſt, illæ ſolummodo, ſine quibus converſatio civilis eſſe nullatenus poterat. Nil pecuniarum abſque pecoribus habebat: ſi quid enim pecuniæ a divitibus accipiebant, mox pauperibus dabant. Nam neque ad ſuſceptionem potentium ſeculi, vel pecunias colligi, vel domus prævideri aeceſſe ſait. Qui numquam ad eccleſiam, nili orationis tantum & audiendi verbi Dei cauſſa veaiebant. Rex ipſe cum opportunitas exegiſſet, cum quinque tantum aut ſex miniſtris veniebat, & expleta ea eccleſia oratione diſcedebat. Quod ſi forte eos ibi refici contingeret, ſimplici tantum & quotidiano Fratrum cibo contenti, nil ultra quærebaot. Tota enim tunc ſuit ſollicitudo Doctoribus illis Deo ſervienti, non ſeculo: cuia cura eacolendi cordis, non ventris. Uade & in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus, ita ut ubicumque clericus aliquis aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus tamquam Dei famulus eaciperetur: etiamſi in itinere pergens inveniretur, accurrebant, & flexa cervice vel manu ſignati.

F

omnes pauci pervenit,

cultus divini,

A gnari, vel ore illius ſe benedici gaudebant. Verbis quoque horum cohortatoriis diligenter auditum præbebant. Sed & diebus Dominicis ad eccleſiam, ſive ad monaſteria, certatim, non reficiendi corporis, ſed audiendi ſermonis Dei gratia confluebant: & ſi quis Sacerdotum in vicum forte deveniret, mox congregati in unum vicani, verbum vitæ ab ipſo capetere curabaot. Nam neque alia ipſis Sacerdotibus aut Clericis vicos adeundi, quam prædicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, &, ut breviter dicam, animas curandi, cauſſa fuit: qui intantum erant ab omni avaritiæ peſte caſtigati, ut nemo territoria ac poſſeſſiones ad conſtruenda monaſteria, niſi a poteſtatibus ſeculi coactus, acciperet. Quæ conſuetudo per omnia, aliquanto poſt hæc tempore, io Eccleſiis Northanhymbrorum ſervata eſt: *Hec Beda de ratione pie ſanctequevivendi inita a 1. Colmano ejuſque deceſſoribus Scotis apud Anglos in Sedo Lindisfarnenſi.*

& alii omnes

tt *Inter hæc dicto anno 664. de obſervatione Paſcha quæſtio gravis mota eſt, quia anno ſequente 665. geminum Poſcha futurum erat, Alexandrinorum, quod Anglicum Romanis obſervabant ad 8. Idus Aprilis, & Victoris horumque Scotorum ipſis Idibus octidue tardius, quod etiam Victorii Canon offert apud Bucherinum noſtrum, qui in Commentario*

Ne diverſum Paſcha celebrarent an. 665.

B *ſuo de hoc Scotorum calculo diſputat, ac Victoris Canonem ab his in pluribus obſervatum oſtendit. De hac quæſtione eo anno agitata legendus Beda lib. 3. cap. 25. qui aſſerit illis temporibus contigiſſe nonnumquam, ot bis io anno uno Paſcha celebraretur, & eum Rex Oſwius Paſcha Dominicum ſolotis jejuoiis faceret, tum Regina cum ſuis perſiſtens adhuc io jejuoio diem Palmarum celebraret.*

S. Eanfleda Regina & Angli.

Nam S. Eanfleda *Oſwii uxor, ut ante dixerat Beda*, cum ſuis, juxta quod in Cantia fieri viderat, obſervabat Paſcha *Alexandrinum* (Catholicum *appellat Beda*) habens ſecum de Cantia Presbyterum Catholicæ obſervationis, nomioe Romanom. Movit *ergo* hæc quæſtio ſenſus & corda multorum timentium, ne forte, accepto Chriſtianitatis vocabolo, in vacuum currereot aot cucurriſſent. Pervenit &

& Rex Aſſeuius cum Scotis,

ad ipſas Principum aures, Oſwi videlicet Regis & filii ejus Alchfridi: quia nimirum Oſwi a Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam lingua optime imbotus, nil melius quam quod ipſi docuiſſent, autumabat. Porro Alchfrid Magiſtrum habens eruditionis Chriſtianæ Wilfridum, virum doctiſſimum (nam & Romani prius propter doctrinam Eccleſiaſticam adierat & apud Dalfinum Archiepiſcopum Galliarom Lugduni moltum temporis egerat, a quo etiam ronſuræ Eccleſiaſticæ coronam ſuſceperat) hojus doctrinam omnibus Scotorum teaditiooibus

Iotor St. Wilfridum, Agilberrum, aliosque

C jure præferendam ſciebat .... Venerat eo tempore Agilbertus Occidentalium Saaooom Epiſc. amicus Alchfridi Regis & Wilfridi Abbatis, ad provinciam Northanhymbtorum, & apud eos aliquamdiu demnrabatur: qui etiam Wilfridum rogatu Alchfridi Presbyterum fecit. Habebat autem ſecum ipſe Presbyterum, nomine Agathonem. Mota ergo ibi quæſtione de Paſcha vel tonſura, vel aliis rebus Eccleſiaſticis, diſpoſitum eſt, ut in monaſterio, quod dicitur Streaneſhalch, quod interpretatur Sinus-phari (cui tune Hilda Abbatiſſa, Deo devota ſemina, præfuit) Synodus fieri, & hæc quæſtio termioari deberet. Venerontque illo Reges ambo, pater ſcilicet & filius, Epiſcupi Colman cum Clericis ſois de Scotia, Agilbertus cum Agathone & Wilfrido Presbyteris, Jacobus, *Diaconus olim S. Paulini*, & Romanus in horum parte erant; Hilda Abbatiſſa cum ſois in parte Scotorum, in qua erat etiam venerab. Epiſcopus Cedda jamdudum urdinatus a Scotis, qui & interpres in eu concilio vigilantiſſimus utrufq; partis extitit. *Hæc de congreſſu illius cauſſa atque apparatu. Locus illius Synodi fuit oſt in Eboracenſium Septemtrionalium littore, bodie Whitbi, ſive White-haye, hoc eſt, Albus ſinus nominatus. Illud monaſterium extruxerat s. Hilda, qua colitur t 5. Decemb. De eo monaſteria egimus 8. Februar. ad Vitam s. Elfleda filia Oſwii Regis, qua ibidem ſub s. Hilda*

& S. Colmanum Ceddam ſocios; diſputatur anno 664.

In monaſterio Pharonſi

vixit, eiq; in cœnobii regimine ſucceſſit. Colitur s. Wilfridus, AUCTORE G. U. D *dein Archiep. Eboracenſis, i 2. Oſtob. pridie Agilbertus, dein Epiſcopus Pariſienſis, inſcriptus Martyrol. Gallicano Sanctitii: at Cedda Epiſc. Londinenſis 7. Januarii Acta dedimus. Eſt & Eanfleda Cœlitibus adſcripta ad 5. Decemb. imo & Oſwii memoria Anglicano Martyrol. inſerta eſt ad 15. Februarii, uti tum inter Prætermiſſos monuimus.*

12 *Hac de ſanctitate iſtorum, a quibus hac Paſchalis controverſia in illo congreſſu agitata eſt: cujus ſtatum a Stephano Æddio auctore coævo in Vita s. Wilfridi ita propoſitum ſcribit Uſſerius cap. 17. pag. 931.* Uttum more Bryttonum & Scottorum omniſq; Aquilonali partis, a 14. Lona Dominica die veniente uſque ad 20. Paſcha agendum; an melius ſit tatioue Sedis Apoſtolicæ a 15. Luna uſque 21. Paſchalem Dominicam celebtandam? *In arenam deſcendorunt profuſis ſinguli partibus concertaturi s. Colmanus Scotus, & s. Wilfridus Anglus ſed neuter, ut bene advertit Bacherius*, Latinorum placitis ſatis inſtructus. *Nam ut hic ait pag. 125. & alibi*, Latim *aliquot ſeculis* omnes nuuquam ante Lunam 16. Paſchalem Reſurrectionis Domioicam indiceudam concordiſſime cenſebant, ea maxime ratione impoſſi, quod Chriſti paſſionem ante Lunam 14. nullo modo reculendam exiſtimarent, *non minus limites Catholici Paſcha, ut vocarunt ad diem unum prætergreſſi, quam eos ad diem etiam unum antegreſſi ſunt Scoti. Hinc Victorius in Prologo ad Canonem Paſchalem ait:* Si apud Latinos Luna 14. menſis t. proveoetit Feria 6. ſequens Dominica, ideſt Luna 16. feſtivitati Paſchali ſine ambiguo depotetur. Sin autem die Sabbati plenilunium eſſe contigerit, & conſequenti Dominico Lunam 15. reperiri, eadem hebdomada tranſmiſſa in alterum diem Dominicum, ideſt, Lunam 22. transferre debere Paſcha dixeruot. *Hec autem Paſchalis Latinorum methodus ſecnlo Chr. 6. rejecta eſt, & Alexandrina, qua & Dionyſiana dicitur, aſſumpta, & Paſchalis Dominica exacta celebrari, a Luna 15. ad Lunam uſq; 21. quam olim t. Victor Papa Romanus t. Deſiderio Ep. Viennenſi præſcripſit, aſſerens* hanc doctrinam Romæ Petrum & Paulom inſtituiſſe. *Extat hac t. Victoris epiſt. a Joanne Boſco in Vienna ſonſta p. 24. edita. Jam vero Britones, Hiberni & Picti in hoc diſerepabant, quod a 14. Luna ad 20. Paſchales Dominicas numerarent, interim Cyclum Paſchalem cum antiquis Latinis annorum 84. conſtituebant. Ita Beda lib. 2. cap. 2. air:* Britunes a 14. ad 20. Lunam Paſchæ diem Dominicum obſervaſſe, *eamque* computationem octoginta quatuor annorum circulo contineri. *Quomodo autem inde bidui differentia orta ſit, oſtendit Uſſerius pag. 927. de qua in Cyclorum ſuorum prologo s. Cyrillus Alexandrinus apud Petavium in Appendice tomi 2. de Doctrina temp. p. 883. alioſque*, Lunam, *inquit*, quam illi 3. vel 16. vel 23. impropria nuncupant, hanc S. Theophilus, t. vel 14. vel 21. cœlo demoostrante confirmat.

E

a Joanne 6. cum Alexandrinis a Luna 15.

Sunt alii; a Luna 14.

cum cyclo annorum 84.

F

13 *Hanc methodum appellat s. Aldelmus* tegulam Sulpitii Severi, juxta quam Paſchale ſacramentum celebrant 14. Luna & cuſus annorum 84. deſcribitur. *Ita ille epiſt. ad Geruntium Regem, excuſa inter epiſtolas t. Bonifacii Archiep. Moguntini n. 44. Hujus Sulpitii condiſcipulus s. Patricius (quem tradunt ejus Acta, quatuor annis apud s. Martinum inſtructum fuiſſe) creditur iſtam Paſchalis ſolennitatis methodum in Hiberniam invexiſſe. Conſulat lector Catalogum Sanctorum Hiberuia ſecundum diverſa tempora ab Uſſerio a pag. 913. editum: in eo* primus ordo unum caput Chriſtum & unum Ducem Patricium habebat, & unom Paſcha 14. Luna poſt æquinoctium vesnale. Secuodus urdo *etiam* unum Paſcha quartadecima Luna habebat. *At* tertius ordo diverſam ſolennitatem Paſchalem: alii eoim Reſurrectioom 14. Luna, vel 16. *ſeu ut alii legunt*, 13 cum duris intentionibus celebrabant. *Duraruut hi tres Ordines a S. Patricio ad tempora circiter S. Colmani, quando notantur apud Hibernos ab anno 658. regnaſſe Dermitius 11. & Blathmac, filii Æda 12. Sed ad S. Colmanum redeamus, cujus hec verba in Pha-*

quam methodum a Sulpitio Severo traditam t. Patricius docuit,

obſervarit ſucceſſores.

Deſcendit S. Colmanus;

AUCTORE G. H.

renſi congreſſu jam facilius intelligentur, dum iſta aſſerit:

A Paſcha hoc, quod agere ſoleo, a majoribus meis accepi, qui me huc Epiſcopum miſerunt: quod omnes Patres noſtri, viri Deo dilecti, eodem modo celebraſſe cognoſcuntue. *Ex pluribus interpoſitis:* Numquid reverendiſſimum Patrem noſtrum Columbam, & ſucceſſores ejus viros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, divinis paginis contraria ſapuiſſe vel egiſſe credendum eſt: Cum plurimi fuerint in eis, quorum ſanctitati cœleſtia ſigna & virtutum quæ fecerunt miracula, teſtimonium præbuerunt: quos ipſe Sanctos eſſe non dubitans, ſemper eorum vitam, mores & diſciplinam ſequi non deſiſto.

os ſanctos Patres & miracula ab iis facta

uniformes anteriores S. Anatolio

14 *Confugit præterea ad auctoritatem S. Joannis Evangeliſtæ & S. Anatolii Laodicen in Syria Epiſcopi, quod ſimilem Paſchalis ſolemnitatis methodum obſervarint. Explicat S. Anatolii Canonem Paſchalem Bucherius, docetque cap. 3. pag. 462. eum* Paſchæ Dominicam Luna 14. admittere, & numquam ultra 20. Lunam diffundere. *De S. Joannis, ut & Ss. Petri & Pauli auctoritate, quam S. Wilfridus oppoſuit iſtis Socrates lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 21. tradit:* Τοιαυτας καὶ τοσαυτας ἱστορίας παραθεμένου αὐτοῖς· οἱ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐπέμενον τοῖς ἰδίοις ἔθεσιν, ὡς μετὰ τοσούτου καὶ τοιούτου Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ παρὰ τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ συνόδοις καὶ παροικίαις τοῦ μακαρίου Πέτρου καὶ Παύλου καὶ παρὰ τοῖς ἐν Ῥώμῃ τὰ αὐτὰ παραδεδωκόσι συνήθως λέγοντος. Ἀλλὰ ἐκεῖνοις μὲν οὐδὲν ἔγγραφον ἦν παρεγκλῖναι ἢ περὶ τούτου ἀνάδειξαι. Quartadecimani dicunt a Joanne Apoſtolo traditam ſibi eſſe Lunæ decimæ quartæ obſervationem; qui autem Romam & alias Occidentis partes incolunt, affirmant Apoſtolos Petrum & Paulum conſuetudinem, quam illic tenent, ipſis reliquiſſe. Verum nemo iſtorum poteſt teſtimonium de his rebus ſcriptis proferre proditum *ab ipſis ſcilicet Apoſtolis. Nam S. Joannem in Aſia decimaquarta Lunæ obſervaſſe Paſcha teſtis eſt S. Polycarpus Ep. Smyrnenſis & t. Joannis auditor, quem anno Chr.* 161. *Romam veniſſe ad t. Anicetum Pontificem, eique hunc a S. Joanne traditum morem propoſuiſſe diximus ad hujus Polycarpi Vitam* 26. *Januar. §. 3. ubi & alterum dedimus teſtem S. Irenæum Epiſc. Lugdunenſem S. Polycarpi diſcipulum, qui in epiſtola ad t. Victorem Pontificem ſcribit,* Anicetum non potuiſſe perſuadere Polycarpo, ut non ea in Paſchæ celebrandi ratione obſervaret, quæ a Joanne Chriſti Domini noſtri diſcipulo aliiſque Apoſtolis quibus conviverat, obſervata ſcieet. *Vixit eodem tempore Polycrates Ep. Epheſinus, qui teſte Euſebio lib. 5. cap. 23. præfuit Synodo Epiſcoporum Aſiæ, & in epiſtola Synodica ad t. Victorem, inter reliquos Apoſtolicos virot & martyres, qui diem Paſchatis decimo quarto Lunæ celebrarunt, recenſet S. Joannem, qui ſupee pectus Domini recubuit, qui Sacerdos, Martyr & Doctor fuit, ac tandem Epheſi mortuus eſt.*

ſuorum Tempus 14. Lunæ obſervaſſe tradunt SS. Polycrates Ephesius,

Polycrates,

15 *Scimus denique ex S. Athanaſio lib. de Synodis non ſolum Aſianos, ſed & Cilices, Syros, Meſopotamitas etiam,* 14. *Lunæ Paſcha recoluiſſe, nec niſi communis concordiæ cauſa, ab antiquo inſtituto a Nicænis Patribus indultos receſſiſſe. Unde & S. Joan. Chryſtomus apud Antiochenos ſuos orationem habens adverſus eos, qui primo ſive antiquo illo Paſchæ jejunabant: ubi poſtquam caritatem & concordiam enixe commendavat, hæc ſibi objecta refolvit:* Vos, inquiunt, nonne hoc jejunium ante obſervabatis? Hoc vero tuum non eſt mihi dicere, ſed hoc ipſe tibi jure dixerim, nos quoque ſic antea jejunaſſe, veeumtamen concordiam obſervationi temporum præferendam cenſuiſſe. *Extat ea oratio tomo 4. operum a Frontone Ducæo noſtro editorum a pag. 702. Longe diverſi ab his ſanctiſſimis Patribus fuerunt Quartadecimani hæretici, qui cum* 14 *Luna ſimul unquatni Judæorum caremoniat, ut divino jure adhuc neceſſario obſervandas obtrudebant, cujus hæreſis auctorem Blaſtum recenſet Tertullianus lib. de Præſcriptionibus cap.* 46.

C obſervarit & alii Orientis populi,

adverſus quos dicit S. Chryſoſtomus

ab his alii Quartadecimani hæretici differunt Judæizantes,

cumſanct Scotos Beda,

16 *Ab his Scotos ſcevnit Beda lib. 3. cap. 17. ubi de S. Aidano primo Epiſcopo Lindisfarnenſi ita tradit:* In celebratione ſui Paſchæ, non aliud corde tenebat, venerabatue & prædicabat, quam quod nos, ideſt Redemptionem generis humani pee paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem in cœlos Mediatoris Dei & hominum, hominis Jeſu Chriſti. Unde & hanc non, ut quidam falſo opinantur, quarta decima in qualibet feria cum Judæis, ſed die Dominica ſemper agebat a Luna quartadecima uſque ad veſpimam, propter fidem videlicet Dominicæ reſurrectionis, quam una Sabbati factam, propter ſpem noſtræ reſueeectionis, quam eadem una Sabbati, quæ nunc Dominica dies dicitue, veeaciter futuram, eum ſancta Ecclaſia credebat. *Eodem modo atque Beda S. Adamnum, ita Scotos, & cum iis t. Columnam excuſant Petrus Abbas Cluniacenſis ad t. Bernardum lib. 4. epiſt. 17. Joannes Major lib. 2. de Geſtis Scotorum cap. 11. Joannes Colganus 9. Januarii in Vita t. Finani num. 4. Cardinalis Baronius ad an. 664. num. 5. Bucherius cap. 10. in Victoris Canonem, ubi hæc habet:* Scotos veteres, ſive Hibernos, gentem ſane minime malam & laudatæ ſimplicitatis ſanctitatiſque, hæreſeos labe, quam nonnulli illis impactam volunt, benevole, ut decet, eximimus: & omnem erroris occaſionem in Cyclum deflectentem, quem a ſanctis majoribus nondum errantem acceperant, bonaque fide obſervabant, rejicimus.

aliique,

D

§. III. *Epiſcopatu relicto reditus S. Colmani in inſulam Hy & Hiberniam: monaſterium extructum, obitus.*

17 *Vicit in Synodo Pharenſi, contertans pro parte Anglorum t. Wilfridus, iſta aſſerens:* Paſcha, quod facimus, vidimus Romæ, ubi beati Apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſont & ſepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, quas diſcendi vel orandi ſtodio pertranſivimus, ab omnibus agi conſpeimus. Hoc per Aſiicam, Aſiam, Ægyptum, Græciam, & omnem orbem uno ac non diverſo temporis ordine geri compeeimus: præter hos tantum *Scotos*, & obſtinationis eorum complices, Pictos dico & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani inſulis, & his non totis, contra totum orbem ſtulto labore pugnaot. *Hæc aliique pro auctoritate t. Petri Apoſtoli & Sanct Apoſtolica* S. Wilfrido perorante, dixit Rex *Oſwius*: Verene Colmane hæc (*Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum*) illi Petro dicta ſunt a Domino? Qui ait: Vere, Rea. At ille: Habeus, inquit, vos proferre aliquid tantæ poteſtatis veſtro Columbæ datum? At ille ait: Nihil. Ruefum autem Rex: Si utrique veſtrum, inquit, tu hoc ſine ulla controveeſia conſentiunt, quod hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cœloeum ſint datæ a Domino? Reſponderunt: Etiam, utrique. At ille ita concloſit: Et ego vobis dico: Quia hic eſt Oſtiarius ille, coi ego contradicere nolo: ſed inquantum novi vel valeo, hujus eupio in omnibus obedire ſtatutis, ne forte me advemente ad fores regni cœlorum, non ſit qui reſeret averſo illo, qui claves tenere peobatue. Hæc dicente Rege, faverunt aſſidentes qoique ſive adſtantes, majores una cum mediocribus; & abdicata minus peefecta inſtitutione, ad ea quæ meliora cognoverant, ſeſe transfeere feſtinabant. *Hæc Beda cap.* 25. *At cap.* 26. *hæc addit:* Conflictu finito ac ſolota concione, Agilbeetus domum redit, *imo in Galliam profectus, Pariſienſis urbis Epiſcopatum accepit, ad quem tum* S. Wilfridus, detecta & eliminata Scotorum ſecta, *ut loquitur Beda lib. 5. cap.* 20, ab Alhfrido Rege cum conſilio atque conſenſu patris Oſwii miſſus, *atque* ab illo aliiſque undecim Epiſcopis ordinatus eſt Epiſcopus. *At* S. Cedda, *ut priora loco pergit Beda*, relictis Scotoeum veſtigiis, ad ſuam Sedem *Londineuſem* redit, urpote agmta obſeevatione Catholici Paſchæ.

E *Auctoritatem S. Petri & SS. Wilfrido propoſitam,*

Mat. 16. 18

Interrogatus a Rege profitetur S. Colmanus,

F

Illo adhærentis S. Wilfrido,

18 Colman videns ſpretam ſuam docteinam, ſectamque eſſe deſpectam, aſſumptis his, qui ſe ſequi volueront, ideſt, qui Paſcha Catholicum & tonſuram

deſerit Epiſcopatu,

coronæ

AUCTORE G. H. D

A coronæ (nam & hoc quæſtio non minima erat) recipere nolebant, Scotiam regreſſus eſt, tractaturus eum ſuis, quid de his facere deberet. Reverſo autem pactum Colmano ſuſcepit pro illo Pontificatum Northanhymbrorum famulus Chriſti Tuda, qui .... venerat de Scotia, ſenente adhuc Epiſcopatum Colmano, & diligenter ea, quæ ad fidem ac veritatem pertinent, & verbo cunctos docebat & opere. Porro Fratribus, qui in Lindisfarnenſi Eccleſia, Scotis abeuntibus, remanere maluerunt, præpoſitus eſt Abbatis jure vir reverendiſſimus ac manſuetiſſimus Eata, qui erat Abbas in monaſterio quod vocatur Mailros: quod ajunt Colmanum abiturum petiiſſe & impetraſſe a Rege Oſwio, eo quod eſſet idem Eata unus de duodecim pueris Aidani, quos primo Epiſcopatus ſui tempore de natione Anglorum eruditionis in Chriſto ſuccepit. Multum nempe eumdem Epiſcopum Colmanum Rex pro inſita illi prudentia diligebat .... Abiens autem domum Colman aſſumpſit ſecum partem ottium reverendiſſimi Patris Aidani, partem vero in Eccleſia, cui præerat, reliquit, & in ſecretorio ejus condi præcepit. *Hæc ibi Beda, S. Eata, poſt cum Epiſc. Lindisfarnenſis, colitur 26. Octobris.*

a Rege impetrat ſuis in patria ſedi S. Eatam Abbatem;

defert ſecum aliquas reliquias Sancti dedit?

19 *Quæ S. Colmanus dein cepit præclare egerit, ita proſequitur idem Beda lib. 4. cap. 4.* Interea Colman, *inquit*, qui de Scotia erat Epiſcopus, relinquens Britanniam, tulit ſecum omnes, quos in Lindisfarnenſium inſula congregaverat Scotos: ſed & de gente Anglorum viros circiter triginta, qui utrique monachicæ converſationis erant ſtudiis imbuti. Et relictis in Eccleſia ſua Fratribus aliquot, primo venit ad inſulam Hu, unde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti deſtinatus. Deinde receſſit ad inſulam quamdam parvam, quæ ad Occidentalem plagam ab Hibernia procul ſecreta, ſermone Scotico Inhiſbofinde, id eſt, inſula Vitulæ-albæ nuncupatur. *In Annalibus Ultonienſibus apud Uſſerium pag. 964. annotatur* ad annum 667. navigatio Colmani Epiſcopi cum reliquiis Sanctorum ad inſulam Vaccæ-albæ, in qua fundavit eccleſiam. *Eſt hæc inſula dioceſis Tuamenſis in Occidentali tractu Connaciæ, in ipſo Oceano, ut obſervat Colganus Notat. 167. ad Vitam 7. S. Patricii. At pergit Beda:*

B *venit in inſulam Hii,*

& anno 667. in inſulam Vaccæ albæ;

exſtruit monaſterium;

20 In hanc ergo perveniens *inſulam Colmanus*, conſtruxit monaſterium, & monachos ibi, quos de utraque natione collectos adduxerat, collocavit. Qui cum invicem concordare non poſſent, eo quod Scoti tempore æſtatis, quo fruges erant colligendæ, relicto monaſterio, per nota ſibi loca diſperſi vagarentur; at vero hyeme ſuccedente redirent, & his quæ Angli præparaverant, communiter uti deſiderabant; quæſivit Colman huic diſſenſioni remedium, & circumiens omnia prope vel longe, invenit locum in Hibernia inſula aptum monaſterio conſtruendo, qui lingua Scotorum Mageo nominatur: emitque partem ejus non grandem ad conſtruendum ibi monaſterium a Comite, ad cujus poſſeſſionem pertinebat; ea conditione addita, ut pro ipſo etiam, qui eis locum commodaret, conſiſtentes ibi monachi Domino preces offerrent. Et conſtructo ſtatim monaſterio, jovante etiam Comite & vicinis omnibus, Anglor ibidem collocavit, relictis in præfata inſula Scotis. Quod videlicet monaſterium uſque hodie ab Anglis tenetur incolis: ipſum namque eſt, quod nunc grande de modico effectum, Mageo conſuete vocatur. Et converſis jam dudum ad meliora inſtituta omnibus, egregium eamen continet monachorum: qui de provincia Anglorum ibidem collecti, ad exemplum venerabilium Patrum ſub regula & Abbate canonico, in magna continentia & ſinceritate, proprio labore manuum vivunt.

C *aliud pro Anglis in Hibernia,*

Mageo dictum;

21 *Hactenus Beda. Eſt autem* Mageo, *ſeu* Magio, *vulgo* Maio, oppidum Connaciæ, etiam hodie celebre, & caput Comitatus Magionenſis. *Eſt dein ædes illud monaſterium ſub 1. Geraldo 1. Colmani ſucceſſore auctum, ut tria millia recens monachi tradantur ibi ſub eo vixiſſe. Poſt 1. Geraldo obtinuit ſeptem eidem monaſterio annis præfuit 1. Ad-*

damnanus, tum 1. Muredachus, filius Indrecti Regis Connaciæ. Fuiſſe etiam ibidem Sedem Epiſcopalem collocatam, ſeculo elapſo Archiepiſcopatui Tuamenſi annexam, obſervat loco ſupra indicato Uſſerius: qui addit ejuſdem Colmani in inſula Vaccæ-albæ panſam, ſeu vita terminum, tradi in Annalibus Ultonienſibus ad an. 676. *ut in Indice Chronologico exprimit. At Colganus an. 674. & diem 8. Auguſti, aſſeritque in eu inſula ut Sanctum eeh, eamq; ſpectare ad Comitatum Magionenſem. Idem Colganus inſcripſit* S. Colmanum Ep. *ad hunc 18. Febr. ex martyrologio Tamlactenſi, Marianus Gormani & Engusſii, & Kalendario Kuſſenſi, in quo dicitur* coli in Ardbo in tegione de Cinel-coguin, *quem locum collocat* juxta Loch-ethach in finibus Tyroniæ, *quo forte, (nec longe diſtat) aliqua ejus Reliquiæ tranſlatæ ſunt. Advertit tamen Colganus,* S. Colmanum, qui Atdboi colitur, ab auctoribus aliis citatis referri ad 21. Febr. *ad quem diem nullam ejus facit mentionem: & tamen in Martyrol. Tamlactenſi hæc legantur:* Colmanus Ard-bouy in lacu Ethach. *Et apud Marianū Gormanum:* Colmanus in Ardboin Ultonie. *Inſcriptio a Colgano nobis communicata.*

mortuus an. 676.

colitur apud Hibernos 8. Auguſti, alibi 18. Febr.

& 21. Feb.

22 *Beda demum hæc de Anglis in Hibernium profectis tradit lib. 3. cap. 27.* Erant ibidem, *in inſula Hibernia*, multi nobilium ſimul & mediocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmani Epiſcoporum, relicta inſula patria, vel divinæ lectionis, vel continentioris vitæ gratia, illo ſeceſſerant: & quidam quidem mox ſe monaſticæ converſationi fideliter mancipaverunt; alii magis circumeundo per cellas Magiſtrorum, lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scoti liberaliſſime ſuſcipientes, victum eis quotidianum ſine pretio, libros quoque ad legendum, & magiſterium gratuitum præbere curabant. *Hæc Beda, quem locum citant Camerarius ad 18. Febr. multum hallucinatur, dum hæc facta ſcribit in una inſularum Orcadum, quam Magio appellat, ubi S. Colmanus, relicto in inſula Vitulæ-alba Scotis, Anglos in apto a ſe conſtructo monaſterio collocarit. At contra Dempſterus in Hiſt. Eccl. gentis Scotorum lib. 3. cap. 239. commiſcetur poſt* ingentem concertationem de obſervatione Paſchæ cum S. Wilfrido, *quem* Eboracenſem Epiſcopum *appellat*, S. Colmanum ſine dolore, ſine pœnitudine, cum ſuis in Scotiam reverſum, mox e Scotia in inſulas Hebrides, quarum a nonnullis Apoſtolus habetur, collegio ibi erecto. *Quæ omnia, ſive ab hoc, ſive a Camerario dicta, cum Beda verbis collata, ultro corruunt. Ejuſdem etiam farina ſunt hæc a Dempſtero addita:* Sceipſic pro re diſceptata pro ſociis quartadecimanis lib. 2. quo nomine Paſcha Romano ritu celebrantes deridebat. *Verum aliam ejus & prudentiam & modeſtiam e Beda laudavimus: ſed pergit:* De tonſura Clericorum lib. 1. Nam ea quæſtio non minima tunc erat, ait Bede. Exhortationem ad Hebridianos lib. 1. MS. in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. *Quam exhortationem aliaſque tractatus, antiquis Scotis a Dempſtero aſſixos, ubi ejus propagatores in lucem ediderint, virorum doctorum cenſura ſubjicientur.*

inſtructio Anglorum a Beda liberale ornatur,

perperam ad Orcades transfertur a Camerario,

ad Hiſt. Beda a Dempſtero.

Figmenta de libris a S. Colmano ſcriptis.

F

23 Agunt *de S. Colmano plerique ſcriptores Angli*: Wigorienſis *ad an. 661. & 664. Chronologus Anglo-Saxo cum Beda excuſus*, & Weſtmonaſterienſis *ad eumdem an. 664. Huntindonienſis lib. 3. Hiſtoriarum, Simeon Dunelmenſis de Epiſc. Dunelmenſibus lib. 1. c. 5. Ricardus Hagulſtadenſis de Epiſcopis Hagulſtadenſibus cap 6. Joannes Bromton in Chronico de regno Northumbria ex Oſwaldo Rege, Gervaſius Doroberuenſis de Epiſcopis Cantuarienſibus in S. Deuſdedit, Thomas Stubs de Epiſcopis Eboracenſibus in S. Cedda, aliique, qui cum Beda paſſim conſentiunt. Addimus hic epitomen Vitæ ex Breviario Aberdonenſi, cujus hic titulus eſt.* Vita S. Colmanni Epiſcopi & confeſſoris, S. Finnani ſucceſſoris anno 689. Februarii 18. *Aberrarat auctor hujus Epitomes ante in morte S. Finani aſſignanda ad annos credecim, ut, quem anno 661. obiiſſe conſtat, traderet ad annum 674. vixiſſe. Eodem modo S. Colmanum, cujus obitum ſupra ad annum 676. retulimus, tredecim etiam annis ſerius mortuum eſſe ſcribit.*

Scriptores Angli S. Colmani meminerunt.

Vita epitome ex Breviario, Aberdonenſi a

A

VITÆ S. COLMANI EPITOME,

ex Breviario Aberdonenſi.

1 ANglorum gente diu ſub gentilitatis errore & infidelitate inconſtanter permanente, cum modo Chriſti fidem, modo idololatriam peſſimam inſectati ſunt; reverendo Patre & egregiu animarum Paſtore Finnano Scoto, Lindisfernenſi Epiſcopo defuncto, ſanctum Dei virum Colmannum etiam Scotum, qui a Scotis ad eoſdem convertendos & imbuendos miſſus eſt: a quibus etiam Scotis non longe antea in Epiſcopum ſublimatus, quamplurimos ad Chriſtianam fidem convertit, evangelica prædicatione docuit & inſtruxit. Sed ad Anglos proficiſcente, interea dum de ſanctiſſimi Patris & animarum egregii Paſtoris Finnani Scoti Ep. morte fama volitarer, ſanctum Dei virum Colmannum etiam Scotum, Northumbria gens ejuſdem ſucceſſorem petit: qui tribus tantum annis eiſdem præfuiſſe legitur, Anglorum invidia.

S. Finano Epiſc. Lindisfarnenſi ſuccedit S. Colmanus,

2 Secum accepta ſancti Patris Aidani Epiſc. parte oſſium ejuſdem & reliquiarum, Scotiam denuo reverſus eſt. Quantæ autem parcimoniæ & frugalitatis, cujuſve

B continentiæ fuerat ipſe Antiſtes ſuis cum prædeceſſoribus viris ſanctiſſimis, quem regebant, locus ipſe teſtatur devotiſſimus. Vemente autem eo in Scotiam multi de Anglorum nobilibus, ſimul & mediocrium, qui ejuſdem ſancti viri doctrinam audierant, parentibus, patria, & divitiis derelictis, divinæ legis ſtudio, & continentioris vitæ gratia inſectandæ, illo feceſſerant: quidam ſeſe ultra munaſticæ converſationi fidelicer manciparunt; alii autem circumeundo magiſtrorum lectionibus operam impenderunt, quos S. Colmannus gratis cum omni cultitate & ſedulitate in lege divina inſtruxit, libros etiam & alia vitæ neceſſaria pro Chriſti nomine læto animo & benevolo miniſtrabat.

redit in Scotiam

cum quibus Anglis,

hos inſtruit & adjuvat:

3 Interea vero ex Scotis, quos de Anglis adduxerunt, quamvis & de Anglis, qui eum infectati ſunt, viris quidem vita probatiſſimis numero triginta circiter, qui quidem veræ religionis & monaſticæ diſciplinæ præceptis & dogmatibus imbuti erant, cum quibus ad inſulam, Hibofund nomine, non longe ab Hibernia ſecretam ſeſe tranſtulit. In qua quidem inſula monaſterium ſuis ſumptibus conſtruxit, in quo utriuſque nationis viros religioſos, quos ſecum adduxerat, in eodem collocavit, qui cum invicem concordare nequiverant diſparitate modi vivendi. Quod videns B. Colmannus aliud in loco, qui

monaſterio ſuorum, in inſula Hibofund,

& in Magio

Magio nuncupatur, monaſterium conſtruxit, Scotis

C ibidem relictis, Anglos vero ſeorſum conſiſtere ordinavit: quibus peractis Scotiam denuo reverſus. Ad præſidendum reverendus Antiſtes. Tuda, etiam Scotus, ſucceſſit, & populi gubernationem merito accepit.

D

4 Sed cum per omne tempus prædicationis per virum Dei Colmannum in Anglia firma pax atque communis concordia ſine ſtrepitu contentionis eſt habita & tenta; tamen cum propriæ nationis Anglorum Clerus doctrina B. Colmanni & aliorum Sanctorum ex gente Scotorum oriundorum multipliceatus creviſſet, iidem Angli ingrati ſanctis Doctoribus & B. Colmanno indignati ſunt & occaſiones falſas contra eoſdem inquirere ſtudebant: quas eum omni patientia & gratiarum actione eiſdem reddentes, bonum pro malo paſſi ſunt & reddiderunt. Verum per hos ſanctiſſimos viros Aidanum, Finnanum & Colmannum Epiſcopos, a Scotorum Regibus & ejuſdem Cleri majoribus ad Anglos miſſos, quatuor pene regna, Northumbrorum videlicet, Marchiorum, Midanglorum, cum media parte regni Saxonum orientalium ad Chriſti fidem converſa ſunt; eorumdemque Reges & inhabitatores in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis baptizati & in operibus fidei edocti fideliter & informati. Primus namque Anglorum Rex a Scotis baptizatus *a* Audfridus appellabatur, qui cum fidem inviolatam minus digne ſuſceperat, velut canis ad vomitum & idololatriam demum rediit, & in eadem permanſit. Northumbria vero gens, B. Oſwaldo poſtulante, prædicatione B. Aidani Patris ad fidem converſa eſt. Midanglorum namque &

E Merchiorum ab Epiſcopo *b* Vinna fidem ſuſceperunt. Nam Sacerdotum paucitas unum cogebat Antiſtitem duobus populis diverſarum præferri regionum. Sed & orientalium Saxonum Rex *c* Suethelmus a B. Cedda Spiritus ſancti gratia informatus exiſtebat, ut Bedæ venerabilis tradit hiſtoria.

tum aliis Scotis labo. rantis in converſione Anglorum;

a

b

c

5 Beato vero Colmanno Scotiam cum ceteris Patribus viris ſanctiſſimis revertente, hoſpitalitatem in Chriſti pauperes ſuper omnia ſervavit; errores ſi quos in fide reperit, Divina virtute mirum in modum extirpavit. Eccleſias, monaſteria, & alia pia loca ad Dei amorem & reverentiam quam honorifice conſtruxit, & ſolenni apparatu dotando conſecravit. Sed tandem plenus gratia & ſanctitate, ac miraculorum virtutibus 12. Kal. Martii requievit in pace beata.

opere pio ſuaſerat,

obiit 18. Febr.

a *Beda lib. 3. cap. 1.* Eamſtidus filius Elfridi Rex Berniciorum tempore Edvvini Regis exul apud Scotos ſive Pictos ad doctrinam Scotorum baptizatus, *ac Rex factus* Sacramenta regni cœleſtis anathematizando pepedidit.

b *Ium* Diuma natione Scotus, *de quo ſequentia narrat Beda lib. 3. cap. 21. at Wini ſuis Epiſcopus Occidentalium Saxonum, quorum linguam noverat, in Gallia ordinatus, ut Beda lib. 3. cap. 7.*

c *Beda* Suidhelmus, *ſeu* Suidhelmus *de cujus converſione agit cap. 22. & noſ in Vita S. Cedda 7. Jan. cap. 2. num. 7.*

F

DE S. ANGILBERTO

ABBATE CENTULENSI IN BELGICA II.

I. B.

Commentarius prævius.

§. I. S. Angilberti nobilitas, officia palatina & militaria, connubium.

AN. CIR. DCCC-XIV. XVIII. KAL. MART. 1 CEntula, *quæ & Centulum aliis, vetus oppidum eſt in Ponthieu, duabus ab Abbatis-villa, præclara ad Somonam urbe, locis diſtans, quod Raganarius Rex* quondam conſtruxiſſe fertur. *Hic S. Richarius, ejuſdem Raganarii nepos, an certe e vicinis proſapia ortus, Francorum Regum Merovingica ſtirpis, quæ prima in Gallia potita rerum eſt, conſanguineus, inſigne cœnobium condidit. Quod ſeptimus ab eo Abbas* S. Angilbertus *ſplendide reſtauravit ampliavitque & ipſe nobiliſſimo ortus genere, apud Pipinum Regem unice gratioſus, ejuſque filios Carolomannum ac Carolum: hujus deinde Capellanorum (ut dicitur) Primas, Silentiarius, genere, Dux Francia maritima, poſtea Centula monachus, ac demum Abbas.*

S. Angilbertus 7. Centulæ Abbas & reſtaurator,

2 *Qua officia Palatina, militaria, ſacra eo ordine recenſentur in ejus Vita: ſed ita, ut ſacerdotii gradum ſuſcepiſſe dicatur, priuſquam a Caroli filia ultro adamatus, eam duceret. Quæres, in ab aliis ævi moribus aliena, non niſi Romano Pontifice, maximas ob cauſſas, gratiam faciente, ita geri potuit. At neque cauſſa alia affertur, niſi regia Virginis, & admodum quidem juvenculæ immodicus affectus, cui pater, invitus licet, annuerit tamen, veritus ne teſtu*

pejus

pejus procederet. *Atque ita accepere Hugo Menardus lib. 2. obſervationum ad Martyrol. Benedictinum, & Guilelmus Peyratus de Capella Regum Francia cap. 30. Paulus Petavius in ſyntagmate de Nithardo, & Sammarthani de ſacerdotio filex. Jacobus Malbrancat tom. 2. de Morinis, cenſet, habita, quo ſacri homines ſolent, indumum, voluntatem ſuſcipiendi ſacerdotii præſtatiſſe. Qua ratione verba, quibus Vita ſcriptor uſus eſt, poſſe expoſni videntur, at gradum ſacerdotii, ideſt, cum habitu dignitatem etiam ſacerdotii, ſive Canonicatum, titulumve alium Eccleſiaſticis provectibus potiendi, acceptiſſe intelligatur. Ita enim ſolemnis ampla, lauta locuteuta, aut contra exuuia ſacerdotia appellare, qua modicos largoſque ceaſus habent.*

3 *His ergo gradibus ad ſummos honores progreſſus Angilbertus. Cum* omnes de ejus proſapia (*ut in Vita n. 2. dicitur*) viri clariſſimi & Francorum Regum familiares ſemper habiti fuiſſent, & clari avi ejus & proavi, aut in dignitatibus primi, aut dignitatum magnalibus affines fuiſſent ac propinqui: *ipſe quoque a prima ætate in regia laudabiliter verſatus eſt, & (ut au. t. habetur)* animi ioduſtria ac probitate nulli ſecundus, palatinis atque regalibus negotiis implicatus. *Teſtatur idipſum Adrianus Papa in epiſtola ſuperius citanda ad Carolum Magnum his verbis*: Directus nobis eſt a veſtra præcelſa regali potentia, fidelis familiaris veſter, Angilbertus Abbas & Miniſter Capellæ, qui pene ab ipſis infantiæ rudimentis in palatio veſtro enutritus eſt, & in omnibus conſiliis veſtris eccepeus eſt. *Vita quoque ab iiſdem Regibus amatum eum ait fuiſſe*, tamquam filium, *a Pipino nempe*; vel fratrem cariſſimum, *a Carolo & Carolomanno.*

4 *Paulus Petavius conjicit* Primicerium Pipini *faiſſe Angilbertum, ex epiſt. 42. Alcuini*, ad Angelbertum Primicerium palatii Pipini Regis. *Peyrato lib. 1. cap. 28. haud ſatis probatur, ant ad hunc Angilbertum, ant ab Alcuino eam ſcriptam eſſe epiſtolam, propterea quod dia poſt Pipini mortem in Gallium venerit e Britannia Alcuinus, neque Pipini Italia Regis Angilbertus exiſtimari poſſit Primicerius faiſſe. Veram quid obſtat, car non potuerit Pipini, patris Caroli, Primicerius faiſſe? Erat Carolus Pipino mortuate 26. aut ut alii calculum ineant, 22. annorum: demas Angilbertum paucis annis juniorem faiſſe. Cur non potuit nobiliſſimus juvenis, vigiuti fortaſſis annos natus, ſed animi induſtria ac probitate nulli ſecundus, Primicerius Palatii, ſive, ut alii exponunt, magnus Elecmoſynarius deſignari? Neque quidquam eſt, quare aſſeramus epiſtolam illam ab Alcuino ſcriptam in Gallia.* Angilberti traditionem, *virtutem, gratiam, qua apud Reges florebat, potuit fama didiciſſe in Britannia Alcuinus. Quid, quod ſolent ejuſmodi Primipes, qui litteras colunt, inquirere qui alsi in oris degant viri doctrina celebres, eoſque per litteras, vel interamnios, ſibi devincire? Licet exempla, etiam hujus ætatis complura, proferre & fortaſſe majorum* Angilberto *Primipum, qui longe minores Alcuino, aliqua tamen claroſ fama ſcriptorum, ſaltem ac beneficiis impertiantur, aut litteris etiam conveniunt, planeq; jungere ſe cum iis amicitiam velle profitentur, offerunt etiam munera, aut promptam bene illis faciendi voluntatem. Talis ergo mihi videtur inter Alcuinum & Angilbertum adhuc juvenem, abſentes licet, amicitia fuiſſe: cujus fidem in Anglam aliquem ad limina Apoſtolorum proficiſcentem illi commendarit, & per eum Regi; ac ſibi aliquas ab eo mitti Sanctorum reliquias flagitarit. Opera pretium fuerit ipſam epiſtolam audire: e qua intelligatur, quid de Angilberti benevolentia ac virtute ſenſerit magnus ille vir. Ita ergo ſcribit:*

5 Fideli amico & venerabili Angelberto Primicerio, humilis Levita Albinus ſalutem. Memor ONDETÆ inter nos amicitiæ, has literas vobis dirigere præſumpſi: deprecans ut benigne harum portitorem literarum ſuſcipere dignemini, & peregrinationis illius vis Dominum Pipinum Regem ſubvenire deprecemini. Regum vero merces ſo miſerorum juvamine, & maxima peregrinorum, ſacra S. Petri Principis Apoſtolorum limina petentium, magna apud Divinam eſſe conſtat clementiam. Inſuper, cariſſime frater, devotiſſime deflagro, ut dona dulciſſima & mihi multum neceſſaria, ideſt, Sanctorum reliquias mihi vel aliquas tranſmittere eures.... Floreas, fili, virtutum coronis, ſapientiæ decore, & ſancta dilectione ad Deum, & bona fide ad homines in æternum. *Ita Alcuinus adoleſcentiorem quam ipſe eſſet affatur: cum it forſan ejus ſe fratrem ac filium in ſuis litteris appelliſſet. Nec tamen refutari facile poſſet, qui ceſſeret Pipinum Italiæ Regem conciliari peregrino illi Anglo voluiſſe Alcuinum, Angilberti tamen opera, qui Carolo illius patri Primicerius adeſſet: niſi ioſcripta epiſtola eſſet* Primicerio palatii Pipini, *quod poteſt tamen ab aliquo librario poſtea factum fuiſſe.*

6 *Fuit idem* Angilbertus *ſub Carolo* Silentiarius, *non ejus ordinis cujus qui Conſtantinopoli ex* Silentiariorum ſchola *dicebantur, & ad ſacri Conſiſtorii limina excubiæ agentes, quietem ſileatimq; imperabant. Quod* Silentiarii *fuerit apud Carolum munus, indicat Angilberti Vita nu. 2.* Sibi quoque, *inquit*, eumdem Silentiarium ſtatum, ut, in quo compererat prudentiæ altitudinem, ejus conſilio componeret totius regni utilitatem. *Ad iatima ergo conſilia Principis admiſſus eſt. Aliquot Græcorum ſcriptorum teſtimoniis probat*, Petavius, Silentium, *ſive σιλεντιον aut σιλεντιον, Magnatum paucorum conventum eſſe, coram Principe ut plurimum, ubi ſeorſim a populo, imo & communi turba Senatorum, de gravioribus negotiis regni agitur. Addi prolatis ab eo exemplis ea poſſunt quæ congeſit Meurſius in Gloſſario Græcobarbaro, verbo* Σιλεντιον, *licet ipſe ſimpliciter diſſertationem interpretetur. Alii Angilbertum ajunt* Audientiarium *fuiſſe. Forſan id manus geſſit, quod* Secretarii ſtatus *nunc vocatur. Alcuinus ep. 63. ad Adrianum Papam*, regiæ voluntatis ſecretarium *appellat. Ep. 83. quæ eſt ipſius Caroli ad Angilbertum, inſcribitur*, Homero Auriculatio, *in qua quanti eum faceret Carolus, qua per eum ſalcaret Leoni III. Pontif. monita jubet, declarant, ut ioſ. videbimus.*

7 *Cum ergo ſangueretur manere Angilbertus, regali dignatus conjugio eſt, Bertæ Caroli filia: ati quidem traditur in ejus Vita, & ab ipſiſmet filio Nithardo. Aſt in Vita Caroli Eginardus, in ejus familia enutritus, ſcriptorq; omnium judicio accuratiſſimus, c. 6. n. 26. de Caroli filiabus ita loquitur:* Quæ cum pulcherrimæ eſſent, & ab eo plurimum diligerentur, mirum dictu, quod nullam earum cuiquam aut ſuorum aut exterorum nuptum dare voluit: ſed omnes ſecum uſque ad obitum ſuum in domo ſua retinuit, dicens ſe earum contubernio carere non poſſe. *Non potuit Eginardus Angilbertum, ſive Engilbertum, non familiariter novuſſe, quem in eadem Vita n. 44. tradit adfuiſſe, cum teſtamentum condidit Carolus. Car ergo ita ejus eam Bertæ conjugii oblitus eſt? Nolo traditionem Centulenſium convellere, aut S. Angilberti Vitam refutare, ciſi hujus ſcriptor nequaquam par fuit Eginardo: ſed huic repugnat Nithardus lib. 4. ita de Angilberto ſcribens:* Qui ex ejuſdem Magni Regis filia, nomine Berchta, Harnidum fratrem meum, & me Nithardum genuit.

8 *Quæ tamen animo meo ſcrupulum movent, fas eſſe arbitror proponere. Hildegarde nata eſt Berta: illa anno 772. Carolo nupta, Carolum ei peperit, jam, ut arbitror, Raetradum, quæ primogenita erat filiarum: Carolomannus, qui in baptiſmo ab Adriano Papa Pipinus eſt appellatus, anno 777. vel 778. natus eſt, quippe qui anno regni Caroli 42. Chriſti ainitum 810. deceſſiſſe tradatur, ætatis ſuæ 33. Demus Bertam 776. vel 775. natam eſſe, neque enim prius potuit, quia certio, ut ſummam partu edita ſit, aut forte ſerius. Quando ergo nuptam Angilberto ſtatuemus? 787? Duodecim vix natam annos viro quadragenario junctam, a ſapientiſſimo patre? aut hanc vereri potuiſſe ne res in pejus procederet, niſi filia, prope adhuc infantula, hac in re tam praprapere aſſentiretur. Nimis hac aliena a moribus graviſſimi Imperatoris, qui adeo non indulgeas fuit hoc in genere, ut etiam repreheſionem ſcriptoram incurrerit, quod nimium diu filias a matrimonio*

nobiliſſimus,

Pipino & Carolo Magno perſuaſſimus

Primicerius palatii Pipini,

ut Alcuinus ex Anglia profiſci

ei propter traditionem amicus,

quondam Romam eruitum per eum Pipino commendat

AUCTORE I. D.

fuit Pipino Italiæ Regi, cum eſſet Caroli Primogenitus, Caroli Silentiarius,

E

Idiſt. Secretarius ſtatus & Auſcultantes?

ejus generi id exigente [ut videtur] Ethelburga,

aſſirente Nithardo filia:

F

haud facile id probabis, ob ætatem filiæ Regis;

AUCTORE I. E.

monio abſtinuerit. *Quid opus, inquies, ut adeo tenera ætate nupſiſſe fateamur? Faerit* 18. *aut* 20. *annorum. Si nata an.* 775. *Chriſti, matus fuit* 38. *nupſit, orta Chriſti* 792. *Atqui jam tunc Abbas erat Angilbertus, Romamque eo anno ad Pontificem legatus a Carolo. Annos ab quot exegiſſe in matrimonia probabile eſt, ut eo tempore duos ſuſciperet liberos, Nithardum & Harnidum, ac deinde conjugi continentiam perſuaſiſſe, quam includere monaſterio invitam non poterat. Si citius junctos matrimonio fuiſſe, idonea ætate ambos; non igitur Hildegardæ Reginæ filia fuit Berta. An erit forte qui ſuſpicetur, natam eam Carolo ante matrimonium? At hanc illam aſpergere macula, etſi non admodum ab ejus moribus aliena, non licet tamen abſque veteris ſcriptoris teſtimonio. Enumerat omnem Caroli prolem, etiam e vel pellicibus progeniam, Eginardus; nullam quæ nupta dicatur Angilberto. Quid Adrianus Papa, cum in epiſtola ad eum citata Angilbertum ſcribat* pene ab ipſis infantiæ rudimentis in palatio Caroli enutritum, *ſi genere illius fuit, qui tacitus id diſſimulavit? Alcuinas etiam uſque ad facetias utriuſque familiaris, non id uſpiam tamen indicavit. Omnes denique id conſentiri ſcriptores reticuere, præter Nithardum filium. Sed qui hic auſus eſſet aſſerere, ſe filia Regis eſſe natam, ſi ſuorum Regum conſobrinorum ſuorum, totiuſque regni conſortis teſtimonio poterat?* An hoc de connubio intelligendum, quod in *Vita Caroli haud ſatis aperte cap.* 6. *n.* 25 *ſcribit Eginhardus?* Ac propter hoc (*quod filiam nuptum non elocaret*) licet alias felix, adverſæ fortunæ malignitatem expertus eſt: quod tamen ita diſſimulavit, ac ſi de ea numquam alicujus probri ſuſpicio vel fama exorta fuiſſet. *Sed revocemus paulum ac calamum ab illis regia adyta, ne quid ſuſpicemur ſedum de regia virgine, & illuſtri Palatino ac Sacerdote, qui plerique nuptam faciunt.* An ideo forte conjugium negavit Eginhardus, *quia furto coalitum? Ideone & Vita ſcriptor Regi diſplicuiſſe filiæ amorem indicavit? Nobis res ea non liquet.*

etſi forte immatura nupſit. B

9 *Ut ut tamen ſeſe res habuerint*, data eſt Angilberto, *cujus idem Vita ſcriptor*, maritimæ Franciæ magna pars. *In Vita S. Richarii dicitur Chadoveus* 1. *donaſſe Alnario* in perpetuum beneficium, Ducatum maritimæ Franciæ, a fluvio Scalda uſque ad Sequanam .... fecit autem caput Ducatus ſui caſtrum forte & opulentum, nomine Centulam, in pago Pontivo, quod Rea Ragauarius forti manu quondam conſtruxerat.

Angilberti Ducatus maritima Franciæ.

§. II. S. Angilberti & uxoris converſio: illius de hoſtibus victoria, geſtaque alia.

Danis littera Bulgida Interfectis.

10 *Einardus in Vita Caroli Magni cap.* 4. *n.* 18. *poſtquam varia ab eo geſta bella recenſuit, iſta ſubdit:* Ultimum quoque contra Nordmannos, qui Dani vocantur, primo piraticam exercentes, deinde majori claſſe Iſtoria Galliæ atque Germaniæ vaſtantes; bellum ſuſceptum eſt. Quorum Rex Godefridus adeo vana ſpe inflatus erat, ut totius ſibi Germaniæ promitteret poteſtatem. *Præcipue poſt annum* 800. *bellum concivit Godefridus. Sed multo ante incurſiones in Galliarum maritimam fecerant Dani: ut poſt Ludovici Pii mortem Belgicas provincias, & Galliam prope univerſam, depopulati ſunt, uti crebro alibi dictum. Videntur circiter* 787. *aut* 788. *annum Chriſti, per Somonam amnem, Pontivam pagum ingreſſi, magnaſtragis terrorem populis incuſſiſſe, ipſique Angilberto, provinciæ illius Præſecto. Verum earum illi ſanctiorum conſiliorum occaſio fuit. Cum enim conceſſit ad S. Richarii tumulum precibus, ac voto vitæ monaſticæ capeſſendæ nuncupatu, cœleſti ope eos fudiſſet, religioni ſe totum mancipavit.*

C

Angilbertus ope S. Richarii a gravi morbo ſanus,

11 *Supplet Hugo Menardus, e vv Centulenſibus (ut reor) monumentis, quod noſtro exemplari deerat, ita ſcribens lib.* 2. *Obſervationum*: Beatus ergo Angilbertus provinciam ſibi a Rege demandatam ſapienter adminiſtrabat, ſæpiuſque ad cœnobium Centulenſe agri Pontivenſis, qui ſuæ erat præfecturæ, diverſabatur, & ad ſepulchrum S. Richarii proſtratus aſſidas preces effundebat. Interea in gravem morbum incidit, & ad extrema deductus, nulla ſpe ſalutis affulgente, vovit Deo ſe monaſticam vitam amplexaturum, ſi ex morbo convaleſceret: ſicque Deo opitulante ſanitatem recuperavit. Non tamen propoſitum exequi potuit, Danorum bello prohibitos. Illi enim per oſtia Sommonæ & Sequanæ ſe in fines Gallorum tugeni eatecitu effuderant. B. Angilbertus provinciæ illius Rector, multis coactis copiis, ſe barbarorum immanitati objecit. Antequam manus cum hoſte conſereret, acceſſis ad tumulum S. Richarii, ibique obvolutus, & in lacrymas ſolutus, ſancti Confeſſoris Chriſti opem efflagitavit, promitteus ſe ſtatim poſt victoriam veſtem monaſticam induturum. Aſſuit ſuo famulo S. Richarius. Nam in ipſo conflictu magna vis imbrium, grandinis & tonitruum, ſuper hoſtes effuſa, eos ad internecionem delevit. *Malbrancus morbi, quo ſit ad votum faciendum impulſus, non memini, ſed piis monitis Centuleuſium aſcetarum id ait conceptiſſe: Danos vero tempeſtate coorta diſſipatos, ſeſe matris cadibus involviſſe, plurimos mari abſorptos. Cui in hoc conſonat Vita Mſ. n.* 5.

diquot liſdem Danis victoriam adeptus,

12 *Dein votum exequitur, ſumma Caroli voluntate, cum & Berta conjuge, ipſius ſive exemplo ſive adhortatione ſacro velo amicta, conſentiente perpetuæ votum concepiſſet, & ab ipſo marito ſuo, annuente Symphoriano Centuleuſi Abbate, loco congruenti intra idem cœnobium compoſita eſſet, ubi ſacris vigiliis, & devotis jejuniis, divinisque eamicis cum multo fervore aſſidue inſiſtebat. Hugo Menardus & in Chronico Centuleuſi Joannes Capella, ajunt*, in eodem monaſterium eccluſam. *Malbrancus* incluſionis *non meminit*, *ſed quo animi ardore ſacratum velamen expetierit, ita amplificat:* Berchta (*ita enim eam appellat*) quo promptiorem ad religioſa caſtra animum oſtentaret, Centulenſes adit, velo donari ſe ubinixe rogat, & quoad impetret, ſacro limine pedem non elaturam ſeſe pronuntiat. Impetravit: & quidem Præſulis manu, & ſummo apparatu, uti tanti Regis decebat natam, amicta eſt.

ſit monachus,

unors conſentiente, & inſuper, E

13 *Guilielmus Peyratus lib.* 1. *c.* 30. *ſcribit* monachum in eodem S. Richarii cœnobio factum: duplex enim id fuiſſe, pro ejus ſeculi more; hinc virorum, inde fœminarum. *Ad eam fere modum, quo etiamnum in ordine S. Birgittæ, monachæ validis muris ſeſe ſuſa a monachorum domicilio dignant, ita tamen ut illis bi ſacra curent, divinaq; myſteria adminiſtrent. Viguiſſe in aliis Ordinibus morem illum, alibi obſervavimus, ni vel muris ſolum diſcreta a viris fœmina eſſent, vel non magno loci intervallo; ut ad has inſtituendas monitis, emendandaſq; ſacramentis facile convenire illi poſſent. Ex Ordine Præmonſtratenſi exempla nonnulla attulimus* 13. *Januarii ad Vitam B. Godefridi Cappenbergenſis* §. 12. *Sed plerunque nuvæ ſapienter ab invicem longius ſemotæ. Quadam olim ſancta Virgines velo accepto non in aliarum convictu ſanctimonialium vitam agebant, neq; ſeorſim in cellam incluſæ ſed in vicinia monaſterii cujuſpiam eccleſiæ domicilio conducto, ad eum idem dem veniebant, ſacris intererant, precibus aſſidue lectionique, ac ſanctis operibus vacabant. Ita fere eodem quo Berthæ tempore S. Hildrudis V. juxta monaſterium Latienſe, cui Guntardus frater præerat, habitaſſe, eccleſiam aſſidue adiſſe, & fraterna inſtitutione ad omnem ſanctitatem informata fuiſſe legitur. De hac autem Berta nil ultra habemus compertum, quamdiu produxerit vitam, quem gradum perfectionis attigerit, ubi tumulata ſit.*

uxor velo ſuperata parte monaſterii monachæ,

pro uxori merito

uxor velata tum filiam, & in palatio domo degeret,

F

14 *Aliquadam prater bellum Danicum geſta ab Angilberto autumat Malbrancus, nequaquam ſuffragantibus illius aviſcriptoribus. Ita enim ſcribit lib.* 5. *cap.* 32. Ingelbertus ..... una cum Rege Romanas arces adivit, paſchalia ſanctiſſime celebraturus: ubi enim Hadrianus ipſe memoriam eefricuit ſibi illius temporis, dum Caroli pædagogio præfectus eſſet, & individuum conſodalem Ingelbertum animadverteret ad pia & quæque maxima natum eſſe, cœpit exinde vieo potiſſima Eccleſiæ negotia, quæ ad Galliam ſpectarent, commendare: & quamvis uxori illigatus, non deſtitit tamen, uti prius, multæ Clericorum exercitationi operam dare. *Sed hac*

an pædagogio Caroli præfectus, uti ipſe,

ego

A *ego haud ſatis liquide aſſequor. Primum enim quid hic eſt*, Caroli pædagogio præfectum fuiſſe? *An ipſum Carolum adoleſcentem litteris imbuiſſe, ac mores ejus ad omnem dignitatem conformaſſe? an nobiles pueros, qui in Regis ejuſdem miniſterio erant, liberalibus diſciplinis vitaque elegantiori præceptionibus inſtruxiſſet? Utri vero hoc munus tribuitur, Angilberto an Hadriano? Ille nec pueros aulicos docuiſſe poteſt exiſtimari, tam illuſtri ortus genere, tamque in ſublimi poſitus gradu dignitatis; neque Carolum, vel æqualem* vel Adria. nus Tapo? *ætate, vel majorem. Hadrianus autem, ut habes in ejus Vita Anaſtaſius*, nobiliſſimi generis proſapia ortus, atque potentiſſimis Romanis parentibus editus.... defuncto ejus genitore, atque parvulus nobiliſſimæ ſuæ genitrici relictus, ſtudioſe a patre (*forſan* patruo) Theodato dudum Conſule & Duce, poſtmodum vero Primicerio S. noſtræ Eccleſiæ, poſt antedictæ ſuæ genitricis obitum nutritus atque educatus eſt. *Ac deinceps Roma ætatem egit, a Paulo Papa Subdiaconus creatus, Diaconus a Stephano, cui & mortuo ſuffe. Ius an.* 772. *Non igitur in Gallia Regis Caroli pædagogus aut magiſter fuit, nedum aliorum nobilium adoleſcentum.*

15 *Quod* mateimonio illigatum *fuiſſe Angilbertum*, Romam comitatus videtur Regem, *quando cum Carolo Rege Romam petiit, & Paſchalia illic feſta celebraſſe aſſerat citatum antea ſcriptor, quærendum, quo id an. contigerit. Quater Romam adivit Carolus, ter*
B *Hadriano Pontifice. Nam an.* 773. *adverſus Deſiderium Regem Longobardorum, Pontificias ditiones iniit, vexantem, movit, eumq; Papia, ſive Ticini, obſedit: & cum natalem Domini in caſtris celebraſſet, relicto ad urgendam obſidionem exercitu, ipſe Romam profectus eſt, ibique Paſcha peregit.* an. 774 *An deinde* 780. orationis cauſſa, *ut habent Annales Bertiniani*, peregit ites in partibus Romæ, una cum uxore ſua vel 780. Domina Hildegarde Regina, & natalem Domini in Papia civitate celebravit... Paſcha in Roma. *Ac demum an.* 787. *Paſchalem eamdem ſolennitatem Roma egit. Poſtrema hac vice adfuiſſe Angilbertum innuit Malbrancus, cum* uxori illigatum *fuiſſe ſcribat, Berthæ ſcilicet, Regis filia, quæ priori utraque vice nondum erat matrimonio habilis.*

16 *Ego credibilius judico, priùs quidem adfuiſſe Regi* in an 787. *Angilbertum qui ei erat intimus; an. vero* 787. *vel morbo fuiſſe detentum, vel bello adverſus piratas Danos comparando, vel alio provincia, quam regebat negotio. Neque etiam facile fidem ei tribuam iſta ad an.* 788. *ſcribenti*: Hoc an. Ingelbeetus ſummas vires congereret, *Hannos* uſque ad interecionem ſuæ totius gentis redegit: quorum ſpoliis, ex ruina plurimarum aliarum gentium congeſtis,
C mirum in modum ditati ſunt Franci. *Ternas quidem retulere Franci eo an. de Avaris, ſive Hunnis, victorias, variis locis, ſed neque ad internecionem eos tunc redegerunt, neque uſpiam memoriæ Angilberti.*

17 *Divinare & illud mihi ſcriptor idem videtur, quod* non conſtat, anno 789. Capitularia in favorem Eccleſiæ fuiſſe: *eodem c.* 32. *l.* 5. *affirmat*, cum viri laici Epiſcoporum & monaſteriorum fructus non exigua ex parte ſuos facerent, Ingelbeeto agente Capitularem edidiſſe Carolum, qua ſes Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum declaravit: ideoque diviſionem nullam bona illa poſſe præpeti, ſed integra pris illis poſſeſſoribus permanere. *In Capitulis Regum Francorum l.* 1. *c.* 72. *it a id refertur ſtatutum a Carolo, aliaque permulta*: Anno Dominicæ Incarnationis 789. Indict. 12. anno 21. regni noſtri, actum eſt hujus legationis edictum in Aquiſgrani palatio publice. Data eſt hæc charta die decimo Kal. Apr. Tempore Adriani Papæ & Karoli magni Imperatoris, quando Paulinus Epiſcopus tenuit vices Apoſtolicæ Sedis, in Aquis fuit factum illud capitulum *&c. Nulla ibi Angilberti mentio, quem veriſimile eſt tunc monachum fuiſſe. Malbrancat c.* 33. *ad aa.* 791. *ſtatuit bellum Danicum confeciſſe Angilbertum, ac monachum factum. Cum an. ſequenti honorifica ei jam Abbatis credita legatio*
ſub annum 785 ſecuti relicti. *ſit, credibilius videtur aliquanto ante victoria illa potitum, ſeculo nuntium remiſiſſe, circa an.* 788. *aut* 789. *ut idoneo ſpatio ſuam probaſſe monachis virtutem cenſeri poſſit, atque ab iiſdem Abbas electus.* AUCT. I. B. D

§. III. *Varia S. Angilberti ad Adrianum Papam legationes.*

18 *Anno* 792. *habitum Ratiſpona concilium, in quo hæreſi Felicis Epiſcopi Urgellitani, qui Chriſtum adoptivum Dei filium docebat, præſente Carolo Magno Rege, donata eſt. De cæ cancilio ita ſcribit Alcuinus lib.* 1. *adverſus Elipandum Ep. Toletanum, altra mediam*: Antequam ego, eodem ſapientiſſimo Rege Carolo jubente, venirem in Franciam, hæc eadem veſtri erroris ſecta, eodem glorioſo Principe præſidente, præſente Felice, quem multum laudare ſoles, veſtræ partis tunc temporis defenſore, ventilata eſt in celeberrimo loco qui dicitur Ratisbuſſe burg, & ſynodali auctoritate Sacerdotum Chriſti, qui ex diverſis Chriſtiani imperii partibus convenerant, æterno anathemate damnata: imo & a beatæ memoriæ Hadriano Papa, qui tunc temporis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Apoſtolica auctoritate texerat Sedem, funditus exterminata. Anno 792. eam eadem verſaſſet ſe Galliam Alcuinus,

19 *Eam hæreſim ejuſque damnationem ita explanat Egilhardus in Annalibus ad* 792. *aa. Chr.* Osgellis eſt civi- Felix Ep. Urgellitanus, tas in Pyrenæi montis jugo ſita, cujus Epiſcopus, nomine E Felix, natione Hiſpanus, ab Elipando Toleti Epiſcopo litteras conſultus, quid de humanitate Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſentire deberet, utrum ſecundum aſſerat Chriſtum eſſe filium Dei adoptivum, id quod homo eſt, propterea an adoptivus Dei filius crederendus eſſet ac dicendus; valde incaute atque inconſiderate, & contra antiquam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, adoptivum non ſolum pronuntiavit, ſed etiam ſcriptis ad memoratum Epiſcopum libris pertinaciſſime pravitatem opinionis ſuæ defendere curavit. Hujus rei cauſſa ductus ad palatium Regis, qui tunc apud Reginum Ba- In conc. Ratiſpon. damnatur. joariæ civitatem, in qua hiemaverat, reſidebat. Ubi congregato Epiſcoporum concilio auditus eſt, & erraſſe convictus, ad præſentiam Adriani Pontificis Romam miſſus: ubi etiam coram ipſo in baſilica B. Petri Apoſtoli mittitur Romam, hæreſim confeſſus eſt atque abdicavit. Quo facto ad civitatem ſuam reverſus eſt.

20 *Malbrancus l.* 5. *c.* 37. egiſſe *Angilbertum ait*, ut malæ ſectæ permaetus auctoe ſilleret ſe in concilio, peomeretque ſententiam ſuam communi Eccleſiæ ſenſui ſubiicicndam. *Verum hoc non ſat explaratum. Illud conſtat, Angilberta mandatam a Rege ac ſynodo, ut Felicem Romam ad Pontificem deduceret. Ita Annales Francorum* docente Angilberto. *Loiſeliani ad eum annum*: Hæreſis Feliciana penitus audita, & in Reganesburg primo condemnata eſt. Quem F Angilbeetus ad præſentiam Adriani Apoſtolici adduxit, & confeſſione facta ſuam hæreſim iterum abdicavit. *Idem Egoliſmenſis monachus in Vita Caroli, & alii ſcribunt.*

21 *Anno deinde* 794. *cum Carolus Francofurti hiemaſſet, Paſchaque celebraſſet, æſtatis initio* concilium Epiſcoporum ex omnibus regni provinciis in eadem villa con- Idem Alcuinus ? Francofurti. gregavit, *ut idem habet Eginhardus*: in quo concilio & hæreſis memorata condemnata eſt, & libes contra eam communi Epiſcoporum auctoritate compoſitus, in quo omnes ſubſcripſerunt. *Ibidem oblati ſum Regi libri* 4. & ſupra in 7. ſynodum, *contra ſeptimam ſynodum Oecumenicam, ſive ſecundam Nicænam, paullo ante habitam, ſcripti ſine allo ordine a quibuſdam Sereni Maſſilienſis quondam Epiſcopi, primi Galliarum Iconomachi, ſectatoribus. Quos libros Carolus per Angilbertum* miniſterium ſuæ Capellæ *Pontifici examinandos tranſmiſit. Patet hoc ex Hadriani ad Carolum epiſt. ſive tertia, ut habetur to.* 3. *Concil. edit. Colonienſis an.* 1606. Romam defert an. 794. *ſive* 14. *ut eſt in tom* 18. *Concilior. ex Typographia regia anni* 1644. *Ea incipit*: Dominus ac Redemptor noſter. *De Angilberto ita loquitur Pontifex, ut ſupra obiter a nobis indicatum*:

22 Præterea directum a veſtra clementiſſima præcelſa regali

AUCT. I. B.

regali potentia ſuſcepimus fidelem familiarem veſtrum, videlicet Engilbertum Abbatem & miniſtrum Capellæ, qui pene ab ipſis infantiæ rudimentis in palatio veſtro enutritus eſt, & in omnibus conſiliis veſtris receptus; ut ideo, ſicut a vobis in omni familiaritate recipitur, ita & a nobis reciperetur & condecenter honoraretur. Unde pro nimio amore, quem erga veſtram mellifluam gerimus regalem Excellentiam, ſicut miſiſtis cum nimio amore dulcedinis eximiæ, eum ſuſcipientes, prout voluit, & qualiter voluit, cum magna familiaritate nobis enarrantem, aure placabili & benigna eum ſuſcepimus, & quaſi veſtra corporali Excellentia nobis narrante, noſtrum ei patientius credidimus conſilium, ad profectum Sanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & veſtræ a Deo protectæ potentiæ exaltationem. Inter quæ edidit nobis Capitulare adverſum Synodum, quæ pro ſacrarum imaginum erectione in Nicæa acta eſt. Unde pro veſtra mellidua regali dilectione per unumquodque capitulum reſponſum reddidimus: non quemlibet (anſit) hominem defendentes, ſed olicanam traditionem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ tenentes, priſcam prædeceſſorum noſtrorum ſanctorum Pontificum ſequimur doctrinam, rectæ fidei traditionem modis omnibus vindicantes.

A *ubi hæc quæ ſuccipimus ab Adriano Papa.*

qui ſcripta contra 7. Synodum confecerit.

B *An idem Angilbertus & Ingelbertus?*

23 *Paulus Petavius in ſyntagmate antea citato de Methardo, teſtatur, in codice Capitularium iſtorum, ut ſunt ab Elia Philira, id eſt, Joanne Tilio, an. 1549. edito, iſta addita:* Ingelrannus Abbas juſſu Caroli Magni hunc librum ſcripſit, & ad Adrianum Papam tulit, *fateturque non videre ſe,* quomodo quadrare iſta poſſint cum Adriani prædicta epiſtola. *Petavius diſerte affirmat, eumdem eſſe* Angilbertum, Engilbertum, Engelberrum, Enggrammum, Ingelrannum. *Verum opportuiſſet eum exempla proferre aliqua, ubi* bertus *&* ramnus, *aut* rannus, *ſive* ramus, *in eaſdem proprias promiſcue pro eodem aſſumpturus ut aempe* Walbertus *&* Waleramus *idem ſint, item* Autbertus *&* Autramnus, Gontramnus, *&* Gonbertus, Hildebertus *&* Hilderamus, *ceteraq; id genus. Neque tamen ſi idem ſignificarent, ideo unum pro alio ſubſtitui nomen poſſet abſque hiſtoriarum perturbatione. Et certe eam idem illi ſignificant: eſt enim* Angelbertus, *ſive* Ingelbertus, *Angelus illuſtris, ſive Angelica præſtanti indole,* Engelranus, *fortaſſis Angelus tenuis, ſive Angeli inſtar gracilis:* Engelramus, *vel* Engelrammus, *Angelicus aries, ſive in cubina, quaſique Angelicam robur, at* Waleramus *muralis aries. Sed hæc mittamus, nimis tenuia. Quid ſi tum Angilberto alius miſſus Romam eſt Abbas Ingelrannus? Neque hoc velim tamen divinare: ſed*

C *librariam aliquem, ſeu dormitantem, unum pro alio nomen poſſaſſe, ſeu nimis ſeculum, quod Angilramni, non tamen Abbatis, ſed Epiſcopi Metenſis & Archicapellani in Concilio illo Francofurtenſi fa ta mentio eſſet, ennuem erudiſſe, quem putaret poſſe Archicapellanum fuiſſe, Angilbertum.*

24 *Proficiſcenti ergo Romam Angilberto an. 794. dedit Alcuinus epiſtolam ad Adrianum Papam, quæ eſt in Chheſienſi editione 63. olim 28. in qua ſic ipſius Angilberti meminit:* Jam aliquas petitiones propriæ neceſſitatis meæ, his quoque litteris inſererem, ſed quia electiſſimus Domni mei Regis Miſſus, filius equidem meus cariſſimus Angilbertus ad beatiſſimam ſummæ auctoritatis veſtræ dirigitur paternitatem; nec eſſe neceſſe putavi litteris exarare, quod ille vir fidelis & prudens melius viva voce, ſecundum mandatum Domni Regis, auribus Excellentiæ veſtræ poterit intimare. Nam inter cereras fideliſſimæ directionis, quam ad vos habet, legationes, meæ quoque neceſſitatis poſtulationes eidem præfato regiæ voluntatis ſecretario commendavit. Quem omnibus amicis volde fidelem eſſe probavimus, maxime vobis, ut vere dignum eſt, Sanctiſſime Pater, quæ veſtram laudabili voce bonitatem ſæpiſſime Domno Regi ſub præſentia multorum teſtium narrare ſolebat: & egregiæ pietatis per vos geſta, puræ fidei verbo de vobis proferre ſtuduit; quatenus piæ dilectionis fidem oſtenderet, & veſtræ almitatis amorem plurimorum mentibus ingereret. D

per eum quædam petit Alcuinus,

eumque commendet, ut Pontifici adhæreat.

25 *Dubitat Paulus Petavius in citato Symagmate, an ea litteræ ſcripta ſint ab Alcuino, cum an. 794. Capitularia illa Romam tulit* Angilbertus, *an. 792. cum Felicem Romam duxit. Sed qui potuere an. 792 ſcribi, cum tunc (ut n. 18. ex ipſiuſmet Alcuini ſcriptis oſtenſum eſt) nondum in Gallia eſſet? Quod enim alibi Felicem accitur conviciſſe, id vel poſſet accidere, cum is in priſtinos errores relapſus forſan eſſet, vel ſcriptis contra ejus hæreſim editis.*

Quando ea ſcripta ſint?

§. IV. *S. Angilberti legatio ad Leonem* III. *Papam: impetrata ab eo privilegia.*

26 *Alia ſequitur obita ab Angilberto maxima cum auctoritate legatia. Eam clarius quam alii exponit Egmhardus ad an. 796.* Romæ Adriano defuncto (*7. Kal. Jana.*) Leo pontificatum ſuſcepit. Et mox per Legatos ſuos claves Confeſſionis S. Petri, ac vexillum Romanæ urbis, cum aliis muneribus Regi miſit: rogavitque ut aliquem de ſuis Optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad ſuam fidem atque ſubjectionem per ſacramenta firmaret. Miſſus eſt ad hoc Engilbertus Abbas monaſterii S. Richarii. Per quem etiam nunc ad S. Petrum maguam partem theſauri, quem Ericus Dux Forojulienſis, ſpoliata Hunnorum regia, quæ Ringus vocabatur, eodem anno de Pannonia Regi detulerat, miſit: reliquum vero inter optimates & aulicos, ceteroſque in palatio ſuo militantes, liberali maou diſtribuit. *Ita ille.* Claves Confeſſionis S. Petri *explicat Poeta Saxonicus l. 3.* claves quibus eſt Confeſſio Sancti conſervata Petri, *ſive crypta, ann ſacellum, ubi ejus reliquiæ aſervantur: ac paullo poſt ſubdit:*

Anno 796. ad Leonem Papam,

ut ei Romani ſubjiciat,

ac munera deferat E

ex theſauro Hunnico,

Miſſus ad hoc Angilbertus, qui corpore Sancti
Richarii clare decoratam texerat olim
Eccleſiam. *Dein theſaurum Hunnicam exaggerat:*
Nam ſpoliata fuit Hunnorum regis, Hringum
Quam vocitant. Hanc Dux Ericus hoc eeperat anno:
Multimodos etiam Regi devexerat inde
Theſauros, ævo quos collegere vetuſto,
Immumeris crebro ſpoliatis gentibus Hun.

obtinet Angilbertus illa dilecta Regi Abbas,

In Vita Caroli per monachum Egolſmenſem, dicitur Rex idem, theſauro *illo* accepto, gratiarum actiones Deo largitori omnium bonorum peregiſſe, & inde magnam partem ad limina Apoſtolorum miſiſſe per ANGILBERTUM DILECTUM SUUM ABBATEM. *Eadem dicitur in Annalibus Laſelianis. Vita Caroli per incertum auctorem habet:* per Angelbertum dilectum ſibi Abbatem. F

juſſus ei vico boneficium locandum

27 *Qua Romam proficiſcenti mandata Carolus dederit, qua conſilia monitaque inculcari novo Pontifici voluerit, legere eſt ipſius Regis ad* Homerum (*id eſt, ipſummet Angilbertum*) *epiſtola, qua eſt* 83. *inter Alcuini epiſtolas a Chheſnio edituas. Ea ſic habet:* Karolus gratia Dei Rex, & Defenſor ſanctæ Eccleſiæ, Homero Auricolario ſalutem. Divina regente miſericordia iterum, & proſpere re adducente ad Domnum Apoſtolicum Patrem noſtrum, admoneas eum diligenter de omni honeſtate vitæ ſuæ, & præcipue de ſanctorum obſervatione Canonum: de pia ſanctæ Dei eccleſiæ gubernatione, ſecundum opportunitatem conlationis inter vos, & animi illius convenientiam. Ingeraſque et ſæpius, quam paucorum honor ille, quem præſentialiter habet, annorum: quam multorum eſt perpetualiter merces, quæ datur bene laboranti eo. Et de ſimoniaca ſubvertenda hæreſi diligentiſſime ſuadeas ille, quæ ſanctum Eccleſiæ corpus multis male maculat in locis. Et quidquid mente teneas ſæpius querelis agitaſſe inter oos. Sed qualis mihi eſſet conlatio eum B. Adriano Papa prædeceſſore illius, de conſtruendo monaſterio ad S. Paulum, nullateous dimittas ſuggerere illi, ut volente Deo revertens, certum mihi reſponſum habeas referre. Dominus Deus ducat te, & deducat cum omni proſpetitate, Dominus Deus

& alia,

de quibus inter ſe ſeduloram Rex & legatus

regat

A regat & dirigat in omni bonitate cor illius, ut faciens faciat, quod ſanctæ ſuæ proficiat Eccleſiæ: ut ſit nobis pius Pater, & pro nobis præcipuus interceſſor: ut idem Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos in ſua florere faciat voluntate; & curſum, qui ſupereſt nobis vitæ noſtræ, ad perpetuæ ſtabilitatis quietem perducere dignetur. Vale cum proſperitate, proficiens in veritate, reverſurus cum gaudio, Homeriane puer.

28 *Extat ab eodem Rege tunc ſcripta ad ipſum Leonem Papam epiſtola,* (84. *inter Alcuini*) *qua ei Pontificatum gratulatur, quem de Adriani morte dolorem ſenſerit, teſtatus, ac Leonis apud B. Petrum Principem Apoſtolorum preces implorat. Tum de Angilberto, ac muneribus per eum miſſis, ita loquitur*: Angilbertum manualem veſtræ familiaritatis, veſtræ dilectionis Sanctitati: quem prius, ſicut promiſimus per religioſos viros Campolum & Anaſtaſium, beatiſſimo Patri noſtro, prædeceſſori veſtro, dirigere curavimus. Sed, ut præfati ſumus, dum aemia omnia parata erant, lugubri paternæ mortis nuntio repente tardatum eſt iter illius. Sed modo lætiores de veſtræ Sanctitatis ſucceſſione facti, quod deſideravimus in illo pio Patre agere, in vobis perficere ſtudemus. Illique omnia injunximus, quæ vel nobis voluntaria, vel vobis neceſſaria eſſe videbantur: ut ea conlatione mutua conferatis, quidquid ad exaltationem ſanB ctæ Dei Eccleſiæ, vel ad ſtabilitatem honoris veſtri, vel patriciatus noſtri firmitatem oeceſſarium intelligeretur. *Deus pollicetur Eccleſia ac religioni arma ſua ſervitura, ac Leonem hortatur, ut* Canones ubique ſequatur, quatenus totius ſanctitatis exempla in ejus fulgeant converſatione.

Regis litteris confirmatus ei a- apud Papam temperatus,

& fides pro negotiis tractandis,

29 *Scripſit & Alcuinus ad Leonem epiſtolam, qua eſt* 72. *qua illi & ipſe pontificatum gratulatur, ac ſuaſta precatur, ſalubriſque eum conſiliis inſtruit: & ſub finem Angilbertum commendat his verbis*: Hic filius meus cariſſimus Angilbertus vobis patefacere valet noſtræ parvitatis erga Apoſtolicam Sedem devotionem, etiam & voluntatis noſtræ petitiones. Quem veſtræ Paternitati valde fidelem eſſe agnovi: & ideo noſtræ neceſſitatis cauſſas illi injunximus, ut per os illius, pietatis veſtræ aures mei cordis audiant obſecrationes.

commendatur eidem Pontifici ab Alcuino,

30 *Quid per Angilbertum obtinere Roma cuperet, indicat epiſtola* 92. ad dulciſſimum filium Homerum, *ideſt, ipſummet Angilbertum, ubi ita habet*: Patrocinia Sanctorum non obliviſcere. Res Eccleſiaſticæ pulchritudinis oculis occurrentes noli negligere ut acquiras. Noſtra ruſticitas eſt de talibus: veſtra nobilitas larga eſt de omC nibus. Memor eſto poetici præſagii:

qui per eum Reliquias petit, & alias res facras,

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Hoc de te tuoque itinere prophetatum eſſe quis dubitat? Si Chriſtum Sybilla, ejuſque labores, prædixit venturum, cur non Naſo Homerum, ejuſque itinera præcecinit? *demum ita concludit*:

Proſpera cuncta, precor, faciat tibi Chriſtus, Homere,
Qui te conſervet ſemper, ubique. Vale.

ejus abſentia abſentia noſtra

Ejus abſentis deſiderium declarat epiſtola 93. *qua eſt* ad Damætam filium, *ideſt*, Ricolfum, *ſive* Ricolfum, *Epiſcopum Moguntinum, ad quem &* 41. *ſcripta ab eo epiſtola eſt. In illa ergo poſteriore ita Angilberti, ſive Homeriſui meminit Alcuinus*: Ego pene quaſi orbatus filius remaneo domi: Damæta Saxoniam, Homerus Italiam, Candidus Britanniam receſſit.

Fuit de vita S. Paulini Aquileja a

31 *Divertiſſe videtur ex itinere Angilbertus ad S. Paulinum Aquileyenſem Patriarcham, de quo ſuſe egimus* 10. Januarii. *Ita enim ep.* 73. *ad ipſum Paulinum ſcribit*: Majorem noſtræ ſalutationis ſeriem Angilbertus filius communis noſter Romam iturus, volente Deo, vobis dirigit. *Fuiſſe Paulino junctum amicitia Angilbertum, patet ex ejus commentariis de reliquiis num.* 6.

an de Imperiis inCoronatione diſſerenda egerit?

32 *Inter alia qua Roma egit Angilbertus, divinat Malbrancus, animum Pontificis præparaſſe, ſaltem eminus, ad deferendum Carolo decus Imperii. Neſcio an id agi aperte ipſo pontificatus exordio apte potuerit. Opportunius id poſtea*

factum, cum maxima extarent Caroli in ipſummet Leonem, non ſolum in Eccleſiam plurima, beneficia. Habere tamen etiam hac in re locum potuit Caroli monitum, jam ante relatum, ut cum Pontifice negotia tractaret ſecundum opportunitatem collationis inter ipſos, & animi illius convenientiam; quæque ad patriciatus ipſius firmitatem pertinerent, ut eſt in epiſtola Caroli ad Leonem. AUCTORE I. B. D

33 Anno Soo. redeunte verna temperie, *ut in Annoliſ. ſcribit Eginhardus*, medio fere Martio Rea Aquiſgrani digreſſus, littus Oceani Gallici perluſtravit: & in ipſo ma- *Carolus an. Sco. Centulam viſit* ri, ubi tunc piraticam Nordmanni exercebant, claſſem inſtituit, præſidia diſpoſuit, ſanctum Paſcha apud S. Richarium celebravit. Inde iterum per littus maris iter agens, Rotomagum civitatem venit .... Et menſe Auguſto inchoante Moguntiacum veniens, generalem conventum ibidem habuit, & iter in Italiam indiait. *Tandemque* *& Romam, ubi Imperator coronatur: Angilberti exemptionem ſuo tempore a Papa impetrat;* 8. *Kal. Decemb. Romam pervenit, & die Natalis Chriſti a Leone Papa coronatus eſt, ac deinceps, omiſſo* Patricii *nomine*, Imperator & Auguſtus *eſt appellatus. Adierat* & S. Angilbertus, *qui, ut habetur in minori Chronico Centulenſi*, impetravit exemptionem cœnobii Centulenſis a Leone Papa 815. eodem die quo Carolus Magnus coronatus eſt in Imperatorem per prædictum Leonem Papam, & nuncupatus eſt Cæſar Auguſtus. Et fuit hoc actum circa annum Domini 801. in præſentia S Angilberti & Jeſſe tunc E temporis Ambianenſis Epiſcopi. *Qui nimirum Jeſſe anno* 802. *ad Irenen Auguſtam cum Helgando Comite miſſus eſt ad pacem conſtituendam.*

34 *In eodem recentiori ac breviori Chronico Centulenſi Joannis Capellaiſta legimus*: Eodem die (*quo coronatus eſt Imperator*) dictus Catolus Magnus adjunxit huic Eccle- *ab Imperatore Foreſtemonaſterium.* ſiæ S. Richarii cœnobium & monaſterium Foreſte monaſterii cum ſuis appendiciis univerſis, ſpecialiter quoad inſtitutionem & electionem Paſtorum & Abbatum: ſicut latius patet per ſcripta Apoſtolica ſuper iis confecta, ſana & integra in theſauraria hujus cœnobii.

35 *Ignatius Joſephus a Jeſu Maria Carmelita Diſcalceatus lib.* 1. *hiſtoria Abbatiæ villanæ cap.* 83. *pag.* 461. *ſcribit*, Foreſte monaſterium, *vulgo* Foreſt-monſtier, *ſitum eſſe in ſaltu Creſſiacenſi, ubi S. Richarius cum diſcipulo ſuo Sigobardo relicta Cemulo, omnis aliquet in vili & exiguo tugurio vitam anachoriticam egit: quod tugurium viſitur etiamnum, quale erat* pauſſum a monaſterio ſemotum, *ſed ſenſim in ruinam prolabens, usi & ipſum monaſterium, nomine illius ſarta tecta, ut oporteret, curante, nec ſplendorem altarium, ac ne ſacrorum quidem ordinem vitaque monachicæ diſciplinam, prout illa quondam ibi viguere. Ita ille, qui ſe bullas legiſſe teſtatur Alexandri* III. *Innocentii* III. *Honorii* III. e *quibus conſtet, ejus cœnobii Abbatem ex Centulenſi eligi conſueviſſe, ac preventus quoque monaſterii a quopiam e Centulenſibus adminiſtrari.* F

abi id ſitum?

36 *De eodem Foreſte-monaſterii ſitu ita Joannes Capella in Ingelardo* 21. *Abbate iſto tradit*: Iſte Rea (*Hugo Capet*) dedit privilegium villas noſtras fortificandi, ædificandi caſtra mutata: & nomine Advocationis, & ad protegendum nos & noſtros ſubditos ab inimicis noſtris, dedit prædictus Rex Hugo Capet cuidam Militi, nomine Hugoni de Abbatis villa generoſo & nobili, ſub illo titulo villam Abbatis-villæ & Foreſte-monaſterii: ſub conditione tamen, quod Abbas in eodem loco, tempore neceſſario & opportuno, per Abbatem S. Richarii nominabatur, & in ſuo grege & gremio ſuæ Eccleſiæ eligebatur, ſicut patet per litteras Apoſtolicas ſuper iis confectas. *Verum ea evolvit conſuetudo ac poteſtas Centulanorum in Foreſtemonaſterienſes, ut citatus Joſephus Ignotius tradit.* *eidem ab Hugone Capeto datum titulo advocationis, falso jure Carolingiano;*

Alia a Leone III. *privilegia obtinuit* S. *Angilbertus, de quibus idem Joannes Capella*: Eodem die (*quo ſcilicet coronatus Carolus eſt*) & in dicta ſolemnitate dictus S. Angilbertus impetravit eaemptionem & privilegium mitræ, *ab Imperatore & mitram, annulum &c.* ſandaliorum, annuli, & aliorum Pontificalium, ex conceſſu Jeſſæ tunc Epiſcopi Ambianenſis. *Idem in Valtere*

AUCTORE I. B.

de Guaiſart 38. *Abbate, hæc ſcribit* : Immediate accepit pedum, & impetravit (ſaltem confirmari fecit de novo) privilegium exemptionis, mitræ, annuli, & ſandaliorum, in curia Romana, & deceſſit ab hoc ſeculo anno Domini 1357. in vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

A

qua poſt confirmata.

38 *De privilegiis iterum idem Joannes in Gerino, ſive Germino II. qui & Epiſcopus Ambianenſis fuit 5. Godefridi deceſſor, iſta memorat*: Et quia ſciebat Guidonem Epiſcopum, (31.) ſuum prædeceſſorem, eſſe.... huic Eccleſiæ per aſportationem & ſubtractionem noſtrarum litterarum & chartularum exemptionis, quas furtive ſecum clam deportaverat; ſtuduit hanc Eccleſiam eſſe Epiſcopatui Ambianenſi ſubjectam *&c. Auctorus autem 25. Abbas* recuperavit privilegia & chartas hujus Eccleſiæ.

laſtrumque horum privilegiorum ablata,

recuperata,

39 *Anno Domini 1131. 5. Kal. Auguſti, Hugo Campdavaine Comes S. Pauli, quod inimicis quibuſdam ſuis Centula conceſſum eſſet aſylum, ſibi vero, ne id profano furore violaret, porta obſeraret, igne Græco totum oppidum ſuccendit*: tali modo (*inquit idem compilator Chronici minorii*) quod religioſus Miſſam magnam celebrans contra majus altare fuit combuſtus, & cum eo tam in eccleſia quam in villa 2700. promiſcui generis igne & flamma mortui ſunt. Et in illa deſtructione perdidimus omnes chartas & privilegia noſtra, ornamenta & omnia bona mobilia combuſta ſunt: nihil penitus remanſit, exceptis ſanctuariis reliquiis omnibus projectis & ſalvatis in puteis aquarum.

an. 1131. combuſtio tota oppidi,

B

40 *At poſtea* Richerius 30. Abbas.... miſit Romam verſum Papam Alexandrum III. anno Domini 1172. copiam exemptionis noſtræ, quam impetraverat S. Angilbertus die coronationis Caroli Magni Imperatoris Romanorum & Regis Francorum, cujus perdideramus originalia in prima deſtructione hujus eccleſiæ per.... infideles: & ſuper ipſam copiam juſſit nobis deſcribere exemptionem, quam de præſenti habemus.

Anno an. 1170. confirmata ſecundum exemplar S. Angilberti.

§. V. *S. Angilberti ædificia Centulæ. Sanctorum reliquiæ ab eo aſſumta.*

41 *Quod tamen ac tam multis privilegiis Imperatoris ac Pontificum munivit Angilberius cœnobium, id præclaris quoq; ædificiis auxit, Sanctorum reliquiis ornavit, dotavit poſſeſſionibus. Tria camprimis templa conſtruxit, primum ac maximum Salvatori Divoq; Richario ſacrum fuit, alterum Virgini Deiparæ, 3. Benedicto tertium. De his Joannes Capella in Chronica*: Qui quidem Angilbertus tempore ſuo potenter & honorifice, cum adjutorio dicti Caroli Magni, prædictum cœnobium Centulenſe decoravit magnis ædificiis, reliquiis, jocalibus, & quampluribus aliis bonis, & dotavit magnis redditibus & divitiis. *Ac paucis interjectis*: Fecit dedicare hoc cœnobiũ per 12. Archiepiſcopos, quorum nomina inferius ſcribentur.

S. Angilbertus Centulæ ornat 3. templis,

C

& alia ædificia,

42 Et, ut narrat Chronica, in primo cœnobio fundato in nomine Domini Salvatoris noſtri, & B. Richarii, fundavit etiam duas turres, in parte Occidentis unam ſummam, & alteram excellentem in parte Orientis, ſub qua erat ſepulchrum beatiſſimi Richarii: & in diſtantia ſtarum ſtabat eccleſia cum Choro. Ac ſubtus turrim orientalem circa pedes S. Richarii erat altare nomine ſuo conſeceratum: & circa caput altare B. Pauli. Et circa turrem occidentalem erat dedicatum altare ſancti Salvatoris. Fecitque ſcribere circa ſepulchrum S. Richarii verſus ſequentes.

alia templa,

Inſcriptiones ad ſepulchrum S. Richarii,

Omnipotens Dominus, qui celſa vel ima gubernas,
Majeſtate potens, ſemper ubique Deus,
Reſpice de ſolio, Sanctorum gloria, ſummus,
Auxiliumque tuis, Rex bone, da famulis,
Principibus pacem, ſubjectis adde ſalutem,
Hoſtis pelle minas, & fera bella preme.

Hic quoque quæ ſtatui fulgentia culmina templi
Angilbertus ego, ſint tibi grata Deo.
Auguſto Carolo, cujus virtute peregi,
Concede Imperii gaudia magna tui.
Quiſquis & hic ſummas precibus pulſa verit auret,
Effectum tribuas ſemper habere Deus.

D

Inſcript. poſtremæ,

43 Immediate poſt S. Angilbertus inter illas turres orientalem & occidentalem ex artificio Virgilii Mantuani, ſummi poetæ, divini artificis, recuperavit pavimentum purphyreticum, rubei & viridis coloris, quod de præſenti eſt & futura eccleſia, ita pretioſum, ut in toto orbe terrarum non eſt viſum ſimile, & experientia docet. Fecit ſcribi in tabula marmorea verſus ſequentes:

Hoc pavimentum humilis Abbas componere fecit
Angilbertus ego, ductus amore Dei:
Ut mihi poſt obitum ſanctam donare quietem
Dignetur Chriſtus vita ſaluſque mea.

44 *Utrumque hoc epigramma recitat etiam Peyratus lib. 1. ca. 28. Pergit Capella in Chronico*: Et ſicut ſcriptum eſt ſuperius, ipſe fecit ædificare tres eccleſias, videlicet eccleſiam S. Richarii in Occidente, eccleſiam S. Mariæ in meridiano, & minorem eccleſiam S. Benedicti in Oriente. Et ſic bene intelligendum eſt clauſtrum triangulare in honore Trinitatis, ſub uno & eodem tecto. Et in medio ſoni, ſub fluvione domum rigans, & ſerviens Fratribus, cum uno molendino ſtante in loco ſolfatorum modernorum. Et iſtæ tres eccleſiæ dedicatæ ſunt, ſicut dictum eſt, per 12. Archiepiſcopos, quorum nomina ſequuntur: Meginhardus Rotomagenſis, Georgius, Abſalon, Pleo, Childegardus, Theodoveus, Udelmarus, Benedictus, Brelleus, Joannes, Paſſinus, & duodecimus ignoratur.

clauſtrum triangulare eorum fuit,

E

45 Sequuntur Capellæ quas fundavit. *Harialphus altaria vocat*. I. eccleſia Sancti Salvatoris. Habebatur in ea de vette inconſutili Domini noſtri, de Cruce, de ſepulchro, de filo B. Mariæ, de Innocentibus. Capella S. Richarii, in qua quieſcebat totum ejus corpus, cum aliquibus ſanctuariis B. Mariæ Virginis. Capella S. Joannis Baptiſtæ, in qua erant oſſa B. Zachariæ ejus patris. Capella S. Petri, in qua erant oſſa BB. Petri & Pauli, & S. Clementis: & nunc dicitur CAPSA SANCTÆ PRIMÆ. Capella S. Stephani, in qua erant oſſa S. Simeonis prophetæ. Capella S. Quirini, in qua erant oſſa SS. Criſpini & Criſpiniani ſociorum Sueſſionenſium. Capella ſanctæ Crucis, in qua erat de ſancta Cruce. Capella S. Dionyſii in qua erant reliquiæ SS. Ruſtici (*MS. habebat* Juſti) & Eleutherii ſociorum ejus. Capella S. Maurici, in qua erant reliquiæ ejus & ſuorum ſociorum in agone certaminis. Capella S. Laurentii, in qua erant reliquiæ ejus & SS. Sebaſtiani & Valerii. Capella S. Martini, in qua erant reliquiæ ejus, & SS. Remigii, Vedaſti, Walerici, Lupi, Servatii, Germani. Et hæc omnia pridie Kalend. Januarii.

multis altaribus,

& reliquiis,

F

46 Item eadem die in eccleſia B. Benedicti conſecratæ ſunt Capellæ quæ ſequuntur. Capella S. Benedicti ad majus altare, in qua quieſcebant ejus oſſa, & SS. Antonii & Columbani. *Atque illa ſunt, quæ infra in Vita cap. 2. nn. 12. Nos admonemus, ia noſtro exemplari deſiderari, foho avulſo. Sequamur enim qua ibidem num. 13 extant*: Et altare S. Hieronymi *&c. Quod autem hic aa. 45. dicitur in altari ſeu capella S. Petri, in eccleſia Salvatoris*, Capſa Sanctæ Primæ; *id Joannes Capella in 33. Abbate* Hugone de Chemincourt, *qui temporibus S. Ludovici Regis vixit, ita explicat*: Iſte Hugo de Chemincourt viſitavit feretrum, quod dicimus SANCTÆ PRIMÆ, id eſt, primitivæ fundationis Eccleſiæ militantis, quia in eodem requieſcunt quamplurima corpora Sanctorum, Petri, Pauli, Joannis Baptiſtæ, & aliorum Confeſſorum & ſanctarum Virginum.

(de quibus alibi)

47 *Enumerat infra ipſemet 1. Angilbertus, quas adhuc corraſerit reliquias Sanctorum, quarum & indicem ex Centulenſibus monumentis texit Joannes Capella, qui & iſta ſubnectit,*

A *in 13. capſas impoſitas,*

neſſit, eb Sanſto quoq; Angilberto ex parte indicata: Omnes iſtas reliquias incaſſari fecit (*S. Angilbertus*) in tredecim capſis aureis, & argenteis, gemmis pretioſis adornatis. Impoſuit prædictas capſas ſuper unum altare argenteum, dedicatum in honore B. Mariæ Virginis. Et in quolibet prædictarum trium eccleſiarum conſtruxit unum pulpitum marmoreum, decoratum & figuratum varietatibus. In prima eccleſia ædificavit tria campaniſia, *campanis 71.* & in quolibet poluit 15. campanas: in ſecunda eccleſia unum campanile & 15. campanas: & in tertia eccleſia tondem. Et quamplurima ornamenta aurea aureata, expreſſa & declarata in Chronica papyrea.

48 *Dum autem allatas alunde reliquias ita exornat Angilbertus, multo etiam majorem domeſticis ſplendorem addidit, eorum, inquam, Sanctorum, qui Centula & vixerant & humati erant. S. Richarii, Sanctorumq; Caidoci & Adriani, ut c. 3. n. 19. & 20. narratur. De S. Richario idem biſce verbis teſtatur Joannes Capella:* Carolus Magnus Imperator & Rex, & dictus Angilbertus Abbas, in propriis perſonis ſtuduerunt tranſlatare corpus S. Richarii a tumolo terreo in feretro ſeu capſa aurea lapidibuſque pretioſis adornata. Et ipſum corpus S. Richarii incorruptum, quod jacuerat & quieverat 160. annis in ſepulchro, honorifice & cum magna devotione elevaverunt, ex licentia Adriani tunc Papæ. *Verſus, qui c. 3. n. 19. dicuntur a S. Angilberto compoſiti, & tumulo S. Richarii inſcripti, dividis idem Capella in 4. tetraſtica & diſtichon unum, hoc modo:* In ſepulchro, *ut ait, erant* verſus ſequentes: Aurea cœleſtem &c. Circa dextram partem: Poſtbabito mundi &c. In cacumine arcæ & ſuprema parte: Hic vitam ſunctis &c. Circa ſiniſtram partem: Huic Carolus Princeps &c. *Ac demum* circa pedes: Ipſius ut meritis capiat &c.

S. Richarii corpus poſt annos 160. incorrupte elevatur, ling; capſa argentea ſpoliatur.

B *cum deſcriptione:*

49 *De Vita ejuſdem S. Richarii ab Alcuino Flacco expoſita, quod breviter indicatur n. 18. ita ipſemet ſcribit ad Carolum Alcuinus:* Dominn ſemper venerabili ſemperque deſiderabili, piiſſimo ſanctæ Eccleſiæ tutori, gratia Dei ſemper Auguſto Carolo, veſtræ ſalutis perpes amicus Albinus. Rememorante veſtræ Excellentiæ pietate, in loco ſancto & merito venerabili Centula, cum & ego veſtræ gloriæ ſervat, veſtræ pietatis veſtigia ibidem proſecutur aliquantiſper commorarer, oraverat meam parvitatem vir magnos in Chriſto, Dominut & venerabilis Abbas Angilbertus, quo in laudem Cooditoris, qui mirabilit ſemper apparet in electis ſuis, quemdam libellum ſtylo ſimpliciori digeſtum de vita ſanctiſſimi ac vere magnifici Confeſſoris Richarii cultiur annotarem. Dumque eaauditis continoo precibus ejus, quæ ipſi Divinæ majeſtati exaudibiles & caræ noſcuntur, eumdem mihi exbiberi libellum petiſſem; non parum mirarus ſum, cur tanti nominis Confeſſor, quem tantarum virtutum operatorem eſſe conſtabat, quemque priſca fama miraculorum patratione poſt ipſos Apoſtolos oulli ſerebat ſecundum, tam modico geſtorum volumine potiretur. Idque mihi ſtupeſcenti innotuit jam dictus memorabilis vir Angilbertus, ac ſpirituales fratres ejuſdem ſaocti loci, haberi apud ſe, quin etiam apud diverſas Eccleſiæ, codicem alium grandioris quantitatis, in quo ſcilicet illa miracula legebantur, quibus nuu immerito ſanctum Chriſti Confeſſorem omnis Gallia artollebat: cujus ſimplex & minut polita locutio quia Fratribus ad * incitandum in populo apertior videbatur, ſufficere ſibi eamdem deſcriptionem conſenſerunt. Dumque in his, quæ rogabant, prænotandis jamjamque animos applicarem, repente veſtræ pietatis nuntio ſum cooventus, uti ea quæ tractabam ſic annotarem, ſicut revera veſtræ ſapientiæ auribur inferenda. Hinc ergo vocato notario, ac fixo præ oculis jam dicto libello, ea quæ referre videbatur de converſione, da moribut ..... dictatu admodum compendioſo, titulo Vitæ beatiſſimi Richarii almi Patris aptavimus.

ejus Vitam carat per Alcuinum ſcripſiſſe,

** an imitandum?*

probandum Caroli Magno?

50 *Sanctorum quoque* Caidoci & Adriani, *a quibus eſt s. Richarius converſus, renovavit ornaviteq; tumulos, addito ſingulis ePaſticho. De* S. Caidoco *agitur in Vita n. 20. Joannes Capella ſcripta illa fuiſſe tradit a dextris & ſiniſtris utriuſq; De* S. Adriano *iſta habet:* Circumcirca feretrum S. Adriani deſcripſit (*S. Angilbertus*) verſus ſequentes:

Corpore terreus qui cernitur atque ſepultus,
Gaudia pro meritis cœlica lætus habet.
Iſte fuit Franco Caidoco conſociatus,
Quem ſibi conceſſum Centula gaudet ovans.
Hic virtote valens deſpeait proſpera mundi,
Et mndo viventi gloria magna patet.
Quique Deo placuit, cœlorum regna petivit.
Nunc Angilberti carmine fulget. Amen.

AUCTORES L. B. D *renovat tumulos S. Caidoci & Adriani, addita epigraphe*

Hæc ibi. Sed quid ſibi vult verſus 3. Francoi *Non certe s. Caidocum Francum vult fuiſſe, quem* 10 Scotia genitum *aſſerit. Joannes Capella ambos* natos de Hibernia in partibus occidentalibus *ſcribit. Nomen eſt forte* S. Adriani *nam idem Capella, aut potius amanuenſis, nunc* Territorium, *nunc* Fucorium, *appellat; alteratrum vitioſe, ac forte utrumq; alibi* Fricorium. *Inſcripti ambo Martyrologio Anglicano Wilſoni & generali catalogo Sanctorum Ferrarii ad 1. Aprilis, ſed utrobiq;* Sadoc *eſt pro* Caidoco. *Colganus malnit ad 31. Martii referre, abſque allius tamen, ut fatetur, ſcriptoris auctoritate, eum* Caidocum *antea 24. Januarii dediſſet.* E

§. VI. *S. Angilbertus an Archicapellanus Palatii? Ejus mort, ſepultura.*

51 *Enſim ad obitum s. Angilberti accedimus. Triennio antequam e vita decederet, adhibitus eſt ab Imperatore, ut teſtis eſſet ejus teſtamenti, ac deinde illud obſervari curaret. ita Eginardus in Vita Caroli Magni, 28. Januarii, cap. 10. n. 38.* Diviſionem theſaurorum & pecuniæ ac veſtium, aliæque ſupelleCtilis, coram amicis & miniſtris ſuit, annit tribut antequam decederet, feoit, coureſtans eos, ut poſt obitum ſuum a ſe ſacta diſtributio, per illorū ſuffragium rata permaneret. *Et deinde n. 39. dicitur,* Deſcripcio atq; diviſio *illa,* facta eſt a gloriofiſſimo atque piiſſimo Domino Karolo Imperatore Auguſto, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 811. anno vero regni ejus in Francia 43. & in Italia 36. Imperii autem 11. Indictione 4. *Demum n. 44.* Hanc conſtitutionem arq; ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibut, Comitibuſq; qui tuoc præſentes eſſe potuerunt, quorum hic nomina ſcripta ſuot, fecit atque conſtituit. Epiſcopi Hildebaldus, Richulfus, Aro, Wolfarius, Bernoidus, Laidradus, Joannes, Theodulphas, Jeſſe, Hetto, Walrgaudut. Abbates, Fridogiſus, Adalongus, Engilbertus, Irmino. Comite, Walab, Meginherius &c.

Caroli Magni teſtamenti executor teſtis?

an. 811.

cum aliis viris illuſtribus;

F

52 *Hinc alia oritur quæſtio, fuerine vere Angilbertus* Archicapellanus, *ſive Summus ſacri palatii Capellanus, aut* Apocriſiarius? *Hincmarus in opuſculo ad Proceres regni c. 19. ita id officium exponit:* Apocriſiarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel palatii cuſtos, de omnibut negotiis Eccleſiaſticis vel miniſtris Eccleſiæ, & Comes palatii de omnibus ſecularibur cauſſis vel judiciis, ſuſcipiendi curam inſtanter habebant: ut nec Eccleſiaſtici, nec ſeculares, prius Dominum Regem abſque eorum conſoltu inquietare neceſſe haberent &c. *Et ca. 16.* Apocriſiarius, *inquit,* omnem Clerum palatii ſub cura & diſpoſitione ſua regebat. *Guilielmus Peyratus, ut 17. Februarii ad Vitam s. Fulradi dictum, tomum integrum de Capella Regum Chriſtianiſſimorum ejuſq; adminiſtris edidit.* Angilbertum *Archicapellanum, ſive Apocriſiarium fuiſſe, pronunciant idem Peyratus, Paulus, Petavius, Sammarthani. Citant Chronicã Centulenſe, ſive quam damus s. Angilberti Vitam, cujus auctorem faciunt Hariulphum, ut infra dicemus. Ee in ea quidem dicitur* Primas Capellanorum, *quod idem eſt ac Summus Capellanus. Verum ea Vita fere 300. poſt Angilberti obitum annis ſcripta videtur, ut infra oſtendemus. Citant & s. Adrianum Papam, qui in epiſtola ca. 1. n. 3. & ea. 3. n. 22. a nobis*

an ejus Archicapellanus fuerit?

aſſerunt quidem,

AUCTORE L. S. A

nobis citata eum miniſtrum Capellæ vocat: quod de omnibus dici Capellanis poterat. Neq; vel Carolus vel Alcuinus, cum eum Adriano aut Leoni commendant, illa unquam nomina Archicapellani *aut* Apocriſiarii *uſurpant. Hinc manet quoq; in opuſculo antea citato, minime inter Caroli Magni Archicapellanos Angilbertum numerat. Ita enim ea.* 15. *ſcribit:* Tempore Pipini & Caroli hoc miniſterium conſenſu Epiſcoporum per Fulradum Preſbyterum, tempore etiam Caroli per Engelramnum & Hildiboldom Epiſcopos, tempore demq; Hludovici per Hildutnum Preſbyterum, & poſt eum per Fulconem item Preſbyterum, deinde per Drogonem Epiſcopum, exſtitit hoc miniſterium executum.

Alii tanc id munus geſſerunt,

S. Fulradus,

53 *Quod autem Hincmarus*, conſenſu Epiſcoporum *legi ſolere Archicapellanum, confirmatur id Canone* 15. *Concilii Francofordienſis, celebrati an.* 794. *qui Canonis habet*: Dixit etiam Dominus Rex in eadem Synodo, ſe a Sede Apoſtolica, id eſt, ab Hadriano Pontifice, licentiam habuiſſe, ut Angilramum Epiſcopum in ſuo palatio aſſidue haberet propter utilitates Eccleſiaſticas. Deprecatus eſt eamdem ſynodum, ut eo modo, ſicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum Epiſcopum habuere debuiſſet; quia & de eodem, ſicut & de Angilramno, Apoſtolicam licentiam habeat. Omnis ſynodus conſenſit, &

Angilramnus Ep. Met. Hildebaldus Ep. Col.

B placuit eis eum in palatio eſſe debere propter utilitates Eccleſiaſticas. *Declaratus eſt igitur tunc Hildeboldus, ſive Hildebaldus, Archicapellanus palatii: quod munus geſſit uſq; ad tempora Ludovici Pii. Patet ex Ludovici Vita ab auctore incerto ſcripta, ubi ad ann. Chr.* 816. *qui erat Ludovici tertius, narrato Leonis III. Papæ obitu, qui contigit eo anno, vicesimo primo Epiſcopatus ſui, 8. Kal.* Junii, *ſucceſſorem ejus Stephanum venuſſe ait in Gallias:* Cui etiam, *inquit*, obviam Hildebaldum Archicapellanum facei palatii, Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem, Johannem Arelatenſem, aliorumq; miniſtrorum, Eccleſiæ copiam, procedere juſſit, inſulis indutos ſacerdotalibus.

uſque poſt annos mortem.

54 *Quando ergo tandem Archicapellanus fuit* 1. *Angilbertus? Sub Pipine ac deinde Carolo fuit* 1. *Fulradus, qui* 17. *Febr. ad* 1301 *Vitā dūxit. Ei ſucceſſit Angilramnus, ſive Ingelramnus, Metenſis Epiſc. vel mortuo, vel ob ſenium miſſionem petenti. Angilramno mortuo lectus eſt ad id munus Hildeboldus. Ex verbis Canonis citati*, Angilramnum habuerat, *colligere eſt, tum tunc mortuum fuiſſe, cum alii velint diu poſt ann.* 1300. *adhuc ſuperſtitem fuiſſe. Nam ſi vel eum Imperator eo munere abdicabat, ad id fortaſſis conſenſum quoq; Epiſcoporum & Pontificis flagitaſſet, aut certe cauſſam dediſſet factiſmi. Hildeboldus adhuc poſt* 1. *Angilberti mortem in eadem erat dignitate. Angilbertus ergo ab Hariulpho* Primas Capellanorum *eſt appellatus, vel quia quem* Miniſtrum Capellæ *fuiſſe legerat, neutiquam unum ex minoribus Capellanis fuiſſe credidit, tanta nobilitate, ſcientia, pietate, atq; apud Regem & Pontifices auctoritate; vel quia inter ceteros Capellanos eximius fuerat, ideo Primatem eorum dixit, etſi nullam in eos obtineret auctoritatē, qua quo tempore ipſe Abbas fuit, & ad illud munus gerendum idoneus, penes Ingelramnum & Hildeboldum erat.*

C *Quomodo ipſe Primas Capellanorum dictus?*

mortuus 814. 28. *Febr.*

55 *Mortuus eſt tandem Angilbertus* 18. *Febr. an.* 814. *diebus poſt Caroli Magni obitum* 22. *Sammarthani ſcribunt, an.* 817. *aut biennio priuſquam integro triennio. Non tamen, ut in Vita n.* 21. *habetur Indictione* 6. *ſed* 7. Sepultus eſt ante portam majoris eccleſiæ, ubi requievit 28. annis.

pie famoſeq; functus aliis?

56 *Luculentius mortem illius ac ſepulturam commemorat Joannes Capella, his verbis*: Viginti duobus diebus elapſis poſt mortem dicti Caroli Magni, anno 814. 12. Kal. Martii S. Angilbertus migravit a ſeculo, &, ut Chronica foliis 44. & 45. præclare narrat illis 22. diebus durantibus, die & nocte ſemper & continue exiſtens in in orationibus de nece & morte Domini ſui, ploratus & jejuuans, humiliter ſacramenta Eccleſiaſtica & neceſſaria requirens & ſuſcipiens, omnibus ſuis Fratribus in ſignum humilitatis & paupertatis ſepulturam Eccleſiaſticam ante portam magnæ eccleſiæ requiſivit, ut per omnes intrantes pedibus conculcaretur. D *humiliter ſepelit ſe ſibi;*

57 Et ibidem requievit ejus ſanctiſſimum corpus 28. annis: & ſuper ejus tumulum diſcipuli ejus inſcripſerūt, & in epitaphium compoſuerunt verſus ſequentes:

poſitum ad epitaphiū.

Extulit egregie quem mundo gratia vitæ,
Angilbertus is hoc membra locat tumulo.
Uſque viam Domini tenuit quo corpore viait,
Er modo cœleſti ſpiritus arce nitet.
Promeruit cœlum, pietatis jura tenendo,
Et templum Sancti Richarii renovans.
Quidquid amat Dominus, cum toto corde relegit,
Pauperibus largus, debilibus medicus.
Contulit Eccleſiæ molem ſamulando decorem,
Et famulis Chriſti ſe dedit in famulum.
Eccleſiæ regimen coluit virtutis amore:
Pro quibus æternum lætus habet bravium.
Martii bis ſeuis ſucceſſit morte Kalendis,
Et Domino ſtatum reddidit, aſtra petens.
Rex Regum Angilberto da Pater atque pius Rex,
Rex Legum vitam æternam illi da, quia tu Lex:
Lux lucem ſemper concede illi, quia tu Lux:
Pax pacem illi perpetuam dona, quia tu Pax.

E

§. VII. *S. Angilberti Tranlatio prima an.* 842. *ſecunda ſeculo* 11. *Vita, anniverſaria celebritas.*

58 *Tranlatum deinde in honorificētiorem locum* 1. *Angilberti corpus a Riboldone Abbate, qui tertius ab eo Centulam rexit. Tranlatio autem ea contigit eo anno quo Fecialet ſen Miſſi, trium fratrum, Lotharii Imp. Ludovici & Caroli, de pace inter eos ſancienda tgerum Confluentia in baſilica* 1. *Caſtoris, m ſcribit Nithardus li.* 4. *Is autē* 842. *Chriſti annus fuit, m ex uttuſſis Francorum annalibus patet. Nam Fuldenſes qui vocantur, ajunt eo anno* eclipſim Lunæ factam 3. Kal. April. 5. feria ante Paſcha, *qua perperam in editionibus Frebvri & Chriſmi facta dicitur in Kal. April.* 5. *feria, nam Kalendæ Aprilis eo anno inciderunt in Sabbatum ſanctum. Et diſerte habet Chronicon Fontanellenſe*: Anno Dominicæ incarnationis 842. Ind. 5. .... tertio Kalendas Aprilis ipſo die Cœnæ Domini, antequam aurora finem daret, Luna defectionem paſſa eſt. *Et plures habet conſentientes in eum annum charakteres. Sed legerunt illi* in Kal. *pro* 3. Kal.

Tranlatio an. 842.

59 *De ipſa tranlatione ita ſcribis idem Nithardus li.* 4. *ſub finem*: Et hoc fieri poſſe in Nonis Novembris viſum eſt: uſquequo pacis termino conſtituto diſcedunt. Qua quidem die terræmotus magnus per omnem penē hanc Galliam factus eſt. Eademque die Angilbertus vir memorabilis Centulo tranlatus, & anno poſt deceſſum ejus 28. (*in margine appoſitum erat* 29.) corpore abſque aromatibus indiſſoluto repertus eſt. Fuit hic vir ortus eo in tempore haud ignotæ familiæ. Madhelgaudus autem, Richardus & hic, ex una progenie fuere, & apud Magnum Karolum meritō magni habebantur. Qui ex ejuſdem magni Regis filia, nomine Berchta, Harnidum fratrem meum & me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honore omnipotentis Dei Sanctique Richarii conſtruxit: familiam ſibi commiſſam mirifice rexit. Hinc vita cum omni felicitate defuncta, Centulo in pace quievit. His paucis de origine mea delibatis, ad hiſtoriæ ſeriem redire libet. *Ita Nithardus.*

F

5. Novemb.

corpore ſine diſſolutione reperto.

60 *Tranlationem eam curavit Riboldus, ſive Ribaldo, decimus Abbas Centulenſis. De ea Joannes Capella*: Illis 28. annis elapſis, Fratres & religioſi hujus cœnobii, conſilio habito a prudentibus viris, & maxime a Radberto Abbate Corbejenſi, deportatum eſt ejus ſanctiſſimum corpus & ſepulcrum in capſa plumbea in oſtio ſeu porta Chori majoris eccleſiæ. *Colitur* 5. *Paſchaſius Radbertus*

curavit Ribaldus.

eodem

A *eodem quo S.Richar. die, 26. April. ut idem teſtatur Capel.*
fundum S. Paſchaſio Radberto, *Idem Capel. poſtea agens de Riboldo Abbate.* Iſte Riboldus, *inquit*, tranſtulit corpus S. Angilberti a loco ubi jacuerat 28. annis, ſcilicet ante portam majoris eccleſiæ, ad alium
additæ epigraphi. locum, ſcilicet in porta chori: *ac paulle poſt*: Iſte Riboldus ſuper cryptam aut tumulum S. Angilberti fecit deſcribere verſus ſequentes:

Hoc recubat buſto memorabilis Angilbertus,
Almificans hujus ſpiritus aſtra colit.
Biſſenis obiit menſis Martii ipſe Kaleudis:
Conſtruxit templum quod retinet tumulum.
Et fuit Auguſti Caroli ſub tempore Magni,
Dogmatibus clarus, Principibus ſocius.
Ante fores templi qui juſſit ſe tumulari,
Riboldo huc Abbas tranſtulit ac poſuit.
Poſt annos obitus bis denos ejus & octo
Corpore con....tus integer inſolito eſt.

noſtra & recudiſcata cuſtodia, 61 *Sapius deinde populatione hoſtili, atque aliis caſibus labefactata everſaq; Centula eſt: reſtaurata dein illa quidē, ſed non ea amplitudine ac ſplendore, quo eam exornarat Angilbertus. De Eagelardo* 21. *Abbate, qui Hugonis Capeti Regis temporibus vixit, ſtatua habet Jo. Capel.* Dictus Ingelardus juvenis & Diaconus licet Abbas, cœpit reædificare eccleſiam iſtam, non tanti ambitus quanti fuerat, ſed reſtringendo eo modo, quo eſt in quantitate de præſenti
B quod placuit omnibus, & maxime Hugoni Capet Regi.

62 *Interea & ipſum S. Agilberti ſepulchrum ſenſim obtritum oblivione, S. Geruinus* 5. *Abbas* 23. *qui S. Leoni* 9. *ſanguine erat ac familiaritate virtutumq; amulatione conjunctus, illud ſeculo Chriſti undecimo invenit, & reliquiis honorem, ut merebantur, habuit, quem Deus amplificavit, multis ad eas factis prodigiis. Ut ea ſit geſta res, enarrat ſapius cit. Capel. in hunc modum*: Iſte *Geruinus* tranſlatavit corpora ſancta SS. Caidoci & Fricorii, ſeu Adriani, confeſſurum & S. Angilberti: quia in quadam Eccleſia, nominata Gotze, in Lotharingia, dictus Geruinus reperat geſta S. Angilberti; & in ſcriptis viderat, quod cauſſa magnæ humilitatis ſepulturam elegerat in porta aut introitu eccleſiæ; & ſciebat ipſum motum a primo loco; fodere & inquirere fecit in introitu choti hujus cœnobii. Et fodiendo & inquirendo repertum eſt corpus Domini Nithardi 12. Abbatis & filii dicti Angilberti, ſepulti in ſepulchro * uemoreo cum ſale: & plane apparebat de vulnere & plaga in capite, quod receperat in bello contra Danos, quo migraverat a ſeculo. Et hoc viſo reponi fecit, & in loco antiquo verſus Occidentem fodere fecit. Et miniſtri fodiendo ſarculis repererunt ſuper pavimentum quatuor monoſyllaba, Rex, Lex, Lux, Pax. Et illa nomina erant prima & ultima ſui primi epitaphii: & hoc ea conſilio cujuſdam antiqui religioſi, nomine Teudelualdi, repererunt abſque mora ſanctiſſimum corpus: ex cujus ſepulchri apertione omnis ſuaviſſimus odor, non ſolum præſentibus, ſed in omni ambitu loci ſparſus. Invenerunt que omnia oſſa in maſſa & confuſione poſita, & involuta in pallio ſerico viridis coloris, non putrefacta, ſed recondita & translata per Dominum Riboldum, 10. Abbatem, de loco ad locum. Et ex illa inveſtigatione fuit certus dictus Geruinus. Unde inſtituit ſecundam translationem ſolennizari dicti S. Angilberti, quia per ipſum Abbatem præ timore inimicorum, Saracenorum & paganorum, fuerat ibidem repoſitum. Et quia dictus Riboldus in ſepulchro plumbeo poſuerat ſchedulam, in qua continebatur quod ibidem quieſcebat corpus S. Angilberti. Et in inſtanti elevavit corpora SS. Caidoci & Adriaoi, & ea impoſuit in capſa ſeu feretro argenteo, lapidibus pretioſis ornato.

Vita Geruſia reperta, 63 *Quam S. Geruinus in cœnobio Gorſienſi reperiſſe S. Angilberti Vitam dicitur, ea an uſpiam extet haud ſcio. Illa certe, quam nunc damus, cum ipſius S. Geruini meminerit, ſub tomet aut ejus ſucceſſore compoſita eſt. Ejus auctorem Paulus Petavius & Peyratus, Hariulfum Centulenſem mo-*

nachum vocant, opuſq; ipſum citant nunc Vitam S. Augilberti, *nunc* libros de reb. geſt. Eccl. Centulen. *& capita nonnunquam exprimit Peyratus. Eam nos deſcripſimus ex cod. Centulen. quem nobiſcum communicarat D. Joan. a S. Martino monachus Congreg. Fobenſis, Petri Lovets IC. Bellovacenſis germanus. Sed mutilus erat aliquot folia, ut proinde mutila ſit Vita: neque uno ſtyli tenore deducta, ſed nunc quadam ipſius ſcriptoris, nunc S. Angilberti verbis referuntur.*

AUCT. l. 2. D

ob Herluſi ſolitæ potentia, aut nova compoſita.

64 *Alium in idem natalis ſumus librum hoc exordio*: Chronica abbreviata ſuper geſtis & factis Dominorum & Sanctorum Abbatum hujus ſacri cœnobii & ſacratiſſimæ eccleſiæ Patrum noſtri S. Richarii, Ambianen. diœceſis, Ord. S. Bened. edita, compilata, & extructa, ex conſenſu, voluntate deliberata, mandato &c. juſſu Rev. in Chriſto Patris ac Domini D. Euſtachii, Divina permiſſione ejuſdem Eccleſiæ & cœnobii Abbatis, an. Dom. 1492. menſe Maii, per me Joan. de Capella Presbyterum humillimum, in artibus Magiſtrum, Curatum de Homiert, Capellanum S. Bened. Notarium q; Apoſtolicum, ortundum de dicto loco, e diverſis libris, codicibus, inſtrumentis publicis, litteris, chartis, & aliis monumentis &c. *Quo nes commentario jam ſapius uſi ſumus.*

Alia de eo ſcripta in chronico reſecuerit.

65 *Citat Peyratus lib.* 1. c. 30. Anſchetrum Abbatem Centulenſem MS. lib. de miraculis S. Angilberti ad Radulphum Remotum Archiepiſcopum. *Ea ſunt, opinor, miracula, qua Vita ſubjecimus ex eodem Centuleaſi codice. Non enim dem eſſe Vita S. Angilberti & miraculorum ſcriptorem colligere eſt ex iis quæ n. 1. habet*: Dignum eſt paucis perſtringere, quis, quantuſve in vita mortali fuerit. *Eadem miracula a Joan. de Capel. jam tit. narrantur.*

Miracula ab Anſchetro ad Archiep. Rem. poſt an. 1109. E

66 *Hiſce aliisq; commentariolus ſubnectitur, ex ipſiuſmet S. Angilberti ſcriptis, de Saalternm reliquiis, earumq; thecis, de naſis ſacris aliis; ornatu eccleſiæ Centulenſis, & ritu pſalmodiæ perennis, qualis fere in Gratia fuit Acœmetarum, & aliorum quorundam in Gallia monaſteriorum; quem ritum inſtituit ordinavitq; S. Angilbertus.*

l. Angilberti commentar. de vetlig. &c.

67 *Demum explicatur, quod illius ævo Centulam inhabitarent eppidum, quid monaſterii penderent. Qua Henricum S. Angilberti ſucceſſorem, jubente Ludovico Pio Imp. in tabulas retuliſſe tradit Joan. Capel. & poſt eum Ignatius Joſephus a Jeſu Maria.*

Centula provincia

68 *Habemus mſ. Martyrol. ex Nobiliacenſi cœnobio, ſive S. Vedaſti, in urbe Atrebatenſi, quod olim monaſterii Centulenſis, ſive S. Richarii fuit, ait recentiore manu adſcriptum eſt. Titulus eſt*: Martyrologium ſecundum Bedam per anni circulum. *Eſt tamen, ut alibi indicavimus, inculcme interpolatum. In eo ad* 12. *Kal. Martii ita habentur*: Cœnobio Centula, depoſitio S. Angilberti Abbatis, qui ſeptimus poſt B. Richarium Centulenſe monaſterium feliciter rexit: cujus corpus cum 28. annis eſſet ſepultum, incorruptum repertum eſt. *Brevius de eo Hugo Menard. in Martyr. Benedict.* Centulæ monaſterio S Angilberti Abbatis, generi quondam Caroli Magni. *Idem l. 2. Obſerv. fuſius ejus vitam pertexit. Andreas Sanſſ. in Mart. Gallic. celebrat eum quoque hoc elogio*: Centulæ monaſterio in Ambianenſi præſulatu, S. Angilberti Abbatis, generi quondam Caroli Magni, qui ſpreta mundi gloria, calceatiſq; deliciis, Chriſti jugo corpus ſuum ſervire coegit, admirandiſque virtutibus & doctrinis micans, poſt longa pietatis exercitia, ſancto fine quievit.

S. Angilberti nomen in Martyrol. 18. Feb.

69 *Idem Sanſſ. in Supplemento Martyrol. eodem die Translationem S. Angilberti conſignat, his verbis*: In monaſterio Centulæ Ambianenſis diœceſis, translatio S. Angilberti cœnobiarchæ, quondam generi Caroli Magni. Qui laudem perennem Deo, in eccleſia ſui monaſterii, titulo Sancti Salvatoris a ſe confecrati, inſtruit: magniſque editis Chriſto prorſus deditæ mentis ſignificationibus, conſpicuus Evangelicæ perfectionis meritis, Angelicos in choros ſuſceptus eſt. *Prima Translatio anno* 842. *facta eſt, die* 5. *Novembris, qua Dominica erat, littera Dominicali A, ut antea oſtenſum. Et ſolent*

Translatio ala 2. eodem ſolo memoria eodem die;

A *ejuſmodi celebritates fere Dominicis peragi, ut liberius affluere populo liceat. Quo anno ſecunda Tranſlatio ſub Geruino Abbate contigerit, nuſquam adhuc legimus.*

VITA

Auctore, ut dicitur, Hariulpho monacho;

Ex MSS. Centulenſibus,

CAPUT I.

S. Angilberti officia Palatina, connubium, bella, vita monaſtica.

1 ANno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, cum *a* Pippinus filiuſ Caroli cognomento Martelli, cum duobus filiis Ca- B rolo & Carolomanno, Francorum populis ſcepiro regio præſideret vir inclytus Angilbertus generis nobilitate illuſtris, animique induſtria ac probitate nulli ſecundus, palatinis atque regalibus negotiis implicatus degebat: & ſplendore ſuæ indolis eorumdem Regum animos in tantum ſui amorem accenderat, ut tamquam filium, vel fratrem cariſſimum vehementiſſime eum diligerent. Erat totius affabilitatis & cautiſſimæ jocunditatis efficacia cumulatus, & ultra ætatem tot ſtudiis honeſtatis decoratus, ſtatura quoq; elegantior & vultu venuſtiſſimus, ut mirum in modum omnibus, qui eum videre, vel audire poterant, veoiret in amorem: & Dei gratia, quæ ſibi in illo gratum cubile collocaverat, omnibus illum commendabilem exhibebat. Liberalibus quoq; ſtudiis ad unguem informatus, & donis gratiarum abundanter fœcundatos, conſilio parentum, amicorumque inſtinctu, etiam Principum, a quibus quammaxime diligebatur, tonſuram clericatus accipit: & titulo ſacræ religionis inſignitus, magnum lumen piæ converſationis miniſtrabat Palatinis.

2 Pippinus interea annis *b* duodecim regni faſtigio ſublimatus, diem clauſit extremum: & regni hæredes poſt ſe reliquit Carolum & Carolomannum fratres: ex quibus Carolomannus paucis poſt obitum patris ſuperC vixit annis. Sicq; totius regni monarchiam Carolus Magnus recepit, qui ideo Magnus vocatus eſt, quia ſapientia & viribus ac alacritate magnanimus, bellorum quoque diuturna tolerantia ac experientia magnificus fuit. Hic igitur Rex Angilberto amantiſſimus per omnia manſit, tam pro inſigni nobilitate, quam etiam pro morum honeſtiſſima probitate. Nam omnes de ejus proſapia viri clariſſimi, & Francorum Regibus familiares ſempet habiti ſunt, & clari: avi ejus & proavi aut in dignitatibus primi, aut dignitatum *c* magnalibus affines fuerout & propinqui. Præfatus ergo Rex Carolus in tantam amicitiam eum tenuit, ut quocumq; iter vel rediret, Domnum Angilbertum ſemper ſecum haberet, ob experram ſcilicet in eo prudentiam, & totam ad omnia fidelitatem. Et hæc ranta dilectio ad hoc procedit, ut eum ſecretorum conſcium & *d* Primatem Capellanotum faceret: ſibi quoq; eumdem Silentiarium ſtatueret: ut, in quo compererat prudentiæ altitudinem, ejus conſilio componeret totius regni utilitatem.

3 Dehinc ſuperuis donis cum ætate creſcentibus, ſacerdotii gradum, ſuperni inſtinctu amoris, & regali conſilio, ſuſcepit, ut videlicet cœleſtibus officiis decoratus, magis ac magis propinquaret ſuſcipiendis Pontificalibus inſulis. Tractabat nempe Rex præfatus illum ſublimare in arcem alicujus Metropolitanæ civitatis, utpote quem ubertim commendabat & generis claritas & D magnæ ſcientiæ diffuſa peritia.

4 Sed aliter accidit, quam Rex mortalis in ſua cogitatione exaxit. Nam Rex memoratus de Regina Hildegarda tres dudum filias genuerat, quarum ſunt nomina Ruttudis, Berta & Gisla. Ex his una, videlicet Berta, avidiſſimo amore & in clariſſimum virum Angilbertum oculos injecit, & quem in paterno amore ſuper omnes mortales convaluiſſe noverat, eumdem in ſponſi titulum & amoris remedium totis affectibus prævenire perE optabat. Sed quia genitorii ſenſibus hæc per ſe intimare puellaris animus trepidabat, egit tamen opportune, importune, ut hæc ſuæ mentis patſio patri Carolo veniret in notitiam. *f* Qui quidem moleſte tulit hujuſmodi votũ in cara prole exortum; ſed veritus ne res in pejus procederet, conſiderans etiam Domni Angilberti ingenuam u proavis nobilitatem, detulit filiæ ſuæ voluntatem: & initu conſilio cum Primoribus, die ſtatuto filiam accurate uc regaliter exornatam Domno Angilberto coojugem ſociavit eunctis faventibus, qui adeſſe poterant. Sic Domnus Angilbertus a ſacerdotii ſanctimonio deſciſcens, Regis gener effectus eſt, & ex toto ſocius copulæ nuptiali, duos filios *g* Nithardum, & Arnidum procreavit.

Data eſt etiam illi maximæ Franciæ magna pars in Ducatum, ut ſcilicet Regis gener honoris faſtigio non exceret.

5 Verum cum tantis honoribus functum mundus ex toto irretitum ſibi vendicaret . . . . *b* ac divinæ ſervituti quantocyus ſe ſubderet. Cujus vota Deus ex alto proſpectans, haud petitioni ipſius defuit. Nam cum peracta oratione a tumulo *i* Sancti recedens ad loca caſtrorum velociter exercitum ſequeretur, facta ſunt cœlitus fulgura & voces & tonitrua, & tanta vis imbrium, cum grandine terrifica, ut catervæ Danorum incredibili terrore concuſſæ ſolum vitæ refugium quærerent: & conſcenſis raptim ratibus a finibus Francorum ſe fugere ſummo deſiderio anhelarent. Itaq; victuria cœleſtis effloruit, ut Francorum ne capillus quidem da capite periret, Chriſto Domno auxilium ferente ſuo ſuturo inſtis Angilberto, auxilium etiam cœleſte impetraote emerito probatoque Citriſti milite Richario. Danorum namqua plutima moltitudo motoa cade & ſaltibus præcipitatis Deo vindice necata eſt.

6 Tunc Angilbertus peracta gratiarum actione ad ſacrum corpus B. Richarii, eventum cœleſtis victoriæ Regi denuntiavit Carolo. At ille exultans & rerum novitate admodum ſtupefactus, nomeo ſanctum Domini frequenti voce benedixit. Hinc Angilbertus, memor votorum, regiam majeſtatem ſecretius alloquens, ſupplex F exorat, ut ei facultatem largiatur, relicto ſeculi honoribus, Regi Chriſto militare, & emendationis vitæ ſemitam arripere, quo per dignos pœnitentiæ fructus ammæ damna valuiſſet reparare. His auditis Carolus, & ultra quam dici poſſit de tali voto pœnitentiæ lætior factus, ſive mora paruit, & dilectiſſimum virum talia poſtulantem hortatur quantocyus, ut quod ore voretur, jam rebus perficerer.

7 Sic uempe Angilbertus a Rege digrediens, Centulam revertitur, & contempto pompoſæ dignitatis faſtigio, primo omnium ſponſam ſuam nobiliſſimam Bertam, ſacro velamine conſecratam, loco congruenti torra idem cœnobium Centulenſe compoſuit, ſacris vigiliis, & devotis jejuniis, divinisque canticis cum multo fervore aſſiduG inſiſtentem. Quo peracto in cœtu monachorum Angilbertus ſolo proſternitur, & perfuſus lacrymis exorat humiliter, ut ſacræ converſationis habitum accipere mereretur. Et quamvis multa illi reverentia a Fratribus hujus loci curiuus impenderetur, ramen regulariter dilatus legitimeque probatus, velun Regula expoſcit, monachi indumentum & vere humilitatem in monaſterio Centulu ſumma cum devotione ſuſcepit.

8 Jam

A 8 Jam vero nullus mortalium enarrare prævalet, quanta auſteritate ſuum deinceps corpuſculum paverit, quas cruces, quæve tormenta ſuimet perſequutor ingeſſerit. Jam non decorem veſtium, non lectuli mollitiem, non cibi & potus ſuavitatem aut ſatietatem, ſpectacus eſt, nec ſomno largius indulſit: ſed toto mentis animo ſibimet quaſi iratus præteritos errores magis lacrymarum fœtibus diluebat. Orationibus & pſalmis noctis ac diei tempora præoccupans, lectionibus quoq; celebris mentem reformans ad vigorem compunctionis, ut juxta Prophetæ dictum ſacrificium Deo quotidie offerret, ſpiritum contribulatum. Hæc & his ſimilia, quæ referre longiſſimum eſt, reverendus Heros perſeveranter exequens, & ſeipſum Deo viventem, peccatis mortuum, cunctiſque ſeculi vanitatibus mórtificatum exhibens, meruit revocari in adoptionem filiorum, meruit effici vas idoneum in honorem, meruit audire unctione interiori: Dimiſſum eſt peccatum meum. Quia adhibito officio ſtercoris, id eſt, jugi memoria præcedentis delicti, ſiculnea hæc verſa eſt in olivam fructiferam, quæ jam amque plantaretur in domo Domini.

in opera pœnitentiæ ſecumbit.

Pſal. 50. 19

2. Reg. 12. 13.

a Pipinus cognomento Brevis, patre Carolo Martello an. 741. mortuo, regnum Francorum titulo Majoris-domus rexit cum Carolomanno fratre: & hoc vitam monaſticam amplexo, ſolus. Anno 750. Res Ioannitas a S. Bonifacio Epiſc. Moguntin. Zacheria Pontifici mandat, an. 754. a Stephano IV. P. unacum filiis Carolo & Carolomanno: obiit an. 768. regno in hoſce filios duos diviſo.

b *A prima inauguratione vixit in regno Pipinus 18. annis, a ſecunda minimum 14.*

c *Poſtquam l. 1. c. 30. pag. 187. citat hunc locum, ſed omiſsis vocem magnalibus.*

d *Quæ tamen id verum ſit, ſuperius dictum.*

e *An taxavit ſcripſerim, an catarxavit, vel charaxavit?*

f *Supra indicatum, ſuſpecta hæc eſſe.*

g *Id, ut diximus, aſſeritur ipſe Richardus.*

h *Hic decoras folium in exemplari, quo uſi ſumus.*

i *Richardi nempe, de quo in prolegomenis.*

CAPUT II.

S. Angilberti ſplendida ædificia: miracula.

a mortuo Symphoriano

9 a SYmphorianus Abbas eo tempore præfatum cœnobium regulari tramite gubernabat: qui a ſuis anteceſſoribus traditam ſibi cœleſtis vitæ arctam & anguſtam ſemitam virili inceſſu fortiter incedebat; quiq; vitæ hujus ſtadium cautiſſime percurrens, pervenit ad bravium, & quievit in pace, ſanctus ſtipendiis æternæ militiæ, & redimitus corona præmiorum.

eligitur Abbas,

C 10 Sed cum ille ſpiritualis exercitus monachorum diu ſtare non poſſet in prælio ſine Duce ac Tribuno gratiarum, electione concordi denominatus ac electus eſt egregius vir Angilbertus, quem ad tale officium faciebat idoneum & generis dignitas & ſcientiæ uberras & virtutum fertilitas. Et quoniam moris erat in locis *b* regalibus, ut nemo præficeretur abſque regio nutu, dirigunntur e clauſtro Fratres boni teſtimonii, qui auribus regis utrumq; tenuntient, & Abbatem mortuum, & Abbatem jam electum. Carolus autem hæc audiens, ſcilicet Fratrum unanimitatem conſenſiſſe in Domnum Angilbertum, multo favore annuit tantæ electioni, juſſitq; ut maturius perficeretur, quo Deo auctore loci utilitas augmentaretur.

b

Rege probante,

eumq; animante,

11 Tunc pii filii magiſtrum ac ſequacem pietatis ſibi in Patrem ordinari faciunt: jamq; ordinatum eum digno comitatu obtutibus regis repræſentaverunt. Eacipit illū Rex alacriter & jocunde, multaq; affabilitate ac liberalitate uſus circa illum, magnifice hortatus eſt, ut in aſſumpto ſanctitatis propoſito conſtanti ſtabilitate perſiſteret; regni opes ſuumq; conſilium numquam illi defuturum: tantum Deo devotus militaret & commiſſum ſibi gregem pabulo veritatis inſtanter ſatiaret. At memorabilis Angilbertus ardorem ſuæ mentis regiæ pietati facunde

lotimavit, quoniam ſcilicet monaſterium S. Richarii in Pontivo reſtaurare, & in amplioren ſtatum ædificiis, ornamentis, rebus quoque & moribus, Fratrumq; copia interius & exterius reducere ambiebat. Ad hæc, inquit, facienda regalem pietatem profuturam flagito, ut ſi quæ Deo digna ex veſtro auxilio perficere potero, vobis reputentur ad ſalutem animæ in æterno præmio. His peractis clementiſſimus Rex pie annuit, benigne favit, & omnia ſe facturum, quæ vir amantiſſimus poſtulabat, amicabiliter promulgavit. Qualiter autem hæc omnia parata ſint, ipſius ſancti viri ſcriptis ad nos uſque conſervatis, melius oſtenditur, quæ ſe habent in hunc modum:

AUCT. MARIUL. PHO, EX MSS.

D *& ſumptū ad reſtaurationem cœnobii pertinentia ſpendente,*

12 Ego igitur Angilberrus præſcriptus conſiderans ac diligentiſſima inveſtigatione & mentis affectu pertractās, qualiter una cum conſenſu Fratrum meorum, & omnium fidelium ſanctæ Eccleſiæ ceterorum & bonorum hominum, hunc ſanctum locum mihi, licet indigno, ab omnipotente Deo & excellentiſſimo Domino meo Carolo Sereniſſimo *c* Auguſto ad guberuandum commiſſum, auxiliante Deo in melius reædificare voluiſſem, ſecundum quod ratio permiſit laboraru curavimus. Quia igitur omnis plebs fidelium ſanctiſſimam atque inſeparabilem . . . *d*

ſtatuit ſpiritaliter reædificare monaſterium

c

d

13 *e* .... nii & Columbani: & altare S. *f* Hieronymi, in quo reliquiæ ejus & Effremi & Equitii: & altare S. Gregorii, in quo reliquiæ ejus, *g* Euſebii & Iſidoti, ſub eadem die, id eſt, Kal. Jan. ab eiſdem Epiſcopis conſecrata ſunt.

templum dedicatum,

e f

g h

E

14 Eccleſia autem B. Mariæ in ejuſdem Nativitatis die, id eſt, ſearo Id. Septembr. a quatuor venerabilibus Epiſc. videlicet, *i* Georgio, Abſalone, *k* Pleone & Geofrido, honore digniſſimo fuit dedicata: in qua & ſaccata ſunt altaria tredecim, nominibus iſtis: Altare S. Mariæ, in quo reliquiæ ejus, & *l* SS. Felicitatis & Perpetuæ, Agathæ, Agnetis, Luciæ, Cæciliæ, Anaſtaſiæ, Gertrudis & Petronillæ. Altare S. *m* Pauli, in quo reliquiæ ejus, & Barnabæ & Timothei. Altare S. *n* Thomæ, in quo reliquiæ ejus, & Ambroſii & Supplicii. Altare S. *o* Philippi, in quo reliquiæ ejus, Silveſtri & Leonis. Altare *p* S. Andreæ, in quo reliquiæ ejus, Gregorii & Alexandri. Altare *q* S. Jacobi, in quo reliquiæ ejus, Xyſti & Apollinaris. Altare *r* B. Jo. Evangeliſtæ, in quo reliquiæ ejus, & Lini & Cleri. Altare *ſ* S. Bartholomæi, in quo reliquiæ ejus, Ignatii & Polycarpi. Altare *t* S. Simonis, in quo reliquiæ ejus, Coſmæ & Damiani. Altare S. *u* Matthæi, in quo reliquiæ ejus, & S. Marci & Lucæ. Altare S. *x* Thadæi, in quo reliquiæ ejus Nazarii & Vitalis. Altare *y* S. Jacobi fratris Domini, in quo reliquiæ ejus, Gervaſii & Proraſii. Altare S. *z* Matthiæ, in quo reliquiæ ejus, & Hilarii & Auguſtini.

i k

aliud S. Altare.

l

& in eo aliæ ſeria,

m

n

o

p

q

r

ſ

t

u

x

y

z

15 Ipſa mœnia, quæ vocantur, turrita mole ſurgentia, tribus altaris conſecrata ſunt, videlicet in porta occidentali altare S. Michaelis *aa*: in porta auſtrali altare S. Gabrielis *bb*: quæ venerabilis Gilduardus Epiſc. conſecravit. In porta etenim ſeptemtrionali altare S. Raphaelis dedicavit religioſus Ambianorum Epiſc. *cc* Feſte pridie Non. Septemb. Cuncta totius monaſterii altaria fuerunt trigiuta. Præter hoc altare ſancti Salvatoris, & altare S Mariæ ciborio fabrefactis & aureis redimiculis ornata ſunt, & his tribus altaris circa lectoria mirifica parata.

aa

bb

alia item altaria,

cc

quorundā peculiaria ornamenta,

16 *dd* .... reparandi ſimiliter & ipſi uſque ad definitum tempus. Sic ad meuſam, ſic ad lectos, ſic ad omnia omni tempore eabatur, ut indeficiens pſalmodia in eccleſia Salvatoris omnitempore permaneret.

dd

aſſidua illi pſalmodia.

17 Jam vero perfecta ſtructura majoris baſilicæ, cum in eadem marmoreæ columnæ ad ornatum templi erigerentur, una illarum decore ac magnitudine præſtans, iuter manus erigentium ſubito collapſa decidit & confracta eſt. Tum vero mœror & triſtitia omnes invaſit, ipſum quoque venerabilem Angilbertum Fratreſque cunctos, intantum, ut illa die nullum am-

Calamitas ſuccedit.

AUCT. HARIULPHO, ex MSS.

plius opus facerent. At memurabilis Abbas notissima sibi arma corripiens, cibo potuque abstinet, & indutus cilicio tota nocte illa pervigil jacuit in oratione. Media autem nocte Angelus Domini astitit cum luce mirabili, & accedens ad columnam, digito præpalavir fractutam ejus, muxque eam pristinæ integritati ac decori restituit. Mane facto dum cœmentarii redissent, non solum integram columnam, sed etiam suæ basi impositam, rectissimeq; stantem invenerunt, ac proinde laudis honorem omnipotenti Domino reddiderunt.

A *prænuncit obitum per Angelum reparati & stigi.*

a *Ignatius Josephus a Jesu Maria pag. 440. scribit Symphorianum sextum Abbatem Centulensem fama sanctitatis celebrem fuisse, ac præcipua existimatis laude, anno 913. decessisse S. Mundegisilo, sive Mundegisilo, ut Regulam S. Benedicti Centula amplecteretur, Arbitror S. Angilbertu scribere voluisse: cum ipsemet c. 23. pag. 41. fatetur S. Richario adhæsisse Mundegisilum, 100. amplius annis ante Symphorianum. De eo agemus 30. Maii.*

S. Mundegisilus.

b *Non nominatur tamen Centula inter eo monasteria, quæ Regi Francor. vel militiam vel dona vel salus orationes debebant ieroribus Ludov. Pii, quæ recensentur to. 2. Francic. Chesn. pag. 323*

c *Hoc igitur sciepsum post ann. 800. quo coronatus Carol. ab Augustus renunciatus die Natiu. Christi. Via tamen dubium est, quia multo ante eam monasterii instauracionem molitus sit Angilbertus eodem jo vante Carola.*

d *Hic versus solum deerat in exemplari, quo usi sumus. Ex aucta difficile §. 5. seq. infra dictudis colligi potest; quid in eo scriptum fuerit.*

B

n *De S. Antonio agimus 17. Jan. agemus de S. Columbano 21. Nov.*

f *Colitur S. Hieronymus 30. Sept. S. Ephrem 1. Febr. S. Equitius 31. Aug. Joan. Capel. in chron. S. Equitium amicitia, prout S. Ephrem habet de S. Wulfranno.*

g *De S. Gregorio agemus 15. Martii.*

h *Quinam hi sint Eusebius & Isidorus ex multis nominum eorumdem, incertum. Eorum ossa hic fuisse ait Capel.*

i *His videtur Georgius sive Gregorius ipse Epist. Ambianen. decessisse scribit, ut inde conjectura liceat, hanc dedicationem factam ante ann. 800. quo scribit adfuit coronationi Caroli Magni.*

K *Hic Novio mensis fuit, alias Pica & Pilcon dicitur, ut habet Claudius Rubr. Oleon est Malbr.*

l *Colunter Ss. Felicitas & Perpetua 7. Mart. Agatha 5. Febr. Agnes 21. Jan. Lucias 13. Dec. Cæcilia 22. Nov. Anastasia 25. Dec. eadem, Gertrudis 17. Mart. Petronilla 31. Maii.*

m *De ea agimus 30. Jun. de Barnaba 11. Jun. de Timotheo 24 Jan. egimus.*

n *Colunter hi Ss. Thomas 21. Dec. Ambrosius 7. Dec. Supplicius sive Sulpitius, Pius fortasse Bononiensis Ep. 17. Jan.*

o *Natalis horum Ss. Philippi 1. Maii, Silvestri 31. Dec. Leonis 1. Papa 11. April.*

p *Colitur 2. Andreas 30. Nov. 2. Gregorius 12. Mart. 2. Alexander Papa M. 3. Maii.*

q *S. Jacobus Major colitur 25. Jul. Xystus Ep. Romanus 1. Sept. Apollinaris item Ep. Ravenn. 23. Aug.*

r *S. Joannes Evangelista 27. Decemb. Linus 23. Septemb. Clerus 26. Apr. Joannes Capell. habet: de suis vestimentis, Lini & Cleti.*

C

s *S. Bartholomæus 24. Aug. Ignatius 1. Febr. Polycarpus 26. Januar.*

t *S. Simon 28. Octobr. Cosmas & Damianus 27. Sept.*

u *S. Matthæus 21. Sept. Marcus 23. Apr. Lucas 18. Octobr.*

x *S. Judas Thadæus 28. Oct. Nazarii ac Vitales plures sunt.*

y *S. Jacobus Alphæi, qui, & Frater Domini dictus, 1. Maii. Ss. Gervasius & Protasius 19 Jun.*

z *S. Matthias 24. Feb. Hilarius Pictavens. 13. Jan. Augustinus 28. Aug.*

aa *Dedicatum 3. Kal. Dec.*

bb *Dedicatum 8. Kal. Apr. versus porticum meridianam. Capel. cc Si supra n. 14. dixit, memoratus Georgius, Ambianensis fuit, hoc v. Raphaelis altare non est eadem ætate consecratum.*

dd *Decessit feliciter.*

CAPUT III.

Acta & sepulchra SS. a S. Angilberto ornata. Ejus mors, translatio, inventio, miracula.

a *S. Angilbertum coætaneus Vitam S. Richarii dimensi,*

18 SAne a libellum de Vita S. Richarii sermone simpliciori digestum, evocato ad se Albino Magistro comptius atq; lucidius eumponi & scribi fecit, omissu illis miraculis, quæ Domini confessor in diversis locis ac regionibus copiose patravit, de quibus seorsum codex magnus habebatur. Hymnos etiam tam nocturnos quam diurnos, & antiphonas cum Responsoriis, sumpta materia de Vita ipsius, idem Albinus eumposuit. Tantum studium circa Dei cultum, & Sanctorum honorem, tantusque fervor incret viro Dei Angilberto, ut quidquid dejectum invenisset, erigeret; quicquid neglectum, excoleret; quicquid ineptum, componeret.

D

& hymnos de eo fecit

19 Studuit præterea idem Christi famulus Angilberrus sacrum tumulum B. Richarii magnificentius exornare auro, & lapidibus pretiosis ambire, versibus quoque metris idem mausoleum auro scripsit illustravit, in quibus & suam breviter ostendit petitam & ejusdem Sancti præclaram sanctitatem ac virtutem compendiose disseruit, ita dicens:

ornat ejus sepulchrum

Aurea cœlestem thesaurum contegit urna,
Cultorem Domini numine Richarium.
Stemmate præclaro, quem Centula protulit ista,
Quique loci Pastur floruit egregius.
Pusthabuit mundi, quo grandi fulsit, honore,
Amplas divicias sprevit, amore Dei.
Hic corpus proprium frangens certamine duro,
Vir pius & magnus semper in orbe fuit.
Hic vitam functis reparavit, lumina cœcis,
Leprosisque salus hoc reservante redit.
Plenus Apostolicis virtutibus atque loquelis,
Cœlestes tenuit semper in ore dapes.
Huic Carolus Princeps condignum mente benigna
Perficiens templum, condidit & tumulum.
Post *b* sexagenos & ecutum circitet annos,
Cum Domini servus integer eatat adhuc.
Ipsius ut meritis capiat cœlestia regna,
Regwaque Francorum pace quietus agat.

addit vers. suos a se scriptum

quibus mi sacrato opus celebrat,

E

& corporis interruptionē post 160. annos,

au Sancti quoq; confessoris & monachi Caydoci sepulchrum, jam pene obrutum, & vetustate collapsum, summa devotione removit, & ornate composuit, aureisq; litteris eum versibus decoravit, ita dicens:

sepulchrū S. Caydoci mutat,

Mole sub hac tegitur *c* Caydocus jure Sacerdos,
Scotia quem genuit, Gallica terra tegit.
Hic Domini Christi gaudens præcepta secutus,
Contempsit patrias *d* mente beatus opes.
Hinc sibi concrevit centeni copia fructus,
Et metit uberei pramia larga soli.
Huic Angilbertus fretus pietate magistra,
Et tumulo carmen condidit & tumulum.

c

d

Hæc sunt studia memorabilis Angilberti, quibus servorum Christi cineres humi quiescentes honorare contendebat: ut quorum membra pio amore amplectebatur in terris, eorum consortio potiretur in cœlis.

F

e moritur 18. Febr. 814. transfertur 842.

21 Obiit vero anno Domini octingentesimo quarto decimo, Indict. *e* sexta, duodecimo Kal. Martii, omni pietate & sanctitate ornatus, & sepultus est ante portam majoris ecclesiæ, ubi requievit viginti octo annis.

22 Hæc & alia multa antiquitatis monumenta in diversis chron. atq; Regum historiis de supradicto venerabili Patre reperiuntur, quibus nimirum ejus nobilitas sanctitasq; satis admodum declaratur. Jacuit autem corpus ejus in præscripto loco annis quamplurimis, usque ad regimen *f* Domni Gervini Abbatis primi. Siquidem post supradictum *g* Ribonem quamplures præfuerunt huic cœnobio Abbates, quorum nomina ob rerum cognitionem huic opusculo annectimus. *h* Nithardus filius Domni Angilberti præfuit Abbas, & Comes. Ludovicus Abbas regiæ stirpis. Raodulfus Abba & Comes, frater Judith Imperatr. Helgaodus Abba & Comes. Guelfo Abba venerabilis. Carolomannus Abbas, filius Caroli Calvi ex Regina Irmentrude. *k* Herberius Abbas. Hedevoldus Abbas. Gisbertus Abbas. *l* Fulcherius Abbas. Ingilardus Abbas. *m* Angelrannus Abbas piæ memoriæ. Et ita Dominus Gervinus Abbas, qui venerabile corpus S. Angilberti, multa investigatione quæsitum, & summa difficultate inventum, in lucem protulit, & prolatum eodem in loco,

f

g

brevem sub S. Gervino ab scribi fecit.

h

i qui inter nostros Abbates I

k

l

m

A loco, quo invenerat, recondidit. Sub eadem vero hora, qua de terra ſunt levatæ corporis ejus cauviæ, tantus odor ſuavitatis ipſam baſilicam, omneſq; loci officinas reſperſit, ac ſi balſamo cunctiſq; aromatibus omnia repleretur: terræ motus etiam magnus his in partibus eadem die factus eſt.

In S. Angilberti translatione, odor ejuſdem.

ipſe Centulenſis reparator

23 Iſte eſt ergo noſtræ quondam reparator & illuſtrator Eccleſiæ, qui diſperſa colligere, confracta ſolidare, & dejecta erigere novit: qui ipſum diabolum in ſemetipſo triumphans, victuriæ coronam promeruit: qui divitias largiſſimas cœlo condidit ore & manu, dum & verbo veritatis affluentia corda incredulorum irrigavit, eoſque ab iniquitate revocans, dignos & cœli hæredes fore edocuit: & ingentia auri & argenti pondera, ad cultum Eccleſiæ, & ad uſus pauperum, larga manu, ſed corde largiori, prærogans, diguum ſe utrobiq; fecit, qui reciperetur in æterna tabernacula. Hic eſt Angilbertus, quem Centulenſis concio poſt illum communem ſidus, Patrem dico Richarium, ſpecialis privilegio amoris digne complectitur. Quem ſuæ religionis auctorem, & totius pietatis renovatorem, eximiique honoris proviſorem, laude continua debet efferre. Quoniam titulum laudis & originem religionis, lumenque ſanctitatis, quæ beatiſſimus Paſtor noſter Richarius fœcunde noſtris in locis diſſemioavit; iſte vir memorabilis majori rerum ſolamine conſortavit, majori Fratrum numero accumulavit. Nemo vero ſentiat, quod nos hunc, quamvis pretioſi meriti ſit, beato Patri æquenius Richario: quoniam licet ille plantaverit, iſte rigaverit, Deus tamen per merita & orationes ſanctiſſimi Richarii amplius incrementum dedit. Et ſi quid laudis, ſi quid gratiæ percipit Angilbertus, hoc totum ſuperlative gemit & aluit Pater Richarius: in utroque autem Spiritus ſanctus.

& ſuccedens Paſtoranis

B

poſt S. Richarium,

24 Hunc itaque laude dignum mentibus fidelium commendavit Chriſtus Dominus, cum adveniente temporis plenitudine, prout in ſua æternitate præſciverat, his diebus ſignis miraculorum molem, qua humo tegitur, illuſtrat, & theſaurum miſericordiæ ſuæ in illo aperit. Dum ad ejus tumbam diverſos morbos languidorum ad ſanitatem reducit. Lætandum eſt igitur nobis gaudio ſpirituali, Fratres carliſſimi, quod & talem noſtri loci alumnum, imo patronum, nobis Pater miſericordiarum dederit, & talia, quæ per illum facere diſpoſuit, noſtris temporibus & aſpectibus clementer *m* inſeravit. Ad hoc enim hæc ita fieri confidimus, ut ad lumen juſtitiæ, & viam veritatis ſollicite evigilemus, & Dei noſtri nimiam caritatem oris & cordis devotione juC giter collaudemus, piiſq; ſtudiis mirabilem Deum in Sanctis ſuis ſemper magnificemus, cui in Trinitate perfecta, incommutabili, individua, eſt omnis honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

miraculis illuſtratur

m

ad ſuitatem aliorum pietatem.

---

a *De eo actum ſupra.*
b *De ætate S. Richarii egimus ad 26. April. quo colitur.*
c *Peyretus* Chaidocum *vocat.* d *Idem juxta.*
e *Imo ſeptima nunc erat Indictio.*
f *In ſeculo 2. Abbas fuit tempore S. Leonis 9. qui creatus 52. Feb. 1049. obiit 19. April. 1054.*
g *Hic 10. Abbas fuit, cranſtalis prima vitæ corpus S. Angilberti, ut ante dictum. Quod hic addatur ſupradictum, ergo mendum eſt falſum antea ejus mentionem: in iis forte quæ in noſtro exemplari deerant.* Ribaldo *alibi appellatur.*
h *Apud eundem Ignatium Joſephum poſt Ludovicum ponitur Ribardus, dicitur q. in conflictu adverſus Dacos vulnus in capite accepiſſe, ex quo dein mortuus.*
i Caroli Calvi conſubrinus, *in quis Ignatius Joſephus.*
K *Idem, pro hoc* Herberto *duos ſtatuit,* Gebertum, *qui 17. Abbas fuerit, & Hebertum, qui 18. At* Girbertum *Hedevvaldi ſucceſſorem omittit.*
l *Hic eidem auctori eſt* Falgericus. m *Hic* Ingerramnus.
n *An reſeravit, ſive aperuit?*

D

MIRACULA S. ANGILBERTI

Auctore Anſchero Abb.

Ex MS. Centulenſi.

1 AUxiliante Deo Salvatore noſtro, relaturus opera divina ob meritum Beati noſtri Angilberti ad ejus tumulum peracta, dignum eſt *a* paucis perſtringere, quis quantuſve in vita mortali fuerit: ut quicumque hæc legenda ſuſceperit, hac noxiæ crepidine ſubnixus, ſecurius quæ ſequuntur percurrat. Fuit ſiquidem generis nobilitate pr relarus, ſcientia artium liberalium doctiſſimus, ingenio acutiſſimus, catholicæ fidei cultor & amator tenaciſſimus, morum honeſtate & fidelitatis conſtantia Principibus acceptiſſimus, cœleſti vero Regi fide ac devotione conjunctus intimum, ut nec rerum copia, nec divitiarum abundantia, nec formæ elegantia, nec regiæ prolis nuptialis copula, ſeu immenſæ dignitatis largior potentia, eum a ſtudio divini timoris propulſare potuerint; quin abdicatis mundanis honoribus cum ſuis illecebris, erucem Chriſti bajulandam in contuberoio pauperum, id eſt, monachorum, pauper & ipſe, tota virtute acciperet, & de virtute in virtutem ubertim proficiens, Paſtor ovilis Dominici meretetur ordinari: ac demum poſt multum diviot ſervitii ſudorem, gaudium Domini ſui ſcliciter intrarer: ad cujus ſepulchrum poſt annos migrationis ejus *b* ducentos nonaginta & ſeptem hæc a Domino geſta ſunt miracula.

a

S. Angilbertus magnus in ſenatu,

E

factus poſtea monachus,

anno 4. miraculis ſtorioſus,

b

2 In villa quæ vocatur Durcatum, homo ſenex, ab ineunte ætate cæcus, cœlitus admonitus ut iret ad ſepulchrum Abbatis Angilberti, ſanaturus, ivit: ubi precibus & votis ſuis ſepulchrum nimio crepitu reſonare cœpit, & tam terrifico fragore concuti, ut nullus auderet accedere, vel propius ſtare. Sed cæcus, qui promiſſum lumen expectabat, non terruit fragore, donec die Dominica *c* decimo Kalend. Mart. lumen oculorum accepit. Hoc fuit initium miraculorum hoc rempore peractorum.

ejus ope equitem Normannum

c

cum ſepulchri fulgore,

item contractus,

3 Galterius de eadem villa Durcato, pedes & tibiai retrorſum natibus retortas & adhærentes habebar: ad ſepulchrum S. Angilberti delatus ſanatur. Alius mente captus, & furibundus, etiam ſanatur. *d* Alius cœleſti incendio in utroque pede ardens, ſanatur. *e* Quædam mulier de pago Vimacenſi, *e* intolerabili amentia tenebatur: ad tumulum Sancti perducta, ſanata eſt. Alia puella Corbejæ nata, unu brachio ferme privata, ſanata eſt.

d

e

F

amens, demoniaca, & ſenio igne laborans,

4 Hæc & talia dum fierent quidam ex familia monaſterii, tumulo Sancti adhærens propius, & *f* laſcivis verbis inſiſtens, mox divinitus a loco repulſus eſt, & ad pedes duodecim remotus eſt. *g* Belluaceuſis mulier brachiorum & manuum contractione damnata, ibidem recepit ſanitatem. Alia mulier *h* ex Domno Medardo caſtello viſum recuperavit. Humo territorii Noviomenſis cæcus, etiam juvenis de caſtello *i* Regia Ambianenſis territorii cæcus, ſanati ſunt.

pertuſum pontum,

f g

h

ſanata contracta, juvenis,

i

5 *k* Clericus miraculo Sancti non credens, & intra ſe maleficus imputans, ſubito in terram corruit, & cœpit frendere, ſpumare, manus & pedes in retram colligere, tum precibus Sancti ſanatus. *l* In pago Pontivo homo ex villa Dominicæcurtis, manu contracta & contrita, invocato S. Angilberto repente ſanatur. Alia puella *m* cæca lumen oculorum adepta eſt. *n* Puer mutus duodecim annis natus, locutioni plene redditus. *o* Quidam de Alciaco, peſtifero morbo agitatus, ſanatus eſt. Duæ mulieres a latronibus ligatæ, invocato S.

k

non credit puellus, ſanatur,

l

alius contractus,

m n

o

AUCT. ANSCHERO. EX MSS.

Angilberto ſolutæ *p* & liberatæ ſunt. *q* Homo contractis membris, ſanatus eſt. Puella oculo orbata, ſanata eſt. Mulier *r* cæca ab annis ſeptem, viſum recuperavit.

A

p q r

6 Homo de Ramvilla, a militibus captus, & catenatus, ter & amplius a vinculis ſolutus, deinde liberatus invocato S. Angilberto. *ſ* Mulier de Villa Centomputeï, habens unicum filium a prædonibus captum; a vinculis ſolutus liberatus eſt. Ex pago Ragnerici clauſa, puer a cativitate pede & poplite contractus, ſanatus eſt. Mulier de civitate Namnetenſi Britanniæ, utraq; manu contracta, invocato S. Angilberto ſanatur. Alia mulier cæca ſanatur. Alia mulier 20. annorum cæca ſanata.

ſ multi ſanati,

7 Puella de villa Hornodium, manu arida ſanata eſt. Alia puella de villa Condatus hydropica, ſanata. *t* Alia mulier contractione manus & dexteri lateris debilitate ſanata. Alia mulier cæca viſum recuperavit: erat de villa Altejcla. Quædam juvencula ſurda, auditum reſtituit: erat de *u* Britulio. Puer de S. Fuſciano membris contractus, ſanatus eſt. Mulier in confinio *x* Pinchimaci caſtri degens, debilis ab umbilico uſque ad calcaneum, ſanatur. Vir ſenex ex Compendii oppido, diutorna cœcitate oppreſſus, cum ex monte qui eſt prope Buxudem B. Angilbertum invocaſſet, ſanatus eſt. Quædam mulier ex Clarimonte detulit filium, contractum a renibus ad talom, ad præſidium S. Angilberti, qui ſanatus eſt.

t brimellis

u

ſurda contracti x curati,

B

y ſepul-chrū ſuū viſitatio perfecta,

8 *y* Godefridus Ambianorum Epiſcopus, ab Auſchero Abbate invitatus, ut opera dei tatis coram politus videret, decrevit rerum dicrum jejunium cum orationibus, ut Deus lucidius demonſtraret, quænam ratio circa hæc miracula deberet obſervari. Secunda die apparuit noctu lux magna eo loco incubans, ubi S. Angilbertus requieſcit.

tres a lapidibus liberati,

9 Cum Centula quandam nobilis tam Sanctorum religione, quam temporalium emmodorum ſecunditate redundans, totius provinciæ Puntivæ paterum refugium, & materna conſolatio prompta & hilaris, & omnium ram ſuorum quam exteriorum jura ſervans, antiqua & principali ſuorum inſtitutione, ſolennes nundinas die ſemper Sabbatorum exerceret; quidam latrones voluerunt ſpoliare quemdam, nomine Goslo: non poterunt nec illum ligare, vel tenere: item non poterunt aperire, nec levare ſaccellum plenum lana, quem quædam mulier portabat, atque per invocationem S. Angilberti. Quidam adoleſcens ex Druſiaco, a latronibus deprehenſus & in villa Bertonicurte ferreis vinculis & compedibus ſtrictus, invocato S. Angilberto liberatus eſt & ſolutus.

C

ager & ſanatus eſt ſenex,

10 De caſtello nomine Dominus-Medardus, molice a duodecim annis languens, valde debilis, ad tumbam Sancti ſervata eſt. Puer mutus, lingua diſerta loquitur. Vir brachium aridum habens per decem annos, ſanatus eſt. Vir a carcere liberatus. Mulier ex urbe Bellovacenſi ſanatur ægritudine. Surdus ſanatur. Quidam tota medietate corporis aridus, ſanatur. Duo juvenes a carcere liberati. Alius in Centola cuſtodiæ manus evaſit, catenam abſtraxit, & ad S. Angilberti tumulum convolavit, nullum poſſe eum impedire aut retardare. Homo toto corpore torgidus, ſanatur. Puer tredecim annis natus mutus, loquelam adeptus eſt. Humo de villa Troſſion-curtis, a vinculis ſolutus eſt. Alius eamdem gratiam adeptus eſt, mirum in modum. Apud villam Hangeſt quidam juvenis a carcere ſolutus eſt. A febribus multi ſanati ſunt in Francia, Flandria, Normania, Aquitania, & aliis locis. Puella de villa, Coodaros vocata, unios manus contractu ſanata eſt. Duæ mulieres de oppido Compendii, ſimili morbo ſanatæ.

y. ſepulchri liberati,

pilla: Tempore Auſcheri . . . . facta ſunt infinita miracula in hac eccleſia ad ſepulchra *St.* Richarii & Angilberti defunctorum jam erat 297. anni. D

e Hic eſt character an. 1110 quo littera Dominicalis erat B. Mirani Chron. habet: die Dominica primi Kalend. Maij. *Et incidebant eo anno Kalendæ Maij, uti & 20. Febr. ſive 10. Kal. Mart. in Dominicum.*

d Mirani Chron. Unus ſcutifer habena pedes poroſos & combuſtos, ſcripit ſanitatem.

n Explicat Chron. lunatica habens phreneſin, ita quod illi ligabant manus, nec eradicaret oculos, naſum, aures; immediate vulnit confiteri & recipere corpus Domini. Quo facto quievit, & facta eſt ſana.

f MS. Chronicon: verba deſipuria protulit.

g Idem Chron. addit: Quidam alius non in ſtatu gratiæ acceſſit contra columnas faſtimentes corpora ſancta: immediate depoſitus eſt extra eccleſiam, neſciens per quem aut quomodo.

h Capella: ex villa Domini Medardi, Gallice Dompmart. *Malbrancus* Dommartum vocat.

i Idem, Roya.

K *Ita id narratur in Chron. Joan. Capellæ*: Quarnus Clericus juvenes de Normannia peregrinantes, unus illorum inquietabat de miraculis ſuper iter, & non credebat, ſed ſubridebat: ſubito pollicitus eſt a diabolo. Alij tres devote vi & violentia eum adduxerunt: & liberatus eſt, & declaravit hoc fuiſſe punitione Divina. *Malbr. quatuor illos Clericos Centulam veniſſe ait, ut de miraculis S. Angilberti inquirerent, & occaſionem caperent nimis credulos Pontivenſes irridendi: vidiſſe quæ fama didicerant: ſed unum maleficii ea tribuiſſe, ideoque mox a demone arreptum, ſed alijs S. Angilberium inclamantibus liberatum.* E

l *Omittis hoc miraculum, & præ eo iſtud narrat Jo. Capel. in chronico MS.* Unus carpentator de Vimeutoſtona ſuper altiſſimam arborem cum ſua ſecuri cadendo deceſſum reclamavit S. Richarium & S. Angilbertum, & venit ſuper terram illæſus. *Quidam in alio codice ſervari.*

m *Addit idem Capel.* de Normannia de villa Longeul. *Malbr.* Longoculum vertit.

n *Capel.* Quidam natus de Turonis . . . . accendendo unam candelam cœpit loqui.

o *MS.* Quidam nominatus Dominicus, de villa S. Silvini, quæ nunc dicitur Auxy les moins juxta Heſdinium &c. *De S. Silvino & Alsiaco egimus 17. Febr.*

p *Capel. habet*, manc ligatas, de nocte ſolutas. *Malbr. habet ambas Cenomanenſes fuiſſe, apud Montenacum captas: ſed tam aliquoties annonam, quæ filo deferebatur, juſſiſſent ad honorem S. Angilberti dari pauperibus, ſolutas, vinculo ad ejus tumulum detuliſſe.*

q *In chronico MS. Capel. duo ſequentia ita explicantur*: Quidam de caſtello Montenac erat impotens, fuit ſanus. Quædam ancilla de Rue fuis colu ſuſtinta monocula, & ex vetu ferreo perdidetat oculum, requiendo Sanctus fuit videns ſirue prius.

r *Erat hæc de Normannia, ut habet chron.*

ſ *Idem MS.* Quidam alter de villa Centpuis Belnacenſis diœceſis juxta Someteul, cujus mater erat vidua, fuit caprus & fame & ſiti peribat ligatus incarceratus: precibus ſuæ matris orationem fundentis in hac eccleſia, ingreſſus invenit eum in domo propria. F

t *MS. chron. hoc ita deſcribit*: Godefridus Ambianenſis Ep. auferebat unam pauperrimam mulierem contractam de latere dextro, & habebat manum everſam: fuit ſana.

u *Capel.* de Britolio, Belnacenſis diœceſis.

x *In margine notatum, eſſe id quod Gallice* Penquigny *dicitur.*

y *Hic eſt, cujus Not. ſacta mentio. Colitur 8. Novemb. obiit anno 1118.*

a *Hinc patet non eumdem fuiſſe ſcripturem miraculorum, & Vitæ. Miraculorum, ut ſupra diximus, reddidit fuiſſe Anſbertus Abbas. Ex eodem mſ. ea damus.*

b *Obiit* S. Angilbertus, *ut dictum, an. 814. Si ad 814. addantur anni 111. De his miraculis in minoribus chron. Jo. de Ca-*

SCRIPTUM S. ANGILBERTI

De ædificiis, reliquiis, veſte &c. cœnobii Centulenſis.

11 NOverit inſuper lectoris diligentia, *a* nos plurima obmiſiſſe, quæ in vita ſua operatus eſt de ornatu iſtius eccleſiæ vir memorandus Angilbertus, quæ etiam ne deleantur oblivione, præſcnti opuſculo fecimus annotari. Nam altare B. Archangeli Gabrielis, quod eſt ſitum in porta meridiana, octavo Kalendas Aprilis in Annuntiatione S. Mariæ; Michaelis vero, quod eſt in porta Occidentali, tertio Kalendas Octobr. ab *b* Hildiuardo venerabili Epiſcopo, prædicti viri induſtria, optime ſuoc conſecrata. Ra-

a Multa e S. Angilberto petita.

phae.

A phaelis autem altare, quod eſt in porta Septemtrionali, pridie Nonas Septembris in honore ipſorum Archangelorum omniumque virtutum cœleſtium, a Jeſſe religioſo Epiſcopo eſt conſecratum. Reliqua vero mœnia ipſius monaſterii, eodem Domino cooperante, quæ hactenus conſpiciuntur conſtructa ſicut cernuntur, omnia a fundamentis ſtuduit cum turribus & capellis reformare, & ut habitatores illius in eo Miſſarum ſolennia frequentare & omnipotenti Deo delectarentur deſervire, ipſo adjuvante, muro curavit firmiter undique ambiri.

cum ſocellis & turribus.

e 12 *e* Dum enim præſcriptas eccleſias prudenti conſilio in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſuæque gloriosæ Genitricis & omnium Sanctorum ejus, ſicut ſupra ſcriptum eſt, ſundatas perſpiceremus, magno deſiderio, nimioque amoris ardore ſumus accenſi, ut ſecundum poſſibilitatem noſtram, eodem Domino miſerante, partem reliquiarum illorum Sanctorum ad ornandas eaſdem ſanctas Dei eccleſias adipiſci mereremur. Quapropter totis viſceribus, totaque mentis intentione contendimus, qualiter per auxilium omnipotentis Dei, & adjutorium gloriosi Domini mei Magni Imperatoris, de diverſis partibus totius Chriſtianitatis, quantas & quales, vel unde allatas, recondere in hoc ſancto loco valuiſſemus, prout

Reliquias congeſſit

per Carolum Magnum

B in conſequentibus pater. Id eſt, in primis de ſancta Romana Eccleſia, largiente bonæ memoriæ Adriano ſummo Pontifice, & poſt eum venerabili Leone Papa Romano: de Conſtantinopoli vel Hieroſolymis per Legatos illuc a Domino meo directos, ad nos uſque delatas. Deinde de Italia, Germania, Aquitania, Burgundia atque Gallia, a ſanctiſſimis Patribus, Patriarchis videlicet, Archiepiſcopis, nec non Epiſcopis atque Abbatibus, nobis directas. Seu etiam de ſacro palatio, quæ per tempora ab anterioribus Regibus, & poſtea a jam dicto Domino meo maxime ſunt congregatæ, per ejus eleemoſynam de omnibus partem habere, atque in hoc ſancto loco condigne recondere meruimus.

eosdemque

13 Sed de his, de quibus certi ſomus, & a prædictis ſanctiſſimis viris *d* breves recepimus; omnium illarum nomina in hoc opuſculo inſerere non negleximus, quatenus & a nobis & a cunctis ſucceſſoribus noſtris, qui per tempora in hunc ſanctum locum ſucceſſuri erunt, & hoc noſſe voluerint, magis donum Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem nobis, licet indignis hæc & cetera bona largiti ſunt, per omnia & in omnibus ſemper glorificetur, qui eſt benedictus in ſecula. De ceteris vero reliquiis, de quibus nobis incerta ſunt nomina, ab eiſdem ſanctis Patribus

d eorum deſcriptis cedulagum.

C receptis, minime ſcripſimus. Ceterarum autem, ſicut decrevimus, nomina iſto ordine notare curavimus. Primum reliquias Domini & Salvatoris noſtri, & ejus gloriosæ Genitricis, & ſanctorum Apoſtolorum, & ceterorum Martyrum, poſtea Confeſſorum, necnon autem ſanctarum Virginum, atque continentium ſubſecuti ſumus.

14 De Reliquiis Domini noſtri Jesu Christi.

Reliquiæ Chriſti,

De ligno Crucis Domini. De veſte ejus. De ſandaliis ejus. De præſepe ejus. De ſpongia ejus. De Jordane, ubi baptizatus eſt. De petra ubi ſedit, quando 5000. hominum pavit. De pane illo, unde diſtribuit diſcipulis. De templo Domini. De menſa ejus. De candela, quæ in Nativitate ejus accenſa eſt. De monte Oliveti, ubi oravit. De monte ubi transfiguratus eſt. De columna ubi flagellatus eſt. De ligaminibus unde ligatus fuit. De petra, unde crucem aſcendit. De ſepulchro Domini. De clavis, unde crucifixus eſt. De loco Calvariæ. De buccella, ubi ſel & acetum mixtum fuit. De petra, ſuper quam ſanguis de latere ejus ſtillavit. De lapide revoluto ab oſtio monumenti. De reliquiis Innocentium, qui pro eo paſſi ſunt. De monte Horeb. De lignis trium tabernaculorum.

Reliquiæ Virginis Mariæ.

EX MS. D & D. V.

De lacte S. Mariæ. De capillis ejus. De pallio ejus. De veſte ejus.

15 Reliquiæ Apoſtolorum & Martyrum.

De barba S. Petri Apoſtoli. De ſandaliis ejus. De caſula, de menſa ejus. De menſa S. Pauli Apoſtoli. De orario ejus. De cippo, in quo miſſus fuit. De cruce S. Andreæ Apoſtoli. De manna S. Joannis Evangeliſtæ. De reliquiis e Apoſtolorum Jacobi, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, Thadæi, & Mathiæ, Barnabæ & Timothei. De oſſibus *f* Zachariæ Patris Joannis Baptiſtæ. Reliquiæ *g* Simeonis, qui Dominum in ulnas ſuſcepit. De capillis S. Joannis Baptiſtæ, De ſanguine & de veſte ejus. De coſtis S. Stephani. De lapide, unde lapidatus eſt. De craticula S. Laurentii. Digitus S. Apollinaris. De ſpongia *h* S. Symphoriani. Reliquiæ Martyrum, S. Pancratii, Vigilii, Siſinnii, Martyrii, Panſilii, SS. Geminotum, Fabiani, Valerii, Lucini, Pergentini, Coſmæ, Damiani, Anaſtaſii, Georgii, Alexandri, Caſſiani, Magni, Vitalis, Nazarii, Naboris, Celſi, Gervaſii, Protaſii, Innocentis, Laurentii, Tiburtii, Valeriani, Lini, Cleti, Clementis, Hippolyti, Chriſtophori, Felicis, Mauricii, Candidi, Exuperii, Victoris, Innocentii, Benigni, Sebaſtiani, Dionyſii, Ruſtici, Eleutherii, Cornelii, Leodegarii, Firmini, Xiſti, Saturnini, Quintini, Valentini, Marcelli, Luciani, Criſpini, Criſpiniani. De oſſibus quadraginta Martyrum, nec non de ſanguine aliorum multorum.

Apoſtolorum, *c* *f* *g* *h* *& Martyrum,* E

Reliquiæ Confeſſorum.

i S. Hilarii, Martini, Germani, Lupi, Audoeni, Eligii, Amandi, Aventini, Sulpitii, Remigii, Maurilionis, Albini, Servatii, Hieronymi, Equitii, Effrem, Gregorii, Auguſtini, Silveſtri, Leonis, Felicis, Iſidori, Donati, Benedicti, Columbani, Antonii, Iſaac, Vincentii, Paulini, Fortunati, Simpliciani, Gualaricis, Vedaſti. Huc uſque de ceteris Sanctorum reliquiis, de quibus a ſanctis Patribus, qui eas nobis largiti ſunt, nomina certa recepimus, ſeparatim Martyres vel Confeſſores deſcripſimus. Deinceps autem diſtincte aliorum Sanctorum nomina, ſive Martyrum vel Confeſſorum, quia non invenimus, minime ſcripſimus. Reliquiæ ex corporibus Sanctorum, quæ dedit *k* Paulinus Papa: S. Megimboſoi, *l* Praſci, Eugenii, Frontii, Fidelis, Simpliciani Faxidi, Gislanii, Speſati, Roberti, Galemeri, *m* Oſgoaldi.

i Confeſſorum, *allorū SS.* *k l* F *m*

16 Reliquiæ Virginum.

Sanctæ Felicitatis, Agathæ, Perpetuæ, Eugeniæ, Teclæ, Cæciliæ, Perronillæ, Euphemiæ, Fauſtæ, Euſtaſiæ, Alegundis, Columbæ, Feliculæ, atque Scholaſticæ.

Virginum.

17 His itaque, ſicut paullo ſuperius ſcriptum eſt, honorifice decenterque reconditis, in nomine ſanctæ Trinitatis cum multa diligentia præparavimus capſam majorem, auro & gemmis ornatam, in qua poſuimus partem ſupra ſcriptarum reliquiarum, quam cum ipſis ob venerationem illorum Sanctorum, quorum reliquiæ in ea recondi videbantur, ſubtus cryptam ſancti Salvatoris ponere ſtuduimus. Nam ceterorum Sanctorum reliquias, quæ ſupra leguntur conſcriptæ, per alias tredecim capſas minores, auro argentoque vel gemmis pretioſis honeſtiſſime paratas, quas a ſæpedictis venerabilibus Patribus cum eiſdem reliquiis, donante Domino, adipiſci meruimus, dividere, atque ſuper trabem, quam in arcu coram altare B. Richarii ſtatuimus, ponere curavimus: qualiter in omnibus locis, ſicut dignum eſt, laus Dei & veneratio omnium Sanctorum ejus in hoc ſancto loco ſemper adoretur, colatur, atque veneretur.

omnes in pretioſis capſis repoſitæ.

18 His

EX MSS.

A 18 His & aliis, quæ, prout donante Domino valuimus, elegantèr diſpoſitis, atque ex diverſis præſcriptis reliquiis ſupradictorum Sanctorum urnaris eccleſiis, diligenti mentis affectu tractare cœpimus, qualiter, Domino donante, ad hoc pervenire valuiſſemus, ut ſicut in ædificiis marmoreis, & in ceteris ornamentis, oculis honeſte clareſcunt humanis; ita etiam in Dei laudibus, in doctrinis diverſis & canticis ſpiritualibus, Chriſto omnipotenti placere valeamus. Quapropter e trecentos monachos, in hoc ſancto loco regulariter victuros, auxiliante Deu conſtituimus, optante & ordinantes, ſi non plus, illius numeri congregatio in perpetuum habeatur. Centum etiam p pueros ſcholis erudiendos ſub eodem habitu & victu ſtatuimus, qui Fratribus per tres choros diviſis in auxilium pſallendi & canendi interſint: ita ut chorus ſancti Salvatoris centenos monachos cum quatuor & triginta pueris jugiter habeat: Chorus S. Richarii centenos monachos, tres & triginta pueros habeat. Chorus pſallens ante ſanctam Paſſionem, centenos monachos, triginta tribus adjunctis pueris ſimiliter habeat. Ea autem ratione ipſi tres chori in divinis laudibus perſonabunt, ut omnes horas Canonicas in commune ſimul decantent omnes. Quibus decemer expletis unuſcujuſque chori pars tertia eccleſiam exeat, & corporeis neceſſitatibus, vel aliis utiB litatibus ad tempus inſerviat: certo temporis ſpatio interveniente, ad divinæ laudis munia celebranda denuo redeuntes. In unoquoque etiam choro id jugiter obſervetur, ut Sacerdotum ac Levitarum reliquorum ſacrorum ordinum æqualis numerus teneatur. Cantorum uihilominus & Lectorum æquali menſura diviſio ordinetur, qualiter chorus a choro invicem non gravetur. Quin imo omnes unanimes ſacrificium laudis Domino omnipotenti, pro ſalute glorioſi Domini mei Auguſti Caroli, proque regni ejus ſtabilitate continua devotione jugiter exhibeant.

19 Matutinali enim ſeu veſpertino officio conſummato, mox omnes chori ſe ordinabiliter ante ſanctam Paſſionem congregent, decem tantum pſalmis unieuique choro remanentibus: & ſic per portam S. Gabrielis, ac per ſtallam Domini Abbatis ambulando, per occidentalem clauſtri regionem cantando veniant ad S. Mariam. Ubi oratione pro temporis ratione depoſita, remeando veniant ad S. Benedictum in Orientali parte clauſtri ſitum. Inde per gradus arcuum intrent ad S. Mauricium: ſicque intrantes S. Richarii baſilicam, reſtituantur ſuis choris.

C 20 Illud etiam obſervari præcipua devotione mandamus, ut nulla dies prætereat abſque ſacrarum Miſſarum decantatione: videlicet, ut, ſi non plus, vel triginta a Fratribus diverſorum chororum per diverſa altaria Miſſæ quotidie agantur, excepto de conventu illis duabus quæ mane & meridie ſolennioſſime celebrantur; in quibus quotidie memoria ſanctiſſimi Papæ Adriani, & glorioſi Domini mei Auguſti Caroli, conjugis & prolis ejus, teneatur. Qualiter juxta verbum Apoſtoli, pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti, Salvatoris noſtri Deu obſecrationum vel orationum gratias jugiter perſolvamus.

21 Cumque præſcriptorum Sanctorum veneration altaria ordinata, atque de eorum reliquiis venerabiliter, ut ſupra legitur, a noſtra patvitate eſſent ornata; diligenti cura tractare cœpimus, qualiter ea ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, ob veneration Sanctorum omnium, in quorum honore ſunt conſecrata, de donis Dei & largitate magni Domini mei Caroli, ejuſq; nobiliſſimæ prolis, vel reliquorum bonorum hominum liberorum, mihi ab illis collatis, opere fabrili in auro, argento & gemmis ornare etiam, &, ubi loca convenientia exſtterent, deſuper q ciboria ponere potuiſſemus, ſicut prout eodem Domino cooperante valuimus, facere ſtuduimus. Id ſunt, in eccleſia ſancti Salvatoris, & S. Richarii altaria fabricata undecim, & ciboria duo, r lectnria auro, argento & marmoribus parata duo. In eccleſia D ſanctæ Dei Genitricis MARIÆ & ſanctorum Apoſtolorum altaria fabricata tredecim, ciborium unum, & lectorium optime paratum unum. In eccleſia S. Benedicti altaria parata tria. In eccleſia vero ſanctorum Angelorum Gabrielis, Michaelis, & Raphaelis altaria tria, quæ ſunt ſimul altaria triginta, ciboria & lectoria tria.

22 Nam de aliis vaſis & ſupellectilibus, habentur Cruces auro, argentoque paratæ ſeptemdecim, coronæ aureæ duæ, lampades argenteæ ſex, cuprinæ auro argentoque decoratæ duodecim, poma aurea tria, calices aurei magni cum patenis duo: item calix unus aureus magnus cum imaginibus, ſimul cum patena ſua: alii calices argentei duodecim, cum ſuis patenis. f Offertoria argentea decem. Ad caput S. Richarii tabula auro & argento patata una, oſtia majora auro & argento parata duo, alia minora duo: alia oſtiola ſimiliter parata duo, baltheus aureus unus: aramentatium optimum argenteum auro paratum unum, cuſtellus auro & margaritis paratus unus: codex ebureus auro, argento & gemmis optime paratus unus: t concha auro parata una: s ſuccenſaria argentea auro parata quatuor: u hanappi argentei ſuperaurati tredecim: concha argentea major cum imaginibus argenteis unà: boculeris argenteus unus, E urcei argentei cum aquamanilibus ſuis duo: Canna argentea una, eburnea una. Situlæ argenteæ duæ, ſinones argentei duo, clavis aurea una, ſimila argentea una, coronæ argenteæ cum luminibus tredecim, columnæ coram altari S. Richarii auro & argento paratæ ſex: trabes cum nonores cum arcubus ſuis argento paratæ tres: cochlearia auro parata tria, v cloccæ optimæ quindecim cum earum circulis quindecim: y ſchillæ tres: imagines æneæ ſex, ebureæ una: candelabra auro parata duo, uſtia auro parata ſeptem.

23 Inſuper donavimus tibi pallia optima ſeptuaginta & octo, cappas ducentas, dalmaticas ſericas viginti quatuor, albas Romanas cum amictis ſuis auro paratas ſex, albas lineas ducentas ſexaginta, ſtolas auro paratas quinque, z, ſanones de pallio auro paratos decem, aa cuſſinos de pallio quinque, ſaga de pallio quinque, caſulæ de pallio triginta, de purpura decem, de ſtorice ſex, de piſce una, de platia quindecim, de ceudato quinque. Evangelium auro ſcriptum, cum tabulis argenteis auro & lapidibus pretioſis mirifice paratum unum. Aliud Evangelium plenarium unum: de aliis libris volumina ducenta. Inſuper etiam plurima ornamenta in fabricaturis & in diverſis uſitatibus, in plumbo, vitro, marmore, F ſeu cetera inſtrumenta, quæ longum fuit numerare, proliXius ſcribere: quæ tamen tunc temporis appretiata ſunt, a fidelibus Dei & S. Richarii, qui nobiſcum Dei ſervitio laborantes extiterant, hæc omnia valere potuiſſe libras quindecim millia, vel eo amplius.

---

a *Videntur hinc liquere, ab eodem ſcripta hæc eſſe vel dictata, a quo & Vita.*

b *Cameracenſis Epiſcopus hic fuit.*

c *Hæc ex autographo S. Angilberti tranſcripta videntur. Et quod ait ſupra ſcripſimus, ad c. 2. n. 12. perſan reſpexit.*

d *Scripta, aut ſyngrapha, vel ſchedula, ac brevia de reliquiis teſtimonia ſancti gumus: ſive, ut habet Capella, inſtrumenta, Chartæ, documenta & approbationes fide digna.*

e *Feſta Apoſtolorum, quorum reliquiæ hic recenſentur, indicamus ad c. 2. Vitæ, vel vulgo nota ſunt.*

f *Colimus S. Zacharias 5. Novemb.* g *S. Simeon 2. Octobr.*

h *Sequentes hi diebus celebrantur: Symphorianus Auguſtodunenſis Martyr 22. Aug. Capella addit: Et de veſtimentis ejus martiris. De oſſibus Sanctorum ſequentium, Pantaleæ &c. Pancratius 12. Maii. S. Vigilius Ep. M. 26. Jun. Silvinius, Martyrius, Alexander 29. Ma. Pamphilus, 1. Jun. & aliis diebus alii ejuſdem nominis. Tergemius 17. Jun. Fabianus 20. Jun. Valerius 14. Jun. Licinius 7. Aug. Pergentius 3. Jun. Coſmas & Damianus 27. Sept. Anaſtaſia plures variis diebus, Georgius 23. Apr. Caſſianus 13. Aug. Magnus 19. Aug. quamquam hunc & alios ejus nominis. Vitalis 28. Apr. Nazarius & Celſus 28. Jul. Gervaſius & Protaſius 19. Jun. Laurentius 10. Aug. Vibertius & Vale-*

A & Valerianus 14. *Apr.* Linus 25. *Sept.* Cletus 26. *Apr.* Clemens 23. *Nov.* Hippolytus 13. *Aug.* Chriſtophorus 25. *Jul.* Felix 30. *Aug.* Maximianus, Candidus, Eugenius, Victor, Innocentius, 22. *Sept.* Benignus 1. *Febr. alius* 1. *Nov.* Sebaſtianus 20. *Jan.* Dionyſius, Ruſticus, Eleutherius 9. *Oct.* Cornelius 16. *Sept.* Leodegarius 2. *Oct.* Firminus 25. *Sept.* Xyſtus Ep. Remen. M. 1. *Sept.* Sixtus I. Papa M. 6. *April* II. 6. *Aug.* Saturninus 29. *Nov.* Quintinus 31. *Oct.* Valentinus 14. *Febr.* Marcellus 16. *Jan.* Lucianus 8. *Jan.* Criſpinus & Criſpinianus 25. *Oct.* 40. Martyres ante hac 9. nunc 10. *Martii*.

i *Horum ibi ſunt natales*; Hilarii 13. *Jan.* Martini 11. *Nov.* Germani *Autiſſiodorens.* 31. *Jul.* Lupi 29. *Jul.* Audoeni 24. *Aug.* Eligii 1. *Dec.* Amandi 6. *Feb.* Aventini 4. *Feb.* Sulpicii 17. *Jan.* Remigii 1. *Oct. vel* 13. *Jan.* Mauritionis, *ſive* Maurilii, 13. *Nov.* Albini 1. *Mart.* Surſuſii 13. *Mali*, Hieronymi 30. *Sept.* Equitii 21. *Aug.* Effrem 1. *Febr.* Gregorii 12. *Mart.* Auguſtini 28. *Aug.* Silveſtri 31. *Dec.* Leonis 11. *Apr.* Felicis 25. *Febr.* Iſidori 15. *Jan.* Donati 19. *Aug.* Benedicti 21. *Mart.* Columbani 23. *Nov.* Antonii 17. *Jan.* Iſaac 11. *Aug.* Vincentii 22. *Jan.* Pauli 22. *Junii*, Fortunati 1. *Jun.* Simpliciani 22. *Aug.* Gualatici, *ſive* Walarici 1. *Apr.* Vedaſti 6. *Febr.*

k *Arbitror hunc eſſe* 1. Paulinum *Patriarcham Aquileienſem S. Angilberti aequalem, & familiarem.*

l *Hic* Proſcus *forteſſis unus ex Priſcis, qui* 1. *Sept. colunntur.* Eugenius vero 15. *Nov.* Evortius 1. *Oct.* Fidelis 25. *Apr.* Simplicianus 22. *Aug.* Giſlaenus, *forte* Giſlenus, 9. *Oct.* Speratus M. 17. *Jul.*

m *Hic forſan eſt* 1. Oſwaldus *Rex*.

n *Colnntur hae ſanctae Virgines*, Felicitas 7. *Jun.* Agathe 5. *Febr.* Perpetua 4. *Aug.* Eugenia 25. *Dec.* Thecla 23. *Sept.* Caecilia B 22. *Nov.* Petronilla 31. *Maii*, Euphemia 16. *Sept.* Fauſta 4. *Jan.* Euſtaſia .... Aldegundis 30. *Jan.* Columba 31. *Dec.* Felicula 23. *Jun.* Scholaſtica 10. *Febr.*

o *Capella habet*, trecentos Presbyteros.

p *Idem*, centum alios, videlicet Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Acolythos, & alios in ſcholis &c.

Ciborium. q Ciborium *his tegmen, altari ad ornatum ſuperpoſitum, eſſe videtur*.

r Lectorium, *pulpitum eſt aut plutei, ſuper quo legitur Sacra pagina, aut Patrum homiliae: vel locus ipſe, in quo ea legantur: pro quo alibi* analogium *ponitur. Vide Voſſium de vitiis gloſſematis l. 3. c. 19.*

Lectorii.

Offertorium. s *An id pollubrum eſt, ut aqua excipiatur, qua in Miſſa Sacerdos manus lavit? an lanx aliqua, vel donaria auri, argentive, aut aeris, in qua ſacri partes quae dicitur* Offertorium, *imponuntur? aut qua ejuſmodi ante Sanctorum reliquias offerantur?*

Hanappi. t *Quae nimirum thus continent*.

u *Id eſt, ſcyphi, aut craſeres*.

x Clocca, *vel* clocetum, *aut* cloca, *campanum ſignificat*.

Cloccae Schilla. y Schilla, *vel* ſchella, *vocabulum eſt Teutonibus, quorum linguae utebantur tunc Pontivenſes, & Belgae plerique*.

Fano. Cuſſio. z *Quid* Fano *ſignificet, erudite explicat Voſſius l. 2. c. 7. pag. 201.*

aa Cuſſio *hic eſt pulvinar, a Teutonico* Kuſſen, *unde & nunc Gallicum* Couſſin.

a SCRIPTUM a HENRICI ABB.

C *de proventibus monaſterii S. Richarii ex ipſo oppido Centula.*

IN ipſa Centula habentur manſiones hominum ſeculariuм duo millia quingenta: unaquaque perſolvit denarios duodecim, pullos quatuor, uva triginta. Servitium Domini Abbatis & Fratrum ſemper debent, ubicumque neceſſe fuerit. Molendina quatuor: unde redditur *b* annonae permixtae ſexcenti modii, porcos octo, *c* vaccas duodecim. De mercato per hebdomadam 40. ſolidos. De commeatu per hebdomadam viginti ſolidos. Sunt ibi cibaria tredecim, quae reddunt unumquodque per annum decem ſolidos, & panes trecentos, *c* flatones in Litaniis unumquodque triginta. Cura animarum in portico S. Michaelis deſervit eleemoſynis Fratrum, valens per annum quingentos ſolidos. Sepultura pauperum & advenarum in nova villa in S. Albino reddit per annum centum ſolidos, ad portam Nobilium, ad faciendam inde eleemoſynam. Eleemoſyna Abbatis per unumquemque diem quinque ſolidi: pauperes quotidiani trecenti, viduae centum quinquaginta: Clerici ſexaginta. Manſorum unuſquiſque per annum ſoluit ſcatarum unum frumenti, ſimiliter avenae unum, & fabae unum. De matrimoniis per annum viginti libras. Judicium forenſium ſexaginta octo libras per annum. Item ibidem vicus negotiantium omni anno pallium unum valens centum ſolidos. Vicus fabrorum cuncta perſolvit ferramenta: valet per annum libras tres. Vicus ſcutariorum omnia voluminum indumenta tribuit, conficit, conſuit: valet triginta ſolidos. Vicus ſellariorum cunctas Abbati E & Fratribus ibi degentibus obſoniat ſellas. Vicus piſtorum centum panes per hebdomadam. Vicus ſerventium per omnia liber eſt. Vicus ſutorum cuncta famulorum & cocorum calcamenta tribuit Vicus lanificarum, omni anno quindecim ſextarios ſagiminis perſolvit. Vicus fullonum cuncta Fratribus filtra adminiſtrat. Vicus pellificum cunctas Fratribus pelles conficit & conſuit. Vicus vinitorum, ſexdecim ſextarios vini, unumque olei perſolvit per hebdomadam. Vicus cauponum unaquaque die triginta ſcatarios cerviſiae. Vicus militum centum & decem, unuſquiſque ſemper equum, ſcutum, gladium, lanceam, ceteraque arma exhibet. Capella Nobilium ſolvit omni anno libras duodecim thuris, & thymiamatis. Capellae populi vulgaris quatuor, unaquaeque ſolvit centum libras ceraе, incenſi tres. Oblatio ad ſepulchrum S. Richarii valet omni hebdomada marcas ducentas, aut trecentas libras, praeter alia donaria. *d*

EX MSS. D

proventus qui ab oppidanis monaſterio ſolvuntur.

b

c

d

a *Supra diximus*; Henricum *ſuiſſe* 2. *Angilberti ſucceſſorem. Is, ut Capella ſcribit, fuit coactus a Ludovico Pio Rege, deſcribere villas, poſſeſſiones, & numerum ſubditorum hujus Eccleſiae, & hoc anno Domini* 831. *Erat hoc ſcriptum abſque novo titulo reliquis adinſtum*. F

b *Capella*, 120. modia bladi.

c *Placenta genus, vulgo Gallice* flan, *vel* flaoa; *Trutvolbus* vlaeyen. *An forte* Flaones *hic legendum? Capella habet* flannos *ſeu* tartas. *Sequentia plerasque omittit; aliqua contrahit, Capella*.

d *Subnectit hic Capella oppida & vicos & villas, quae ad Eccleſiam Centulenſem jure adnotationis pertinebant*, 120. *Quae omnia ait eandem Henricum Abbatem deſcripſiſſe. Eadem Galliae deſcribit Ignatius Joſephus*.

DE S. THEOTONIO PRESBYTERO,

PRIORE MONASTERII SANCTÆ CRUCIS

CANONICORUM REGULARIUM CONIMBRICÆ IN LUSITANIA,

Commentarius prævius.

G. H.

§. *I. Prioratus ſanctae Crucis. Veneratio ſacra S. Theotonii. Acta ejus conſcripta.*

An. Chr. MCLXVI. XVIII. FE. 1 CONimbrica *Luſitanorum urbs ab antiquis memorata ſcriptoribus, ſed ab Alanis ita diruta, ut nihil praeter miſerandas antiquitatis ruinas locus, hodie* Condexa vetus *dictus, oſtendat. Ex hujus* Conimbricae *cineribus alia dein excitata urbs illuſtris*, vulgo Coimbria, *ſive, ut infra ſcriptoribus Vitae S. Theotonii aliiſque placet*, Colimbria *dicta, Principum ac Regum Luſitaniae primorum ſedes, utpote amaniſſimo loco ſita ad Mundam fluvium, qui duas urbis partes diverſas pulcherrimi operis ponte conjungit.* In Centulenſibus olim ubi regio

2 *In hujus civitatis balneo ſuburbano auguſtiſſimum Canonicorum coenobium anno, ut infra probabimus*, 1134. *extrui coeptum eſt & a Sancta Cruce nuncupatum, quod maximus* ſuburbio; monaſterium ſanctae Crucis;

AUCT. G. H.

ximus privilegiis Summorum Pontificum & Regum Luſi-
tania aliorumque Principum munitum, oppidis, villis, caſtris,
A *prædiis cum plena rerum temporalium ac ſpiritualium ju-*
riſdictione dotatum, viros eximios ſanctitate ac doctrina illu-
ſtres protulit, & hodienus præ reliquis hujus Ordinis cœnobis
apud omnes Luſitanos & Hiſpanos in veneratione habetur.
Imo cetera monaſteria, quæ in Luſitania inſtitutum Canoni-
corum ſervant, omnia ſubſunt illuſtriſſimæ Congregationi
ſanctæ Crucis Conimbricenſi, cujus dictum cœnobium caput
eſt, in quo illius Prior, ſive Abbas Generalis, degit, habeque
alia in Luſitania ſub ſe illuſtria cœnobia numero decem &
octo, quæ Gabriel Pennotus l. 2. Hiſtoriæ Clericorum Canoni-
corum c. 32. n. 4. & 5. recenſet, addiſque in regnis Hiſpa-
niarum ex ordine Canonicorum Regularium eam ſanctæ
Crucis Congregationem ſolam inveniri, in qua regularia
inſtituta maxime vigent.

caput Congregationis Canonicorum Regularium.

3 *Ad hoc cœnobium delata fuere ſacra corpora quinque*
Sanctorum ex Ord. Minorum, qui in Mauritania pro confeſſione nominis Chriſti fuſo ſanguine martyrii coronam fuerunt
an. 1220. adepti 16. Jan. ad quem diem eorum Acta illuſtravimus, diximuſque S. Antonium de Padua tum in illo cœno-
bio Canonicum ac Fernandum Martini vocatum, ordine
martyrii accenſum, Ordinem Fratrum Minorum S. Franciſci ingreſſum fuiſſe, ac ſanctæ in eo 13. Junii deceſſiſſe, ut
B *eo die plenius in ejus Vita referatur. Demum, ut ſcribit*
Antonius Voſconcellius in Anacephalæoſi Regum Luſitania
in Alphonſe I. n. 25. cœnobium ſanctæ Crucis tam amplis
cenſibus locupletatum fuit, ut ex iis poſtea Conimbri-
cenſis Academia, nulli ex iis, quæ in Hiſpanis ſunt,
opibus ſecunda, dotaretur.

In ej. vitæ S. Antonii de Padua.

ex ejuſque cenſibus fundata Academia Conimbricenſis primo ibi Prior S. Theotonius.

4 *Id monaſterium infra dicitur auctoritate Alphonſi*
Principis, & Epiſcopi Conimbricenſis inceptum a S. Theoto-
nio aliiſque undecim viris illuſtribus, quibus intra an. od ſe-
ptuaginta duos aucti is dotes Præſes eſt idem S. Theotonius,
qui Prior, non Abbas, appellari voluit, in eoque ſanctè 18.
Febr. deceſſit, inſcriptus ad eum diem variis Martyrologiis.
Ferrarius in Catalogo generali hæc de eo habet: Coimbri-
cæ in Luſitania S. Theotonii Presbyteri Ordinis Canoni-
corum Regularium. At Ghinius in Natalib. Sanct. Canon.
longe eum exornat elogio ex Vita ipſius deſcripto. Joannes
Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico ita illius me-
moriam conſignat: Conimbricæ in Luſitania S. Theotonii,
ex Canonicorum Regularium Ordine alumni, qui cum
monaſterii ſanctæ Crucis illius urbis conditor primus co-
gnoſceretur & Prior, clarus miraculis, moribus illuſtris,
operibus celebris, & paſtoralis officii munere conſpicuus,
C *hanc vitam eaueus miſeram, placidam Confeſſor celebris*
ſuperinduit in cœlis. Infertum itidem ejus nomen cum lau-
de, Martyrologio Luſitanicæ Conimbricæ anno 1591. edito,
& Hagiologio Luſitanico a Georgio Cardoſo an. 1652. vul-
gato: in quibus perelegantes epitoma geſtorum ejus ſermone
Luſitanico continentur.

Inſcriptus Martyrologiis 18. Feb.

Ferrarius in Catalogo generali.

Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico.

5 *Officium Eccleſiaſticum de eodem Sanctorum lectioni-*
bus propriis recitatur in Eccleſiis Cathedralibus, Bracarenſi,
Eborenſi, Conimbricenſi, Leirenſi & Viſcenſi, qua illo in Di-
vum Tutelarem aſſumpto, majori ſolennitate eum celebrat
diem. Quæ extant Officia proprio Canonicorum Regularium
Congregationis S. Salvatoris, Romæ an. 1623. excuſa, eum-
dem præſcribunt ritu ſemiduplici, ut vocant, colendum, offi-
cio communi Confeſſorum non Pontificum. Prudentius San-
dovallius in Hiſt. Eccleſiæ Tudenſis fol. 124. tradit in Bre-
viario Canonicorum S. Auguſtini geſta S. Theotonii adeo rerum me referri, *ubi eos potiſſimum Canonicos intelligit, qui ſub-*
ſunt Congregationi ſanctæ Crucis, in quo Officio Hymni etiam
particulares de ejus actis canuntur. Ex ea qui ad Novam
legitur, Tamajus Salazar hæc citat verba:

officium eccleſiaſticum de eodem.

Et Theotonius Crucis alta ſanctæ
Mœnia ponit.

6 *Vitam S. Theotonii extare manu exaratam in perve-*
tuſto codice monaſterii ſanctæ Crucis, & regio archivo, &
indiculo fundationis ejuſdem monaſterii ſcribit Cardoſus in
Commentario ad 18. Febr. & Tamajus Salazar, quiſe obti-
D *nuiſſe aſſerit* hujus ſanctiſſimi viri Acta integra bruteficio
Illuſtriſſimi Domini, D. Hieronymi Maſcareñas Luſita-
næ nobilitatis decoris & ſtudentium tutelaris infatigabi-
lis, ex Ordine Calatravenſi, cujus hiſtoriam meditatur,
Equitis, in Ordinum regio conſeſſu acerrimi Moderato-
ris, Philippo IV. Regi Catholico coronæ Submiſſi, Prio-
ris Guimaranſis Eccleſiæ, & Leirienſis Epiſcopi electi, qui
ex MS. codice pervetuſto monaſterii ſanctæ Crucis Co-
nimbricenſis illa fideliter extraxit. *Hoc Tamajus, qui ex*
illo Mſ. codice coætaneo, *ut appellat, Acta deſumpta edi-*
dit, quæ nos ex more in capita & numeros diſtincta damus,
& notationibus noſtris ut rerum breviario ad marginem
ſtrictim indicato illuſtramus. Auctor Vitæ fuis Canonicus
Regularis ejuſdem cœnobii ſanctæ Crucis, ac S. Theotonii
ſubditus: ita in Prologo ſe Clericum eſſe *indicat & par. 2. n.*
3. Gratias, *inquit*, ago, quia noſtris temporibus talem Pa-
trem habere meruimus, ſed & habemur. *Hinc ut n. 13. di-*
citur, ſæpe ex occaſione ad perſeverantiam vocationis
noſtræ & catenam obedientiæ pio nos Patris hortabatur
affectu: *& n.* 22. Tamquam bonus, *ait*, paſtor animarum,
totius gregis ſollicitudinem gerens, ipſe nobis in commu-
ni Capitulo Priorem elegit. *Et n.* 23. nobis reficientibus
ſumebat aliquid. *Et n.* 24. noſtrum ſanctæ Crucis mona-
E ſterium appellat. *Hinc in Prologo* ſcelus fore *dicit*, ſingu-
larem noſtris temporibus virum ſilentio premere, *neque*
lumen, quod inter nos fuit, manifeſtum reddere. *Præ-*
terea ad certitudinem hiſtoriæ illa ſunt par. 2. n. 9. multa be-
neficia & diverſorum morborum remedia ab eo experti
ſenus: *& n.* 1. quæ in eo vidi vel audivi: *n.* 21. Vidi plu-
rimos ad ejus genua provolvi. *Ab eodem moribundo ait ſe*
benedictionem accepiſſe, vidiſſeque lato vultu mori. Alia
narrat, ſicut Sanctus nobis referebat, *ita inquit in Prologo,*
& par. 1. n. 11. & par. 2. n. 21. & 28. Alia ſcribit, par. 1. n.
4. a religioſis viris audita, *aut n.* 11. ut certiſſime proba-
tum fuit. *Demum cum* Honorius Presbyter de captivita-
te Saracenorum liberatus *eſſet, quomodo id contigerit,*
dicere pro tempore intermittit, cum in ore totius vulgi pervulgatum
ſit; *oſtendens ſe variora virtutum ac miraculorum exempla*
proferre, quæ vulgo minus nota erant.

ex ejuſdem monaſterii.

ipſa ex ore ejuſdem monaſterii.

7 *Alia Tamajus Salazar* S. Theotonii Acta in antiquo
Legendario Eborenſi conſcripta, *ait* ſe accepiſſe *ab Em-*
manuele Faria de Sonſa Equite Chriſtifero, & totius Lu-
ſitaniæ hiſtoriæ Primate, *æque edere*, quia plurimam re-
dolent antiquitatem. *Eadem nos, non, ut ille, primo loco,*
ſed aliis antiquioribus ſubjungimus, ac tertio loco addimus,
quæ extat Vitæ epitome in Breviario Eborenſi, an. 1548. ex-
cuſo, in Lectiones novem diſtincta. Similes Lectiones, ſed
F *aliquanto breviores, ex Breviario Bracarenſi vulgavit San-*
dovallius in hiſt. Eccleſiæ Tudenſis fol. 125. & ſeqq. Hiſce am-
pliores eſſe Lectiones ait, quæ in breviario Canonicorum S.
Auguſtini continentur, quorum exordium fol. 129. profert
ejuſmodi: Vir vitæ valde venerabilis Donus Theotonius,
Colimbricenſis monaſterii ſanctæ Crucis primus Prior
Pater, fuit de provincia quidem Gallæciæ, civitate Tu-
denſi, vico Gamfey oriundus.

Vitæ alia datur eam eodem Tamajo, alia in Breviario Eborenſi.

8 *Eadem Vitæ extat in Hiſt. Vitarum Sanct. a Didaco de*
Roſario Ordinis Prædicatorum Luſitanice an. 1585. edita,
aſſeritque auctor ſe illam ex Breviariis monaſterii ſanctæ
Crucis, Bracarenſi, & Eborenſi collegiſſe. Aliquam Vitæ
ejuſdem Sancti epitomen edidere Joannes Marieta in Hiſt.
Eccl. Sanct. Hiſpaniæ l. 6. c. 42. Alphonſus Villegas in Flore San-
ctorum, in Appendice de Sanctis Hiſpaniæ, Thomas de Trujillo
to. 2. Theſauri concionatorum ad 18. Febr. Agunt de eodem
poſſim alii rerum Luſitanicarum ſcriptores. Et Voſconcellius
quidem in deſcriptione regni Luſitaniæ pag. 522. illa pronuntiat: Regularium Ordinum Prælatis egregia reliquit
ſanctitatis monumenta D. Theotonius Prior ſanctæ Cru-
cis illuſtriſſimi cœnobii ad Conimbricam.

ab aliis geſta ejuſdem deſcripta.

§. II. Ætas

A §. II. Ætat S. Theotonii & Reliqua: annus monaſterii ſancta Crucis extructi.

Initium regni Lusitaniæ obſcurum;

9 VAſconcelliut auſpicaturus Anacephalæoſes Regum Luſitaniæ ab Henrico Comite & Regum parente, *deplorat* caliginoſam eorum temporum hiſtoriam, cum majoribus Maurorum bello intentis, impenſior fuerit cura gladii, quam calami; & illuſtria gerera, quam ſcribere maluerint. *Plurima quæ ad hunc Comitem Henricum, ejuſque filium Alphonſum primum Luſitaniæ Regem ſpectant, ſuggerit auctor ceevus Vita S. Theotonii, quorum regiminis tempora cohærent, hic eodem calculo ſubducendo: eoque accuratiori, quod numeri aliqui tum annorum quam perſonarum ſint hinc inde culpa amanuenſium in Actis interturbati. Ita par. 2. n. 3. dum intra primum cœpti monaſterii annum tot Canonicorum numerus indicatur leguntur hæc verba.* Non jam duodecim (*ut cœperant*) ſed ferme undecim armati Chr. milites Apoſtolorum propoſito ſimul vivere profeſſi ſunt, *ubi loco* undec. *habet Didacus de Roſario* ſeptuaginta duos, *ut ad Apoſtolorum ac Diſcipulorum numerum alludatur. Eum autem ex Breviario ſancta Crucis numerum Didacus hauſit: qui uſquam in aliis Breviariis expreſſus.*

In Actis S. Theotonii illuſtratur;

In his aliquot numeri laborant;

B 10 *Natus eſt in Gallacia S. Theotonius circa an. Chriſtiana Æra* 1080. *aut aliquanto ſerius, uti infra, cum de obitu ejus agemus, conſtabit: adolevit cum eo regnum Luſitaniæ. Ei enim a tenue Comitis præfuit Henricus ab an. circ.* 1089. *cujus uxor Thareſia infra in Actis* Regina nobiliſſima *appellatur, quod eſſet Alphonſi* VI. *Hiſpaniæ Rege prognata. Nuptia ha indicantur in Fragmento Hiſtoria Francica ex veteri mſ. Floriacenſi ab an.* 997. *ad an.* 1509. *deducto, & primum a Pithœo, dein a Cheſneeto. 4. hiſt. Francorum a pag. 85. edito, ubi hæc pag. 89. de Alphonſo, ſive Andephonſo Rege leguntur:* Hic filiam Rotberti Ducis Burgundionum duxit in uxorem, nomine Conſtantiam, de qua ſuſcepit filiam, quam in matrimonium dedit Raimundo Comiti, qui Comitatum trans Ararim tenebat. Alteram filiam, ſed non ex conjugali thoro natam, Amrico uni filiorum ſuorum filii ejuſdem Ducis Rotberti dedit. Hoſque ambos in ipſis finibus Hiſpaniæ contra Agarenos collocavit imperium. *Hic autem Rotbertus Dux Burgundionum, & avus Henrici, fuit filius Roberti Regis Francorum, & nepos Hugonis Capeti.*

S. Theotonius naſcitur circa an. 1080. Comitis Henrici præſ. Luſitaniæ ab an. 1089.

e Duribus Burgundionum

& Regibus Francorum prognatus.

11 *Præerat tunc Eccleſia Catholica Urbanus Papa* II. *conſecratus an.* 1088. 4. *Idus Martii, die Dominica, qui dein an.* 1095. *in Gallias venient, celeberrimum habuit Synodum Claromonte* 18. *Nov. pro recuperatione Terræ ſanctæ. Tum, inquit Rodericus Toletanus l.* 6. *Rer. Hiſpan. c.* 27. ejus indulgentiis provocatus Bernardus Archiepiſcopus Toletanus, Crucis ſignaculo inſignitus, ut in Syriam transfretaret, Romam ivit. Sed prohibuit eum Dominus Papa Urbanus (*qui an.* 1096. *e Galliis Romam redierat*) ne Paſtoris abſentia novella plantatio periculo ſubiaceret. Per partes Galliarum rediit, ubi eligens de diverſis locis viros honeſtos, & litteratos, in Hiſpaniam ſecum duxit: & ni *c.* 28. *addit*, duxit etiam de Lemovicis Burdinum, quem primo fecit Archidiaconum Toletanum, poſtea Epiſcopum Coimbrienſem, poſtea Archiepiſcopum Bracarenſem: qui factus Epiſcopus fecit ſe Mauritium appellari. *Hic poſtea aſſumpto nomine Gregorii* VIII. *Antipapa ab Henrico* V. *Imperatore creatus eſt: dicitur a Roderico l.* 7. *c.* 5. Coimbriæ primas Epiſcopas conſecratus. *Verum ante eum Epiſcopus Conimbricenſis fuit Creſconius, avunculus S. Theotonii,* mortuus Æra Hiſpanica 1136. die 22. Junii, *ut ex codicibus pervetuſtis monaſterii ſancta Crucis trudis Saudovallius in hiſt. Tudenſi fol.* 128. *Eſt is annus Chr.* 1098. *quando non potuit Burdinus niſi altero jam anno fuiſſe Archidiaconus Toletanus, ac tum, ut legi debet apud Rodericum,* primo factus eſt Epiſcopus Coimbriæ, *dein* Bracaræ Archiepiſcopus: *cui Gundiſalvus ſucceſſit, cujus infra par. 1. nu. 6. fit mentio.*

Sub hac Comite

e Gallia addueitus ab Archb. Toletano Burdinus;

factus Epiſcopus Conimbricenſis, ut non primus: præceſſit Creſconius, mortuus an. 1098.

12 *At quamdiu Creſconius ſederit, aut quando ſit Epiſcopus creatus, necdum legimus. Fuerat ante* magiſter S. Theotonii in ſpiritualibus litterarum ſtudiis. *Verum cum hic* inter pueritiam adoleſcentiamque medius eſſet, *decem forſan ætatis ant duodecim annorum,* venit cum avunculo ſuo, *jam* Colimbrienſi Epiſcopo Colimbriam, & ſub Tello Archidiacono legendi & cantandi uſum Eccleſiaſticum plenarie didicit *ante obitum Epiſcopi, an.* 1098. *ut diximus, vitæ ſanctiſ: quando urbitramur S. Theotonium* 16. *ant* 17. *annos expleviſſe. Vixit is dein in urbe Viſcenſi, ac ſuſceptis ſacris Ordinibus tum minoribus tum majoribus, ſi tandem Sacerdos conſecratus eſt. Ad quod divinum munus ut eras conzrua* 24. *annorum concedenda eſt, ita non ante an. Chriſti* 1504. *id conferi poteſt contigiſſe. Eluxit in dignitate ſacerdotali tantopere ſanctitas Theotonii, ut* omnium civium precibus, & Gundiſalvi Epiſcopi Conimbricenſis juſſione, Eccleſiæ Viſcenſis Prior *ſit conſtitutus.* Decanum *interpretatur Sandovallius*, Parochum *Tamajus Salazar. Quo in munere diuvit S. Theotonius & Eccleſiam bonis temporalibus, & Clericos honeſtis moribus. Ad* qua perficienda anni *iterum aliquot requiruntur.*

AUCT. G. H. D

cum quo Coimbricenſem ecclſ. S. Theotonius

& Petro Viſcenſi

13 *Expugnata fuerat a Godefrido Duce Bullonia Hieroſolyma an.* 1099. *cujus rei fama univerſum orbem Chriſtianum pervagata, inter alios Principes etiam excitarat Henricum Comitem, qui Luſitania relicta ad bellum illud ſacrum profectus eſt. S. Theotonius quoque reſignata Eccleſiæ Viſcenſis dignitate, Hieroſolymam, ſolus pietatis cauſa, diſceſſit,* poſt longinqui temporis exeurſum *Viſeum regreſſus, nec priorem dignitatem, qua inferebatur, nec Epiſcopatum, quem Henricus Comes, & Tharaſia Regina offerebant, ut ſuſciperet induci potuit. Qua ante an.* 1112. *falſa ſunt, quo Henricus Comes vita functus eſſe traditur, relicto barede Alphonſo, nato, ut ferunt, an.* 1094. *quem infra Alta* Infantem Portugalliæ *appellant par. 2. n. 2. 3. & 9. at n.* 10. ob invictiſſimam ejus ſtrenuitatem & illuſtrem nobilitatem merito Regem vocant. *Iiſdem temporibus vitam Apoſtolicam egit* S. Theotonius, *nulli dignitati Eccleſiaſtica aut cura paſtorali adſtrictus, atque ab ora vice Hieroſolymam, aliaque ſacra Paleſtinæ loca inviſit. Cumque reliquam vitam ibidem apud Canonicos Regulares Sepulchri Chriſti peragere decreviſſet, reverſus eſt in Luſitaniam, ut de rebus ſuis quod e re ſua eſſet ſtatueret.*

E profectus in Hieroſolymam;

Epiſcopatum recuſat oblatum ab Com. Henrico.

14 *Verum aliter Divina providentia viſum fuit. Nam* undecim viris monaſterium ſanctæ Crucis extruentibus ac ceſſis duodecimus eique congregationi primus *eſt conſtitutus Prior. Unicus an. Chr. qui in Actis ejus legitur, non abſque* menda amanuenſium expreſſus *eſt* 1131. *qui* 1134. *fuit. Nam eo an.* monaſterium die 4. Kal. Julii extruere cœperunt: *ac dein, unde mendi indicati probatio deſumenda eſt,* 6. Kal. Martii ſequentis in capite jejunii ſub habitu & regula S. Auguſtini profeſſi ſunt: *qui charuſteres temporum non conveniunt in un.* 1133. *aut ſequentem, ſed in an.* 1135. *Num an. illo priore* 1133. *cyclo luna* 13. *ſolis* 21. *littera Dominicali A, Paſcha celebratum fuit* 26. *Martii, & dies Cinerum ſive initium Quadrageſima incidit in* 8. *Febr. ac ſupra indicatum* 6. Kal. Martii *in diem* 17. *Quadrageſima, qui proxul abeſt* a capite jejunii. *Itu an. ſequente* 1134. *cyclo Luna* 14. *Solis* 23. *littera Dominicali G, Paſchalis ſolemnitas habita eſt* 15. *Apr. dies Cinerum* 28. *Febr. & 6. Cal.* Martii *fuit Sabbato ante Dominicam Quinquageſimæ, non in capite jejunii. Verum an.* 1135. *a nobis ſubſtituto, cyclo Luna* 15. *Solis* 24. *littera Dominicali F, convenerunt Paſcha in* 7. *Apr. & dies Cinerum in* 20. *Febr. & 6. Kal. Martii, in Dominicam primam Quadrageſimæ, a qua Eccleſiaſticum officium Quadrageſimale, ut vocant, incheatur, & hic caput jejunii appellatur, quo ritum monaſticam ſolenni voto profeſſi ſunt, quod annis præcedentibus die aliquo profano, ſeu feria 6. aut Sabbato præter conſuetudinem fuiſſet factum. Qua omnia in anno obitus confirmantur.*

monaſterium ſanctæ Crucis cœpum, ſed non an. 1131. ſed 1134.

& profeſſa prima ſit an. 1135. Dominica Quadrageſimæ 24. Februarii;

15 *Peracta hac profeſſionis ſolemnitate, Prior electus eſt* S. Theotonius, *ſed quo die aut menſe non exprimitur.* Reſiſſe *dicitur n.* 22. Congregationem per annos viginti, *ac poſt*

S. Theotonius fit Prior;

vigeſi-

AUCT. G. H.

vigeſimum & primum ab ingreſſu monaſterii annum, *de-*
A *poſito regimine*, elegiſſe Priotem Joannem Theotonii, *ac*
poſtea *cum illo adhuc* decem an. vixiſſe: *atque ita dicitur*
mortuus 18. Febr. feria 6. *n.* 28. vixiſſe in ſancto propoſito an. 31. *ac mortuum eſſe* 12. Kal. Martii, feria ſexta, hora diei prima. *In breviaribus Aſiis n.* 6. *etiam indicatur* dies obitus 18. Febr & feria ſexta. *Qui characteres aſſignant an.* 1166. *quando cyclo Solis* 27. *littera Dominicali B*, *diet* 18. *Febr. incurrit in feriam ſextam*, *quod ab an.* 1155. *non contigerat. Unde corrigendus eſt Didacus de Roſario*, *qui cum dic* 18. *Febr. & feria ſextu conjungit an.* 1062. *quem etiam an. indicunt Sandovallius*, *Cardoſus*, *Tamajus Salazar*, *Rodericus Acuna alique. Verum tam cyclo Solis* 23. *littera Dominicali G*, *diet* 18. *Febr. in ipſum incidit Dominicum. Neque ea ratione vixiſſet in ſancto propoſita monaſtica vita an.* 31. *etiam annumerato an.* 1132. *ac die* 28. *Junii*, *quando cœptum extrui monaſterium tradit Didacus de Roſario*, *quia ſalum an.* 29. *menſes ſeptem*, *dies viginti elapſi fuiſſent. Verum* ab an. 1134. *&* die 28. Junii, *quo ſupra oſtendimus* cœptum extrui monaſterium *uſque ad* 18. *Febru. an.* 1166. *prater menſes* 7. *& dies* 20. *elapſi ſunt* an. 31. *quos poſtea eum vixiſſe Aſta habent*, *qua his verbis deſinunt*: Omne vero vitæ ſuæ tempus implevit, ut ipſe referebat, inter quadraginta & quinquaginta juxta ordinem ſcriptum. *Ubi legendum eſt*,
B inter octoginta & nonaginta an. *atque ita in aliis Aſiis dicitur* octogenarius ſpiritum ſuo tradidiſſe Creatori. *In Breviario Eborenſi dicitur fuiſſe* circ. octogenarius, *in Bracarenſi* pene octogenarius. *Nos eum vixiſſe an. circ.* 83. *arbitramur*, *quem natum diximus circa an.* 1080. *aut aliquanta ferius*, *ut qui ante obitum Crefconi Epiſcopi Conimbricenſis avunculi ſui*, *inſtitutus fuerit in variis ſcientiis & eum Eccleſiaſtico*, *eique ita* inter octoginta & nonaginta an. *dicitur vixiſſe.*

Vixit annos circiter 83.

16 *Præterea in Aſiis obiiſſe S. Theotonium traditur* anno D. Alphonſi I. Portugalliæ Regis, ſub quo Chriſti veſtem accepit, 26. & regni ſui 31. *Ex quibus hic an. ita calculo poſito foret* 1135. *ille* 1140. *Farfan ad priorem uſque annum vivit mater ejus Thareſia Regina*, *a cujus obita ſuos regni an. Alphonſus numerarit. Qua par.* 2. *nu.* 20. *narratur ab Alphonſo Rege victoria* in campo Ourich de quinque Regibus Paganis, *ſive Mahometanis ipſo* die S. Jacobi ac patrocinio *ejus obtenta*, *a pleriſque auctoribus ſcribitur contigiſſe an.* 1139. *poſt quam ad ſequentem* 1140. *cœpit hac altera epocha ſuſceptum ab Alphonſo veſtis Chriſti. Qualis autem ea veſtis ſuſceptio fuerit*, *necdum legimus. Inſignia tum ab Alphonſo aſſumpta ac veſtibus inſerta interpretantur Luſitani*, *quod eo velint eſſe quinque vulnera Chriſto tum apparente aſſignata.*

Quito anno regni Alphonſi mortuus?

quota poſt victoriam de quinque Regibus Maurii,

& accepta veſtis Chriſti?

C 17 *Sepultus dicitur S. Theotonius in eiſdem Aſiis*, in Capitulo, *in aliis* in Capituli ſubterranea cupula. *Tamajus Salazar ex Roderico de Acuna hæc ſcribit*: Sub altaris cavo Capituli ſanctum corpus jacuit, donec an. 1630. illius cœnobii Religioſi illud ad aliud dives & majeſtuoſum, jaſpide elaboratum, tranſtulere ſepulchrum. *Cardoſus appellat* Mauſoleum ſupra altare poſitum, *addiitque* ad latus Evangelii collocatum eſſe corpus B. Telli illius monaſterii fundatoris, ad latus vero epiſtolæ corpus D. Joannis Theotonii, ſecundi Prioris ejuſdem monaſterii. *De utroque in Aſiis agitur. Idem Cardoſus aliquas S. Theotonii reliquias fuiſſe ubi earumdem Canonicorum cœnobiis donatas aſſerit*, *ejuſque brachium unum adſervari Ulyſſipone in monaſterio S. Vincentii*: *aliud vero ad Eccleſiam*
D *Viſeenſem*, *quam Prior olim*, *ſen Decanus*, *aut Parochus*, *rexerat*, *a Canonicis miſſum fuiſſe ſcribit Tamajus Salazar*, *ad quam translationem honoraadam addit duo poemata ab Emanuel Pimenta compoſita*, *aci alia duo atteſtantia ſingularem ergu Chriſti Crucem S. Theotonii affectum*, *quæ Lector ibidem videre poterit. Illud S. Themonii* &c. Vide Append. pag. 757. col. 1.

Corpus S. Theotonii ſupra altare translatum an. 1630.

Brachium unum Ulyſſipone,

aliud Viſei eſt.

D

VITA

auctore coævo Canonico Regulari

monaſterii ſanctæ Crucis, *illius diſcipulo*,

eruta ex Mſſ. ab Hieronymo Maſcarena,

edita a Jo. Tamajo Salazario.

PROLOGUS

1 CUm in minimis etiam rebus, ut Philoſophus ait, Dominus ſit invocandus, multo magis nobis invocandus eſt in materia ſublimiori virorum, qui calcato diabolo jam corooam ſecoritatis acceperuot: de quorom oumero D. Theotonium eſſe quis dubitat? Hic autem nos modo relinquens, & ad cœleſtem Jeruſalem, quam tota devotione quærebat & mirabatur in terris, jam conſcendens, deſiderii ſui jaculo nos iotolerabili dolore confecit. Inde eſt, quod, quotieſcumque nitor in verba prorompere, toties implentur oculi lacrymis, hæret vox, ſed divina prohibet Scriptura. Non itaque plangam morientem, quia cum Chriſto ſuſcipiam reſurgentem. Scio equidem illum cum Chriſto eſſe: læter ergo & gaudeam, quia raptus eſt, ne malitia mutaret mentem illius, quia placuerat Deo anima illius: ſed abſeotiam ejus ferre non poſſum, & affectus tanti viri frangit meutem meam. Nequeo enim dolorem diſſimulare, quia quanto ille felicior, tanto amplius ego in dolore, quod tali careo bono. Recolam memoriam illius litteris: verumtamen tantl viri materiæ adeo me imparem judico, ut conſultius mihi ſit talem virum mirari quam loqui. Grandes enim materiæ ingenia parva non ſuſſeruot, & quanto majus & excellentius fuerit quod dicendum eſt, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non poteſt explicare: & timeo ne fortaſſis illi impendam injuriam, de quo non digne loquerer tam mirabilem vitam. Quid enim inter Sacerdotes Domino meo excellentius? Qol ſuis virtotibos, quaſi quibuſdam ſtellis, partes noſtras occiduas illuſtravit. Quid vero inter Clericos meipſo imbecillios? Qui nullius ſcientiæ irrigoa flueota conſuxi: quem vix ſtillicidii pauperis attenta gutta perſudit, nihil de proprio fonte reſpirans.

Auctor ob mortem S. Theotonii mœſtus,

ſentit ſe imparem ad ejus geſta deſcribenda,

2 Sed quamvis me idoneum ad iſta deſpero, eom in Largitorem munerum oculos mentis attollo, per quem aperta eſt lingua mutorom, qoi linguas infantium facit eſſe diſertas, quique veritatem ſuam, cum voluerit, etiam per ora jumentorum narrat, ad recolendum illius memoriam protinos robuſtior fio. Scelus namque fore & invidiam judico, de tanto Patre omnino reticere, & ſiogularem noſtris temporibus virum infructuoſo ſilentio premere. Dono igitur gratiæ, per quam ille Sanctorum chotis admixtus eſt, pauca de ejus otoribus ſcribere tentabo, tranſcurrendo ſcilicet. Nam propriæ inertiæ conſcios, & ingenii mei brevitatem meoſurans, ſanctiſſimos illius actus ſermonibus meis, per hoc ſapientioribus plenarie deſcribendos, relinquo. Hoc aotem Chriſto doce ideo ſcribere, tametſi inculto ſermone, diſpono, ut & dolori modo ſatisfaciam, cujus ſolatio maxima & principalis eſt ſuſcepti operis cauſſa: & erit conſolatio quidem, ot opinor, non contemnenda, cum lumen, quod inter nos fuit, præſentibus & futuris hac lectione manifeſtum fiat. Mens occupata magnitudine doloris, fortaſſis non tenoit ordinem præfationis, de qua nunc tantum dixiſſe ſufficiat.

aſſus auxilio Dei,

ea obiter propoſito aliis componendi data,

ad lectoris dam utilitatem.

PARS

A

PARS I.

Geſta S. Theotonii ante conſtructionem monaſterii ſanctæ Crucis.

CAPUT I.

S. Theotonii ortus, ſtudia, ſacerdotium, præfectura Eccleſiæ Viſenſis.

1 VIr venerabilis Theotonius Colimbrienſis monaſterii ſanctæ Crucis primus Pater fuit. Ut autem, qualiter ad regularem profeſſionem ejuſdemque monaſterii procurationem, non ſine multorum ſalute, cum Divina gratia, ad quod futurum erat, vocante, acceſſerit erudiendus, cognoſcere poſſimus; peius neceſſe eſt, unde, quo natus loco, quibuſve Doctoribus eruditus fuit litteris, quomodo etiam in ſeculo converſatus fuerit, pauliſper attentius conſideremus. Fuit itaque de provincia Gallæciæ, civitate *a* Tudenſi, vico *b* Ganſey oriundus, honeſtis quidem juſtiſque parentibus, patre ſcilicet Oveco & Eugenia matre progenitus: quorum genealogiæ religioſiſſimam lineam ille pius moribus eatulit, probis actibus exornavit, adeo ut non ſine magno quodam ſancti Spiritus præſagio, Græce *c* Theotunius, quod Latine Divinus reſonat, vocaretur. Vere divinus ille fuit & ſanctus, qui quocumque ab incunte ætate converſatus fuerit loco, ſemper Catholicæ fidei firmitate fundatus extitit: vitam quoque ſuam ſanctiſſimis moribus & virtutibus plenam habuit, qui diligentiſſime parentum cura religioſe nutritus, cum ad ætatem diſciplinæ congruam pervenit, ſpiritualibus litterarum ſtudiis traditus eſt: deinde intervallu temporis aactu, cum jam inter pueritiam adoleſcentiamque medius eſſet, cum avunculo ſuo *d* Colimbrienſi Epiſcopo D. Creſconio, qui magiſter ejus fuit, Colimbriam venit: ibique ſub *a* Tello Archidiacono ejuſdem civitatis, prudentiſſimo & diſcreto viro, legendi ſimiliter & cantandi uſum eccleſiaſticum pro ſtatu temporis plenarie didicit.

4 Poſtea memorato Epiſcopo *f* defuncto, *g* Viſeenſem petiit urbem: qui pro ſua ſimplicitate & Epiſcopi defuncti gratia recipitur in ſede B. Mariæ ſemper Virginis, quæ tunc temporis erat ſub Colimbricæ diœceſi, ubi ſe quidem contulit. Libet nunc auxiliatrice ſuperni Numinis gratia, pauliſper demonſtrare, qualem in ſuis Ordinibus habuit ſollicitudinem, & in ipſa Eccleſia converſationem. Liceat ergo mihi a religioſis viris audita narrare. Inprimis ordinatur Oſtiarius, traduntur ei claves Eccleſiæ, quam ille pio ſtudio claudebat, & item horis competentibus aperiebat, & infideles zelu Chriſtiano reiiciebat. Propheticas, & Apoſtolicas lectiones fideliter & utiliter recitabat; faciebat per catechumenos ſacramentorum adſperſiones: faciebat exorciſmos ſuper ſpiritus immundos, & eos per Dei gratiam & ſuum Ordinem de corporibus obſeſſis ejiciebat: quia Spiritum Dei in ſe habebat, & vita ab officio non diſcordabat, & ideo malignum de corpore alieno expellebat, quia jam per munditiam vitæ illum expulerat de corde ſuo. Lumen ad Evangelium deferebat, & opera lucis proximis oſtendebat, & talem ſe habebat in Oſtiariorum officio, qualis futurus erat in Sacerdotio, hinc quæ ſemper erat ſollicitus.

5 Deinde Subdiaconus ordinatus, quis valet explicare, quomodo in humilitate Deo ſerviens, vaſa Corporis & Sanguinis Chriſti Diaconibus ad altare deferebat, & iterum referebat corporales, pallas, & ſubſtratoria lavabat, & Presbyteris atque Levitis pro lavandis ante altare manibus aquam præbebat. Præterea que devote, ut ferunt, in Diaconatu ſuo ad flectenda genua, ſive ad orandum, clara voce cunctos admonebat, Sacramenta Dei diſpenſabat, Evangelium prædicabat, & in omnibus Chriſti Sacramentis ſacerdotalibus aſſiſtebat, in altari oblationes offerebat, & diſponebat menſam Domini. Talibus, ut diximus, eaornatus moribus, per gradus ſingulos ad Sacerdotium venit, non juxta quorundam præſumptionem, ſed ſecundum conſuetudinem univerſalis Eccleſiæ, ab Apoſtolis & ſanctis Patribus emanatam, Eccleſia quippe illum requiſivit ſibi, non ipſe ſe impudenter ingeſſit. Presbyter igitur ordinatus, prudentia & maturitate bonæ converſationis magis cœpit excreſcere profectibus, & honeſtioribus vivere moribus in populo Dei. Hic enim vivebat, ut bonum exemplum cunctis præberet. Exequebatur mirabiliter ſui ordinis officium, omnes cathechizando, baptizando, & eos Eccleſiæ incorporando. Delinquentes ad pœnitentiam vocabat, pro peccatis populi Deum exorabat, & præcepta Dei ad populum deſcribebat, veritatem prædicando, & preces populi Deo offerendo, pro peccatis eorum intercedendo, placabiles Deo hoſtias in altari conficiendo, & ſemper cum veneratione divina in eccleſia converſans, competenter cœleſte complebat officium.

6 Præterea ſpernebat luxus & luxocinia pereuntis ſeculi: non laude extollebatur, non paupertate contriſtabatur, per diem ſol non urebat eum, neque luna per noctem. Laudabant alii in eo, quod numquam ſtuduit cutioſitati, numquam ſervivit voluptati, numquam inſtavit ambitioni: ego amplius prædicabo, quod in omnibus ſuis actionibus circumſpectus, & providus ſemper prudentiæ habitu pollebat. Haberet quippe, ut ait S. Gregorius, ſancti viri hoc propeium, nam ut ſemper ab illicitis longe ſunt, a ſe plerumque etiam licita abſcinduut: argo, ne aliquam per fœminam incurreret culpam, numquam cum eis remoto teſte colloquium vel etiam privatam confeſſionem habere volebat. Omnes tameo fœminas ut ſorores diligebat, ſed eas, ut diximus, quaſi hoſtes cavens, hujuſmodi familiaritates ab ſe abſciderat, quibus rebur non ſolum Principes, cunctoſque cives, verum etiam comprovinciales omnes ita ſibi adjunaerat, ut aum miro affectu venerarentur, utpote Patrem & revetendum Magiſtrum animarum utriuſque ſeaus. Omnium igitur civium precibus, & maaime D. Gunditalvi Colimbrienſis Epiſcopi juſſione, ad quem, ut diximus, Viſeenſis pertinebat Eccleſia devictus, nimiumque, ut poſtea claruit, invitus, ipſius Eccleſiæ *b* Prioratum ſuſcepit, quam ſua prudenti diſcretione temporalibus bonis, videlicet libris, veſtibus ſacris, ſignis, crucibus, & calicibus, teſtamentis quoque pluribus ampliavit, & ad culmen honoris, quod in præſentiarum poſſidet, mirabiliter eveait, Clericos juvando & honorando ſublimavit, & quod his omnibus majus eſt, honeſtis vitæ moribus ditavit.

a Tude, *Ptolemæo* Τῦδα, *urbs antiqua & Sedis Epiſcopalis exornata ad Minium fluvium, qui Portugalliam hodiernam a Gallæcia diſterminat, & 40. circiter millibus paſſuum ab hac urbe in Oceanum occidentalem dilabitur. Antiquitates urbis & Eccleſiæ Cathedralis Tudenſis cum ejuſdem Epiſcopis deſcripſit Prudentius Sandovallius, & ipſe Tudenſis Epiſcopus.*

b Ganſey *alii. Sandovallius refert jam celebre Ordinis S. Benedicti monaſterium eo loci eſſe, ubi S. Theotonius licitur natus fuiſſe.*

c Theotonius *priore parte* divinum *ſignificat. Quid vero* Tonius, *ſive* Otonius? *an ab Antonio vox derivata?*

d *De Epiſcopatu Creſconii ſupra actum.*

e *His olim S. Tellus primus fundator monaſterii ſanctæ Crucis, cujus corpus in altari aſſervari diximus. Gabriel Pennotus Lib. 2. Hiſt. Canon. Regul. cap. 32. num. 4.* ſanctiſſimum virum Telloneм *appellat.*

f *Anno 1098. ut ſupra dictum.*

g Viſeum *in Beira; diſtat eum Colimbrica, a qua verſus Orientem diſtat circiter 40. mill. paſſ.*

h *Sandovallius* Priorem, *ſive* Decanum *factum ait: Tamayus Salazer* Parochum.

A

CAPUT II.

Iter I. Hierosolymitanum S. Theotonii. Vita a reditu privata. Conciones. Emendatio morum in populo. Castitatis exempla.

Peregrinatio ad Hierosolymam.

7 SEd quia temporalis honor nullum sibi conferebat oblectamentum (neque enim honorem intelligebat esse, sed onus) quomodo inde Sacerdos Dei se posset expedire, saluberrimam fraudem quæsivit. Nam Jerosolymam abiens, consorti suo Honorio Presbytero Prioratum in pace dimisit: sed inde rediens, eum amplius recipere noluit, quamvis precibus & ipsius Honorii obsecrationibus plurimum rogaretur: sed nec aliud seculi hujus fastigium deinceps habere voluit. Sapientissime namque Henrici Comitis, & uxoris ejus nobilissimæ Reginæ Tharasiæ precibus & cautionibus exhortatus fuit, consentiente Clero, & omni populo, ut Pastoralis officium curæ, hoc est, a Episcopatum susciperet, sed numquam assensum præbere voluit. Vilia & caduca, pariter & nociva, mundana omnia reputabat, ideoque temporales honores quasi pestem fugiens, in quadam humiliratis arce se spectabilem conservabat. Mentis & corporis virginitatem, & delictorum pœnitentiam custodiens, prædicabat: siquidem numquam cessabat in plebe verba veritatis fructu fidei redundantia seminare. Nunc omnes de pio Christianæ religionis opere commonebat, nunc alios de confessione sanctæ Trinitatis confirmabat, nunc reliquos de promissione regni cœlestis invitabat. Fornicatores vero & adulteros ceteroſque malefactores anathematis gladio feriebat. Qui autem statim non se emendabant, aut si forte se emendare aliquando nolebant, longius a conspectu ejus recedebant. Tanta enim erat auctoritas Sacerdotis, quod etiam Principes terræ eum verebantur offendere; siquidem fama refert, quadam die in ecclesia Viscensi, eo prædicante, memoratam b Reginam & Comitem c Fernandum, qui eo tempore contubernalis ejus, non vir legitimus erat, rubore verecundiæ suffusos de ecclesia festinanter exisse, nec tamen per hoc ab eis unquam notatus fuerit.

Epiſcopatum refuſat

a

B

utilis conciones habet

Increpat peccatores,

b c

ob illam ſæpe increpatus

8 Accedit præterea, ut, cum una Sabbatorum, jam sacerdotalibus vestimentis indutus, salutares in honorem Dei Genitricis ex more offerre voluisset, & Regina, quæ pro foribus adstabat, per nuntium misisset, ut breviter Missam peragere studuisset, respondisse fertur: Aliam in cœlo Reginam esse longe meliorem, longeque nobiliorem, cui ille summa cum veneratione & speciosa solemnia Missæ peragere disposuisset: in potestate ejus esse, vel Missam audire, vel penitus discedere. Quod cum Reginæ relatum fuisset, illa statim reatum suæ culpæ cognoscens, se miseram, se peccatricem, D. Theotonium vero verum & justum Presbyterum proclamabat & sanctum. Quo ad se post Missam vocato, & humiliato spiritu, ad ejus genua provolvitur, & ad exhortationem sancti Sacerdotis erecta pœnitentiam lactymabiliter poposcit: orationem ab eo pro se humiliter fieri petit, ac ne deinceps erga cultum divinum tam incaute otiosa verba proferret, ab eo admonita, cum moderatione sui totum exequi indubitanter promisit. Numquam enim vir sanctus divinis officiis aliquid præponebat, quo minus videlicet oratione, aut indecenter, seu festinantius solito, aliquando ea celebraret. Vere totis visceribus diligebat Christi regnum, qui terrenum non formidabat principatum. Sic igitur, ut superius dixi, multos admonebat, sicque omnes in regnum Dei inducere festinabat, ac si cunctos genuisset.

nec ea regnante Missam ſolit. omittere ſolebat

C

pauitatis dato monet

9 Sed nec ipse verbi Dei oblivioſus relator erat, subveniebatque pauperibus, visitabat languentes, peregrinos vocabat hospitio, lenichat blanditiis, flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus studebat, & majorem partem sui laboris, & totius quod habebat indigentibus tribuebat, reliquam vero partem in usus vestimentorum sibi moderate retinebat, ipsa postmodum vestimenta tritura miscellanea maxime viduis tribuebat. In omnique festa 6. ea mente suo in Ecclesia S. Michaelis Archangeli, quæ sotas murum in cœmeterio ejusdem civitatis est, pro cunctis fidelibus defunctis Missam celebrabat: ad quam eo die, & pro reverentia Sacerdotis, & pro eatorum suorum memoria, solennes totius urbis populorum conventus confluebant, plurima & diversa, ut illius regionis moris est, devote offerebant: de quibus omnibus D. Theotonius nihil omnino sibi reservans, post Missam & generalem cœmeterii processionem cunctis indigentibus omnia distribuebat, qui mos illi semper fuit. In bonis operibus exercendis, totis etiam viribus elaborabat, ut posset esse occultum, quod faciebat.

ferio 6. celebrat pro defunctis,

10 Si inter tales sanctasque virtutes castitatem in illo prædicare voluero, fortasse superfluus videar, eum in eo exemplar castitatis semper fuerit. Quædam tantum vel pauca, quæ castimoniam illius commendare videntur, præterire non debeo. Quædam igitur mulier, quæ juxta carnis putredinem speciosa videbatur, ab eo privatam amicitiam expetit, atque ad hoc satis accurate blandum sermonem confinxit: sed, postquam famulus Dei per satellitem diaboli laqueum sibi deceptionis paratum cognovit, inservescente in eo spiritu, cum quanto mau potuit, in faciem illius miserrimæ mulieris salivam projecit. Multas ei humani generis inimicus propter speciem corporis sæpissime exercuit insidias. Statura quippe ejus tam bene formata erat, ut cum decenti quadam & mirabili moderatione videretur esse deducta: corpore magnus valdeque pulcherrimus erat, facie venustus & alacriori vultu hunc statum magis quam lasciviam ostentans. Per idem tempus ab altera nihilominus muliere, quæ magnæ dignitatis fœmina erat, sub ratione nabili, ut credebatur, occasione ad domum vocatus venit, vinctus obsequio Clericorum. Illa vero tamquam bestia libidinis, seorsum cum quasi sub obtentu religionis in interius cubiculum evocatum, blanditiis libidinosis cœpit lenire, de ore ejus pendere, obsequium exhibere, calceamenta dissolvere, & quasi pro fervore Dei temperando, pedes abluere: revera autem ad rem illicitam cum volebat impellere. D. Theotonius autem, quem nulla unquam fœmina contigerat, imo cui nulla propius accesserat, miratus impudentis mulieris instantiam, cum tandem, quid ea fœmina quæreret, intellexisset, in signo Crucis evocatus, nudis jam pedibus, magno conamine foras sese præcipitem efferens, calceamentum reliquit, & domum illam exacrando, vocatis Clericis, qui cum eo venerant, ad ecclesiam se contulit. Aliquis Rethoricæ artis memor comparat istum eum castissimo Joseph, & si mihi liceat dicere, eo inferiorem non inveniri. Nam ille pallium, iste ex simili causa per Dei gratiam evadens, calceamentum dereliquit. Ille tritico temporali impastito, pereuntem quondam Ægypti nationem servavit; iste bonam verbi Dei fideique mensuram populis erogando, multos a fame spirituali liberavit. Ille filios carnis habuit, iste, ut fertur, ab utero matris immaculatus extitit, unde nulla unquam culpæ suspicio in eo de rebus hujusmodi repertri potuit, & ira se gessit in mundo, ut non jam de mundo, sed vere Regularis esse videretur. Quis autem posset explicare bonorum operum suorum magnitudinem, & quomodo in eadem civitate morum ornamentis pollens pervixerit? Ego pro brevitate ingenii mei fateor ea evolvere non posse, in ipso conatu succumbens, ad præsens prætermittam, & ad secundam profectionem in Jerosolymam jam nunc manum convertam.

D

ab alio ad precem alterius ſupli. nullo celeſte

E

F

præfertur Joſepho.

miſeretur pauperum,

a *Visensem Episcopatum explicant alii. Ipso nam; Henricus Comes, ut ait Rodericus cap. 5. lib. 7.* Viseo, & Lameco, & Portugali Sedes

A li Sedes reſtituit Cathedrales, & a Toletano Primate earum Epiſcopi fuerunt conſecrati.

b *Vidua mortuo Henrico Comite facta eſt an. 1112.*

c *Ferdinandus Portius Tranſlemara Comes appellatur a Mariana l. 10. c. 5. Hujus Ferdinandi frater Veremundus, ſeu Fermoinus natus Uxore Henrici & Thereſia filia.*

CAPUT III.

Iter II. Hieroſolymitanum S. Theotonii. Tempeſtas precibus ſedata. Sacra loca pie luſtrata. Reditus in Luſitaniam.

Secundo in Hieroſolymam.

11 IGitur ſucceſſus virtutibus & deſiderio ſanctorum locorum, non domus, non propinquorum, non poſſeſſionum, non alicujus rei, quæ ad ſeculum pertineret, memor, cum non modica peregrinorum turba patria egrediens, diu deſideratam Jeroſolymorum viam deouo arripuit. Jam enim eamdem devotus vir peregerat viam. Cum autem poſt decem hebdomadas ad portum *a* S. Nicolai, Deo ducente, veniſſet, proſpero ventorum ceſſante commeatu, ſea ibidem continuis hebdomadibus moratus eſt, non tamen otioſus, ſed, ut certiſſime probatum fuit, tam ibi poſitus, quam in tota ſua peregrinatione, pauperibus beneficentiam exhibuit, atque exemplo ſuo pariter & verbo cives Jeroſolymam euntes ad miſericordiæ opera provocavit. Omnes enim eum juſtum & ſanctum eſſe ſciebant. Tandem itaque aura flante ſecunda navem conſcendit. Poſthæc autem naucleri vela ventis commiſere, Jeroſolymam petentes: ſed cum poſt dies aliquos navigaſſent, cuncti ſubita maris tempeſtate periclitari cœperunt. Qualiter autem geſtum ſit memoriæ commendare cupio, ut ea hoc periculo agnoſcantur, quanta & quam gravia in terra marique tantus vir pericula pro Chriſti nomine ſuſtinuerit.

a

Suſtinet varios labores in itinere.

b Igitur carina per *b* Collum Maleæ navigante, ſubito cœlum contenebratum eſt; & ecce nubes cum violentia ventorum deſuper obumbraverunt, quibus verſo funditus æquore, procellas inſtar aquoſi montis dependentes cogitabant, & modo navem undarum motibus conturbatam in profundum demergebant, modo de præcipiti profundo rurſus ad ſuperiores vertices extollebant: iturumque apertis undis in ima deficiebant, atque, quod dictu mirabile eſt, aquam de mari, tamquam manifeſtum canale, quod nautæ *c* ciſum vocant, in ſublime trahebant. Sed & nautæ jam antea cognita tempeſtate, cum primum navis inter procellas fluctuum notari cœpiſſet, cum ſumma velocitate arbore abſciſſa & in undis projecta, cœperunt vela deponere, antennaſque ligare, cunctaſq; naviculorum & navis armamenta, ne a vi maris abſorberentur, componere, & ut navis alleviaretur, jacturam vaſorum facere, nec tamen vel modicam quietem habere poterant. Ibat enim mare & intumeſcebat ſuper eos, timore mortis perterritos: ſed & terribilibus terribiliora ſuccedebant: nam præter ea, quæ metum mortis augebant, viſa fuit a cunctis, in eodem maris periculo exiſtentibus, monſtruoſa quædam & valde terribilis beſtia, adeo formidoloſa, ut nautæ nulli eam beſtiæ comparare poſſent, cujus oculi (ſicut nobis Sanctus referebat) apparebant quaſi tedæ ignis accenſæ: alii eam draconem, alii monſtrum, alii dæmonem eſſe dicebant.

Jactatur magna tempeſtate;

b

c

cum nullis quibus erat;

12 Quid diu moror? Jam jam ablata erat ſpes omnis ſalutis, cum in horum morte feroces fluctus ſævirent, ac reſolutis timore membris jam cuncti, aut ex ipſa præſentia mortis, aut ea viſione beſtiæ fuiſſent turbati, & mori parati omnes ſibi pacem dedere. Omnipotentis auxilium cum lacrymis deprecantes: ut, qui eorum corpora in tam pavenda mortu tradiderat, eorum animas benigniſſime ſuſciperet, aut eis opem liberationis miſericorditer impenderet. D. Theotonius autem in oratione quoquo cum lacrymis proſtratus, ac totus ad Deum converſus, poſt pſalmos & litanias Domi-

nicatorem invocavit hoc modo: Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, Fili S. Mariæ, qui cum Patre & Spiritu ſancto unus es in ſumma Trinitate Deus & vera unitate, ſuccurre nobis in ſupremo periculo conſtitutis, glorioſum ut ſepulchrum tuæ ſanctæ Reſurrectionis, pro quo veneranda & oſculanda de finibus mundi venimus, videre mereamur, & tuæ liberationis gratias agamus. Hortabatur etiam cunctos, & quibus verbis poterat conſolando admonebat, ut alterutrum confitentes, ſibi ex corde debita dimitterent, & totam in Deum credentes & orantes ſpem ſuam ponerent, denuncians eis, quod ſi perſeverarent, in proximo clementiam Redemptoris affuturam: quod & factum eſt. Nam, dum hæc in mari agerentur, omnipotens Deus mirabiliter ei ſuam miſericordiam exhibuit. Ecce enim ex inſperato flatus auræ cœpit placidior fieri, & paullatim elisis aquarum molibus, redditur mare tranquillum. Nova igitur lux cœpit oriri: miranturomnes mortem jam dediti, & cœli Deum exultantes benedixerunt, laudeseidem debitas referentes, & Gloria in excelſis Deo nobiliter decantantes, quod eos miſericorditer dignatus eſt de eo mortis articulo liberare.

conſolatur alios;

ſedata tempeſtate,

gratias Deo agit;

13 Liberatus itaque de pelago Maleæ cum omnibus, qui ſecum erant in navi, poſt trium hebdomadarum dies, ea quo in portu Barenſis civitatis navim aſcendit, mare tranſivit appulſus ad urbem *d* Joppeo, & longiſſimis maris amfractibus circuivit per *e* ſepulchrum B. Georgii Martyris, quouſque pervenit Nazareth, quæ nutrivit Dominum Salvatorem. Inde abiit per viam, quæ ducit in Thabor, quo Dominus transfiguratus eſt, in cujus verticem aſcendeos aſpiciebat diligentiſſime loca plurima, quæ Dominus ſuo itinere ſanctificaverat. Unde deſcendens feſtinus perrexit Samariam, vidit *f* ſepulchrum B. Joannis Baptiſtæ; concitoque gradu proficiſcitur ad puteum, ſuper quem Dominus reſidens, eſurieuſque & ſitiens, Samaritanæ muliesis fide roboratus eſt: & adorato per ſingula loca mundi Redemptore, in collem celebertimum, u quo diu deſiderata conſpicitur Jeroſolyma, lætus aſcendit. Hic flexis genibus, quanta exultaverit lætitia, quantaſque Deo gratias egerit, admixtæ gaudio lacrymæ declarant. Hilaris itaque ſanctam civitatem ingreſſus, deliberavit prius videre Crucem in monte Calvariæ, ubi pretium mundi Chriſtus in ſtatera Crucis appenſus fuit, ante quam toto corde & corpore proſtratus, quaſi pendentem Dominum cerneret, adorabat: recordabatur mortis ſuæ maledictionis ſententiam in ſe & in omnem hominem prolatam per inobedientiam primi hominis, ſed & clementiam propitiationis Filii Dei, qui loco eodem ſputa, alapas, ſpineam coronam, flagella, crucem, clavos, fel, aceum, lanceam, mortemq; pertulerat. Factaque oratione deſcendit paullulum in Golgotha locum, ubi, ſicuti fama eſt, de latere Chriſti ſanguis decurrens petram duriſſimam perrupit: deinde hinc brevi ſpatio ad ſepulchrum Reſurrectionis converſus, & videns ipſum corporis locum, in quo Dominus jacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas fide lambebat. Occurrebat ſibi congrua de Domino Salvatore meditandi memoria: quomodo ſcilicet poſt tanta quæ pertulerat, in ipſo ſepulchro requieverat, ac per illius deſcenſum ad inferos, ineffabile magnumque gaudium cogitabat miſerorum, quos captivos mortis imperio Chriſtus ab inferis ſecum eduxerat. Inde jam ad medium mundi deductus, quo videlicet loco Joſeph ab Arimathia corpus Domini, cum de Cruce deponeret, antequam ſepulchro locaretur poſuerat, attentius orabat, memorans illud Davidicum: Deus autem noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ. Tandem venit ubi Helena invenit Crucem, cumque aliquando, prout devotio dictaſſet, per memorata oratoria vir ſanctus oraſſet, poſtremo ſe in hoſpitium recepit, licet, cum meus ejus tota die & nocte per ea quæ videtat duceretur,

d

e

inviſit ſepulchrum S. Georgii; Nazareth, Thabor;

f

Samariam;

montem Calvariæ;

ſepulchrum Chriſti;

Pſal. 73. 12 *locum invocationis Crucis*

AUCTORE COMVO DISCIPULO D

E

F

AUCTORE COEVO DISCIPULO

in pace idipſum dormivit & requievit.

14 Altera vero die cum quanto ſtudio ac deſiderio ſancta Jeroſolymorum loca orando curſum jerit, dicere quis poterit? Nam ingreſſus in templum Domini, & poſt orationem per portam, quæ dicitur Speciosa, egrediens, aſcendit Sion ad locum dumtaxat cœnæ, ubi pedes diſcipulorum Dominus lavit, &, Pax vobis, dixit, dubitantique diſcipulo latus palpandum præbuit, ibi etiam ſuper centum mille credentium animas Spiritus ſanctus deſcendit. Et converſus per viam ſacram, qua Dei Genitricis corpus Apoſtoli detulere, intravit & eccleſiam *b* B. Petri de galli cantu, & ad ſepulchrum Jacobi fratris Domini, deſcenditque in vallem Joſaphat, oravit ad ſepulchrum B. Virginis Mariæ, de quo aſcendens tranſivit ad oratorium Gethſemani, ubi Dominus in radice montis Oliveti oravit ad Patrem: inde progreſſus venit in locum, de quo ait Lucas Evangeliſta: Avulſus eſt autem ab eo quantum jactus lapidis: rectoque itinere ſubiit in verticem ejuſdem montis Oliveti, de quo Salvator cœlos aſcendit: inde per vicum Bethphage, & locum, in quo laſciviens pullus aſinæ Domini fræna ſuſcepit, deſcendit Bethaniam ad ſepulchrum Lazari, & hoſpitium ſororis ejus. Poſthæc pergit Bethleem, intrans ſacrum Virginis diverſorium, quo Chriſtus natus eſt, ſtabulum ubi agnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, tamquam prudens animal humiliter adoravit. Vidit & locum, quo ſæviens Herodes pro Chriſto parvulos interfecit. Quid narrem cum quanta devotione ad Jordanis aquas, totius humani generis labe maculatas, & a Chriſti baptiſmate mundatas, cucurrerit? Nec prætermiſit locum *k* Quarantenæ, ubi Salvator mundi tentatus a ſathana, totum militiæ noſtræ tempus (quo numquam tentati deſiſtens) quadragenario ſuo voluit confirmare. Inde per amaniſſimum ſoutem, quem olim Eliſæus ſua decoravit ſapientia, *l* Jericho petranſiens, vidit juxta viam eorum loca, qui receptis luminibus utriuſque populi credentis in Domino ſacramenta promiſerant.

15 Longum eſſet, ſi vellem enarrare, quo ardore luſtravit *m* Chanaam & Capharnaum, ſignorum Chriſti familiares: & dicere cum quanta admiratione viderit locum Tiberiadis, quem ſub mercede nautica Dominus transfretando ſanctificavit, & ſolitudinem, in qua de quinque panibus & duobus piſcibus multa millia ſaturata ſunt. Hoc tantum dicam, quod per ſingula loca Chriſtum ſe videre credebat. Lectoris faſtidio conſulens, paoca commemoravi de ſanctis locis, quæ ille tanto ſtudio circuivit. Diebus autem multis ad ſepulchrum Domini ex ardore fidei manſionem habuit, non in refectione quidem, ſed in oratione & Domini opere. Cujus ſanctitatem ipſius ſepulchri *n* Canonici Regulares attendentes, in ejus orationibus attentius ſe commendarunt, eumque recipere in ſuis beneficiis receperunt. Communem etiam ſocietatem vivendi voluerate ei dabant, ſi cum illis habitare vellet, & cuſtodiam ſepulchri: quod cum præ omni negotio deſiderare cognoverant. Ille vero ſe hoc facere minime poſſe dicebat, niſi prius ad Hiſpanias rediens, domui ſuæ diſponeret. Igitur per totam Jeroſolymam, iterum atque iterum ſe omnipotenti Deo commendans, Canonicis quoque & cunctis ſervis Dei vale faciens, reverſus eſt Joppen, ubi portus appulerat, unde nimietatibus ventorum per totſulas Græciæ devectus, multos in itinere labores paſſus, ad domum propriam in Hiſpaniam remeavit: futurum rurſus, ut in proximo Jeruſalem rediret, & ad glorioſum ſepulchrum finem vitæ ſuæ devotus expectaret. Verumtamen eo a civibus ſuis in magna gloria recepto, ego quoque hic primam partem hujus operis coarctabo.

a *Infra num.* 13. *portus Barenſis civitatis dicitur, qui hic portus S. Nicolai. Eſt* Barium *emporium celebre in littore maris Adriatici in Apulia Peucetia, unde quis & hodierno notiſſimum, unde regioni nomen inditum, ut Terra Barenſis vulgo appellatur.* D *Templum habet celeberrimum S. Nicolao Epiſcopo Myrenſi dicatum, cujus illic corpus aſſervatur, ex quo liquor mirabilis (Manna vulgo vocatur) aſſidue effluit, unde urbs & portus S. Nicolai nuncupatur.*

b *Nota eſt* Malea promontorium *ære Laconica, nautis terribile, ab frequentes in vitino mari, quod Collum Malleæ hic dicitur, tempeſtates. In altera vitæ Maluæ ſaxa dicuntur.*

c *Forſan a ſcyphi facta nomen datum.*

d Ioppe *in ſacris literis notiſſima, quam Chriſtiani Paleſtinam recuperantes, a principio ſtatim intercepere, atque ad eam Chriſtiani peregrini etiam hodierno fere applicant.*

e *Urbi* Lidda, *ſive* Lyda, *facis vicina* Joppe, ad S. Georgium *dicitur, quod illic decollatus dicatur, ejuſq; ſepulchrum oſtendatur. Utraque & Joppe & Lidda tum Sedem Epiſcopalem habebat. Hinc ergo per longos metis anfractus, Cæſaream uſque Paleſtinæ & montem ſero Carmelum iter ferit, inde ad urbem Nazareth, a qua haud procul abeſt* Thabor mons, *in Galilæa & tribu olim Zabulon.* Sepulchrum S. Georgii.

f *De ſepulchro S. Joannis apud Samaritanos agit S. Hieronymus in Vita S. Paulæ 26. Januarii cap. 4. num. 12.* Vidit, *inquit*, Sebaſten, id eſt, Samariam .... Ibi ſiti ſunt Eliſæus & Abdias Propheræ, & (quo major inter natos mulierum non ſuit) Joannes Baptiſta. Ubi multis intermoti conſternata mirabilibus: namque cernebat variis demones rugire cruciatibus, & anem ſepulchra Sanctorum ululare homines more luporum &c. *Locum adhuc in veneratione apud Saracenos eſſe oradit Quareſmius lib. 7. Elucidationis Terræ ſanctæ peregr. 2. cap. 2. ubi adificium & ſitum deſcribit.* S. Joannis Bapt.

g *Sequentia verba ex Vita S. Paulæ loco jam indicato deſumpta ſunt, ubi ita legitur:* Tranſivit Sichem .... & ea latere montis Gaziam, extructam circa puteum Jacob intravit eccleſiam: ſuper quo reſidens Dominus ſitiensque ecclefiaſtes Samaritanæ fide ſatiatus eſt. *Colitur Samaritana, S. Photina dicta, 20. Martii.* E

h *Eam in palatio Caiphæ a S. Helena S. Petro extructam fuiſſe tradit Nicephorus lib. 8. Hiſt. Eccl. cap. 30.*

i In *Martyrol. Rom. Kalendis Maii dicitur S. Jacobus haud procul a templo ſepultus, extra civitatem ſcilicet verſus montem Oliveti, in quo S. Gregorius Turonenſ. lib. 1. Mirac. cap. 27. cum ſepulcrum collocato, ubi ſunt Pallii Joſaphat & in ea olim ſepulchrum Deiparæ Virginis, dein horum Gethſemani, & mons Oliveti, & ultra eum Bethphage & Bethania. De quibus conſule mappam urbis Hieroſolymitanæ Adrichomii.* S. Jacobi Minoris & S. Mariæ.

k *Alias* Quarantana, *de qua idem Adrichomius in tribu Benjamin, ubi & prope montem Quarantana ſalicas fontem Eliſæi, imo & loca earorum e Chriſto illuminatorum.*

l *De Jericho a Chriſtianis tum recepta agit* Wilhelmus Tyrius *lib. 12. belli ſacri cap. 15. & alibi.*

m Imo *Cana Galilææ intelligitur, ubi aqua in vinum verſa.*

n *Canonicos a Godefrido Bulloano erecta Regi Hieroſolymitano in eccleſia Dominici ſepulchri conſtitutos fuiſſe tradit Tyrius l. 9. c. 9. qui l. 11. c. 15. ſcribit pro illa Clero introducto eſſe Canonicos Regulares ab Arnulpho, Patriarcha conſtitutos anno 1114.* Canonici ſanctiſſimi ſepulchri.

PARS II.

Geſta S. Theotonii a conſtructo monaſterio ſanctæ Crucis.

CAPUT I.

Monaſterium ſanctæ Crucis extructum, regimen S. Theotonio impoſitum, ſingulares ejus in regendo doctrinæ.

1 IN ſuperiori parte hujus operis de prædicti venerabilis viri exortu & proceſſu, qualiter in ſeculo converſatus fuerit, ſummatim præſtrioxi: nunc deinceps, quomodo ad habitum Chriſti veuerit, & in congregatione vixerit. Veruntamen totius boni datorem invoco ſanctum Spiritum, quo munus hujuſmodi ita peragam, ut non offendam veritatem, nec eorum, quæ in eo vidi vel audivi, fraudare videar claritatem. Cum itaque meote infatigabili rurſus jam tertio redire diſponeret, ardebat enim Jeroſolymam & ſancta loca videre, nutu divino a religioſis viris urbis Colimbriæ præventus eſt, quos ſcilicet Divina conſilii providentia jam in hoc ipſum aſpiraverat, ut omni

S. Theotonius B. Telloſi diſcipulus urbis ejuſdem monaſterii S. Crucis.

A ut omni cum devotione ſeculum relinquentes, in ſuburbio ejuſdem civitatis ad Aquilonis partem ad ſesviendum Deo cœnobium conſtituerent, quorum primus Tellus Archidiaconus fuit, vir quidem magnæ diſcretionis & prudentiæ, qui ad tam utile conſilium tamquæ præclarum opus exemplo ſuo ceteros invitavit, cujus etiam opibus & conſilio tota cœnobii fabrica a fundamento ſurrexit: quique, ut ſuperius diximus, magiſter, & præceptor D. Theotonii extitit. Secundus autem Dominus Joannes, qui eo tempore Magiſter ſcholasum erat, qui poſtmodum *a* Portugalliæ factus *b* Epiſcopus, poſt mortem quoque Domini Pelagii, *c* Bracarenſis præſicitur Epiſcopus. Tertius D. Honorius, vir magnæ auctoritatis, & Eccleſiæ S. Jacobi de ſoburbio Colimbriæ Præpoſitus. Prior quoque S. Mariæ de Caſtello Montismajoria, D. Seſnandus, homo nimis reverendus, & alii viri religioſi, qui ſimul fuere omnes a principio undecim. Ab his igitur D. Theotonius præveotus duodenarium complevit numerum. Hi fuerunt ab exordio hujus monaſterii primatii viri. Attamen priuſquam ad ſocialem vivendi uſum acquieviſſet, diu pie reluctatus perbibetur, afferens, ex multo tempore feciſſe votum, ultra mare abeundi, & finem ad ſepulchrum Domini præſtolari. Verum illi e contra utilius eſſe memorabant, B in hac occidua mundi paſte, ubi vix nooteo Chriſti eſt reſtitutum, cum juxta ſanctorum Patrum regulam vivere, & ignaris hominibus formulam honeſtæ vitæ monſtrare, quam Jeroſolymam ire, cui præſentiam ſuam Dominus exhibuit, & innumeris miracolis totam regionem ab omni fidei ambiguitate ſaluavit.

2 Quibus homo Dei devictus rationibus, tandem aſſeuſum præbuit, ſeque principem eorum & conſortem in omnibus effici promiſit. Nec mora, ea quæ in ſeculo joſtis modis adquiſierat fideliter diſpenſavit: partem enim diſperſit pauperibus, partem Viſcenſi Eccleſiæ contulit, partem quoque rebus futuri monaſterii ſecum adjunxit, ut inde pauperibus ſubminiſtraret; unde & ipſe tamquam pauper voluntarius viveres, qui ſe in numero pauperum Fratrum paupertatis amore conſtituebat: pauperem enim Dominum pauper ſpiritu ſequebatur, qui ideo ſe exhæredebat in terra, ut hæres inveniretur in cœlo. Igitur ſub anno Incarnationis Filii Dei *d* 1132. in unum convenere, videlicet *e* cariſſimi Infantes Alphonſi Henrici & Reginæ Tharaſiæ filii, ſed proceſſu temporis, & divini Numinis largitate, præfatui totius Loſitaniæ *f* pene & ex parte *g* Gallæciæ effectus eſt Rex illuſtris, cujus auctoritate, & venerabilis *h* Colimbrienſis Epiſcopi uniuſq; Ordinis conſilio, in bxlueis monaſterium in honorem S. Crucis, & Beatæ Dei Genitricis Mariæ conſtruere cœperunt die 4. Kal. Julii, in vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli, *i* autem Kal. Martii ſequentis in *k* capite jejunii, non jam duodecim, ſed ferme *k* ondecim armati Chriſti milites, Apoſtolorum propoſito communiter vivere ſub habitu & Regula B. Auguſtini profeſſi ſunt.

3 Congregatis itaque Fratribus, conſilium ſimul & voa una fuit eum omni gratulatione totios congregationis curam D. Theotonio committere. Cumq; ille ad tanti ſegiminis pondus iterum ac ſæpius ſe proclamaret indignum, virtute tamen obedientiæ appoſita, invitus nolenſque ſuſcepit, ceteris ſub ipſo in eodem loco firmantibos ſtabilitatem: ſub quo novo Patre novum monaſterium magnis brevi tempore larga Dei pietas gratiæ ſuæ muneribus illuſtravit, bonis & religioſis viris nobilitavit, nec minus poſſeſſionibus, quam virtutibos reddidit amplum. Fuit enim in diebus ejus fama celeberrimom, religione valde conſpicuum, 10 quo D. Theotonius ad culmen ſanctitatis mirabilis rer excrevit: de cujus ſanctis actibus, ne tantus vir latext, pauca de pluribus breviter attingam: in quibus exponendis nihil addo, nihil in majus extollo more laodantium, vel ut ab hominibus gratiam promereri velim; ſed gratias ago, quia noſtris temporibus talem Patrem habere meruimus, imo & habemus. Deo enim vivont omnia, & ut ait B. Hieronymus, quidquid in Deo transfertor, in familiæ numero computatur. Itaque ab exordio magnis vitæ meritis ceteros anteire cœpit gravitate vitæ, ſingularitate abſtinentiæ, & virtute continuæ orationis.

4 Frequenter etenim Deum precibus exorabat ſine orationis ceſſatione, &, ſi aliquando ab orationis contemplatione ceſſabat, numquam de manibos ejus ſacra lectio deponebatur, maxime tamen Pſalmodiæ operam dabat, ſiquidem quotidie præter Canonicas Horas & divinum officium, quod cum timore & veneratione competenter complebat, totum Pſalterium percurrebat: deinde ceteris bonorum operum exercitiis aut utilitatibus monaſterii vacabat. Nullis unquam vitiorum illecebris aut ſeculi voluptatibus incumbebat, ſed ſemper illi ſecretum, manſuetudo, ſilentium, & pax fuit. Denique præter conſuetudinem ſui temporis in tanta eſſe humilitate didicerat, ut minimus omnium aperte videretur, & ultimus ſervorum Dei: & tantus præterea Canonicæ inſtitutionis eum ſervor accenderat, os ipſum Ordinem, quaſi toto orbe fugientem, perſequi videretur. Inde eſt quod hujus rei gratia miſerit Fratres ad *l* Compoſtellam, & frequentius ad monaſterium S. Ruffi, ut regulam S. Auguſtini exactius ediſcerent, qua ſuos poſſit exactius in Domino dirigere. In congregatione autem vir Dei ſic vivebat, & ita temperatus & modificatus erat, ut nec in habitu ſuo, nec in actu, aut etiam in ipſo inceſſu reprehenſibilis videretur, incautum ut nec quidem eximatorum quiſquis oculis in eo poſſet notare, quod ante vel retro regulare non fuiſſet, adeo ſui Ordinis executor factus erat.

5 Multi multas in eo laudabant occupationes: alii humilitatem, quæ prima Chriſtianorum virtus eſt; alii ſanctitatem, tunocentiam, gravitatem, religionem, & ardorem fidei, quæ omnia domicilium in eo ſibi fecerant. Ego amplius laudabo in eo, quod eum Fratribus ſuis exſtatis vinculo, velut quadam germanitate, ſemper adſtrictus erat. Non enim quaſi peoprios, ſed us Domini gregem, tractare meminerat: omnibus caritatis officio ſerviebat. Si quæ facienda erant, non præcipiebat, ſed demooſtrabat cum omoi bumilitate & reverentia, invicem eos obſequio, beneficio, & honore præveniebat: ſuperiorem locum non exigebat, ſine ſuperbia gubernabat, numquam temere reprehendebat, attameo ſi quos delinquentes, aut ſecus quam dignum erat agere, aut vanis confabulationibus vacantes reperiſſet, zelo rectitudinis ſecreto pariter arguebat. Si forte aliquos inter ſe commoviſſe cognoſcebat, joata Evangelium eos ſermone leniſſimo fœderabat. Si enim contra aliquem in moribus coercendis neceſſitas diſciplinæ cum dura verba dicere compellebat, ſtatim ante ſolis occaſum ſe cum eo paterna pietate pacificabat, ſic cunctos vitæ ſuæ informabat exemplo. Sed & tamquam bonus exhortator in caſtris Domini, non ceſſabat oleo exhortationis & ædificationis eos ad bene vivendum informare, ut qui jam ſeculi militiam dereliquerant, rectom Chriſti iter tenerens.

6 Donum religionis ſibi divinitus collatum, nec vitiis, nec turpibus cogitationibus fœdabat: quin potius illud humilitate, ſobrietate, ceteriſque ornamentis ſanctarum virtotum exornabat. Fratribus, ut cum omni devotione & veneratione divinæ ſervitotis opus peragerent, acuebat, quatenos non ſolom erga Deum, ſed ab bis qui foris ſunt, bonum teſtimonium habeutes, Domino ſuo, ad cujus honorem congregati eſſent, ſo omnibus fideliter deſerviront, unuſquiſque videlicet de officio ſuo ad laodem & gloriam nominis Domini Dei, & utilitatem proximi, ut joata Apoſtolum ſinguli eſſent alter alterius membra, & ſic vere Chriſti paoperes eſſe contenderent, ut veræ beatitudinis pau-

AUCTORE COÆVO DISCIPULO

D *præit aliis exemplo:*

dedituo orationi,

humilitati,

& diſpendentibus reditum in Terram ſanctam

Canonicæ inſtitutionis:

E *l*

accedit duodecimus,

magna cautione & prudentia ſubditos regit,

d e approbantibus Alphonſo patris Regis, Epiſcopis, aliisqi

f g h

C

F

i k

delinquentes corripit;

eligitur locatus monaſterii Trium

Incolent donum orationis,

munus obſequium, Rom. 12. 5.

AUCTORE COÆVO DISCIPULO

peres efficerentur ; omnes omnibus religionem exhiberent, pacem, & concordiam inviolabiliter cuſtodirent, & ita uſque in finem in ſancto propoſito permanerent. A

mortificationem.

Sæpe etiam convertebat ſermonem ; Ejs, inquiens, filioli, affligendum eſt corpus, quod in ſeculo multa vacavit vanitatibus ; & lingua cohibenda, quæ omni tempore, prona labitur ad peccatum, niſi diligenter cuſtodiatur : nam mors & vita in manibus linguæ. Riſum quoque compenſandum eſſe cum fletu, aſſidue monebat, ut rideamus, inquiens, in die noviſſimo. Frequenter, ut ab otioſis ſermocinationibus auditum pariter caſtigaret, ſuadebat, & ad hæc ſingula divinæ auctoritatis ſubiiciebat exempla. Dicebat etiam, quod per odium amittitur utilitas & jucunditas illa, de qua ait B.

Pſal. 132. 1. David : Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum ; & per illud expellitur Chriſtus,

ſimplici ſermone utitur ;

qui eſt vera ſapientia, quia hæc non introibit in malevolam animam. Talibus igitur exhortationibus Pater ſpiritualis mentes ſubditorum aſſidue muniebat, & eos magis ac magis in perſolvendis divinis laudibus, & in Ordine ſuo cuſtodiendo promptiores ac devotiores efficiebat. Quæ quidem omnia non grandi eloquentia, ſed ſimplici ſermone proferebat, &, ut ita dicam, ſancta ruſticitate, quæ interdum mundana philoſophia efficacior eſt, & magis neceſſaria ad ædificationem Fratrum. B

7 Nec in ſpiritualibus ſolum tam egregium conſervabat ſtudium, ſed in carnalibus quoque plurima ſollicitudinis & providentiæ ſuæ documenta ſubſidiaque terrena præſtabat Fratribus diligenter & cum caritate & opportuno tempore. Ut autem hujus rei ſummam brevitate contingam, ſic multimoda ſollicitudine familiam Chriſti gerebat : utramque annonam, videlicet ſpiritualem & carnalem, ita ſubminiſtrabat, ut jam per omnia videretur Evangelicus ille ſervus fidelis & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Quid reſetam quam pia conſideratione ſenes ac debiles ſecundum virium imbecillitatem ſupportare, diligere atque honorare præcipiebat, & præcipiendo ſupportanat & honorabat ! Pueros vero & adoleſcentes, qui in congregatione nutriebantur, cum ſumma pietate fovebat, ſine contumelia corripiebat, ſine crudelitate caſtigabat, & ita eos eccleſiaſticis conſtringebat diſciplinis, ut eorum ætas nullum poſſet locum reperire laſciviæ. Quid memorem clementiam ejus & ſedulitatem in ægrotantes ? Quos manus obſequiis & miniſteriis confoveri faciebat gratia viſitationis, & dulcedine ſui oris ſublevabat : quibus pervigilem curam adhibebat, & quaſi Chriſto ſerviebat : quæcumque enim ſuſtentationi diverſarum infirmitatum neceſſaria, ea omni obſervantia fideliter diligenterque illis miniſtrare volebat, frequenterque Fratribus dicere ſolebat : O filioli, hujus mundi ægroti portandi ſunt, quia de talibus ſuperna retributio indubitanter adquiritur. Nec erat apud eum perſonarum acceptio, ſed infirmitatum pia & neceſſaria conſideratio. Cumque aliis languentibus large præberet omnia, ſi quando ipſe ægrotaſſet, ſibi non indulgebat : non delicata vel inſolita ciborum genera concupiſcebat, nec nimis accurate præparata, ſed magna conſtantia delicias & luxum ciborum aſpernabat.

prudenter in procurandis ægrotis,

Matth. 24. 45. *fidelis in familia ſuæ ;*

ægris ;

C

ægros ſancta aſſiſtit.

a *Eſt urbs* Portus *ad Durii fluminis fauces, cujus poſt vaſtatos Mauris primus Epiſcopus fuit* Hugo, *quem Paſchalis Papa II. diplomate illi anno* 1115. *miſſo appellat etiam* Portugalenſis Eccleſiæ Epiſcopum : *uti & Calixtus Papa II. diplomate miſſo Bracarenſi Epiſcopo, & ipſe Hugo in donatione monaſterii de Lecia facta apud Rodericum de Acnaiba de Epiſcopatu Portugenſi par. 2. cap. 1.*

Portus urbs Portugallo dicta

b Ioannes *Hugoni ſucceſſit an.* 1137. *Nam Æra Hiſpanica* 1175. *3. Ioannis ſubſcribit hac formula* : Ego Ioannes Portugalenſis Eccleſiæ humilis electus confirmo. *Ita Acuinba par. 2. cap. 2. qui ait* Peculiarem *fuiſſe cognomium eorum.*

c *Bracarenſis Epiſcopus factus an.* 1140 *regit eam Eccleſiam annis 37. cum medio, mortuus an.* 1177. 2. *Decemb. Ita idem Acuinba.*

d *Imo annum ſubſtituendum* 1134. *ſupra probavimus.*

e *Hæc videntur in ſingulari numero ita legenda* : Catiſſimus Infans Alphonſus, Henrici & Reginæ Tharaſiæ filius. D

f *Nam Alphonſo moriente Mauri regnum Algarbia & alia Luſitaniæ loca adhuc dominabant.*

g *Ptolemæus* Gallæcos *dividit in* Bracarios & Lucenſes : *illi inter Minium & Durium fluvios degebant, quorum regia etiam provincia* Bracarenſis *dicta eſt, nunc regni Portugallia pars.*

h Bernardus *appellatur a Didaco de Roſario.*

i *Dominica prima Quadrageſima 6. Kalend. Martii anni* 1135. *ut ſupra probavimus.*

k *Didacus de Roſario ſeptuaginta duos ſcribit, forte legendum ferme ſeptuaginta.*

l *Compoſitionem hujus cœnobii fundatis perperam attribuitur Carolo Magno a Turpino in ejus Vita.*

CAPUT II.

Captivi interceſſione S. Theotonii liberati. Curatio Regi & Reginæ impenſa, dæmones fugati.

8 Qualem etiam compaſſionis affectum erga miſeros habuerit, hæc res ſola indicium eſt. Cum ergo Alphonſus, nobilis Infans Portugalliæ, verſus remotiorem Hiſpaniæ partem, quæ Hiſpalis dicitur, ducto exercitu, pene totam Sarracenorum provinciam deprædatus fuiſſet ; viri bellatoreſ ejus inter infinitam prædam, quamdam Chriſtianorum gentem, quos vulgo *a* Muzarabes vocant, inibi ſub ditione Paganorum detentos, ſed tamen utcumque Chriſtiani Numinis uſum obſervantes, pariter captivarunt, atque jure bellantium ſubjugaverunt. Quo audito, vir Deo plenus valde condoluit, & qui numquam ad exteriorem portam monaſterii de clauſtro exierat, ferveſcente zelo Dei, egreſſus obviam Regi, & cuncto exercitui, dixit : O Rex, & cuncti Barones, qui ſanctæ Matris Eccleſiæ filii eſtis, cur Fratres veſtros vobis in ſervos & ancillas ſubjugatis ? Peccatis etenim ſuper hoc Domino Deo veſtro. Cumque, prout debuit, compendioſe eos alloquutus fuiſſet, & quod, niſi eos liberos dimiſiſſent, magnus eis furor Domini inſtaret ; Rex & cuncti bellatores totum illud genus hominum dimiſere, & coram eo liberi abire permiſerunt. Igitur per ſtudium illius liberatis a ſervitute pluſquam mille hominibus, exceptis uxoribus & parvulis, quicumque de gente illa Colimbriæ eſſe voluerunt, locum habitandi circa monaſterium Sanctus dedit, eoſque per annos plurimos de annona monaſterii pavit, utpote imbecilles, & terram ignorantes. E

Magnates in bello capti,

a

erant apud Alphonſum adoleſcentulum detenti,

multos ipſe abſolvit

9 Gratiam quoque curationis nihilominus in eo fuiſſe ex hoc jam patenter agnoſcimus, quod præter multa beneficia & diverſorum morborum remedia, quæ ab illo experti ſumus, cum quodam tempore præfatus Infans Portugalliæ immenſis febribus æſtuaſſet, & præ nimia febrium anxietate vehementer urgeri cœpiſſet ; magiſque non jam vocibus, ſed ſtridoribus tandem veri Dei ultimum remedium anxie quæſivit : a quo cum divinæ exhortationis oleo fuiſſet infuſus, ejuſque dextera clemente attactus (mira res) protinus ardore paullatim tepeſcente, refrigerium ſalutis accepit : tantaque in ejus præſentia virtus Dei viro divinitus collata eſt, ut ſtatim hora eadem cibum, quo multis diebus caruerat, incolumis acceperit. F

Alphonſum ægrum aliis ſanare fecit.

C inchoaſſe, primus loci ejus Abbas, mortuus an. 795. Herbipolim revectus, ac honorifice prope S. Burchardum terræ mandatus. *Similia leguntur apud Bucelinum par. 1. & 2. Germanio ſacra, Arnoldum Wionem lib. 2. Ligni vita cap. 44. aliaſque abſque tamen titulo* Sancti *aut* Beati: *nedum ut in Breviario Herbipolenſi, cujus variæ editiones habemus, officio Eccleſiaſtico colatur.*

Nusdatus Epiſcopus *inſcriptus eſt hoc die Faſtis Hiberniæ, teſte Colgano, qui eum opinatur* Ardmachanum Archiepiſcopum *circa an. 810. floruiſſe, ac de eo agi in Vita tripartita S. Patricii l. 2. c. 19. his verbis*: Mos ille tranſiit in conſuetudinem & debitum, ut illi quotannis S. Colmaco vaccam debeant ſolvere, donec Nuadatus Abbas Ardmachanus eos ab hoc onere liberaverit: *ubi* Archiepiſcopum *loco* Abbatis *intelligi debere contendit Colganus. Sed eſto, iade nec dum ut* Sanctum *coli probat. Auctor Vitæ tripartitæ, qui paſſim Sanctos aliosenumerat, hic a ſimili titulo abſtinet. Dein prater* Nuadatum *eccenſentur* 19. *Febr.* Fechinus, Mocldonorchon Epiſcopos Kildarienſis, *ut ſupra dictum, & filii* Næmnalli: *quos omittit Colganus. Hinc difficile judicatu, quanda velit Faſtis iſtis fidem certam adhiberi.*

Columba Oſoris, Abbatiſſa monaſterii Archenſis, mortua eſt cum ſororibus ſuis per manus cujuſdam Mauri Almancoris: *ut legitur in quadam bulla donationis monachis Ciſtercienſibus monaſterii S. Joannis de Tarouca, in dioceſi Lamecenſi ad flavium Durium falſa quadam Domino Teudone, ſeu Tedone Fuſir 4. Apr. anno* 1129. *Ob quæ verba dicta* Columba, Sancta, Virgo & Martyr *appellatur a Ludovico dos Abjos in Horto ſanctarum & illuſtrium faminarum Luſitaniæ n. 46. Eadem Hagiologio Luſitano ideo etiam adſcripta eſt die* 19. *Februarii a Georgio Cardoſo, dicitarque* S. Columba *propter confeſſionem fidei Chriſtianæ & conſervationem virginæ puritatis cum ſuis occiſa. Verum unde ea ſciri poſſunt, cum in charta donationis non legantur, quæ ducenti annis facta eſt poſt tempora* Almaocoris, *ſive hic ſit* Abderrhamen 17. *Rex Mauroram in Hiſpania, & 8. Cordubenſis, qui & Almaocor & Alhagib cognominatur, ſive* Almancor *fuerit præcipuus oliquis Dux ſub illo Rege. Conſule Stephanum Garibaiam tomo 4. Hiſtoria Hiſpanica lib. 37. cap. 9. & 10. aliaſque ſcriptores Hiſpaniæ; & de monaſterio S. Joannis de Tarouca Jongelingum in Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis in Luſitania, Angelum Manrique in Annal. Ciſter. ad an.* 1129. *c. 3. aliaſque.*

B. Friderieus Abbas in Monte S. Michaelis, ſingularis patientiæ vir *refertur hoc die ab Huzone Menardo. Adhuc nobis ignotus eſt.*

B. Bodeca, ſeu Dudoco, Epiſcopus Bathonienſis, *nominatur hic a Cumerario in Menologio Scotorum, qui addit* alios alio die feſtum ejus ponere. Videndum eſſe Franciſcum Godwinum, & Scoti Chronicon. *Hoc nondum nacti ſumus, nec adhuc typis excuſum. Apud Godwinum eſt* 14. *Epiſcopi Wellenſis in Anglia,* Dudoca, nonnullis Bodeca, e Saxonia Germaniæ oriundus, aut, ut quibuſdam placet, e Lotharingia. *Cui ſucceſſere* 15. *Giſo, & 16. Joannes de Villula, qui ſub Henrico 1. Rege Anglia ex urbecula Wellenſi Sedem Bathoniam tranſtulit, a quo tempore ſucceſſores dicti Wellenſes & Bathonienſes Epiſcopi: quod Cumerarius perperam ad deceſſores tranſfert. Sunt* Bathonia & Wells *in Comitatu Somerſetenſi, illa ſupra Briſtolium ad Avonam fluvium, altera non procul Glaſtonia in interiore tractu Comitatus. Sed quorſum Scotus attribuitur Bodeca, ſeu Dudoco, de cujus veneratione altum eſt ſilentium in Martyrologio Anglicano & aliis. Confectatus dicitur an.* 1031. *ſedilſe annos 27. menſes 7. dies 7.*

Petrus a Monticulo Ordinis Minorum *apud Sirolum, diœceſis Arcanitana pagum in Piceno*, a vicinis populis ut Sanctus colitur & habetur, *ut ſcribit Gonzaga par. 2. in Conventu Siroli, qui eſt* 12. *provincia Marchiæ: licet* F *addat miracula, quæ plurima edidiſſe narratur*, debito teſtimonio carere. *Idem par. 1. inter* Beatos Ordines *eum recenſet, uti & Arturus a Monaſterio hoc die in Franciſcano Martyrologio. An ad eum appellationem connivere conferi poſſit Sedes Apoſtolica alii viderint.*

B. Elizabeth, monialis Ordinis Scevorum, depoſitio Mantuæ. *Ferrarius in generali Catalogo, citato Chronico Ordinis Servorum, in quo Michael Florentinus eam ſolum* prudentiſſimam Virginem, miraculis & ſanctitate fulgentem *appellat, nullo* Beatæ *aut* Sanctæ *titulo addito.*

Alvarus de Corduba Ord. Prædicatorum, *& Confeſſarius Reginæ Catharinæ uxoris Henrici 3. ut dein Joannis 2. Regum Caſtellæ & Legionis, inſcriptus hoc die Hagiologio Luſitano ideo Cardoſi, quia e Luſitania oriundus: aſſentique citato etiam Chronico Gonſalvi Avilæ, apud Sedem Apoſtolicam magna diligentia adlaborari, ut Sanctorum catalogo inſeribatur: de cujus ſanctitate operibus interim legi poſſunt Ordinis Prædicatorum ſcriptores ab eo citati.*

S. Cajus, S. Victor, S. Potamia, S. Corona, xa alii. } Martyres: *quorum tres priores Maurolycus* Romæ *aſſeribit, & Coronam Virginem appellat, uti & Felicius, qui huic alios* 20. *adjungit.*

Victor & Corona *referuntur etiam in*

Mar-

A *Martyrol. mſ. S. Cyriaci, ſed cum Martyribus Afris, qui hoc die coluntur. De his omnibus agitur aſſequentis in pluribus Martyrologiis. Ubi & noſtr.* S. Potamium *cum* Ss. Nemeſio & Didymo *in Cypra paſſum referemus, ſeorſim eorum actuari ad* SS. Victore, Corona & 20. ſocios, *die, ut diximus,* 20. Febr.

At Cajus Pontifex Romanus *hoc etiam die in mſ. Trevirenſi S. Martini inſcriptus eſt, occaſione fratris S. Gabinii, colitur* 22. Apr.

S. Julianus, S. Eunus, S. Macarius, S. Epimachus, S. Alexander, S. Metranus, S. Apollonia, S. Ammonaria, S. Cointa x. ſocii, } Martyres Alexandriæ ſub Decio. *Ita Maurolycus & Felicius, qui eos Africæ tribuit. At mſ. Ado Eccleſiæ Morinorum,* Alexandriæ *memorat* pro Chriſto paſſionibus glorioſe coronatos: ſicut B. ſcribit Dionyſius Alexandrinus Antiſtes in l. de Martyribus, *ſcilicet apud Euſebium l. 6. Hiſt. Eccl. c. 34. Plures de iis agunt* 20. *Febr. at variis diebus coluntur in Martyrol. Romano.*

SS. Julianus & Eunus. 27. Febr.

S. Macarius 8. Dec.

SS. Epimachus, Alexander & Ammonaria 12. Dec.

S. Metranus 31. Januar.

B S. Apollonia 9. Febr.

S. Cointha 8. Febr.

Udalricus Abbas Cæſareenſis *refertur hoc die, & Beatus appellatur a Chryſoſtomo Henriquez. in Menologio Ciſtercienſi, qui Bruſchium, Miræum & Catalogum Ss. & BB. Ordinis Ciſtercienſis citat. In hoc Catalogo apud Hugonem Menardum non reperitur nomen Udalrici. Miræus in Chronica Ciſtere. agit de nobiliſſimo Cæſareenſi cœnobio vulgo* Kayſersheim *& falſa abbreviatione* Kayſheim *in Dotata Neuburgenſi anno* 1132. *a Comitibus Lechſmundenſibus extructo; ſed Udalrici non meminit. Bruſchius ait* virum pium *fuiſſe,* ac religionis externæque diſciplinæ ſtudioſiſſimum. *Meminere ejus Martinus Creſius par* 2. *Annalium Suevicorum lib.* 9. *cap.* 15. *Wigulens Hundius aut Ghriſtophorus Gewoldus tom.* 2. *Metropolis Salisburgenſis, ubi ſcribit obiiſſe* Udalricum Abbatem *non hoc die, ſed (quando, ſi qua documenta ſuggerantur, edi poterunt)* 18. Martii.

S. Euſtachii Patriarchæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *nomen ita deſcriptum eſt* Martyrologio ſecundum morem Romanæ curiæ *a Bellino edita an.* 1498. *ac deinceps receptum. Eadem habentur apud Maurolycum, Canſium, Molanum, Galeſinium, Felicium, Ferrarium: ſed aliqui* Euſtathium, *Galeſinius* Eucharium *vocat. Molanus & Galeſinius citant* Martyrologium Romanum, *ſcilicet a Bellino editum. Ferrarius vero allegat* tabulas Eccleſiæ Venetæ, quæ corpus habeat, *patatque* hunc diem Translationis eſſe, non natalis. *Canſius addit, ſuſius de eo agi* 16. *Julii, forſan ratus illum eſſe* S. Euſtathium Archiepiſcopum Antiochenum, *qui eo die colitur. Hic ſub Conſtantio Imperatore Arriano ob Catholicæ fidei defenſionem Trajanopolim Thraciæ urbem paſſus exilio eſt, quem Socrates l. 2 hiſt. Eccl. c.* 19. *ait* Conſtantinopoli in occulto delituiſſe, fideique coofubſtantialis fautores confirmaſſe. *Eum ad ſua uſque tempora conditum fuiſſe Trajanopoli ſcribit* S. *Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. Et hic celebri admodum cultu honoratur a Græcis & 5. Junii, & 21. Febr. a quo* 21. *ad* 19. *potuit tranſpoſitis characteribus numerorum facilis error committi. Ferrarius etiam, quaſi alius forſan eſſet,* Conſtantinopoli, *ait,* S. Euſtachii Epiſcopi. *Verum quia alii auctores* Patriarcham Conſtantinopolitanum *dicunt* Euſtachium *appellent ab Antiocheno illa alius ſtatuendus videtur. Et duo fuerunt* Euſtathii Patriarchæ Conſtantinopolitani, *ſed ſec. Chr. undecimo. Nam teſte Cedreno,* Sergio Indictione 2. menſe Julio, anno mundi 6527. *Chr.* 1019. mortuo, ſuffectus eſt Euſtathius, Palatinæ ædis Presbyterorum Princeps. *Hic* menſe Dec. Indict. 9. an. mundi 6534. *Chr.* 1026. *ſubito correptus morbo deceſſit. Hujus eſſe doctiſſimas Commentationes in Homerum volunt plurimi, inter quos Marquardus Freherus in Chronologia præpoſita Juri Græco-Romano a Leunclavio illuſtrato. In eadem Chronologia* Euſtathius II. *vel Euſtratius, collocatur ad ann.* 1081. *cui tertio Sedit* 20. *ſucceſſit Nicolaus III. Verum ne Græci quidem ullum horum inter Sanctos collocarunt, & num orthodoxam fidem profeſſi ſint, vitamque inculpatam egerint, non liquet. Quare omnibus accurate perpenſis arbitramur, agi de* S. Eutychio Patriarcha Conſtantinopolitano, *cujus Acta ab Euſtathio diſcipulo ſcripta extant apud Lipomanum & Surium* 6. *Apr. Illum Vitam brevioremque habemus, cujus titulus hic eſt:* Vita S. Euſtachii Patriarchæ Conſtantinopolitani per D. Fabianum Cretenſem monachum Congregationis Caſinenſis, alias S. Juſtinæ, *ex Græco in Latinum traducta. In ea Vita ſemper* Euſtachius, *nunquam* Eutychius *appellatur, dicitur que* corpus ejus Venetias anno 1246. translatum, *aſſervari* in ſano Divi Georgii Majoris, in altari 22. Apr. reconditum. *Ferrarius hoc die &* Euſtachium & Eutychium *receuſet ratus diverſos eſſe, & utriuſque Reliquias Venetiis aſſervari: at* Eutychii, *quem etiam* Euſtachiom *appellari fatetur, aſſerit* 19. *Febr. celebrari* Inventionem corporis. *Quæ plenius examinanda erunt* 6. Aprilis.

Gero Abbas Coloniæ in monaſterio Scotorum S. Pantaleonis, ut in paſſione S. Maurini habetur. *Ita Demſterus in Menologio Scotico. In Actis S. Maurini* 10. *Junii dicitur ſolum* ſanctæ memoriæ Gero, poſt datus Epiſcopus dignus Deo, *non vero* Abbas. *Gelenius lib.* 3. *Coloniæ Agrippinæ ſyntag.* 13. §. 2. *enumerat viros claros monaſterii S. Pantaleonis, & nonnullos Abbates* Beatus *appellat, nulla facta mentione* S. Geronti: *quem ait l.* 2. *ſyntag.* 6. Saxonem *fuiſſe e* Ducibus Luſatiæ: *at lib.* 3. *ſyntag.* 1. §. 8. *& in Faſtis Agrippinenſibus aſſerit in Metropolitana Eccleſia coli* 28. Junii.

S. Volmatius Abbas *memoratur hoc die a Felicio. Ignotus is mihi, niſi ſit, quod reor,* S. Vulmarus, *qui in monaſteria Silviaco agri Bononienſis in Belgica II. locit colitur, adſcriptus etiam Martyrologio Romano* 20. Jul.

S. Pantaleon Martyr *colitur hoc die in Eccleſia Burgenſi in Hiſpania officio* 9. *Lectionum, qua in ejus Eccleſia Breviario habentur: ejuſdem mentio fit in mſ. Martyrologio Bruxellenſi* S. *Gudila. Plurimos pridie do eo agere diximus, ac plenius dicemus, cum Acta ejus dabimus* 27. Julii.

Dalmatii & ſociorum *ſacra memoria inſcripta eſt Kalendario Coptico II. a Seldeno in l. de Synedriis veterum Hebræorum excuſo. Forſan eſt* S. Dalmatius, *qui Archimandritu vixit Conſtantinopoli tempore Concilii Epheſini, & colitur eum* SS. Fauſto & Ifacio 3. Aug.

Dagæus Epiſcopus *memoratur hoc die a Colgano in Actis Sanctorum Hibernia, idque ob* domeſtica Martyrologia *addit ſe habere* Vitam prodigiis plenam, *ac daturum die (quo examinari a nobis poterit)* 28. Aug.

S. Frontiniani Martyris Translationem Abbæ Juliæ *in Marchionatu Montiferrutenſi hoc die recoli tradit Ferrarius in Catalogo, at diem ejus natalem eſſe* 6. Sept.

S. Maximos, S. Theodotus, S. Heſychius, S. Aſclepiodota, } Martyres, *variis tormentis occiſi, referuntur hoc die a Græcis in Menais & apud Cytherarum, uti duo priores a Galeſinio, Canſio, Ferrario: qui duo cum Aſclepiodota iterum inſcripti ſunt Menais, & Vitis Sanctorum Cytherai* 17. *Sept. & Menologio Græcorum* 16. *ejuſdem menſis: ac Martyrologio Romano* 15. *ejuſdem, ſed* Theodorus & Aſclepiodotus *appellantur. Acta Græca hactenus deſiderata nacti ſumus, in quibus nulla fit* S. Heſychii *mentio, uti neque in Sept. apud alios, de quo tamen, niſi alius interim dies martyrii occurrat, agi etiam poterit die ſto* 15. Sept.

S. Florentius Tungrenſis & Trevirenſis Epiſcopus *hoc die*

A exortus eſt, illuminans ſedentes in tenebris idolatriæ, radius divinæ doctrinæ. Hic tamquam ſplendida lucerna in tenebroſo locu, divino irrigatus oleo, in hac civitate luxit, donec Chriſtus in ea habitantes illuſtravit, & lucifer exortus eſt in cordibus eorum. Sed date mihi, rogo vos, veniam. Ego enim etſi rudis oratione & ſcientia, neceſſarium tamen exiſtimavi, eum multæ ſint & admiratione dignæ B. Auaibii virtutes, ut audivi & *d* edoctus ſum a viris, qui ætate proceſſerant, (ſicut ait divina vox: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores tui, & dicent tibi) eas paucis exponere. Narrationem ergo, Deo adiuvante, incipiamus.

alia unde hauſerit ſcriptor?

d Deut. 32. 7

1 Auaibius quidem prodiit ex magna Romanorum civitate: ejus vero parentes erant opulenti quidem, ſed ſuperſtitione gentiles. Fuerunt autem eis duo filii, B. Auxibius & ejus frater Themiſtagoras. Beatus igitur Auxibius erat valde quidem urbanus, mitis vero ſicut Moyſes: mentem habebat caſtam & prudentem iuſtæ Beati Joſeph: atque ut ſemel dicam, puer erat omni virtute ornatus, & ætate proficiens. Pater autem omni eum externa ſapientia erudit. Cum vero ætatis ſuæ legitimæ, voluerunt ei parentes uxurem conjungere. At ipſe mentem habens divinam, perfectamque rationem, & vivendi modum cum virtute conjunctum, his contradicebat. Audierat enim de Chriſto, & Chriſtianos fieri deſiderabat. Quod cum audiſſent ejus parentes, ei ſuccenſebant: & patet quidem minis cogebat, mater vero blanditiis ſuadebat, ut id faceret.

Ie Roma natus, ejusque deditus,

proponit in fidem

B

a nuptiis abhorret,

3 Videns autem B. Auaibius talem illorum voluntatem pio ſuo proposito inſidiari & obſtare, Ruma ſe ſubducere cogitavit. Ergo cum hoc firmiter ſtatuiſſet, neque ulli quidquam diciſſet; patentibus ſe ſubtraxit paucis poſt diebus: cumque in portum deſcendiſſet, navem reperit ad partes Orientis vela facturam. Itaque relictis omnibus, modicaque ad ſe alendum accepta pecunia navem conſcendit. Cum autem Roma ſolviſſent, poſt dies aliquot Rhodum pervenere: indeque in mare, quod e Pampbyliam alluit, trancientes, Cyprum tenuerant, & in pagum, qui Limne, id eſt *f* Palus, dicitur, appulſi ſunt, quarto ab Solorum urbe lapide, divina B. Auxibium ad multarum ſalutem animarum ducente providentia. Nam egreſſus, Limnæ muratus eſt, quo ſe ex navigatione recrearet qua valde jactatus, & fatigatus fuerat.

domo profugit:

e

f

Rhodum navigat, hinc in Cyprum

g

h

poſt S. Barnabæ martyrium,

i k

l

C

4 Accidit autem, ut Barnabas Chriſti Apoſtolus *g* in ſecunda ſua periodu, & urbis Chriſtiani luſtratione, veniret in Cyprum, poſtquam fuerat a Paulo, *h* adſpectu, non corde, ſejunctus. Is Marcu ſecum aſſumpto Lapithum appulit, toramque continuu inſulam obeuntes, Salaminem, quæ, ut ait *i* Marcus, *k* Conſtantia nunc dicitur, pervenerunt: cumque *l* Heraclidem inſulæ Archiepiſcopum invenilſent, agnitum prædicandi Chriſti Evangelii rationem eum edocuere, Eccleſias, atque in eis miniſtros conſtituere, eumque compleai, in pace ſolverunt. Cum autem Barnabas curſum conſummaſſet, bonumque fidei certamen certaſſet, ſuiſſetque martyrii corona Conſtantiæ redimitus; Marcum quoque ad necem ſcelerati Judæi perquirebant. At ille fugerat, his *m* Ledras uſque inſequentibus, inveutoque ſpelto, in illud ingreſſus, triduum ibi delituit: quo elapſo inde receſſu, factoque per montes itinere *n* Limnen attigit. Erant autem cum ipſo *o* Timon & *p* Rhodon, qui in pagum abeantes, ibi B. Auaibium, qui Roma recens advenerat, repererunt.

m Marcum ſocius fugiunt,

n o

p

5 Hic cum alter in alterum incidiſſet, Marcus Auaibium, Qua ea urbe oriundus eſſet, interrogavit. Auaibius vero, Ea magna, inquit, urbe Roma, propterea quod factus ſim Chriſtianus, huc veni. At Apoſtulus videns eum Chriſti teneri deſiderio, fidelemque eſſe ac facundam, eumdem probe inſtructum, & veritatem ex Dei verbo edoctum, deſcendens ad fontem baptizavit in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: baptizato manus imponens, Spiritum ſanctum ei contulit: cumque eum-

ab hoc baptizatur,

dem ordinaſſet Epiſcopum, & modum prumulgandi Chriſti Evangelii edocuiſſet, ad *q* Solorum urbem hiſce mandatis & verbis inſtructum miſit. Siquidem ea civitas eſt idolorum cultui dedita, Deique nondum ſuſcepit eloquia, ſed in tenebris vel ſatur idololatriæ: quod tibi dico, id in præſta. Nullus modo Chriſtianum eſſe te noverit, ſed *r* ipſorum ie ſuperſtitionem ſectari ſimula: progreſſu vero temporis incipe occulte ipſis tamquam inſantibus diſſerere, ſermone eos tamquam lacte nutriens, donec perfecti facti, perfecti fiant alimenti participes. Cum hæc atque his plura Auxibio diviſſet Apoſtolus, *ſ* eumdem complexus in pace *t* dimiſit. Ac Marcus quidem navem nactus Ægyptiacam, ea conſcenſa Alexandriam navigatione pervenit: ubi Evangeliſtæ ſuuctus munere, quæ ad regnum Dei ſpectant edocuit.

AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

D

q & *Epiſcopum ordinatur, ac Solos mittitur.*

r

ſ

t

a *Titulus hic præfigitur in Lipomano:* Vita Sancti & glorioſi & admirabilium operum effectoris P. N. Auxibii, Archiepiſcopi Solenſis, qui fuit diſcipulus ſancti beati Apoſtoli & Evangeliſtæ Marci, ex Simeone Metaphraſte. *Brevius hic in noſtro ms. Βίος καὶ ὁλοκληρία τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου θαυματουργοῦ Αὐξιβίου ἀρχιεπισκόπου γεγονότος Σολίας ἀπὸ Κυπρίας τῆς νήσου.* Vita & converſatio ſancti & illuſtris Patris noſtri Auxibii Archiepiſcopi Soloenſis in inſula Cypro.

b *Addimur in Lipomano:* qui fuit effector operum admirabilium. Verent autem hoc facere, propterea quod ſit indigna, vilis & abiecta ætatis. E

c *Hinc ionicismus ſupra, ſcripturem Vita hujus Salamſom fuiſſe.*

d *Ita in Græco:* ὥσπερ ἀκούσας παρὰ ἀξιοπίστου τοῦ χριστοῦ.

e *Non recte vertit Hervetus,* mare quod eſt in Pamphylia. *Quodnam enim in Pamphylia mare eſt? Niſi forte ſinus quidam, & ipſe partiſularia forſitan nomina: τὸ Παμφύλιον πέλαγος Strabonis & aliis dicitur, quod Pamphyliam alluit: & hic in Græco:* τὸ πέλαγος τὸ τῆς Παμφυλίας. *Mare Pamphyliam.*

f Ἐς κώμην τινὰ καλουμένην Λίμνην. *Hervetus legit:* Λιμένα vertit enim, in vico qui vocabatur Portus. *Paulo poſt* Λιμενίτην *vocat, vel pagum ipſum vel tractum circumjiſtum.* Διέτριβε οὖν Λιμνίτης. Limne vicus.

g *Hervetus,* in ſecunda ſua circuitione. *In apocryphis actis S. Barnabæ, divinæ Cypriæ fidei profeminanda cauſſa peregraſſe memoratur cum Paulo, iterum cum Joanne Marco. Et de hoc in Cyprum cum Marco profectione agit S. Lucas in Act. Apoſtolorum c. 15.*

h *Gr.* ὁμαρτῆ τροπῇ, ὁ ναύλιτε.

i *Gr.* Ἔλαν Λαυδῆν. *Hervetus,* Lapethum vocat, uti & Plinius *l. 5. c. 31. Ptolemæus* Λάπιθος *ne hic quidem nominat,* Lapithum urbem & fluvium. *Strabo Autem* Σ *& Βίαν ita deſcribit.* E regione Anemotii, quod eſt Ciliciæ Aſperæ promontorium, ſitum eſt Cypri promontorium, quod Commys (ἀπὸ Κομμύου, *id eſt Cepæ*) dicitur ... Inde ſi navigeis ita ut ad dextram tibi ſit inſula, continens ad lævam, verſus Orientem & Meridiem, cruſus ad Clides rectus erit ſtadiorum 900. In medio urbs eſt Lapathus cum navalibus & ſtatione. Lapithus urbs.

k *Quibuſdam* Conſtantina. *Metropolis Cypri conſtituitur in omnibus Notitiis Eccleſiarum.*

l Heraclius *appellatur in Actis S. Barnabæ, dicturque a S. Paulo baptizatus, & Epiſcopus ordinatus. Colitur 17. Sept. ut patet ex Menæis, ubi* Heraclides Tomaſi in Cypro Archiepiſcopus *nuncupatur.* S. Heraclides Ep. F

m *Hervetus,* uſque Ledeon. *Gr.* ἕως Λεδρῶν.

n *Gr.* διῆλθεν τὴν Λιμνίτιν. *Hervetus,* tranſiit per Limnetem.

n *Colitur S. Timon a Latinis 19. Apr. a Græcis 28. Julii. Videtur enim is eſſe ille unus e 7. primis Diaconis, de quibus Act. 6. agitur. Ejus mentio fit in Actis S. Barnabæ.* S. Timon.

p Rhodonis *quoque mentio fit in iiſdem S. Barnabæ Actis.* S. Rhodonem *dedimus 3. Jana. aliumque 26. An alteruter is ſit, qui hic memoratur, haud ſcio: neque enim illic nilla acta memorantur, ſed nuda e Martyrologiis nomina.* S. Rhodon.

q *Ita in Græco,* ἀπόστολος τῆς Σολίας πόλεως. *Ita & Strabo, is* δ' ἐστὶν ἔπαυλις Σόλοις καλουμένη qui inhabitant, Solis appellantur.

r *Græce eſt* ἐπιμιγνύειν τὴν ἀκοινωνησίαν μυσάττεσθαι. *Quatenus ea lectio ſit diſſimulatio lege apud Theologos.*

ſ *Addit Hervetus,* & Evangeliſta Marcus. *Deeſt in Græca, & patet ex v. ſeq. hunc non fuiſſe Evangeliſtam, licet, ne ille, dicatur in Ægypto quoque prædicaſſe, ſed poſtea rurſus S. Paulo adhæſiſſe.*

t *Græce,* καὶ ἄπρακτος: vertit etiam poteſt, diſceſſit.

CAPUT II.

S. Auxibii Epiſcopatus, prædicatio.

6 EX Limnete autem profectus B. Auxibius percuntandoque iter faciens, Solos pervenit. Erat

AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

vero vicinum portis civitatis, qua parte occasum spectat, templum Jovis Dei nomen mentientis: in quo flamen dialis habitabat. Illac autem transeuntem B. Auxibium conspicatus Jovis sacerdos, tamquam peregrinum domi suæ excepit sane perbenigne, eique mensam apposuit. Mansit igitur apud eum totam illam diem, postera vero, Unde, & cujus gratia eo venisset, scisciatus est sacrificulus. At Auxibius, Romanus sum, inquit, evectusque in Palæstinam vela facere, in Limnete escensionem feci: & pernoctando edoctus gratam esse urbis hujus habitationem, huc me contuli, in eaque jucunde admodum habitu. Verum si facis mecum misericordiam, maneam apud te, donec locum, ubi habitem, reperiam. Hic ille, Mane, inquit, sanus & incolumis. Mansit igitur eo loco qui Jovis nuncupatur, multo tempore, non significans se Christianum esse, quin potius fingens ipsorum se superstitionem sectari, itaque secum ipse disserens: Si enim diabolus transfigurat se in Angelum lucis, ut eos, qui ipsi credunt, ad se pertrahat, & orationis blanditiis copiaque verborum a luce ad tenebras transferat, ut & ipsius ministri factitant; quanto magis debemus ipsi nos transfigurare in homines iisdem obnoxios affectibus, ut eos a potestate tenebrarum, & diaboli abducamus, & in admirabile lumen agnitionis Domini nostri Jesu Christi filii Dei transferamus?

A *S. Auxibius diverte ad sacerdotem Jovis,*

sapienter fictum dissimulans:

B

7 Hæc secum ipse cogitans & faciens Dei famulus Auxibius prædicto in loco mansit. Paucis autem diebus evolutis, flammem hisce verbis compellavit: Est quod dicam tibi, Frater. Age, dic, inquit ille. At Auxibius, Quid est, ait, cur Deos colatis, qui lapides, & ligna sunt? Os enim habentes non loquuntur, oculos habentes non vident, & aures habentes non audiunt, neque oblatum sibi sacrificium olfaciunt. Quem vero colunt Christiani, is demum, ut ab iis accepi, verus est Deus: atque, ut audio, virtutes multas operatus est. Hæc sacerdos cum audisset, Auxibii verbis compunctus est, nec idolis sacrificabar amplius: sed deinceps a B. Auxibio instruebatur. Hac ratione ad multum tempus se gessit, urbem occulte ingrediens, & secreto docens, ac rursus recedens, & exiens extra civitatem, in prædicto Jovis loco manebat.

quam convertit,

& alibi.

8 Dum ergo eo in loco versaretur, Alexandriæ Marcus Apostolus Christi evangelium prædicabat: qui, postquam fidem & baptismum multi susceperc, Paulum Apostolum perquisiturus exiit, repertumque adoravit, & a Paulo magna vicissim lætitia exceptus est. Eapostat porro Marcus quæ Barnabæ evenissent, & quomodo Salamine bonum martyrii certamen consecutus esset. Quod autem vere Marcum Paulus exceperit, ipsemet ad Colossenses scribens testatur: Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ. Iterumque ad Timotheum: Marcum assumens duc tecum: est enim mihi utilis ad ministerium. Mansit igitur Marcus cum Paulo usque ad ejus obitum. Cum vero accepisset Paulus Barnabam e vita migrasse, nullumque in Cypro esse Apostolum, qui doceret & Christum annuntiaret; id reputans, Epaphram & Tychicum, aliosque nonnullos in Cyprum misit ad Heraclidem insulæ Atchiepiscopum, eidem scribens, ut a Epaphram Papbi, b Tychicum Neapoli Episcopum constitueret. In urbibus vero aliis alios colloca. Sed & in urbem, inquit, Solorum descende, in eaque virum Romanum, Auxibium nomine, perquire, eumque Solis constitue Episcopum Ar vide ne ad eum ordinandum ei manus imponas: est enim jam insignitus sacerdotio, a Marco ordinatus.

C

Marcus ad S. Paulum reversus, Col. 4. 10. 2. Tim. 4. 11.

A

a

b

et jubeatur

9 Litteris, quas Apostoli miserant, acceptis, & perlectis, extemplo B. Heraclides nihil cunctatus, id quod jubebatur præstitit: cumque Solos ingressus B. Auxibium investigaret, indicatum est ipsi, ecquo is in loco habitaret. Urbe igitur egressus in locum Dios, sive Jovis, dictum, illum ibi reperit, & post mutuam salutationem & complexum, hisce B. Heraclides verbis usus est: Fili

perquisitus ab Heraclide,

Auxibi, ad rem a Christi Apostolis missus sum. Quousque D
hoc in loco delitescis, nec te ipse ostendis? Quamdiu abscondis lucernam sub modio, ac non potius ponis super candelabrum c Salvatoris, ut lucear iis qui hac in urbe sunt? Age sis in posterum, & eos qui in idololatriæ re- c *animatur, & Salvatoris Episcopus constituitur.*
nebris versantur, illumina. Agedum, esto deinceps præco veritatis. Quousque pecuniam abscondes, quam a domino tuo accepisti? Septuplo illam lucro cumula. Contende tu quoque audire, Euge serve bone & fidelis: in modico fidelis esto, supra multa te constituam. Num sacram audisti Scripturam dicentem, Quod qui seminant in lacrymis, in exultatione metent? Semina præsenti hac hyeme, ut in exultatione & cum pace metas. Ne timeas eos qui occidunt corpus, sed eum qui potest animam, & corpos perdere in gehenna. Ipse enim dixit: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et rursus: Quando tradent vos Ducibus & Regibus, ne sitis solliciti, quomodo aut quid loquamini: sanctus enim Spiritus docebit vos quæ loqui oporter. *Psal. 125.5* *Matt. 10. 16* *ibid. 19.*

10 His dictis Sanctus Heraclides adjuncto sibi sancto Patre Auxibio civitatem ingressus est, & facta oratione, ecclesiæ formam, d amhitu quidem parvam, sed Christi gratia magnam, in terra delineavit; eoque totum canonem Ecclesiasticum, ut ab Apostolis ipse didicerat, edocto, Numinique commendato, post osculum ei impressum, in suam se civitatem recepit. Christi vero servus Auxibius nihil moratus, ecclesiam continuo cœpit extruere: quoniam cum consecrasset, ingressus, seque prono in pavimentum vultu abiciens, clamare, & cum lacrymis cœpit dicere: Domine Deus omnipotens, qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eo sunt, qui pulverem de terra accipiens finxisti hominem, eumque imagine tua decorasti, invidia vero diaboli decepeum, & morti addictum, o pie, non es aversatus in fine: sed unigenitum nobis Filium pro humani generis salute misisti. Domine Jesu Christe, qui hac in cruce veneranda de principatibus & potestatibus tenebrarum triumphasti; qui sanctis tuis Apostolis dedisti virtutem ea alto & potestarem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem potestatem inimici, me quoque corrohora tuum famulum, & da mihi ut libere & intrepide prædicem verbum tuum. Immitte, Domine, in eor tui hujus populi timorem tui: illustra eos tua gratia, ut a dæmonis errore conversi, cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Fac, Domine, ut sanctus tuus Spiritus inhabitet in hac sancta domo, quæ in sancto tuo P
nomine extructa est. Stabili eam, ita ut usque ad consummationem seculi in fide tua sit immobilis. Tu enim dixisti, Domine: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam *Matth. 16. 18*
meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Converte, Domine, gregem tuum errantem ad hoc tuum sanctum ovile. Pastor bone, qui animam tuam posuisti pro ovibus tuis, extende dexteram tuam omnipotentem, & brachium tuum excelsum, terribile, invisibile: & venerandæ tuæ Crucis baculo, lupum sanguivorum a grege tuo abige, Domine: errantes congrega, ut fiat unum ovile & unus pastor. Aperi etiam mihi ostium verbi per misericordiam tuam, dum extendo manum meam ad signa & prodigia per nomen unigeniti tui filii Jesu Christi Domini nostri: cum quo tibi gloria, honor, imperium, cum sancto & immortali tuo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

D

d

E

templum ædificat, & dedicat.

orat pro populo,

atque miraculo fortasse.

a *Colitur* 5. Epaphras 19. *Iulii, ut videre est in Martyrol. Rom. ubi tamen Colossis suisse Episcopus dicitur, hic Papbi. Nisi forte alterutrum locum ad tempus reverit.* S. Epaphras.

b S. Tychicus *a Latinis* 29. *Aprilis colitur, a Græcis* 8. *Dec. In Martyr. Rom. dicitur Paphi Episcopus fuisse, hic Neapoli in Cypro. In Notitia triplici Ecclesiarum Episcopalium Cypri a Carolo de S. Paulo edita, unica Neapolis est. Egimus tamen 23. Ianu. §. 2. ad Vitam S. Iacinti Electuarii de Leontio Neapolitani in Cypro Episcopo. Nam quod quidam Ibidem citati scribunt Constantiæ Episcopum fuisse, si sic forte est appellatam vati, quod olim Salamis fuerit,* S. Tychicus. Neapolis Cypri urbs

sed

A *ſed poſt excidium reparata, Neapolis, qua nova civitas, ab aliquibus, ab aliis Conſtantia dicta) ibidem reſuſcet Conſtantin. Conſtantia Epiſc. qui Leontium ait in una urbium Cypri Epiſcopum fuiſſe, Everſum a Conſtantia indicant.*

c *Græce, τὸ πρόσωπον. Horatius habet* Crucis.

d *Horatius, ponderat.*

CAPUT III.

S. Auxibii miracula, templum ab eo ædificatum.

AUCT. ANON. EX MS. GRÆCO

D *Themiſtagoram cum uxore baptizat.*

c

E *novum templum majus ædificat.*

d

virginitatis ſplendor.

F

omnes ſolubris commovet

magna indoctis

& fortitudine.

1 HAc autem oratione peracta, e ſolo ſurgens in publicum urbis locum ſe contulit, cœpitque docere regnum Dei. Cumque magna ad eum turba confluxiſſet, hæc B. Auxibius elocutus eſt: Viri fratres & patres, audite me, & credite in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem ego vobis annuntio: ipſe enim omnium in ipſum credentium ſalvator eſt. Admittite lucem cognitionis, in altum mentis veſtræ oculos erigite, a majoribus tradita vitæ ratione abſtinete, verumque Deum agnoſcite, conditorem omnium, qui poteſt animas veſtras ſervare. Hæc docens, publiceque prædicans, multis ut ſtultum illum de idolis errorem abjicerent, & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum credetent, præſtanti ſua inſtructione perſuaſit. Data vero ei etiam eſt a Deo gratia infirmos curandi, ſpirituſque expellendi. In dies autem adjungebatur credentium Domino multitudo, & baptizabantur in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, confitentes peccata ſua. Quicumque vero habebant infirmos, afferebant eos ad B. Auxibium, qui manos ei imponens ſanabat eos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quod cum univerſa circumjectæ regionis plebs roſticana didiciſſet, ad urbem ægros ſecum aſportans veniebat: qui omnes invocatione iuremeratæ vivificæq; Trinitatis curati, baptiſmo credentes luſtrabantur.

S. Auxibius palam prædicans, multos convertit,

B

facit miracula,

2 Erat autem a e loco qui Solopotamius dicitur, vir quidam, Auaibius nomine. Is cum de B. Auaibio, ejuſque doctrina, ac viri virtute inauditſſet, eum convenit, ſeque ad ejus pedes abjecit, hiſce cum verbis rogans: Pater, impertire mihi ſignaculum Chriſti. Hic ſanctus Antiſtes aliquos ex Scripturis ſanctis depromens, illum quæ ſpectant ad Patrem & Filium & Spiritum ſanctum edocuit, atq; in nomine conſubſtantialis Trinitatis bapei zavit. Manſit autem ille e Solopotamia Auaibius toto vitæ ſuæ tempore cum beato Patre Auaibio, eoq; magiſtro utebatur. Porro & ipſe in virum admirabilem evaſit, proficiens in Dei ſpientia & gratia egregii magiſtri inſiſtens veſtigiis, & ambulans in timore Dei in omnibus.

4

Auxibium Solopotamium ſum baptizat,

C

3 Quadam vero die meditandi gratia extra civitatem orientem verſus progreſſus eſt ſancti viri diſcipulus Auaibius, in locum qui b a ſalſamentis Tarichodes dicitur: eumque veniſſet ad quamdam arborem, ſub ejus umbra ſedit, & procumbens obdormit. Et ecce tibi formicarum multitudo caput ejus coronæ inſtar cingere. Quod cum ſuperveniens B. Auaibius ſpectaſſet, demiratus eſt, & quæ viderat, in corde ſuo ſepoſuit. Formicarum enim genus ignavorum mentes ad bonorum operum ſtudium excitandas eſſe ſignificabat, ut ait Salomon: Vade ad formicam, o piger, & æmulare vias illius. Corona vero ſacerdotii dignitatem præmonſtrabat: erat quippe diſcipulus in chrono præclari magiſtri feſſurus. Eo itaque excitato, ambo in eccleſiam ſe conſerunt: ſuitque deinceps ſubjectus magiſtro diſcipulus, eique in omnibus ſerviens, ac velut probus famulus hero proprio miniſtrans. Beatus vero Auaibius noctes atque dies orare non ceſſabat pro ſalute & converſione populi, docebatque aſſidue. Et quidem grex Domini creſcebat & multiplicabator in dies, inimici vero in dies minuebator.

an corona formicarum ſuperveniens Epiſcopum cognoſcit.

b

Prov. 6. 6.

4 Poſt hæc fama permotus S. Auaibii frater Themiſtagoras Solos pervenit, una cum conjuge B. Timo: quæ ipſa quoque erat & admiratione digna, & virtute prædita. Hi cum in eccleſiam ſe contuliſſent, compleau ſe invicem ſalutarunt: ea eaque amborum congreſſione magna lætitia provenit. Et fuere deinceps in ædibus Epiſcopi, ubi a Pontifice erudiebantur: ſuntque baptiſmo ab eodem initiati in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ordinavit autem beatum Themiſtagoram Eccleſiæ Diaconum S. Auxibius, uxoremque ejus imbi ſimiliter Diaconiſſam: nam ex quo ſacrum baptiſma ſuſcepere, e ſe ipſi a peccandi occaſione ſejunxerunt, & ambo deinceps fratrum inſtar erant ad ſtatum perturbationis expertem progreſſi.

5 Cum ergo in urbem Solos Dei ſe gratia infudiſſet, atque omnes fere crederent in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per inſtructionem ſancti Patris noſtri, cooperante Spiritu ſancto; perpeodens ſecum ipſe, minotem eſſe eccleſiam, quam quæ venientes caperet, templum majus Dei nomini extruere cogitavit, poſitiſque humi gemibus, Deo, ut manum ſecum admuveret, ſupplicavit. Erectus deinde in pedes, ſuiſque denuo precibus, formam ſanctæ eccleſiæ deſcripſit, Deo bene faveute, eodemq; annuente, magnam hanc, & admirabilem, ſanctamque ac cathohcam eccleſiam excitavit, eamq; omnibus ornamentis tamquam ſponſo Jeſu Chriſto Deo noſtro inſtruuit. O præclarum paſtorem & magiſtrum, Chriſti gregem egregie paſcentem! o ſplendidum luminare in errorum caligine ſedeutes illuſtrans! o peritum medicum, qui a dæmone ſauciatos ſanctæ Trinitatis iovocatione ſanat! Neque enim corporis dumraaat ægritudines, ſed etiam ſecreta animi vulnera curavit per Spiritom ſanctum, purgans videlicet ea ratione, & deprimens omnem altitudinem elevantem ſe contra ſcientiam Dei: Paulum imitatus, qui omnibus omnia factus eſt, ut omnes ſalvaret, quotidie morieus propter Chriſtum, qui pro ipſo mortuus erat, & teſurreaerat.

6 Beatus hic vir d Eliæ corſum ſiſtens, virginitatem coluit: quam noait uratione & jejunio, fide vero confirmatus, ſpe duce eam caritate conſummavit. Hanc dilrait Auaibius: hanc ornavit, ab eaque ornatus eſt, & laborum froctus in præſenti vita collegit. Cum enim ſacerdotium honoraſſet, ſublimis hic ei throuus creditus eſt: tamquam famulus & Dei cultor indutus aſt podere, ſive talari tunica, caputque ejus corona decotis otnatum eſt. Sponſa ei virgo, nempe Eccleſia, committitur: ipſeque per gratiam ſponſus ejus appellator: cumque in Spiritu ſancto ſeminaverit, ex ſpiritu metit vitam æternam. Quis igitur non miretur & lauder generoſum Chriſti athletam, quomodo ſolus pugnatit, viceritque inimicum, atque ea ejus manibus magnam prædam eripuerit? Omnes enim ſibi mancipatos habebat inimicus. Nam ingrediens civitatem vir ſanctus, chriſtianom ſecom habuit nemiuem: & omnes per Chriſti gratiam effecit chriſtianos. Quemadmodum enim doa exercitus a Rege adverſus rebellem ipſi civitatem miſſus, primum quidem præmittit ſpeculatores, deinde extra urbem caſtra collocat, omnes ejus aditus explorans, donec eam capiat, Regique ſubjiciat; ita fecit B. Auxibius. Miſſus enim in hanc urbem a cœleſti Rege ad bellum hoſti inferendum, non palam, neque aperte civitatem ptimum ingreſſus eſt, ſed tamquam explorator, intus quidem Chriſtum habens, extra vero gentilium habitum præferens, eorumque ſimolacra intoens, rurſus extra civitatem ſecedebat. Id autem fecit non modico tempore, &, quod eſt admirabilius, in ipſo hoſtis, nimirum Jovis, templo habitans, inde primum auſpicatus eſt victoriam. Nam & Jovis flaminem catecheſi initiatum baptiſmo latenter tinait, & idolorum delubrom evertit: tuncque demom libere deinceps ingreſſus civitatem, tamquam fortis miles, ſublatis in cœlum manibus, ſeipſum venerandæ crucis figuram cahibens, inſtar magni Moyſis ſpiritualem Amalec,

AUCT. ANON, Eâ ME. GRÆCO.

malee, diabolum nempe, fudit, eosq; qui sub ejus potestate tenebantur vindicavit, atque in liberrimam assaruit, traducens eos a tenebris in admirabile lumen agnitionis Filii Dei ac cœlesti Regi subjiciens.

a *Græce sunt* χαριν Σολωτεταμίαν ἀπο κωμης. *At paullo post*, ὁ ἀνὴρ Σολοτεταμίας, *Hervetus vertit*, ex agro quodam, qui vocatur Solopotamius: *ac postea*: hic Auxibius e Solopotamia.

b *Hervetus*, ad locum, qui vocatur Tarichi. *Græce*, ἐπὶ τὸν καλούμενον ταριχὸν. *Ejd vocem* Salsamentum.

c *Græce* ἐχώρισαν ἀυτὸν ἀπ' ἀλλήλων. *Condo dictum de matrimonio. Levitas quoq; interpretatus Hervet.* se a se invicem separarant ex consensu, propter regnum cœlorum, & ambo de cetero tamquam fratres processerunt ad impassibilitatem.

d *In Græco est*, ἐπὶ τὸν Ἠλίαν ἐτράπη. *Hervetus vertit*, in gratiam ejus excevit a tenera ætate, Eliæ cursum persequens. *Ubi autem* ἔτρεχε persequi *significat, ut sæpe sit* persequens? *An ad Elisæum respicit qui clamavit* Currus Israel &c. *eorum Eliæ videtur ad sempiternum fuisse?* Num forte Ἠλίᾳ *legendum, id est*, Soli, *ut* Ipsa *comparetur Auxibius?*

CAPUT IV.

S. Auxibii mors, sepultura, miracula.

B 17 REbus itaque conctis bene gestis, cum præconis veritatis munus sustinuisset, & sacerdotium quinquaginta plus minusve annis decoratset, compluribus christiana fide illustratis, tandem ad vitæ finem pervenit, universoque ac venerabili clericorum convocato collegio, sic eos affatus est: Patres, ac fratres, & filii desiderati: inclinate aurem vestram in verba oris mei, ecce ego vado ad Patrem meum per viam universæ terræ. Filii attendite vobis: state firmi in fide, & nemo vos seducat inanibus verbis. Vos scitis quantas tribulationes hac in urbe sustinui, nocte dieque orans Deum, ut aperiret mihi ostium verbi ad manifestandum libere mysterium Dei. Nec despexit me qui non mentitur Deus, sed manum mihi porrexit. Et nunc, Fratres, commendo vos Deo, & verbo gratiæ ejus, quod potest ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. State igitur, & retinete traditiones, quas a me accepistis. Et quem elegit Deus Sacerdotem, ea vobis est, & vobiscum manet, & per ipsum vos curat.

18 Atque hæc & his plura elocutus, S. Auxibium discipulum suum apprehendens, osculatus est, & ,,Te, inquit, elegit Deus Sacerdotem: tu pasces gregem Christi, qui proprio sanguine acquisivit. Singulos deinde complexus est: ac die demum tertia totam illam regionem fama pervagata est, quod Pater eorum Auxibius esset e vita migraturus: omnesque in ecclesia non sine fletu & planctu convenere: quos ille omnes amplexatus, in pace Domino spiritum tradidit.

C

19 Viri autem pii acceptas perbeati Pontificis reliquias depositerunt in sepulcro, quod ipse sibi ante paraverat, addita loculo hac epigraphe exterius: Adjuro vos per sanctum corpus & sanguinem Christi & Dei, ut hanc nemo arcam aperiat, donec consummatus sit frater meus Themistagoras. D

20 Post depositas viri sancti reliquias, continuo illapsa in eas Dei gratia, curationum fontes aperuit. Illa enim hora multi a varii morbis, & immundis spiritibus curati sunt. Quod cum audivissent accolæ, gratiam, inquam, curationum, quæ ad sancti Patris reliquias fiebant, magno ad urbem studio veniebant, easq; exosculati per Dei gratiam sanabantur.

21 Cum ipsi autem Paphii accepissent multos per sacrorum Antistitem Auxibium sanari, viri numero quadraginta, a spiritibus immundis turbati, uno agmine Papho profecti Solos via recta incedentes veniebant: cumque ad locum decimoquinto ab urbe lapide situm pervenissent, occurrit ipsis S. Auxibius, cumq; ab eis dæmones eiecisset, omnes per gratiam Dei sibi datam sanavit. Viri autem cum sensissent curationem, quodque obumbratione Auxibii essent ab immundis spiritibus mundati, venerunt Solos, & quæcumque sibi in via evenerant, exposuerunt. Quibus auditis Deum omnes laudavere, qui dedit potestatem talem servo suo. Illi porro eo progressi, ubi sacræ jacebant reliquiæ, seipsi ante sepulcrum in faciem abjicientes adoraturi, Deoque qui famulum suum gloria affecerat, hymnis in gratiarum actionem fusis, in suam se civitatem receperunt. Unde Paphii S. Auxibii memoriam in hunc diem celebrant. E

22 Videns ergo B. Themistagoras, quæ in loco, ubi jacent viri sancti reliquiæ, fiebant miracula; quodq; perennis instat fontis, sanctum ejus monumentum & loculus scateret, seipsum judicans indignum, qui cum B. Auxibio in sepulcbro conderetur, sanctæ Ecclesiæ clericos in hæc verba adjuravit: Post obitum meum nemo mei gratia S. Auxibii sepulcrum aperire audeat. Quare in hunc diem clausum manet, & Christi, qui ipsum gloriscavit, signo obsignatum. O felicem capsam, in qua jacet thesaurus, qui non potest eripi! ex qua juges curationum fontes profiliunt! O sanctum tumulum, qui fidelem populum congerit ad honorem & gloriam Dei, memoriam pretiosarum, quæ in eo continentur, reliquiarum, gloriam Dei, qui ipsas illustres reddidit. O patrem, pastorem, magistrum & medicum Christi, cujus memoria cum laudibus in æternum conjungetur! O civitas Soliorum, qualem habes propugnatorem, & thesaurum, qui consumi nequit, in te depositum, luminare quod extingui non potest, sole splendidius! Sol enim nubibus & nocte persæpe obtegitur: Beati vero Auxibii luminare, lucem habet quæ neque interdiu neque noctu deficit, degentes in tenebris illustrans, exhilarans universam civitatem, & infirmos sanans per Jesum Christum, qui Sanctis suis gloriam impertiit. Egi vero quousque, quibus sanctum laudibus afficiam? Quicquid enim dixero, sanctum Patrem pro meritis laudare non valebo. Hic igitur finiam orationem glorificans Patrem & Filium & Spiritum sanctum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. F

post 50. annos Episcopatus, moritur.

suos monet

sepelitur a discipulo designato,

magno omnium fletu sepelitur,

sepulcrum ab ipso paratum,

multos e tumulo sanat,

etiam in via illi apparens.

Frater orat ut tumulo aperiri,

nec adhuc aperitur.

sumpsere clarus mihi tumulus.

DE S. GABINIO
PRESBYTERO MARTYRE ROMÆ.

I. a.

AN. CCXCVI. XIII FEB. S. Gabinii genus doctrina,

a *Nupta Virginis ac Mart. Susanna pater Gabinius fuit frater S. Caii Papæ, Diocletiani Imper. consanguineus, ac sub eo martyrii lauream adeptus. Erat porro humanis divinisque litteris egregie cultus, quas & filiam perdocuit: sed præcipue eam ad pietatem, virginitatis amorem, cæterarumque stadium virtutum informavit. Ipse quoque libros Tractatuum contra Paganos composuisse traditur: qui tamen si absoluti ab eo fuere, postea intercidere. Post conjugis obitum Presbyter erat ordinatus. Claudium, Maximum, Prapedignam, Alexandrum, Cutiam, eidem ipse & Susanna filia, atque Cajus frater, religionis christiana mysteria edocuere, uti narratum est 18. Februarii tx Actis S. Susanna, vixq; alia de S. Gabinio extare arbitror, quam quæ illic habentur: neque hic repetere ea opus est. In mss. breviter quæ ad illum pertinent enarrantur. Joan. Tamajus Salazar Sanctis Hispanis Gabinium annumerat, ex Serena nescio qua ortum, Philippi Imp. filia, origine (ut asserit) Hispania. Probat ea natum, quod S. Susanna V. ipsiam neptis vocetur S. Serena Augusta. Non id inde sequitur.*

effati

a *Ejus*

A 2 *Ejus anniverſaria memoria in Mart. conſignata* 19. *Febr. Et ab Uſuardo quidem his verbis;* Romæ natalis S. Gabinii Presbyteri & Mart. qui a Diocletiano diu in cuſtodia vinculis affictus, pretioſa morte cœli gaudia comparavit. *Poſt* Martyris, *interjicit Mart. Roman.* fratris B. Cai Papæ. *Beda, Notker, aliique* patris beatiſſimæ Suſannæ. *Quædam Martyrologia* Gabinum *cum Romano appellant, plura* Gavioium, *quædam mſſ. & excuſa* Savinum: *quod librariorum erratum eſt. Mſſ. cœnobiorum Marchianenſis, Aquiſcinctini, S. Martini Treviris,* 18. *Febr. ejus natalem ſtatuunt. Vetus quoddam martyrol. pro Presbytero* Epiſcopum *facit.*

3 *MS. Florar. ejus martyrium contigiſſe ait* anno ſalutis 287. *Oſtendimus* 18. *Febr. cum S. Cajus poſt S. Suſannæ necem, in ejus ædibus ſacra agere non exiguo tempore ſit ſolitus, qui deinde latere in cryptis coactus, anno tandem* 296. 22. *Aprilis martyrio perfunctus eſt, videri S. Suſannam interfectam* 31. *Aug. anni* 295. *cum* 18. *Febr. ejuſdem anni alii Martyres, ejus conſanguinei,* Claudius, Maximus *& ſocii occubuiſſent. S. Gabinius exiſtimari poteſt eodem anno, die* 19. *Feb. doceſſiſſe, ſive ergaſtuli arumnis confectus, ſeu ferro peremptus. Malim tamen ſuſpicari, quâdiu tyranno ſpes affulſit poſſe Suſannæ conſtantiam infringi, patri inferri necem non juſſiſſe, ſed ſolum in cuſtodia aſſineri, ne filiam in propoſito confirmaret, ſe ipſe poenis a ſuo, ſi fieri poſſet, dimoveretur, pedore & incommodi carceris: ſicque tandem anno* 296. 19. *Febr. in cœlum migraſſe, duobus menſibus, diebus quatuor ante* Cajum *fratrem.*

4 *Octavius Pancirolus Theſaurus abſconditus almæ Urbis ſcribit in eccleſia S. Suſanna Romæ aſſervari corpus quoque* S. Gabinii *ejus parentis, ſibique partem in ade S. Mariæ de populo dicta. At Sanſ. in ſupplemento martyrol. Gallic. de* S. Gabinio *ita ſcribit:* Ipſius ſacratiſſimum corpus demum a Paulo V. ſummo Pontifice, Chriſtianiſſimi Regis interventu in pugnis datum eſt: a quo Lugdunum Celticæ Galliæ metropolim translatum, in eccleſia Patrum Societatis Jeſu ac ipſa die collocatum fuit ſumma cum celebritate.

AUCT. I. H. D

reliquiæ Romæ

& Lugduni.

DE S. ZAMBDA, VEL ZABDA,

EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

G. H. E

B

AN CHR. CCCIV. XIX. FEB.

S*Anctus hujus Epiſcopi tempus Sedis & ſucceſſio certa: nomen varie ſcriptum,* Zambdas, Zabdas, Labdas, Bazas. *S. Epiphan. in Panario hæreſi* 66. *num.* 20 *enumerat omnes urbis Hieroſolymitanæ Epiſcopos ad ſua uſque tempora, & Hymenæum collocat* 37. *Epiſc. ſub imperio Aureliani quando hæreſis Manichæorum, de qua ibidem agit, exorta eſt, ac deinde ſubdit:* Καὶ ἀνόμαται ἕως δεῦρο ἄλλοι Ἐπίσκοποι Βάζαι, Ἔρμων &c. A quo tempore ad hodiernam diem reliqui Epiſcopi, Bazas, *ille idem qui Zambda*, Hermon, Macarius, Maximus, Cyrillus, Hesennius 2 Cyrillus alter, Hilarionus, qui nunc Eccleſiæ præſidet. *Ita illud nomen poſt variæ editiones cum mſſ. Vaticano Pontificio, Pariſienſi Regio & Baſilienſi, collatas, & Græce & Latine ſervavit Dionyſius Petav. noſter, Euſebius Pamphili auctor cozzus in chronico*, Fauſto 2. & Gallo Coſſ. *anno Chr.* 299. *iſta ſcribit:* Γ' Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖ Ζάβδας κατὰ Ἑπίλεκτος & Σάββας. *Quæ a S. Hieron. apud Scaligerum, Pontacum, Miranum, ita extant tranſlata:* Eccleſiæ Hieroſolymorum vicesimus ſeptimus ordinatur Epiſcopus Zabdas. *Vixit autem ad ann.* 303. *quando* Diocletiano Auguſto VIII. & Maximiano Auguſto VII. Coſſ. Ἐκκλησίας Ἱεροσολύμων τριάκοντα ὀγδοος Ἔρμων, Eccleſiæ Hieroſolymorum vicesimus octavus præfuit Hesmon. *Eumdem ſupra S. Epiphanius Zabdæ, quem inverſis ſyllabis, ac litera d omiſſa* Baza *dixit, etiam ſucceſſorem ſtatuit. Codex mſ. noſter, olim Abrahami Ortelii, & alius Sereniſſimæ Regiæ Sveciæ, hunc* Thesmonem, *illum cum aliis deſcripti editionibus* Zambdam *appellant: at* Labdam & Thesmonem *chron. excuſa Pariſiis an.* 1518. & *Baſileæ* 1529.

2 *Idem Euſeb. lib.* 7. *Hiſtor. Eccleſ. c.* 26. de S. Zabda, *ejuſq; deceſſore & ſucceſſore, agit his verbis:* Τ'ῆς δ' αὖ Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας μετὰν σμικρὰ τριάδος διδυμωσάσης Ἐπίσκοπον Ψωσαῖον Σαμβδας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Μετ' ὀνοὺ δὲ τοῦτ' ἐκκλησιαστὴν Ἔρμων ὅσατ & τ μέχρι νῦν καθ' ἡμᾶς διαγμὸ & ἐπιστὴ τὸν ὀκτὼ τριακοντάτον διαδοχὴν διαδέχεται Θρόνον. Hieroſolymorum Eccleſiæ miniſterium poſt paullo ante indicatum Hymenæum Epiſcopum Zambdas capeſſit. Hoc autem non poſt multos annos mortuo, Hesmon poſtremus eorum, qui uſque ad perſecutionem contra nos excitatam ſederunt, Sedem illam Apoſtolicam ad hoc uſque tempus reſervatam ſuſcepit. *Quæ eadem fere leguntur apud Ruffinum lib.* 7. *cap.* 29. *qui tamen hic Græce* Σάμβδας *eſt, apud eum* Zabdas & Zaplas *appellatur. Idem etiam a Nicephoro Epiſcopo in chronolog. de Epiſcopis Hieroſolymitanis* Σαββᾶς *nuncupatur, & anni Sedi illius tribuantur decem, qui ſane multi dicendi forent. Eum non niſi ad quartum Epiſcopatus annum perveniſſe ex chronico Euſebii jam diximus. At Nicephoro Calliſto lib.* 6. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 34. *dicitur* Σαββᾶς, ᾧ ἐπὶ χρόνοις τισὶ ἡ πρώτου διέλαβε ἄρχειν ἀναπαύσασθαι. Zabdas *appellatur*, & poſt aliquot Sedis annos, ſomno eo, qui Juſtos decet, obdormivit: *ubi Langus vertit* poſt annos plures, *quod jam ob chronicon Euſebii rejecimus.*

3 *Hunc Epiſcopum referunt tabulæ Martyrologii Romani* 19. *Februarii his verbis:* Hieroſolymis S. Zambdæ Epiſcopi: a quo (*addit Galeſinius*) Thebæi milites, nobiles Martyres baptiſmum ſuſceperunt. *In Actis horum martyrum, quæ ex antiquioribus monumentis recenſuit S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis, iſta ſolum leguntur:* Legio Thebæi ſex millia ſexcentos, ſexaginta ſex viros, validos animis & inſtructos armis, antiquorum Romanorum habebat exemplo. Hi igitur milites chriſtianæ religionis ritum Orientali traditione a Hieroſolymitanæ urbis Epiſcopo ſuſcepesant, fidemque ſacram virtuti & armis omnibus præponebant. *Hæc in Vita ex variis codicibus mſſ. & excuſis ad* 22. *Septembris illuſtranda. Obſervat Baron. ad an.* 297. *num.* 5. hoc idcirco accidiſſe, ut Thebæi milites a Zambda Epiſcopo Hieroſolymitano chriſtiana fide imbuerentur, quod eadem legio in hibernis eſſe ſoleret in Palæſtina, ubi ad Parthorum atque Perſarum tumultus comprimendos cum aliis legionibus in Syria agentibus præſtu eſſet. *Eidem* Zambdæ, ſeu Zabdæ, *quem & Labdam appellant, hanc Thebæa legionis converſionem aſcribunt Petrus Stevartius in notis ad Vitam martyrum Thebæorum c.* 1. *num.* 5. & *Roſignolius noſter in Hiſtor. ſacra Thebæa Italice ſub nomine Guilielmi Baldeſani edita lib.* 1. *pag.* 15. 16. & 67. *ubi addit eos milites a* ſancto Epiſcopo Zabda *fuiſſe baptizatos. Qua exactius erunt* 22. *Septembris diſcutienda. Ludovicus Zaccagnius in Vitis Sanctor. Italice ſcriptis breve ejus elogium concinnavit, in quo ejus feſtum* 19. *Febr. celebrari etiam ſcribit.*

Nicephorus Zabdas,

ſolitur 19. Febr.

in legione Thebæorum S. Mauritii ſociorum

& baptizatis

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS PUBLIO, JULIANO, MARCELLO, MARUBIO, ITEM JULIANO, BARACEO, TULLIO, LAMPASIO, MAJULO, JULIO, PAULO, MAXIMILLA,

S. H.

Sylloge hiſtorica.

XIX. FEB. 1 *Illuſtrit hæc eſt corona duodecim pugilum Chriſti, qui palmam martyrii in Africa promeruit ſunt. Mart. mſ. Eccleſia S. Maria Ultrajecti eos his verbis proponit:* In Africa SS. Publii & Juliani martyrum & aliorum decem. *Duos illos reliquorum inſignanos memorum perveſtitu Mart. mſſ. S. Richarii, S. Maximini, S. Lamberti Leodii, & ipſe Uſuard. in præcipuis manu exaratis & excuſis exemplaribus:* In Africa, *inquiunt*, Ss. Publius & Julianus. *Eiſdem aſſentitur Wandelbert. hoc verſu:*

Martyres in Africa, Publius, Julianus.

Publius undecimum ſimul & Julianus adorant.

Undecimum Kalend. Martii intelligit. At pridie eoſdem duos exhibet mſ. monaſterii Marchianenſis.

B 2 *MS. Colonienſe Carmelitar. omiſſo* Juliano, *nam* Publio *jungit ſocia his verbis:* In Africa Ss. Publii & Marcelli. *Quæ cum* S. Juliano *referuntur in mſſ. Treviren. & Bruxellen. & pluribus exemplaribus mſt. Uſuar. ad uſum Eccleſiar. Belgicar. auctis, Adone mſ. Regina Sveciæ, qui fuit Eccleſiæ Tolonenſis in Provincia, Florar. mſtum in Bellina, Felicio, Molano, Greven:* In Africa Ss. Publii, Juliani, & Marcelli, *qui* martyres *appellantur a Petro Equilino l. 11. n. 72. & in martyrol. Maurol. aliis, Colonia 1490. excuſo in mart. Romano plures, quorum nomina non exprimuntur, iſtis verbis indicantur.* In Africa ſanctorum martyrum Publii, Juliani & Marcelli & aliorum.

Marcellus.

Lipaſius, 3 *Quarti nomen variis diverſe modo exprimitur: In mſ. S. Maximini parvo ſed pervetuſto, ita legitur:* In Africa Publii, Juliani, Marcelli, Lampaſii. *In mſſ. &c.* Vide Append. pag. 757. col. 1. *Verum hoc omiſſo alii ſubſtituitur in mſſ. Latinenſi & Tornacenſi S. Martini:* ss. Kal. Martii, in Africa natal. Ss. Publii, Juliani, Marubii & Marcelli; *qui tamen mſ. Lutenſi vitioſe* Marcellinus *ſcribitur. Hiſce quatuor in mſ. Aquigranenſi jungitur quintus* Julianus *alter, & eo omiſſo* Tullius *in mſ. Colonienſi S. Maximi ad Gradus, in quo* Manubius *dicitur, qui aliis* Marubius *eſt: quo omiſſo, alium cum* Tullio *ſociam ſejungit Galeſin. ex codice mſ. cumque ſecutus Caniſ. in mart. Germin.* In Africa, *inquit*, Ss. Publii, Juliani, Marcelli, Tullii, & Julii, qui confeſſionis certamine confecto, ad coronam migrarunt hi eſſum. *Eidem quinq; una cum* Marubio *antiqua manu adſcripti ſunt Adonis mſ. martyrol. in Leodienſi 1. Laurentii cognobio.*

Tullianus alius, Tullius, Julius, C

4 *Septem inſcripti ſunt mſ. S. Cyriaci hoc ordine:* 11. Kal. Martii. In Africa Marubii, Publii, Juliani, Marcelli, Tullii, Jamnaſii (*aliis Lampaſii*) Julii. *Jungebantur nomina Victoris & Coronæ, quorum natalis eſt* 20. *Feb. licet ad hunc etiam diem in nonnullis Faſtis referantur. Hiſce ſeptem alterum ſupra* Julianum *adjunximus. At* Julio *prætermiſſo alii octo exprimuntur in Beda excuſo, hoc modo:* In Africa natale Ss. Publii, Juliani, Marubii, item Juliani, Marcelli, Tuli, Lampaſi, Inauli: *qui in mſ. Beda cœnobii Subenſis in Bavaria* Maulus *dicitur, ſed* Majulus *legendus. Niſi* Majulus &c. Vide Append. p. 757. col. 1. *Hermin. Greven præter citatos* Publium, Julianum & Marcellum, *dein adjungit* Marubium *& alterum* Julianum, *& die proxime præcedenti habet* Tullium, Lampaſium & Majolum, *& in diſſimili claſſe* Berethoum *ac* Marcellum, *quorum ille videtur* Baraccus *eſſe. Hic Bereteſes appellatur in ecgrapho martyrologii mſ. Lubbei.* Majulus,

5 *Raban. in mart. novem exprimit hoc ordine:* 11. Cal. nativitas Sanctorum in Africa, Publii, Juliani, Marubii (*aliis* Marubii) item Juliani, Marcelli, Tuli, Lampaſii, Majuli & Juliani. *Hic aliis* Julius *dicitur errare librariorum* Julianus *ſcriptus, nam alioquin Raban. vocabula* item, *ni ante, repetiſſet. In antiquo mſ. mart. Rom. quo nomine S. Hieron. ſignatur, decem martyres enumerantur his verbis:* 11. Kal. Mart. In Africa Publii, Marubii, Juliani, Barecei, item Juliani, Marcelli, Tullii, Lampaſii, Majuli, Julii. E S. Baraccus, Tullius,

6 *Hiſce undecimum jungunt Notker & Beda mſſ. monaſterii Richebergen. in Bavaria hoc ordine:* In Africa nativitas B. Publii, Juliani, Marubii, item Juliani, Barachei, Pauli, Marcelli, Tulii, Lampaſii, Majuli & Julii: Majulus *tranſpoſitis litteris* Mavilus *in noſtro apographo Beda legitur. Mart. Trevirenſe 1. Martium hos undecim innuit his verbis.* In Africa Publii martyris & aliorum decem. *Verum præter* Publium & Julianum *alios decem fuiſſe diximus ex codice Ultrajectino mſ. Richenovienſe, ſive Augiæ divitis prope Conſtantiam, dictum numerum complet, dum* Maximillam *illis martyribus addit his verbis:* In Africa Publii, Marcelli, Juliani, Baraceci, item Juliani, Tullii, Lampaſii, Mavili, Maximillæ. *Deſunt in eo* Marubius, Paulus, Julius *ab aliis recenſitis. In Feſtilogio Hibern. mſ. Mariani Germani referuntur* Publius, Gabinus, Julianus, Julius. *Sed* Gabinius *huc non ſpectat, nam de eo ſeorſum egimus.* Tullius, Maximilla

7 *Maſſanus in Bonon. perluſtrata ad hanc diem tradit in eccleſia S. Franciſci, uti & S. Gabrielis, aſſervari aliquas reliquias* S. Marcelli; *& Gerardum Bononienſem Epiſc. anno* 1192. *die* 14. *Junii reliq.* S. Marcelli *& multorum aliorum ſanctor. martyr. impoſuiſſe Cruci erectæ ante eccleſiam S. Pauli Barnabitar. ideoq; appellatam eſſe Crucem Sanctorum. Quæ ultima etiam habentur pur. t. Hiſtor. Bononien. Cherubini Ghirardacci l. 4. pag. 102. & inter alios ſanctas martyres nominantur* Ss. Theodorus & Marcellus; *ſed abſque ulla diei* 19. *Febr. mentione.* F S. Marcelli reliquiæ Bononiæ,

DE S. LEGONTIO

EPISCOPO TREVIRENSI IN BELGICA 1.

S. B.

CIRCIT. AN. CCCCIX. XIX. FEB. S. Legontii nomen.

1 *Trevirorum Epiſcopus* 34. *fuit* S. Legontius *annis centum junior eo* Legontio, *quem* 18. *Febr. diximus Metenſem in eadem Belgica* 1. *fuiſſe Epiſcopum. An eadem ortus proſapia, ubave ratione ab eo nomen ut degerit, haud divinamus. Brouver. lib.* 5. *annal. Trevir.* Leontium *vocat, conjiciq; ex Aquitania oriundum, pariter celebres Leontii, Fortunato Sidonioq; laudati: neq; unam affert rationem cur ita ſentiat.* Eodem rempore, *inquit ad an.* 407. Mauritius Trevirorum diem ſuum functus, Leontium nactus eſt ſucceſſorem, quem poſteri Legun-

A guntium appellant. *In margine ita adnotat*: Legontius vulgo, ſed Leontium præfero. *Quo addic de patria, & ſtirpe Pontia, ut incerta omitto. In codice quodam Sereniſſ. Regina Svecia extat inducitus Epiſcopor. Tangrenſ. antiquus, cum poſtremus eſt* Egilbertus, *aliis* Engilbertus *dictus, qui obiiſſe dicitur an.* 1101. *in eo indiculo* Ligontius *appellatur*.

AUCT. J. B. D

ætas.

2 *Ad ann.* 409. *quando contigiſſe Brouver. exiſtimat, quod ex Renate Profuturo Frigeridо, antiquiore ſcriptore, narrat l.* 2. *hiſt. Franc. c.* 9. *Gregor. Turonenſis, ut* Trevirorum civitas a Francis direpta incenſaque ſit, ſecunda ireruptione; *ita ſubiecit idem Brouver.* Leontius per ea tempora ad 19. Februar. diem, terris relictis, Conſeſſorum auxerat numerum in cœlis. *Brouver. ſecutus Gelen. ita ſcribit in Faſtis Agrippinenſibus ad hunc diem*: S. Leontii Ep. Trevirenſis, genere nobilis, coloni Romani, ea educta antiqua ſtirpe: qui anno Chr. 409. hoc die, tamporibus Vandalicæ inundationis cœlitum ou merum auxit. *Sauſſ. in Mart. Gallic. quadam liberiori ſtyla amplificat, quam ut fidem iis certam habeam:* Treviris Galliæ, *iaquit*, J. Belgicæ Metropoli, S. Legontii Ep. ejuſdem Sedis & confeſſ. qui poſt exactos in Gallia Ethnica perſecutionis ignes, pace Eccleſiæ reſtituta, chriſtianam pietatem mirifice eo in ſolo excoluit: tandemq; ſpectata ſanctitate jufignis, bene multiplicatis Domini talentis in cœlum evocatus, abiit ad præmium: ſepulturam in eccleſia S. Mariæ ad martyras ideo conſecutus, quod ingenti in martyres zelo ſemper æſtuarit, & martyrum memoriam, hoc, quod ipſe erexit tropæo illuſtraverit. *Alii quoque in ade S. Mariæ ad Martyres conditum tradunt: cauſſam retinent. Erat ea autem pars Eccleſiæ in Gallia, quam rei ſimul barbaræ incurſiones inundabant, a quibus malis paſſim pii homines trucidati? Quibus aliorum rebus amplius Romani Magiſtratus negotium, cauſſa religionis, faceſſebat.*

memoratio

3 *His ſolam verbis ejus memoriam conſecrat mſ. martyrol. Trevirenſe*: Treviri S. Legontii Ep. & confeſſ. *Eadem habent, niſi quod pro Legontio* Legontium *vocent, plurima Uſuardi nomine, rationem mſſ. & Pariſiis editum an.* 1536. *exemplar, item mſ. Hermann. Greveæ & Molanica ea Maria ad Uſuard. Mſſ. Florar. Ferrar. Caniſ. aliquæ. In mart. Ordin. S. Benedicti, omniquis typis olim ante ann.* 1529. *excuſe eam Regulæ S. Benedicti ita habetur:* Treberis S. Liconcii Ep. & conf.

memoria in Martyrol.

B

DE S. ODRANO MARTYRE E

AURIGA S. PATRICII IN HIBERNIA.

G. H.

SEC. V. XIX. FEB.

1 *Victor Vita tripartita S. Patricii lib.* 3. *c.* 98. *apud Colgan. iſta ſcribit*: Inter alia chariſmarum dona, quibus eum (*S. Patricium*) omnis prudentiæ & providentiæ fons & auctor Deus ditavit, tanta eum beavit diſcretionis gratia & felicitate in rebus agendis, ut fere nolli curam aliquam animarum, regimen Eccleſiæ, vel aliud ſacrum officium commiſerit, qui non fuerit ſanctitate conſpicuus, & albo Sanctorum poſtea adſcriptus.

S. Odranus Mar.

Er hoc liquidum manet de ejus miniſtris & officialibus domeſticis: *inter quos dein memoratur* S. Odranus de Diſert-Odhrain to Hiſalgia, auriga, *quem locum in Lageniæ eſſe, ubi paſtus fuerit, ac ſacra ejus reliquiæ in veneratione habeantur, tradit Colgan. ad Vitam* 3. *S. Patricii c.* 49. &

colitur 19. Febr.

19. *Febr. quo die ejus Acta a ſe collecta edit, aſſeritq; inſcriptum eſſe martyrol. Hibernicis Tamlachtenſi, Dungalleenſi, & Mariani Germani, appellatis*, S. Odranum de Tirdonach *ſecundum aliquos tamen ſacram ejus memoriam agi* 8. *Maii, &* 27. *Octobr. ad quem diem hac verba ex martyrol. Subcaſtin Bavaria profert*: 6. Kal. Novembr. to Hi-

8. Maii & 27. Octobr.

C berna S. Odrani martyris, diſcipuli magni prædicatoris Patricii. *Ad eamdem diem* S. Oranus Epiſc. & confeſſor *inſcriptus eſt Florar. mſ. & auctario Hermanni Greveæ. Veram* S. Odranum *Epiſcopum colit* 8. *Jalii in Faſtis Hibernicis tradit Colgan. at* 27. *Septembr. Fitzmoan. in Calendario Sanctorum Hiberniæ, ſed citat. mart. Carthuſiano, quod eſt Hermanni Greven, a quo refertur non* 27 *Septembr. ſed Octob.*

cum S. Odrano Ep.

& S. Odrano Presb.

Alius eſt Abbas ſeu Presb. comes S. Columbæ, & is in faſtis Hibernicis celebratur 27. *Octobr. quem Presbyterum & hunc auriga martyrem, de quo jam agimus, in unam eamdemq; videntur conflaſſe Ferrar. & Dempſter. eodem* 27. *Octobr. Ferrar. in generali catal.* In Hibernia S. Odeaoi Prasbytari & martyris. *Dempſter. in Meaolog. Scotiæ, quod Ferrar. allegat, hac addit*: Qui S. Patricio m a Scotia ao ſecutus, ab Hirlandis idololatris pro Chriſto enectus. *Quæ idem operoſe ſcribit l.* 14. *Hiſtor. Eccl. Scot. c.* 986. *ac ſcriptorem Eccleſiaſticum more ſuo efficit, ejuſq; reliqua. Glaſcoa aſſervari autat. Sed omiſſis, quæ ad Oraanum, ſive Odranum Epiſc. aut Presbyterum ſpectant, quæ de S. Odrano auriga S. Patricii in hujus actis legantur, damus.*

rebus geſtis, apud alios non inveſtigatis,

2 *Quæ extat Vita S. Patricii, ex vetuſtis membranis Biburgenſibus a Stephano Vito Societ. noſtra eruta, inter miracula S. Patricii hæc refert*: Inventi autem *S. Patricius* virum peſſimum, nomine Foilge, a quo orti ſunt alii Foilgi: qui aurigam Patricii jugulavit coram eo in curru ſuo, & ſtatim in iſto menſe mortuus eſt Foilge & anima ejus portata eſt in iofernum. & intravit diabolus in corpus illius, & habitavit in eo, quaſi homo vivens inter homines. Poſt multum autem tempus venit Patricius ad domum Foilge: cumque ſediſſet ante januam, interrogavit unum de ſervis ejus dicens, ubi eſt Foilge? Reſpondit: Nunc reliqui eum in domo ſua. Dixitque Patricius: Voca illum ad me. Cum autem intraſſet domum, invenit oſſa arida Foilge in domo ſua, & reverſus cum triſtitia nuntiavit hoc Patricio. Dixitque Patricius: Ex eo tempore, quo jugulavit Foilge aurigam meum cosatu ma, ille poſitus eſt in inferno, vanitq; diabolus, ut ludificaret in cuſpore ejus, or non tantum anima ejus cruciaretur in inferno, ſed etiam corpus dæmonie repleretur. *Hæc ibi.*

Martyrii S. Odrani in Vita S. Patricii,

& divina in hominem ultio

3 *Alia cauſſam martyrii evidentius aperiunt, ex quibus Eleranus Sapiens, aut quiſquis Vitæ S. Patricii e mſ. Alnenſi in Belgio edita auctor fuit, ea quæ c.* 77. *apud Colgan. hæc leguntur*: Erat quidam vir nobilis, Falge nomine, qui minando ſæpe dicebat, ubicumq; beatum virum invenires, ſine ulla dubitatione occideres. Ille nimirum tra inſtigatos, quoniam B. Patricius idolum, quod ille pro Deo colebat, deſtruxit & ad nihilum redegit. Quidam vero de familia S. Patricii latere non potuit, quod Falge S. Patricium interficere minabatur: ſed Sancto non revelabatur. Quadam vero die cum B. Patricius pre viam juxta caſtellum illius homuis tranſire voluiſſet, dixit beato viro ſuus auriga. Per multos dies tous auriga lum, hodie eſto meus. Hoc autem ideo dixit, quoniam ſciebat, quod ille tyrannus beatum virum interficere decreverat. Beatus ergo Patricius, ſicut aoriga deprecabatus, de cosru deſcendens, officium aurigæ tenuit. Odranus ausem auriga ejus iocurru ſedit. Venit autem ille Falge tyrannus, lancea, quam tenebat, Odraoum tranſfixit. Opinabatue anim, quod S. Patricius in curru ſederet. Ille autem tyrannus divina ultione percuſſus ante Sancti obtutus cecidit illico: anima autem miſerrima ad loca tu-

F

ex alia Vita

ærumnoſa et eternum martyrii,

fernalia a dæmonibus pesducta eſt. Beatus vero Odranos cum corona martyrii ad Dominum migravit, qui juxta Apoſtolicum præceptum, animam ſuam pro fratre poſuit. *Hæc ille.*

4 Joce-

AUCT. G. H.

A 4 *Jocelin. monachus in Vita S. Patricii eamdem hiſtor. deſcribit, & Odrannum Martyribus annumerat, ejuſq; animam viſam ab Angelis in cœlum deferri his verbis enarrat:* Fuit in finibus Lageniæ idololatra quidam, vir Belial, Foilga, Ruſus nomine, incomparabilis adverſarius nominis Chriſti ſecundum ſuum poſſe. Hic quærebat crebro opportunitatem mittendi manus nefarias in Chriſtum Domini Patricium, eo quod eſſet ei gravis, non ſolum ad videndum, verum etiam ad audiendum. Inveterato namque odio erga virum Dei inſtimulabatur, eo quod idolum Ceanneroythi ſuperius nominatum deſtruxerat, cujus culturæ deteſtabili ſpecialiter mancipatus exiterat. Sed cum ille nequiſſimus nequiviſſet affectum effectui mancipare, die quadam in S. Patricii aurigam, Odranum nomine ſedentem in curru, irruens, jugulavit eum in oculis ejus, ut acrioris languoris aculeo, propter necem interfecti, inſtimularetur cor ejus. Sanctus ſuaciatus corde, maledictionis jaculum in ipſum filium gehennæ intorſit, tali telo confoſſus, eodem die vice ſua minaret currum. Hoc ideo fecit, ut in loco ſedens animam ſuam pro eo poneret, ne, tali lucerna extincta, populus Hiberniæ in tenebris iterum ambularet. Sanctus animam ejus in cœlum ab Angelis conſpexit deferri, & inter martyres locum ſortiri. Antiquus autem hoſtis, corporis mortui habitaculum ingrediens, quaſi redivivum illum hominibus exhibuit, ipſeque fallax & phantaſticus Foylge, quaſi ad ſua ſuoſque regreſſus in domo propria habitavit. Evolutis aliquot utis diebus prope domum illam S. Patricius tranſitum faciens, quemdam de familia ad ſe accerſivit, & ubi Foylge eſſet inquiſivit. Illo vero reſpondente virum domi eſſe, Sanctus fertur aſſertive dixiſſe: Anima Foylge, ex quo interfecit aurigam meum injuſte, judicante ne vindicante juſte cauſſam meam Domino, ſtatim exiens de corpore, ſepulta eſt in inferno. Sathanas autem cadaver ejus ad illuſionem ac ſeductionem hominum occupavit ingreſſu ſuo, uſque adhuc manens in eo, velut in vaſculo proprio. Interdixit denique ſanctus vir Satanæ, ne ulterius demoraretur in illo vaſe, ne amplius ludificarentur homines tam nefando phantaſmate. Continuo ad imperium viri Dei, ſeductorius ſpiritus luteum domicilium deſeruit: illudque ſcaturiens vermibus, videntibus fatorem & horrorem incuſſit; &, ut ab oculis omnium tolleretur, ſepulturæ celeri mandatur. Nec nimis mirandum, ſi ſe dæmon demonſtraret conſueti inſtrumenti ſui viſibili forma, ipſo Foylge hoc promerente, ac Domino permittente, cujus judicia abyſſus multa; ſed potius timeatur ille, qui poteſt perdere corpus & animam in gehennam.

tu ille auctor Joſelin.

aſſeruit animæ ejus viſam in via Martyrum ab Angelis tolli.

& tyranni in corpore & anima puniri.

C 5 *Demum eadem hiſtor. luculenter narratur in Vita S. Patricii tripartita ſermone Hibernico Latine edita a Colgano ac tyrannus ſupra a Jocelino* Foylge Ruſus *appellatur, dicitur* Failge Berraide: *at contra* amore & honore proſecutus S. Patricium *fertur* Foilge Ros, *qui* Ruſus *videtur eſſe, Hibernice* Robe, *Saxonice* Ros. *Ceterum res geſta ita legitur par. 3. n. 56.* Poſt hæc, *inquit*, prodigia valedixit vir ſanctus, & iterato benedixit Mumoniis, & contulit ſe in regionem Lageniæ, quæ Hi-Failge appellatur. Duo viri potentes in ea regione tunc principatum tenuerunt; Failge Berraide, alter Failge Ros appellabatur: qui longe diſpari affectu in Sanctum Dei ferebantur. Ille enim odio implacabili, hic amore & honore eum perſecutus eſt. Failge enim Berraide ab eodie, quo S. Patricius delevit idolum Crom-cruach vocatum, quod ipſe vir Belial ſumma devotione adinſtar numinis colebat; virum Dei odio perſecutus, ſtatuit eum e medio tollere. Hoc malignum conſilium venit in aures diſcipulorum Patricii, & præſertim S. Odrani, qui aurigam viri Dei agebat. Unde cum pertranſirent regionem, in qua tyrannus ille principabatur, metuens capiti ſancti antiſtitis, &, ne ſi cantara lucerna extingueretur, tota Hibernia irreparabilem pateretur jacturam, ſtatuit ſe ipſum capitis periculo pro ipſo exponere. Unde ſancto dolo circumveniens ſnum Patrem, precibus ab eo obtinuit, ut eo die ipſe ſedeat in principaliori currus loco, tamquam fatigatus: quod ſanctus antiſtes neſcius ejus intentionis libenter annuit. Cum ergo ſic procederent, occurrens & accurrens Sathanæ ſatelles prædictus Falgius S. Odranum, quem Patricium eſſe exiſtimabat, lancea tranſfixit. Et cum S. Patricius hoc advertens, vellet maledictionis ſententiam in tyrannum proferre, verbaque ſuæ imprecationis ſic inchoaret, Maledicto deſcendat, S. Odranus verum cari tatis ſpecimen, autevertit ſententiæ proſecutionem, quâ piiſſime intercedendo ab inimico & interfectore conatus eſt avertere, humiliter petens & precans, ut non ſuper Falgium, ejuſve ſemen, ſed ſuper proceram quamdam arborem vicini montis, Brig damh dicti, deſcenderet, cujus piæ petitioni licet unnuerit ſanctus Pater, nefarius præſenti & ſubitanea morte juſtam perpetrati ſacrilegii pœnam luit, ejuſq; ſemen & principatus mox in mala radice interiit. Patricium autem benedixit progeniem Falgii Roſſii, quæ in hunc uſque diem in illa regione tenet principatum.

D *ex Vita tripartita,*

veſperasſe S. Odran e pro S. Patricio occiſum,

E *impediſſe hanc maledictionem contra homicidam.*

6 *Hactenus auctores Vitæ S. Patricii de martyrio* S. Odrani *& ſumpta diviſatus de Falgio tyranno, ſive Falgio, pœna, deq; corpore ejus exanimi tantiſper viſo vegetari per inſidentem dæmonem. Quo autem modo dæmon aliquando permittatur, docet Martinus Delrio l. 2. Diſquiſitionum magicarum c. 29. ubi narrat ſect. 2. ſimilem hiſtor. Dalbenii in Lotharingia an.* 1581 *accidiſſe, ac puerum occiſum, integro anno a die mortis in ejus corpore commorante exhibitum vivo* F *ſimilem, dein cadaver ſubito deſtitutum fuiſſe.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS
IN PALÆSTINA SUB ALAMUNDARO SARACENO,

G. H.

Sylloge hiſtorica.

SÆCULO VI. CUR VI. XIX. FEB.

1 *Dedimus 7. Febr. ex variis auctoribus digeſtam a nobis Vitam S. Moyſis, qui ſeculo Chr. 4. datus fuit Saracenis in Arabia Epiſc. diximuſque hos Saracenos ἀστόχλοους potius, quam ab Iſmaelis palteris progenitos, eorumq; oſtendimus ſedes ac bella cum vicinis gentibus, quæ ſub Imperio Romano continebantur, frequenter geſta. Multi horum Saracenorum ſæpe fuerant fidem Chriſtianam amplexi, ſed facile in gentilitias errores relapſi. Inter horum Saracenorum Regulos celebris eſt* Alamundarus, *qui irruptione ſub Anaſtaſio Imper. in Paleſtinam facta, plurimos Chriſtianos aut occidit, aut in ſervitutem abduxit, quorum ita meminit Marc. Roman. 19. Febr.* In Paleſtina commemoratio ſanctorum monachorum & aliorum Martyrum, qui a Saracenis ſub Duce Alamundaro ob fidem Chriſti ſæviſſime cæſi ſunt.

Martyrum ſub Alamundaro Saracenorum cæſorum memoria 19. Febr.

2 *Illuſtris extitit ſub Imperat. Juſtiniano ſcriptor Cyrillus monachus, a cujus calamo habemus Vitam S. Euthymii & Sabæ Abbatum, ac s. Joannis Silentiarii. Admiſit eum in diſcipulatum s. Sabas an. 531. quo hic dein mortuus eſt. 5. Decembr. Indictione 10. At Cyrillus a s. Joanne Silentiario miſſus*

perſecutio a Cyrillo auctore texitur,

A *miſſus eſt ad Leontium Hegumenum S. Euthymii, atque inter hujus monachos menſa Julio Indict. 9. anno 543. admiſſus: inde poſt 5. Synodum Oecumenicam Conſtantinopoli habitam anno 553. diſceſſit ad Lauram novam, ac biennium inſumpſit in Vitis Sanctorum Euthymii & Sabbæ conſcribendis: poſtea circa ann. 557. publicavit Vitam S. Joannis Silentiarii, cum hic anno ætatis ſuæ 104. adhuc viveret. Quæ ubique de Cyrillo diximus 20. Januarii ante vitam S. Euthymii n. 8. 9.*

narrata in Vita S. Joannis Silentiarii,

& 15. Hîc autem Cyrillus, qui in Alamundari incurſione contigerant, accuratius narrat in Vita S. Joannis Silentiarii, a quo ſe etiam de illa edoctum eſſe teſtatur. Eſt illa Vita a nobis illuſtranda ad 13. Maji, edita etiam a Lipomano & Surio, & cap. 11. hæc leguntur:

3 Eodem tempore Alamundarias Scicies, qui accepit Regis auctoritatem in Saracenos ſubjectos Perſis, invaſit Arabiam & Palæſtinam eum magna ira in Romanos, omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in ſervitutem, & multa faciens nefaria, poſtquam capta fuerat Amine. Cumque multitudo barbarorum diſperſa eſſet per hanc ſolitudinem, itque quibus mandata fuerat cura ſolitudinis, denuntiarent, ut caveretur barbarorum irruptio in monaſteria; maximæ Laoræ Patres ſignificarunt venerando Patri, ut deſiſteret quidem in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram, & quieſceret in ſua cella. Et divinus quidem Joannes, qui per

B quietem, divinam guſtarat dulcedinem, eam lubenter ſequebatur, & non poterat in animum inducere, ut eam relinqueret, apud ſe hæc reputans & dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid vivo? Et ſic altiſſimum ſuum ponens refugium, manſit minime obſtupefactus. Deus autem, qui ſemper curam gerit ſuorum famulorum, Angelis quidem ſuis mandavit, ut dicit Sciptura, ut Sanctum ſuum conſervarent. Volens autem eum ſecurum reddere, ut, qui paullulum eſſet territus, miſit ſenſilem cuſtodem, leonem maximum & terribiliſſimum, qui eum diu & noctu cuſtodiret ab immanium barbarorum inſidiis. Atque prima quidem nocte cum leonem adſpexiſſet prope dormientem, parum extimuit, ut ipſe mihi narravit: cum autem vidiſſet diu noctuque ſequentem leonem, & ab eo non avelli, & propulſare barbaros, quibus ageret gratias Deo, emiſit cantica, qui non dimittit virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum. Atque beatus quidem Patet noſter Sabba cum veniſſet Nicopoli, & novam Lauram conſtituiſſet, & veniſſet ad ſpeluncæ ædificium, ut a me dictum eſt ſecunda oratione, & in mentem revocaſſet eam, quæ in ipſo fuit aliquando, viſionem de S. Joanne, ivit ad eum in Rubam, & dicit ei:

C Ecce Deus te ſervavit ab incurſione barbarorum, neque reddidit ſecurum, ad te miſſo ſenſili cuſtode. Surge, & tu quoque fac id, quod eſt humanum, & fuge ſicut Patres. Multiſque aliis ad eum uſus admonitionibus, deduxit eum ad maximam Lauram ſecunda Indictione, & incluſit eum in cella, cum ageret quinquageſimum ſeptimum annum ſuæ ætatis. *Hæc ibi. Annus is eſt* 509. Seceſſerat *autem* in deſertum Robæ quinquageſimo anno ſuæ ætatis, 11. Indict. *uti cap. 9. legitur. Annus is eſt* 503. *& hæc Alamundari perſecutio intra ſex dictos annos contigit; Baronius eam in Annalibus ad* 509. *annotavit, quo certo aut proxime præcedentibus annis facta eſt. De ſolitudine Ruban egimus ad Vitam S. Euthymii cap. 1. litt. b, diximuſque videri deſertum eſſe, in quo Chriſtus jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, dictique a recentioribus deſertum Quarantana.*

4 *De eadem irruptione Alamundari & Saracenorum, quos ſolum* barbaros *tum appellat, agit idem Cyrillus in Vita S. Euthymii cap. 22. n.* 125. Sequentibus vero annis, *inquit*, cum Anaſtaſius poſt ipſum accepiſſet imperium, incurſionem autem feciſſent barbari, & magnam partem ſolitudinis vaſtaſſent, & depopulati eſſent, everterunt ipſa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nupere magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ea his quidem erant

inſigniores, alia ſibi excitant in Martyrii monachi monaſterio & templa erigunt. Barbari autem cum rurſus eos eſſent aggreſſi, alios quidem interimunt, alios vero captivos abducunt, aliquos autem in alios vicos compellunt, nempe eos, qui ea inopinato hoc periculo evaſere ſuperiores, cum magna & graviſſima fuiſſet hæc illic barbarorum incurſio. *Hæc ibi Cyrillus monachus, qui mox narrat ſubſecutarum obitum Elia Hegumeni monaſterii S. Euthymii, mortui anno* 511. *cum triginta octo annos eam præfecturam adminiſtraſſet, ab anno ſcilicet* 473. *quo S. Euthymius vita functus.*

AUCTORE G. H.

D

5 *Poſt hujus obitum S. Sabbas deceſſit in ſolitudinem circa Jordanem, & habitavit cum S. Geraſimo, quando quatuor Agarenos (hoc etiam nomine Saracenos appellare conſueverunt) admodum famelicos excepit, ab eiſdem poſtea eſcis & dactylis donatus. Accepto dein vitæ ſolitariæ comite, Antebo monacho, permanſit ab illo inſeparabilis, quo tempore eam invaſerunt quidam Agareni plane barbari & animo infeſto, quorum unum iis inſultantem terra velut Dathan abſorbuit in conſpectu aliorum, qui magno timore concuſſi, arreptæ fugæ receſſerunt. Hæc uberius narrat Cyrillus in dicta S. Sabbæ Vita cap.* 15. *&* 16. *& tamquam ſpectantia ad Alamundarum citantur a Baronio in Notis Martyrologii ad* 19. *Febr. & in Annal. ad an.* 509. *n.* 9. *cum triginta ante annos aut circiter peracta ſint. Imo imperante Anaſtaſio alia incurſiones factæ ſunt ſub Regulis Agaro & Vadicarimo, de quibus lib.* 15. *Hiſtoria miſcella Pauli Diaconi n.* 10. *iſta traduntur:* Interea Saracenorum incurſus in Phœniceu & Syriam rurſus effectus eſt, poſt mortem Agari, Vadicarimo ſratre ejus inſtar turbinis, & adhuc velocius, diſcurrente per loca: *idque, ut ſubjungitur,* anno 11. *Imperii Anaſtaſii, Chriſti* 502. *quo eodem apud Cedrenum leguntur.*

E

6 *Sed ea Alamundarum, qui ſubſecutis annis Saracenis præfuit, revertamur. Poſt memoratam incurſionem in Palæſtinam & eadem monachis aliiſque illatam, fidem Chriſtianam amplexus Alamundarus aliquis, & ab orthodoxis baptizatus eſt. Rem geſtam ad annum* 12. *Anaſtaſii, Chriſti* 513. *narrant Theophanes, Anaſtaſius & Paulus Diaconus, Cedrenus aliique Theophanis hæc eſt relatio:* Alamundaro Principe Saracenorum gentis baptizato, Severus impius duos Epiſcopos macula ſuæ gentis infectus direxit ei communicandi gratia. Dei autem providentia ille ab orthodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant Concilium. Cumque Severi Epiſcopi ſubvertere Principem a vero dogmate machinarentur, arte mira eos arguit Alamundaeus, commento hoc propoſito. Hodie, inquit ad illos, litteras accepi, quibus Michaelem Archangelum mortuum eſſe hoc eodem die nuntiatur. Illis vero dicentibus, hoc fieri non poſſe, ait Princeps: Et quomodo ſecundum vos crucifixus eſt pueros meruſque Deus, niſi duabus ex naturis conſtiterit Chriſtus, quandoquidem neque Angelus moritur? Et ita eum confuſione Severiani diſceſſerunt Epiſcopi. *Hactenus. De Severo Acephalorum antepignano, & Concilio Chalcedonenſi alibi ſapius a nobis actum.*

F

7 *Iterum nova ſub Juſtiniano Imperatore ab Alamundaro direptio ac cædes refertur a Theophane, Anaſtaſio & Paulo Diacono, ſed num unus idemque ſit Alamundarus, dubitamus. Verba Theophanis ad an.* 11. *Juſtiniani, Chriſti* 529. *ſunt ejuſmodi:* Parro 21. die Martii 7. Indict. irruit Alamundarus Zecices Regulus Saracenorum, & depræda tus eſt primam Syriam uſque ad ipſius Antiochiæ loca contermina ad Litargum dictum, & occidit multos, incenditque ſuburbia Chalcedonis, & Sermium prædium atque Cynegiam regionem. Hæc audientes Optimates Romanorum calerunt adverſus eum. Quo cognito Saraceni una cum Perſis ſumpta præda eum captivis per interiorem limitem fugerunt. *Hactenus Theophanes, apud quem abſque cognomine dicitur Alamundarus Chriſti fidem amplexus; hic vero agnominatur* Zezices, *Græce ὁ Σικικις, a Paulo Diacono* Zetices, *ab Anaſtaſio* Zecius, *qui vero Palæſtinam ſub Anaſtaſio vaſtavit, a Cyrillo* Alamundarus Sicices,

AUCTORE G. H.

A eices, *tum regem* Saracenos ſubjectos Perſis, *& modo* cum Perſis *fugit*. *Alterum ab Alamundaro in Paleſtinam factam eodem adhuc anno irruptionem, ejuſque dein ad India partes fugam narrat idem Theophanes.*

8 Ad *ultimas has incurſiones referri poſſe videtur, quæ a Joanne Moſcho in Prato ſpirituali lib. 10. de Vitis Patrum cap. 22. narrantur his verbis*: Abbas Geronticus Præpoſitus monaſterii ſancti Patris noſtri Euthymii narravit mihi & Sophiſtæ Sophronio, dicens: Tres ſimul eramus trans mare mortuum, ambulantibuſque nobis in montem, anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat. Contigit autem Saracenos tranſire per loca illa & occurrere ipſi. Cum ergo præteriſſent illum, reverſus unus ex eis, anachoretæ caput abſcidit, nobis de longinquo ſpectantibus: jam enim conſenderamus mootem. Cum vero lacrymaremur triſtes propter anachoretæ caſum, repente cernimus avem ſuperne venientem, raptum Saracenum in ſublime tuliſſe, atque inde in terram illum dimiſiſſe, ea eoque lapſu Saracenum interiiſſe. *Hæc ibi. Creatus eſt Geronticus Hegumenus, ſive Præpoſitus monaſterii s. Euthymii, circa annum 557. ut ad hujus Vitam §. 4. n. 15. diximus. Roſweydus noſter in Notationibus ad dictum cap. 22. Moſchi refert & verba Martyrologii Romani de interfectis a Saracenis ſub Duce Alamundare monachis, & qua ad illa obſervavit Baronius, afferens* conſentire, quæ B habentur in Prato ſpirituali cap. 22. & 99. *Quod hoc ideo etiam tranſcribimus.*

Saracenum occiſor eadem hæreta poenitet.

9 Natraverunt nobis Patres ejuſdem monaſterii ſancti Patris noſtri Theodoſii, dicenter: Aore hos annos defunctus eſt hic ſenex quidam, Antonius nomine. Is in vita ſua maxime jejunis operam dans, profectus eſt in locum, qui Cotulas dicitur. Quadam ergo die cum eſſet in eremo, ecce Saraceni in partes illas venientes viderunt ſenem, unuſque ea eis educto gladio venit contra ſenem volens necare illum. Senex autem ut vidit Saracenum contra ſe venientem, intuens in cœlum ait: Domine Jeſu Chriſte, volontas tua fiat. Statimque aperta eſt terra, & abſorbuit Saracenum illum, ſenexque ſalvatus eſt, & glorificans Deum in monaſterium ingreſſus eſt. *Hæc cap. 99. quod Roſweydus etiam ad 19. Februarii pertinere annotat cum Baronio, qui tamen ad 16. Maji ejuſdem meminit in notis ad ſanctos monachos in Laura s. Saba tempore Heraclii Imperatoris interemptos. De s. Theodoſio Cœnobiarcha, ejuſque monaſterio juxta Hieroſolymam in Judæa ſito, egimus 11. Januarii, uti & de alio s. Theodoſio Abbate monaſterii in Scopulo, quod hic in titulo capitis 99. ſed perperam, indicatur: nam ante cap. 97. s. Theodoſius, de quo dein adhuc agitur*: magnus monachorum Princeps, *ideſt, Cœnobiarcha appellatur. Horum* porro, *inquit Baronius an. 509. n. 9.* gloriosæ memoriæ ſanctorum monachorum, qui ſub Saracenorum Rege Alamundato occiſi ſunt, dies 19. Februarii conſecrata eſt, qua omnes tunc paſſi Martyres in ſacris adſcripti tabulis, anniverſario præconio celebrantur.

alius, ne anachoreta cum occidat a terra abſorbetur.

Martyrum annua celebritas.

DE S. RABULA

ABBATE IN ORIENTE.

G. H.

CIRCA ANN. 15XXX. XIX. FEB. *Rabulas Epiſcopus Edeſſenus.*

1 NOmen Rabulæ *vix notum Latiuis, Græcis ſat frequens. Fuit antea* Rabulas, *Princeps primum, dein Epiſcopus Edeſſenus, is ſcilicet, qui, quod Neſtorianis reſtitiſſet, plurimum eſt a s. Cyrillo Alexandrino laudatus, ſed ab Iba ſucceſſore ſuo fugillatus. Mortuum eum fuiſſe circa an. 437. diximus 15. Januarii ad Vitam s. Alexandri Ordinis Acœmetorum fundatoris §. 3. num. 12. a quo is fuerat ad fidem Chriſtianam converſus. Non procul ab Edeſſa, ſed cis Euphratem flumen, Samoſatis natus eſt circa annum 450.* S. Rabulas *Abbas ac plurimorum monaſteriorum fundator, quem Græci 19. Februarii celebrant in magnis Menais, & apud Cyrilleanum* εἰς βίον αὐτοῦ, *Ac prima ſalta ad nomen ejus allaſione hoc diſticon reliquit alii præponitur.*

alius Abbas, cui hæc 19. Febr.

Βουλὰς Ραββουλὰς δεῖν ἀφράκτους διώκουσιν,
Ἀστόλι βουλὴ τῇ Θεοῦ ἴσον κέλευθοι.
Rabulas, redditia dæmonum inſidiis inutilibus,
Procul ab illis diſceſſit e conſilio Dei.

C *Tunc hæc Acta ejus narrant eadem Menæa & Cyrilleanum.*

2 Memoria ſancti Patris noſtri Rabulæ,

natus Samoſatis;

Natus eſt ſanctus Pater noſter Rabulas Samoſatis: inſtitutus a quodam Baryſaba, viro clariſſimo, quod & nomen hujus lingua Syrorum ſonat: a tenera ætate omnem ampleaus virtutem, vitam ſolitariam duxit, atque ad

ſolitarius degit;

magni Eliæ & Joannis Baptiſtæ exemplum in montibus ac ſpeluncis ſolus vixit. Aliquot elapſis annis, aſſumpto ſocio in Phœniciam ſe contulit, ubi mirum in modum

monaſteria narrante Theodoreto;

virtutibus inclaruit, & ſummis etiam viris, quod ramen nolebat, innotuit. Quapropter opem auxiliumque conferentibus & Zenone Imperatore & Joanne Berythenſi Præſide ingens monaſterium in medio monte extruxit. Tum vero velut Paulus & Barnabas, aut potius velut Petrus & Joannes, in medium paganorum, qui idola colunt, cum ſuis progreſſus Rabulas, cum iis diſputabat, & nunc errores illorum redarguendo, nunc vero adhortando, tantum profecit, ut paucis demptis, omnes ad agnitionem Dei traduaerit. Atque hoc primum beati viri opus fuit merito prædicandum.

pagano ſanavit.

3 Zenone mortuo, Anaſtaſius in ſceptra imperii ſucceſſit. Hoc igitur rurſus auxilium præbente, ulterum

monaſteria ſtudio Byzantii & alibi;

monaſterium, quod ab ipſo Rabula cognomen accepit, Byzantii molitus eſt. His ita geſtis, multa alia monaſteria in diverſis locis conſtituit.

plurorum omet;

4 Erat hic beatus in omnibus ſobrius, modeſtus, miris, ſubmiſſus, promptus ad docendum, non ſtacundus, ſed lenis ac clemeos, amantiſſimus fratrum, & ad omnes miſericors. Quando vero improbus diabolus in eum irruebat, multis injuriis laceſſeudo, tum illic mumius Scripturis ſacris u vetere & novo teſtamento petitis, eum pari pondere repreſſit, operibuſque ipſis in fugam

F *diabolo refellit; odiogenerius*

conjecit, Atque ejuſmodi erat B. Rabulas. Vixit vero uſque ad tempora Juſtiniani Imperatoris, qui Juſtino ſucceſſit, & Magnus cognominatur, & S. Sophiæ eccleſiam ædificavit. Cum annos ætatis octoginta expleviſſet, aut aliquanto ſupet aſſet, audivit e cœlo vocem dicentem ſibi: Venita ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Cum poſt hanc vocem auditam parvo tempore ægrotaſſet, migravit ad Dominum.

ſolitus mortalem, meritis

5 *Hujus Græci in Menais & apud Cyrilleanum. Imperatores, qui ejus tempore floruiſſe dicuntur, ſunt Zeno, imperio admotus anno 474. quo mortuo illud ſuſcepit Anaſtaſius anno 491. cui anno 518. ſucceſſit Juſtinus, hujus Juſtinianus anno 527. Hunc obitum s. Rabulæ ad annum circiter 530. collocavimus.*

Zeno an. 474.

DE

DE S. CONONE PRESBYTERO
ABBATE MONASTERII PENTHUCLÆ IN PALÆSTINA.

G. H.

CIRCA ANNUM XIX. FEB. S. Conon degit prope Jordanem,

1 VIxit S. Conon *ſeculo Chriſti ſexto prope Jordanem, & quantum ex adjunctis monaſteriis colligimus, in eremo ſanctæ civitatis, aut loco aliquo vicino. De variis illic erectis monaſteriis egimus* 20. *Januarii ad Vitam S. Euthymii, inter quæ etiam ſitum fuit monaſterium* Peotbucula, *ſeu* Penthucla, *cujus meminit Joannes Moſchus cap.* 3. 13. & 14. 15. *Prati ſpiritualis, ac dicitur Græce* λειμὼν, ὁ μετὰ τὸ Πενθυκλᾶ, *in Menæis* Πενθυκλᾶ. *In eo ergo cœnobio ſtornit* S. Conon, *cum* Petrus, *ut infra dicitur, eſſet* Archiepiſcopus *Hieroſolymorum; ad eam dignitatem promotus anno Chr.* 525. *mortuus an.* 546. *Poſt hujus obitum aliquamdiu ſuperfuit* S. Conon, *qui poſt baptiſmum puellæ, quæ ex Perſide venerat, quando virtutem ejus obſtupuit Archiepiſcopus, alios vixiſſe viginti annos dicitur, forſan circa annum* 555. *vitæ finem: cujus res tum geſtas melius potuere Joannes Moſchus & Sophronius addiſcere ab ocalato teſte, qui ſenex in monaſterio S. Sabæ degebat, & aarrant* cap. 3. *quæ deſcripſere, paucis mutatis, auctor Menæorum & Cytherauus* 19. *Februarii, qui ſic incipiunt.*

ſumptum Petri Archiep. Hieroſol.

mortuus circa an. 553.

B

2 Eodem die ſancti Patris noſtri Cononis.

Is genere Cilix, rebus humanis ab ipſa adoleſcentia valedixit, ingreſſus monaſterium, Penthucla dictum, prope Jordanem ſitum. Presbyter poſtea conſecratus, apicemque vitæ religioſæ aſſecutus eſt. Poſtquam vero ob admirandam virrutem Petro Archiepiſcopo per famam innotuit, officium illi impoſuit, ut omnes, qui baptiſmi cauſſa peregre ad Jordanem adventarent, ſacro fonte abluerer. *Hæc Menæa. Verum Moſchus non Cilicem ſed Alexandrinum facit, atque hæc de eo refert, e Græco accurate verſa.*

a prima adoleſcentia monaſtes;

3 Cum in Lauram ſancti Patris noſtri Sabbæ profecti fuiſſemus ad Abbatem Athanaſium, narravit nobis ſenex, dicens: Cum eſſem in monaſterio Peotucla, Presbyter quidam erat ad baptiſmi miniſterium, Cononi nomine, genere Alexandrinus: quem juſſerunt, utpote virum magnæ & venerabilis ætatis, conferre baptiſmum. Ipſe vero ungebat & baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungerer, ſcandalizabatur, atque ideoex monaſterio abſcedere volebat. Cum autem eam diſcedendi cogitationem haberet, aſſiſtebat ei S. Joannes Baptiſta, dicens: Tolera & perſevera, & ego te ab hoc bello liberabo.

Presbyter baptizat mulieres;

ut ſpecioſa inungat, a S. Joanne Bapt. inſtitutus;

C

4 Quadam vero die venit puella ex Perſide, ut baptizaretur, quæ ita ſpecioſa erat ac tantæ pulchritudinis, ut non poſſet Presbyter eam ſancto oleo inungere. Cum ſic vero puella manſiſſet duos dies, audiens hoc Archiepiſcopus Petrus, obſtupuit de ſene, voluitque ad hoc opus delegare Diaconiſſam mulierem: ſed id non fecit, ne contra Canones deliqueret. Conon vero Presbyter, ſumpta melote ſua, receſſit, dicens: Non manebo amplius in loco iſto. Cum ergo exiſſet ad colles, ecce S. Joannes Baptiſta occurrit illi, ac voce tranquilla dicit ei: Revertere in monaſterium tuum, & hoc te bello liberabo. Tunc Abbas Conon cum quadam indignatione reſpondit ei: Crede mihi, non revertar. Sæpe enim pollicitus es mihi, & nihil feciſti. Cum ergo eum apprehendiſſet S. Joanes, ſupra unum e collibus ſedere fecit, veſtibuſque ejus remotis, ſignavit eum tertio ſigno Crucis ſub umbilico, dixitque ei: Crede mihi Presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari: ſed quia non vis, ſuſtuli bellum, & mercedem hujus operis non habebis. Reverſus Presbyter Conon in monaſterium, ubi baptizare conſueverat, ſequenti die puellam, quæ e Perſide venerat, unxit & baptizavit, neque peoitus advertit eam eſſe naturam puellam.

ut Joannes Bapt. imperet domum caſtæ ancillæ;

baptizat puellam;

5 Implevit autem & alios annos duodecim in baptizandi miniſterio, neque ullum ſenſit corporis motum, neque mulierem iuruitus, reſpicait eam oatura ejuſmodi eſſe: atque ita in pace conſummatus eſt. *Haſtenus Moſchus. Quæ ultima ita in Menæis efferuntur:* Vixit vero poſtea Sanctus alios adhuc viginti annos, & ad ſummum animi ſedati gradum progreſſus, ac quaſi omoi humano ſenſu eautus, tandem in pace quievit. *Ex his anais impeadit duodecim in miniſterio baptizaadi: reliquis octo videntur monaſterii Hegumenus ſive præſes fuiſſe, ut infra ex alio Moſchi loco dicitur.*

& alios octo per 12. annos.

E

6 *Præterea ubi ſupra dicitur non potuiſſe puellam, quod adeo ſpecioſa eſſet, ſancto oleo inungere, ita Græce legitur:* ὅτι μὴ δύναιτο Πρεσβύτερος αὐτὴ χρίσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ. *In Menæis additur,* γυμνὴν αὐτὴν, nudam eam ioungere, *qua etiam Latine apud Roſweydum aliosque excuſa ſunt. De hac unctione ad baptiſmum diſputat idem Roſweydus in Onomaſtico ad Vitas Patrum, & cenſet* nudos cenſeri, quibus ſuperior veſtis, qua in publicum procedere ſolebant detrahebatur. *Ita David Ephod lineo indutus erat & tamea* nudus *ante arcam ſaltaſſe dicitur* 2. *Reg.* 6. *Eodem modo* baptizandos *ait* interulam vel aliquod præcinctorium lineum ad honeſtatem ſervaſſe.

Quomodo confendi unda baptiſmali poſſit.

1

7 *Idem Moſchus cap.* 15. *hæc quorum non meminere Menæa, de eodem, uti arbitramur, Conone narrat:* Dicebant de Abbate Conone Hegumeno monaſterii Penthucla, quod die quadam, cum iret Betamarin, obvios habuit Hebræos. Qui cum eum occidere vellent, diſtrictis gladiis occurrerunt contra ſenem. Cumque appropinquaſſent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in ſublime ſuſpenſæ perſtiterunt immobiles. Facta vero pro eis a ſene oratione, abierunt gaudentes & gloriam Deo tribuentes. *Hæc ibi, inter quæ pro voce* Betamarim, *Græce eſt* εἰς τὰ Βίτων ἄγιον τὸ χωρίον: *in ſanctam Bitorum regionem.*

Volunt S. Cononem occidere, ſunt immobiles,

F

dein ejus precibus liberantur.

DE S. MANSUETO
EPISCOPO MEDIOLANENSI.

G. H.

POST AN. DCL. XXX. XIX. FEB. S. Manſuetus colitur 19. Feb.

1 IN Martyrologio Romano adſcriptos, ſolitar 19. Februarii Manſuetus, *de quo hoc extat in eo teſtimonium:* Mediolani S. Manſueti Epiſcopi & Confeſſoris. *Eadem habentur apud Galeſinium cum hoc parvo elogio:* Cujus cum in omni actione eluxit pietas, tum in Synodo oecumenica ſexta Conſtantinopolitana, cui interfuit: *cujus ultima pars, ut mox dicetur, melius abeſſet. Majori encomio celebratur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, a Ludovico Zaccono in Vitis Sanctorum Italice editis, & in Le-*

Februarii Tom. III.

Martyrologio Romano adſcriptos, ſolitar 19. *Februarii* Manſuetus, *de quo hoc extat in eo teſtimonium:* Mediolani S. Manſueti Epiſcopi & Confeſſoris. *Eadem habentur apud Galeſinium cum hoc parvo elogio:* Cujus cum in omni actione eluxit pietas, tum in Synodo oecumenica ſexta Conſtantinopolitana, cui interfuit: *cujus ultima pars, ut mox dicetur, melius abeſſet. Majori encomio celebratur a Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, a Ludovico Zaccono in Vitis Sanctorum Italice editis, & in Le-*

Februarii Tom. III.

ſtionibus propriis ad illorum uſum, qui in Eccleſia Mediolanenſi utuntur ritu Romano, approbatis, & 2. *Septembris in Breviario Ambroſiano auctо & recognito. Agunt de eodem Donatus Boſſius in Chronico, Joannes de Deis de ſucceſſoribus S. Barnabæ apud Mediolanenſes, Joannes Franciſcus Beſutius in Pontificali Mediolanenſi, Joſephus Ripamontius decade* 1. *Hiſtoriarum Eccleſiæ Mediolanenſis lib.* 9. *Ughellus tom.* 4. *Italia ſacra, demum Tabula Archiepiſcoporum Mediolanenſium ſeorſum, & inter Acta Synodalia a S. Carolo Borromæo habita par.* 2. *a pag.* 835. *excuſa. Apud*

& 2. Sept.

a variis ſcriptoribus memoratus

AUCTORE G. H. A *plerosque harum rerum auctores festum ejus celebrari 19. Februarii asserunt.*

2 *Extant Sedis S. Mansueti & rerum ab eo gestarum duo antiqua monumenta, alterum habita ab eo synodi Mediolanensis, alterum collecta a S. Agathone Papa synodi Romana, cui etiam S. Mansuetus adfuit. Pullulabat jam pridem haresis Monothelitarum, cujus principium anno 633. a Cyro Episcopo Alexandrino positum fuisse tradit Baronius ad illum annum nu. 3. Qua de causa cum inter Constantinum Pogonatum Imperatorem & Pontifices Romanos de cogenda Synodo universali actum esset, & S. Agatho Papa ab Imperatore ad Donum decessorem scriptam ea de re accepisset epistolam, jussit in variis regionibus synodos congregari, quibus haresis Monothelitarum condemnata est, in Italia, Gallliis, Anglia, ut ejusdem Agathonis litteris ad Imperatorem datis constat. Parvit tum Pontifici S. Mansuetus, & coactu Mediolani synodo Insubrium Episcoporum, Monothelitarum haresin condamnavit, fideique orthodoxa edidit professionem; qua synodali epistola comprehensa ad Constantinum Imperatorem missa est, ut cum Episcopi illi ad Concilium oecumenicum Constantinopolim proficisci non possent, saltem scripto illo suffragio perniciosa haresi condemnaretur.*

3 *Epistolam hanc synodalem nomine* S. Mansueti *scriptam fuisse a S. Domino Episc. Ticinensi testatur Paulus* B *Warnefridus lib. 6. de Gestis Langobardorum cap. 4. his verbis: Eo tempore Damianus Ticinensis Episcopus sub nomine Mansueti Mediolanensis Archiepisc. hac de causa satis utilem rectaque fidei epistolam composuit, quae in praefata synodo Constantinopolitana non mediocre suffragium tulit, Colitur S. Damianus 12. Aprilis. Epistola autem synodalis hac est inscriptio.* Domino serenissimo atque tranquillissimo, & a Deo coronato religiosissimo Constantino Imperatori Mansuetus Mediolanensis Metropolitanae Ecclesiae indignus Episcopus, vel universa sancta Episcoporum fraternitas, quae in hac magna regia urbe convenit, aeternam in Domino salutem. *Incipit item epistola his verbis:* Si apicem imperialis fastigii & insulas sacratissimae potestatis avis & proavis vestris coelitus attributum cognovimus, & pro meritorum actibus ad vos propagatum scimus, dignum est his vos aequiparare vestigiis, quorum & celsitudinem ubinietis *&c. Extat ea epistola ante Concilium* VI. *Oecumenicum, seu Constantinopolitanum, post Divalem sacrum ab Imperatore directam ad Donum Papam, aliamque ad Georgium Archiepiscopum Constantinopolitanum. In ea epistola sub finem haec fidei professio contra Monothelitas continetur:* Duas naturas in una subsistentia divinitatis & humanitatis inconfuse, incommutabiliter Dominum nostrum Jesum Christum habere C veraciter confitemur: ita quoque & duas naturales voluntates & duas naturales operationes habere, utpote D perfectum Deum & perfectum hominem, unum eumdemque ipsum Dominum nostrum Jesum Christum pietatis regula nos perstruit *&c. Habita ea synodus est anno 679.*

4 *S. Agatho Papa, quod jam in variis provinciis factum fuerat, synodum anno 680. Romae collegit centum & viginti quinque Episcoporum, inter quos* S. Mansuetus ITV. *loco subscripsit hac formula:* Mansuetus, Dei gratia Episcopus sanctae Mediolanensis Ecclesiae, in hanc suggestionem, quam pro Apostolica nostra fide unanimiter construximus, similiter subscripsi. *In hac synodo damnata iterum est Monothelitarum haresis, & orthodoxa fides egregie corroborata: tres item Legati, Joannes Portuensis, Abundantius Paternensis, & Joannes Regiensis Episcopi, ut Constantinopolim ad Concilium universale proficiscerentur, delecti sunt, quibus data est epistola S. Agathonis Papae & Romanae synodi* 125. *Episcoporum, qua dicti Legati plene instructi, injunctum munus feliciter exercuerunt. Extat ea epistola sub finem Actionis quartae ejusdem Concilii universalis, cum omnium fere Episcoporum subscriptionibus, atque ipsius, ut diximus, S. Mansueti. Quare a nonnullis obscuriter inspecta credunt est ipsi Concilio, & non tantum epistola Acta inferta, subscripsisse: cujus aliud non fuisse fundamentum arbitramur, Verba Martyrologii Ambrosiani & Lectionum propriarum haec sunt:* Mansuetus Romanus praecipue clarus in sexta synodo Constantinopolitana, cui interfuit, seque subscripsit. *Quem errorem etiam advertit Ferrarius in Notis ad 19. Februarii.* E

5 *Ab eodem Ferrario haec de eo affirmantur:* Mansuetus Romanus ex Sabella familia, ad Episcopatum Mediolanensem post S. Ampelium, Agathone summo Pontifice, ob ejus summam eruditionem & morum praestantiam evectus est. Praefuit autem Ecclesiae sibi commissae annos novem summa cum laude & ejusdem Ecclesiae otilitate. *E Sabella gente oriundum esse asserunt etiam Tubula Archiepiscoporum Mediolanensium, & cum iis Joannes de Deit, Besutius, Zacconus, Ughellus. Annos Sedi ejus quinque tribuit Joannes de Deit, at* Romae Synodo reversum, paullo post in contagiosillo, quod Insubriam afflixit, decessisse *tradunt Ripamontius & Ughellus. Sed tum, quamvis tantum quinque annos sedisset, non potuit Agathone Papa, qui ab anno 679. solum sedit, Episcopus creatus fuisse.*

6 *De obitu ejus & sepultura in Breviario Ambrosiano istu legnntur:* Sancte constanterque administrata Ecclesia moriens, in basilica Ambrosiana sepultus est. Sacrum vero ejus corpus asservatur in basilica S. Stephani Majoris, & ibi reverenter colitur. F

epistolam synodalem missi Imperatori,

a S. Domino compositam;

cum hic error sub nomine S. Mansueti;

contra Monothelitas

regit synodum;

quae annis dicatur fuisse Episcopus?

Corpus in S. Stephani Majoris.

DE S. BARBATO

EPISCOPO BENEVENTANO IN ITALIA.

I. B.

Commentarius praevius.

§. I. S. Barbati publica veneratio. Vita duplex: gesta ante Episcopatum.

AN. IↃC. LXXXII. XIX. FEB. S. Barbati publica veneratio. 1 *Antiquissima Hirpinorum civitas Beneventum, inter Subati Calarisque amnium confluentes, olim Ducum Longobardorum sedes, nunc ad Pontificis Romani spectans ditionem,* XI. *Kalend. Martii* S. Barbatum, *Antistitem olim suum, veneratur. Testis Marius de Vipera Archidiaconus Beneventanus in* Catalogo Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana duplici ac semiduplici celebrat ritu; *ubi de Barbato ista scribit:* Ejus dies festus, ut praecipui ejus urbis Patroni, maxima celebritate agitur, etiam ab operibus servilibus desistendo. *Quam antiqua ea, lateque fusa celebritas fuerit, perspicere licebit ex antiquis Martyrologiis & Kalendariis, quae infra citabimus, aliisque monumentis.*

2 *Duplicem habimus hic Vitae illius historiam, utramque a V. C. L. Silvestro Aiossa nobis Capua transmissam. Priorem ex veteri codice monasterii S. Joannis sanctimonialium instituti Benedictinis in ea urbe, charactere ibus Longobardicis exarato descripserat. Alterum ex codicibus Ecclesiae Beneventanae acceperat, ex priore, ut apparet, conformatam ac lacinosa phrasi dilatatam. De priore ita loquitur in Notationibus ad Martyrolog. Baronius:* Habemus ejus Acta sincere

duplex Vitae in MSS.

A ſincere ſcripta, eſt eorum exordium: Sicut evidentiſſime &c. *Citat eadem Michael Monachus, Aioſſa avunculus, in Sanctuario Capuano pag. 464. hic verbis:* In officio ſuo de S. Barbato tres Lectiones, acceptæ ex Actis, quæ MSS. habemus in C. Longobardo, & ita ſe habent: Sicut evidentiſſime fidelium relatione competimus. *Ita Monachus.*

3 *Aliam habemus* S. Barbati *Vitam, a Nicolao Belfortio Canonico Regul. monaſterii S. Joannis de Vineu apud Sueſſionem, deſcriptam ex MS. Cœleſtinorum Sueſſionenſium. Verum non fuit opera pretium illam hic dare, cum ex priori illa, ſive Capuana, contracta ſit, vel ab ipſo Belfortio, vel quopiam alio antiquiore. Brevem ejuſdem Vitam habes in jam cituto St. Beneventanorum Catal. Marini Vipera. Aliam Philippus Ferrarius in Catal. St. Italiæ. Agit de eo Joannes Vincentius Ciarlantus Archipresbyt. Eccleſiæ Æſernina in Comment. hiſtoricis de Samnio lib. 3. cap. 16. qui Vitam citat ab Ovidio de Luciis monacho Montis-Virginis editam, quæ non vidimus.* S. Barbati *alii quoque meminere ſcriptores.*

alia de eo ſcripta;

4 Beneventanum *fuiſſe aſſerit Vipera. Ciarlantus ex Ovidio monacho, natum honeſtiſſimis parentibus incolis vici Vandari, ut nunc appellatur, in Comitatu Cerretino: a prima ætate educatum Beneventi, ſacris; litteris egregie eruditum, mox ad publicas de rebus divinis conciones admotum. Quare tandem Eccleſia S. Baſilii in oppido Morcone conſtituta Curio eſt. ſed cum acrius in ſcelera inveheretur, odio primum eſſe cœpit, dein & falſi criminis infamia perſtrictus, ideoq; revocatus Beneventi eſt: ubi ejus cœperta innocentia, zelo divini honoris, ſanctimonia vitæ, cunctis deinceps veneratione fuit.*

ejus ortus,

zelus,

B

innocentia comprobata;

5 *Nec Longobardis pepercit, qui Beneventum diro premebant dominatu, & licet ſub Arichiſo Duce 11. quem 9. Februar. ad Vitam 1. Sabini §. 10. n. 8. diximus Catholicum fuiſſe & S. Gregorio Magno amicum, plerique fidem videretur amplexi, tamen adhuc ſuperſtitioſos quoſdam Gentilium ritus obſervabant, non ſolum vulgus militum, ſed primarii quique, & ipſe quoque Princeps Romualdus, Grimoaldi Regis filius. Nam & viperæ aureum ſimulachrum colebant, & arbori cuidam profanos honores exhibebant, ſuſpenſo ad eam corio animali cujuſpiam detruncato, in quod deinde, equis concitatis ab arbore recedentes, ſagittas averſi contorquebant, & avulſam ab eo particulam edebant: ut in utraque Vita c. 1. n. 2. narratur.*

reprobatæ ab eo ritus pagani Longobardorum,

6 *Quæ eos cauſſa ad viperæ efformandam effigiem ac veneranda impalerit, non traditur. Diximus 18. Februarii, cum de S. Mariamna ageremus, conſueviſſe Hierapoleos Phrygiæ urbis incolas vivam viperam alere ac divinis proſequi honoribus. An tale quid olim attigerint horum Longobardorum majores, unde poſteris mos ille adhæſerit aureum ejus effigiem honorandi; an ita conſecrare memoriam voluerint cujuſpiam virtutis aut facinoris Ducum priſcorum, haud facile eſt conjicere. Videtur ad annos 300. poſt S. Barbati ætatem aliquod adhuc Beneventi extitiſſe viperæ illius monumentum, cui tamen nullus haberetur amplius honos: forte ut hic Antuerpiæ (quod ulibi diximus) Priapi, alibi alia extant Gentilium idola. Leo Oſtienſis lib. 2. Chronici Caſinenſis cap. 11. ita ſcribit:* Ante hoc ferme biennium terræmotus ingens factus eſt Capuæ atque Beneventi; ita ut Capuæ domus multæ corruerent, ejuſdemq; civitatis campanæ ea vi per ſe ſonarent. Beneventi autem viperam dejecit & turres 15. ſtravit. *Id circa annum 983. videtur contigiſſe.*

aureum Viperæ,

(cujus dies poſt Beneventi monumentum)

C

& arborem damoni dicatam,

7 *Plura extant paſſim exempla dicatarum damonibus arborum, apud profanos ac ſacros ſcriptores. Ex eo genere illa apud Virgilium lib. 2. Æneidos*

antiqua cupreſſus
Religione patrum multos ſacrata per annos.

illa item in Actis St. Felicis & Adaucti, 30. Auguſti, excelſa arbor, via Oſtienſi, ſecundo milliario ab urbe, quam S. Felix, in eam inſufflans, a radicibus everſit, ut amplius per eam homines nullatenus deciperentur. *Talis & illa in Vita S. Martini Turonenſis, 11. Novemb. pinus, quam curavit excidi,* quia eſſet damoni dedicata. *Nec de his mirum, qua amba ſane idolorum propinqua erant. Sed quid erat hic ſuperſtitionis, aquoſtres ludos inſtituere, atque ab arbore, velut*

[quales multæ a SS. ejecta,

exercere, decurrendo, jacula in appenſam ei pellem Parthice ritu mittere? Quid illa pyrus habebat impietatis, de qua Conſtantius Presbyter in Vita S. Germani Antiſſiodorenſis 31. Julii? Ad ejus ramuſculos ferarum ab eo deprehenſarum capita, pro admiratione venationis nimiæ, dependebant. Quem cœlebs vir, ejuſdem tunc civitatis Amator Epiſcopus, his frequens compellabat eloquiis: Deſine, quæſo, vir honoratorum ſplendidiſſime, hæc jocularia, quæ Chriſtianis offenſa, paganis vero imitanda ſunt, exercere. Hoc opus idololatriæ cultureæ eſt, non Chriſtianæ elegantiſſimæ diſciplinæ. *Hæc aliaque S. Amator, qui tandem, abſente Germano,* ſacrilegam aeborem cum caudicibus abſcidit, &, ne aliqua ejus incredulis eſſet memoria, igni concremandam illico deputavit: *ut 1. Maji ad S. Amatoris Vitam, & ad S. Germani dictemus.*

AUCTORE I. B. D

ollam ob ſolum ſcandalum]

8 *Major etiam ix iſto Longobardorum ludo levitas inerat, minimeque toleranda in Chriſtianis petulantia, & manifeſta reliquia profanorum ſacrificiorum. Id enim barbara gentis ſolenne memorat S. Gregorius lib. 3. Dial. cap. 28.* Eodem quoque tempore, *inquit*, dum fere quadraginta captivos alios Longobardi tenuiſſent, MORA Suo immolaverunt caput caprę diabolo, hoc ei pee circuitum cutrentes, & carmine infando dedicantes. Cumque illud ipſi prius ſubmiſſis cervicibus adorarent, eos quoque quos ceperant, hoc adorare pariter compellebant. Sed ex iiſdem captivis maxima multitudo magis eligens moriendo ad vitam immortalem tendere, quam adorando vitam mortalem tenere; obtemperare juſſis ſacrilegis noluit, & cervicem, quam ſemper Creatori flexerat, creaturæ inclinare contempſit. Unde factum eſt, ut hoſtes, qui eos ceperant, gravi iracundia accenſi, cunctos gladiis interficerent, quos in errore ſuo participes non haberent. *Colunnabi Martyres 11. Martii, quem ad diem ſimilia aliarum gentium ſacrificia indicat Baronius, monetque fuiſſe Longobardorum quoſdam, cum Italium occuparunt, Gentiles, quoſdam Arianos, orthodoxos nonnullos. Fuerit ſorte eorum hoc, quod arbori appenſum ridicula decurſione honorabatur, ab ejuſmodi capra, cujus eſſet caput damoni (clam tunc, ne quid ab orthodoxa plebe turbaretur) avulſum.*

& eorum ad ſum ſacrificium,

fere ſæpe ejus loco damoni asini offerebant.

E

§. II. *Obſeſſum a Gracis Beneventum, liberatum precibus S. Barbati. Ejus Epiſcopatus.*

9 *Cum ſanctus Presbyter Barbatus neque verbis iſthæc Longobardorum flagitia caſtigando, neque edito divino virtutis ad eorum flectendos in pios animos miraculis, quidquam proficeret; Deus ipſe manum admovit, juvenculo Principe Beneventi a Conſtante Imp. Heraclii nepote, abſoſſo, & ad extrema pene deducto: e quibus eum Deipara Virginis patrocinium, a Barbate exorata, eripuit, ut in priore Vita ca. 1. & 2. narratur, & in poſteriore cap. 2. Tempus quo hæc contigerunt, etſi obſidionis non meminerit, indicat Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita S. Vitaliani Papæ, quam edidimus 27. Januarii, ea qua ita ſcribit:* Hujus temporibus venit Conſtantinus Auguſtus de regia urbe per littoralia in Athenas, & exinde Tarantum, inde Beneventum & Neapolim per Indict. 6. Poſtmodum venit Romam, ideſt, 5. die menſis Julii, feria 4. Indict. ſupradicta. *Annus is erat Æræ vulgaris 663. quo littera Dominicalis erat A, K Kalendæ Julii in ſabbatum incidebant, dies 5. in feriam 4. Sed, ut infra oſtendemus, videtur ſub exitum anni præcedentis, cum inchoata a Septembris ſexta Indictio eſſet, expeditionem hanc Imperator ſuſcepiſſe.*

Conſtans Imp. an. 663. in Italiam venit;

F

10 *Obſidionem Beneventi narrat Paulus Diaconus lib. 5. de geſtis Longobardorum, ſed liberationem videtur in opem ab S. Joanne Baptiſta genti Longobardorum impenſam referre, quia qua ix urbe Benevento geſta erant, vel ignorabat, vel minus curabat. Ita ſcribit:* His diebus Conſtantinus Auguſtus, qui & Cooſtans eſt appellatus, Italiam de Longobardorum manu eruere cupiens, Conſtantinopoli egreſſus per littoralia iter habens, Athenas venit: inde-

volens Longobardos pellere;

AUCTORE I. B.

deque per mare transgressus Tarentum applicuit. *Graci scripserunt Cadrenus, Zonaras, & alii ajunt eum voluisse sedem Imperii Roma figere. Sed nempe ut illic esset securus, necessa erat, ut prius ab Langobardis purgaretur Italia.*

51 *Pergit Paulus cap. 7.* Igitur cum Constans Augustus Tarentum venisset, egressus eainde, Beneventanorum fines invasit, omnesque penè, per quas venerat, Langobardorum civitates cepit. Lucerium quoq; luculentam Apuliæ civitatem, expugnatam fortius invadens diruit, & ad solum usque prostravit. Arentiam sane, propter munitissimam loci positionem, capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit, & eam vehementer expugnare cœpit, ubi tunc Romoaldus Grimoaldi filius, adhuc juvenculus, ducatum teobat. Qui statim ut Imperatoris adventum cognovit, nutritium suum, nomine Sesualdum, ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obsecrans ut quantocyus veniret, filioque suo ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret. Quod Grimoaldus Rex audiens, statim cum exercitu filio laturus auxilium, Beneventum pergere cœpit .... Interim Imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat. E contra Romoaldus cum Langobardis fortiter resistebat: qui quamvis cum tanta multitudine congredi manu ad manum, propter paucitatem exercitus non auderet; frequenter tamen cum expeditis juvenibus hostium castra irrumpens, magnas eisdem inferebat undique clades.

52 *Hic jam illud accidit, quod utraque Vita narrat, ut a S. Barbato animatus Romoaldus, visa etiam opitulatrice Virgine Deipara, se reliquias idololatriæ exturpaturum sponderet. Interea adventus Grimoaldi fama Constantem perpulit, ut quam ut capere urbem non poterat fraude temnores, & ubi hac quoque non successit, relicta obsidione abscederet.* Grimoaldus, *inquit Paulus*, cum jam jamque properaret, eumdem nutritium ejus, de quo præmissimus, ad filium misit, qui ei suum adventum nuntiaret. Qui cum prope Beneventum veniſſet, a Græcis captus, Imperatori delatus est. Qui ab eo unde veniret requirens, ille se a Grimoaldo Rege venire, eumdemque Regem citius advenare nuntiavit. Statimq; Imperator exterritus consilium cum suis iniit, quatenus cum Romoaldo pacisceretur, ut Neapolim posset reverti. Accepta ita obside Romoaldi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit.

53 *Sed & mox, accepta licet obside, pactisque de pace, adhuc tamen dola capere urbem aggressus est. Nam Romoaldi* nutritium Sesualdum ad muros duci præcepit, mortem eidem minatus, si aliquid Romoaldu aut civibus de Grimoaldi adventu nuntiaret, sed potius asseveraret eum. C dem minime venire posse. Quod ille ita se facturum, ut ei præcipiebatur, promisit. Sed cum prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit. Qui Romoaldus cum citius advenisset, sic ad eum locutus est: Constans esto, Domine Romoald, & habens fiduciam noli tuebari, qui tuus genitor citius tibi auxilium prabiturus aderit. Nam scias eum hac nocte juata Sangrum fluvium cum validoexercitu mnere. Tanrom obsecro, ut misericordium exhibeas meæ uxori & filiis, quia gens ista perfida me vivere non sinet. Cumque hoc diasset, jussu Imperatoris caput ejus abscissum est, atque cum belli machina, quam Petrariam vocant, in urbem projectum est. Quod caput Romoaldus sibi deferri jussit, idque lacrymans oculatus est, dignoque in loculo tumulaei præcepit. Metuens igitur Imperator subitum Grimoaldi Regis adventum, dimissa Beneventi obsidione Neapolim proficiscitur. Cujus tamen exercitum Mutola Capuanus Comes juxta fluenta Caloris fluminis, in loco qui usque hodie Pugna dicitur, vehementer attrivit.

54 *Aliam mox victoriam retulit de Græcis Romoaldus, pretibus, ut certe autumo, S. Barbati, Virginisque Dei matris præsidio adjutus, quam ita commemorat idem Paulus Diaconus cap.* 10. Postquam idem Imperator Neapolim pervenit, unus ex ejus Optimatibus, cui nomen Saburrus erat, D ab Augusto (ut fertur) viginti millia militum expetit, seque cum Romoaldo pugnaturum victoremque spopondit. Cui cum accepto exercitu ad locum, cui Fotious nomen est, advenisset, ibique castra posuisset; Grimoaldus, qui jam Beneventum advenerat, hæc audiens, contra eum proficisci voluit. Cui filius Romoaldus, *Non est opus, inquit*; sed tantum partem mihi de exercitu vestro tribuite. Ego, Deo favente, cum eo pugnabo, & cum victero, major unique gloria vestræ potentiæ adscribetur. Factumque est, & accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiscitur. Qui prius quam bellum cum eo iniret, a quatuor partibus tubas insonare præcepit, moaque super eos audenter irruit. Cumque utraque acies forti intuitione pugnarent, tunc unus de exercitu Regis, nomine Amalongus, qui regium contum ferre erat solitus, quemdam Græculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens, de sella, super quam equitabat, sustulit, eumque in aera super caput suum levavit. Quod cernens Græcorum exercitus, mox immenso pavore perterritus, in fugam converitur, ultimaque pernicie cæsus, sibi fugiendo mortem, Romoaldo & Langobardis victoriam peperit. Ita Saburrus, qui se Imperatori suo victoriæ tropæum de Langobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans, ignominiam deportavit. Romoaldus vero E patrata de inimicis victoria, Beneventum triumphans reversus est, patrique gladium & cunctis securitatem, sublato hostium timore, convexit.

55 *Mortuus erat, cum obsessum est Beneventum*, Ildeverius 32. *ejus civitatis Episcopus, ut Marcus Vipera scribit. Subrogatus illi est* 33. *Anastasius* (non, ut scribit Ferrarius, 20.) *Principis voluntate, summaque populi approbatione*, S. Barbatus: *etiam fortassis ante hanc de Saburra victoriam, statim ut liberata urbs est obsidione. Contigisse id videtur circa* 20. *Martii, cum mortuus dicatur* 16. *Febr. sedisse in Episcopatu annos* 18. *menses* 11. *Eos enim annos numerari existimo ab eo tempore, quo illi ita delatus Episcopatus est, antequam Pontifici Romano confirmatio accederet. Octabri fortassis mense aut Novembri venit in Italiam Constans: urbes deinde multas cepit, ac Lucerinam everit, Beneventum non parvo tempore oppugnavit, ut accersiri Grimoaldus, cogere exercitum & venire in Summum posserit. Quod demspatii ad* 5. *Julii fuit, Neapoli & in Campania Constans exegit, ac Romana itinere.*

§. III. *Gesta a S. Barbato in Episcopatu: ejus mors, reliquiæ.*

56 EPiscopatum adeptus Barbatus, *ab Romoalda Duce* F *popposcit ut Ecclesias S. Michaelis in Monte Gargano ac Sipontinam Beneventano donaret; aut, ut interpretor, si Pontifex Romanus annuisset, earum possessiones ab Antistite Beneventano administrari pateretur: non tam ut in sua, Clericique sui emolumentu cederent earum proventus, quam ut in utraque divinum cultum restauraret;* quoniam, *inquit ipse in priore Vita*, absque cultoribus omnia depravantur, unde nec sedulum Deo illic officium persolvi potest, melius a nobis disposita tibi proficiant in salutem. *Extare nis Marini Vipera in Bibliotheca Ecclesia Beneventana* litteras Vitaliani Papæ, quibus ei concedit Ecclesiam Sipontinam & Montis Gargani. *Non sunt tamen ea nunc Archiepiscopo Beneventano subjecta, sed unita ambæ eum Archiepiscopali Ecclesia Manfredonia urbis, quæ fere ex Siponti ruinis funata est, ut* 7. *Februarii ad S. Laurentii Sipontini Episcopi Vitam diximus, ubi & de Montis Gargani Ecclesia egimus, ostendimusque tamen diu post* S. Barbati *tempora Sipontum adhuc non ignobilem urbem extitisse: appellari autem Manfredonia Archiepiscopum, etiam S. Angeli & Sipontinum Archiepiscopum.*

57 *Subjecta quoq; fuerunt Ecclesia Beneventana a*, Vitaliano Papa (ut idem ait Vipera subscribuq; Ciarlinus) *Lavinensis,*

S. Barbatus fit Episcopus mense Martio 663.

Victorias adeptus contra Grimoaldum.

Cujus adventus fortasse ostio obsessi laudatur,

Victoriam de Græcis Sipontinis & in Gargano a

A *rinenſis, Aſcalanenſis, Bovinenſis. Sunt etiamnum* Larinum, Aſculum Apulum, Bovinum, *urbes Epiſcopales ſub Archiepiſcopo Beneventano, priores duæ jam olim ſub Romanis clari nominis. Inter alia quæ pro dilatatione Chriſtiana religionis egit* S. Barbatus, *interfuit ſub s. Agathone Papa anno 680. ſynodo Romanæ, ejuſq; ut aliorum plurimorum Auctoritatem, ſubſcriptio in ſexta generali ſynodo contra Monothelitas eodem anno habita, Actione 4. recitatur; his verbis expreſſa:* Barbatus gratia Dei Epiſcopus ſanctæ Beneventanæ Eccleſiæ, peovinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtituximus, ſimiliter ſubſcripſi.

Actiones ſex ſunt ſub Agathone.

mortuus 682.

18 *Sedit in Epiſcopata s. Barbatus, ut diximus, annos* 18. *menſes* 11. *Qui ergo anno* 663. *circa* 20. *Martii ad Epiſcopatum fuerat evectus, anno* 682. *mortuus eſt,* 29. *Februarii, quod etiam Vipera annotavit. Aliam Chronologiam iniit, qui exemplar Vitæ ejus, quæ eſt in collectaneis Belfortii, interpolavit: ait enim* anno Domini 666. *obiiſſe.*

19 *Relatum eſt poſtea nomen ejus in ſanctorum Confeſſorum tabulas. Nam antiquiſſima Kalendaria Longobardico characterе exarata, editaq; a Michaele Monacho in Sanctuario Capuano, ita habent: primam,* 11. Kal. Mart. Depoſitio eris Basbati Beneventani Archiep. *tertium & quartam,* S. Barbati Epiſcopi Confeſſ. Lect. 3. *quintum,* Barbati Ep. & Conf. & Gabini Mart. *Vetus Martyrol. mſ. quod cenſemus amplius* 500. *annorum eſſe*: Eodem die apud Beneventum civitatem natalis B. Basbati Epiſc. & Confeſſoris. *Conſonant iiſdem fere verbis, Molanus in additis ad Uſuardum, Galeſinius, & alii. Martyrol. Romanum a Baronio auctum ita habet:* Apud Beneventum S. Barbati Epiſcopi, qui ſanctitate celebris, Longobardos & eorum Ducem ad Chriſtum convertit. *Quatenus id verum ſit, antea dictum eſt, & infra dicetur in Vita utraque, quia nimiram Romoaldum Ducem, etſi tinctum jam antea baptiſmo, & Chriſtiana myſteria frequentantem, retinentem tamen ſuperſtitiones quaſdam paganicas, ab hiſce revocavit. Longius a vero aberrat Conſtantinus Ghinius de* S. Barbato *in Natal. lib. S. Canonicer. inter alia ſic ſcribens:* Tantæ fuit virtutis, tantaque ſanctitate celebris, quod Longobardos & eorum Regem (*appoſuit in margine* Paſtarem puto, qui fuit anno 680.) convertit ad Chriſtum.

Sepultus Mart. ecloglii.

B

20 *Habuit, ut teſtis eſt Marias Vipera,* templum extra civitatem ſibi excitatum, cujus hodie nulla fere extant veſtigia, & ex ejus nomine tota ſegio illa vocitatur. Extat officium particulare, quo Eccleſia Beneventana utebatur ante Breviarii correctionem, quod in bibliotheca Beneventana in MS. Breviario adhuc legitur, ubi ſequens antiphona ad Magnificat & ad Benedictus, ac oratio habetur. *Dein iſta ſubnectit,* ea inſcriptione, *ut ait,* in maſmore in altari majore Cathedrali exiſtente. ANTIPHONA. Vir Domini Barbatus actionibus celebes, & coruſcus miraculis, ſectam intesnicionis pelleodo Beneventi effulſit. *Verſus*: Oſa pro nobis B. Basbate. *Reſp.* Ut digni *&c.* Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui Samnitem populum, B. Barbati Confeſſoris tui atque Pontificis precibus & doctrinis, ab idololatsia revocaſti, da nobis ejus meritis ita in fide proficere, ut indu'genti am percipere mereamus. Per Dominum noſtsum Jeſum Chriſtum *&c.*

templum ad dimotum

do eo offitium,

C

Oratio.

21 *Poſt annos ab obita* 442. Roffridus Aſchiepiſcopus Beneventanus, *ut ſcribit Vipera,* ejus ſacrum corpus ex altari, in quo jacebat, in alium decentiorem locum tranſtulit anno Domini 1124. die 27. Maii, intervenientibus duobus Epiſcopis ſuffraganeis: quo tempore multa miracula ante ſepultum corpus effluere. *Ea dabimus ex Chronico Beneventano Falconis, qui interfuit, attendiq; non* 27. *Maii Tranſlationem illam contigiſſe, ſed* 24. *cum octavam diem dicat fuiſſe* Pridie Kalendas Junii. *Addit idem Marius*; Cujus corpus deinde urbe bello ſædata, partim in eccleſia Montis Virginiani ſervandum tranſlatum, partim Beneventi in ſua Cathedrali cuſtodiendum relictum. *Felix Renda inter reliquias Montis Virginis, quarum catalogum ſubnexuit Vitæ S. Guilielmi fundatoris a ſe editæ, ponit* Corpus S. Barbati Archiepiſcopi Beneventi.

tranſlatus 1124.

obitus ejus reliquiæ?

D

VITA AUCTORE ANONYMO,

ex MS. cœnobii S. Joannis Capuæ

eruta a Silveſtro Aloſſa V. CL.

CAPUT I.

Longobardi Beneventani, aſpernantes S. Barbati monita, ab hoſte obſidentur.

PRÆFATIO.

1 SIcut evidentiſſima fidelium relatione comperimus de celeberrimo ſanctiſſimi Patris Barbati merce, vel meritis, (quamquam indignus ad tam eximii Præſulis eaponendas laudes, atque omnibus philoſophiæ deteeiur ſectatoribus, annuente mentium ſcrutatore, qui non philoſopharі, ſed ſimplicibus verbis ſuos diſcipulos evangelizare ſacra myſteria iuculto doeet ſermone) gratiam, quæ cœlitus in Beatiſſimo Barbato effulſit, propeeo devotiſſimus euassare. Et ſi quis fortaſſe liberalibus diſciplinis appsime imbutus accuratius legerit hæc, quæ de tanti viri geſtis eepeei apicibus annotata, non dictantis peependat iguaviam, ſed meritorum ejus eacellentiam, de quo ſummo mentis conamine, poſtpoſita verecundia, ut temerarius loquor.

E

2 Tempore quo *a* Gsimoald Longobardoſum regni moderabatur habenas, ejuſque filius Romuald Samnitibus imperabat, inſignis Sacerdos, Barbatus nomine, Redemptoris outu claruit Beneventi, actionibus celebris, miraculiſque coſuſcus. His veso diebus quamvis ſacri baptiſmatis unda Longobardi abluerentur, tamen periſcum gentilitatis ritum tenentes, ſive beſtiali mente degebant, beſtiæ ſimulachro, quæ vulgo Vipera nominatus, flectebant eolla, *b* quæ debite ſuo debebant flectere Creatori. Quin etiam non longe a Beneventi mœnibus devotiſſime ſacrilegam colebant arborem, in qua ſuſpenſo corio, cuncti qui aderant rerga veſtentes arbori, celerius equitabant, ealcaribus crueotantes equos; us unus alierum poſſet præire: aſque in eodem curſu retroverſis manibus in coſtum jaculabantur. Sicque particulam modicam ex eo comedendam ſuperſtitioſe accipiebant. Et quia ſtulta illic peſſolvebant vota, ab actione nomen loco illi, ſicut hactenus dicitus, Votum impoſuerunt.

a S. Barbatus Longobardorum ritus fabulatur

b

F

3 Quæ vir Domini Barbatus cernens, inceſſabiliter eis annuntiabat, duobus dominis ſervientes non poſſe ſalvari; & nequaquam inter filiorum Dei numerum aggregari, qui ſe apoſtatæ angeli ditioni ſubdidiſſent. Hæc & alia illis indefinentee Beatiſſimus Barbatus, huc atque illuc diſcurrens, anaia prædicabat, cupiens eos Creatori ſuo purgatos erroribus præſentare. At illi ferina cæcati dementia, nil aliud inſi ſeſſosum meditantes uſus, optimum eſſe fatebantur cultum legis majorum ſuorum, quos nominatim hellicoſiſſimos aſſerebant.

exprobrat,

fruſtra

4 Sed omnipotens atque ineffabilis Deus, qui pro humanis ersoribus formam ſervi accipieos, ſanguinem ſuum fudit, & qui neminem vult perire, non deſinit etiam ingratos ad ſe congruentibus modis perducere, ut ſalvari queant. Hic piſſimus medicus improviſus ægro aſſiſtit, eumque compellit, ut de ſua poſcat ſalute. Cumque caritatem B. Barbati, illosumque perpendeser infimitatem, conceſſit, ut ſicut ſanctiſſimus vir divinis medicaminibus conabatus eos a peccatorum febsibus, ut ex intimis ſqualhda profluente ſame emuodarer,

atque

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

atque a protoplaſti ſubverſoris ſervitio ad filiorum Dei perduceret libertatem, mirabilibus etiam ſignis ſuæ prædicationis verba firmaret: ut ſi non verbis, ad ſuam ſalutem viſis miraculis flecterentur. Nam dæmonia ex obſeſſis corporibus aliquando ſuſis ad Dominum precibus, aliquando minis tantum eiciebat. Et nunc uſque ad corporis ejus reliquias, cooperante Domino, ſæpius a dæmonio plures ſalvari *e* conſpicimus. Nec non expletis Miſſarum ſolennibus, lotiſque viri Dei manibus, hauſta *d* aqua, quæ de illius manibus defluebat, continuo a quacumque detenti eſſent infirmitate, ſaluti priſtinæ reſtituebantur.

A *etiam miracula, quæ & die ad tumulum facta.*

d

e

§ Sed quoniam longo ſenio ſaucia membra non poſſunt fomentis, vel uoctione lavi eurari, niſi medicaminibus duriſque ex alto vulneris, & ea vetuſtate indurata ſaniem ad ſuperficiem cutis perducat, ac deinde avulſa putredine concite queant ſanari; idcireo miſericors Deus cum cerneret quod nil effectus haberet in eoeam ſalute ſet vi ſui prædicatio, vel innumera ſignorum oſtenſio, eondolens eorum internecioni, ſuarum miſerationum oblitus non eſt, & fortia mundi regna ſuper eos adduxit, ut qui pacis tempore ſalutaria monita abiiciebaot, recte ſuum creatorem ſequi nolentes, tandem neceſſitate, ab his quibus nequibant obſiſtere viribus, ad ſuum Redemptorem converſi, divinis opitulationibus eruerentur.

Beneventi idea, divinæ aura,

B

6 Conſtantinus tum, qui & Conſtans eſt appellatus, eotempore Conſtantinopolitanum regebat imperium. Qui e Longobardorum manibus Italiam cupiens, ſuæq; reducere ditioni, ſicut olim in præcedentium ſe fuerat poteſtate, innumera ſuorum collecta multitudine, mare tranſgreſſus, Tarentum peuctrxvit: indeque profectus pene omnes Apuliæ urbes depopulatus eſt, pergenſque opulentiſſimam urbem Lucetiam graviſſimis præliis cepit, eique omnibus prædonum directis manibus eam ad ſolum uſque proſtravit. De cujus excidio alacer reſpectus Auguſtus, concite ſua caſtra movens juxta Beneventi mœnia collocavit. Nec mora: coacervato exercitu ad oppugnandam urbem cum diverſis bellorum machinis ſuos magnates inſtituit. In qua urbe Romuald, de quo ſupra retulimus, eum paucis, ſed validiſſimis, inerat Longobardis, ibique ſanctiſſimus Pater Barbatus morabatur cum illis. Circumdata igitur urbe, terribiliter atque inſudite ad capiendum eam novis certaminibus per plurimum temporis pugnaverunt. At contra Romuald, ut erat magnanimus, & imperterritus, eis fortiter reſiſtens, nunc ex muris, nunc per improviſam e interruptionem, plurimam ſuorum hoſtium partem attrivit. Nam pro paucitate ſui exercitus acies contra eas in patulis pavebat dirigere. Tamen cum expeditis inceſſabiliter hinc atque inde ſubito inimicotum *f* proſtrabat catervas. Sed præfatus Auguſtus quanto plus ſibi illum attentius cernebat obſiſtera, tanto ai ſerventius nova certamina obiiciebat.

Constans imp.

post alias victorias,

arctat oppugnatum,

frustra alii quamdiu defensum.

C

e

f

a *De Grimoaldi regno, & Romualdi ejus filii ducatu egimus 9. Februarii ad Vitam S. Sabini §. 10.*

b *Addit Ferrarius, ei extra urbis mœnia vota annuciaſſe. Quod de arbore quidem non dicitur, nec de vipera.*

c *Nulla hujus generis miracula in translatione facta memorat Falco, quos antiquiorem Vitæ hujus ſcriptorem existimamus, ut qui translationis non meminerit.*

d *Hujus generis paſſim occurrunt in Vitis SS. plurima miracula.*

e *Ita ſcripſerunt. Malim, eruptionem.* f *Imo proſternebat.*

CAPUT II.

Beneventum obſidione liberatum per Deiparam. S. Barbati Epiſcopatus: pia ejus opera.

7 CUmque ſe jam præfatus Princeps ejuſq; concives undique arctatos conſpiceret, ita ut extra muram egredi non valerent, & frequenter ſævissimis præliis lacesſerentur, penitusq; ab eis ſpes ſalutis eſſet ablata, & capiendos ſe fore univerſi, prædonibus ſque dirimendos, valido ejulatu fierent; decreverunt, ut urbis patefacerent portæ, & egreſſi uterque ſexus unanimes interirent pugnãdo. Moa ſanctiſſimus Pater Barbatus aſſiſtit ioter eos, & ait: Convertimini, filii, ad Crextorem veſtrum, ut ſalvemini. Ipſe enim conterit bella, ducit ad inferos & reducit, humiliat & ſublimat. Relinquite ergo vanitatem, quam ſuggerente diabolo nunc eſtis ſecuti, unda quantocyus ad animæ & corporis interitum properatis: & ſoli Deo Patri & Filio ſanctoque Spiritui, trino in perſonis, ſed uni Deo, coæterno & conſubſtantiali, canora voce concinite laudes, preceſque ad eum fundite, qui ſcrutatur renes & corda, & ipſi ſoli vos ſervituros devotiſſima pollicemini: & liberabit vos ab his, qui quærunt animas veſtras.

Romualdo Principi civibus ad extremo redactis

pollicetur ſalutem S. Barbati,

ſi reſipiſcant:

8 Hoc audito Romuald ait: Sicut aſſeris, ita eſt: Ut ab hoſtibus non capiamur, abiiciamus omnia, quæ ritu gentis colueramus: & ſoli Deo me ſerviturum promitto, atque per omnes meæ provinciæ urbes prædiis, coloniiſque ditabo, atq; civitatis hujus te Præſulem effici concedo, ut mei curam velut optimus Pater habeta digneris. Inſtar autem ejuſdem ſermonum, omnes ſe vellc dixerunt. Et qui prius Beatiſſimum Barbatum vociferanti ſpernebant, deinceps neceſſitata compulſi, catervatim confluentes, obnixe ab eo ſalutis ſuæ documenta capiebant. Continuo pius Pater Barbatus, non honoris, aut divitiarum avidus, ſed anxius de illorum ſalute, Genitricis Dei ingreſſus eccleſiam, humoq; proſtratus, cum lacrymis gemitibuſque deprecabatur eam, ut magnificis ejus ſuffragiis Redemptor omnium eruere Longobardos de exterioru hoſtis manibus dignaretur, ut per temporalem ereptionem a malignorum ſpirituum ſervitute erepti, æternæ gloriæ participes fieri mererentur. Sed omnipotens Deus, qui ore proprio profiteri dignatus eſt, quod magis gaudium ſit in ſupernis ſuper uno pœnitente, quam ſupra nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia; atq; alibi teſtatur ut qua hora converſus fuerit ab iniquitate peccator, oblivioni præterita ei delicta tradantur, & vivat in ſua juſtitia qua fuerit operatus; preces famuli ſui non ſprevit, eumque, ut poposcerat, exaudivit.

ſpondens id Princi-pi,

E

orat in ade Deiparæ:

Luc. 15. 7.

Ezech. 18. 22.

9 Beatiſſimus quoq; Barbatus, divina ſibi revelante miſericordia, ſe exauditum agnoſcens, ad Romuald reverſus ait: Perpende, o Princeps, ne tu, & univerſi, qui ſoli Chriſto Jeſu Domino Deo, erepti a veſtria inſidiatoribus, polliciti eſtis, pactum promiſſionis irritum faciatis, & deteriora poſt hæc vobis contiogant; ut relicti a Domino, non ſit, qui eripiat vos. Nam pro certo ſcitote, quia Chriſtus, ad quem converſi eſtis, liberabit vos. Cæſaris quoq; & ejus populi aggreſſus, Beneventi aditus non penetrabuot, ſed concite revoluti, a ſuos adeunt fines. Et ut ſcias me incunctanter vera prædicere, pariter ſubeamus murum: ibi piiſſimam Dei Genitricem Virginem Mariam *b* tibi oſtendam, quæ ad Deum ſalutares pro vobis preces affudit, & nunc exaudita ad adjuvandum nos venit. Quo audito lacrymas pre gaudio fudit: pariterque ſubeuntes murum, viſa Dei Genitrice, in faciem decidit Princeps, nimioque pavore perterritus, & pene exanimis, ſolo conſternatus jacebat. Quê vir Dei Barbatus confortans a terra levavit: qui illico ad ſe reverſus, gratias egit Deo, qui dignatus eſt eum ad ſui myſterii cognitionem perducere.

divinitus diſcit D. Virginem oraſſe & exaudiri;

F

a

b

10 Sequenti vero die, divinis opitulationibus, is qui uſque ad internecionem moliebatur urbem eum ſuis habitatotibus perdere, & quem nequibant ad mentem flectere immenſi ponderis argentum vel aurum, atque innumera multitudo pretioſorum lapidum & margaritarum; accepta ſolummodo ſorore ejuſdem Romuald, Beneventum deſerens, Neapolim eſt ingreſſus. Repente Beatiſſimus Barbatus ſecurim accipiens, & ad Vitum pergens, ſuis manibus nefandam arborem, in

eum & Principē edocet &

obvenit imp.

profanam coluam arborem manibus ſuis

A qua per tot temporis ſpatia Longobardi exitiale ſacrilegium perficiebant, deſoſſa humo a radicibus incidit, ac deſuper terræ congeriem fecit, ut nec indicium ea ea quis poſtea valuerit reperire.

ſit Epiſcopus;

malitiis poſſeſſionibus donatur a

ſacra reſtituit Gargani & Sipontini;

B

quadrifariam diſtribuit reditus;

11 Recedente igitur hoſte, omnis ſeaus, & ætas ad Beatiſſimi Barbati Epiſcopatus electionem unanimiter conſtuaerunt, lætantes eo quod talem mererentur habere Patrem, qui ſuis precibus hoſtem repellar. Quo electo in ordine Epiſcopatus, voluit eum Romuald, ſicut pollicitus fuerat, per ſingulas provinciæ urbes prædiis coloniiſque ditare: quæ vir Domini Barbarus accipere renuit. At ille cogebat eum, dicens: Non me inter filiorum tuorum numerum aggregari credo, ſi munus, quod ob meam ſalutem offerre ſtudeo, recuſas. Coactus itaque ejuſdem precibus ait Beatiſſimus Barbatus: Si munus tuæ ſalutis offerre ſtudes, unum impende ſacrificium, ut beati Michaelis Archangeli domum, quæ in Gargano ſita eſt, & omnia, quæ ſub ditione Sipontini Epiſcopatus ſunt, ſedi beatiſſimæ Genitricis Dei, cui nunc indigne præſum, in omnibus ſubdas. Et quoniam abſque cultoribus omnia depravantur, unde nec ſedulum Deo illic officium perſolvi poteſt, melius a vobis diſpoſita tibi proficient in ſalutem. Illico Princeps viri Dei conſentit petitionibus, & eo ordine quo pactus eſt, ſicut mos eſt, per præceptum Genitricis Dei ſedi univerſa conceſſit, &, ut reſonat, in futuro anathematizaverunt, qui contra hæc agens irritam hanc facere voluerit conceſſionem.

12 Impetratis igitur omnibus, ut popoſcerat, vir Dei, non eſt oblitus mandatorum Dei, atque in quatuor partes cunctum Eccleſiæ redirum omni tempore ſanait fideliter diſpartiri: unam videlicet egentibus ſequentem bis, qui Deo ſedulas in Eccleſiis exhibent laudes, tertiam pro eccleſiarum reſtauratione diſtribui juſſit, quartam vero ſuis peragendis utilitatibus ut Epiſcopus habeat decrevit. Et hactenus, ſicut ab eo diſpoſita ſunt, impartiri cuncta videntur.

a *Nam Neapolis & alia plures civitates adhuc Imperatori adhærebant.*

b *Vipera ſcribit*, Romualdo cum omnibus civibus ad mœnia civitatis deducto ſanctam Dei Matrem pro Benevento, contra hoſtes pugnantem, claro aſpectu, aperteſque oculis demonſtraſſe.

CAPUT III.

C *Viperæ aureum ſimulachrum a S. Barbato conflatum in calicem: ritus impii ſublati: puniti improbi.*

Principe ad idololatriæ ritus reverſo eum ſuis;

13 PRæterea Romuald ejuſque ſodales priſco cæcati errore, quamquam mirabiliter eos Dominus omnipotens de laqueis inimicorum ſuorum per famuli ſui preces eripuiſſet, palam ſe ſolum Deum ſecundum beatiſſimi Barbati prædicationem colere fatebantur: & in abditis viperæ ſimulachrum ad ſuam perniciem adorabant. Quod virum Dei non latuit: compertoque hoc caitiali contagio, eo quod caritas Dei erat in eo, iſtorum facious ad ſuam internecionem deputans eſſe futurum, immenſas coram Deo lacrymas fudit, ut ſicut illius potentiæ nihil eſt impoſſibile ad faciendum, quo ordine illi placitum eſſet, ab hac mentis veſania eos eripere dignaretur, & non eos humani generis inſidiatoris errore, captos ad æternæ gehennæ incendium deputaret. Hoc tum ideo faciebat, quoniam eo Spiritu replebatur, quo Paulus egregius prædicator & doctor gentium repletus dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?

pro ſe orat;

2. Cor. 11. 29.

14 Interea uxor præfati Romuald, Theodorada nomine, omni abjecto errore, verum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſecundum canonicam ſanctionem colebat, omnino viri ſui errorem abiiciens. Cumque venatum Romuald pergeret, vir Domini Barbatus viſitandi gratia ad eam pervenit, cœpitque cum ea de viri ejus nequitia colloqui. At illa ex alto ſuſpiria trahens, bis eſt eaorſa ſermonibus: Utinam pro eo ad Omnipoteutem preces fudiſſes! Evidenter ſcio, quod tuis eum interventionibus Dominus per viam virtutis incedere conceſſiſſet. Cui vir Domini Barbatus reſpondit: Si veraciter in Domino, ut æſtimo, habes fiduciam, ne formides: ſed conſiliis meis acquieſce, ut Viperæ mihi tribuas ſimulachrum, & ſalvabitur vir tuus. Illaque reſpondit: Si hoc perpetravero, Pater, veraciter ſcio me morituram. Beatus autem Barbatus ait ei: Memento æternæ vitæ remunerationem, filia. Quoniam non mors, ſed magnum eſt præmium, ut pro fide Chriſti ab hac inſtabili luce ſubtracta, ad eum pertingas, ubi ipſe Chriſtus cum Angelis, & Sanctorum multitudine gloriatur. In qua gloria nemo rigore vel æſtu coangultatur, non morborum accedit ruina; non egeſtas quemquam dilacerat: non mœſtitia ibi accidit, aut ſeſſa membra quietem requirunt; non lividus, aut invidioſus, vel murmurans reperitur in ea. Evulſa eſt ab ea ſuſpicio mortis, & amiſſio gloriæ. Et quid per ſingula diſcurrere conor, cum dicatur de ea quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe? Ei eum hæc omnia, ut fati ſumus, indubitanter credis; accede ovans, ſi expedit, ut relicta hac ærumnoſa vita ad eam ducaris, in qua ſine fine, & inſatiabiliter glorieris. Tamen confidenter meis credc promiſſionibus, quia nil adverſi de hoc tibi continget. Tantū beſtiæ mihi ſimulachrum offer, ut perficiatur iure, quod ſcriptum eſt, Salvabitur vir infidelis per mulierē fidele.

aureum Viperæ ſimulachrum petit;

timore mortis ad ſpes aeth

E

2. Cor. 2. 9.

ne ejus tanta peccatrix eſſe; 1. Cor. 7. 14.

15 Illa vero viri Dei promiſſionibus nimium credula, concite ad eum attulit ſimulachrum. Quod acceptum Epiſcopus ſtatim igne diſſolvit, plurimiſque auri opificibus accerſitis, diſpoſuit, ut ante adventum Principis, ad offerendum corpus & ſanguinem Chriſti miræ magnitudinis atque decoris patenam & calicem operarentur ex eo. Necnon inſtar Beneventi, quam ab inimicis eruerat Deus, ex eodem auro civitatem perficerent, ut in Dei Genitricis eccleſia, qualiter ejus interceſſionibus Beneventus erepta eſt, futuris temporibus in memoria reſervarent.

ex eo ſimul, lectionem & patenam ſuis ſacris uſ

16 Expletis omnibus, ut vir Dei Barbatus præceperat, contigit ut ſancto Reſurrectionis die Romuald venatu revertens ingredi Beneventum deberet. Cui ſanctiſſimus Barbatus in itinere direxit, ut ante ad Dei Genitricis eccleſiam pergeret, Miſſarumque ſolennia celebraret; poſtmodum vero ad regiam pergeret domum. At ille viri Dei juſſis obtemperans, cum univerſo comitatu ſuo ingreſſus eſt eccleſiam, ad Dominicam celebrandam ſolennitatem. In hora autem, quæ expedierat, allata ſunt vaſa ex beſtiæ ſimulachro patrata, ferentia Dominicum corpus & ſanguinem, per manus viri Dei Barbati altiſſimo Domino offerendum, & ſuper Dominicum corpus inſtar Beneventi ea eodem auro perfecta civitas bajulabatur.

In quibus divina prævenit ſacrificia Principem,

F

17 Expletis itaque Miſſarum ſolcuniis, cunctiſque diviuis refectis muneribus, accedens vir Dei ad Principem cum jurgio ait: Cum, o Princeps, in Dei & in ejus Genitricis aſtamus præſentia, memor eſto, quia te vidente per hujus Genitricis ſuæ interceſſionem re Deus ab inimicis tuis eripuit. Et tu abjectis omnibus idolis, voveras ſoli Deo Catholice deſervire. At nunc in domus ruæ penetralibus beſtiæ ſimulachrum colitur. Putaſne ſi bominibus latet, ut Deo quidquam abſcondere queas? Numquid parum tibi videtur, tot vicibus tentare Deum? Et ſi converſus fuerit, ut de iniquitatibus ruis ulciſcatur, ante faciem ejus te proteget Viperæ ſimulachrum, aut dicet ei, Ne percutias eum, aut te eruet de manibus ejus? Perpende, ne veniat ultionis dies, &

mur; abſorpet;

non

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

pia familia

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

non ſit qui eripiat te, nec tui clamoris audiat vocem.

18 Audiit his Romuald, humiliter tulit, ſeque reum & graviter deliquiſſe confeſſus eſt, petens ut ſibi a Domino veniam poſceret: & ſtatim ſuæ perditionis ſimulachrum pollictus eſt abiicere, & in manus ejus tradere ad perficiendum quod vellet. Cui vir Dei, Non opus eſt, inquit, ut illud tribuas mihi, quoniam, favente Deo, hæc, in quibus Dominicum corpus & ſanguinem ſumpſimus, ex eo compacta ſunt: & quod prius ad veſtrum interitum ſuggerente diabolo conſtitebat, nunc in eo Deus omnium operatur ſalutem. Ad hæc Romuald ait: Peto, dilectiſſime Pater, ut mihi inſinues, quo ordine tibi allatum eſt. Fateor, ait B. Barbatus, me cum tua conjuge cum mœrore nimio de tuo interitu colloquentem ab ea expetiviſſe, & accepiſſe.

19 Repente unos ex circumſtantibus ait: Si mea uxor talia perpetraſſet, nullo interpoſito momento abſciderem caput illius. Ad quem B. Barbatus converſus ait: Quia diabolum adjuvare niteris, diabolo maciperis. Qui continuo a diabolo correptus, acrius cœpit torqueri. Addenſque, Ut indicium, ait, ſit io poſterum Longobardorum genti, quod tu diabolo conceſſiſtes, uſque ad tot generationes ex te procedentes, non ſit rempus quo de tuo genere quiſpiam a diabolo non vexetur. Non enim recolitur quot generationes inſtituit: tamen nunc uſque qui de illo ſunt propagati, quilibet ex eis ſemper a maligno ſpiritu agitati conſpiciuntur. Ceteri quidem timore nimio territi, repullis omnibus, quæ ſuperſtitioſe coluerant, totis viribus ad Deum converſi, deinceps per viri Dei documenta Catholicam fidem pleniter inſtructi, uſque nunc eam Deo favente cuſtodiunt.

20 Hic autem piiſſimus Pater, Omnipotentis ſolamine freius, ſimpliciter, atque prudenter degit in ſui Epiſcopatus honore annos decem & octo, & menſes undecim. Qui divina evocatus miſericordia ad præmia ſuorum operum capienda, hac inſtabili luce privatus, ad cœleſtia regna undecimo Kalendas Martii, a nativitate ſua octogeſimo, eſt advectus: ubi ſine fine cum ſanctis Angelis glorietur, in quibus nunc alacer & percaritatem amplectitur, non per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem, quæ in mortali carne conſiſtens per fidem & ſpem in ænigmate quotidie amplexabatur; favente Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

C a Theoderadus hujus mentio fit 9. Febr. in Vita S. Sabini Epiſcopi cap. 5. pag. 327.

VITA II. AUCTORE ANONYMO,

ex MSS. Eccleſiæ Beneventanæ

eruta a Silveſtro Aioſſa V. CL.

CAPUT I.

Longobardorum ſuperſtitiones impugnata a S. Barbato.

1 COnſiderandum nobis eſt, dilectiſſimi fratres, quomodo mater Eccleſia micat intra thalamum Sponſi, & lilius convallium, roſarumque ornata candoribus, ſuoſque renatos filios, quo ad hanc pulchritudinem thalami ut traoſeant, omnes invitat: ſuorumque uberum lacte aggregatos filios ſub gremio ſuæ adoptionis lactat, & ſuæ pubertatis mamillas omnibus refundit Chriſticolis: ſimulque fragrantia gratiæ ſpiritualis ejus inviſibilis Sponſus, admirabili diademate coronatus, illis in ampleabus requieſcit. Quam ineffabilis eſt amor & dilectio Sponſi, ut ſponſa non maneat ſterilis, filios aggregans ejus ad aulam perducit, & ut ſponſæ pullulent greges, præcipuos requirit colonos: ut ea multitudine colonorum boni eligantur paſtores, qui erraticas oves ſuaviſſimo retrudant ovili. Et ſicuti ex omni gentium natione plurimi renati ſunt in Chriſto colonı, ita & gens Longobardorum dum quondam eſſet renata io Domino, inventus eſt a in ea colonus Eccleſiæ, & ovium paſtor mirificus, laudabile nomen Barbatus clateſcens eoitur Benebenti. Eo videlicet tempore, quo Grimoalt Longobardorum ſuſcepto regali ſolio regebat, heriles illiuſque Romualt filius, patris per imperium Samnio præerat ordinatus.

2 Sed quamquam Longobardi præfatis temporibus lavacro baptiſmatis ſe ſimularent perfundi, tamen deſpicabilis error illorum amentia corda ſatis ſuffocata tenebat. Nam quid deſpicabilius credendum eſt, quam ex mortuis animalibus non carnem, ſed eorum accipere ad eſum comeſtionis, ut pravo errore ſubjecti Longobardi fecerint? Qui ſuarum feſta ſolemnitatum equis præcurrentibus, unus altero præcedente, ſicut mos erat Gentilium, arbori ludificæ procul non ſatis Benevento ſua vota ſolvebant. Suſpenſa itaque putredo eorum in hanc arborem divam, equorum ſeſſores verſis poſt tergum brachus ignominiam eorum certabant lanceolis vibrare. Cumque lanceolis eſſe vibrata pellis mortua cerneretur, veluti pro remedio animæ ex hac illuſione eorum partis mediæ factam recliſionem guſtabant. Eece quali ridiculo vanæ mentis homines errori ſubjacebant peſtifero. Quin etiam & viperam auri metallo formatam, ſummi pro magnitudine Dei, ſopplici devotione venerari videbantur. Unde uſque hodie, ſicut pro voto arboris, Votum, ita & locus ille, b Cenſus devotionis, ubi viperæ reddebantur, dignoſcitur appellari.

3 Viſa itaque poſtmodum tanti erroris amentia concordi, B. Barbatus, venerabilis Pater, & certiens illorum ruinam, doluit ſuper eos, & velut pater unicum habens filium viam ſaluris ſoaviſſimis blandimentis illum inſtruere certat, vit Domini ſimili modo Barbatus affectu benignitatis illos ammouuit, dicens: Obſecro vos, filii cariſſimi, abiicite idolorum culturam, & omnipotenti Deo, qui unus & verus eſt Deus, honoris famulatum præbete, & fidei ſacrificium, relicto vanitatis errore, in ara ejus imponite. Ipſe namque eſt, qui regit orbem terrarum, qui jura Imperatorum diſponit, & ambitum cœli, gyrumque terrarum ſub pugno potentiæ ſuæ velut ſimplis granum recludit. Nam ſerpens, qui honorifice a vobis colitur, quid agit? quid ſapit, vel ſentit? Ergo ſuperbus eſt & inflatus, venenoſus, & turgidus. Cum tangitur venena peſtifera rencit. Fraudulentus ejus mors ingreſſa eſt dudum in mundum. Terminus inimicitiæ poſitus eſt inter illum & hominem. Et vos Viperam ex auri pulchritudine fabricatis, aſſiduiſque cæremoniis velut inviſibilem Deum, Viperam placare ſtudetis? De hoc etenim gentilitatis errore Pſalmiſta expoſuit, Omnes, inquiens, dii gentium, dæmonia: Dominus autem cœlos fecit. Unde & ſubditur: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Item ſubſequenter adjunxit: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

4 Cumque divinæ legis præcepto illos inſtrueret Barbati clementia, ipſi, ut erant peſſimis moribus doditi, non acquieverunt præceptis doctrinæ illius, ſed errantes a via rectitudinis permanſerunt in caligine ſuæ cæcitatis. Ergo æterni luminis auctor, illorum conſidetans amentiam, ut propheticus ait ſermo, Expecta reexpecta, manda, remanda; mandavit prædicatorem, & iterum remandavit. Expectavit converſionem illorum, & non ſunt converſi: & iterum reexpectavit, ut cooverterentur a via erroris ſui, qui eos ſalvos fieri co-

prebat

D S. Barbatus a Deo paratus. Paſſio. Legenda dic.

a

E

b

F

A picbat, & ad cognitionem divinæ veritatis perducere. *etiam miraculis facilis,* Imo & prodigia miraculorum felix pietas Dei dederat poteſtatem faciendi ſanctiſſimo Patri Barbato, ut qui exhortationibus non flectebantur, ſaltem viſis miraculis ad viam rectitudinis reflecterentur. Nam dæmoniacis, aliiſque patientibus ægris meritum ſanitatis illius, & aqua poſt Miſſarum ſolemnia ex ejus manibus diſtillata *quæſito & ad manum poſſea.* proderat, faceor, ad effectum ſalutis. Nec non & uſque nunc divina largitate favente, ubi reconditum eſt venerabile corpus illius, multis variiſque coruſcat miraculis. His denique nec miraculorum prodigiis, nec prædicationibus ſanctiſſimi Barbati aliquod ſuffragium ſuæ redemptionis ſentire voluerunt.

a *Non eſt tamen verisimile*, S. Barbatum, *circiter annum Gentium, genere fuiſſe Longobardorum; nec enim ante nomen Longobardicum, aut ſatis gens erat annorum 34. ſpatio in illa crudeliſſima groſſatione & flagitiorum omnium impunitate, ad Chriſtianam modeſtiam conduciſſe, ut ex ſe prætuliſſe germen ejuſmodi videri poſſit.*

b *An hic locus eſt, rurſus aut domus, quam ſupr. ex Leone Oſtienſi vocalimus terremotu ſub finem 10. ſeculi fuiſſe deſtructam?*

CAPUT II.

Obſeſſum Beneventum, ope D. Virg. liberatur, orante S. Barbato.

B

Divino auxilio obſeſſo Benevento a Conſtante Pop.

5 QUid ergo de iſtis inſipientibus agendum eſt, qui dicunt in cordibus ſuis, non eſt Deus; ſed ſerpentem morbidum, & maledictum ab origine mundi, & eorum tineis diſſipatum, &, quod verecundia ſonat dicendi, fœtoribus adæquatum, colere ſatagunt? Veniat itaque ſuper eos gladius validiſſimæ gentis. Forſitan pavore exterriti diſrumpent frænum, quod eſt in maxillis eorum, ut Deum ioviſibilem cognoſcere poſſint. Igitur illis temporibus Conſtantinus, qui & Conſtans, præerat ſolio: qui multitudinem populi ſui aggregans, Tarranti pertinxit ad littus: recedens ab hoc littore ſertilem Apuliam calcavit, & ſuis cum prædonibus adiit petens Luceriam urbem. Taudem ſalute pro Samnitum tetigit Deus ejuſdem Auguſti corda, ut ſui tentoria exercitus figerentur erga Benebenti urbana, Sed præfatus Romualt, ſuo dum ſederet in ſolio, audiens exercitum Auguſti jam eſſe propinquum, quamquam perterritus, ſubito illorum caſtra ingteſſus, multaſque per vices, multos ex eis trucidavit. Cumque Conſtantinus diverſis inſidiis ſe cognoviſſet illuſum, tactus dolore nimio, gravia bella præparans, terminos Benebenti obſedit, ut C eaptam civitatem uſque ad ſolum duceret.

6 Tuoc vero Romualt, dum gravia hellorum machinamenta ſenſiſſet, cum exercitatis aliquantis juvenibus pergens Græcorum faciebat interitum, multoſque ea eis audaciter capiens viros, remeabat victor ad urbem. Sed cum intolerabilis eſſet jam labor pugnandi, hanc exhortationem ſuis cum civibus dedit: Melius eſt nobis *deſperato Romualdi conſilio reprehenditur.* cum pugna ſuccumbere, quam Græcorum manibus capi omnes eum ignominia pereamus. Portæ idcirco urbis patefiant, & duriſſimo prælio illis pugnam paremus. Cerneris autem B. Barbatus hanc ſermocinationem, ait ad illos: Tantorum juventutes ingenuæ tradantur numquam opprobriis, ne morte moriantur perenni. Bona etenim veſtræ virtutis eſſet audacia, ſi inania meutis debilitaſque animi non aſtitiſſet vobis. Cui Romoalt ait. Quæ eſt inania meotis, aut quæ debilitas animi? Obſecro indira nobis. Venerabilis Pater Barbatus reſpondit: Si meis obaudieritis conſiliis, & audaciam veſtræ virtutis demoſtro, & inaniam mentis oſtendo, & victoriæ palmam promitto. Acquieverunt omnes, & pacti ſunt cjus obaudire conſiliis.

7 Tunc omnibus congregatis, ſtans in medio eorum, ait: Miror vos homines tantis dignitatibus prælatos, cur nou dedignamini tantæ viliſſimæ rei veſtra ſubmittere colla. Cum hominibus non comeditis eſcam, cum lupis, & corvis corium mandocatis: &, quod pejus eſt, honore deifico celebratur a vobis. Cum Catholicis omnium Creatorem non adoratis, & cum hæreticis & gentilibus ſculptile dæmonium celebratis. Ecce in hoc eſt inauia mentis, debilitaſque animi deſignata. Nam imbecillis anima, & ſine anhelitu meos illius eſſe dignoſcitur, qui tota fortitudine meutis nec recolit nec diligit ſui Redemptoris præcepta. Proinde ergo contrito corde, humillima mentis voce, ad pœnitentiæ lamentum concurrite, idolorum ſimulachra deſpeite, ne tantam pulchritudinem veſtri frontiſpicii tenebrarum auctor valeat poſſidere. Abjcite, quem amaſtis: recipite, quem odiſtis: reſpuite, quem hacteous venerati eſtis: amate feliciter, quem deſperiſtis, ut & illius amor introducat vos ad ſuæ perceptionis conſortium, & portionem perpetuæ gloriæ vobis in tegoò ſuo concedat: ipſum adorate, & corde diligite puro, qui pro ſalute noſtræ fragilitatis de ſinu Patris deſcendit, pedibus ſuis hunc mundum calcavit, Crucis martyrium ſumpſit, mortem non recuſavit, deſcendit ad infrrni clauſtra, tertia die reſurgens, pareotes noſtros inde ſecum abſtraxit, poſtmodum videntibus Diſcipulis, famulaotibus Angelis, cœlorum remeavit ad regna, & adhuc venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos. Sed cum venerit terror judicii, non ſuper eos illius reſpicit oculus, qui præceptis illius ſuerunt contemptores, ſed reſpiciens illos dicet: Amen dico vobis, neſcio vos. Quia ſi quis me eruhuerit, & meos ſermones; & ego erubeſcam eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. Quos autem oculus illius majeſtatis conſpexerit bonos, ad convivii ſui gloriam ita illos iuvitat, dicens: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Et ſubſequenter adjungit: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Ad quod gaudium vos Dominus ſub ſua protectione perducat. Hinc omnipotens Deus conteret & deſtruet bella, elatas diſſipabit mentes, humiles exaltabit & manſuetos, & ſuos efficiet ſalvos. Verumtamen ſi pœnitentiæ perveneritis ad culmen, Auguſtum ſuæ eum agmine gentis modo u finibus veſtris expellet, & pacificum proſpetitatis tempus ad poſſideodum concedet.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

D *ſuditorum idololatriæ ſtudia;*

hortatur ad Chriſtum ſolo colendum;

E

Matth. 25. 12. Luc. 9. 19.

Matth. 25. 34.

& 21.

effectum pollicetur, & reſpiciens;

8 Quid multa? Gaudebat Romualt cum ſuis de tanta promiſſione Barbati: ſed ut perücereiur, erat diſpenſatio Dei. At contra Romualt pollicitus eſt, omne phantaſticum deſtruere ſimulachrum, & ſolum inviſibilem diligere Deum, ex toto corde credere: ſimiliter & omnes pacti ſunt, huic ſubjacere præcepto: & qui prius velut vilis deſpiciebatur ab omnibus, poſtmodum ut eſſet Benebenti F Antiſtes & Pater, omnes unanimiter vociferabantur, & cum per ſingulas provinciæ ſuæ partes promittebat Romualt inclytis ditare colonis. At ille tantum ipſorum ſalutem cupiens, illorum munera ſprevit ingreſſuſque ſanctę Dei Genitricis eccleſiam, corruit pronus ad terram, illamque deprecaos nimiis fletibus exorabat, Adeſto, dicens, obſecro, beata & venerabilis Virgo, cuiſque ptecibus ſacris iſtum revoca populum ad gloriam & laudem Unigenitl filil tui Domini noſtri, qui pretioſo ſanguine ſuo digoatus eſt redimere iſtius mundi ruinas.

id ſpondentibus,

orat pro ſe D. Virg.

9 Tunc divino demonſtrante auxilio, ſe exauditum cognoſcens, reverſus ad Romualt ait: Veternoſas namque Ninivitarum culpas, ut ſcriptum eſt, triduana pœnitentia abſterſit, & ſubita latronis converſio meruit percipere delicias paradiſi pereones: ſimiliter, propitiante Deo, vobis eveniet omnibus: tamen tantum fides tua cave ne arguatur mendacio, præcipe ut aggregetur univerſa populi tui multitudo, & aſſiduis precibus tota populi turba pietatis non deſinat implorare, ut vos omnipotens Deus ud perceptionem ſuæ veritatis conjungat, & cognitionem tranquillitatis uſtendat, de his qui quærunt facultates & animas veſtras. Factum eſt ita, & compunctus populus

publicas preces ingerit,

compun-

AUCTORE ANONYMO. EX MSS.

compunctione divina, myſterium Letaniæ allevans pervenit ad portam, quæ hactenus dicitur Summa. Et facto ſilentio dixit B. Barbatus: Proſtemite vos ad ſolum pulveris, & ſic ſacrificium veſtræ devotionis ſuppliciter finiatur, quia cor contritum & humiliatum benigne ſuſcipit Deus.

A *Letaniæ, omnibus tunc ſtantibus.*

10 Huic autem præcepto acquieſcente populo, venerabilis Pater Barbatus gratia ſpiritali colloqui cum Romualt ſubiit civitatis murum, & ecce apparuit ſubito candidæ nubis ſuſio præcipuo plena ſplendore, quæ emiſſaa per gyrum turris obumbrabat cacumen, quod eminebat ſuper ipſam portam præfatam: & in medio nubis delectabilis viſio preſuſo lumine rutilabat Virginis puerperæ vultus, & cœlorum Reginæ peremnis. Stupefactus Romualt, & nimio pavore conterritus corruit pronus ad terram. Quem apprehendens B. Barbatus per veſtimenti mollitiem, dixit: Surge, ſurge Chriſtianiſſime fili, conſortare, & validus eſto. Hæc terribilis viſio, quæ tuis oſtenſa eſt oculis, ſancta eſt & venerabilis Virgo Matia, cujus intercceſſionibus & auxiliis ſuffragati meruiſtis prevenire ad victoriæ dignitatem. Poſt hæc igitur Conſtantinus, qui ornamentis gemmarum præcipuis, & ponderibus auri volebat fatcinatus recedere, poſtmodum pro omnibus gemmarum facultatibus ipſius Romualt ſororem accipiens; tantum eum ſuis exercitibus comitatus Neapolitanæ urbis ad territorium properavit.

Romualdo & Virgini in aere oſtendit.

vocabit Imperator.

B

CAPUT III.

S. Barbati Epiſcopatus, extirpata ab eo reliquiæ idololatriæ.

S. Barbati Sacerdotii & Epiſcopatus.

11 HOc capleto gaviſus Romualt tuæ proſperitatis beneficio, beatiſſimum Barbatum conſtituit illico Præſulem Benebenti, eumque deprecatus eſt, ut promiſſa colonorum xenia ad honorem gloriæ ſuæ non recuſaret recipere. At ille, Non, inquit, munetis tui recipienda ſunt dona, niſi prius largitas confeſſa extiterit, ut omne judicium arboris ludificæ deſtruatur. Tunc Romualt & omnes aſtantes dixerunt: Pax & ſecuritas merito beatitudinis tuæ finibus noſtris advenit: omnia ideirco, quæ tuæ complacent menti, ut fatagis, ita peragc ſecurus. Hoc itaque audito, præcinxit ſe viriliter, ut bonus juvenis, Votum properans, ſecurim manibus geſtans, cœpit omne indicium arboris phantaſticæ ad nihilum revocare.

arborem profanam excidit.

C

12 Eapletoqiopere Benebentum rediens, colonorum xenia reſpuit ſuis utilitatibus peragenda. Congrua tamen munera petens, ſcilicet B. Michaelis Archangeli domum, facultatemqoe Sipontini Epiſcopatus ad honorem Dei Genitricis Mariæ traditam pre chirographum habuit: & in quatuor partes votivum Eccleſiæ tenditum ſtuduit fideliter diſpenſare; indigentibus unam, Eccleſiæ ſervitoribus aliam, Eccleſiaſtico uſui conceſſit & tertiam, quartam denique ſuis utilitatibus reſervavit: & hæc diſpenſatio bona numquam receſſit ab uſo.

bona Eccleſiæ provida diſpenſat;

13 Sed quamquam B. Barbatus virtute venerabilis hæc ad poſſidendum per chirographum munera ſuſcepiſſet; contigit eum tandem ad retro acta redire certamina, quia non ex abundantia fidei veræ, ſed labiorum ex ſtudio donati ut conceſſerat vota Romualt indevotor, neſciens illod quod ſcriptum eſt: Quia non in oblationibus iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum propitiabitur Deus. Oblatio autem juſti impinguat altare, & odor ſuavitatis eſt in conſpectu Altiſſimi, & oblationibus juſti. Nam quid proderat Romualt ſi infidelia vota offerret, & fieret imitator veritatis foris, cum eſſet amictus velamine obſcuræ cæcitatis intus? Io aſpectu autem omnium populorum Deum omnipotentem ſe colere fatebatur, & ſub aditu clauſo

Romualdi intelligit vipereum ſimulacrum adorare;

Eccli. 34. 21. & 35. 8.

ſeptentis adorabat ſimulachrum aliquantis eum fidelibus ſuis. Hujus rei notitia ad beatiſſimum pervenit Barbatum, qui nimio mœrore ſuccumbens, cœpit faciem ſuam lacrymis rigare ſuperfluis, quia qui ſeminat in lacrymis, in gaudio metet, & in exultatione manipulos ſuos aggregans ad aream ſalutis componit. O quam venerabilis & piiſſimus Pater, qui pro lapſorum ruina decidit in lamentum triſtitiæ, & cum Paulo Apoſtolo factus eſt pro infirmis infirmus, ut infirmos lucriſaceret, & ſua beatitudine compaſſus omnibus omnia factus eſt, ut omnes ſalvos faceret in nomine Chriſti!

D

orat pro ejus conſortio.

1. Cor. 9. 22.

14 Igitur opitulante gratia ſpirituali largitate, uxor ipſius præfati Romualt, Theodorada nomine, ſuncitus gentilitatis errorem contemnens, verum Dominum Jeſum Chriſtum ea toto animo confitens, tota mente dilexit. Vir autem ejus dum eſſet in ſua perfidia effœnatos, venatum properans, ut ecce vos aptoſque ſua venatione captatet; vir Dei Barbatus, cauſſa viſitationis, ejus ad conjugem venit: quodom veniſſet, cœpit cum ea de cœleſtis regni beatitudine habere colloquium. At illa pro viri ſui jactantia, ea habitaculo cordis alta ſuſpicia trahebat. Ille autem converſus dixit ad eam, Cur, inquit, tam alta ſuſpiria trahis? Coi illa reſpondit: Pater elementiſſime, multis occupationibus anguſtiatur ſpiritus meus: timeo enim ne viro meo tepentinus ſuprrveniat interitus, quia revelatur ira Dei ſuper impietatem & injuſtitiam eorum hominum, qui veritatem in injuſtitiam detinent. Obcæcatus eſt enim vir meus, & obſcuratom cor ejos. Ideo formidine ſum plena, & nimis afficior lamentis. Scriptum eſt enim: Tollatur impius de medio juſtorum, ne videat gloriam Dei. Timeo denique, ne vir meus particeps impiorum fiat, & a conſortio gloriæ Dei ſeparetur.

Theodorada de viri ſui ſalute ſollicita.

E

15 Beatus autem Barbatus, divina inſpiratione affiatus, reſpondit: Abſit hujuſcemodi res, non erit ita ut aſſeris: conſilius meis acquieſce, & mihi vipereum tribue ſimulachrum, & ſine ambiguitatis dubio poterit vir tuus ad conſortium gloriæ Dei pervenire. Ad hæc illa reſpondit: Si enim hoc egero, ſcio me ſuccumbere morti. Beatus inquit Barbatus: Ut ſetmo Evangelicus perhibeatur, cæſtiſſima filia, capilli capitis toi omnes numerati ſunt, & ne unus ea his capillis abſque nutu Dei in terram cadere poteſt. Cur ergo mortis penuriam times, quando capillos tuos numerat Deus? Noli deſpicere pro Chriſti nomine mortem, quia pretinſa eſt in conſpectu Domini mors morientium pro eo: & bonum tibi eſſe videatur pro Dei tui nomine temporalem vitam contemnere, ut perpetoam viucere poſſis. Si pro Chriſti nomine mortem ſuſceperis, interficitur corpos, ſed Dominus ſuſcepeot eſt animæ tuæ, & ipſe reſtaurator eſt corporis tui. Hæc temporalis vita caduca eſt, moltiſq; ſuffulta periculis: ætetnæ autem vitæ gloria nullo elaodirat fine, ſed eſt in ea incomparabilis theſaurus. Ibi ſuot divitiæ, quæ numquam decreſcunt, ibi vernantia lilia mixta roſis coruſcant, ibi regnat ineffabilis pulchritudo, quam & ipſi Angeli conſpicere deſiderant; ibi pax & ſecuritas, gaodiom, jucunditas, concordia.

ſolatur, monetque ſibi cavere vipereum tradat.

Luc 21. 18.

& animæ ac corporis timeat;

F

16 Bona doctrina formidinem perdidit mortis, & illico vipereum ſimulacbrum beatiſſimo tradidit Barbato. Cumque traditum fuiſſet, artifices venire præcepit, qui ea metallo vipereo ad honorem Dei Genitricis Mariæ præcipua pulchritudine patenam fabricaret, & calicem, & memoriale ad inſtar civitatis exinde ponerent. Hæc autem Dominico vigori vaſa dum fuiſſent parata, Dominicus illuxerat dies, in quo Romualt venatu rediens introire Benebentum deberet. Nuntius ei obviam miſſus eſt, ut prius Virginis & Dei Genitricis ad ædem pro ſacro myſtetio veniret devotus, Miſſaſumque celebratione eapleta, poſtmodum palatii vigote præcipuo hilatis rediret ad ſolium.

tradit collocat confiſio.

& in eo Miſſam offert.

17 Hoc itaque expletum eſt; & peracta devotione myſterii,

A mysterii, secrete vocatus Romuali ab Antistite sacro. Qui eum inchoasset simul habere colloquium, beatissimus dixit Barbatus: Ignoras, carissime mi, quod Apostolus de sacramento dominici corporis intulit dicens: Quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Tu hodie spiritualibus refectus es alimentis, sed callido desiderio, non devotione præcipua. Testator id Scriptura, dicens, quia callidi & simulatores provocant iram Dei super terram, & abominatio Domini omnis illusor: sola puritas in conspectu Domini placet. Cur te manifestas fidei tenere consortium, cum sola fallacia regnet in pectore tuo & versutia? Qui autem dicit se esse, quod non est, ipse sibi injuriam facit. Dilectionis tuæ dulcedo verecunderetur tantis opprobriis audire calumniam: esto sollicitos, ne tibi opponatur sententia Domini, qua dicit, Vocavi, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexisti omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti, & cetera quæ sequuntur.

1 Cor. 11. 27. *Romuald. manet ſacrificator.*

Job. 36. 13.

Prov. 1. 24.

18 Audiens hæc Romualt omnia verecundia obnubilatus, ait: Peccavi, beatissime Pater, & non sum dignus faciem beatitudinis tuæ conspicere. Speciem serpentis in manibus tuis ponam, secundum desiderium clementiæ tuæ perficiantur ea ea quæ vis. At ille ait: Cave ne irrita reperiatur devotio verecundiæ tuæ, quia ea viperea specie vasa dominicæ sanctificationis jam pridem gestamus, & in eadem vasa consecratus est sanguis, & mysterium Dominici corporis hodie. Romualt autem pristinam deponens ferocitatem, ad hæc verba respondit: Quomodo, beatissime Pater, absque nutu desiderii mei vestræ potestatis advenit? Obsecro, Pater, insinua mihi. Vir Domini Barbatus respondit. Tua serenissima conjux nimio mœrore afflicta, cum doluisset hactenus de tui erroris caligine, visitationis pro causa perrexi ad illam, & inter colloquia multa mecum dictionibus concessit simulachrum serpentis.

compunctio ladici ad quid viperea ſaſſum?

B

male ſuadenti maledixit,

19 Unus autem ea circumstantibus audiens talia, dixit: Si præsumptio talis in mea esset uxore, profecto amputaveram caput ejus. Quem intuens beatissimus Barbatus, ait: Quia hoc dixisti maledictum verbum in ore tuo, & tibi tuoque futuro semini vexatio spiritus maligni adveniet. Statimque homo ille spiritu nequissimo captus, nimia cœpit vexatione torqueri. Unde nunc usque hodie ex genere illo non restat vel unus qui malignæ vexationis spiritui non tradatur. Visa itaque hujuscemodi re, universa populi turba, nimio pavore perterrita, ad veram fidei veritatem pertingens, crevit in rectitudine catholicæ veritatis.

qui a dæmone corripitur,

ut & poſſeſſi.

a

C

S. Barbati mors,

20 S. Barbatus *a* vicesimus Episcopus Benebenti. Sedit vero hic venerabilis Præsul, de quo supra diximus, in Sede Episcopali Benebeotanæ civitatis annos decem & octo, menses undecim. Vixit autem annos octoginta. Obiit autem sub die undecimo Kalendarum Martiar. id est nonodecimo die intrante mense Februario, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

a Idem habent Ferrar. Marius Vipera ait 33. fuiſſe.

TRANSLATIO S. BARBATI EPISCOPI

Auctore Falcone in Chron. Benev.

a

t ANno t t24. Dominicæ Incarnationis, & 6. anno pontificatus Domini *a* Calixti Papæ. Hoc anno præfatus Rossridus Beneventanus Antistes, consilio accepto, corpus sanctissimi Patris nostri Barbati, Beneventani Præsulis, ea altaris tumba, qua per multa annorum curricula quieverat, abstraxit. Altare vero illud nou honeste, prout decebat, habebatur, præcipue quia structura novi Episcopii ad locum ipsius altaris producebatur: idcirco inde amoveri juxta fabricæ sententiam oportebat. Archiepiscopus itaque præfatos Episcopos duos suos suffraganeos vocari præcepit, quatenus eorum consilio & auxilio talis tantusque copiosos thesaurus inveniretur.

AUCT. FALCONIS IN CHRON.

D

a Continuo quibusdam civibus advocatis & Clero, medio noctis silentio, Archipræsul Rossridus ecclesiam ingrediens, ad altare superius nominatum adivit, & coram omnibus, Episcopiorum solatio, illud confregit: & altare fracto Sanctor. reliquiæ, quorum nomina nesciuntur, inventæ sunt. Quibus eductis, in altum fodi præcipitur, ut diu desideratum pignus præfati corporis videretur. Nec mora: lapis quidam pretiosus invenitur, ea omni parte acriter utroque laborropere conclusus, quem vectes ferrei sustentabant. Et eo invento, lætitia eos invasit immensa, qui ad tollendum lapidem viribus omnibus conabantur. Sed quia fortiter ob duritiem operis tenebatur lapis ille, assensu omnium, frustatim confringitur. Quo sublevato, divina gratia favente, beatissimi Barbati corpus inveotum est. Præfatus itaque Archiepiscopus, primus omnium locum ingreditur, & ossa cineremque advolvens, gaudio magno, laudibusque sonantibus, ad medium propalavit. O quale gaudium, lector, aspiceres & alacritatem, cum lunge margaritas optatas temporibus nostris invenimus!

Reliquiæ SS. anonymorum inventæ,

dein S. Barbati ſepulchro,

E

tum oſſa eorum partim ejus,

3 Ossa autem collecta ad altare S. Sebastiani, Clericis cantantibus hymnos, producuntur. Mane autem facto, tota civitas catervatim prorupit, & Deum omnium conditorem laudabant, qui eis tale tantumque beati corpus Barbati largiri dignatus est. De ossibus namque ipsius vidimus quædam, & osculati sumus. Quibus ita peractis, præcepit Archiepiscopus, ut primum Presbyteri Portæ Summæ, & Clerici simul cum laicis, ad Episcopium descenderent, & coram sacratissimo Barbati corpore vigilias celebrarent. Confestim ex jusso Archipræsulis Sacerdotes conveniunt, & cereis lampadibusque accensis, simulque magno laicorum comitatu utriusque sexus & ætatis, jubilando descendimus. Sicque unaquæque civitatis porta diebus singulis usque ad octavum diem peregit.

qua delata ad altare S. Sebaſtiani,

ea poſt B. Barbati reliquiis condita,

4 Die itaque octavo adveniente, *b* pridie Kalendas Junii sub altari lapideo corpus B. Barbati præfatus Archiepiscopus, duobus secum Episcopis adhibitis, locavit: & co taliter locato, altare in honore B. Barbati dedicavit, ad cujus dedicationis solemnitatem turba multa civitatis coovenit, quatenus eorum delictis Deus omnipotens indulgeret. Archiepiscopus itaque jam satus loco eminentiori ascendens, ut videret & audiri ab omnibus posset, peccatorum partem, divina favente clementia, condonavit. Donavit item aliis omnibus, qui usque ad octavum diem festivitatis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ad dedicationem illam devote concurrent.

b

F

repoſito ſub ejus altari dedicato ab Epiſcopo

dein ad id tempus indulgentia

5 De miraculis autem, quæ ob prædicti Patris nostri Barbati merita honoremque, Jesus Christus humani generis amator, nobis omnibus aspicientibus, ostendere dignatus est, licet sermone inculto, Paternitati vestræ caphicabo. Cum enim, sicut supra scriptum est, B Barbati corpus venerabile in conspectu omnium ad altare S. Sebalbani per dies octo teneretur, vir quidam, Joannes Sutor vocabulo, episcopiom ingreditur, & ante sanctissimi Barbati corpos terratenus lacrymis rigantibus prosternitur: qui contiouo a Clero populoque astante, qoa de causa desseret, interrogatur. Et ille cuncta, quæ reciderant, a vestigio patefecit. Dum ego noctis silentio, in stratu quiescerem, meo corpori somno debito soporatus; en adest aute oculos vir qui-

miracula tunc facta,

AUCT. FALCONE IN CHRON.

dam canitie venerandus, veſtimentis indutus dealbatis: qui vero paullatim accedens, ſtratui meo appropioquavit, &, Quare, inquit, cum ceteris ad vigilias canendas coram oſſibus præterito die non adveniſti meis? Et ego: Patet, quoniam dolore gravi, ori conſtat, brachium meũ eum dextera tenebatur; ſex etenim menſium ſpatio miſec ego tali languore perturbor. Addidiq; Dicito mihi, quo nomine, Patet, vocaris? Et ille, Barbatus, ait, Beneventanæ quondam civitatis Epiſcopus. Subjunxit item: Brachium & manum ipſam cito mihi oſtendas. Tandem ego, quia dolore torquebar, non citiſſime manum extendi: extenſam tamen tetigit eam, & ita curſu rapido dolor ille dilabitur, ac ſi numquam manum cum brachio dolor ipſe teniſſet. Protinus mane facto ſurrexi, & ſanitatem cito exoptam mirabar. Adveni itaq; gratias & laudes Creatori omnium Deo & Barbato ſanctiſſimo Præſuli, cujus meritis evaſi, reddituru. His ita actis atq; narratis, tintinabula omnia Epiſcopi pulſari jubentur, ut civitatis populus ad audiendum videndumque tale tantumq; miraculum convenirent. Prorupit continuo tota fere civitas, & medicorum omnium medicum glotioſiorem benedicendo laudavimus; manum illius cum brachio curatam ſcriptor ego palpavi; vicioi namq; illius teſtabantur, quod tempore longo eum infirmari cognoviſſent. Quo viſo ad propria, lætitia referti, reverſi ſumus.

Brachium ac manus infirmæ ab eo in ſomnis apparuit

tacta ſanatur,

ſcripturi ipſe vide,

B

6 Aliud quoq; miraculum, quod Redemptor generis humani Chriſtus Jeſus diebus ipſis operatus eſt, ad præſati Patris noſtri Barbati gloriam, enarcabo. Ruſticus quidam de caſtello Montis-fuſci habitator, tantiq; viri famam ſanctitatis audiens, Beneventum venit, qui per longa annorum curricula nervis cruris pediſq; arefactis claudicaverat: tenebatur quidem jugiter dolore terribili, & quaſi pede ad clunes ligato miſer ille omnibus horis cruciabatur. Continuo ante baſilicam S. Barbati proſtecurtur, Redemptorem omnium Deum eſflagitans, quatenus ei priſtinam reſtitueret ſanitatem. Et eo taliter oraote, ſoporis gravitaq; arripitur, & ceu ſemivivus noctis unius ſpatio ibi moratus eſt. Noctis igitur ipſius ſilentio, en adeſt vir quidam ætate ſenili productus, canitie veneranda locupletatus, qui, ſicut ex ejus lingua audivimus, eum taliter expergefactum eſt: Surge, ait, feſtinus, & propera altare nomini meo conſecratum exquirens, ibiq; favente Salvatoris clementia, ſanitatis gaudia longe lateq; optata conſequeris. Es ille: Quis es, inquit, qui mihi tanti theſauri pondus promittis? Barbatus ait, Beneventanæ civitatis Epiſcopus. Confeſtim claudus ille audaciam ſumens loquendi, Non poſſum, ait, infelix ego ſic pergere. Vides me, qualiter pede ſiccato cruciatus hic ego permaneo. Tuę namq; ſanctitatis famam per ſeotiens, curſu rapido aſello ſuperſedens adveni, ut tuis intereceſſionibus ſalutis optatæ lætitiam adipiſcar. Nec mora: Pater ille Barbatus manum extendens, pedem aridum, & tibiam tangit, inquiens: Feſtion celeriter, & ſanitate accepta ante altare te proſternito. His auditis, ſurrexit ſanus, qui fuerat claudus, & alta voce Deum laudat, per quem ſibi dona ſalutis talia donantur, per quem ſibi gaudia datur. Et mane facto eccleſiam ingreditur Deo & Patri Barbato gratiarum actiones reddituru. Narrat itaq; qui claudus fuerat, e veſtigio cuncta, quæ ſibi acciderant populo advenienti, & qualiter longo ex tempore claudicaverat nervis contractis. Fatebatur etiam præfatum Epiſcopum Barbatum ſibi appariſſe, & ejus interventu ſanitatem accepiſſe deſideratam. Fragor interea ſancti miraculi civitatis partes, partiumq; angulos invadit, & catervatim ad videndum hominem cives properavere unt. Quo viſo factorem omnium laudantes, ad propria remeavimus. C D E

ſtatim ſtetit ſanus ſuis et pedibus,

ſtatim ut tacta in ſomnis,

claudus ex vita manus ſanatæ acta narrat

7 Diebus autem non multis elapſis, mulier quædam manus aridas, nec voſq; obductos ſecum, ad beneficia Præſulis Barbati accurrit, quæ coram altaris præſentia accubuit, & lacrymis manantibus Salvatoris miſericordiam invocabat. Lacrymas autem ejus omnipotens Dominus ex alto aſpiciens, & confeſſoris ſui Barbati gloriam oſtendere volens, qualis, quantiq; apud eum triumphi conſiſtit, coram omnibus, qui convenerant, manus ſic arefactas cœpit mulier illa ad cœlum erigere: deinde voce clara prorupit, ſanitatis auxilium in manibus & nervis circumflexis, ſenſiſſe, digitos reveta cervatos aperuit, & compages digitorum omnium, gratia divina favente, ſolutæ ſunt. Ad hæc populus fere totus feſtinat & cœlorum Regem, Patremq; noſtrum Barbatum, benedicendo magnificavimus.

a *Electus eſt Pontifex an.* 1119. *poſt Gelaſii* 2. *obitum.*
b *Non ergo* 27. *Maii facta translatio, ut ſcribit Marina Vipera ſupra citatus, ſed* 24. *poſitum corpus* 31. *recenditum.*
c *Ita editum ab Antonio Caracciolo.*

DE S. BEATO PRESBYTERO

VALLE-CAVA IN HISPANIA.

G. H.

Commentarius prævius.

AN. CHR. DCCXCVIII. XIX. FEB. *Progr. Aſturia vitæ Liberatus,*

1 *IN Aſturia conſervatam olim & chriſtianam religionem & avitam Gothici ſanguinis nobilitatem agnoſcunt Hiſpani, dum eo majores profugere, atque inter montes illic Maurorum primo impetus fregerunt, ac jugo paullatim excuſſo, eos tandem ex Hiſpania ejecerunt. Qui Aſturiam olim in* Transmontanam & Auguſtanam *diviſera montes*, Ladicus & Vindius *fuere appellati; a paſteris* Livianenſes *dicti, aut certe eorum aliqua pars: ad quorum radices locus eſt* Vallis-Cava, *Hiſpanis* Valcabado, *haud procul a Saldana magis nota oppido in diœceſi Legionenſi.* In Vallecavenſi eccleſia adſervari magna cum veneratione corpus S. Beati Preſbyteri, quem incolæ nomine corrupto, S. Bieco *appellant*, *illuſtres tradunt antiquitatum* Hiſpanicarum *indagatores*, *Ambroſius Morales lib* 13. *chron. generalis* Hiſpaniæ *c.* 27. *Athanaſius Lobera in hiſtor. Legionenſi c.* 33. *Joan. Tam. Salaz. in Mart. Hiſpan. ad* 19. *Feb. cujus hoc ibidem elogium eſt*: Apud Legionenſes depoſitio S. Beati Preſbyt. qui una cum B. Æthetio, poſt Oxomenſis eccleſiæ Antiſtite, cum ab Helipando Tolet. & Felice Uegellenſi Epiſcop. Hiſpaniæ, fœdam per illius orbis circulos hæreſim diſſemiuari cognoſceret, qua Dei Unigenitum, adoptivum ſcriptis & concionibus prædicabaot, adverſus illos impia perſuaſione deceptos, libellum catholica diſſertatione compactum conſcripſit. Poſtmodum doctrina celebris & eruditione, librorum editione mirabilis, æternam requiē eſt aſſecutus confeſſor: cujus corpus apud Vallem-Cavã honorifica theca incluſum, debita veneratione recolitur.

In Valle-Cava teſtatur S. Beatus Presbyter,

19. *Feb.*

2 *Arnoldus Wion & Hugo Menardus in appendice ad martyrol. Benedictin. agunt ordine litterarum de Sanctis Benedictinis, quorum diem natalem ignorarunt, inter quos recenſent* S. Beatum, *cujus hoc ſexum elogium*: S. Beatus monachus de Valcavado Hiſpanus, & hæreticorum aceccimus hoſtis, doctrina & ſanctitate claruit anno

Ab monachum eum Benedictinum fuiſſe

770.

A 770. *quem annum omiſit Menard. Claruit autem aliquanto ſerius, poſt ann. 780. quando hæreſis Feliciana emerſit. De* S. Beato *ejuſq; ſocio Ætherio agit etiam Antonius Yepes to. 3. chron. Ord. S. Benedicti ad an. 783. & 784. eoſq; duos monachos illuſtres doctrina & ſanctitate appellat. Confugiant ad auctoritatẽ Ambroſii Moral. ſuſpicantis* S. Beatum *& Ætherium fuiſſe monachos, quod & qui eo tempore doctrina & ſanctitate effulſerunt, plerique monachi fuerint, & potiſſimum* S. Beatos *in præf. commentariorum ſuorum in S. Joannis Apocalypſin his verbis alloquatur Ætherium:* Hæc ego, ſancte Pater Ætheri, te petente, ob ædificationem ſtudii Fratrum tibi dedicavi, ut quem conſortem perfruor Ordinis cohæredem etiam faciam mei laboris. *Quæ commentaria aſſerit Moral. ſe in eccleſia Vallecavenſi vidiſſe, ubi cum ſacro ejus corpore in veneratione ſunt, deſcripta Æra* 1008. *ſive an. Chr.* 970. *Verum non ideo Ord. Benedict. adſcribi continuo poſſunt, cum plura eo tempore fuerint in Hiſpaniis monaſteria, quæ Regulam non erant Benedictinam amplexi. Ipſe Monardus, qui hic Ambroſ. Moral. citat in præfatione ad Concordiam Regular. compoſitam a S. Benedicto Aniana & Isda Abbate, cujus Vitam dedimus* 12. *Febr. refert Regulam S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis, a-*

B *liam S. Fructuoſi Epiſcopi Bracarenſis, aliam alterius item Fructuoſi. Sed & Gabriel Pennotus 2. par. hiſtor. Cleric. Canonicor. c. 31. tradit ex relatione Jacobi Ayerni, Prioris S. Mariæ de Pilari apud Cæſarauguſtanos,* Eccleſias, quæ inter Saracenorum ruinas remanſerunt, vel quæ ad illorum manus non pervenerunt, omnes Regulares fuiſſe, talemque Geslabieuſem, ſive S. Petri de Taberna fuiſſe, monumenta vetuſtiſſima reſtari.

3 *Amonius Yepes aliàs pro ſuo Ordine adjitis conjecturis, ſcilicet Ætherium Abbatem fuiſſe antiqui monaſterii S. Turibii de Livania, quod tradit nunc abOnna monaſterio dependere, ibiq; multas chartas reperiri, quæ ad S. Turibii ſpectant. Aliqua ex his, inquit,* charta ad Ætam 866. memorat Popedium Presbyt. ac Dominam Nonitã Deo devotam, ſtruaſſe templũ honori S. Petri in Bioiona, moltiſq; fortunis inſtructum huic monaſterio, quod tunc S. Martini nomen ſerebat, condonaſſe. *Et hæc libri illius verba addit:* Qui eſt in loco, qui vocatur Torenza, & religioſo Presbytero Dom. Æthereo, & monachis in Agone ipſum habitantibus regnante Ildefonſo in Aſturias. *E quibus concludit Yepes,* inſignem deum monaſterio addi ab Æthereo, quem, ut creditur, habuit Abbatem. Nam S. Beati

C ſocius fuit, cujus celebri fama pleni ſunt omnes Hiſpaniæ Annales, quod Helipando Archiepiſcopo Toletano, novam hæreſi molienti, forti animo conſtantique obviam jerit. *Hæc Yepes tomo 1. ad an.* 537. *c. 3. ubi de origine monaſterii S. Turibii agit: quam etiam ſingulari tractatu illuſtrat Prudentius Sandovalius 3. par. Fundationum monaſteriorum Ord. S. Benedicti in Hiſpania. Colitur* S. Turibius, *uti & ſupra relatus* Fructuoſus, 16. *Aprilis.*

4 *Ceterum miratur Tam. Salaz.* quo titulo Menardus & Yepes, *adde & Wion,* S. Beatum Presbyterum monachum faciant, cum coœvos apud ſcriptores ſententia ſit, illum ſolam Presbyteri commendationem teouiſſe. *Quare* hæc ut ſruſtranea dimittit, & ad Acta pergit, quæ ex Legendario Aſturicenſi MS. *edidit: in quo hic eis titulus præfigitur:* Vie 11. Kalend. Martii, agitur de S. Beato Presbytero, cujus Vita talis eſt. *Eam videtur habuiſſe Ambroſ. Moral. cujus relatio cum eadem Vita omnino congruit. At* Mariana *l. 7. de rebus* Hiſpan. *c. 8. iiſdem, quæ in hac Vita continentur, verbis utitur. Quo autem tempore auctor vixerit, non liquet: annos adhibet Chriſti, non Æram Hiſpanicam: qua adhuc eſt uſus Rodericus Toletan. in ſua de Rebus Hiſpania hiſtor. qui floruit circa ann. Chr.* 1220. *Aliqua in eodem mſ. Legendario minus cohærere obſervavimus* 14. *Febr. ad Vitam* S. Valentini *Epiſcopi Interamnenſis n. 6. ſub finem.*

probatur ex Commentariis in Apocalypſin?

Vitam Legendario MS. Aſturicenſi

auctore ut creatur.

D

VITA

A Joanne Tamajo Salazario edita

Ex MS. Legendario Aſturicenſi.

1 TEmpore a Mauregati Aſturicarum Regis fuit in Toleto quidam Archiepiſcopus nomine Helipandus, qui inter Agarenorum diras procellas Ciailiano b ſucceſſerat deceſſori, ea eo quod ejus fama doctrinæ & ſanctitudinis per totam ſpargebatur Hiſpaniam. Iſte erat ea Muzarabibus Gothis oriundus, & nobilitate ſanguinis elarus. Illum docuerat ab ejus primis litterarum rudimentis quidam Felix, Gallus proſapia, Epiſcopus c Urgellitanus, poſt hæreticos d Neſtorianus, qui Chriſtum fuiſſe filium Patris adoptivum, qua parte homo eſt, contra ſas, contra auſpicia, contra omnes humanas & divinas litteras & religiones perdocuit. Fœdam hanc doctrinam per ſacrilega epiſtolarum monita a magiſtro ſuaerat Helipandus, qui præceptoris veſtigia temeraria compreheſione conſectans, adverſus omnes E Hiſpaniæ Epiſcopos & Presbyteros, ejus ſententiam deſpicientes, primo ſcriptis, poſt anathemate uſus, eſt Hiſpaniam damnabili propoſitione fœdatus.

a

b Contra errorem in Hiſpania hæreſin Helipandi & Felicis Urgellitani,

c

d

2 Cum igitur hæc ageretur, in Livanienſibus montanis, quæ inter utraſque eriguntur Aſturicas, ea forti dulcedinem, ea ſilvis Davidem eatraxit Deus, ut ſortia quæque confunderet: & velut alterum Iſajam loqui neſcientem, calculo ignito labia pertingens, ſuſcitavit in Hiſpania Prophetam, qui adverſus errantes Eccleſiæ Proceres ſtylo ferreo inveheretur ſtrenuus. Conſtruxerat Nabuchodonoſor ſtatuam, apparentia firmam, magnitudine proceram, metallis divitem, fama celebrem, & apparatu magnificam: quis illius eacellentiam collimavit? Minuta petra e monte decurreos. Templi vaſa Balthaſaris iuſcitia profanavit: quis ejus ambitionem, & mortem deteait? Duo digiti, & brevis ſtylus. Ergo Deus, qui io Helipando Goliath, io ejus errore populum, in ipſius vana gloria Nabuchum, & in illius ambitione Balthaſarem conſpexerat, ex abjectione plebis, & montanæ ſpelæis Davidem, & ea plebe ignota blæſum Iſajam, ea monte Beatum, ea ſilvis ejus digitum, qui hujus Archiepiſcopi errores contunderet, reſurreait.

quaſi alter David aut Iſajas;

3 Iſte, qui Beatus fuit & nomine & opere, Hiſpanus fuit, qui ab illis oriundus aſperrimis montanis, otiginem ab Aſturicanis antiquioribus traait: erat Ordine Preſbyter, io ſacris litteris edoctus, & fidei Catholicæ zelo conſpicuus. Hic cum Helipandi erroneam profeſſionem audivic, protinus per totam illam regionem & catholicum ſeminare dogma, & hæreticam evallere zizaniam cœpit, quibus obſiſtens Helipando profectibus, paullatim ejus propalari commeuta cognovit. Adfuit quoque Catholico operi B. e Ætherius, qui poſt fuit Epiſcopus f Uaamenſis, & Beati amicitia fretus: oterque adverſus Felicem & Helipandum litteris & ſermonibus per populos diſcurrentes, Catholicam veritatem virili & ſancta caritate docebanr. Iſtorum etenim efficacia, plurimi, qui Helipandi venenum ebiberant, virum hæreticum eructantes, ad gremium Matris Eccleſiæ ſunt contritionis pœotentia reverſi.

F Aſtur Hiſpanus Presbyter;

cum Ætherio ſe opponit illum hæreſin,

e

f

multos ſe. vocat,

4 Audierat Helipandus opera SS. Ætherii & Beati, & adverſus iſtum impeuſe iratus, epiſtolam Fideli Abbati Aſtoricenſi direait; qua de ſanctis Presbyteris conqueritur, ea eo quod ipſe adſtans Toletanus Epiſcopus, ipſi, tamquam ejus dignitatem & ordinem contemnentes, nullam ab ipſo de adoptionis doctrina cognitionem ediſcere cogitarent. Quis ergo, profequitur, unquam audivit, quod homo Aſturicanus & moo-

argumur epiſtola Helipandi,

EX MSS. APUD TAMAJ. SALAZ.

tivsgus Toletanos corrigere & docere præſumat? Nonne exemplum ab Archarico *g* Epiſcopo inſumere poterat, qui audita veſtri Beati antiphraſi, ad noſtram occurrens Sedem, quid tenendum humili percuntatione popoſcit? Sed, ſicut Dei gratia factum eſt, quod per nos, Epiſcoporumque Hiſpaniæ conſeſſum, de Magecianis Spalitanis, qui circa feſti Paſchatis diem obertantes, confuſam ordinis normam ſpargebant, obtineretur victoria; ſic in Domino hæreſim Beatianam de Aſturicarum montanis extirpare confidimus. Non me latet Ætherium, prout juvenem, deceptum fuiſſe a Beato, homine ſilveſtri & vaniloquo: quem ſi tibi noſtra placent, protinus ad te advoca, quantumque coram Deo ejuſque Eccleſia & nobis erraverit, indica: &, ſi in obſtinatæ propoſitionis technis perſtiterit, noſtra & totius Eccleſiæ correctione contunde.

f & fidem orthodoxæ fervido defendit, *b*

5 Beato poſt aliquantulum, viſitationis Adoſindæ gratia, perveniente, Fidelis Abbas Helipandi epiſtolam demonſtravit eidem: qui, pro ut Catholicum virum, & fidei defenſorem decebat, aſcito Ætherio, *b* opus integrum duobus libris compactum, qui Helipandi errores ſolidis ſacræ Scripturæ locis rationibuſque validis confutabat, ſcripſit. Cujus cum in manus Helipandi & aliorum ſequacium pervenit codex, illam infeſtiſſimis ſunt dedecorum ulceribus, verbo & pagnis inſequuti: inter quæ *ἀντεφάπτεις* nomine maculaarum. At Deus, cui omnia viſcerum arcana pateſcunt, Beati innocentiæ ſpiritum a ſolio Majeſtatis ſuæ contucus, & purum fidei zelum Presbyteri ab alto longe cognoſcens, ab omnibus illum ſuorum inimicorum periculis liberavit.

6 Nam i Helipandus Toleto profectus, Aſtures & Gallæcos obvit, iiſque in locis multos prava opinione infecit, peſtifero oris afflatu. Felix *k* Vaccæos in Hiſpania, Septimanios in Gallia, aliosque in Germania inficere ſatagens, ab omnibus fuit conſtanti deſenſione depulſus. Sic apud *m* Reginum Bojoariæ civitatem primo in conventu Epiſcoporum damnatus, poſt coram *n* Adriano Pont. Max. ſimulato animo reſipiſcens demum apud Francofurtum, ubi præſente Carolo Francorum Rege Concilium *o* fuerat indictum, cui Roma Theophylactus & Stephanus Epiſcopi, ex Hiſpania Beatus & Ætherius pro Catholicis miſſi, interfuere Legati, error cum auctoribus a congregatione Concilii damnatus eſt. Quod & *p* Adrianus Pontifex facit.

k

m damnato *pro*pter hæreſe *n*

a

p

7 Hoc ſiquidem intellecto, Helipandus Toletanus a propoſitione reſilire decernens, Epiſcoporum congregationem apud Toletum *q* indixit, qua pœnitens confeſſionis libellum, ubi Filium Dei unigenitum *r* Patrique conſubſtantialem, non adoptivum, ſed naturalem, humili cordis contritione profeſſus, obtulit. A Patribus lacrymarum profeſſione ſuſceptas, *r* reconciliationis beneficium accepit. Hic Beatum & Ætherium, depoſita antiquæ diſceptationis malevolentia benigne ſuſcipiens, illos fidei defenſores, & catholicæ veritatis patronos, non abſque lacrymis & ſingultibus compellebat.

C ab Helipando reſipiſcente *q* *r* benigne ſuſcipitur,

8 Concilio denique ſoluto, & rebus fidei in Hiſpania bene compoſitis, ſedatoque Felicianæ pravitatis jurgio, ſanctus vir Beatus Adoſindæ Regia Silonis uxori, quæ propter Mauregati tyrannidem ſacram erat *t* veſtem induta, continuus pro animæ ſuæ remedio extitit pedagogus, donec apud Vallemcavam ſecederet, orationibus, jejuniis, & ſacræ Scriptu-

inſtruit Adoſindam Reginam,

ræ ſtudio inſiſtens, ſuper Apocalypſis myſteria librum miru ordine ſcripſitavit. Demum miraculis celebris, Domino, cui ſervierat, ſpiritum placida dormitione commendavit 12. Kal. Martii, anno Domini 798. Ejus corpus ibidem ſepultum jacuit per tres annos, donec ad honoratiorem locum translatum, reſervato brachio, peo ægrotorum ad ejus ſarcophagum advenientium juvamine, theca marmorea incluſum, debito honoribus munere cuſtoditur: prout illud & Sanctorum ſuorum oſſa cuſtodire promiſit Deus, qui vivit & regnat per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

D ſcribit in Apocalypſin, moritur; miraculis claret.

a Mauregatus *filius Aldephanſi Catholici ex ancilla, juſto Aldephanſo Caſto illius nomine ex filio, & rege Froila, regnum invaſit Æra 821. ſive an. Chr. 783. Ejus regna attribuit ſex annos Pelagius Epiſc. Oveteſis in Additione ad chron. Sebaſtiani Salmanticenſis Epiſcopi.*

b *Anno 782. verum Luitprandi chron. tradit Didacus Caſtelonus in Primata Toletano par. 3. c. 1. §. 4.*

c *In Catalania ad Sicoris fluvium verſus Pyrenæi montes.*

d *Mariana l. 7. de r. b. Hiſp. c. 8 hæc ita deſcribit:* Neſtorii placita Conſilii priſdem Epheſini diligentia ſopita, quasi veteris incendii ſcintillæ in Hiſpania iis auctoribus ſuſcitatæ ſunt, Chriſtum alienantibus, qua parte erat homo eſt, Dei filium adoptione eſſe, contra fas, contra auſpicia, contra omnes divinas & humanas litteras & religionem.

E

e *Eum celebrat 25. Febr. Tam. Salaz. ubi in ſyllabo Prætermiſſorum de eo agimus, aliis Ethemio & Hetherius dicitur.*

f *Uxama, vulgo Oſma, in ea Caſtilla veteris trans Durium fluvium poſita, qua ea Legionenſi regioni in Aragoniam proficiſcentibus iter præbet.*

g *Bracarenſi, vulgo Braga, in Portugal. regno, olim Gallæcia.*

h *Id ex biblioth. Tolet. a deſcriptum edidit primum Ingolſtadii Petrus Stevartius, dein in Biblioth. Patrum relatum: quod accuratius ex mſſ. aliis editum a Tamajo Sal. 25. Febr. in Vita Ætherii.*

i *Quæ hoc numero dicuntur, eiſdem paſſim ſervatis verbis legunto apud Marian.*

k *Vaccæi, populi circa Durium fluvium in parte regni Legionenſis & Caſtellæ veteris. Eorum metropolis Pintia fuit, qua nunc e judicio vitor. eruditorum Pallilolenum dicitur. At Voſcones inter Iberum fluvium & Pyrenæi montes, Vaccæi appellati fuiſſe modo ave, diximus 6. Febr. in Vita S. Amandi per Baudemundum c. 5. lit. e. quos forſan ab hoc auctore etiam intelligi adjunctæ ionnunt.*

l Septimanio, *alim Gallia Narbonenſis, dein Gothia, Languedocia, & Occitania dicta. De voce Septimania conſule Catelanum l. 1. Occitania a pag. 33.*

m *Reſpoua ad Daumbinum intelligimus. Eginhardus in Annal. ad an. 792. eadem de Felice tradit:* Duſtus, *inquit*, ad palorium Regis, qui tunc apud Reginum Bajoariæ civitatem reſidebat, ubi congregato Epiſcoporum concilio audiens eſt, & errantis convictus.

a *Ad Adrianum Papam duſtum fuiſſe a S. Angilberto, Abbate Centulenſi, diximus ad hujus Vitam 18. Febr. §. 3. ubi hæc inciuſtantiæ examinantur.*

F

o *Anno regni Caroli 26. Chr. 794. ubi Canones 1. hanc hæreſin ſundutus a ſancta Eccleſia eradicandam eſſe ſtatuunt.*

p *Extat Pontificis epiſt. una cum Concil. Francofurtenſi edita.*

q *An. 795. 13. April. id contigiſſe ait Luitprand. in chron. at Julianus in chron. n. 411. refert ad Æram 834. an. Chr. 796. cujus initio cathedram Synod. ait. Verum neutro anno dies ille 25. April. quo S. Harmogildi, Rex & Martyr colitur, incidit in Dominicam, quod Luitpr. aſſerit ſed an. 795. cyclo Solis 20. litt. Domin. D. in feriam ſecundam, proximam poſt Dominicam Paſchæ, cyclo Lunæ 17. Aſt anno ſequenti 796. cyclo Solis 21. litt. Domin. C 2 convenit in feriam 4. poſt Dominicam in Albis cyclo Lunæ 12. Unde diſcimus illis chron. non omnem adhibendam fidem, quæ a poſteris ſi non facta, multum corrupta ſunt.*

r *Tam. Salaz. edidit ad hanc diem epiſt. Archonti Epiſc. Bracarenſi, qua eum ob hanc reconciliationem laudat.*

ſ *Adoſinda filia Aldephonſi Regis Catholici, Silonis nupta, cum ſe regnavit ab an. 774. ad 783. quo Mauregatum eodem patre Aldephonſo, ſed ex ancilla, natum, regnum invaſiſſe diximus.*

t *An in monaſterio S. Joan. de Pravia in Aſturiis ubi & ipſa & Silo maritus Rex, qui eam eccleſiam extruxit, ſepulti ſunt.*

DE

DE B. BONIFACIO
EPISCOPO LAUSANENSI
CAMERÆ JUXTA BRUXELLAM IN BELGIO,

Commentarius prævius.

L B.

§. I. B. Bonifacii ætas, episcopatus, post hunc depositum gesta.

AN. CHR. MCC. LXV. XIX. FEB.

1 LAusana urbs, ad oram Borealem Lemani lacus, ad quam Aventico, Helvetiorum primaria olim urbe, translatus Episcopalis est thronus, cum ea (incertum quo fato) ex ample illo ac celebri statu concidisset, quam Ammianus Marcellin. l. 15. c. 27 describit, jam suo tempore, Valentiniano Imp. desertam quidem civitatem, sed non ignobilem quondam, ut ædificia semiruta tunc quoq; demonstrabant. *Verum ipsa quoq; ante annos 100.* Lausana, *cum in Bernatium hæreticor. venisset potestatem, Antistitis orbata est Sede, Friburgi, catholico oppido ac populoso, lotata.* Ma-

B *gnam tamen Lausana unquam, retro seculis gloriam ac splendorem, ob* Bonifacii *Præsulis sui sanctitatem, retinuit.*

B. Bonifacius Ep. Lausan. fit.

2 *In Bruxella in Brabantia, circ. ann. Chr. 1188. honeste ortus genere sub ann. 1205. Parisios profectus, 30. ipsos annos sacros disciplinis condiscendis tradendisq; ac duos decim cepse Colonia, impendit. Postea Lausanensis Epis. creatus, eum annis 10. temporibus difficillimis, eam rexisset Ecclesiam, tandem, Rom. Pontifice Innoc. IV. annuente, deposuit, ac vita reliquum in Camera B. Maria exegit, ibidemq; die 19. Febr. anno (ut videtur) 1265. decessit. Non prius: ut qui an. 1245. concilio Lugdunensi interfuerit, deinde aliquamdiu in Ecclesia sua commoratus, postea anno integro ut ejus solveretur onere laboraret: ut non videatur venisse Cameram nisi an. 1247. aut insto sequentis. Cum igitur ibi hic vixerit annis 18. necesse est an. 1266. aut certe 1265. obiisse. Est autem* Camera, *non pagus Comitatus Burgundiæ, ut in Topograph. Mart. Romani, & in novo catal. Ss. scribit Philippus Ferrar sed sanctimonial. Ord. Cisterc. cœnobium juxta Bruxellam, primariam Brabantiæ urbem, a Gisla religiosa Virgine constructum circa ann. Chr. 1200. in loco qui tunc* Pennebeke *dicebatur, (chron. Villariense* Buneboko *appellat) quem ei locum Henricus Brabantiæ Dux donarat: a quo, filioq; ejus Henrico, atque aliis viris nobilibus varia sunt eidem cœnobio collata, de quibus Aubertus Miræus l. 1. Do-*

C *nationum Belgicar. & in Notit. Ecclesiar. Belgii, ac Chrysost. Henriq. in Menol. Cisterc. ad diem 12. Febr. ubi Virginem illam* Gildam *vocat, at 22. Augusti, de Godefrido ejusdem monasterii olim Confessario agens,* Gillam, *uti & liber de gestis illustrium virorum Villariensis eor. vobii c. 4. in Vita Godefridi Sacrista.*

mortuus an. 1265. Camera, cœnobii Virg. ord. Cisterc. in Brabantia.

fundata circa ann 1200.

3 *An hic Ordin. Cisterc. habitum instituumq; susceperit* Bonifacius, *non est unde affirmare certo & indubitanter possimus. Pronuntiat id Henriq. in Fasciculo Ss. Ordin. Cisterciens. l. 1. dist. 32. c. 4. & 16. eumq; secutus Henricus Murerus Carthus. in Helvetiis sacra. Probat autem id Henriq. recentium aliquot ejusdem Ordinis scriptorum, ac fere Hispanorum, testimoniis. In his Barnabas Montalbus 1. parte Hi-*

ibi monachum fecisse

aliqui scribunt, haud sat certis testimoniis

stor. Cisterc. l. 2. c. 32. Arnoldum Wionem allegat scriptorem minime accuratum, qui id quidem tradit l. 2. Ligni vitæ c. 58. sed manifeste hallucinatur, dum Molani Indiculum Ss. Belgii cum, in quo libello nulla hujus Bonifacii mentio fit: neque vero alibi Molan. in addit. ad mart. Usuardi. inq; Natalib. Ss. Belgii, ubi Bonifacii *meminit, asserit monachum factum. Alter ab* Henrico *productus testis est Angelus Manrique, qui Laurea Evangelica l. 3. discursu 7. idem asserit, eumq; eundem* Wionem, *cum, qui id omnino non habent, Molan. atq; auctorem Speculi exemplorum dist. 5. §. 112. & 113. Citant dein idem Manrique & Henriqu. epist. Gaufridi Villariensis ad quamdam sanctimonialem Idam, in qua id affirmetur. Verum neque quis ille Gaufridus fuerit, neq; ubi illius scripta extent, usquam legimus: & alibi B. Richardo Adevertensi eam epist. tribuit Henriquez.*

4 *Majus aliquanto pondus habet, quod ex ipsius* Bonifacii *Vita profert:* Ecce pauca diximus, quæ gesta in seculo nunc videamus quæ Dominus operatus est per eum in religione. *Verum non id, ut tradit, in ea Vita habetur, quæ extat in Rubea vallis biblioth. sed in antiquiori, quam exhibent ead. Cameracenses. Aubertus Miræus in Originib. mo-* E *nasticis l. 5. c. 15. absolute* B. Bonifacium *retensec in catalogo Sanctor. ac Beator. Ord. Cisterc. Et nos quoque in eam opinionem magis propendemus, præsertim si veteribus pictoribus aliisq; monumentis cœnobii Cameracensis fulciatur. Licet enim sanctissimus Ordo neutiquam adscitorum aliunde eorum indigeat; eorum tamen sanctitate consecutus* Bonifacius *est, ut illius disciplina alumnus possit existimari. Stat tamen illud si vera nobis, nil temere pronuntiare. Certe autem constat, tunc non solas sanctimoniales Camera habitasse, sed & monachos, tum Sacerdotes, qui sacra iis procurarent, tum laicos, qui earum agros colerent. Quod ex Diplomate Henrici Ducis apud Miræum in Notitia Ecclesiar. Belgii p. 203. redditur manifestum; nam tres mansos inculteæ teræ ex & nemoris Fratribus & Sororibus cœnobii S. Mariæ de Camera fatetur se promisisse. Et Henricus ejus filius testatur, quod Fratres de Camera, manentes in curia de Holthem, & commorantes in allodio de Filfordis, usum huc usque habuerunt in fodiendis turbis ad usus domus suæ; quem iis confirmat an. 1232. Est* turba *hic, aut forte* tuebum, *Teutonica* Torf *vel* turf, *aut* turve, *cespes e palustribus locis effossus, quo in quibusdam Belgii locis ignis struitur. Existimamus tamen hos omnes Fratres de Camera, prius quam eo mitterentur, in Villariensi cœnobio tirocinium vitæ monasticæ posuisse. Nam, ut 29 Jan. ad Vitam Caroli Abbatis Villariensis observavi, n. 5. retulimus, chron. Villariense commemorat,* huic commissam fuisse Paternitatem in Came- F ra B. Mariæ juxta Bruxellam.

nemo scit ubi hæc dicta fuerit.

ubi monachos fuit.

5 *Si quis ergo arbitrari voluerit* Bonifacium *vere monachum esse factum, libenter subscribemus, modo ut id statuat, quod Andreas Sanss. in Martyrol. Gallic. scribit, eum* Cistercienſe a puericia institutum in Cameræ S. Mariæ asceterio complexum esse: *quod nobis probabile videri, reliquus vita ejus decursus non finit. Mureras ait, abdicate Episcopatu, monachum in Cumerensi cœnobio factum: id est, ut interpretamur, habitum ordinis Cisterciensis induisse,* quod pridem ut sibi liceret optabat, *inquit.*

§. II. Vita B. Bonifacii a quo scripta?

Ejus Vita monacho ord. Cisterc. scripta.

6 *Vita B. Bonifacii, inquit Chrysost. Henriqu. diss. 32. citata, c. 1. & in Notis ad Menol. Cisterc.* a diversis scripta reperitur, per quemdam scilicet Religiosum Rubeæ vallis prope Bruxellas, & per monachum alium Cameræ B. Mariæ. *Utramque habimus: hanc ex mss. codice Camerensi, quam edidit antea idem Henriquez, sed stylo proprio, non vetusti auctoris: illam ex secunda parte Hagiologii, quod in Rubea valle, a Joan. Gilemanno collecto,*

AUCT. L. B.

A *aſſervatur ſed collatam eam miſ cœnobii Corſendoncani Canonicor. regul. in quo perperam, Laudunenſis Epiſc. appellatur. Prior ſcripta videtur ab aliquo monacho Ordin. Ciſterc. forte coætaneo & Camera commorante, aut certe ex ſchedis Virginum Camerac. eſtque ſimplicior, & ſeriem vita apertius explicat. Ea poſtea ab aliquo Canonico Regul. Rubea vallis, ipſo forte Gilemanno, aut Antonio Geatio, interpolata, retenta ſæpe priſtina phraſi, nonnullis additis, quibuſdam etiã omiſſis. Priorem illam citat Joan. Gerbrandus a Leidis in chron. Belgio l. 23. c. 8. ita ſcribens:* Sed mirandum valde quod ſequitur. Nam eodem tempore, cum hæc ita agerentur, Bonifacius Epiſc. Lauſanenſis, tunc apud Cameracum S. Mariæ in monaſterio, & in oratione conſiſtens, vidit in ſpiritu militem armatum .... *eaq; recitat, qua habentur c. 4. a. 14. iiſdem omnino verbis; ac dein ſubdit:* Hæc ſo Vita dicti Bonifacii Epiſcopi reperiuntur, qui jacet ſepultus in Camera, ſive crypta monaſterii Ciſtercienſium Ordinis prope Bruxellas. *Hac Gerbrandus, qui ante annos 150. ſcripſit: at non in crypta ſepultus fuit* B. Bonifacius, *ut mox patebit.*

poſt a Cœnobio regul. interpolata,

prior citatur in chron. Belgico,

an aliquo a B. Richardo Sacriſta ſcripta, non conſtat,

7 *Chryſoſt. Henriq. in* Phœnice recte ſcribunt (*ita ſcripſit opus de ſcriptoribus Anglis & Hiſpanis Ord. Ciſterc. quod tricenio poſt Faſciculum Sanctorum valgavit Bruxellis an.* 1626.) *B. Richardum Sacriſtam ſcripſiſſe* de B. Bonifacio Lauſanenſi Epiſcopo, monacho Ciſtercienſi, cujus corpus quieſcit in Camera B. Mariæ: *alteri; Richardi ſcripta recenſet*, ad Idam ſanctimonialem epiſtolam unam: Martyrium & miracula B. Gerardi Abbatis Claravallenſis. Vitam & miracula S. Silvani Claravallenſis item monachi: Miracula, quæ in Ordine Ciſtercienſi acciderunt: de Harmonia librum unum. Initium Eboracenſis, ſive Eruacenſis cœnobii in ſuperiore Germania, & multa alia, quæ *tamen fatetur ſe ea penitus non potuiſſe. Cujus* Molanum, Pitſeum, Angelum Manrique. *De B. Richardo monacho Ord. Ciſterc. in cœnobio Adwerterenſi, ſeu cam unam diſtante ab urbe Groningen in Friſia, agit Molan. in Natal. Sanct. Belgii ad 30. Decembr. & Miraus in Faſtis Belgicis ex ſcriptis ejus neuter. Pitſeus in Append. illuſt. Scriptor. Anglia centur. 3. a. 93. ac Balæus ſcriptor. Britan. cent. 13. n. 70. ex Lelandi referunt ſcriptam ab eo de* Harmonia librum unum. *Angelus Maariq. Lucrea Evang. l. 3. diſcur. 7. ſcriptis clarum celebrat ſed aegre; ea recenſet, & quod Richardo Ord. Præmonſtr. damnatus collatum faiſſe ſcribit Molan. ut manus, qua plurimos libros conſcripſerat, poſt 20. annos integra perſeveraret, reliqua carne in pulverẽ redacta, id huic Richardo perperam tribuit. Unde igitur didicit Henriq. Iubret ceteros a B. Richardo Adwerterenſi, cognomento Sacriſta, eſſe ſcriptos? Certe epiſtolam ad Idam ſanctimonialem jam ante Goafrido Villarienſi adſcripſerat. De Silvano egimus ad 17. Febr. ſyllabo Præmiſſorum.*

B

C

a B. Bonifacio acerbe caſtigatus exemplo,

8 *Præter hactenus citatos, meminit* B. Bonifacii *Thom. Cantipratanus ejus æqualis, l. 2. de apibus c. 30. §. 6.* Venerabilis Bonifacius, *inquit*, quondam Lauſanenſis Epiſc. tunc Rector in Theologia Pariſiis, mihi tunc & multis aliis retulit, quemdã clericum ſe in confeſſione audiſſe, qui malo aſſuefactus uſu, illicitis ſe contrectationibus ad libidinem provocabat. Proh nefas auditu! Et vide, quid ſequitur. Ubi hoc ſemel, ut erat ſolitus, attenravit, manu inter cruea loco virilis membri colubrum apprehendit. Quo in facto horrore perculſus ad confeſſionem mox venit, & in multis lacrymis pœnitentiam egit. *In libris editis habetur*, nunc Rector; *quod corraximus. Nonenim ab epiſcopatu ad academiam ſe retraxit, ſed privatam vitam, & forte monaſticam, amplexus eſt. Idem Cantipratanus. eodem libro c. 52. §. 4. ſcribit ſe* venerabilis & Deo digni Magiſtri Bonifacii, quondam Lauſanenſis Epiſc. veridica relatione cognoviſſe, quod quidam Nobilis ſuæ diœceſis venatum cieca montes Alpium pergens, *a ſociis divulſus, nullo horribile viſu ſpectato, inteſlexit; militem quemdam* Brabantigenam, *libidine & cædibus graſſatorem ſolitum, negligita etiam in morbo confeſſione, cum jam inſtante hora mortis obmutuiſſet*, miſericordia Dei ſua prævenitum fuiſſe, & valida cordis contritione *permotum ſic expiraſſe, eradituſq; duobus nequiſſimis damonibus uſq; ad diem judicii cruciandum, ac tam demiq; veniam obtenturam.* Miles autem, qui hæc vidcrat & audierat, a rapinis pauperum & mala vita converſus, correctius amodo vixit, & multos alios peccatores ad exempla pœnitentiæ ſua narratione permovit. *Hæc ex* B. Bonifacii *relatione Cantipratan. qua & in veteri Specalo exemplorum habentur diſt. 5. §. 113. Aliam Cantipratan. eodem libro c. 57. §. 32. hiſtor. recitat*, quam venerabilis Bonifacius, quondam Lauſanenſis Epiſc. *ei narraverat, de cœco bubulco, qui cujus aſſiſſet coloris vaccas coralibus appreheadebat, damonum ope: quod accepto Confirmationis ſacramento ceſſavit.*

penus Torcelli ad dit judicii duraturo,

exorcista Conformatus,

9 *Elegans & prolixam* B. Bonifacii *elogium contexuit Andreas Sanſ. in mart. Gallic. Agunt eidem de eo Chryſoſt. Henriq. in Menol. Ciſterc. Guilielmus Gazeus in hiſt. Eccleſ. Belgii, ubi de St. diœceſis Mechlineaſis. Heribert. Roſvv. noſter ejus Vitam Belgico ſermone edidit, cod. Rubea vallis uſus; neque eo agit in hiſtor. Belgica ad aa.* 1250. *uti & alii auctores infra citandi. Germanice eamdem vitam ex Chryſoſtomi Henriq. Faſciculo St. Ordin. Ciſtere. edidit citatus jam antea Mureras Lucernenſis in Helvetia ſacra.*

alia de ea ſcripta,

§. III. *B. Bonifacii publica veneratio.*

E

10 *Sepultus fuit* B. Bonifacius, *ut ſuſius deſcribit Henriq. diſt. 32. c. 8. in preſbyterio eccleſia Camerenſis ſive Choro, in cujus dextro latere conſtructus ei tumulus eſt, altus quatuor pedes, ſcitus ceraleo marmore, in quo ſculpta Epiſcopi effigies. Confluere iſthuc complures, Divique opem, præſertim adverſus febres, implorare, acceſſis laminibus, expanſis brachiis, ſublatiſve in altum manibus, confuevile, a majoribus aata acceptam.*

ejus ſepulchrum,

11 *Nomen ejus non uno ſacris Faſtis inſcriptum. Nam Joan. Molan. in ſuis ad Uſuar. Mart. additionibus, an.* 1568.

nomen in Martyrol.

Obiit Bonifacius Lauſanenſis Epiſc. in Burgundia. Hic Braxellæ natus, & in Camera monaſterio Ciſtercien. ordinis juxta idem oppidum quievit an. 1260. in vita & poſt mortem miraculis clarus. *Eadem habet Petras Canſ. in Mart. German. At Molan. in poſteriori editione annam omiſit; recte: qui enim in Concil. Lugdan. 1. an.* 1245. *cum ceteris Epiſcopis ſanxit in Fredericum II ferendam anathematis ſententiam, ac poſtea aliquanto adhuc tempore Eccleſiam ſuam adminiſtravit, annoq; integro, ut ea ſe abdicare poſſet, Papam oravit, ac demum annis 28. privatus vixit, non poteſt conferi an.* 1260. *deceſſiſſe, ſed, ut ſupra ſtatuimus, an.* 1265. *Longius etiam a vello calculo recedit auctor miſ. Florarii, qui eum tamen in Divorum numero recenſet his verbis:* Apud monaſterium Ordin. Ciſterc. in Belgio, de poſitio B. Bonifacii Lauſanenſis Epiſc. natione Bruxellenſis. Obiit anno ſalutis 1234. *Lauſannam porro Molan. Canif. aliiq; in Burgundia locant, quia olim urbs fuit provincia Maxima Sequanorum, quam Burgundiones deinde occuparunt; atq; etiamnum Biſontanum, uti & Bellicium ac Baſilea, agnoſcit Archiepiſc. cujus propria diœceſis Comitata Burgundia cominetur.*

F

12 *Qui* B. Bonifacio *jam olim haberetur cultus, exposit Molan.* In hujus anniverſario depoſitionis die, rumba ejus ornatur rapetibus, floribus, & luminaribus, quæ vocantur STAL-LICTEN: Officium autem defunctorum non pro eo fit, quia per Beatos numerarur, ſed pro amicis. Calice ipſius ſacro ſemel tantum utuntur annue, in feſto hujus diei. Diſtribuuntur etiam, Dominica die LÆTARE, magni panes, propter multa beneficia, quæ monaſterio præſtitit; & vocantur PANES S. BONIFACII.

conſuetudo Camerac.

mollitiei pœnitet,

13 *De ejuſdem Divi veneratione hæc tradit Miraus in Faſtis Belgicis:* Joannes Dorotheus, Epiſcopus Lauſanenſis, in Statu Lauſanenſis epiſcopatus, anno 1605. ad Paulum V. Papam tranſmiſſo, Protaſium, Maximum, & Bonifacium, ſuos in epiſcopatu anteceſſores, vocat Sanctos;

voluit publicari in Helvetia,

A ctos; & dicit eos religiose per totam diœcesim coli. Ex his tamen Bonifacius, qui prope Bruxellam in Camera B. Mariæ quieſcit, e terra anno 1600. elevatus, Officio Eccleſiaſtico non colitur a Belgis ut Sanctus: in magna tamen veneratione habetur, ut Beatus. *S. Protaſii &c.* Vide Append. p. 757. col. 2.

14 *Eum aliquoque recentiores ſuis Martyrologiis inſcripſere. Arnoldus Wion:* Io monaſterio Cameræ Ordinis Ciſtercienſis in Gallia, depoſitio S. Bonifacii Lauſanenſis in Burgundia Epiſcopi, natione Bruxellenſis, cujus vita virtutibus plena refulſit. *Eadem habet Hugo Menardus, niſi quod pro* in Gallia, *reponat* in Belgio; *omittatque* in Burgundia. *Benedictus Dorganius in Calendario Benedictino:* S. Bonifacii Epiſc. cujus vita virtutibus plena refulſit. *Baldainus Willotius noſter in Martyrol. Belgico:* In monaſterio Camerenſi, juxta Bruxellam, obiit, ac quieſcit B. Bonifacius, qui natus Bruxellæ, Epiſcopus fuit Lauſanæ ad lacum Genevenſem. *Philippus Ferrarius, corrigendus tamen ut ante monuimus:* Cameræ in Burgundia, S. Bonifacii Epiſc. Lauſannenſis. *Eumdem* Beatum *appellat Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, Arnoldus Raiſſius in Hieroglazophylacio Belgico, aliique:* Sanctum *Montalbus, Maurique, Roſweydus, Murerus, ame citati.*

memoria in aculo Martyrologii.

§. IV. *B. Bonifacii Reliquiæ elevatæ.*

B 15 Stetit hoc ſanctiſſimi Antiſtitis ſepulchrum annis amplius trecentis: quo tempore & fundis locupletatum cœnobium eſt, & ſpleudidis ædificiis ornatum. At tandem 1581. (*male ominate ac potius ſcelerato animo, quique æternam apud exteras gentes, & ad omnes retro poſteros infamiam Belgis conſcivit; primum edicto Ordinum, quod in conventu Antuerpienſi, Principe Arauſionenſi auctore, decretum fuerat, Regi Catholico poteſtate omni in has provincias abrogata; ac mox majori etiam veſania, Antuerpia, Bruxella, alibi, deiectis laceratiſque Divorum imaginibus, Sacerdotibus pulſis, omni uſu priſtinæ religionis interdicto*) eo igitur an. tam infauſto, *Camerenſia quoque monaſterium ac templum, die* 10. *Sept. conflagravit*, igne (*ut auctor eſt Joannes Baptiſta Gramajus*) per *ipſos* milites regios injecto; eo quod Virginibus jam ante egreſſis, hoſti refugium & præſidium perpetuum eſſet. *Sanctimoniales erant minimum centum: quæ cum Bruxellam ſe recepiſſent, magnis rerum omnium angustiis & paupertate conflictata ſunt aliquot per annos, ea tamen pietatis conſtantia, ut nulla a propoſito reſilierit: quod ſecundum Deum, Sanctæ fortaſſe* Bonifacii *tutela, ac Barbara Taſſia Abbatiſſa ſolitudini, ferii acceptum debet.*

Anno 1581 exuſtum Camerenſi cœnobium & templum.

16 *Reverſus paſſimimie ad priſtinas ſedes, diſcuſſa ex eo* C *tractu hæreſeos caligine, ſacer ille eſt cœtus. Tum reſtaurari domicilium omne ac templum cœpit.* B. Bonifacii *monumentum, fracto, qui id tegebat, lapide, imbribus erat fœde labefactatum. Statius viſum Joanna Pennimia Abbatiſſa, ac ceterit Virginibus, quam id innovere, ipſum ſanctiſſimi Præſulis corpus exhumatum, honorifice meliori loco reponere. Probatum conſilium, quibus illa aperuerat, Roberto Camberenſi, ac Gaſparo Altimontenſi Abbatibus, hunc Benedictini inſtituti, illi Ciſtercienſis, qui & Ordinis ſui per univerſum Belgium Vicarius tum erat.*

B. Bonifacii ſepulchrum fractum.

17 *Primam igitur tridui inediam ac preces ſuis ſanctimonialibus Joanna indicit: dein* 22. *die Junii, an.* 1600. *aperiri tumbam imperat, ſacrum corpus ea clauſum rata. Ubi ea inanis reperta, ſubtus refodi humum placuit. Hic alterius extabat muri fundamentum, domus fortaſſe cujuſpiam, qua illic olim ſteterit, ita anguſto a templi pariete ſpatio, vix ut iſthic ſepultum eſſe quemquam probabile ulli fieret. Poſtridie ad lævam interioris illius muri, quam alte demitti ſepulchra ſolent, egeſta humo, corpus repertum eſt, oſſibus etiamtum cohærentibus, & ſolidis, niſi quod oſſa quædam confracta, & manuum pedumque articuli aliquot deſiderati. Educta ſigillatim oſſa, non eam potuere, ut jacuerant, connexa. Poſtero die, Nativitati S. Joannis Baptiſtæ dicato, Abbas mercque ſacris rite operatus, Ægidiuſque Iſegarius ſanctimonialium Confeſſarius & Florentius Curtius, ac Jacobus Surbonius, monachi & cœnobii Camerenſis Capellani, ſacra illa oſſa pie ablauerunt; ſanctimonialibus interea Litanias concinentibus. Ut lota fuere, loculo condita ſunt, & abiiſdem monachis per Clauſtrum, ut vocant interiores cœnobii porticus, circumlata, cœtu univerſo præeunte, ac hymnos concinente, tandemque in S. Barbara ſacello ſuper aram collocata.*

reliquiæ refoſſæ,

ablatæ, & lotæ.

18 *Memorantur nonnullæ hinc edita Divini favoris argumenta, præter inſolitam pietatem ac ſolatium omnium qui aderant. Ludovicam Jovenellam moleſtum aſthma biennio cruciarat, ut multis fruſtra tentatis remediis, eanere jam cum ceteris Divinas laudes nemiquam valeret. Illa in novam ſpem erecta, terram, quo proxime ſacroſanctas exuvias jacuerat, pectori admovet. Intra triduum deterſus eſt dolor, cavendique facultas reſtituta.*

per eas aſthma ſanatum.

19 *Paſquina Cottema in eadem ſanctimoniali inſedit ardor perquirendi, num qua oſſium tenues particulæ eos qui corpus effoderant, fugiſſent. Ea deinde confeſſa eſt, hoc in opere depulſam pensus, qua duos ipſos an. laborarat, iſchiadem, ſeque quoties oſſiculum aliquod venires in manus, priusſuavi quedam odore perfuſam; quem & noſte quadam vigilanti ſibi aſpirari ſenſerit. Alia teſtata, ſimilem ſe odorem percepiſſe, cum e terra ſacra oſſa eruerentur. Ægidius Iſegarius manus ſibi, quibus oſſa eadem ablauerat, tota die jmundiſſimo odore fragraſſe. Sanctimoniales quædam aliis ſe levatas incommodis, B. Bonifacii implorato tunc patrocinio, retulere.* D

Dicta Abbatiſſa

odor ſuavis ab illa diffuſus.

E

20 *Rei geſtæ fama plures Bruxella aliiſque ex locis, ad venerandas reliquias, excivit: multis febricitantibus prabita in potum eſt aqua, cui intincta oſſa erant, inſperſumque aliquid palveris, in quo ſita illa priusfuerant: moxque reddita ſanitas eſt. Fuit per eos dies nonemo, cum ſuadam tuillationem carmis invitus pateretur, B. Bonifacii, quem pudicitiæ extitiſſe ſtrenuum cultorem ac vindicem audierat, auxilium imploravit, moxque importunes illos motus reſediſſe expertus eſt.*

qua lota erant aqua poſſa ſanitas.

reprella tentatio.

§. V. *B. Bonifacii cultus inhibitus, reſtitutus.*

21 Nouponit, *quod in oculis ampliſſima civitatis fiebat, non ad aures perveniſſe Archiepiſcopi Mechlinienſis, cujus in diœceſi ſita Camera ac Bruxella eſt. Is refodi corpus illud exponique, vel privata veneratione, niſi obtenta a ſe facultate, non debuiſſe, ex ſacrorum Canonum præſcripto, interpretatur, tamiſperſemoveri, omnemque inhiberi cultum illius jubet. Interea Petrum Vinckium Decanum Bruxellenſem cum publico tabellione iſthuc allegat, juſſum legitime explorare, an & illud eſſe* Bonifacii *corpus, & cultum ei antiquitus habitum conſtaret.*

Res tota examinatur.

22 *Venit in Cameram Idibus Sept. an.* 1601. *& Joanna Abbatiſſa, atque aliquot grandiorum natu ſanctimonialium, aliorumque honeſtorum hominum teſtimoniis iſta comperit:* F *ſex omnino iſthic loca eſſe, in quibus ſepultura iis demur, qui deceſſerint; villicis ac famulis exterius cœmiterium aſſignatum, interius Converſis, eborum ſanctimonialium illuſtribus hominibus, quorum in Necrologio nomina inſcribuntur; Confeſſariis, Capellanis, ipſiſque ſanctimonialibus Clauſtrum, Capitulum Abbatiſſis: in presbyterio autem, ſive Choro Sacerdotum, nemiacm niſi* Bonifacium *unquam ſepultum: alioquin am monumentum extaret aliquod, aut ſcripte ſalem mandata memoria, uti de ipſo in citato Necrologio iſtud legitur:* Dominus Bonifacius de Bruxella, quondam Epiſcopus Lauſanenſis, ſepultus io Camera in choro Dominorum. *Quod alio loco tumba ſteterit, alio corpus jacuerit, id propterea falſum videri, quia hoc propius a Chori pariete condi vel non decuerit, vel aber ille ſub terra murus non ſtiverit, illam vero, ne impedimento eſſet, ad Chori latus, etſi paullulum remotam a corpore, erigi viſum ſit.*

probato, id ejus fuiſſe ſepulchrum,

23 *Quæ præterea de elevatione, modoque ejus, & beneficiis divinitus percepiis, jam narravimus, ea Vinckio Decano relata: flagalorum teſtimonia res cuſet Henriquez. Antiquitus ei habitam veneracionem ea docuere, qua ex Doctore Molano antehac allata, quæque narrantur in epitaphio, quod ſe in veteri lignea tabula parieti juxta tumbam appenſa,*

ſollicum variis honoratæ.

AUCT. I. B.

membrana inſcriptum, vidiſſe ante hæreticorum tumultus, Abbatiſſa aliaque teſtata. Tambum vere ipſam anniverſaria beati Aniſitii die, 19. Febr. floribus, lapetibus, luminaribus ornari; ad eam conſluere permultos, etiam e remotis locis, ibique concipere preces, luminaria accendere, alia donaria offerre, conſuevisſe; ac nonnullos ejus ope, precibus rite factis, a febribus ſanatos, partim vidiſſe ſe, partim a ſcitaribus nata undiviſe, eadem aſſerverant.

24 Quæ omnia legitime deſcripta, ad Matthiam Hovium Archiepiſcopum ab Vinckio relata, ipſe diſcuti gravium Theologorum judicio curavit, Guilielmi Eshi, Bartholomæi Linſrenſis, Joannis Clarii atque aliorum. Horum ex ſententia ſtatuit, quas reliquias conſtaret ab immemorabili tempore, adhuc tumulo abditas, cultas a populo fuiſſe, eaſdem e terra fabricatas coli itidem, ut antea, poſſe, eamque ad rem capſa includi, ſupra aram una juxta eum locari, populo conſpiciendas oſcalandaſque exhiberi: non tamen eum honorem haberi debere, qui Sanctis in Canonem relatis præſtitus eſt. Archiepiſcopi decretum ita habet:

25 Matthias Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Mechlinienſis. Lecta diligenter informatione, facta juſſu noſtro, diverſis diebus anni ſuperioris, per venerabilem Dominum Petrum Vinck, & Magiſtrum Philippum van Aibroeck Secretarium Capituli S. Gudilæ, multis teſtibus fide dignis auditis ad hanc rem, qui declararant ſe comperiſſe, quod oſſa ab hinc fere duobus annis inventa & effoſſa, ſub fracta tumba in templo monaſterii Cameræ juxta Bruxellam, ſunt corpus felicis memoriæ Bonifacii Epiſcopi Lauſanenſis, olim ibidem magna reverentia, & devota invocatione, & luminaribus & aliis honorati & ornati. Qua de cauſſa nos bis litteris aſſentimur, ut prædictum corpus in poſterum elevatum maneat, & tamquam venerabilis & beati viri honoretur, ornetur, & devota viſitetur ab omnibus Chriſti fidelibus, & devotis perſonis. Non tamen honorem admittimus ei fieri, qui canonizato proprius eſt. Aſſentimur etiam ut de his litteræ convenientes fiant. In teſtimonium veritatis, hanc noſtram declarationem ſubſignavimus, & ſigillo noſtro munivimus, viceſimo quinto die Febru. anno Domini milleſimo ſexcenteſimo tertio.

26 Propter hæc, ut remar, litteras, ſcripſit Georgius Colvenerius in Notis ad Cumipratani l. 2. c. 30. elevata eſſe B. Bonifacii oſſa, conſentiente Archiepiſcopo Machlinienſi: eam elevatio eo inſcia facta ſit: antiquus tamen veneratio conſentiente eo retenta. Meminit quoque hujus elevationis Grumajus in Antiquitat. Bruxellenſibus & Moræus in Faſtis Belgicis. Henriquez, in Menologio Ciſterc. hujus Elevationis memoriam conſignat ad 24. Junii. Inclusum dein eleganti ligneæ arcæ ſacrum corpus, habitu indutum pontificali, uti in Hieroglyphylacio Belgice teſtatur Arnoldus Raiſſius.

27 Quod olim idem ſanctiſſimus Antiſtes incoluit domicilium, intra extimos quidem monaſterii muros, remotum tamen aliquantæ ſpatia ab habitaculis Sanctimonialium, id flammas, quibus abſumptum cœnobium eſt, evaſit: atque iſthic pulcherrimum concinnatum eſt ſacellum, in quo iſta circumexarata ſuperius eſt epigraphe: Longa traditione a majoribus velut per manus accepimus, B. Bonifacium Epiſcopum Lauſanenſem poſt reſignationem epiſcopatus hoc in loco habitaſſe. In ejus rei memoriam extructum eſt hoc ſacellum ad honorem Divæ Virginis omnium quæ Sanctorum anno 1609.

28 In tabula quadam, inquit Henriquez, diſt. 35. c. 16. qua in eodem ſacello appenſa conſpicitur, ſequens continetur oratio:

Supplex te rogo & obteſtor, o Beata Bonifaci, dignaris, ante conſpectum Domini, mei miſerrimi peccatoris recordari, ut tuis meritis & precationibus, ab omnibus rum corporis tum animæ malis defendar & conſerver, & in omni virtute & opere bono quam maxime proficiam: io hora vero mortis & caitus mei adverſus inimicorum inſidias velis mihi fideliter ſubvenire, & animam meam, ab omni tribulatione liberatam, ad cœleſtis Paradiſi gaudia perducere digneris. Amen.

Verſ. Ora pro nobis Beate Bonifaci.

Reſp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oramus te ſupplices, Domine Deus, Pater omnipotens, ſuſcipe fervorum tuorum orationem, ut B. Bonifacii mamoriam recolentes, ejus meritis & interceſſionibus, a cunctis adverſitatibus liberemur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Amen.

VITA AUCTORE ANONYMO,

ex MSS. monaſterii Camerenſis.

CAPUT I.

Vita B. Bonifacii ante Epiſcopatum.

1 QUamvis beata vita Sanctorum apud omnipotentem Deum æternaliter maneat, & eorum nomina liber vitæ ſine oblivione contineat; nihil tamen veræ religioni obſiſtere credimus, ſi eorum merita ſæpius menta revolvamus, actuſque illorum verbis & ſcriptis commemoremus. Quapropter quædam da vita, de moribus, de doctrina, de conſolationibus divinis, de miraculis, de inſpirationibus omni diſcretione collectis, Bonifacii Epiſcopi bonæ memoriæ, per litterarum apices ſuæ vitæ exemplar affectaoti duximus commamoranda: ut quamvis abſens eſſet corporali præſentia, tamen præſens ſuarum virtutum ſit ſemper memoria. Quoniam igitur ejus vita ab ipſis cunabulis erat gratioſa, ab ipſius primævæ ætatis origine narrationis ſumat exordium.

2 Venerabilis igitur Chriſti ſervus Bonifacius Epiſcopus, cujus memoria in benedictione eſt, in civitate a Cameracenſis Epiſcopatus, quæ Bruxella dicitur, patre & matre religioſis, originem duxit. Semel accidit, quod mater ſua properaret ad matutinos, cui obviavit ſenex cano capite, vultum habens Angelicum, qui talia dixit: Concepiſti partum glorioſum, qui accipeus erit Deo & Sanctis ejus ac hominibus: hic erit in doctrina magnus & honoratus. Qui ſtatim evanuit ab oculis ejus. Poſt hæc tempus pariendi advenit, & peperit filium, quem vocavit Bonifacium.

3 Hic puer creſcabat ætate & gratia apud Deum & homines. Quando matee, vel avia, vel nutrix ſua oſculabatur eum, ſtatim veſtimento ſuo tergebat, vel aqua abluebat os ſuum. Hic cum quinque eſſet annorum ætatis, a matre ſua ductus eſt ad ſtudium diſcendi: qui arrepto itinere intelligentiæ litterarum, cum adhuc aſſet minimus ſtatura, & ætate tener, diverſa futuræ probitatis proœndebat argumenta. Deus anim dedit illi ſenſum capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, gratiam in converſatione, efficaciam in opere: humilis magiſtrorum erat auditor, & quod a magiſtris aure hauriebat, in pectoris armariolo memoriter reœondebat. Tam innocens cum adoleſcentulis, quibuſcum puerilia capiabat rudimenta, quam ab illecebris, quibus juvenilis ætas plurimum laſcivire ſolet, immunis erat: & ſicut mundus & immaculatus exivit de utero matris ſuæ, ſic mundus & immaculatus remanſit uſque in diem mortis ſuæ a carnalibus vitiis: qui præcedebat omnes ſocios ſuos in doctrina & ſcientia: feſtis diebus erat oraus in eccleſia, vel ſtudens, & erat quaſi cuſtos ſociorum ejus.

4 Factus annorum ſeptemdecim, pergebat Pariſius: ibi proficiebat de doctrina in doctrinam, de ſcientia in ſcientiam; donec effectus eſt magnus & honoratus & vocarus ad Cathedram, ipſo neſciente: in Cathedra b Divinitatis ſedit ſeptem annos, docentes & diſputans cum magno honore, & dignitate, & reverentia. Triginta annos erat Pariſiis, & in ſeptem liberalibus eruditus. Vir itaque venerabilis Bonifacius omni conamine nitebatur Chriſto

---

AUCT. I. B.

A ſit miraculis claruerit;

B ſoli cum; ſed non ut Sanctum canonizatum, ſolo Archiepiſcopi; late decreto;

C corpus exhumatum;

domus in ſacellum verſa;

pia ad eam oratio.

a Cameracenſis

B. Bonifacius, mangano furore predicitur;

D

E Cur hanc Vitam Auctor ſcribat;

F puellus in puerilia,

diligens in ſtudiis,

innocens;

ornatus ſcientia,

b docet Theologiam,

ſtudet Pariſiis;

A Christo vivere: erat etiam in humilitate profusos, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in doctrina præcipuus, in locutione cautus, in conversatione sanctissimus, in duris passionibus fortis: gerebat etiam simplicitatem columbæ: in corrigendis erat austerus, contra hæreticos & incredulos sævissimus, in fide Catholica fortissimus.

virtutum splendore

5 Vir ergo Dei decore virtutum non minime adornatus, Dei officio & divinæ gratiæ, sacros ordines suscipiens, ad sacerdotii gradum pervanit. Qui magno officio se obligatum intelligens, devote fideliterque Sacerdotis jura cœpit exercere. Numquam Missam celebravit sine lacrymis: corpus suum castigavit orationibus, vigiliisque: cilicio utebatur semper: vinculo ferreo stringebat ventrem suum: posthæc videns quod vinculum illud portare non potuit, deposuit. Sed accepit cingulum de crinibus equorum factum cum multis nodis, *c* & multo tempore portavit illud.

fit Sacerdos

cum lacrymis celebrat; penitentiæ dedituſ.

c

6 Semel erat in magno desiderio videndi S. Mariam; quæ apparuit jacenti in lecto suo. Qui statim desiliens de lecto suo, cecidit ad pedes ejus, dicens: Domina mea Sancta Maria *d* sanctifica me. Quæ respondit: Et sanctificavi, & iterum sanctificabo te post annum, a vel post triduum, vel post sabbatum: & hæc dicens, visio discessit. Post hæc dissensio facta est inter Magistros & scholares, ita ut non venirent ad lectionem, sicut solebant. Quapropter inde discessit, & venit ad civitatem *f* Colonien-

d videt D. Virginem

a

B

docet Coloniæ.

f

sem, & ibi receptus est etiam cum magno honore, & ad Cathedram scholasticam vocatus est, ipso nesciente; *g* & ibi sedit duos annos.

g

a Ita olim nunc subost Archiepiscopo Mechliniensi, Belgii Primati.

b Transmissus est quo Godtheyt Deitatem significat, & Theologiam. Ita dicitur Leeraer in der Godtheydt, Doctor Theologiæ. Hinc patet auctorem vel Teutonica locutum, aut nunc quoque Camera ac Bruxella, vel ex scheda Virginum Camerensium Teutonice conscripta compilasse hanc historiam. At falli &c. Vide Append. p. 757. col. 2.

c Augo Henriquez: eoque totum corpus circumligavit.

d Non ignorabat vir doctissimus, sanctitatem & gratiam a Deo sola dari; sed hoc solum rogabat, ut Deipara sibi ea auxilia gratiæ impetrare, quibus perfectam consequi sanctitatem posset.

e Quid hac sibi velint, haud capio.

f Nondum Colonia publica omnium artium academia erat; quæ demum anno 1388. 21. Junii ipsius Urbani VI. auctoritate erecta: antea tamen in multis Canonicorum collegiis & cœnobiis monachorum, scholæ fuerunt, ut l. 5. Academiar. scribit Jacobus Middendorpius.

Academia Coloniæ.

g Addit Henriquez: & teneute.

CAPUT II.

Vita B. Bonifacii in Episcopatu.

Episcopus creatur: a fratrum jactantia laudatur

7 POst hæc vocatus ad Cathedram Episcopalem, ipso nesciente: quod officium devote & cum humilitate suscipiens, *a* talentum a Domino sibi commissum multiplicans, semen verbi Dei longe lateque disperſit, & sic multorum corda rivulo suæ doctrinæ irrigata, mundano timori obnoxia, ipse, imo Dominus per ipsum, Creatori mancipavit: ex oratione manifesta, & concilio privato, & omni modo quo potuit, homines ad bona opera incitavit. De oppidis, de villis circumjacentibus, eunctis, qui ad ipsum causa consilii confluxerant, semper paratus fuit: omnibus autem in specula virtutum constitutus cœlibis vitæ formam bonis se exhibens. Quod docuit verbis, adimplevit operibus. Maxime solebat hominum malos mores in publico sermone redarguere. Longas fabulationes hominum invite audiebat: secularia verba vel sinistra de moribus hominum, vel silentio vel duro vultu a se removebat: omna tempus consummabat aut orando, aut legendo, aut scribendo, aut consulendo, aut confessiones audiendo, aut prædicaturus sibi providendo, aut alios instruendo: rarissime modicam horam diei præterut, quio aliquo teneretur prædicatorum. Quando servum habuit, qui secularia, vel turpia, vel inhonesta verba loquebatur, illum repulit a se.

malos & vanos sermones averſatur; eumque effugat

AUCT. ANONYMO, EX MSS.

8 Post hæc facta est quædam *b* guerra inter Dominum Papam & Imperatorem *c* Fredericum. Unde Dominus Papa vocavit ad concilium quosdam Episcopos, inter quos erat Episcopus Bonifacius: & secundum consilium Bonifacii & aliorum Episcoporum, data est in eum sententia excommunicationis: tunc Dominus Papa excommunicavit Fredericum. Cumque Fredericus *d* cognovisset se esse excommunicatum, congregavit ducentos milites, ut obsiderent civitatem, in qua erat Episcopus Bonifacius, & interficerent eum. Tunc egressus est Episcopus civitatem, nesciens quod ibi essent insidiæ, cum duobus tantum militibus: & egresso Episcopo de civitate, surrexerunt de insidiis, & occurrerunt ei adversarii, & manus injecerunt in eum, & ligaverunt ai manus post tergum, & projecerunt super equum, & abierunt. Tunc miles zelo Dei accensus, impetum fecit in adversarios tam graviter, quod nullus eorum audebat aliquid contradicere: & ipse miles convertit equum, in quo sedit Episcopus, & duxit in civitatem, & omnes adversarii ejus remanserunt extra civitatem quasi muti & flagellati a Deo, & ita liberavit Dominus servum suum.

D

b c

d

a militibus Friderici II. suo, exercitu excommunicati capitur,

miraculose liberatur

9 Semel fecit sermonem Sacerdotibus qui habebant uxores: at illi irati, congregati pariter, armati in quadam ecclesia, ubi cantabat Missam, venerunt, ut interficerent eum ibi ante altare. Et erat ibi quidam Frater de Ordine Fratrum Minorum, qui intelligens nequitiam eorum cœpit clamare, & omnis civitas occurrit liberans eum. Cumque vidisset, quod insidias & terrores & blasphemias & mala malorum hominum portare non poterat, perrexit Romam, postulans a Domino Papa, ut absolveret eum ab officio suo: qui renuit. Et Episcopus inquit: Non veniam illuc amplius, nec videbo civitatem illam. Cumque per annum integrum Papam super hac re molestaret, tandem victus ejus precibus, cessionem ejus suscepit, servato sibi honore pontificali. Cum consilio autem proborum virorum, alios duos Episcopatus offerens ei, rogabat ut ipsos accipere non recusaret: quos nimirum detestans recipere non acquievit, dicens se se jam debilem, & ad hoc opus minus idoneum.

E

a Sacerdotibus ad mortem petitus,

Episcopatum dimittit, Papa annuente

alios Episcopatus recusat

10 Tunc accessit ad orationem, orans & petens, ut Deus dignaretur ei dare locum aptum, in quo posset in pace & quiete, & absolute ab omni mundano respectu, reliquum tempus suum consummare. Tunc accepta licentia a Domino e Papa & Cardinalibus, arripuit viam. Qui reversus est ad patriam suam, & venit in civitatem Bruxellam, in qua natus fuit, revisens ibi cognatos suos. Deinde venit ad monasterium, quod dicitur Camera S. Mariæ, revisens etiam ibi conventum, & cognatas suas. Tunc accessit ad eum quædam monialis religiosa dicens ei: Hoc mandat vobis beata Virgo Maria, ut maneatis hic nobiscum; quia voluntas ejus est, & Filii ejus, ut reliquum tempus vitæ vestræ hic consummetis. His auditis acquievit verbis ejus, & Abbatissa & totus conventus susceperunt eum lato animo, & cum magna devotione & honore & reverentia, & mansit ibi reliquum tempus suum in magna pace & quiete.

e redit Bruxellam:

F

habitat Camerac.

a Licet renitens, inquit Henriq.

b Guerra bellum significat: a Germanico Werre, quod dissidium, simultatem, inimicitiam sonat: nads & Belgicum Weren, turbare, intricare, remundere. Lege Festum l. 2. de verbis formulis c. 8. Guerra.

c Fredericus II. plurimis a Sede Apostolica cumulatus beneficiis, adversus eam ingratissimus exstitit: multiplici deinde perfidia, perjuriisque, tæpi sum Saracenis pactiones, regni Hierosolymitani, Imperiique Constantinopolitani proditione; Episcoporum perfecutione, Ecclesiæ odio, aliisque scelcribus, quæ ex fide dignis auctibus describit ro. 13. Annal. Ecclesiast. doctissimus Odoricus Rainaldus, ob ea scelera, ab Honorio III & Gregorio IX. ac demum ab Innocentio IV. in concilio Lugdunensi 1. anno 1245. excommunicatus est. Fredericus II. Imperator.

d Quo cum furore instammatus fuerit, quid egerit, scripserit vel, an Matthæo Pariſio aliisque remanserat idem Rainaldus ad an. 1245. n. 52. & seqq.

a *Fuit*

AUCT. ANONYMO, EX MSS.

c *Fuit hic* Innocentius IV. *qui ſedit a 24. Jan. 1243. ad Decembr. 1254. Am. porro 1247. obtinuiſſe Bonifacium dimittendi epiſcopatus facultatem, ex eo patet, quod mox dicitur Cameræ oraſſe, cum Willelmus Cæſar Aquiſgranum capit Octobri menſe an. 1248.*

A

CAPUT III.

Vita B. Bonifacii poſt Epiſcopatum; miracula.

11 ECce pauca diximus, quæ geſſit in ſeculo; nunc vidramus quid Deus operatus eſt per eum in religione. Quidam Cardinalis ægrotabat Pariſius, & Magiſter Willelmus de Militon miniſtrabat ei, & ipſe infirmus jacebat expectans finem ſuum. Tunc dixit Magiſter Willelmus ſocius ſuis: Vado parum quieſcere, quia valde fatigatus ſum. Egreſſo illo, & aliis ingreſſis, ſtatim advenit Magiſter Bonifacius Epiſcopus cum magna luce, adducens ſecum Virginem pulcherrimam, ornatam monilibus; & ipſa Epiſcopus erat ornatus pontificalibus valde glorioſis: & Epiſcopus dixit ad infirmum: Domine, quid facitis, vel qualiter vos habetis? Qui reſpondit: Valde debilis ſum. Et ille digito ſuo fecit ſignum in fronte ſua, & manu ſua tergebat faciem ſuam, & pectus, & data benedictione ſtatim convaluit. Tunc interrogavit infirmus: Domine, quæ eſt iſta puella, quam adduxiſtis vobiſcum? Qui reſpondit: Hæc eſt S. Agnes: & viſio ſtatim evanuit, & ipſe ſurrexit ſanus, & pergebat ſanus viam ſuam.

Cardinalis ægrotantis apparet, cum S. Agnete,

eumque ſignat Crucis ſigno:

B

12 Poſt hæc venit in quodam loco, ubi erat juvenis obſeſſus a dæmonio, & ad orationem ejus & benedictionem liberatus eſt. Item quædam puella obſeſſa a dæmonio occorrebat ei, & ad benedictionem ejus liberata eſt ſtatim totaliter. Item quidam juvenis infirmus rogavit beatum ab eo; & data benedictione ſanatus eſt. Item quidam puer caducus rogavit ut confirmaret eum; qui ſtatim arreptus caduco morbo cecidit ad pedes ejus; & data benedictione, ſtatim ſurrexit ſanus. Item quædam puella arrepta ſubito gravi infirmitate, ita ut videbatur ei quod facies ejus deberet rumpi, & oculi ejus deberent cadere de capite ſuo. Tunc clamavit ad matrem ſuam, dicens, Mater, mater, ego morior: tunc accepit mater ſua capillos Epiſcopi Bonifacii, & ligavit ei ſuper faciem ſuam, & fecit eam parum dormire. & ſtatim ſurrexit ſana. Item quædam monialis graviter infirmabatur febribus, & ad benedictionem ejus ſanata eſt. Item quædam alia monialis ſimiliter valde infirmabatur a febre; & ipſa etiam ad benedictionem ejus convaluit.

benedictione ſanat duos energumenos a dæmone, epileptic. unum;

agrum, caſtelli a morte liberat;

febricitantem, benedictione:

C

13 Item quidam ſervus infirmabatur in monaſterio Cameræ S. Mariæ uſque ad mortem; qui ligatus erat a diabolo, quod non potuit peccata ſua dicere. Sed & Sacerdotes venerunt ad eum, & coegerunt eum, ut diceret peccata, nec valuit, & multum fatigati Sacerdotes nihil profecerunt. Tandem adductos eſt Epiſcopus Magiſter Bonifacius, qui dixit ei: Dic peccata tua: qui reſpondit: Non poſſum. Et Epiſcopus dixit: In infernum ibis, niſi dixeris peccata tua. At ille: Libentiſſime dicerem, ſi poſſem. Tunc Epiſcopus dixit ad Sacerdotem: Vade affer corpus Domini: & attulit. Tunc dixit Epiſcopus: Credis, quod hoc eſt vere corpus Chriſti, & quod ipſe eſt ſalus & liberatio tua? qui reſpondit: Credo, Domine. Tunc dixit Epiſcopus: Da illi corpus Domini: & ſic fecit; & ſtatim liberatus eſt, & fecit confeſſionem de omnibus peccatis ſuis, & ſtatim migravit ex hoc ſeculo. Et ſic multi liberati ſunt de variis tribulationibus, per ejus ſanctas orationes.

non valens, ſi peccata confiteri,

dari jubet Euchariſtiam; qui dein confeſſus, moritur.

a *Hanc appariticnem ex mſ. Rubeæ vallis retulimus ad 21. Jan. ubi de Miraculis S. Agnetis, poſt ejus Vitam.*

D

CAPUT IV.

B. Bonifacii viſiones, raptus, mors.

14 ITem tempore quo Rex *a* Willelmus Allamanniæ obſidebat civitatem *b* Aquenſem, erat Epiſcopus Magiſter Bonifacius apud *c* Cameram S. Mariæ in oratione, & vidit in ſpiritu militem armatum, albis armis indutum, ſedentem ſuper equum album, habentem lanceam in manu ſua; & alii milites ſequebantur eum eiſdem armis induti. Tunc cogitavit Epiſcopus in corde ſuo, dicens: Deus, quis eſt iſte? & quo iturus eſt? Tunc venit Angelus Domini, & reſpondit cogitationibus ſuis: Iſte eſt *d* S. Georgius, quem miſit Dominus in adjutorium Regis Willelmi, quia hodie obtinebit victoriam, & ipſe introducet Regem Willelmum in civitatem, & ita factum eſt.

a

b

c Guillelmi Imperatoris victoriam divinitus præſagit.

d

15 Quando *e* Rex Franciæ erat ultra mare contra Sarracenos & Paganos, ad defendendam ſanctam Hieruſalem & ſepulchrum Domini, erat Epiſcopus in oratione, & venit ei vox de cœlo dicens: Scias pro certo Regem Franciæ hodie tradi in manus gentium, & multos e populo ſuo occidendos, & reliquos duci captivos, & ita factum eſt.

e captivitatem Ludovici Regis.

E

16 Item quando *f* Comes Flandriæ Iniit duellum contra Hollandos, ſimiliter erat in oratione, *g* & venit ei vox de cœlo dicens: Scitote, quia Comes Flandriæ ducetur captivus, & maxima ſtrages fiet in populo ſuo, & ita factum eſt,

f

g Et Comitis Flandriæ.

17 Maximam compaſſionem habuit, & multum condoluit de perditione Ariſtotelis, & ſæpe oravit, ſi poſſet fieri, ut Deus dignaretur miſereri animæ ſuæ. Tunc venit vox de cœlo, dicens ei: Ceſſa, ceſſa jam, & noli orare pro anima ejus; quia non fundavit Eccleſiam meam, ſicut Petrus & Paulus, nec legem meam docuit.

jubetur ab orare pro Ariſtotele.

18 In octavis S. Joannis Baptiſtæ erat in magno deſiderio, & libenter accepiſſet aliquam conſolationem a Beata Virgine: tunc apparuit ei beata Virgo Maria Regina cœli, habens coronam in capite ſuo, & pallium auro textum, & veſtimenta variis coloribus adornata, ad-docros ſecum conventum Virginum, & ipſæ Virgines erant ornatæ monilibus & cœleſtibus ornamentis; & venerunt quaſi ad viſitandum eum, & ſederunt in una parte lectuli ſui; & S. Joannes Baptiſta venit etiam valde glorioſus, & erat indutus veſtibus candidiſſimis, & ipſe S. Joannes ſedebat in alia parte lectuli ſui: & ſedebant ibi

viſitatur a B. Virg. cui multis Virginibus & S. Joan. Baptiſta.

F

per totam noctem, & poſtea receſſerunt.

19 Semel erat in magna tribulatione & timore de peccatis, timens ne Deus indulſiſſet ei peccata ſua: tunc apparuerunt ei duæ Virgines quaſi miſſæ ſibi a Deo, quarum una habens chartulam parcamenti in manu ſua, quæ dixit ei: Lege quod hic ſcriptus habetur. Et ille accepit chartulam, dicens: Non poſſum legere, quia nulla littera ſcriptus habetur. Et illa dixit: Sic deleta ſunt omnia peccata tua, in conſpectu Dei; & ſtatim diſceſſerunt.

tollitur peccata ſibi miſſa dimiſſa.

20 Semel cantavit Miſſam, & quædam religioſa, cui bene credendum eſt, vidit duos Angelos: unus eorum ſtetit ad dexteram ejus, & alius ad ſiniſtram ejus, & leverunt manus ejus, *h* & ſimiliter depoſuerunt, & miniſtrabant ei, & valde amicabiliter inclinave ruot capita ſua ad eum.

celebrat Angelis miniſtrantibus:

h

21 Semel valde debilis erat in nocte Natalis Domini, & non potuit venire ad matutinos, ſed remanſit ſuper lectum ſuum. Tunc valde contriſtabatur, & conqueſtus eſt beatæ Virgini Mariæ, quod ibi ſolus eſſet. Cui ſtatim apparuit beata Virgo Maria, portans in brachiis ſuis Filium ſuum involutum panniculis, & poſuit eum ſuper lectum ſuum: & ipſe infans extraxit manum de panniculis ſuis, & levavit pannum de facie ſua, quaſi oſtendens ei pulchritudinem faciei ſuæ. Tunc Epiſcopus valde

ægro aſſiſtit a B. Virg. Filiolum.

dele-

A delectabatur, & jucundabatur in pulchritudine ejus, & admirans dixit: Si nihil aliud eſſet in paradiſo, niſi illa facies benedicta, dignum eſſet pati omne quod triſte eſt, ut poſſet videri facies illa gloriosa.

hujus pulchritudinem ſanctus ſpectat

22 Semel erat in oratione, & raptus eſt in ſpiritu, & ductus eſt in Paradiſum, & vidit Cherubim quomodo accenduntur & ardent: & poſtea ductus eſt in ſingulis choris Angelorum, & Prophetarum; & vidit dignitates eorum: poſtea venit ad chorum Apoſtolorum, qui erant primi fundatores Eccleſiæ Dei; & eorum dignitates vidit & gloriam. Deinde venit ad choros Martyrum, qui erant fortes in bello, & ſanguine ſuo ornaverant Eccleſiam Dei; eorum etiam dignitates vidit & gloriam. Poſtea venit ad chorum Confeſſorum, qui ſuſtentabant Eccleſiam Dei verbo & exemplo; eorum etiam gloriam vidit. Poſtea venit ad chorum Virginum, quæ ſequuntur Agnum quocumque ierit; & eorum gloriam vidit & dignitates, & valde delectabatur in gloriam eorum. Poſtremum ductus eſt ad beatam Virginem Mariam, & vidit quo honore & reverentia & dignitate honoratur a Filio ſuo & ab omnibus Sanctis. Ad ultimum venit ante Majeſtatem Dei, ibi vidit Filium in Patre, & Patrem in Filio, Spiritum ſanctum ab utroque procedentem; & quomodo Deus eſt in Sanctis ſuis, & omnes Sancti in Deo. De illa gloria, & unione, & dignitate, & reverentia melius B eſt tacere, quam aliquid dicere; quia quidquid poteſt inde dici, nihil eſt ad id quod eſt.

in ſpiritu intuetur ſingulos ordines SS. & gloriâ,

ac SS. Trinitatem:

23 Quandocumque veniebat inter Religioſos & Religioſas, ſicut cera liqueſcit ad ignem, ita liquefiebat ea devotione & divina gratia. Poſt hæc decidit in magnam ægritudinem, ita quod amiſit vires manuum ſuarum, & vix potuit levare manum ſuam ad os ſuum, & tamen ex magno deſiderio non potuit durare quin celebraret Miſſam. Unde ſæpe oſtenſum eſt, quod Angeli Dei adjuvarent eum, ſicut ſupra dictum eſt.

deficiente Religioſorum conſortio

ægre celebrat, Angelis ſæpe ipſi tum ſervire

notat Evangelium, profitetur fidem:

24 Semel tenuit textum Evangelii ſecundum Joannem in manu ſua, & amplexatus eſt librum, dicens: Hæc didici, in his vixi, & in his credo, & ſpero, & deſidero mori; & ita factum eſt. Igitur Bonifacius Pontifex, poſtquam Sedem pontificalem Lauſanenſis Eccleſiæ annis decem rexiſſet, venit ad monaſterium quod dicitur Camera S. Mariæ, ibique vixit annis octodecim, & ea hac luce ſubtractus, ad æterni regni ſedem eſt feliciter tranſlatus, plenus dierum & ſanctitate.

pie moritur.

a *Cum Henricus Thurlagia Loudgravius, Frederico abdicato, a Germaniæ Imperatore, probante Innocentio Papa, electus an. 1246 17. Maii, die Aſcenſionis; an. ſequenti, 16. Febr. obiiſſet, ſubrogatus eſt Wilhelmus 11. Hollandiæ Comes, adnitentibus potiſſimum Petro Capocio Cardinale Pontificis legato, & Henrico VI. Brabantiæ Duce ipſius Wilhelmi avunculo, feria quinta (ut habet Stadenſis) poſt feſtum S. Michaelis, quod eo an. incidebat in Dominicam, ergo die 1. Octob. Ad Joannem a Leidis Chron. Belg. l. 23. c. 3. ſcribit ipſo feſto S. Michaelis electum.*

Wilhelmus Comes Hollandiæ Imp.

C

b *Wilhelmus an. 1245. Aquiſgranum, quod valide Frederici & filii ejus Conradi præſidio tenebatur, menſe Majo obſedit, multiſque malis, præſertim inedia, domuit, cepit 31. Octobr. ac poſtridie ibidem Rex coronatus eſt. Ita Matthæus Pariſius; Rainaldus eo an. n. 14. Joannis a Leidis l. 23. c. 8. & 9. Alii an. 1249. id factum volunt, Bzovius 1250.*

Aquiſgranum capit,

c *Ibidem vivebat ſancta Virgo Aleydis a Scarembeca, quæ cum lepra laboraret, ſejuncta propterea a reliquarum Virginum habitatione; eo tempore dexterum oculum amiſit; atque cum nulla patens cauſſa (ut dicitur in ejus Vita, quam dabimus 11. Junii) quare hujuſmodi paretetos, in ea poſſet repetiti, hujus amiſſionis titulum novo Regi, qui ruoc Aquenſem obſedit civitatem, aſſumpſit ad ſubſidium: ut dictum Regem verus Pater lumioem veræ cognitionis oculo, ... dignaretur illuſtrare &c.*

B. Aleydis de Scarembeca poſito oculo

d *De S. Georgii miraculis & Imaginibus, agemus ad ejus Vitam 23. Aprili.*

e *S. Ludovicus Francia Rex an. 1248. expeditionem adverſus Saracenos ſuſcepit, captoque Peluſio, & multis relatis victoriis, tandem anno 1250. exercitu morbis, inedia, ac laboribus miram in modum imminuto, victus prælio eſt captuſque, ut Rainaldus ad an. 1250. n. 4. refert, & nos ad 25. Aug. in ſanctii Regis Vita dicemus.*

S. Ludovicus R. capitur,

f *Laborante Henrico Brabantiæ Duce; ut Flandria Comitiſſam Margaritam, ac filios ejus, Wilhelmo Regi reconciliares, indicto in eam rem viridario colloquio Antuerpiæ quo & ipſe Wilhelmus venit; interea Margarita juſſa Walachriam, inſulam Zelandicam, numeroſiſſimo exercitu invadunt Flandriæ. Verum a Florentio Wilhelmi Regis fratre, 4. Jul. an. 1253. ad Weſtcapellam proſligati ſunt, plurimi cæſi, merſi, captiſ, atque inter hos Guidemo & Joanne Margaritæ filiis. De hac Flandrorum clade egunt omnes noſtrates hiſtorici; Joannes a Leidis l. 23. cap. 23. Meyerus l. 9. Horanus in Henrico VI. Duce, Barlandus de Principibus Hollandiæ c. 18. Matthæus Veſſanus l. 3. Annal. Joannes Buzelinus noſter l. 6 Annal. breviter hæc perſtringit, Margaritæ favens. Joan. a Leidis contra mirifice Flandrorum cladem emphaſitas; alii unum 30. millia bellatorum cæſa, 5000. aquis abſorpta, 5000. in captivitatem redacta. Albertus Stadenſis ſcribit, Regem plurimos occidiſſe, & innumeros captivaſſe, & multam inde pecuniam conquiſiviſſe. Matthæus Pariſius ait, hominum bellatorum pluſquam quadraginta millia cæſi interempta.*

Flandrorum clades ab Scriptis deſcripta,

AUCT. ANONYMO, EX MSS. D

g *Idem refert Cantipratanus l. 2. Ap. cap. 2 nu. 4. Antequam in Walachria ſub Rege Willelmo moderatore Romanorum, a Comite Florentio & Zelandenſibus Flamingorum exercitus ſterneretur, ortanti cuidam pro dicta gente, id eſt, pro Flamingis, in oratione reſponſum eſt: Sine ſuperbos humiliari. Quod tertio poſt die factum ioſpeximus. Hæc parvo a. Bonifacio fuiſſe revelata, audivit Joannes Gerbrandus a Leidis l. 23. c. 24. ita ſcribens: Porro antequam Flandrenſis populus ad prædictum certamen ſterneret, Bonifacio Epiſcopo Loſanenſi pro dicta gente Flandrenſi in oratione conſtituto, venit vox de cœlo dicens: Elati deprimentur, & ſuperbos oportet humiliari: & ſcitote, quia filios Flandrenſis docetur captivus, & maxima in Flandria ſtrages fiet. Et eodem contigit, quo dictum eſt, modo.*

B. Bonifacio vox relata & addita,

E

h *Addit Henrig. c. 7. §. 1. quæ ipſe præ animis corporis fragilitate & debilitate ſatendere aut elevare non valebat. Verum unde id accepit?*

ALIA VITA

auctore anonymo Canonico reg.

ex Mſſ. Corſendonciano & Rubea vallis.

PROLOGUS AUCTORIS.

1 MIrabilia Divinorum operum humano generi fide ſemper integra eſſe ſuſcipienda, & devota glorificatione narranda, Scriptura ſancta commonemur, & Angelo ſancto hoc ipſum Tobiæ ſancto præcipiente, didicimur. Plurima tamen, quæ per ſemetipſum Chriſti potentia efficit, aut per Sanctos ſuos mundo in exemplum poſitos operatur, propterea noſtro tempore minus interdum nota & clara habentur, quia ea quæ in admirationem ſui & etiam in imitationem ſua magnitudine nos promovent, non tam rerum ignorantia, quam animi deſidia, futuræ poſt nos ætati ſcribendo tranſmittere diſſimulamus. Qua in re longe eſt noſtra quam majorum noſtrorum, tum manifeſtior, tum inexcuſabilior culpa: ut notam criminis merito ſuſtinere cogamur, ſi geſta Sanctorum, quæ ad noſtram potuerunt pervenire notitiam, poſterorum ſcientiæ deperire ſinamus. Licet enim beata vita Sanctorum apud omnipotentem Deum æternaliter maneat, & eorum nomina liber vitæ ſine oblivione contineat; non parum tamen noſtro, & noſtrum ſucceſſorum profectui ſuccedere credimus, ſi eorum merita ſæpius mente revolvamus, actuſque verbis & ſcriptis commemoremus.

Tob. 12. 7.

Geſta SS. meritanda

F

2 Quapropter quædam de vita, & moribus venerabilis ac Deo digni Bonifacii, felicis memoriæ, quondam Lauſanenſis Epiſcopi, per literarum apices ſuæ vitæ exemplar affectanti duxi commemoranda; ut quamvis abſens ſit corporali præſentia, tamen præſens ſuarum virtutum ſit ſemper memoria. Neque me præſumptive corrigendi ejus operis, cui majorum ſtudia ceſſerunt, æſtimet quis auctoritatem ſumere, neque arroganter nomen condendæ ſcripturæ a lectoribus operam adhibere: ſed quod in principio poſui, perpendo, quod opera Dei ſecundum Scripturam glorioſum ſit enarrare, &

Idco Auctor hanc Vitam ſcribit.

a

San-

AUCT. ANONYMO, EX MSS.

Sanctorum geſta ætati poſt nos futuræ declarate. Quippe ego in hoc opere ſuſcipiendo, Sancti ipſius de quo plano ac ſimplici ſtylo loqui ac ſcribere geſtio, plurimum confidens meritis, cum auxilio Dei, cui totum quod poſſum debeo, non leviter moveor, neque rumuſculos, vel præjudicia quorumlibet mihi fore magni pendenda exiſtimo, habituros, ſi res bene ceſſerit, apud benevolos veritatis ac fidei teſtimonium.

a *Ueſſ.* magiſtram. *Nam vulgo legere philoſophiam aut Theologiam dicitur præſertim in cœnobiis, qui eas artes docent, iidemque Lectores appellantur.*

b *Poſt Prologum ſequebatur index capitum, quorum titulos ſingulis locis præfixos, ſuis locis exponemus.*

CAPUT I.

B. Bonifacii vita ante epiſcopatum.

a Bonifacius Bruxellenſis

Cujus virtutes & doctrina divulgatus motui præſtitit.

3 a VEnerabilis igitur Chriſti athleta Bonifacius Epiſcopus, ex pago Brabantenſi, & nobili civitate Bruxellenſi, patre ac matre religioſis, originem duxit. Quem cum genitrix ejus geſtaret in utero, pergens quadam die ad matutinas, obvium habuit ſenem venerandæ canitiei, vultum præferentem Angelicum, qui taliter eam affatur: Concepiſti partum glorioſum, qui acceptus erit Deo & Sanctis ejus ac hominibus, & in doctrina magnus atque honoratus. Quibus dictis ſtatim ab oculis ejus ſublatus eſt. Poſt hæc tempus advenit pariendi, B peperitque filium, quem appellavit Boniſacium.

In pueritia animi ea ſtos,

4 Crevit autem puer, ac proficiebat ætate & gratia apud Deum & homines. Floruit autem ac tantum prævaluit in eo pudicitiæ virtus, & caſtimoniæ puritas; ut cum matet aut avia, aut nutrix eum deoſcularetur, ſtatim veſte detergeret, aut aqua abluere os ſuum in ſignum futuræ ſuæ mundiciæ mentalis. Hic cum eſſet quinquennis, a matre poſitus eſt ad ſtudium litterarum: qui licet adhuc ævo tener, diverſa tamen futuræ beatitudinis tunc prætendebat argumenta. Divina ſiquidem munificentia præſtiterat ei ſenſum capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, gratiam in converſatione, & efficaciam in opere: humilis magiſtrorum erat auditor, & quæ a præceptoribus aure hauſerat, in pectoris armariolo tenaciter recondebat crebroque revolvebat. Tam innocens cum adoleſcentulis, cum quibus puerilia capiebat rudimenta, inventus eſt, quam ab illecebris, quibus juvenilis ætas plerumque laſcivire ſolet, extitit immunis: & ſicut mundus & immaculatus exivit de utero matris ſuæ, ſic mundus & immaculatus a carnalibus C vitiis remanſit, uſque ad diem mortis ſuæ.

quinquennis imbuitur litteris,

fugit pueriles indoles

b mittitur Pariſios

5 b Cum autem attigiſſet annum decimumſeptimum, perrexit Pariſios; ibique adeo proficiebat in ſcientia & doctrina, donec effectus eſt magnus & honoratus: denique ſicut præcedebat omnes ſocios ſuos in ſtudii fervore, ita præire meruit in honore. Triginta annis perſeveravit Pariſiis, in ſeptem liberalibus artibus nobiliter inſtructus: quo tempore quoque & alios ſagaciter erudivit.

ubi ſanctæ vixerit

Verum omni conamine ſtudebat Chriſto vivere, eratque in humilitate profuſus, in vigiliis ſedulus, in oratione devotus, in doctrina præcipuus, in locutione cautus, in converſatione ſanctiſſimus, & in tribulatione fortiſſimus, corrigendis defectibus ſollicitus, contra hæreticos & incredulos ſæviſſimus, in fide Catholica conſtantiſſimus, ſemper abhorrens otium: feſtiſque diebus erat aut ſtudens, aut orans in eccleſia.

c

ſit Sacerdos

6 c Videns itaque Divina pietas ſervum ſuum proficere de virtute in virtutem, decrevit eum ſuo charactere abundantius inſignire. Vir igitur Dei, decore virtutum non minime adornatus, ſacros ordines ſuſcipiens ad ſacerdotii gradum provehi meruit: qui magno officio obligatum ſe ſentiens, devote fideliterque ſacerdotii jura exercuit. Inerat proinde ſibi tanta gratia compunctionis, ut numquam Miſſam celebraret ſine lacrymis: corpus quoque ſuum caſtigavit vigiliis, ac jejuniis, ac diverſis abſtinentiis, oe laſciviret, & ſic eum a ſalubri ſuo propoſito impediret. Ut autem taceam de cilicio, quo ſemper utebatur ad carnem, vinculo othilominus ferreo ſtringebat valide ſuum ventrem: qui eum, neſcio qua de cauſſa, vinculum hoc portare minime potuit, deponere curavit, & pro eo emgulum de pilis equorum cum multis nodis compactum commutavit, & illud multo tempore portavit. D

proficiens meritis diebus

7 Cum autem circa finem triginta annorum, quibus ſtetit Pariſiis, legiſſet ſeptem annis in cathedra Theologiæ, dncens ac diſputans cum magno honore & reverentia, contigit oriri diſſenſionem inter Magiſtros & ſcholares: unde factum eſt, ut contemnerent more ſolito venire ad lectionem. Quapropter inde diſceſſit, & venit ad civitatem Colonienſem, quæ Agrippina dicitur, & ibi receptus eſt cum honore, & ad cathedram ſcholaſticam vocatus, in qua ſedit annis duobus.

docet Theologiam Pariſiis,

dein Coloniæ

a *In MS.* de ortu & pueritia ejus. Capitul. 1.
b *MS.* Quomodo bona indolis fuit in adoleſcentia. Cap. 2.
c *MS.* Quomodo ſe habuit in ſtatu ſacerdotali. Cap. 3.

CAPUT II. E

B. Bonifacii vita in epiſcopatu.

a

ſit Epiſcopus

8 a TAndem aliquando placuit Domino dicere ei, Amice, aſcende ſuperius; vocatuſque eſt poſt hæc ad Cathedram epiſcopalem. Quod officium devota & humiliter ſuſcipiens, talentum a Deo ſibi creditum multiplicare curavit, ſemen verbi Divini longe lateque ſpargendo, & fidelium corda doctrinæ ſuæ rivulis irrigando, & ea, quæ timori mundano obnoxia reperit, ipſe Domini timore ſubjugavit, ex ratione manifeſta, & conſilio privato, & omni modo quo potuit, homines ad bona opera incitavit. De oppidis & villis, propinquis ſive longinquis, cunctis, qui ad ipſum cauſſa conſilii confluerant ſemper paratus: Omnibus in ſpecula virtutum conſtitutus cœlibi vitæ formam ſeipſum exhibuit. Quod enim docuit verbis, prius implevit operibus: unde factum eſt, ut merito etymologiam nominis ſui operibus præferens, dignus appareret Lauſanenſis Antiſtes.

prædicat & ſanctam terram gerit

Longas fabulationes hominum invite audiebat, ſeculares, ſeu detractoria verba, aut ſilentio, aut vultu auſtero, quieſcere faciebat. Quando ſervum habuit ſeculares verba aut turpia aut inhoneſta verba loqui aſſuetum, hunc continuo repulit a ſe, non patiens tantum malum honeſtæ ſuæ familiæ irrepere. Omne tempus ſuum occupabat aut ſcribendo, aut orando, aut ſtudendo, aut alios inſtruendo, aut confeſſiones audiendo: rariſſima vel modicam horam diei prætetit, quin aliquo teneretur prædictorum.

averſatur detractiones, F

& turpiloquia

b

luxuriæ libidinem Sacerdotii

9 b Conſuetudinem habuit pravos hominum mores in publico ſermone redarguere, ut ex hoc confunderentur & pœniterent. Denique ſemel fecit ſermonem Sacerdotibus c focariſtis, in conventu autem, de his quæ concernebant correctionem ipſorum: qui commoti pariter conglomerabantur, & irrompentes eccleſiam, in qua vir Dei Miſſam cantabat, ſunt conati interficere eum ante altare. Quod videns Frater quidam de Ordine Minorum, clamare cœpit, & ſtatim occurrit populus civitatis, liberans eum de manibus ipſorum.

c

qui eum tentare audebat

10 Cumque videret, quod inſidias & terrores, atque blaſphemias, & cetera mala pravorum hominum portare non poſſet, perrexit ad Dominum Papam, inſtantes, poſtulans, ut eum ſupportaret ab hujuſcemodi onere: quod Ille nimium facere diſtulit, ſciens eum neceſſarium eſſe populo, cui Paſtor erat deputatus. Et Epiſcopus, Non veniam, inquit, illuc amplius, nec vi-

deſperat ſanctæ ſuæ epiſcopatus,

debo

A debo civitatem illam. Cumque per annum integrum Papæ ſuper hac re fuiſſet moleſtus, tandem victus ejus precibus ceſſationem ipſius ſuſcepit, ſervato ſibi honore Pontificali: cum conſilio tamen proborum virorum alios duos Epiſcopatus obtulit eidem Apoſtolicus, rogando, ut eos accipere non recuſaret. Qui omnino renuens ipſos accipere, non acquievit, aſſerens ſe ætate defectum, & ad hoc opus minus idoneum. Tunc acceſſit ad orationem, petens ut Deus dignaretur ei providere locum aptum, in quo poſſet quiete, & abſolute ab omni ſtrepitu mundano, reliquum tempus ſuum deducere. Accepta proinde licentia a Domino Papa, & Cardinalibus, venit ad civitatem ſuam nativam Bruxellam, revifere parentes ſuos & amicos.

Papa tandem annuere, ut ſit abbas.

alius epiſcopatus oblatus.

redit Bruxellam

15 Porro antequam ad cetera ejus acta virtuoſa declaranda deſcendamus, non abs re eſt, imo materiæ conſonum, commemorare injuriam & contumeliam alteram viro Dei in epiſcopio ſuo irrogatam. Facta eſt ſiquidem aliquando diſſenſio inter Dominum Papam & Imperatorem Fredericum hujus nominis ſecundum: unde contigit eumdem Papam ad concilium vocare quoſdam Epiſcopos, de quorum numero extitit Bonifacius Præſul. Habito igitur diligenti tractatu, & omnibus conſideratis, juxta decretum ejuſdem Bonifacii & aliorum Epiſcoporum, data eſt in Imperatorem ſententia excommunicationis. Quam ille ægre ferens, miſit ducentos milites, ut circumdarent civitatem, in qua erat Bonifacius Epiſcopus, & interficerent eum quacunque verſum egredientem. Contigit autem ea tempeſtate divertere eum extra urbem cum duobus tantum militibus, quia ignorabat, quod ibi latenter inſidiæ: qui cum egreſſus fuiſſet, hi qui erant in inſidiis viſo Epiſcopo ſurrexerunt, & manus jecerunt in eum, ac ligaverunt ei manus poſt tergum, & projecerunt eum ſuper equum ſuum, & abierunt. Tunc miles unus de comitibus viri Dei, zelo accenſus, impetum fecit in adverſarios tam graviter, quod nullus eorum auderet contraire: ipſe vero miles convertit equum, in quo ſedit Epiſcopus, & duxit eum in civitatem, & omnes adverſarii ejus remanſerunt foris quaſi muti, & flagellati a Deo: & ita liberavit Deus ſervum ſuum denuo ab hoſtium inſidiis.

interdict. Concilio contra Fredericum II. imp.

ab hujus excommunicati ſententia ſe miſerabiliter coprehi.

nullus militi viri Dei reſiſtere audet.

a *MS.* Quomodo ſe habuit in ſtatu epiſcopali. Cap. 4.

b *MS.* Qualiter adverſa pertulit propter veritatem & juſtitiam. Cap. 5.

c Focariæ *olim dicta concubinæ, ut patet ex* L. ſi ancillam. a. C. de donat. inter virum & uxorem. *Focariſta hic appellantur, qui concubinas alebant, ut etiam expreſſe prior Vita cap. 2. an. 9.*

Focariſta.

C CAPUT III.

B. Bonifatii viſiones, & apparitiones.

16 a CUmque tandem libet ab officio Epiſcopali, natale ſolum euraſſet reviſere, divertit aliquanto tempore elapſo ad monaſterium monialium Ciſtercienſis ordinis, de Camera B. Mariæ, quod ſitum eſt juxta civitatem Bruxellenſem ad meridiem, viſitans ibi conventum & conſanguineas ſuas. Eo tempore acceſſit ad eum quædam religioſa monialis de couventu, & dixit ad eum: Hæc mandat vobis Mater Dei gloriosa Virgo Maria, ut maneatis hic nobiſcum; quia voluntas ejus eſt, & Filii ipſius, ut reliquum tempus vitæ noſtræ hic tranſigere debeatis. Quibus auditis acquievit placito: ſed & Abbatiſſa, cum toto conventu, ſuſcepit eum lætanter & eum magna devotione ac reverentia: manſitq; ibi omni tempore vitæ ſuæ, vacans Deo & ſibi, in magna pacu & quiete.

B. Maria monita admonetur in cœnobio Camerenſi

17 Semel cantavit Miſſam ea devotione, qua ſolitus erat; cum ecce quædam religioſa, cui bene credendum eſt, vidit duos Angelos, quorum unus ſtetit a dextris viri Dei, & alius a ſiniſtris, & leva verunt manus ejus pariſſor-

Angeli ſacrum celebrantis aſſiſtunt;

miter, ac ſimiliter depoſuerunt: & ita miniſtrabant ei, ac valde amicabiliter incliuabant capita ſua ad eum.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

14 Quidam Cardinalis ægrotabat Pariſiis uſque ad mortem, & magiſter Guilielmus de Militon miniſtrabat ei, qui ait ſociis ſuis: Vado parum quieſcere, quia valde fatigatus ſum. Et egreſſo eo, confeſtim in viſione apparuit venerabilis Bonifacius ipſi infirmo, pontificalibus inſigniter adornatus, adducens ſecum quamdam Virginem pulcherrimam, monilibus decentiſſime redimitam. Ait autem Bonifacius ad infirmum: Domine, quid facitis, & quomodo habetis? Qui reſpondit: Valde debilis ſum. At Epiſcopus ſignavit digito frontem ejus, & manu ſua terſit faciem & pectus ipſius, atque ita data benedictione ſtatim convaluit. Interea interrogante infirmo, quæ eſſet iſta puella, reſpondit Epiſcopus: Hæc eſt S. Agnes. Et ſtatim viſio diſparuit.

apparet S. Agnete Cardinali ægro, cuno q. ſanat.

15 b Tempore quo Guilielmus Rex Alemaniæ obſidebat civitatem Aquenſem, erat vir beatus Bonifacius apud Cameram S. Mariæ in oratione, & vidit in ſpiritu militem quemdam armis albis indutum, ſedentem ſuper equum album, & in manu ſua lanceam geſtantem; & alii milites ſequebantur eum ſimili modo armati. Tunc dixit Epiſcopus in corde ſuo: Domine Deus, quis eſt iſte, & quo iturus eſt? Cui reſpondit Angelus Domini, dicens: Iſte eſt S. Georgius, quem miſit Deus in adjutorium Regis Guilielmi, quia hodie obtinebit victoriam, quod ita contigiſſe veraciter repertum eſt.

b

ipſum prædixit obſeſſis Regi Gotthiſmi.

E

16 Item eo tempore, quo Comes Flandriæ iniit bellum contra Hollandinos, erat ſimiliter vir Dei in oratione, & venit ei vox de cœlo, dicens: Scitu quoniam Comes Flandriæ ducetur captivus, & maxima ſtrages fiet in populo ejus: cujus dicti firmitatem poſtmodum ipſa quoque res veritas comprobavit.

item eodem Comitis Flandriæ;

17 Semel erat in magna tribulatione, & timore pro peccatis ſuis, recogitans ſi Dominus Deus indulſiſſet ſibi omnia delicta: tunc apparuerunt ei duæ Virgines ſpecioſæ, miſſæ a Deo, quarum una, habens chartulam Pergameni in manu ſua, ita eum affatur, Lege, ait, quod hic ſcriptum continetur. Accipiens autem Epiſcopus chartulam, & nihil in ea ſcriptum reperiens, ait ad eam: Non poſſum legere, quia nihil intus habetur. Tunc illa intulit, Sic, inquit, ſunt omnia peccata tua deleta in cõſpectu Dei, nec aliquid horum remanet in conſcientia tua.

in viſione peccata ſua deleta eſſe intelligit;

18 Maximam compaſſionem habuit vir iſte ſanctus eum anima Ariſtotelis, & multum doluit de perditione illius, ſæpiuſque oravit, ut ſi fieri poſſit, Deus ejus miſereri dignaretur. Quadam itaque vice audivit vocem de cœlo dicentem ſibi: Ceſſa pro anima illius orare, quia non ædificavit Eccleſiam meam, ſicut Petrus & Paulus, nec legem meam docuit. Quod ille audiens, ac dolens, de cetero ceſſavit.

orationi orare pro anima Ariſtotelis;

F

19 c Quadam vice erat vir Dei in magno deſiderio videndi Dei genitricem gloriosam Virginem Mariam: quæ pio ejus voto ſatisfaciens apparuit eidem jacenti in lectulo ſuo. Quam ut vidit, ſtatim deſiliens cecidit ad pedes ipſius, dicens: domina mea ſanctifica me. At illa benigne annuens, reſpondit: Et ſanctificavi, & iterum ſanctificabo; quo dicto viſio illa diſparuit, nec pro tunc ampliorem ſui copiam præbuit.

c

videt B. Virginem;

20 Alia vice in octavis S. Joannis Baptiſtæ, erat in magno deſiderio accipiendi aliquam conſolationem ab ipſa beata Virgine: quæ ſtatim apparuit ei coronata mirifice, & auro ſeatis palliata, ac aliis veſtibus multiceloribus decentiſſime adornata, adducens ſecum conventum Virginum, quæ & ipſæ fuerant ornatæ veſtibus ac monilibus pretioſis; quæ omnes venerarit ad viſitandum Epiſcopum, & erant ſedentes in una parte lectuli ejus. Sed & S. Joannes Baptiſta advenit valde glorioſus, veſtibus candidiſſimis infiguitus, ſeditque in altera parte lectuli viri Dei. Quis autem æſtimare poterit, nedum effari, quanta conſolatione repletus ſit in

item alias cum multis Virginibus, & S. Joan. Baptiſta;

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

viſitatione & allocutione talis ac tantæ ſocietatis? Cumque apud eum ſediſſent tota nocte illa, facto mane receſſerunt.

A

Iterum alius cum Talento,

22 Semel vir Dei erat valde debilis in nocte natalis Domini, adeo ut non poſſet intereſſe officio matutinali; unde de hoc valde contriſtabatur, & fecit querimoniam gloriosæ Dei Genitricis Mariæ. Cui confeſtim B. Virgo apparuit, geſtans in ulnis dilectiſſimum filium ſuum involutum paniculis, & poſuit eum ſupra beati viri lectulum. Ipſe autem infans manum extraxit ex faſcia, & levavit panniculum a facie ſua, oſtendens Epiſcopo pulchritudinem vultus ſui. At ille miro modo delectatus eſt videns, & eo amplius admirabatur; ita ut poſtmodum diceret ſuis familiaribus: Si nihil aliud eſſet in paradiſo, niſi facies iſta gloriosa, utique dignum eſſet pati omne quod triſte putatur, ut videri poſſit illa benedicta facies in gloria ſua.

ejus qualitas admirando pulchritudine;

d In ſpiritu vidit SS. gloriam, & ordines Angelorum;

d 23 Exiſtens quadam die vir iſte ſanctus in oratione, captus eſt in ſpiritu: & cum ductus eſſet in paradiſum cœleſtem, vidit ibi Seraphim quomodo accenduntur & ardent, Cherubim quomodo illuminantur & lucent: dehinc venit ad ſingulos choros Angelorum, & vidit ordines & miniſteria eorum: poſtea eſt ductus ad cœtus Patriarcharum & Prophetarum, ubi contemplatus eſt dignitates eorum: dehinc venit ad chorum Apoſtolorum, qui ſanguine ſuo fundaverunt Eccleſiam Catholicam, quorum præeminentiam vidit & gloriam; deinde venit ad Martyrum cæcecitum, qui Eccleſiam Dei ſuis paſſionibus ornaverunt, quorum etiam conſpexit honorem & decorem: venit etiam poſtmodum ad conventum Confeſſorum, qui ſuſtentaverunt Eccleſiam Chriſti verbo & exemplo, & eorum quoque intuitus eſt excellentiam: præterea veniens ad cœntubeenium Virginum, vidit quomodo ſequebantur Agnum, quocumque ierit; quantum gloriam & decorem intuitus, mirifice delectabatur. Poſt hæc ductus eſt ad beatam & gloriosam Virginem Virginum Reginam, & vidit quali honore & reverentia ac dignitate colitur a Filio ſuo dilecto, & ab omnibus Sanctis præfatis. Ad ultimum venit ante thronum majeſtatis Dei in excelſis, ubi vidit Filium in Patre & Patrem in Filio ineffabiliter exiſtentem: Spiritum quoque ſanctum ab utroque mirabiliter procedentem: poſtremo vidit quomodo Deus eſt in ſuis Sanctis habitans, & requieſcens in illis, & quomodo e converſo ipſi manent in eo. Qua viſione intantum ædificatus extitit & accenſus, ut toto corde ad cœleſtia intentus, eorum conſors eſſe laboraret, quorum tam excellentem gloriam, felici lutuitu, ſpecifice conſpexerat.

B

a MS. De revelationibus factis aliis de ipſo. Capit. 6.
b MS. De revelationibus ſibi oſtenſis. Cap. 7.
C c MS. Quomodo Beata Virgo Maria eidem apparuit. Cap. 8.
d MS. Quomodo in extaſi factus, perambularit omnes choros Angelorum & Sanctorum. Cap. 9.

CAPUT IV.

B. Bonifacii miracula.

a

capilli ejus ægrum ſanant;

24 a MIrificis ac variis prodigiis & ſignis Dominus Sanctum ſuum glorificare dignatus eſt, etiam in hac vita. Quadam namque puella, infirmitate ſubita præoccupata, gravabatur uſque ad mortem, adeo ut videretur ſibi quod facies ſua rumpi deberet, & oculi de capite proſilire, clamavitque doloroſe ad matrem ſuam, & dixit: Mater, eu morior. Tunc accepit mater ejus de tonſione capillorum Bonifacii Epiſcopi, atque ligans ſuper faciem filiæ ſuæ, fecit eam dormire paullum: quæ tandem experrecta, ſurrexit incolumis & ſana.

benedictio ejus energumenum liberat;

24 Venit aliquando vir Dei ad quemdam locum, ubi erat juvenis obſeſſus a dæmonio: qui facta oratione benedixit eum, & liberatus eſt. Quidam proinde alter juvenis, egritudine laborans petiit beati viri benedictionem: quam ut mox aſſecutus eſt, ſanitatem recepit. Puer inſuper quidam caduceus rogavit virum Dei, ut ſacramentum Confirmationis ab eo ſuſcipere mereretur: qui ſtatim præoccupatus morbo caduco ad pedes ejus cecidit: ſed data benedictione, ſurrexit ſaniſſimus.

D *ſanat ægrum*

epilepticum;

25 Monialis cujuſdam cœnobii magnis & gravibus tenebatur febribus: ad quam uccelſit vir beatus, & ſtans ſuper eam benedixit ei, & ſanata eſt. Erat quoque altera quædam mulier, quæ ſimiliter valde febricitabat, quæ etiam ad benedictionem viri Dei convaluit. Occurrit aliquando viro ſancto puella quædam dæmonio plena, qui nihil veritus oppoſuit ei ſignaculum ſanctæ Crucis, & ſtatim diſceſſit ab ea dæmon, ac totaliter liberata eſt. Sunt & alia plura mirabilia, quæ perpetravit Bonifacius Epiſcopus, ſed hæc pauca enarraſſe ſufficiat, ad declarandum quanti meriti ſit modo, cum ante fontem miſericordiæ aſſiſtit, ſi tantum apud Deum valuit, cum hic nobiſcum viait,

duas febricitantes;

aliam mutam gemendo;

26 b Quidam ſervilis conditionis infirmabatur in monaſterio de Camera S. Mariæ uſque ad mortem, qui adeo erat ligatus diabolo, quod non potuit peccata ſua confiteri, etiamſi voluiſſet. Cumque venirent ad eum Sacerdotes, & cogerent eum dicere peccata ſua; in ipſo conatu ſuo multum fatigati, tandem nihil proficeruot. Poſtremo invitatur ad eum viſitandum Bonifacius Epiſcopus, qui veniens diuit ad ægrum: Confitere peccata tua. At ille reſpondit: Non poſſum, Et Epiſcopus, Io inferoum, inquit, ibis, niſi dixeris peccata, quæ commiſiſti. Reſpondit infirmus, & ait: Libentiſſime, inquit, dicerem, ſi poſſem. Tunc dicit Epiſcopus ad Sacerdotem: Vade, affer corpus Domini. Quod cum attuliſſet, dixit Episcopus ad infirmum: Credis hoc eſſe verum corpus Chriſti, & quod ipſe ſit ſalus & liberatio tua? Qui reſpondit: Credo, Domine. Quod cum audiſſet Epiſcopus, ait ad Sacerdotem; Da illi corpus Dominicum. Quod cum factum fuiſſet, ſtatim liberatus eſt a vinculo diaboliço, & fecit confeſſionem de omnibus peccatis ſuis, & poſt non multum ſpatium temporis ſub bona ſpe migravit ab hoc ſeculo felicitee. O prudentia medici, qui novit qua arte potuerit extrahi virus de viſceribus ægroti! quo retento oimirum obnoxius fuiſſet ſempiternæ morti. Multi ioſuper alterius conditionis per ejus ſanctas orationes de variis tentationibus & tribulationibus liberati ſunt, agentes gratias Deo.

b

E

non vult peccata confiteri

dari Eucharistiam jubet;

qua ſumpta confitetur, & pie moritur.

a MS. De diverſis medelis & miraculis, quæ perpetravit. Capit. 10.
b MS. Quomodo ſervum obſtinatum ad pœnitentiam & confeſſionem reduxit. Cap. 11.

F

CAPUT V.

B. Bonifacii obitus, ſepultura, epitaphium.

a

laudibus in morbum;

27 a CUm autem poſt multos labores vellet Dominus remunerare ſervum ſuum, contigit eum incidere in ægritudinem validam, qua & mortuus eſt. Hæc autem ægritudo primo præripuit eidem officium & vires manuum ſuarum, adeo ut via poſſet levare de terram ad us ſuum. Attamen ea magno affectu non potuit abſtinere, quin continuo Miſſam celebraret: unde ſæpe oſtenſum eſt aliquibus, quod Angeli miniſtrabant ei, & adminiculabantur eum, ſicut ſupra dictum eſt. Cum autem appropinquaret termino vitæ ſuæ, petiit teatum Evangelii ſecundum Joannem: quem cum teneret in manu ſua, ampleaatus eſt librum, dicens: Hæc didici, in his viai; denique hæc ſunt in quæ credo & ſpero, ac deſidero mori, quod non multo poſt, ut opteverat, evenit; nec fraudatus eſt ab ſpe ſua, quin deſiderium animæ ſuæ tribueret ei Deus, & hoc cito,

ſæpe celebrat, Angelis miniſtrantibus;

fidei profeſſionem facit;

28 Igitur

A 28 Igitur vir Dei Bonifacius, poſtquam Eccleſiam Lauſanenſem annis decem digne ac laudabiliter rexiſſet, & poſtmodum veniens ad monaſterium de Camera B. Mariæ, ibdem ſerviens Deo die ac nocte, in ſanctitate & juſtitia coram ipſo, decem & octo annis ſupervixiſſet, tandem ab hac luce ſubtractus eſt, & ad æterni ſedem regni, dictus atque operibus bonis plenus, feliciter translatus. Tranſiit autem ex hoc mundo ad Patrem & ad patriam, decimonono die Kalendarum Februariarum, circa annos Domini mille ducentos ſexaginta; ſepultuſque eſt in prædicto monaſterio de Camera B. Mariæ, in loco eminenti videlicet in parte chori: cujus epitaphium epilogans omnem vitam ipſius habetur ibidem in hunc modum.

pie moritur.

Epitaphii ejus, compendium vitæ continens.

29 Hic jacet ſepultus vir ſereniſſimæ vitæ, Dominus Bonifacius Lauſanenſis Epiſcopus, ſacræ Theologiæ ſeptemque liberalium artium Doctor, qui originem ex patre & matre religioſis duxit in civitate Bruxella. Cujus mater dum ipſum conceperiſſet, cœlitus audivit ſe partum glorioſum portare, Deo & Sanctis ejus acceptum, atque hominibus, & magnum ac honoratum in vita & doctrina futurum. Hic ab incunte ætate uſque in finem continue caſtus, juſtus, ſobrius, quietus, humilis, largus, morigeratus, & exemplaris perſeverabat: gratiaque & ætate creſcebat apud Deum & homines, qui ſicut mundus & immaculatus matris uterum exivit, ſic mundus & immaculatus uſque ad diem mortis permanſit. Vir iſte venerabilis nitus eſt toto conamine Chriſto vivere: nam in humilitate erat profuſus, in vigiliis ſedulus, in oratione devotus, in doctrina præcipuus, in locutione cautus, in converſatione ſanctiſſimus, in duris paſſionibus athleta fortis, columbinam ſectans ſimplicitatem: eumquam ſine lacrymis celebravit: corpus proprium penuria & abſtinentia caſtigavit: meruit hic beatam Mariam Virginem aliquoties in toitu corporeo cernere, & ab ea confortari & ſanctificari: hic doctrina ſua melliflua multos ab errore convertit ad ſalutem, talentumque ſibi creditum miro modo multiplicans, Domino fideliter reportavit: quod verbis docuit, operibus implevit: cœlibis vitæ formam omnibus eahibuit: tempora ſua in Dei laudibus conſummavit: ſæpe uſque ad martyrium quaſi pervenit, ſed nutu Dei ſemper erepeus fuit: & quia juſtus & ſtrenuus, licet ſempet pius, in correptionibus erat, petveſi hoc ferre non valentes, eum homicidioſe proſequebantur: noum Epiſcopatum relinquens ductu Dei in hoc cœnobium pervenit, & per revelationem glorioſæ Virginis Mariæ percepit, quod voluntas Filii ſui eſſet, ut reliquum vitæ ſuæ tempus hic conſummaret, de cujus adventu Abbatiſſa pro tunc, totuſque conventus ſumme gratulabantur. Ipſo ſiquidem hic moram eligente, inſignia miracula per eum Deus operatus eſt: nam languentes & qualicumque iuconvaleſcentia laborantes, ſolo Crucis ſigno, aut manus impoſitione curavit ad ſtatim: multa meruit crebra cœleſti revelatio ie præſcire: tentatos pie ſuccurrens relevavit, dæmone vexatos liberavit, & dæmones ſibi ſubjugans ubique fugavit; dum celebratet ſæpe viſi ſunt Angeli, ejus ex utraque parte brachia levantes, & quaſi concelebrando eidem adminiculantes, dum intra religioſos converſaretur, ſicut cera liqueſcit ad ignem, ita liqueſcebat devotione & gratia divina. Tandem vir Dei vitam iſtam relinquens, beatam ac felicem mortem invenit, & ea hac luce ſubtractus arcanis arcanorum cum beatis ſpiritibus perfruitur æternaliter. Et licet hic homo Dei, & Sacerdos Altiſſimi, non ſit ab Eccleſia in terra canonizatus, non minus tamen habetur in cœlo inter Dei Sanctos glorificatus; inter nos tamen digne canonizandus. Omnes igitar cumbam iſtius viri ſacratiſſimi intuentes precemur eumdem, quia dignus eſt, ut pro nobis coram Deo interpellare dignetur, quatenus ejus meritis, ipſius gratia digni reddamur, & ſecum in cœlo perreniter regnaturi glorietnur. Amen.

AUCTORE ANONYMO, EX MSS.

a MS. De ultima ægritudine et obitu ipſius. Cap. 12.

DE B. CONRADO PLACENTINO

EREMITA NETI IN SICILIA,

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI,

PATRONO AD HERNIÆ CURATIONEM,

Commentarius prævius.

I. B.

§. I. B. Conradi anniverſaria celebritas, Acta, miracula ad Reliquias.

AN. CIↃ. CCCLI. XIX. FEB.

1 URbs eſt Sicilia, Netum *olim* & Neetum, *Nimo* & *Nimo dicta*; *nunc vulgo* Notum, *in diœceſi Syracuſana, propius a Pachyno promontorio quam ipſis Syracuſis diſtans.* Præcipue vero hæc urbs, *inquit Thomas Fazellus Decad. 1. de rebus Siculis lib. 4. cap. 2.* hodie D. Conradi Placentini miraculis, circa eos præſertim qui herniam patiuntur, quotidie clari, ſepulchro nobilitatur. *Colitur illic, & Placentia, 19. Febr. Et* Neti *quidem, ut tomo 2. Notitiæ Sicilitanum Eccleſiarum pag. 215. ſcribit Roccus Pirrus Netinus*, in ejus honorem per dies octo publicæ nundinæ aperiuntur: & bis in anno ei ſolennitatem indicunt, die obitus 19. Februarii, & 28. Auguſti in memoriam obtentæ primæ facultatis a Papa Leone, quo apud noſtrates fuit publicata. *Ad hanc celebritatem translatæ illæ dierum octo ſolennes nundinæ ſunt, quæ hiberno tempore minus frequentes commoda erant.*

B. Conradi celebritas Neti ob miracula.

2 19. *Februarii ita B. Conradi memoriam in Martyrologio Sicule conſignavit Octavius Cajetanus noſter:* Neti, S. Conradi Eremitæ & Confeſſoris. *Et Philippus Ferrarius in generali Catal. SS.* Apud Neetum in Sicilia S. Conradi Eremitæ. *Ejus meminit idem ſcriptor in Topographia nova Martyrologii, verba* Neetum, *& plenius in Catal. Sanctorum Italiæ. Arnaldus a Monaſterio in Martyrol. Franciſcano ad eumdem diem:* Apud Netinos in Sicilia, B. Conradi Confeſſoris, Tertiarii, qui generis nobilitate, ac virtutum ſplendore nitescens, prophetiæ dono, atque creberrimis miraculis in vita & poſt mortem nunc uſque coruſcat. *Nondum eſt ſolenni cæremonia in Sanctorum tabulas relatus, paſſim tamen a ſcriptoribus & ab ipſa Urbano VIII. in diplomate, quod recitat parte 4. Annal. pag. 20. Wadingus, S. Conradus appellatur. Quæ ei adhuc permiſſa decretave ventratis, mox dicemus.*

nomen in Martyrologiis 19. Feb.

3 *Plurimi res ab eo pie geſtas literis mandarunt. Præter Lectiones ex proprio Sanctorum Eccleſiæ Placentinæ, a ſacra Congregatione Rituum conceſſo & approbato an. 1608 prateres, Vitæ epitomen, quam ex iſdem & ſcriptis Netinorum compilavit Ferrarius; hac ad manus noſtras venere;* B.

alia a veteribus ſcripta

AUCTORES A

Conradi hiſtoria, a Vincentio Littara Netino, Doctore Theologo, compendio perſtricta, *anno* ſa Panormi anno 1593. *quam hic dabimus. Eadem Italice compoſita a* Rocchо Pirro Netino, *edita* Panormi 1595. *Alia Italica multo prolixior auctore* Petromaria Campo Canonico Cathedralis Eccleſiæ Placentinæ, *viro pio & docto, excuſa* Placentiæ anno 1614. *Tum quæ, ex hoc præcipue, in ſuos Annales Ordinis Seraphici intexuit Lucas Wadingus to.3. ad annum* 1315. *nu.21. & ſeqq. & to.4. ad an.* 1351. *num.22. & ſeqq. Et quæ to.16. Annalium Eccleſiaſticorum ad an.* 1351. *num.8. narrat Odoricus Raynaldus.*

4 *Alia citantur de rebus geſtis a variis mandata litteris: ac præcipue ejuſdem* Vincentii Littaræ Conradias *verſu heroico ſcripta, & in decem libros partita, poſt auctoris obitum edita in lucem. Hos poema dandum prædum recognoſceret Rocchus Pirrus Doctor Theologus ac librorum Reviſor, maligna febri correptus eſt, cum præſenti mortis periculo. Quod ut ſenſit, admoveri ſibi reliquias aliquas B. Conradi impetravit: quarum attactu, ſubito velut in vitam a morte revocatus, primum placidam quietem cepit, dein ipſe adhuc noſte hoc in beneficii accepti teſtimonium verſus cecinit, quos* Petruſmaria Campus *cap.17. recitat:*

Corde Sacerdotis tacto, me febre maligna
Correptum traduxc guttura ſtricta neci:
Dum legito hunc librum, hic Conradi carne retãgor,
Fauctibus & vitæ redditur ipſa ſalus.

5 *Mortuus eſt* B. Conradus 11. *Kalendas Martias an.* 1351. *Corpus Neti in ſacrario eccleſiæ primariæ, quæ S. Nicolao ſacra eſt, in arca conditum, ad annos plures permanſit. Magno ad illud venerandum falli hominum concurſus, preces, lumina, anathemata offerentium. Quam tamen Netini a principio conceperant ſpem impetrandi a Pontifice Maximo ut palam eum ad aras invocare liceret, ea ſenſim adverſi provincia rebus inciſa videbatur. Cum ſub annum* 1485. *quorundam animos ſubiit recordatio ingentium beneficiorum, quæ majores eorum ſæpe a Deo per B. Conradi meritum impetraſſent. Ergo opem & ipſi illius in ſuis rebus implorant, & facilem experiuntur. Novo exinde ſtudio inflammati, Antiſtitem Syracuſanum Dalmatium obſervant, ut quæ recens acciderant prodigia, ſerio examinari & in actu referri ad perennem memoriam juberet. Aſſenſus eſt piis eorum poſtulatis Antiſtes.*

6 *Eo anno*, S. Conradi ſepulturam peculiari ædificio ac auratis lapidibus in ſublimi loco erectam Netini honorificentiſſime condiderunt. Aperto ſepulchro integrum iuventum eſt ſacrum corpus, mira odoris fragrantia amanante, *ut ſcribit Rocchus Pirrus in Notitia Eccl. Syracuſana pag.* 214. *Id quoq; tradit Littara in libro de rebus Netinis pag.* 129. *in hunc modum*: Idam milleſimus quadringenteſimus octogeſimus quintus annus nos monet, ne taceremus, quod litteris mandatum comperimus, Joannem Capellum, Joannem Landolinam, Calcerandum Saloniam, Jacobum Specialem, Juratos, necnon Joannem Baptiſtam Sapiam cum Prætorem urbanum, B. Conradi tumulum aperuiſſe, & cadaver adhuc integrum, & ex omni parte illæſum conſpexiſſe, cum mira odoris fragrantia, quæ illinc emanabat. *Alia ſubnectit, quæ nos infra, de brachio inde tunc exempto. Eo item anno corpus illius narrat Pirrus in argenteo arca affabre elaborata repoſitum eſſe, ex publico decreto ſancitum, ut deceſſus illius anniverſario die omnes ab operibus ſervilibus feriarentur, utpote cum cæteris Sanctis in publicis Litaniis* S. Conradus *invocaretur: idq; ita in commune, ſimplici quadam religione, conſtitutum tunc eſſe, Pontifice Romano neutiquam (ut oportuiſſet) conſulto.*

§. II. *B. Conradi veneratio permiſſa Netinis & Syracuſanis a* Leone X. PP.

7 A Ulta exinde frequentia & ad ejus venerandas reliquias confluentium mortalium, & cæleſtium ad eas prodigiorum. *Tandem, ut ex Petromaria Campo ſcribit Wadingus, miſſo F. Bernardino Briviano ex ordine Prædicatorum*, obtinuerunt a Leone x. *Pont. Max.* ut ſolenni cultu celebrari & coli poſſent ejus reliquiæ. At dum lætus rediret ad Netinos Bernardinus, & manticam aperiret prope civitatem, ut veſtes aliquas inde extraheret, vidit deeſſe, & ſe perdidiſſe, Pontificis diploma. Anxius & mœſtus ad inopinatam jacturam litterarum Apoſtolicarum, pro quibus miſſus erat, dubius hæret, an in urbem verecunde pergat, an iterum regrediatur, vel ut perditum diploma requirat, aut Romæ reficiat. Ita cogitanti & mœrenti apparuit Eremita venerandus, tertii Ordinis S. Franciſci habitu contectus, mœſtumque conſolatus, non procul humi poſitum litterarum oſtendit faſciculum. Hunc ille lætanter attollens, invenit incluſum quod perdiderat Breve Apoſtolicum, evaneſcente ſtatim ex oculis Eremita. *Hæc Wadingus, multoq; diffuſius Campus, qui & Breve ipſum Italice verſum recitat, Wadingus Latine, quod hic viſum eſt dare.*

8 Leo Papa x. Vener. Fratri Epiſcopo Syracuſano, vel ejus Vicario in ſpiritualibus generali.

Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nuper fecerunt dilecti filii univerſi incolæ & habitatores terræ Neti Syracuſanæ diœceſis, quod jam centum ſexaginta annis & ultra elapſis bonæ mem. Conradus Placentinus, de nobili genere procreatus, ad dictam terram accedens, in quodam eremitorio, in certa ſilva prope dictam terram conſiſtente, uſq; ad ultimum vitæ ſuæ eremitariam & laudabilem vitam duxit: ac ejus interceſſione, tam ante, quam poſt ejus obitum, plura & diverſa miracula Dominus noſter Jeſus Chriſtus inibi operatus eſt, ac operatur de præſenti, prout in diverſis, inſtrumentis ſeu ſcripturis publicis deſuper de tuo, ſeu tunc Epiſcopi Syracuſani, mandatu confectis, plenius dicitur contineri. Propterea incolæ & habitatores prædicti, ob multa miracula perpetrata ab eo tempore citra, eumdem Conradum pro Beato venerati ſunt & venerantur de præſenti, ac ejuſdem Conradi obitus vel certum aliũ diem ut feſtum obſervant; ac impoſſibile quodammodo foret eos a veneratione & obſervatione hujuſmodi revocare. Cum autem nulli liceat quemquam pro Beato abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ venerari, & propterea dubitetur, excommunicationis & aliis ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas incurriſſe, ſupplicari fecerunt nobis humiliter dicti incolæ & habitatores, ut ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

9 Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per præſentes committimus & mandamus, ut de præmiſſis nobis expoſitis te diligenter informes, & ſi, ſervatis ſervandis, præmiſſa vera ſore reperieris, eoſdem incolas ac habitatores, ac eorum ſingulos, ab hujuſmodi excceſſibus abſolvas in forma Eccleſiæ conſueta: eiſq; necnon aliis quibuſvis Chriſti fidelibus, ut eumdem Conradum, prout alios Beatos nondum canonizatos, venerari illiuſq; feſtum die per te deputanda celebrare, ac omnia & ſingula alia in præmiſſis & circa illa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, facere libere & licita poſſint & valeant, licentiam & facultatem perpetuo concedas. Non obſtantibus Apoſtolicis ac in provincialibus & ſynodalibus conſiliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris 12. Julii 1515. pontificatus noſtri anno 3.

10 *Hoc Pontificis diplomate in Sicilia perlato*, Jacobus Humanus (*qui Littara & alius* Humana) *Scodra in Dalmatia, ſive Scutari, Epiſc. Abbas ſancti Spiritus prope Calatabellottã, Guilielmi Raymundi Epiſcopi Syracuſani Vicarius generalis, Netãq; præfectus, quæ Pontifex mandarat executum eſt, ut ipſe in publicis actis, quæ tunc confici curavit, extantq; loco citato apud Wadingum, teſtatur, atq; hæc inter cætera habet*: Volentes mandatis Apoſtolicis, prout tenemur, humiliter

D Leo Epiſcopo, ut Beatum permittat ejus Breve in ea perditum.

ipſe Beato ſe credens reperiri.

Notatu ob plurimos miracula.

E

eos; teſtatio.

B. Conradi dum veneratione.

& petunt. hos id a Pontifice approbari.

F Epiſcopo ejuſve Vicario committitur.

ut hujuſmodi id faciat.

Digitized by Google

A humilitet obedire, pro executione prædicti reſcripti Apoſtolici, præſentatos nobis nonnullos teſtes, de mandato Dalmatii tunc Epiſcopi Syracuſani ſimiliter, & fideliter receptos, numero ſupra quinquaginta ab annis triginta ſupra, diligenter inſpeximus, & recognoſcere volentes reperimos ipſos fide dignißimos depoſuiſſe de vitæ ſanctitate præfati Corradi, & de innumeris miraculis, eiſque diverſis, quæ per ejus merita & interceſſiones dignatus eſt Salvator noſter Jeſus Chriſtus operari, ab annis tunc nomeratis, ut plurimum ſexaginta, nunc vero nonaginta. Addimus etiam quod præfatos teſtes pro majori parte tunc in ſenectute, nos vero in pueritia conſtituti recte cognovimus, Chriſtianos ſcilicet & Deum timentes, qui ullo pacto, nullaque ratione vel cauſſa, teſtimonia ſua niſi vera & certiſſima perhibuiſſent. Attamen ut rem omnem exploratiſſimam haberemus, nec aliqua ſorte dubietatis ſuſpicio quacumque ex parte oriretur; mandavimus ut aliquot alii denuo teſtes reciperentur, qui deponerent de miraculis recentioribus in hoc tempore ſanctitatem ipſius Corradi approbantibus, ut quemadmodum ab antiquis & ſupra tricefimum annum, ita & a modernis hominibus, etſque viventibus, miracula, vitam & ſanctitatem ipſius Corradi declaratio, experiremur. Oblati ſunt nobis multi teſtes & quaſi innumerabiles, ex quibus ſeptem tantum delegimus, qui teſtimonia in ſcriptis perhibuerunt, quod miracula evidentiſſima, intercedente in dictum devotione, in ſuis propriis perſonis experti ſunt, qui magnam & mirabilem diverſarum ægritudinum ſanitatem a Redemptore noſtro Jeſu Chriſto, mediantibus dicti Corradi meritis & interceſſionibus, receperunt.

hic utitur de miraculis teſtimoniis recentioribus examinat,

alios de recentioribus ſcripſit.

B 11 Hæc omnia agnoſcentes, noluimus in hac re diutius immorari: voluimus tandem veritati, eique manifeſtiſſimæ, obviare, ne calumniatores potius quam veritatis inquiſitores videremur. Cognovimus, vidimus, & ipſa experientia perſpeximus vitæ ſanctimoniam, virtutem & prærogativam tanti viri. Unde mandata Apoſtolica proſequi volentes, actum minus volumus, quæ debemus, ejus, incolas & habitatores hujus ingenioſæ civitatis Neti in majori eccleſia S. Nicolai congregatos, ac eorum ſingulos utriuſque ſexus, qui ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ corpus ejuſdem Corradi, licet Beati, venerantes, in cenſuras Eccleſiaſticas incidiſſent, ab omnibus hujuſmodi exceſſibus auctoritate Apoſtolica, qua in hac parte fungimur, in forma Eccleſiæ conſueta abſolvimus.

Rurſus tamen eum colere auſos abſolvit;

C 12 Exinde eum Clero & populo proceſſionaliter ad capſam, in qua corpus ipſius Conradi ſupra centeſimum & ſexageſimum annum repoſitum fuerat, accedentes, capſam ipſam aperiri juſſimus: qua reſerata, tanta odoris fragraotia per totum templum illud diffuſa eſt, ut omnium aromatum odoramenta ibi recondita viderentur. Vidimus & manibus noſtris contrecta vimus, caput & brachium unum dumtaxat a corpore ſeparatum (quod quidem brachium theca argentea coopertum, in ejus honorem populo oſtendi religioſe conſueverat) reliquum vero corpus, cum ceteris membris ſuis integris ad invicem cohærentibus & annexis, carne veſtitum a die depoſitionis & obitus ipſius Conradi ſupra centeſimum & ſexageſimum annum, ut ſuperius dictum eſt. Haſ itaque beatas reliquias, in eadem capſa ſi rerum reconditas, cum Clero & omni populo proceſſionaliter efferri juſſimus, & honorifice conduci ad templum ſacratiſſimi Crucifixi: ubi Salvator noſter Jeſus Chriſtus miracula evidentiſſima oſtendere dignatus eſt. Nam nonnulli, qui fracturas & viſcerum diſſolutiones in inguine patiebantur, ſub capſa reliquiarum devote orantes, ſtatim ſanitatum beneficia receperant.

a coppa diſſ. ſeſe odore,

corpus eſſe annos 164. carne veſtitum repertum,

jubet circumferri in ſupplicationem, in qua ſæpius bernioſi;

13 Nos itaque Apoſtolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, tam ipſis habitatoribus præfatæ civitatis Neti, quam omnibus quibuſcumque aliis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, ut eumdem B. Conradum, prout ceteros Beatos confeſſores eondum canonizatos, venerari, illiuſque feſtum die 19. menſis Februarii, in quo die hunc migravit ad Dominum, per nos deputatum celebrare, & omnia & ſingula alia in præmiſſis & circa præmiſſa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, facere libere & licite poſſint & valeant, licentiam & facultatem perpetuo conceſſimus: ac etiam quod dictum beatum corpus efferri & proceſſionaliter per civitatem ipſam Neti conduci poſſit, quandocumque & quotieſcumque neceſſarium ſeu opportunum Vicario cum Clero, & Magiſtratui cum populo civitatis ipſius pro tempore videbitur. Non obſtantibus &c. Datum in civitate Ingenioſa Neti, in domo noſtræ ſolitæ habitationis, 28. die menſis Auguſti, 3. Indict. 1515. *Partem hujus diplomatis recitat ex Wadingo Odoricus Raynaldus. De miraculis in ſupplicatione factis prolixius agit Petruſmaria Campus cap.* 14.

AUCTORE L. B.

edit ut Beatis permittit 19. Feb.

& in ſupplicatione geſtari;

14 *Hoc tempore tumulo inſcripti verſus videntur, quos pag.* 214. *recitat Pirrus:*

Conradi ſacrum eſt, quod conſpicis, oſſaque eodem
Hoc veneranda viri contumulata loco.
Ter centum luſtris jam ſe cumulaverat annus
Terdenus, ſunt bis bis quoque juncta ſegea.

Anni quippe mille quingenti penultimo verſu indicantur, quindecim ultimo. Anno 1515. *permiſſa ejus veneratio, & publice circumlata reliquia.*

tale inſcripti tunc an. 1515. immolti poſtea.

E

§. III. *B. Conradi miracula an.* 1516. *Ejus cultus Siculis omnibus permiſſus a* PAULO III. *Minorum toti Ordini ab* URBANO VIII.

15 *Quæ deinceps evenerint, breviter perſtringit Wadingus n.* 32. Propter has litteras, anno ſequenti, die prædicto menſis Februarii, ſolennitas B. Conradi peracta eſt ſummo omnium applauſu & debita magnificentia. Circumductæ etiam per univerſam urbem ſacræ ejus reliquiæ, occurrentibus ubique infirmis vel male affectis. In eccleſia S. Claræ ſurda ut auditet effecit. In templo S. Michaelis paralyticam ſanavit. Prope ædem S. Petri Martyris, virum Hyblenſem ſemimortuum, membrorum oſu deſtitutum, ſanitati reſtituit: in ipſa æde, corruente ob populi multitudinem parietem, & ſepultis ſub rudere plurimis, nullos læſus eſt. Io S. Francieſci, moto loquelam reddidit, & mulieri dyſenteria laboranti ſalutem. Ad Chriſti Crucifixi ſanum, detecto devoto Crucis ſimulachro, omnes qui aderant hernioſi, paralytici, muti, ſurdi, aliiſque morbis affecti, convaluerunt, ingenti omnium ſtupore.

19. Feb. 1516 ſanavit in ſupplicatione, ſurdo, & paralytico;

a muti voluntate exepit; lapſeſa adepto;

plurimi ægri ſanati.

F

16 Illud peculiare & mirum, quod dum e templo S. Petri Novi, ad S. Petri Martyris ſacrum corpus efferretur, præ foribus ejuſdam vetulæ ita invaleſcabat pondus, ut deponi oportuerit, nec illinc dimoveri potuerit, donec, ſtupeſcentibus omnibus ad rei novitatem, exiſtit in mediam muliercula, & Epiſcopo tradidit baculum, dicens: Forte hoc ſuum pignus B. Conradus repoſcit. Hic illius baculus erat. Obtinuit, neſcio qua ſorte, meus atavus: ejus filius, genitorq; meus magni ſemper fecerunt: infirmis apponebant, qui ſtatim bene habebant. Me quidem nunc judicat indignam, quæ tantam apud me rem habeam: vobis itaque cum corpore cuſtodiendam conſigno. Non fefellit eam opinio: appoſito namque baculo ad loculum, ita levitare cœpit, qui antea gravitabat, ut faeile potuerit efferri.

Reliquiæ immobiles,

donec illi additus Sancti baculus;

17 Hoc miraculo commoti, vel potius territi, qui faſciolas, vel ſphærulas precarias beati viri habebant, ad Epiſcopum detulerunt, quæ in eadem eccleſia reli-

cæſarium item prolati, id & alia,

AUCTORE I. B. A

gioſe ſervantur. Tandem reductum corpus in templum S.Nicolai, pulchro & magnifico ſacello tu ſui honorem extructo conditum eſt, in ſepulchro deaurato & capſa argentea. *Hactenus Wadingus: quæ omnia fuſius, & perquam eleganter, Italico deſcripta a Petromaria Campo.*

18 *Pergit idem Wadingus nu.* 33. Creſcente in dies erga eum totius populi Siculi devotione, viſum eſt Magiſtratui Netino mittere ad Paulum III. legatum, qui peteret, ut ubique extra civitatem Netinam & diœceſim Syracuſanam, ad quas ejus cultus diplomate Leonis videbatur reſtringi, liceret ei honores beati Confeſſoris indicere. Id obtinuit legatus, prævio miraculo: nam eum ſuam legationem & deſiderium exponeret cuidam Comiti, Pontificis familiari, iſque audiret beati viri virtutem in herniоſis curandis; impenſe commendavit ei filium ſuum eodem malo laborantem, admotiſque reliquiis veſtis Conradi puerulo, ſanum extemplo recepit. Juvit hic egitque cauſſam apud Pontificem relato miraculo, qui libenter ejus cultum ad reliquos Siculos extendit. *Petraſmaria Campus, non reliquias veſtis B. Conradi admotas puero ſcribit, ſed panni particulam, membrorum ſancti viro attactæ ſacratam.*

Roma beatificat ejus ſanctit.

permiſſa toti Sicilia ejus veneratio a Paulo 3.

19 *Recitat Wadingus Pauli III. litteras, quibus indulſit,* B ut extra dictum oppidum, ac civitatem & diœceſim Syracuſanam, in quibuſvis civitatibus, oppidis & terris commorantibus, eumdem Conradum de cetero venerari, illiuſque feſtum celebrare *liceret; ejus rei declarationæ commiſſa Epiſcopi Syracuſani Vicario generali. Ex iiſdem litteris conſtat legatum, qui eam facultatem a Pontifice impetravit, fuiſſe* Sanctorum de Monaco, Abbatem monaſterii della Venia Ord. S. Benedicti Meſſanenſis diœceſis, *tum in urbe Netina commorantem. Data erant Pauli III. littera Romæ apud s. Petrum* anno Incarnationis Dominicæ 1544. 3. Kal. Novemb. pontificatus *ejus* anno 10. Permiſſo ubique *in* Sicilia *ejus* cultu, *inquit nu.* 35. *Wadingus*, aræ multæ, ſacella, & integra templa in ejus honorem erecta ſunt, celebreque per omnes civitates & oppida ejus nomen evaſit.

20 Tandem hae noſtra ætate, *ait idem ſcriptor*, creſcentibus adhuc miraculis, & intercedentibus Geneſali & religioſis Patribus Capuccinis, Urbanus VIII. omnibus S. Franciſci ſectatoribus, ubique exiſtentibus, facultatem tribuit Officium & Miſſam in ejus honorem recitandi. *Exhibes pontificium diploma idem Wadingus*, datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris die 12. Septembris 1625. pontificatus *ejus* anno tertio. *In eo* Sanctus Conradus *perpetuo appellatur, decernitur*que ut de eodem S. Conrado, die ejus feſto, ab omnibus & ſingulis Ordinis Minorum S. Franciſci religioſis ubique exiſtentibus Officium ſub ritu ſemiduplici de communi unius Confeſſoris non Pontificis, juxta Rubricas Breviarii Romani, recitari libere & licite poſſit. *Obſervat Arturus a Monaſteria*, Lectiones ſecundi Nocturni (quod nulli alteri Beatorum ejuſdem Seraphici inſtituti accidit) proprias *eam* habere, ex ipſo Sanctorum Eccleſiæ Placentinæ Ordinario. *In Officiis propriis Ordinis Minorum excuſis ad 19. Feb. annotatur:* In feſto S. Conradi Confeſſoris Placentini. Semiduplex. *Dein ſubjungitur oratio* Adeſto. *Lectiones ſecundi nocturni propriæ.*

Toti Ordi. Minorum ab Urbano 8.

dotus eſt ritu unius Sanctt.

21 *Et vero pridem ante Urbani VIII. pontificatum ubiq;* C *in Sicilia extabant imagines et poſito* Sancti *titulo, neq; coerceri populi erga eum religio poterat, ut* Beati *compellatione eſſet contenta. Et acceſſit conſentientia Sedis Apoſtolica, ut ſcribit c.* 15 *Petraſmaria: ubi quam plurima enumerat templa, ſacella, altaria ſub ejus nomine erecta, non modo Neti atq; ita in circumſitu regione, ſed & Syracuſis, in arce promontorii Pachyni, quod nunc* Capo Paſſaro *vocant: Catana item, Panormi, Agrigenti, atq; in aliis urbibus. In agro antè Netino vix templum ullum eſſe, vix domum in ipſa urbe, ubi non ejus aliqua effigies ſpectetur. Indulgentia quoq; a Clemente VIII. & Paulo V. variis temporibus ad B. Conradi honorem conceſſa Netinis, Syracuſanis, Panormitanis, alii* D *idem memorat Campus cap.* 15.

et peridem in Sicilia,

facella et poſita & aria,

imagines ubique i

Indulgentia ejus feſti,

22 *Qua vero lætitia ac ſplendore, utraq; ejus ſolennitas Neti celebretur, c.* 16 *fuſe deſcribit: qui concurſus eo fiat populorum, qua magnificentia ſit pietaſq; & ordo ſupplicationis, qua per octo dies civium alacritas, qui muſicorum inſtrumentorum ſonitus, qua in cœptis floram copia, per noctem ignes, in templis fuſſus, aliaq; religioſa lætitia argumenta: illudq; addit, veſcio an alibi uſurpatam, per totum menſem utrumq; ſa quem illa celebritas incidit, Februarium nempe & Auguſtum, quotidie hora ſecunda noctis totius urbis campanas pulſari, interea q; varia explodi bellica tormenta, ad publicam excitandam pietatem ac lætitiam.*

quod immenſo lætitiæ egitur.

§. IV. B. Conradi celebritas Placentia. Ejus illic & alibi Religua.

23 IMpenduntur & Placentiæ in patria ſua B. Conrade, qui debentur Cœlitibus, honores, ex ſi ſcrinia, quæ ubi obierat, decreti. Motæ fama eorum quæ gererentur in Sicilia Claudius Rägonius Antiſtes Placentinus, a Paulo V. Pontifice Maximo impetravit, ut civem ſuum anniverſaria celebrita. se venerari Placentinis fas eſſet, officio proprio, quod ſacra Rituum congregatio approbavit. Id cum ignoraret Netinorum Magiſtratus, tamen ut ſui Patroni alibi quoque, atq; ubi præſertim unde ad ipſos olim advenerat, honores propagaret, Vincentii Littara Conradiada 8. Novemb. anni 1610. E ad Senatorem Placentinum, ac Ranuccium Farneſium Ducem, &c. non ad Epiſcopum miſere. Serius allata terna ea littera ſunt, ceſſe nimirum Aprili anni ſequentis. Eas recitat Campus, quaſq; humaniſſime Dux reſcripſit die ultimo Aprilis, ac Rangonius Epiſcopus 11. die Maii, Magiſtratui 14. Tunc vero certatim illic pingi coloribus atq; in æs incidi B. Conradi effigies, ara, ac ſacella ejus nomine erigi. Ea Petraſmaria ſub finem capitis ultimi commemorat, ſeq; tunc ad vulgandam B. Conradi Vitam extimulatum.

Placentia quoque offic. in Eccleſiaſtico breviario,

Imaginibus ſacris,

24 Extrui eodem tempore cœptum in baſilica Cathedrali magnificum ſacellum, quod, cum edita a Campo hiſtoria, necdum erat abſolutum. *Aggreſſus pium hoc opus vir* *magnifico ſacello,* nobilis eadem qua Conradus ſtirpe natus, Joannes Ludovicus Confalonerius, non modicis in illud, aliaq; ejuſmodi religioſa opera ſumtus impenſis. Quare valuit, ut agnati ejus tam qui Mediolani, quam qui Placentiæ habitabant, ad B. Conradum gentilem ſuum ſacris honoribus decorandum excitarentur. Ipſe vero Joannes Ludovicus viſas Sanctis patrocinio id divinitus conſecutus, ut cœpta mortua, Eccleſiaſticæ vita inſtitutum amplecteretur, ac plane pietati, Conradi quadam tenus veſtigiis inſiſtens, totam dederet animum.

ſol data a Pontifice indulgentiæ;

25 *Paulus V. Pontifex Maximus, ut Roccus Pirrus* 2. *pag.* 215 *ſcribit*, 13. Januarii 1614. Indulgentiam conceſſit iis, qui eccleſiam Cathedralem Placentinam, & in ea ſitam Cappellam (*quam diximus*) S. Conradi, die feſto ejuſdem, viſitarent. *Illic quoque, ut idem auctor eſt Pirrus*, manus & pars brachii ejuſdem Divi Conradi, quod Neti in thecis argenteis aſſervabatur, maxima colitur pietate. Id ſacrum donum, Pontificis permiſſu, elargitus eſt Senatus Netinus anno Sal. 1616. Sereniſſ. Principi Duci Parmeoſi.

se miſſa origen religua;

26 *Erat enim Neti brachium manuſq; avulſa pridem a corpore. Quod ita Pirrus idem pag.* 181. *teſtatur: Dalmatius Epiſcopus Syracuſanus, inquit*, auctoritate Apoſtolica, ſacrum tumulum B. Conradi magno cum religionis ac pietatis ſenſu aperuit, & ſacrum cadaver, poſt annos 134. a die obitus, integrum omnique ex parte illæſum, magnaque odoris cœleſtis ſuavitate reſperſum, invenit. Tunc permiſit Antonio Carufo, Spacafurni oppidi Domino, ut brachium integrum cum manu ejuſdem Sancti argenteis thecis includeret, pro Eccleſia Netina, ut adhuc viſitur. *Id paullo accuratius narrat Littara de rebus Netinis pag.* 129. *in hunc modum*: Hoc eodem anno, 1485. Antonius Caruſius, Dominus Inſpicæ ſundi, Nicolai filius, & Antonii, qui ſub Alphonſo

Neti olim brachium & manus argentea theca inclu. ſiojo

AUCTORE I. B.

A Alphonſo floruit, nepos, ex D. Conradi brachii contactu, ad movente loco affecto reliquias Presbytero Antonio Mineo, ex eenum dolore ſtatim convaluit. Unde ſanitatem conſecutus hilari omnium jubilo, & brachium & manum, prout hodie viſuntur, argenteis theeis mandavit includenda. Hæc ex majoris Eccleſiæ ſcripturis collegimus. *Hactenus Liſtara.*

a quodam eorum de-latibus liberato;

27 *Hinc ſuperius §. 2. n. 12. ex confeſſis ab Jacobo Humana Epiſc. Scutarenſi actis relatum eſt, cum ex aream, in qua reconditum B. Conradi corpus erat, an. 1525. aperiri, deprehendiſſe, ab eo caput & brachium unum abeſſe. Hoc nempe ſeorſim argentea theca incluſum antea erat. Caput vero Molfettæ in Apulia ſervari dicitur, herma argentea impoſitum. Ita qui ſupra Pirrus:* In Apulia etiam urbe Mal-

caput Molfettæ,

ſettæ, magnifice colitur Tutelaris & Protectoris nomine, Neque fruſtra hoc titulo gaudet, dum ſemel civitatem ab hoſtium Gallorum irruptione, ſuper muros apparens, liberavit: & ſæpe aquæ penuria laborantibus copioſam pluviam emiſit. Illoc furto allatum ſacrum caput magna in veneratione habetur. *Eodem alii tradunt ſcriptores. Sed fama, qui non hunc Netinum Conradum coli illic ſcribant, ſed alium, natione Gallum: qui eodem tractu vitam anachoriticam egerit. Non nulla adhuc Molfettana monumenta vidimus, unde certi quidquam ſtatuere valeamus.*

aut forte alterius S. Conradi.

B 28 Avolæ quoque, ſive Avulæ, (quod oppidum eſt Marchionatus titulo inſigne ſubditione Ducis Terranovæ, Hybla a Liſtara & aliis, ut infra dicemus, oppellatum) *ſacellum eſt S. Conradi titulo, intra eccleſiam S. Joannis, mi autor eſt Campus. Illic ſodalitas conſtituta hominum lucerum, qui ſtatuam Sancti ac reliquias nonnullas in ſupplicatione, die ejus ſolenni, deportant: quando plurima evenire ſolent miracula, præſertim in herniioſorum curatione, quorum qui adhuc ætate infirma ſunt, ut pedibus proſequi ſupplicationem non poſſint, ii pone eam ſtatuam in aho feretro conſidentes geſtantur, donec quam expetunt ſanitatem adepti ſint, uti nove dicemus apud Netinos fieri.*

Avolæ ſacellum cum reliquiis;

ad quæ fiunt miracula.

29 Panormi etiam, *inquit Pirrus,* in ſacello ſodalitatis D. Conradi, in ædicula ejuſdem S. Mariæ de Angelis Minorum obſervantium, & apud me, columtur inſignes ex ar-

Panormi reliquiæ,

mo ejuſdem reliquiæ: quas habita a Pontif. Max. facultate tranſtulit elargituſque eſt Marchio Villenæ Prorex Siciliæ. *Hæc Pirrus. At Petruſmaria Campus cap. 15. pag. 226. ſcribit, Panormi in regione cui a Calza nomen, vico Veterem dicto, egregiam S. Conradi ædem ſpectari, inque ea conſtitutam ſodalitatem laicorum, qui* Equites Crucis S. Conradi

ea allata anno 1608.

C *appellantur. Ab his magno ſplendore ac religione circumgeſtari S. Conradi reliquias, & non rara per eas fieri miracula. Idem pag. 137. ſcribit Prorege illam, qui Panormum eas reliquias attulit, cum Netum veniſſet, juſſiſſe ſibi ſacram reliquiarum thecam aperiri, unde ſuaviſſimus iterum odor expiravit: dein pro auctoritate ſumpſiſſe ſibi ex ea reliquias aliquas, aſſerentem id ſibi a Pontifice Maximo conceſſum: earum reliquiarum partem ſodalibus illis Panormitanis dediſſe, partem in Hiſpaniam aſportaſſe. Ob ejuſmodi damna non temere proferri thecam eam, nedum referari, niſi fortaſſis quiſpiam magni nominis Princeps id poſtulet: ſed tunc attenta cuſtodia caveri, ne ſurripi quidquam poſſit.*

Neti non pauſa magna argentea theca geſtatur in ſupplicationibus,

30 *Eſt ea arca ex puro argento, longitudine qua corpus proceri hominis (qualis Conradus fuit) capere valeat, inſigni artificio elaborata, 12. Apoſtolorum per latera diſpoſitis ſtatuis. Eam in ſupplicatione geſtant ſacris veſtibus amicti Sacerdotes, ſequuntur Magiſtratus alii, viri illuſtres, tedas manibus tenentes. Pone aliud ſubit feretrum, ſeu machina lingua oblonga, ſplendide ornata, at tribus gradibus diſtincta: quorum in medio ſtat columella, ſupra quam brachium B. Conradi argentea in theca erectum, tum Divi ejuſdem ſcipie ac precatorii globuli. Circum in gradibus ægri, præſertim herma laborantes, pueruli conſident, tanto numero, ut ſubinde 40. hominibus, atque etiam pluribus, opus ſit, qui machinam bajulent. Accurate prius a medicis viſitantur herniioſi illi pueri, ne cui fraudi ſit locus. Quia vero ſupplicatio certis ſta-*

& alia reliquiæ feruntur;

tionibus interpolatur, ſive in templa ingrediendo, ſive ad ædes conſiſtendo, quas olim familiares B. Conradi inhabitarunt, ubi ita feretrum ingraveſcit, ut moveri loco non poſſit; tunc ex eo deponunt pueruli complures, in recuperata ſanitatis argumentum ſuavi ſopore oppreſſos. Alii quoque infirmi, dum propius ad ſacram arcam accedunt, exoptatam valetudinem adepti, in gratiarum actionem prorumpunt. Aliorum hoc evenit excitatur fiducia. Novi identidem oblati a parentibus infirmi pueri machina imponuntur, pari ſucceſſu: adeo ut die illo ac ſeptem conſequentibus centeni quandoque ſanitati reſtituantur.

§. V. Illuſtria aliquot B. Conradi miracula.

31 QUid ergo recenſere miracula omnia poſſis, quæ, ut dictum, fere ſine numero eveniunt? Perſtringit obiter nonnulla Campus, quæ perſequi in ſanta copia vix fueris opera pretium. Tria tamen minime omittenda cenſimus. Primum menſe Februario 1612. contigit. Monacha erat Neti in cœnobio Montis-Virginis, inſtituti Ciſtercienſis, Lucia, Baronissa Formicæ filia, neptis Dalmatii, Secreti Syracuſani, (ita Quæſtorem Regium vocant) qua jam annum ab inſidente eam malo dæmone diris modis vexabatur. It quodam die per os puella edixit, non vereri ſe ne indo pelleretur, niſi forſan ab ſenecione Placentino, Conrado Eremita. Obteſtati ſunt Antiſtitem Syracuſanum amici, at vel monacha poteſtatem faceret ad B. Conradi tumulum in t. Nicolai ædem eundi, vel ejus reliquias ſineret ad eam apportari. *Nam & aliquot ante annis matronam quandam, cum e Bruttii Netum veniſſet, faiſſe a pluribus maligni ſpiritibus liberatam. Neutrum conceſſit Antiſtes, hortatus, ut, a qua non longe abeſſent, ſolennitatem Februarii menſis expectarent: tunc enim in parochiales ac religioſorum eccleſias indultum iri de more ſacram thecam, qua menſe Auguſto ob ingentem æſtum non niſi in ædem S. Criciſixi inferatur. Cum igitur die 19. Febr. adducta in diſtarum ſanctimonialium ædem ſacra eſſet theca, cæpit horrendum in modum vociferari ac debacchari; & diras in B. Conradum vomere dæmon: ſed Mariano Laurentio Canonico, ac Petro Soro monaſterii Confeſſario, ſacris exorciſmis eum exagitantibus, Sanctiſq; Conradi ingeminantibus nomen, eam ſolo affixit, ac ſemianimem reliquit. Qua poſt paullo libera & incolumis ſurrexit, Deoq; & Sancto ſoſpitatori ſuo Conrado gratias egit.*

exorgumena duæ ad ejus vellicatas libitinas.

E

32 *Non multis annis ante venerat Netum Neapolitanus quidam, ſtipem unde victitaret vicatim mendicans, ſed adeo enormi preſſus hernia, ut ad terram uſque inteſtina deſluerent: qua proinde ingenti multi cinctura ſubſtringere, ad collum alligata, cogebatur, non ſine magno cruciatu & incedendi difficultate. Sacerdos quidam, cum non longe abeſſet a baſilica S. Nicolai, cui & tunc ſerviebat, arumnoſum illum hominem conſpicatus, motuſq; commiſeratione, Væ, inquit, & templum hoc mecum ingredere, ac firma fide t. Conradum invoca, cujus, hic exuvia aſſervantur plurimis clara miraculis, ac præſertim incommodi, quo afflugeris, curatione. Is vere ingenti hauſta fiducia ad Divi altare acceſſit, ſumpſit ex una lampadum, qua ante illud pendent, oleum, eoq; ægras partes illevit, ac ſimul impenſiſſimis precibus, atque uberibus lacrymis t. Conradum non exiguo temporis ſpatio exoravit, ut ſibi a Deo ſanitatem impetraret. Cum ſubito omni malo levatus, alta voce exclamat: Miſericordia, miſericordia! Eo clamore exciti qui in ſacrario eram cum Sacerdote ſalutaris conſilii auctore, accurrunt, hominem ſanum reperiunt, Deo gratias & Sancto perſolvunt. Dicta per urbem fama, reqæ exparata, pulſata campana, diſploſa in lætitia argumentum bellica tormenta.*

enormi hernia laborans;

F

33 *Poſtremum ad terrorem ſimul ac fiduciam valet prodigium. Viſitur Neti in vico Sartorum antiquiſſima t. Conradi effigies, qua vivum ejus vultum apte ſatis referre creditur, in muro effornata ad latus officinæ viri illius, cujus olim filium Crucis ſigno ab hernia ſanarat, ut in Vita cap. 2. n. 9. narratur. Ante eam effigiem lampas noctu incebat. Cum ergo haud inde procul inter publicos excubitores Hiſpanus, noctu alea cum quopiam commilitone, ſuo ludens, favere ſibi fortu-*

ejusdem effigiem ad ejus imaginem accenſam anfert

nam

AUCTORE L. B.

A

mox brutale perniciosa ponitur,

cjus ope fanetos,

B

ac deinceps fedula cum honorat.

num videret, ſed candelam fere abſumptam, neque uſpiam paſtere officinum, unde aliam emeret; lucri tamen proſequendi cupidus, ad lampadem, quam diximus, advolat, indeque abſtrahit, fuſto ſacrilego impia dicta adjiciens. Quid, inquit, nunc opus ſeni iſti lumine accenſo? Tantumdem abſque eo videbit, ac modo videt. Ita lampadem aufers, & ad vigiliarum atrium deportat, loſumque proſequitur. Cujus ſcelus mox gravi pœna expiavit Numen, docuitque in eo alios, quanta non ſuo ſolum nomini, ſed Sanctorum quoque imaginibus debeatur reverentia. Verſa primum laeti fortuna, non ſolum quod lucrum erat, ſed quidquid antea in loculis nummorum habuerat, amiſit. Domum poſtea reverſus in lectum ſe ad capiendam quietem conjecit. At medio in ſomno rupti illi rumices, tanta vehementia ac cruciatu, ut non ſolum expergiſceretur, ſed, cum in momento malum ingraveſceret, mortem ſibi imminere exiſtimaret. Excitis amici ac vicini ad hominem accurrunt. Inter eos ſimplex quadam mulierecula, Opem, inquit, S. Conradi implora. Quis ille, aut miles, Conradus? Protector, inquit illa, urbis noſtræ, plurimis clarus miraculis, in curando præſertim, quod ea nunc pateris, incommodo. In majori urbis baſilica ejus corpus aſſervatur. Ipſius eſt & illa imago grandævi erecta, quam ſæpe vidiſſe te arbitror, ad vicum Sartorum, ante quam accendi noctu lampas ſolet. Enim ſi religioſe invocaris, conſequere optatum remedium. Senſit homo, cur id ſibi inflictum a Deo eſſet vulnus. Sanctum ſumma demiſſione oravit venium injuriæ, quam ejus imagini noctu irrogarat: vota addidit, atque integram ſanitatem recuperavit, ac deinceps eximius S. Conradi cultor fuit: quamdiuque Neti in præſidio fuit frequens adibat, cui injuriam fecerat, Divi effigiem, floribuſque & cereis honorabat, ac locum, qui ante eam erat, verrebat, nec ſinebat illic immunditiei quicquam eſſe, aut quod aliequi imaginem viſentibus ac venerantibus obſtaret. Atque ita ex prolixiore Petrimarii Campi hiſtoria ſumpta ſufficiant.

V I T A

auctore Vincentio Littara.

AUCTORIS DEDICATORIA EPISTOLA.

Vincentius Littara Illuſtri viro Carolo Javanti, Buxelli, Saccollini, Ciarramni & Planæ fœudorum Domino S. P. D.

Carolo Javanti,

C

viro pio,

expoſitam vitæ S. Conradi ſplendore Latinum

INnatam eſſe omnibus animis religioſam pietatem, quę & Deum præ ceteris colere, & Divos Dei gloriam adeptos venerari doceret, ſummi Philoſophi & Theologi tradidere. Hæc autem inter alia tuarum virtutum genera ita in te firmiter inſedit, ut evidentiſſimos pii cotdis produxerit effectus. Namque (ut alia omittam) in excolenda B. Conradi noſtri Patroni ſolennitate ita officioſum te ſemper præſtitiſti, ita pro ejus celebritate adhuc laboras, ut non modo populatem auram, (quod vulgare quidem eſt, licet & debitum virtuti officium) verum etiam efficaciſſimum Divorum patrocinium tibi comparaveris: quod cum in fortunarum proſperitate, tum in ſummi boni fruitione tibi proſuturum ſperamus. Inter cetera autem, quæ ad recolendam Divi Conradi memoriam pertinent, hæc tua fuit cura, ut tota ejus hiſtoria breviſſimo compendio Larinis litteris mandaretur: ut cum opus eſſet, citra ſtomachum ab omnibus, præſertim a concionatoribus, percurreretur. Nam cum multa edita ſuerint hac de re opuſcula, nullum tamen adhuc exſtat, quod, & ſetmonis elegantia & ſtyli brevitate, tanto viro dignum haberetur. Quamobrem equidem jam diu tibi inſervire cupidus, & ſi primo æque reſpondere non confido, ſecundum tamen pro viribus adeptam eſſe arbitror. Effeci enim, ut deſideratum illud enchiridion haberetur, ut ſummatim omnia Conradi geſta ea fideliſſimis exemplaribus excepta, Romano idiomate ac mediocri dicendi genere concluderem; majus quidem, & *a* heroicum opus edituras, ſi & tua voluntas accederet, & Divi Conradi adminiculum omnia improborum impedimenta ſuccideret. Accipe igitur nunc tui Littaræ munuſculum, nulli alii, quam tibi aptius dicandum, cujus gratia conditum eſt, certiſſimum meæ in te obſervantiæ, & tuæ in Netinorum Patronum pietatis, argumentum. Vale, Panormi, Cal. Seatilis.

D

a dicit Auctor.

a Editum anno 1608. poſt obitum Auctoris, ut unus ex Petramario Campo indicavimus, annotationibus & lectionum varietatibus in margine ab auctore ſcriptis, ac argomentis in ſingulos libros nuper additis, illuſtratum. Id nos nondum vidimus.

C A P U T I.

S. Conradi converſionis occaſio, receſſus, in Sciaham iter.

Conradus oriundus

1 COnradus, miles Placentinus, *a* genere nobilis, ob venatum, cujus mira capiebatur voluptate, terreois opibus exſpoliatus ad cęleſtes comparandas omnem operam adhibuit. Accidit enim, ut magno rerum apparatu feras inſecutus, quod in ſilvas & ſaltus, vepribus obſitos, incolumes confugerent, aliquando voti compos

E

ferarum latebras incendit tam grandi damno,

effici non poſſet. Id igitur loci flammis aperiendum juſſit. At ignis modicis initiis in tantum ventorum impetu crevit incendium, ut latius, quam ut extingui ad libitum valeret, omnia combuſſerit. Latenter & pavide reditur in urbem: quo non longe poſt crematorum nemorum nuntius ſequitur.

b

quemdam ejus morti additum

2 Ii, quibus illatum fuerat damnum, a *b* civitatis Gubernatore ſatellites eaorant, per quos repertum incendii auctorem in vincula conjicerent: nec quemquam, præter infimæ plebis homunculum, forte obvium habent: increpant, trepidantem arripiunt, & ei jam metu obmutescenti injectæ flammæ crimen impingunt. Ad quæſtionem veru ductus, ſcelus, cujus erat innocens, vel ex certa nequitia perpetraſſe confitetur. Nec mora: patibulo damnatus, trahebatur ad ſupplicium.

liberat,

3 At Deus, qui juſtis non deeſt, Conradi conſcientiam momordit: qui, audito infelicis hominis eventu, illum a carnifice manu audacter liberat, domi ſervat, hoſtoreſque dimittit, qui dicerent culpam alieno caſu commiſſam inſontis nece non expiandam. Quod & ab Imperatoris Vicario accerſitus, ultro profeſſus eſt, alienis non dolo, ſed venationis deſiderio adductum in tale, nec opinatum, malum incidiſſe: adeoque dicendo appoſite ſapienter ſe habuit, ut, quod imprudentiæ peccaſſet, condonarent, quod autem illato damno ſe ſatisfacturum pollicereiur, admiſerint. Quod & toti populo, cui ſuis virtutibus erat gratiſſimus, fuit jucundum. Tum aperit *c* uxori, fœminæ tanto viro dignæ, conſilium: quæ vel ſuam illi dotem ad reſarciendam hominum paupertem libenter obtulit: poſteto igitor die omnibus æque perſolvit.

& factum ab ea facrime

ac damno ſarcit;

c

4 Nec multo poſt, conſiderata mundi vanitate, totum ſe Dei obſequio (quod ſingulare eſt Chriſtianorum munus) mancipandum ſtatuit: exorat igitur a conjuge, ut conceptam pietatem exequi permitteretur. Illa perinde ac vir pia, ejuſdem conſenſu *d* monialium inſtituta profeſſa, opibuſque tum læſis, tum monaſterio diſtributis, virum forti animo dimittit. Qui nocta patriam & neceſſarios deſtituens ſolus & tenuis egreditur: in quemdamque *e* locum receptus eſt, ubi pii viri divino cultui ſeorſum a mundi pompa vacabant. Ibi habitu Religioſorum, qui Divi Franciſci Tertiarii dicuntur, indutus, *f* ſanctiſſimis vitæ præceptis imbuitur.

d

monialis cum cęſſugit

e

ſeniam relinquit 4

f

5 Loco vero ob patriæ propinquitarem dimiſſo, *g* Romam contendit, *h* ſacras ædes viſitat: inde profectus,

g

h

it Romam 5

A ctus, Ligustica navi *i* Panormum appulit. Ibi de Siculorum probitate cognoscens, Netinæ vallis populos, Neritinosque cives ceteris & pietate & caritate præstare audivit. Huc ergo concessit: sed in ipso statim agri Neritini limite, *k* Palatiolum prætergressus, contraria verbis opera experitur. Nam viæ labore fessus in vicino ovili refectum iri sperabat. *l* Sed rustica & immanis pastorum impietas moleste viri adventum tulit. Quamobrem injuriæ cedens a loco divertitur; & quamvis canes illi irritaverint, illæsum tamen Netum usque *m* pervenit.

6 In Divi Martini xenodochio hospitatus, eleemosynas mendicabat: donec Joannis Menei opera, seorsum a turbis quiescere cupiens, Gulielmo Buccherio commendatur. Fuerat hic quidem robustis viribus, quemadmodum postea mira sanctitate, & Friderico Siculorum Regi, cujus equo aper insultabat, opem laturus, a truculenta fera rostro percussus est ut clunibus & pene exanimis corruerit. A Rege demum benigne omnia pollicente, domunculas in superiori Neritinæ urbis ingressu, in quas peregrinos libenter excepit, obtinuit. Hic Conradus aliquot annis, omnibus jucundus, licet in statis quibusdam odiosus, commoratur. Namque Petrus Gulielmi filius, qui hoc unum pueratis habebat, quod clandum parentem aleret & viseret, ægre ferebat illum dulcissimo Conradi alloquio captum apud hospitem diversitare.

i Illic in Sicilia.
k male accepto a pastoribus.
l
m
Nisi apud quid plura vivit.
quibusdam onosus.

B

a *Genue* Confaloneria, *ut plerique tradunt, vel* Landina. *ut alii volunt; forte utrique, paterno ut mirum matreque genere.*

b Galeatium Vicecomitem *fuisse Campus scribit, qui anno* 1313. *Placentiam gubernandam suscepit.*

c Euphrosynam *vocat Waddingus*, Nettotie Laudensis viri filiam. *Quæ nomina Campus quoque in suis operis editione expressorat; sed indum in exempiari ad nos missa, rasura forsan ab auctore Conradiades, quem potissimum sequi videtur, liberrime postea excogitata.*

d S. Clara, *ut ab antiquo traditum fama, inquit Campus; additque insuper ei a damone cogitationem, ut potius peregrinationem meditum sequeretur. Ea discussa tentatione, ipsi summos* Conradum *voveri capisse, ut invita, & cum periculo ipsa in religiosum clausirum ferat ingressa: tum qua de se hominum futura esset judicia; sed divina virtute hæc mala nequissimi repulisse.*

e *In loco* Corrara, *vel* Conculera, *dicitur, ut Campus scripsit. Waddingus* Gorgolarum *voces.*

f *Eorum natu maximum, virum sanctum*, Conradi *prædixisse sociis sanctitatem tradit idem Campus.*

g *Quia crebro & vehementer a motis, & litteris interpellabatur.*

h *Multis in itinere petitus insidiis diaboli, primum vocis officia exteris, qua se dicerat ejus desiderio eruem esse vis egressum esse, & ubi vim ab impuro victore intentari, ut opem ferret; dein sancta simul persona ei damon occurrit, quarentique cum multis vocem audisset, eadem retulit, multa questus de viri somnitate, qui in venerabilem uxorem ita in claustrum compegisset. Oppressi marire Conradus, verbis facem Scriptura probare facilem nititur: subito disparet vociferator. Secuta mox horribilis tempestas, qua conterritus, a via aberravit, adiissetque magnum vicq discrimen, ni fulgore densissimas noctis tenebras discutiente, speciem propinquam vidisset, inque eam se recepisset. Ubi illuxit, ab hominis quibusdam opilionibus reductus est in viam.* Ita *Campus; ut brevius Waddingus.*

i Cajeta *confersa, ut idem ajunt.*

k Malta *ei circa* Palatiolum *terriculamenta a damonibus objecta, qua narrat Campus cap.* 3. *pag.* 31. *Nunc Palatioli in summa est vinerarium, adsiquilli dicata, qua vulgo* Grotta di S. Corrado, *specus aut crypta* S. Conradi *appellatur. Ita Campus pag.* 125.

l *Receptus erat satis benigne: sed damon assumpta viri cujusdam in re tractu primarii forma, pastores increpuit, quod illum recepissent, submissum ab hostibus exploratorem, & furire illam hastam, quam manu gerebat, putabat, ni sanctus vir illum destinasset.*

m *Ductus ea a duobus viris nobilibus Netinis, patre ac filio.*

n Friderici 11. *filius Petri Regis Aragonia, & Constantiæ, filiæ Manfredi, Rex Sicilia factus anno* 1296. *obiit* 1336.

o *Narrat Petrus Maria Campus, illic habitanti Conrado, a damone (qui formam veteris ejus famuli assumpserat) redditas litteras volus e patria allatas; muleaq; alia narrata, de statu Placentia mutato, asare e cœnobio egressa, & Laude apud avunculum habitasse: sed virum sanctum in victimam Crucifixi eidem ingressum, dedisse in se preces, & sic damon inimici aguoviste. Waddingus fraudem illam fictarum litterarum, a Petro Buccherio adornatam scribit. Minus hoc verisimile.*

familiis litteras,
precibus dissusa.

D

CAPUT II.

B. Conradi solitaria vita, miracula, tentationes superata.

7 Cum vero hominum frequentia ab orationibus avocaretur, a familiaribus Nicolao Vassallo & Bartolo Longo contendit, ut si quam eremum procul ab urbe scirent, prænonstrarent. Signant illi quosdam *a* colles, quibus nunc a Divo Conrado nomen supereſt, quamvis illius mentis ignari secum mussitarent. Quamobrem a Gulielmo ægre dimissus, recta ad locum nullo præeunte se confert. Unde vix cibi inopia discedebat. *b*

8 Ibi inedia, & orationibus, aliisque monasticæ vitæ perfectionibus, exercebatur: humi cubabat, & nunc solo pane, nunc solis herbis vitam alebat. Statuit quandoque sexta quaque feria ad *c* Crucifixum adorandum, cujus celeberrima est apud Netinos imago in urbem accedere. Quod ubi primo fecisset, ab Antonio Sessa prandio excipitur. Sed colloquendo Antonius *d* acerbissimo laterum dolore corripitur; ejus tamen, pii convivæ precibus, acerbitate levatur: tum solis nucibus contentus, cetera respuit.

9 Et hinc digressus apud a Malfitaniam, locum olim sartoribus frequentem, amicum reperit, cujus tusans herniæ morbo laborabat. Hunc rogatus visit, & Crucis signo sanat: & incognito adhuc miraculo Divi Nicolai templum ingreditur, & mox ad suum domicilium revertitur, quamvis sanati pueri pater gratias acturus inclamaret.

10 Nec alia defuere, quibus viri sanctitas magis, atque magis eluceſceret. *f* Misit ad illum Bartolus duo œnophora. At servus ebriosus alterum sibi abscondit, altero Conradum donat. Qui fraudis non insciis hominem corripit, & futuri admonet periculi. Nam anguis vasculi orificio involutus juvenem morsurus esset, nisi præmonitus virga repelleret; fuit hic tantæ rei testis & nuntius.

11 Eumdem visurus sereno cœlo quidam exierat: inter eundum tamen crudelis exorta est tempestas, ut nubilus aer, nimbis & fulminibus fremeret. Confugit in antrum, & curis fessus obdormiit. Interim revelatum est Conrado, virum illum cœlesti sagitta periturum. Unde exorata a Deo venia, locum adit, adhuc sopitum excitat, *g* facti admonet, & incolumem domum dimittit.

12 Laurentius Cardus filio mandavit, ut legumina quædam B. Conrado deferret: quem invidus humani generis hostis conspicatus, ducem se puero ad virum Dei pollicetur: sed, ut sui moris est, super editam & præcipitem rupem inductum deserit, & evanescit. At, dum cœleste implorat auxilium, assunt Dei admonitu Conratus, qui adolescentulum ea altera profundissimæ vallis parte consolatus, mox ea horrendo illo præcipitio eductum sanctis præceptis onerat.

13 Crebras & *h* veneras diaboli tentationes, corporis macerations assiduisque precibus, fortiter vicit. Crebras etiam gulæ blanditias, & lautas epulas edendi allectamenta admirabiliter superavit. *i* Namque fusillæ carnis, pinguis gallinæ, & placentæ casatæ desiderio ardentissime tentatus, adeo hostiles pugnas eluſit, ut munuscula ab amicis impetrata non prius attingeret, quam din derelicta, & vermibus scatentia, ipsemet sensus abhorreret: unde vesana illa furies facillime abigeretur.

14 Cumque præcoces fici matureſcerent, suarum manuum fructus jam degustare inceſſanter appetit: quare appetitum domiturus, deposita tunica, ramdiu nudos artus vepribus & rubetis volutat, donec fluente sanguine edendi æstu defervesceret. Quod ubi dæmon opinione majus vidit, non dissimulanter opprobriis & con-

a damone *le precipitata fuisse illum.*
b
c
d qui S. Conradi dicitur.
e
f
g
h tentationes *superat.*
i & gulæ.
ab hoc si in *spiritu non latet.*

vicit;

AUCTORE VINCLITTARA.

vicijs beatum virum laceſſebat. Ille vero devictis certaminibus, gratias Deo victoriæ auctori agebat. Interim Petrus Bucchierius Guhelmi filius frigoris morbo *k* corripitur, & a Patre ad Conradum miſſus, priſtinæ ſanitati reſtituitur.

k febrat ſanat, abſentia negantibus;

15 Petit aliquando a Nicolao Vaſſallo veteri amico ceſſel formam, quam filio, qui primus a B. Conrado in Baptiſmate ſuſceptus, Conradi nomine totar Netinos appellabatur, ſecandam juſſit: quamvis uxor reluctata integram mitteudam negaret. Ubi vero Cooradus Coneadum reperit, ſanctus ille ſenex dimidiatum caſeum, quod invita matre daretur, remiſit, quamvis puer abnegarer: quicquid enim jurgii inter pareutes ortum fuérat, ſe præſciſſe oſtendit.

furgia tevat;

16 In plurimis quidem rum gratiam curationum, tum propheticum ſpiritum habuiſſe patuit. Rogatus ab amico ad prandiom, negat oportere, tum quod terrenas dapes non expeteret, tum quod piſces hujus rei gratia emptos ſelis ſubripuiſſet. Quod cum ille non crederet, regreſſus iratæ uxoris jurgus excipitur, & rem haud ſecus, quam a odierat, veram eſſe expertus eſt.

multa prædicit,

a Speluncas Pizzoni *vocant Campus & Waddingus*, *tribus paſſuum millibus Neto diſtans. Illic adicula extructa, ſive oratorium, quod Anachoreſis, ſive Eremitorium, S. Conradi appellatur. Addita non ita pridem, ut pag. 124. Campus ſcribit, ædificia, qua incolunt Eremita aliquot ex tertio ordine S. Franciſci, qui eodem habitu ac regula vivunt, qua olim a S. Conrado.*

B

b *Octavo quoque die ea cauſſa Netum ibat aut Hyblam, ſi Hybla eſt, qua nunc Avola dicitur, diſtatque a ſpelunca S. Conradi, quantum hac Neto.*

c *De admirabili imagine Criciſixi, qua Neti religioſe aſſervatur, creditoque picta a S. Luca Evangeliſta, ſuſe ag. 6 Campus cap. 4. & narrat quomodo iſthuc ſit allata, & in æde S. Mariæ de Caſtello locata, qua nunc Eccleſia Crucifixi dicitur: juxta quam Cella illa erant, quas cum Guilhelmo Auccherio Conradus inchoarat.*

Crucifixus Netinus,

d *Campus ait, ſolitum Antronium ab annis aliquot gravi dolore lateris pro intervallis torqueri, ſed tunc tum pie hoſpite hilariter conſequentem acceſſiſſe repente correptum ſuiſſe.*

e *Waddingus* Melfitanam vicinum oppidum ſcribit. *Campus* Malfitaniam placeam, *ſeu vicum, factorum; atque ibi amico, cujus diu filium ab hernia curavit, quercui eus a multis menſibus ad mendicandum panem non veniſſe, faſſum ſe crebro abſque cibo corporali divinitus ſuſtentatum ſuiſſe.*

B. Conradus divinitus edtur;

f *Etiam apud Regem ipſum celebrata Seſſa & aliorum formonibus, ut vulgo Beatus appellaretur.*

g *Exponit Waddingus*: expergefactum periculi admonuit: pœnitentiam commiſſi cujuſdam errati perſuaſit.

h *Narrat Campus cap. 7. veniſſe ad Conradi ſpeluncam ſub occaſum ſolis formoſam puellam, que ſe ajebat a via per ſilvam aberraſſe, rogabatque, ut ſibi liceret noctem unicam in antro ejus requieſcere, ne a lupis voraretur. Sed cum nudato pectore & uberibus, ſimul pudentes in eum oculos vibraret, Conradus, qui etiam ferrati aceris ab omni impura cupidine maxime abhorruerat, jubet eam tantiſper foris apperiri, ſibi noſcia quam eam maxime neceſſariam interea curandam. Tum in profunda ſilva precedit, ac tergo undata, flagellis in ſe ſeviter ſevire inflixit. Quod dum agit, tuleſſis animæ ejus lux obvia, ut peſſimum damonem intelligeret in forma puella ad ipſius labefactandam pudicitiam adveniſſe.*

a damose puella ſpecie tentatus

eum cæpit ſus;

C

i *Hoſce tentationes, & modum quo ſint a ſancto viro compreſſa, diffuſius explanat Campus.*

k *Ita febrim quartanam appellari a Siculis ſcribit Campus cap. 8. tam, poſt preces ſigno Crucis ſe perpetuum pepulſiſſe: monuiſſe item poſſea, ut Deo Petrus pateſque ejus Guilhelmus gratias pro hac munere agerent, non ſibi miſero peccatori: dein Guilhelma prædixiſſe nonnulla, qua filio eſſent eventura.*

CAPUT III.

Varia B. Conradi prædictiones, aliaque miracula: impobi puniti: exitus obtenta annona.

a 17 DElata eſt ad Siracuſanum a Antiſtitem B. Conradi fama, ſanctum vitæ genus, & miraculorum celebritas. Ille rei certius cognoſcendæ cupidus Netum venit, eremum adit, antrum omoi ſupellectili vacuum admiratur, mox Eremitam obvium habet, qui Epiſcopi pedibus provolutus benedictionem ſuſcipit: & ab eodem cœoa invitatus in cellam præcucurrit, & quatuor calidas, eandidaſque placentas, rem omnibus admirabilem attulit. Demque viri ſanctimoniam, & facundiam Epiſcopus agnoſcens lætus Syracuſis inclytas hominis virtutes prædicavit.

Viſitat ab Epiſcopo;

D

cibos ſuſtinet accepto;

18 Jam totam Siciliam tanti Eremitæ ſanctitas pervaſerat. Quod eum quidam peſſimi viri irridierent, hominem decipiendum ſtatuunt, ſcilicet ut piſcibus invitato prohibitæ die Veneris carnes apponerentur. Adeſt rei patrandæ commoditas: cum Conradus de more Crucifixi templum viſeret, præſto ſunt omnes, & ſimulato vultu pietatem oſtentantes rogant apud ſe prandere. Cognita Beatus fraude verbis annuit. Tum ſuculos aſſatos in menſam exhibent, nec aliud ipſi manducaot. Dumque vel hominis improbitatem culpant, vel ſimplicitatem deridenr, impia conſilia produnt, quod tantus vir ſeata feria ſuillam comediſſet. Legat Eremita, & piſces, quibus fuerat invitatus, fatetur acceptiſſe. In cujus rei teſtimonium ſpinas, ſentes, & ſquammas ex induſtria ſub mappa abſconditas detegit, & homines arguit impudentiæ. In antrum ſuum regreſſus obvii agricolæ manus oſculatur, & petentem orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam crebro recitandam docet.

ad exſufflandos deſpectos

19 Poſt hæc a ſceleſtiſſimis quibuſdam venatoribus probris afficitur, & virgis percutitur. Sed a Deo miſereordiam precatus, ſingulos panes Angelorum miniſterio præparatos ſuis percuſſoribus hilari animo diſtribuit. Qui rei novitatem admirati, tacito greſſu, ne cui illata injuria pateret, profugere. Sed tanti flagitii fama prævenerat: res magiſtratui defertur, ſceleriſque auctoribus in vincula conjectis, interrogatus Conradus, eventum fatetur: malefactores autem, quod & habitu & animo videret immutatus, non aguiſſe teſtatur. De eiſdem tamen a temporali juſtitia abſoluris, æternas pœnas deſumpſit; miſerrime enim periere.

E

flagella excipiens,

auſtores pœne collati alteri dedat,

& apud Judicem excuſat,

20 Idem Syracuſas ad Præſulem profectus, *b* juxta palatium plurimis aviculis circumdatue, quæ quodammodo beati viri adventum gratulabantur. Ea re a miniſtris delata, deſcendit Antiſtes, & honorifice Conradum excipit: qui Pontifici, ſi quas habebat, eulpas confeſſus, non longe poſt in eremum regreditur.

b

ab avibus honoratur

Epiſcopo confeſſus;

c

21 Tunc ſub *c* Hyblam maceriei ovilis inniſus ſimiliter ab avibus ſalutatur. Quod viator quiſpiam videns, viri nomen & inſtituti genus voluit intelligere: quæ ibentiſſime percepta ſuis Hyblenſibus nuntiavit, apud quos magoa etiam erat nomiois celebritas, proinde ac apud Netinos. Quorum rantus erat conventus, ſiquando Eremita in urbem & potiſſimum in ædem Divi Petri Apoſtoli ad ſuum Confeſſarium divertebat, ut declinanda multitudinis frequentia, elanculum aceedere oporteret.

honoratur ab Hyblenſibus & Netinis

22 Accidit, ut exciſum in antro ſaxum, ubi Crucifixi imagini locum in aræ modum accommodabat, curans educendum, accolas accerſeret: qui operam ſoam præſtituri, ſaxi molem ſuis viribus grandiorem expavebant. At Conradus Deo fretus homines cohortatur, & ex uno ipſe latere ſuſcepit, ex aliis adjutores collocat, rum ſacillime lapidem re leviorem eduxere. Confeſtim egreſſis ex antro, ubi nihil paulo ante eeliquerant, tot dulciſſimos & adhuc fumantes panes attulit, quot ſingulis ſatis eſſent: qui utroque miraculo commoti Domino benedicebant.

F

legem ſaxorum ſanctis movet;

panes collocat in antro;

23 Horum quidam ſe Conrado, & ſocium, & diſcipulum obtulit. Ille propoſita rei difficultate hominis animum perquirebat: quem ubi firmum ſenſit, Eremitico habitu voluit indutum, & biennio ſtrenuum & obſequentem expertos eſt. At humanæ ſalutis inimicus innato livore exeandeſcens, adeo juvenis fomitem incendit, ut ſe ad repugnandum imbecillem & ineptum fateretur. Deſperata perſeverantia aperit Conrado conſilium,

diſcipulo abſtinentiæ formam præcedit;

A lium, quod relicta eremo ducendæ uxoris deſiderio æſtuaret. Quamvis autem vir ſanctus crebris & gravibus admonitionibus ab obſcœna illa cogitatione abſterreret, tamen a ſententia ignavum hominem deducere non potuit. Spe tandem deſtitutus dimittitur, & tria illa pericula imminentia prædicuntur: quod anguis calceo latentis morſu appetendus, quod dimicans, quod averſo haſta prolapſus evidentiſſimæ mortis diſcrimina ſubiturus eſſet. Surdior ille freto redit ad vomitum, & infeliciſſimo exitu vitam clauſiſſe dicitur.

24 Invaſerat Siciliam, alioqui frugum parentem, acerbiſſima annonæ caritas, adeo ut miſeri mortales inedia confecti mortis ſpeciem præ oculis oſtentarent. Conſugiunt nonnulli ad Divum Conradum, a quo benigniſſime excepti, *d* cœleſti pane ſatiantur: tum alii atque alii ejuſdem refectionis curſum tenent, & ſinguli ſuis panibus divina gratia creatis epulantur.

in fame panperes mira alit;

d

e 25 Cognoverat vates Deo dilectus quemdam *e* adoleſcentem mortali peccato detineri, & certiſſimum vitæ periculum ſubiturum: adit parentem in area laborantem, eique mandat, ut filium ſacramentali confeſſione a certa labe purgandum admoneret. Quod ubi fecit, in paternam aream regreſſus, quanto periculo detineretur, agnovit: nam eadem repentina tempeſtate, & proxime fulmine e cœlo lapſo, pene examinis corruit. Rei

occulta & futura prognoſcit;

B præſcius Conradus pendentibus etiamnum imbribus aſſuit, amicos conſolatur, & a lethalibus criminibus abſterret. Agnoſcunt illi ſancti Eremitæ precibus vitam juveni ſervatam, & acceptam Deo referunt.

a *Antiſtitem hunc Pirrus, Campus, Wadingus* Jacobum vocant: *addit Pirrus contigiſſe hæc anno 1348. cum Syracuſas gravis peſtilentia affligeret.*

b Paullo *ante* mortem, *inquit Wadingus.*

c *Tres fuere in Sicilia* Hyblæ: *Major vicus Ætnam inter Catanam & Simæthum flumen, quo de flumine egimus 5. Febr. ad Vitam S. Agathæ: Parva, inter Syracuſas, & Leontinos: Minor, vel minima, quæ & Herea cognominata, non procul Noto. Hanc minimam* Hyblam *conjicit Cluverius pag. 352. lin. 5. Raguſam nunc appellari. Fazellus lib. 3. cap. 4. nihil certi poſſe ſe conjecturæ ſcribit.* Campus Avolam *vocat hoc oppidum, cujus incolis ſanta in veneratione B. Conradus fuerit. Situm Avolæ, ſive Avolæ, deſcribit Fazellus lib. 4. cap. 1. pag. 97. his verbis:* Sequitur inde Erinæi fluminis oſtium Thucydidi lib. 7. Orine Ptolemæo, Miranda hodie dicti. Caput habet in collibus vicinis &c. a meri P. M. circitas 4. resedentibus. Ejus frontibus aſpero in editis rupibus ſitu ſupereminet Avola *vetus & novi nominis oppidum.* Proximum deinceps Aſinari fl. oſtium eſt. *Eſt ſane vetuſtum Syracuſis Netum non procul ab eo oppido eſſe iter potuit.* Hybla Herea *altera Netum erat,* Gelam *verſus.* Wadingus Hiblæam *vocat oppidum, juxta quod accidit hoc prodigium.*

Hybla tripitus.

Avolæ oppidum.

C d Campus *cap. 10. ait panes illos ab Angelo forma viſibili allatos e cœlo.*

c *Hanc Wadingus ad an. 1351. num. 27. ſcribit, unam fuiſſe ex iis quos famis tempore pavorat Conradus. Fuſius eam gradationem ac ſucceſſum narrat* Campus *cap. 10.*

CAPUT IV.

B. Conradi obitus, ſepultura, veneratio.

obitum prædicit;

26 INſtabat autem exoptata dies, qua poſt tot devicta certamina ad cœleſtis gloriæ palmam evocaretur. Divino oraculo temporis admonitus, Netum ad ſuum Confeſſarium ſe confert, Euchariſtiæ ſacramento reficitur, & pium illum Sacerdotem ſummis precibus rogat, ut perendie in cremum ſe reciperet. Quod cum feciſſet, detegit Conradus imminentem ſui tranſitus horam, prædicit ſore, ut & Netini & Hyblæi de cadaveris poſſeſſione armis contenderent, nec quidquam mali inferendum: ſeque velle in S. Nicolai ſepeliri. Continere non potuit lacrymas vir ille Conradi umantiſſimus, eo-

& alia;

mortem lætus ſpectat;

que ranti viri amiſſionem plorante, ſebri correptus coram Crucifixo unda genua flectit, & ſe ſuoſque Netinos Domino commendat; tum mirabili ſplendore locum illuſtrante, animam Deo reddidit. Fulgore perterritus Sacerdos Conradum reſpicit adhuc genu flexo ſtantem, adeo ut vivum crederet: eum tamen mortuum vidit, graviori luctu cruciatur.

AUCT. UNIC. LITTA. RA. D

Joannes alcro campanam;

27 Voluit & hoc Deus piis populis mirabiliter innoteſcere. Nam campanæ & Neti & Hyblæ, nullo pulſante, adeo omnes & fortiter ſonuere, ut homines rei noviætatem ad ſe ſcrutarentur. Gulielmi domicilium petunt, quem a ſanctu viveudi genere omnibus carum, mortuum credebant: ab eodem tamen admonentur, ut de B. Conrado cognoſcerent. Continuo armati illuc advolant, & adhuc ſummiſſo poplite, ac ſi oraret, inventum, aſportandum facillime creduunt: nec tamen loco dimovere poſſunt. Affuit ſancti viri confeſſarius, & ab eodem in arcam deponitur, quo honeſtius deferretur. Ecce tamen Hyblenſes adventant, & æquo audaciores e Netinorum manu gratiſſimam illam ſarcinam auferre conantur. Conſerunt utrinque manus, pugnatur acerrime: nec tamen (quæ Conradi fuit protectio aut occiſus aut vulneratus eſt quiſpiam: imo projecta tela, ſuisiu pharetris recondita invenerunt.

poſt pugnam

28 Quod ubi miraculum vident, nuntiant Netini, inter quos ſacrum illud depoſitum ſemper reſidebat, certi jam divinæ voluntatis, ut quaterni ea utriſque populis, & primi Hyblenſes arcam humo tollerent: quod ſi poſſent, alii cederent: ſin minus, ipſi opus experirentur. Accipiunt Hyblenſes conditionem, nec tamen arcam illam humo ſuſtollere valuere. Succedunt Netini, quibus carum pondus adeo leve viſum eſt, ut alacres, nulloque impedicnte, Netum contenderent.

edit ſæpe per Netinos,

E

29 In urbem ingreſſis placebat quibuſdam, ut in ædibus D. Mariæ a Ceſtro, quibus nunc a Crucifixo eſt cognomen, deponeretur: at dum illuc inferre ſtudeot, omnem operam perdunt. Quapropter Conradi confeſſarius Sancti voluntatem aperuit, ut in Divi Nicolai, quæ major, vel tunc temporis, erat eccleſia, efferretur: eoque a duobus leviſſime perlatum eſt, ceteris honorificentiſſime funus deducentibus. Tantaque fuit populi pietas & frequentia, Beatique gratia, ut plurimi infirmi, heroioſi, cæci, ſurdi, claudi, muti, & aliis morborum generibus oppreſſi, ſanitati reſtituerentur. Quæ omnia idoneis teſtibus, & per fideliſſimos *a* commiſſarios litteris mandanda in poſterorum memoriam Quatuor-viri curarunt.

ſepultura in S. Nicolai,

miraculis illuſtratur

a

30 Demum Leo Decimus anno ſui Pontificatus tertio conceſſit Netinis B. Conradi reliquias poſſe coli, adorari, & per urbem circumduci. Uode an. ſal. 1516. prima Conradi ſolenitas incepta eſt. Plurima ejus dici miracula *b* Jacobus Humana Netinus, Epiſcopus Scutereuſis, qui Apoſtolicæ Sedis reſcripto interfuit, collegit, Conceſſit etiam Paulus Tertius Divi Conradi feſtum vel patra civitatem Netinam, & Syracuſanam diœceſim, ut aliorum Beatorum, quos nondum in Sanctorum numerum Eccleſia retulerit, poſſe celebrari & veneraci. Datum eſt diplomu Romæ an. ſal. 1544. 3. Kal. Novemb.

ſolitus publice,

b

F

31 Fuit Conradus ſtatura procerus, forma elegantiſſimus, aſpectu magnanimus, ſer mone gravis, & facundus. Naturæ ceſſit 12. Kal. Mart. anno a Chriſti natali 1351. Ejus corpus in argente area reconditum apud Netinos in ornatiſſimo tumulo & ſacello conſervatur: ubi cotidie divinæ virtutis ſigna experimur.

in area argentea ſtruo tatur.

p *Duobus eam demandatam fuiſſe earum ſcribit Campus cap. 12. videlicet Sacellano ædis S. Petri, cui vir ſanctus confiteri ſolitus erat, & F. Michaeli Lombardo, qui & ipſe Conrado familiaris extiterat: ab his ſumma fide conſcripta quæcumque ab eo aut geſta viderant ipſi, aut geſta fuiſſe didicerant ex aliis, ea præſertim Guilielmo Bucherio, nunc adhuc ſuperſtite. Qui viros quatuor a Netinis præfectos miraculis conſcribendis tradunt, non vetat Litterarum intelligentia de 4. viris, ſive Magiſtratibus, qui fideliſſimis commiſſariis aſſ.*

b *Excuſum erat* Joannes Humana: Jacobum *vocant Pirrus & Perramaria* Campus: Wadingus Jacobum Humanum.

XX. FEBRUARII.

SANCTI QUI X. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

S. Anctus Tyrannio Epiſcopus, & alii plures, } Martyres Tyri in Phœnicia.

s. Potamius, s. Nemeſius, s. Didymus, } Martyres in Cypro.

s. Victor, s. Corona. xx. alii } Martyres.

s. Paula, cognomento Barbata, Virgo Abulenſis in Hiſpania.

s. Sadoth Epiſcopus, & CXXVIII. ſocii } Martyres, Bethlapathæ & Cteſiphonte in Perſide.

s. Encherius, s. Falco, } Epiſcopi Trajectenſes in Belgio.

s. Olcanus. vel Bolcanus, Epiſcopus in Hibernia.

s. Eleutherius, Epiſcopus Tornacenſis in Belgio.

s. Eucherius, Epiſcopus Aurelianenſis, Trudonopoli in Belgio.

s. Leo Thaumaturgus, Epiſcopus Catanenſis in Sicilia.

B. Ulricus, ſive Ulfricus, Presbyter eremita in Anglia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

SAncta Pharaildis Translationem *ad hunc diem annotatam legimus in recenti quodam ſcripta Carthuſia Bruxellenſi his verbis*: Apud Gādavum in Blandinium a Tempſeca Translatio S. Pharaildis Virg. *Verori quis poſſet, ne mendoſe* Pharaildis *nomen paſſum pro* Amalberga: *hæc enim Tempſeca in Blandinienſe cœnobium translata, ſed non hoc die.* Pharaildis *autem Gandavum quidem & ipſa aſportata, ſed ex Brabantia, non Tempſeca, nec in Blandinium. De ea egimus* 4. Januarii. *At* S. Amelberga *colitur* 10. Julii

B. M. Julianum 10. Kalendas Martii in pace quieviſſe *tradit Seraphinus Eſquirrus in Sanctuario Calaritano, & ex eo Dionyſius Bonfant lib. 7. de Triumphis Sanctarum Sardinia cap. 6. De eo egimus die (quæ aliquis* Julianus *Calari colitur)* 7. Januarii.

S. Agatho Thaumaturgus, Papa Romanus, *hoc die colitur a Græcis, ut ex eorum Menæis patet: a Latinis* 10. Januarii.

S. Silvanus Epiſc. Emeſenus *refertur in Uſuardi, Romano, & aliis Martyrologiis una cum Tyriis Martyribus. De eo egimus ſupra* 6. Februarii.

S. Eleutherium Epiſcopum Conſtantinopolitanum & Martyrem *adſcripſit Cardinalis Baronius tabulis Martyrologii Romani.* De eodem & Græci, *inquit, ac citat Nicephori Chronologiam, & Nicephori Calliſti hiſtoriam. In illa habentur ea ſolum verba:* ὁ Ἐλευθέριος ἐτελείωσε. Quintus Eleutherius annis ſeptem. *In Latinis editionibus Camerarii & aliis, præpoſitis* Plutarcho, Sedecione & Diogene, octavius *cenſetur. Calliſtus lib. 8. cap. 6. hæc tradit:* Μετὰ Ἐλευθέριον, ὃς ζῆσε ἐμπαίσας φίλτρα διδαχαῖς ἔτη. Poſt quem *Diogenem* Eleutherius, qui 7. annis Epiſcopali munere obiit, Felicem habuit ſucceſſorem. *Quinque omnino in Græcorum Menæis* Eleutherii *nominantur, Perſa Martyr die* 13. *Aprilis, Martyr alter cum Leonide* 8. *Auguſti. Diaconus Martyr, S. Dionyſii Pariſiorum Epiſcopi ſocius* 3. *Octobris, Epiſcopus Martyr cum matre Anthia* 15. *Decembris, Cubicularius Imperatoris Martyr, genere Byzantius,* 4. *Auguſti &* 15. *Decembris. Fidem omnes extare in Martyrologio Romano, licet plerique diverſis diebus. Neque aliud uſquam vidimus Martyrologium, in quo* Eleutherius *Epiſcopus Byzantinus aut Martyr appelletur aut annumeretur Sanctis. Neque ad eum pertinent, quæ citat Baronius ex Nicephoro Calliſte lib.* 15. *cap.* 33. *in hunc modum ſcribente:* Gennadius iſte ad Eleutherium Martyrem, cujuſdam ex illius Clericis diſſolutam vitam coarguens, epiſtolam dedit in hæc verba: Sancte Martyr Dei Eleutheri, miles tuus diſſolutam agit vitam: vel corrigēdus ille tibi eſt, vel abjiciendus. Clericus autem ille ſtatim mortuus eſt. *At non dicitur hæc ad* Eleutherium Epiſcopum *ſcripta epiſtola, ſed* Eleutherium Martyrem, *unum nempe qui Byzantii, unde & natus, maxime celebris erat: cujus natalis* 15. *Decembris in Menais adſcriptus, in Romano Martyrologio atque iſdem etiam Menais* 4. Auguſti.

S. Pantamia, Pantanna, Potamia, Martyr *inſcripta variis Martyrologiis, & junctæ* SS. Cajo & Victori. *Agimus infra de* SS. Potamio, Nemeſio, Didymo, *atque ab aliquibus arbitramur* Potamiam *ſtatuii debere. De* SS. Victore & Corona *ſeorſim etiam agimus.* S. Cajo *mox alium diem aſſignamus.*

Innumerabilium Martyrum Romæ in Titulo S. Silveſtri commemorationem fieri *ſcribit Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum, nec unquam equidem aliquem aut tabulas citat. Plurima quidem ibidem Reliquia ſunt, at videre eſt apud Octavium Panciratium in Theſauris abſconditis alma Urbis, regione* 4. *cccl.* 5. *De multarum in Urbem reliquiarum Translatione agit Baronius ad annum* 761. *ubi diploma de ea Pauli Papæ recitat. Noſquam hoc die cultus iis aliquis impendi traditur.*

Cœlius Sedulius, *qui ſeculo Chriſti quinto ſoluta & vincta oratione extollit, hoc die refertur a Camerario, qui tamen addit,* feſtum ejus ab aliis poni 13. Junii: *ſed alterutro die ipſum coli negat Calganus in Actis Sanctorum Hiberniæ* 12. *Februarii, ubi eum refert, & ſolum* venerabilem *appellat, ut ad eam diem monuimus.*

Paula

A Paula junior, S. Lætæ filia, S. Paulæ neptis, *de qua in hujus Vita agitur 26. Januarii c. 9. n. 42.* Saocta *appellatur a Laberio noſtro in Menologio Virginum, ubi Antonium Gallonium citat in hiſtor. ſanctarum Virginum Romanarum. Agit hoc die de ea in Vita S. Euſtochii ejus amita, ſolumque glorioſam & religioſam Virginem vocat, non ſimpliciter* S. Paolam: *nec ipſe almſve hunc diem aſſignat.*

Sedatis martyrium *ad hunc diem annotatum inter feſta Ægyptiorum Chriſtiana, in eorum enumeratione, conſcripta ab Abulachſan Achmad Calcaſendio, quam edidit l. 3. de Synedriis veterum Hebræorum Joannes Seldenus. Sed quod illud cujuſve martyrium ſit, recepti ab Eccleſia Catholica olim Sancti, an poſterioris alicujus Severiani, ignoramus. Libet tamen indicare, ſi quis amplius aliquid poſſit ſuggerere.*

Sanctorum multa corpora Blandinii, *duabus Toracæ lucis*, in Chriſto quieviſſe cum S. Eleutherio Epiſcopo Tornacenſi *habetur infra hujus Acta, in quibus dicuntur etiam* multi Catholici ab hæreticis obtruncati & in Scaldi ſubmerſi: *quorum memoriam necdum legimus faſtis Eccleſiaſticis inſcriptam.*

S. P. N. Theodori Romani nomen *annotatum ad diem* 28. *menſis Amſchir, ſive* 20. *Febr. in Kal. Coptico, quod an.* B 1286. *ſive Æra martyrum* 1002. *exaratum edidit Joannes Seldenus l. 3. de Synedriis veterum Hebræorum c.* 15. *Is videtur* Abbas Theodorus Romanus, *cujus meminit Jeannes Moſchus c.* 150. *l.* 10. *de Vitis Patrum.*

Cymbertus, *ſive, ut alii*, Cynebertus, *aut* Kinebertus, Presbyter & Abbas *fuit monaſterii circa Teſtum amnem in Southamtonia, quod tunc* Reotford, *id eſt*, vadum arundinis *dicebatur, nunc* Redbridge. *Is cum Ceadwalla Occidentalium Saxonum Rex Vectam inſulam occupaſſet*, omneſque indigenas *idololatria deditos* tragica cæde exterminare, *ut ait Beda l. 4. c.* 16. conteoderet, *cum pueros duos*, Arwaldi Regis inſulæ fratres, *fuga lapſos, dein proditos & Ceadwallæ juſſu occidendos audiſſet*, poſtulavit ab eo, ut ſi neceſſe eſſet pueros interfici, prius eos liceret fidei Chriſtianæ ſacramentis imbui. Conceſſit Rea, *licet adhuc Gentilis*: & ipſe inſtructos eos verbo veritatis, ac fonte ſalutari ablutos, de ingreſſu regni æterni certos reddidit. Moxque illi inſtante carnifice, mortem læti ſubiere temporalem, per quam ſe ad vitam animæ perpetuam non dubitabant eſſe tranſituros. *Ita Beda. Weſtmonaſterienſis anno* 687. *pueros illos regios* martyrio coronatos *ſcribit. Wilſonus in Martyrologio Anglicano* 21. *Auguſti* martyres
* C *vocat. Ipſum* Cymbertum *Edvardus Maibevv in Tropais ad* 20. *Februarii locat*, ac Beatum *appellat, ati & poſt illum Huge Menardus in Martyrol. Benedictino. Wilſonus* 21. *Februarii ſtatuit &* Saoctum *indigetat, atque* Epiſcopum *fuiſſe ait: & ipſum ſecutus Ferrarius. Antea quoque Trithemius l. 4. de Viris illuſt. Ord. S. Benedicti c.* 176. *& Wion l.* 2. *Ligni Vitæ c.* 55. Vectæ inſulæ Epiſcopum *fuiſſe ſcripſerunt, cum Vecta non legatur proprios Epiſcopos unquam habuiſſe, ſed Wintonienſis, ſive Venta, Epiſcopo fuiſſe ſubjecta, ati ex Beda l. 5. cap. ultimo perſpicere eſt. Sed duplicat errorem Wion, dum* Vectæ Epiſcopum fuiſſe *ait* D. Cymbertum ſub Archiepiſcopo S. Andreæ, *in Scotia nimirum; cum hæc metropolis a Vecta inſula, quanta eſt totius Anglia a Meridie in Boream longitudo ac bona partis Scotiæ, diſtet. Fuit quidem* Cymbertus *Epiſcopus Lindiſſi, ſive Lindiſfarorum, id eſt, Lincolnienſis, ſive* Cymberchtus, *aliis* Kinebertus, *de quo Beda l. 4. c.* 12. *& l. 5. c. ultimo, qui obiiſſe traditur anno* 733. *Sed ab hoc omnino diverſus nobis videtur Abbas ille Readſortenſis: & acutam inter Sanctos ab antiquis connumerari meminimus.*

Colchus, ſive Colga, filius Panechi, *memoratur hoc die a Colgano in Actis St. Hiberniæ, & Sapiens cognominatur: qui & putat eum eſſe, cui Alcuinus epiſtolam ſcripſit, quam ibidem recitat notiſque illuſtrat. Sed & 24. Februarii* Tom. III.

Sept. iterum ab aliis memorari fatetur. Verum præter D *faſtos Hibernicos nullum cultus argumentum indicat, ſuiſque illis Faſtis ipſemet videtur non ſatis fidere dum plurimos in illis nominatos omittit.*

S. Colgus, ſive Colganos, Abbas de Kill-Colgam, } *adjun-*
B. Colgus, ſive Colganus, filius Kellachi, } *guntur*
B. Colga, Abbas Luſcanus, } *a Colgano præcedenti Colcho*, ne memoria, *inquit*, eorum interiret, quia natales aliis diebus obſervatos non invenio, & pietate doctrinaque celebres floruerunt. *Priorum duorum meminit S. Adamnanus in Vita S. Columbæ, ſed abſque titulo* Sancti *aut* Beati *ſeu tertius ſubſcripſit Synodo per S. Adamnanum coacta. Quod ingratiam Joannis Colgani etiam indicare voluimus, qui prioris etiam meminit* 3. *Febr. ad Vitam S. Colmani pag.* 248. *col.* 2.

Wilo Laureacenſis Epiſcopus, *qui aliis* Vivilo, Unilo, Phiphilo *appellatus reperitur, mortuus traditur* 10. *Kal. Martii anni* 745. *Ferrarius* S. Wilonem *vocat. Sed quos citat auctores, hunc ei titulum non tribuunt, nedum Officia Paſſavienſia, ſeu vetera ſeu nova.*

S. Gallum Presbyterum Auguſtoduoi Æduorum *coli hoc die ſcribit Sanſſajus, multoſque ab eo converſos. Nobis adhuc ignotus, quis ejus Eccleſiæ tabulas non viderimus. An forſan* S. Gallus *Abbas & Presbyter, de quo infra?* E

Feriolus Presbyter *Vienna urbe Galliæ ſeculo nono Tornacum venit, ubi, dum reo ſuſpendendo vitam deprecatur, ipſe ideo vinctus & ſuſpendendus verſus patibulum abdactus, implorato S. Eleutherii Epiſcopi Tornacenſis patrocinio liberatus eſt ad ejus ſepulchrum, ac cutenus, qua altera vice in collum ejus injecta erat, ultro confracta eſt, & in Tribuni faciem proſiliens eum occidit, qui precibus ejuſdem Ferioli ad ſepulchrum ejuſdem Eleutherii reſuſcitatus eſt. Ita infra pluribus Acta ejuſdem Eleutherii: in cujus teſtimonio cum Sermonibus ejuſdem tomo* 15. *Bibliotheca Patrum excuſo & nonnullis mſſ. dicitur* Sanctus, ac Martyr Nonis Sept. ſub Criſpino Judice *occiſus. Verum Acta hujus & S. Ferreoli Veſuntione cum S. Ferratio interempti, & S. Ferreoli in territorio Vienaenſi ſub Criſpino occiſi confundi infra in Actis S. Eleutherii oſtendemus.*

Iſembardus Hemmenrodenſis cœnobii Ordinis Ciſtercienſis *in diœceſi Trevirenſi* monachus ac ſacriſta, Beatus *appellatur ab Chryſoſtomo Henriquez in Menologio, Gaſpare Jongelino in Manipulo Hemmenrodenſi, atque Angelo Manrique tomo* 3. *Annalium Ordinis. Et ſane illuſtria ſunt, quæ de eo narrat Cæſarius coævus & gravis ſcriptor l.* 11. *c.* 3. *&* 11. *Quia tamen non indicant, an ul-* F *lus ei cultus ant majorum pietate, aut Eccleſiæ conſenſu habeatur, hic eum tantiſper omittimus.*

Joannes de Wiſtrezees, *Converſus, ut vocant, in monaſterio Willarienſi Ord. Ciſterc. in Brabantia, multis claruit virtutibus fuit, ut fuſe narratur in lib. de Geſtis illuſtrium virorum ejuſdem cœnobii c.* 28. *Chryſoſtomus Henriquez eum hoc die Menologio Ciſtercienſi inſcribit, ac* Beati *titulo decorat. Raiſius in auctario ad Natales Molani* 28. *Auguſti eum locat, abſque ea tamen titulo: quem nec nos ei arbitramur tribui ab antiquo ſolere. Sanſſajus in Martyrologio Gallicano licet* Beatum *vocet, in Piorum tamen claſſe eum reponit.*

Amata, S. Claræ cognata & diſcipula, *hoc die memoratur in Martyrol. Franciſcano Arturi a Monaſterio cum* Beatæ *titulo: quem ei quoque Petrus Rodulphius Teſſinianus tribuit, & Jacobillus tomo* 1. *St. Umbriæ, ac Franciſcus Laberius in Menologio Virginum. Fuit illa quidem, ut ex Vita S. Clara & Annalibus Ordinis patet, ſanctitatis eximiæ, verum an* Beatarum *albo adſcripta, Sede Apoſtolica nunquam, haud comperimus.*

S. Veroli, } Adrumetinorum in Africa Martyrum,
S. Secundi } *memoria hic configuata eſt in mſ. Mar-*
& aliorum xxi. } *tyrologio monaſterii Marchianenſis; in*
ceteris 21. *Febr.*

A S. Secundinus & alii 23. *qui in Africa martyrium ſubierunt, hoc die memorantur in mſ. Martyrologio monaſterii S. Martini Trevirii: in aliis pluribus* 21. Febru.

B. Pippini Ducis, ac patris S. Gertrudis, depoſitio *refertur hoc die in mſ. Florario Ss. Vitam dabimus* 21. Febr.

Florentius vir ſanctus, *ut ex veteri inſcriptione Eccleſiæ Hiſpalenſis, quam nobiſcum V. C. L. Lucas Torrius communicavit,* die 14. Kal. Martias *obiit. Antonius Quintanaduenas noſter in l. de Ss. Hiſpalenſibus, conſentientibus Romano & aliis Martyrologiis citata licet hac inſcriptione, ſoli ſcribit* 23. Febr.

S. Cajus Epiſcopus Rumæ via Appia in cœmeterio Calliſti. *Ita mſſ. Richenovienſe, S. Hieronymi & alia cum Beda, Rabano, Notkero. Eſt* S. Cajus *Papa, colituſque* 22. Apr.

Blanda a S. Eleutherio Epiſcopo Tornaceuſi ad vitam ſuſcitata & baptizata, ac Chriſto dicata eſt, ſanctaque & immaculata permanſit, & curſu benigne finito ad cœleſtia tranſmigravit. *Ita Vita S. Eleutherii, cum cujus reliquiis caput ejus in eccleſia Cathedrali Tornacenſi aſſervari Rayſſius aliique tradunt. Cæterum non reperimus officio Eccleſiaſtico coli, aut Faſtis ſacris adſcriptam eſſe. Alias plenius de ea agi poſſet, die, qua*

B *obiiſſe dicitur.* 13. Maii *aut* 12. Junii.

S. Eleutherius Papa & Martyr Rumæ, a quo Lucius Rex Britanniæ per epiſtolam ſe fieri Chriſtianum poſtulavit, miſſique duo viri religioſi, qui Regem cum populo baptizarunt. *Mſ. Martyrol. Bruxellenſe s. Gudila. Colitur* S. Eleutherius *Papa, ſive* Eleutherus, 26. Maii.

S. Beſſarion anachoreta *prolixo elogio honoratur hic in Menaiis Gratorum. Idem eſt, qui in iiſdem Menaiis & Martyrologio Romano celebratur* 17. Junii.

Humburga Cumitiſſa *inſcripta eſt hoc die Auctarii Greven & mſ. Florario, in quo &* Abbatiſſa *appellatur. Ignota nobis eſt. Ex monumentis S. Michaelis in Lotharingia legitur apud Ferrarium* B. Humberga ſoror S. Theobaldi, *ſed num una eademque ſit examinari poterit ad diem, quo hac refertur* 29. Jun.

Oſeas Propheta *hoc die inſcriptus eſt Kal. mſ. Coptico collegii Maronitarum Romæ. Colitur* 4. Julii.

S. Mildredæ Virginis corpus *in monaſterio S. Auguſtini Cantuariæ* an. 1262. 11. Kal. Mart. *in novo* feretro poſitum eſt, *ut in Chronicis ſcribit Wilhelmus Thorn pag.* 1905. *In martyr. Anglicano Wilſoni adſcriptus huic dici*

C natalis ejus *in priore editione, in poſteriori* Tranſlatio, *ſicut & in Menologio Laberii. Ferrarius ſimpliciter iſta habet:* In Anglia S. Mildredæ Virg. *citat in Notis Molanum, qui ejus hoc die non meminit, ſed* 13. *Jul. ut & Miræus in Faſtis tradit corpus Daventriam allatum. Sanderus in Martyrol. Gallicano hanc* 20. *Febr. recoli tranſlationem exiſtimavit, ita ſcribens in Supplemento Martyrologii Gallicani:* Daventriæ in Belgio ſuſceptio corporis S. Maldredæ Virginis. *Plenius de ea agemus* 13. Julii.

S. Pantaleonis Martyris caput Coloniam tranſlatum *diximus* 8. *Febr.* 17. *tamen & 19. Febr. in aliquibus Faſtis eam Tranſlationem configuari. Etiam* 20. *Febr. in perbrevi ſed antiquo Martyrologio monaſterii S. Maximini Treviris ita legitur:* Pantaleonti Mart. *Dempſterus quoque in Menologio Scotico eam hic locat Tranſlationem, ſed male Molanum citat, qui nan* 20. *ſed* 18. *ejus meminit. Colitur* S. Pantaleon 27. Julii.

S. Altfridi Epiſc. Hildeshemenſis *nomen Calendario mſ. Ordinis S. Benedicti hac die adſcriptum. Conſtat eum obiiſſe* 15. Aug.

S. Hilarius Papa *refertur hoc die in veteri Martyrologio monaſterii s. Martini Treviris his verbis:* Roma Hilarii Papæ & Martyris. S. Hilarus Papa, *qui quibuſdam* Hilarius *eſt, ſed Martyr non fuit, refertur & ab aliis* 21. *Febr. ut ibi dicemus. Natalis ejus eſt* 10. Sept.

Thecla nobilis matrona Tornaceuſis, *omni virtutum genere decorata, a S. Eleutherio ter admonita, corporis ejus* D *elevationem per Heidolonem Epiſcopum fieri curavit, & in ipſa elevationis hora ſanctæ obiit, a morte etiam miraculis clara, in eccleſia pagi Blandinienſis ſepulta, & dein ad ſecretiorem locum tranſlata, ut, in Actis s. Eleutherii legitur. Memoria Elevationis S. Eleutherii celebratur* 9. Julii: *at in Actis contigiſſe dicitur una cum obitu Thecla, die, quo hac inquiri poterunt,* 18. Sept.

S. Euſtochium Virgo, filia S. Paulæ *refertur hoc die a Caſiſio, Greven, Ferrario & in Florario mſ. Act in Martyrol. Romano* 18. Sept.

S. Peleus, } Epiſcopi Ægyptii, *dicuntur in variis Martyro-*
S. Nilus, } *logiis Tyrias martyres incitaſſe ad fortiter ſubeundum certamen, ſed colantur ipſi* 19. Sept.

Irenæus e majoribus S. Eleutherii Epiſcopi Tornacenſis (*forſan* abavus, *ut aliqua hujus Acta innuunt*) *converſus a S. Piato ad fidem eſt, dicturque infra a Giberto c.* 2. *Vita S. Eleutherii,* confeſſus publice Chriſtum, ſuſceptu martyrio migraſſe feliciter ad triumphum. *Et in ultima Vita ex lectionibus Eccleſiaſticis numeratur inter illas, qui cum S. Piato martyrium paſſi ſunt, de quibus & Irenæo, ſi quid certius occurrat, agi poterit ad Acta S. Piati* 1. Octob.

S. Conganus Abbas *hoc die a Davide Camerario in libro de* E *Scotorum pictate refertur, licet* Coganum *vocet. Citat Vitam S. Kentigerna e Breviario Aberdonenſi: in quo tamen Breviario dicitur ex Scotorum Hibernienſium & Lagmenſium regali genealogia deſcendiſſe, coliquo* 13. Octobris.

S. Gallus Presbyter & Confeſſor in Alemannia, *inſcriptus præcipuis Martyrologiis mſſ. & excuſis Uſuardi, Bellini, & aliorum.* Abbas *dicitur in mſ. S. Richarii,* diſcipulus S. Columbani, *apud Adonem: ejus* Tranſlationem *hoc die celebrari tradit Florarium mſ. De ea agendum erit ad diem ejus natalem* 16. Octob.

S. Cronanus filius Æneguſſii, filii Cormaci, filii Senachi, filii Davidis, filii Fiachrii &c. 20. Febr. vel 19. Octob. *Ita Colganus in Appendice ad Vitam s. Colmani* 3. *Febr. pag.* 248. *col.* 2. *Nomen nudum* Cronaoi *eſt* 20. *Febr. in Martyrol. Tamlachtenſi & Feſtilegio Gormani &* 21. *Febr.* Ceonaoes Kill-Beggiæ. *Tamen ad utrumque diem* Cronani *non meminit Colganus, forſan daturus meliora argumenta* 19. Octob.

S. Zenobius Eccleſiæ Sidonis Presbyter, *Ægyptios Martyres, qui Tyri occiſi ſunt, memoratur ad conſtantiam hortatus, ideoque hoc die in multis Martyrologiis relatus eſt, ſed colitur ipſe* 19. Octob. F

S. Julianus, }
S. Eunus, }
S. Macarius, }
S. Epimachus, }
S. Alexander, }
S. Metranus, }
S. Apollonia, }
S. Ammonaria, }
S. Cointha, }
S. Mercuria, }
S. Dionyſia, }
S. Ammonaria alia, }
S. Serapion, }
S. Herou, }
S. Arſenius, }
S. Dioſcorus, }
S. Iſidorus, }
S. Nemeſius, }
S. Scitioo, }
S. Charemun, } Martyres Alexandriæ in perſecutione Decianæ. *Ita mſ. Martyrologium S. Maximini, citato* Dionyſio Alexandrino Epiſcopo in l. de Martyribus, *ſive ep. apud Euſebium l. 6. Hiſt. Eccleſ. cap.* 34. *ubi de pleriſque agit. Memorantur etiam in Auctario Greven duo primi. In mſſ. S. Richarii & Carmelitarum Colonienſium, item excuſo Colonia an.* 1490. *leguntur* 9. *priores cum* 11. *ſociis anonymis, id eſt, reliqui uno excepto. Referunt iidem amiſſit* Euno *& Ammonaria in Florariis mſſ. Undecim ex his habentur in mſ. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, ſed perperam dicuntur a* Venturio Magiſtro equitum ſub Diocletiano occiſi: *quæ verba referenda ſunt ad martyres Tyri hoc die paſſos. Colunter hi martyres variis diebus in Martyrologio Romano:* SS. Julianus & Eunus 27. Febr.

S. Ma-

A S. Macarius 8. Decembr.
SS. Epimachius, Alexander, Ammonaria, Mescusia Dionyſia, Ammonaria altera 13. Decemb.
S. Metranus 31. Januar.
S. Apollonia 9. Februar.
S. Cointa, *in aliquibus* Coriotha, 8. Februar.
S. Scrapion 14. Novemb. D
SS. Hesu, Arſenius, Dioſcorus, Iſidorus 14. Decembr.
S. Nemeſius 19. Decembris.
SS. Iſchirion, *hic* Schirion, & Chæremon 22. Decembris.

DE SANCTIS MARTYRIBUS TYRIIS

TYRANNIONE EPISCOPO ET ALIIS PLURIBUS,

Commentarius hiſtoricus. I. B.

§. I. *Horum Martyrum anniverſaria celebritas.*

Ru. Cal. CCCIV. Ex cccc. XX. Feb.

1 TYri, *Phœnicia prima metropoli, qui, Diocletiano ſeviente, palmam adepti ſunt Martyres, inſcriptique Faſtis Romanis ad 10. Kal. Martias; eorum vix memineret veruſtiora Uſuar. Martyrologia: quale eſt antiquum Romanum, quod* S. Hieronymi *appellamus, & hæc quoque fortaſſis, licet interpolata, Latienſe, S. Martini Turonenſe Euſebii, Hieronymi, Bedæ nominibus inſignitum, S. Martini Trevirenſe, Colonienſe S. Mariæ ad Gradus; S. Cyriaci Romanum quo uſus Baronius: neque Rabanus ipſe aut Wandelbertus, Uſuardo ſuppares. Num quod Wandelbertus habet,*

B Tyriorum MM. obiit a ceteribus Martyrologiis memoriæ

Mox decimus laudem recolit famamque, Coronæ;
male ſupplet Molanus, atque ita legit:
Mox decimus laudem recolit, famamque coronat
Multorum, Tyri fuſo qui ſanguine clarent:
cum de S. Corona agatur, cujus in pluribus Martyrologiis hoc die extat nomen.

2 *At vetus Romanum ab Roſweydo noſtro editum, (qualiumli ſit antiquitate) ita habet:* Apud Tyrum Martyrum, quorum nomerum Dei ſcientia ſola colligit, quos Veturius Magiſter militiæ, jubente Diocletiano, diverſis tormentis occidit. *Uſuardus vero ſic ſcribit:* Apud Tyrum civitatem, beatorum Martyrum, quorum numerum ſolius Dei ſcientia colligit: qui jubente Diocletiano, multis tormentorum ſuppliciis ſibi invicem ſuccedentibus occiſi ſunt; primo quidem flagris per omne corpus dilaniati, dehinc diverſis beſtiarum generibus traditi, ſed ab his Divina virtute cuſtoditi; poſt, addita feritate ignis & ferri, martyrium conſummaverunt. Horum glorioſam multitudinem incitabant ad victoriam Tyrannio & Silvanus, C ſed & Peleus atque Linus (*ita in pleriſque mſſ. Uſuardi exemplaribus, qui alibi* Nilus *eſt*) Epiſcopi; Zenobius quoque Presbyter, qui felici agone una cum eis martyrii palmam adeptus eſt. *Duo exemplaria habent:* addita feritate ignis, ferro martyrium conſummaverunt: *mſ. collegii Societatis Jeſu Lovanii poſt*, conſummaverunt, *cetera omittit.*

Uſuardi,

3 *Plenius Ado Viennenſis eorum certamen exponit:* Apud Tyrum, quæ eſt urbs maxima Phœnicis, beatorum Martyrum, quorum numerum ſolius Dei ſcientia colligit: quos, jubente Diocletiano, Veturius Magiſter militiæ diverſis tormentorum generibus ſibi invicem ſuccedentibus occidit. Primo flagris per omne corpus Martyres Dei carpebantur, poſthæc tradebantur ad beſtias: adhibebantur leones, urſi, pardi, atque omne ferarum genus: apti quoque, ſed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Statuuntur denique Dei cultores, nudatis membris, in medio areiæ loco: & beſtiæ intra caveas incitatæ, ſævioreſque in ſemetipſis effectæ, proruunt clauſtris, replent ſubito ſtadium, circumdant Eccleſiam Martyrum in medio ſitam: circumeunt ſæptus & obloſtrant: ac divinæ virtutis adeſſe eis cuſtodiam ſentientes, procul ab eorum corporibus abſcedunt. Sed illico furor, qui repſis imebatur in belluis, tranſit in homines: gladiis ergo peragunt, quod beſtiis nequiverunt: & ut in omnibus oſtenderent ſe belluis eſſe nequiores, prohibebant etiam cadavera mandari terræ, ſed jubebant fluctibus dari. Horum glorioſiſſimam multitudinem, cœlique exercitum, ducebant & incitabant ad victoriam, beatiſſimi Tyrannio Epiſcopus & Silvanus Epiſcopus, qui, paucis tempore interpoſito, beſtiarum morſibus martyrium complevit; & E Peleus atque Nilus Epiſcopi, qui igne cum plurimis Clericis conſumpti ſunt: Zenobius quoque venerabilis Preſbyter capite cæſus. *Hinc Ado, ex Ruffino, & Aliis, qua videntur intercidiſſe, ut infra dicemus.*

Ado in Uſuardi,

4 *Ex Adone breviter eadem retulit Notkerus, Beda excuſus, Martyrol. Coloniæ* an. 1490. *excuſum, Doctrinale Clericorum eodem an. Lubecæ editum, mſſ. Florarium, mſſ. Brugenſe & Bruxellenſe, qua omnia* Veturii Magiſtri militiæ *meminerunt, ſed fallantur dum* S. Tyrannionem *perinde ac* S. Silvanum *ajunt* beſtiarum dentibus martyrium compleviſſe. *Maurolycus Tyrios martyres ſcribit, primum quidem flagris laniatos, dehinc diverſis belluarum generibus traditos, ſed ab his divina virtute cuſtoditos, ferro, flammis, aquis, ſuſpendio & inedia martyrium conſummaſſe:* Il varia tormenta paſſi, *quinetiam illos Epiſcopos, & Zenobium Presbyterum*, felici agone una eum his martyrii palmam adeptos. *Eadem fere habet Canſius, ſed addit, primum candentibus e ferro inſtrumentis lanitos, tertioque feris objectos. Galeſinius vero* variis teterrimiſque cruciatibus affectos, tum beſtiis objectos; partim ferro, partim flammis, partim inedia confectos.

5 S. Tyrannio *apud Galeſinium, & in quibuſdam mſſ.* Tyrannius *appellatur*: Silvanus, *in uno alterove* Silvanius: Zenobius, *in unico* Tenobius, *uno item* Lonobius, *ac* Zeobius: Pelcus, Pelius, Pollens, Petrus, Pelagius, Philenus: Nilus *in quam plurimis* Linus. *Abſunt a quibuſdam mſſ. en quinque nomina: neque vero Euſebius, Ruffinus, Nicephorus, cum illorum recenſent certamina, horum meminerunt, neque Veturii, de quo in Chronico Euſebii ad an. Diocletiani* 14. *qui erat Chr.* 298. *iſta habentur*: Veturius Magiſter militiæ Chriſtianos milites perſequitur, paullatim ab illo jam tempore perſecutione adverſus nos incipiente. *Quæ a Græco abſunt; & notat Pomacus in quibuſdam mſſ. ad* 16. *ejuſdem Imperatoris an. referri, in aliis ad* 17. *& nullum ſcriptorum hujus rei meminiſſe. Memineruntque vero, ut retulimus, Martyrologia quamplurima: quorum auctores, primos fatem, oportet Acta aliqua horum martyrum habuiſſe, quæ & teſtarentur crudelitatis in eos exercita adminiſtrum fuiſſe Veturium, & Antiſtitet illos Zenobiumque animos iis ad fortiter perferenda tormenta addidiſſe, cum* nequeat *hæc ubi de Tyriis agunt, neque illum Euſebius in hiſtoria, Ruffinus, ac Nicephorus Calliſtus nominent.*

ab Epiſcopis (quæ varie expoſita nomina) F

ſub Veturio magiſtro militiæ,

obſcurit dicuntur;

6 *Celebrantur quoque aliis diebus quatuor ex illis,* Silvanus *quidem, Emeſenus in Phœnicia Libani Epiſcopus, (diverſus a Gnzenſi, de quo* 4. *Maii agemus) a Gracis* 29. *Junii. a Latinis* 6 *Febr. uti ſupra diximus*: Zenobius 29. *Oct.* Peleus *ac* Nilus 19. *Sept. alibi* 17. *ejuſdem*. S. Tyrannionis *nomen in nullis Faſtis alio die legimus, ideoque hic retinemus. Quatuor Tyrios martyres gladio illos celebrant Græcorum Me-*

AUCT. l. B.

nata 21. Jann. uti ſtbic monuimus, quos Matthæus Raderus noſter, ex eorum, de quibus hic ſermo, fuiſſe numero cenſebat. Euſebius certe, ut infra indicabitur, quinque ſolum fuiſſe ait: Ruffinus numerum quidem non exprimit, ſed plurimos fuiſſe ſcribit, quod & Martyrologia habent, complexa fortaſſis omnes qui variis diebus decertarunt non eo ſolum, quo ſe adfuiſſe Euſebius teſtatur.

quot fuerint?

§. II. *S. Tyrannionis & reliquorum martyrii tempus ac modus.*

7 *Ruffinus Presbyter, Euſebii hiſtoria interpres ac paraphraſtes, ita Martyrum illorum pugnam deſcribit l. 8. c. 7.* Cum perveniſſet ad Principem, æſtuate carceres, & per innocentium pœnas locum deeſſe criminoſis; nova rurſus decreta mittuntur, ut ex his qui concluſi erant, ſi qui immolare vellet, liber abſcederet: qui vero abnueret, diverſis pœnarum generibus interiret. Tum jam quantæ per ſingulas provincias multitudines Martyrum, & præcipue in Africæ & Mauritaniæ, Thebaidis quoque atque Ægypti regionibus extiterint, numero comprehendere quis valeat? Sed ne illorum quidem, quorum agones apud Paleſtinam vel Tyrum, quæ eſt urbs maxima Phœnicis, præſentes inſpeximus, ut dignum eſt memorare ſufficimus. Tanta etenim ab eis virtute perſeverantiæ adverſus illata ſupplicia pro pietate certatum eſt, ut niſi quis prius Domino & Salvatori noſtro credat dicenti, Quia ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi; & ejus virtutem Martyribus ſciat eſſe præſentem, rebus geſtis deroget fidem. At nos, ut dixi, non audita, ſed oculis noſtris inſpecta, narramus.

Diverſitas pœnarum,

plurimi martyrum fubiere variis modis

& in Tyro,

Matth. 28. 20.

8 Exquirebantur diverſa tormentorum genera ſibi invicem ſuccedentia. Flagris primo per omne corpus Dei Martyres carpebantur. Poſt hæc tradebantur ad beſtias: adhibebantur lenones, urſi, pardi, atque omne ferarum genus: apri quoque, ſed & tauri: quibus ferro & igni ſeritas addebatur. Præparabantur hæc omnia adverſum cultores Dei: & omnis contra eos hominum beſtiarumque & elementorum crudelitas armabatur. Adhuc Dei cultores denudati ſtatuuntur in medio arenæ loco. Additur adhuc arte inter caveas beſtiis furor. Et ita ſæviores ſemetipſis effectæ prorumpunt clauſtris replenæ ſubito ſtadium, circumdant Eccleſiam Martyrum in medio ſitam, circumeunt ſepius & obluſtrant, & Divinæ virtutis adeſſe eis cuſtodiam ſentientes procul ab eorum corporibus abſcedunt.

flagris lacerati,

feris variis obtriti, aut trucidati,

cædi:

quæ illorum cædebat,

9 Sed illico furor, qui reprimebatur in belluis, tranſit in homines. Nemo præſentem Dei virtutem, nemo divinum piis adeſſe ſentit auxilium. Sed mittuntur, quibus hoc artis eſt, inſtigare beſtias adverſum eos, quos divina dextera defendebat. Verum illæ, ut oſtenderetur omnibus, non feritatem deeſſe beſtiis, ſed divinam Dei cultoribus adeſſe cuſtodiam; illos ipſos, qui ad inſtigandum mittuntur, incredibili velocitate diſcerpunt. Et cum jam nullus ex hujuſmodi artificibus auderet accedere; jubentur ipſi ſancti Martyres, commotis manibus & velut provocantibus, incitare adverſum ſe belluas. Sed ne ſic quidem pari aliquid poterant. Verum etſi ſorte aliqua fuiſſet ex belluis conſtrata, cum veniſſet ad proximum, protinus in ſemetipſam converſa repedabat. Tunc vero itupor ingens & pavor omnes, qui in ſpectaculis conſidebant, invaſerat, videntes homines nudos, in quibus plurimi primæ adhuc ætatis, in medio tot ac tantarum poſitos ferarum, intrepidos omnes & impavidos, extenſis ad cœlum palmis & oculis ac mente, tos cum Deo, non ſolum nihil curare terrena, verum ne carnem quidem ſuam magni pendere; & ipſis judicibus pavore trementibus, reos læto & hilari vultu in medio perſiſtere beſtiarum.

ſed inſtigantes ſe diſcerpunt.

a Martyribus recedunt, non aliquos beſtiis cædunt,

tale intuentibus

10 Sed o duræ & impiæ mortalium mentes! Beſtiarum feritas Dei virtute manſueſcit: humana vero rabies nec ferarum miteſcit exemplis. Sed tentatur adhuc ab hominibus Deus. Jubentur alii vere eximunoſi beſtiis ſubigi: qui tamen illico ut apparuerunt, alius a leone, alius a pardo, ab urſis alius exeſus, aut a tauro in aere diſperſus eſt; & ita omnes intra momentum temporis pereunt. Sed nec ſic quidem beſtiæ cultoribus Dei aliquid moleſtæ generabant; divino Spiritu eos velut muris validiſſimis ambiente. Verax namque ille eſt qui dixerat: Ubi fuerint ex vobis duo vel tres, ibi ego in medio eorum.

Matth. 18. 20.

at vero ſæl. miteſcit ſæ vitia.

11 Cum igitur nec ſic quidem aliquid egiſſet humana ſævitia, jubentur mutari feræ, & ablatis prioribus aliæ rurſum dimitti. Quæ cum & ipſæ, ſimiliter ut priores, nihil triſtæ Dei cultoribus intuliſſent; amotis etiam his, ſæviores ſeris, Martyribus homines mittunt, qui ſolum poſſent immanitate belluas, crudelitate feras, atrocitate beſtias ſuperare. Gladius igitur peragunt, quod beſtius nequiverunt. Et ut in omnibus ſe oſtenderent belluis eſſe nequiores, prohibebant etiam cadavera mandari terræ, ſed jubebant fluctibus dari. Hæc apud Tyrum venerandi Martyres, qui ad illam urbem de Ægypti partibus venerant, mirifica certamina deſudarunt.

alia immitebantur in Martyres.

qui ab iis illæſi, gladio occidantur, & in mare projiciantur.

12 *Hactenus Ruffinus. Eadem, quæ a Chriſtophorſono verſa eſt, Euſebii hiſtoria recenſet l. 8. cap. 7. ſed* quinque *ſolum fuiſſe Martyres ait, eorumque præcipuum & eo quinquennio ſtipendium ejus ubi interpretor exhauſiſſe.* Fitmam atque immobilem in juvenilibus corporibus conſtantiam: *atque ex his unum præſertim*, non omnino viginti natum annos, nullis conſtrictum vinculis, manibus in Crucis modum expanſis, excelſa & intrepida mente, precibus ad Deum fundendis attentiſſime defixum, neque ſe commoventem, aut a loco, in quo conſtiterat, deflectentem. *Feras vero addit, in unum eumdemque duas treſve conſequenter immiſſas: eas vero non ſolum in illos qui arenam ingreſſi eas ſtimulabant, ſed in illos quoque qui extra repagula conſiſtentes eminus eas provocabant, multo cum ſtridore & impetu proſiliſſe:*

nobili ac illi juvenis,

unus nondum 20. annorum.

13 *Eadem habet Nicephorus Callifti l. 7. c. 7. qui tamen numerum illorum martyrum non exprimit; & belluas ait* longa antea fame efferatas: *taurum quoque, qui quoſdam e ſpectatoribus in ſublime jactarat, ac ſemimortuos reliquerat*, minacius ac ferocius Martyri appropinquantem, ne ſtringere quidem cum potuiſſe; ſed leniter ſolum cornu attigiſſe, linguaque pedes lambiſſe, & religioſe quodammodo receſſiſſe. Et cum ad eum modum plures immiſſæ eſſent feræ, idemque omnibus accidiſſet; poſtremo carnifices animum deſpondentes, poſt plurima ſupplicia, aliamque gravium tormentorum vim iis illatam, ferro crudeliter omnes jugulaſſe, & in profundum mare dejeciſſe.

omnes Martyris pedes lambiſſe.

14 *Geſta hæc ſunt anno ſecundo perſecutionis, ut vult Florarii auctor annotavit, quem eumdem ſaltem 306. ſtatuit: qui ſunt Æra vulgaris 304.*

Contigit id an. Chriſti 304.

15 *At S. Tyraonio, ut ex Euſebio colligere licet, anno perſecutionis 8. Chriſti 310. Antiochia triumphum obtinuit, quem breviter idem auctor l. 8. c. 15. ita deſcribit:* Ex Martyribus Phœniciæ longe illuſtriſſimi, omnisque ſanctiſſimi paſtores rationalis Chriſti gregis fuere Tyraannio loci ejuſdem Epiſcopus, & Zenobius Sidoniæ Eccleſiæ Preſbytet.... ii apud Antiochiam Dei Verbum conſtanter adita morte magnifice illuſtrarunt; Epiſcopus quidem in profundos maris gurgites præcipitatus; Zenobius vero, medicorum peritiſſimus, admota latetibus tormenta fortiter perpeſſus.

an. 310. Tyraonio Tyri Epiſcopo

in mare merſus a

16 *Eadem habet Nicephorus Callifti l. 7. c. 16. ubi Zenobium tradit in illis* laterum tormentis ſpiritum tedidiſſe. *Breviat Ruffinus l. 8. c. 14.* Apud Tyrum vero nobiliſſimus in Martyribus, & a prima ætate in Chriſti inſtitutionibus enutritus, Tyranno ejuſdem urbis Epiſcopus.

a puerili diſciplinam educatus.

DE

POTAMIO, NEMESIO DIDYMO,

IN CYPRO INSULA.

G. H.

XX. FEB. 1 NVlla horum Martyrum Cypriorum extant Acta: nuda nomina, ſaltem aliquorum in pleriſque indicantur Martyrologiis. *Uſuardus, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Canifius, cum variis mſſ.* Didymum *omittunt, alios referunt, uti & Martyrol. Romanum his verbis*: In Cypro inſula ſanctorum Martyrum Potamii & Nemeſii. *At* Nemeſio *omiſſo, reliqui duo in antiquis mſſ. Tornacenſi & Latienſi ita ſignantur*: Apud Cyprum natale SS. Potamiæ & Didymi. *In mſ. S. Cyriaci*: Apud Cyprum natale Potaminæ: *lege* Potamii.

Sancti hi fuerit Poſtis inſcripti

2 *Antiquiores Martyrologis omnes commemorant. Mſſ. Romanum, quod S. Hieronymi nomine ſignatur, hunc diem ita exorditur*: 10. Kal. Martii, apud Cyprum Potamii, Nemeſis (Nemeſii *legendum*) Didymi. *Mſſ. Richenovienſe prope Conſtantium*: Et Cypro natale Potamii, Nemeſii & Didymi. *Beda mſ. monaſterii Richenbergenſis*: Et in Cypro natale Potamiæ, Nemeſii & Didymi. *In Beda excuſo* Nemerſi *loco* Nemeſii *poſitum nomen. Eadem habent Rabanus & mſ. Aquiſgranenſe, in hoc tamen* Potamnia

B *An praeter S. Potamii colatur alio Potamio Romæ?*

ſcripsum. Notkerus: Apud Cyprum nativitas Potamii, Nemeſii & Didymi. *Reliquias aliquas S. Nemeſii Bononiæ in æde S. Stephani aſſervari eruditi Maſinus in Bononia perluſtrata.*

Reliquiæ S. Nemeſii Bononiæ.

3 *Quia* Potamius, *ſeu* Potamius, *etiam* Potamia *alibi*, Potamina, *&* Potannia *appellatur, alia ab nonnullis creditu, &* SS. Cajo & Victori *ad hunc diem adjuncta*, Pantamia *&* Pantanna *etiam appellata. Ita Galeſinius, Florarium mſ. Uſuardi. Labecæ an.* 1475. *editus, Martyrologium Coloniæ an.* 1490. *exaratum, Hermannus Greven in antilogio Uſuardi, & multa exemplaria mſſ. Uſuardi ad uſum Eccleſiarum Belgicarum olim accommodata, in quibus hæc fere leguntur*: Romæ SS. Caii, Victoris & Pantamiæ Martyrum, & in Cypro inſula SS. Potamii & Nemeſii Martyrum. *Agit de tribus prioribus Maurolycus* 19. *Februarii, de ſequentibus duobus, ut ſupra diximus, hoc die.* E *De* S. Victore *ab aliis adjuncto* S. Coronæ *&* 20. Martyribus *mox dicemus, cum* Paotamiæ *rurſus, ſeu* Potamiæ *&* Caii *mentione.*

DE SS. VICTORE, CORONA,

ET ALIIS XX. MARTYRIBUS:

G. H.

XX. FEB. 1 SAncti *Martyres* Victor & Corona *cum aliis ſociis in variis Martyrologiis junguntur, eaſdemque nominum aliis diebus repetuntur, qua non exigua cauſſa obſcuritatis. Diſſipant eam utcumque antiqua Martyrologia: mſſ. S. Hieronymi tres veluti claſſes Martyrum ordinat, ab aliis conflat*: 10. Kal. Martii, *inquit*, apud Cyprum Potamii, Nemeſis, Didymi. (*de quibus jam egimus*) Romæ Gaii Epiſcopi. *Et* alibi Victoris, Chrononæ & aliorum 10. *Eodem modo hæ claſſes deſinunt in quibuſdam Martyrologiis. Mſſ. Richenovienſe ita habet*: Et alibi Victoris, Coronæ. *Beda, Rabanus, Notkerus*: Alibi Victoris, Coronæ & aliorum viginti Martyrum. *Aquiſgranenſe mſ.* Gagi, Victoris, Coronæ Martyrum & aliorum viginti: *ac præterea* Romæ Gagi Epiſcopi: *quaſi uxor Cajus* SS. Victori & Coronæ *ſociandus foret.*

SS. Victor & Corona ſeorſim apud aliquot Martyrologia 20. Dec.

cum aliis 20.

C 2 *Alii* S. Victorem *ſeparant a* S. Corona, *illumque adjungunt* SS. Cajo & Potamiæ, *ſeu* Pantamiæ, *quos ſimul* Romæ *paſſos aſſerunt. Ita Galeſinius Florarium, aliaque Martyrologia ſupra citata, cum de* Ss. Potamio, Nemeſio & Didymo Martyribus Cypriis *ageremus. Error ab veterum codicum indiligenti deſcriptione natus. In antiquo mſ. Richenovienſi hæc ita accurate diſtinguuntur*. 10. Kal. Martii. Romæ via Appia in cœmeterio Caliſti depoſitio Gagi Epiſcopi, & alibi Victoris, Coronæ. Et Cypro inſula natale Potamii, Nemeſii & Didymi. *Ea ſic vitioſe contracta apud alios*: Romæ S. Caii. Victoris & Pantamiæ (*lege* Coronæ *aut* Chrononæ) Martyrum: & in Cypro inſula Ss. Potamii & Nemeſii Martyrum. *De* S. Cajo *Papa, qui in crypta cœmeterii S. Calliſti aliquamdiu latuit, in eaque ſepultus eſt, agemus* 22. *Aprilis. Conſule interea Aringhium lib.* 3. *Romæ ſubterraneæ cap.* 11. *num.* 9. *& qua* 18. *Februarii de SS. Claudio & ſociis, quæque* 19. *de S. Gabinio dicta.*

S. Victor adjunctus S. Cajo & Potamiæ.

3 *Conjunxit vitioſe, ut diximus*, Ss. Cajo, Victore, *&* Potamia, *ac Roma adſcriptis, ſeorſim ab aliquibus poſita eſt* S. Corona. *Ita Maurolycus* 19. *Febr. & hoc die auctor mſ. Florarii* Coronam Virginem *memorant. Greven in antilogio Uſuardi* Coronam Martyrem, *de qua hic verſus Wandelberti eſt*:

Mox decimus laudem recolit famamque Coronæ. *& cum* 20. *aliis.*
Felicia die præcedenti ſtatuit Coronam cum 20. aliis.

Corona ſeorſim recolitur.

4 *Plures iiſdem nominibus* Victoris & Coronæ *in Martyrologiis celebres Divi. Nam* Ss. Victor & Corona *in Syria ſub Antonino paſſi* 14. *Maii*; Corona *inter arbores ſiſſa*, Victor *decollatus. Horum Martyrum dicuntur reliquiæ Feltriæ in Italia aſſervari, de quibus etiam agunt alii* 18. *Sept. & Ferrarius arbitratur tum Inventionem aut Tranſlationem memorari. Creditur hac* Corona *cujuſdam militis fuiſſe uxor, ut ab ea alia eſſe debeat hæc, ſi, ut aliqui aſſerunt, Virgo martyrii palmam promeruit. Nam ſi eadem, cur nemo locum, tempus, genus martyrii indicat?*

alii SS. Victor & Corona 14. Maii, 18. Sept.

F

5 *Celebrantur etiam* 23. *& potiſſimum* 24. *Aprilis* SS. Victor & Corona Alexandriæ paſſi: *eaque* Corona *a nonnullis* Virgo *appellatur. In mſ. Martyrol. Romano, ſive S. Hieronymi, adjunguntur ſocii* 22. *quorum nomina exprimuntur, &* 24. *anonymi. Forſan tamen, qui poſtremus hic eſt* Theon, *inque mſſ. Rhinovienſi & Richenovienſi ſolus memoratur, cum* 24. *anonymis jungendus: ut ſeorſim remanerent* SS. Victor & Corona *cum aliis* 20. *quorum ibi nomina exprimuntur. Nihil tamen eſt cauſſæ, cur eoſdem eſſa* SS. Victorem *ac* Coronam *exiſtimemus, qui* 20. *Febr. referuntur in iiſdem illis Martyrologiis nullo cujuſquam e ſociis nominata, neque loco indicato.* Victoris & Coronæ Martyrum *hoc die aliquis cultus ſuit in Eccleſia Tullenſi, uti ex ejus Breviario anno* 1535. *excuſo conſtat.*

23. & 24. Aprilis.

horum colitur in Eccleſia Tullenſi.

DE S. PAULA, COGNOMENTO BARBATA, VIRGINE ABULENSI IN HISPANIA,

I. B. Commentarius historicus.

XX. FEB. QUi ſanctas Virgines myſtico connubio ſibi copulare dignatur Chriſtus Deus, idem eas ſæpe multiplicibus ac mœſtis modis contra pudicitiæ ipſarum inſidiantes prædones tuetur. Nam quibuſdam ita firmes magnoſque animos fuffecit, ut audeant ſuam ipſæ formam, a qua ſibi creari periculum ſentiunt, etiam vulneribus plagiſque dehonestare, quemadmodum illa in Anglia, quæ nares ſibi, labra, palpebras, genas ferro ſanciarunt, ne Danorum libidini paterent. Quid ea dicemus, quæ columbarum earnem inter ubera, ac ſub axillis ſiverunt putreſcere, ut intolerabili odore & ſe cruciarent, ne locus ullus eſſet amantis illecebris, & harum impuros incentores longiſſime depellerent? Etiam cervices præciſi ſibi quadam cura vult falſo experimento præſentis contra vulnera unguenti, ut vim ſibi a laſcivo milite paratam redimeret. Quibus autem vel arma ad hoſce tam B heroicos anſus defuere, vel opportunitas, eas aut inſolita gravitate idem defixit, ne trahi in turpia loca poſſent, ni Luciam; aut Angeli adſtantis præſidio munit, ut Cæciliam; aut terrifico lumine circumfuſus, ut Agnetem. Alii vultus venuſtatem deturpavit, id ad virtutis ſuæ ſecuritatem orantibus: ita Brigida, ne a fratribus cogeretur ad nuptias, enm inſigni oris totius fœditate oculum unum amiſit, receptique tamen periculo diſcuſſo. Celeberrimo hoc in genere fama eſt Luſitana Virginis Wilgefortis, cui barba enata ad dechinandas nuptias, eadem ad palmam martyrii conſequendam occaſio fuit. Similis quadantenus fortuna Abulenſis Paulæ fuit, etſi non conſtat an ſanguinem fuderit. Eam ob eventum Barbatam appellant. Vitam Hiſpano ſermone ſcripſiſſe Gonſalvus Ayora civis Abulenſis dicitur. Latine in Notis ad Martyrol. Hiſpanitum expreſſit Joannes Tamayus Salazar 20. Febr. pag. 193. Breviter eam hic perſtringam.

2 Paula in oppido diœceſis Abulenſis, quod Cardoſa nunc appellatur, parentibus agricolis nata. Ubi adolevit, egregie informata ad pietatem, Abulam frequens itabat, & ad locum, in quo S. Secundi Epiſcopi Abulenſis & Martyris corpus humatum didicerat, preces fundebat, ſibi ut is patronus eſſet ac defenſor. Cum autem eximia eſſet forma dignitate, forte in eam oculos petulans juvenis conjecit, itaque illius cupidine exarſit, ut cum animum ejus precibus, promiſſis, ſtetu quoque, conciti minime poſſe cerneret, vim ſtatuerit afferre. Opportunitate temporis locique obſervata, primo luce ruri tendit habitu venatorio: conſpicatur eminus piam Virginem ad ſolita vota proficiſcentem, & gradum ſibi oblatum ratus, dirigit ipſe ad eam greſſus. Id ut ſenſit Paula, trepido celumba inſtar celerrime avolat, nefario antrupe inſequente. Quem cum effugere vix jam poſſet, in adjacentem ſe, extra muros urbis ſitam, dicatamque Martyri Laurentio, conjicit. Hic Crucifixi complexa pedes, non multis verbis, ſed eo prolatis ardore animi, quem neceſſitas extrema provocabat, obſecrat, ut ſe tueatur, & ſpeciem faciei ſuæ, qua miſer ille captus ſit, immutet, atque inſigni aliqua deformitate inquinet, eam ut ille averſetur, abhorreat, fugiat. Annuit precibus Sponſus: moxque ipſi turpificatus divinitus faties eſt, mentis intrinſecus antiquo nitore: barba agreſtis enata, frons diſtorta, gena tetrum in modum fœdata. Irrisit interea adoleſcens, nec agnoſcit quam deperibat: ſciſcitatur, quo puella illa, mamenta ante adem ingreſſa, evaſerit. Negat Virgo barbata, quemquam ſibi hominem, præter ſe, viſum. Exiit continus, omneſque anfractus viarum ac ſepium per dies aliquot obit, ut præda potiatur. Barbata gratias Chriſto actas, adit ad S. Secundi adem, jnxtaque eam in humili domi ille vitam reliquam exegit, præclara innocentia ac pietatis fama: ac tandem miraculis quoque editis conſpicua, ad immaculatum Sponſi thalamum evocata in cœlum, illic eſt jnxta ipſius S. Secundi tumulum a Chriſtianis ſepulta.

3 Hæc Ayora, vulgari fama accepta a majoribus, ut cenſet Tamayus, nullo temporum charactere, aut aliis adjunctis, ſatis firmata. Ipſe temporibus Dioclesiani vixiſſe autumat, auctoritate motus Juliani Petri, qui ante 500. annos ſcripſit: nam is in variorum carminum collectione, penultimo loco hæc recitat:

De ſancta Virgine Paula, dicta Barbata, Abilenſi in Hiſpania:
Servat ovis caulam, quam dicunt nomine Paulam,
Nomine Barbatam compellat turba Beatam.
Forma fuit talis, Catharina in Virgine qualis.
Quum mala gentiles colerent Abulenſia vites
Tecta, ſub Hiſpano (qui Præſes tunc) Daciano;
Hanc amat ardenter demens eqoes impatienter.
Qui dom venatum properat, ſeſe jugulatum
Secernit bellæ maleſanus amore puellæ.
Ibat per campos Virgo peramabilis amplos:
Illam pervadit venator: ſapienter evadit
Illa, ſed abſque mora rogat admirabilis ora
Illa ſibi dati barbam, nimiumque notari.
Sed Deus hoc fecit: miratos & ille receſſit,
Quo pia Virgo fugit, quo tunc.. ceu leo rugit.
Ipſa bene vixit, & in ſua * vita reviait.

Laurentius Ramirez del Prado v. cl. ad Juliani ejuſdem Adverſaria nn. 549. ubi it S. Wilgefortis, barbata itidem Virginis ac Martyris, meminit, iſta annotat: Comicio aliam eſſe Wilgefortem, ſeu Liberatam, aliam vero Paulam Barbatam: ſiquidem a noſtro Juliano, diverſo tempore, diverſis provinciis & locis, atque enarratione hiſtoriæ diverſa recenſentor.

4 Tamayus rerum Abulenſium apprime gnarus, quippe ille Proviſoris & Vicarii generalis officio functus, ut ipſe fatetur, ait per plura ſecula jnxta S. Secundi tumbam jacuiſſe Virginis corpus, atque ab cunctis, & circumjacentibus populis cultum: nunc in capella propria, ipſius nomini dicata, poſitum: ſpectari illic hiſtoria, quam retulimus, ſeriem pictura expreſſam; aliamque ejus imaginem in pervetuſta eccleſia S. Laurentii: celebrari ejus memoriam 20. Febr. quamvis nondum ſolenni ſacrorum apparatu, ut innuere videtur. Eamdem hiſtoriam narrat Ludovicus Ariz. Benedictinus in reb. Abulenſib.

5 Meminit quoque Paulæ Barbatæ Ægidius Gonſalez. de Avila tomo 2. Theatri Eccleſiaſtici Hiſpaniarum, ubi & carmen ex Juliano recitat, & Cardoſam Virginis patriam ait Marchionatus titulo inſignitam. Agit de eadem Sanctius Davila Epiſc. Giennenſis l. 3. de venerat. ſacrar. reliquiar. cap. 8. Citat & alios Tamayus.

lat. qui Paulo.

quæ ab im. paro juvenis ultro inſectis fugit.

& Crucifixi complexu pedes,

barba enata formoſæ.

ſanctæ Abulæ.

4 ſeculo, ut creditur.

ejus Abulæ cultus.

feſtum 20. Febr.

mutila ac. pud ſcriptorem.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

SADOTH EPISC. ET CXXVIII. SOCIIS,

BETHLAPHATÆ ET CTESIPHONTE IN PERSIDE,

Commentarius prævius.

I. B.

AN. CHR. CCCXLV. XX. FEB. SApores Junior, *qui & Longævus a quibuſdam appellatur, Rex Perſarum, Narſetis a Diocletiano debellati nepos, Conſtantino Magno Imp. an. 337. mortuo, bellum Romanis intulit, ac ſeptimo poſt anno Chriſtianis perſecutionem. Ita S. Hieron. ad annum Conſtantii ſeptimum*, 343. *aut* 344. *Chriſti*: Sapor Perſarum Rex Chriſtianos perſequitur. *Quidam ipſo vivente Conſtantino ſeptimum eam perſecutionem putant, quod Sozomen. lib. 2. commemorata multorum, qui ea perſecutione occubuerunt, cade, c. 14. ita ſcribat:* Poſtquam innotuit Conſtantino Imperatori, chriſtianos in Perſide crudeliter exagitari, vehementer indoluit: omnino, efficere cupiens, ut quiete ac tranquille vivere iis liceret, modum non reperiebat. Accidit autem, ut eo tempore legati ad eum ab Rege Perſarum venirent. Quibus quæ poſtulabant annuit: ratus vero occaſionem oblatam, Chriſtianos, qui in Perſide eſſent, Saboræ commendandi, ſcripſit ad eum, profeſſus ſe gratiam maximam ſemper illi habitutum, ſi iis, qui ſub ipſius ditione religionem Chriſtianam colerent, ſe benignum præberet.

2 *Verum S. Simeoni Epiſcopo, qui primum impetum illius perſecutionis excepit, a Magis ac Judæis, qui eum apud Saporem accenſarunt, id objectum, ni idem habes c. 8. Sozomenus,* amicum illum eſſe Romanorum Cæſari, eique res Perſarum prodere. *Bellum igitur erat, cum ea ſuſcita a perſecutio eſt. At nullum erat, cum litteras illas ſcripſit Conſtantinus, ut manifeſte patet ex hujus Vita apud Ex. ſeb. l. 4. c. 8. ubi iſta habet*: Cum vero etiam Perſatum Rex Conſtantino notus eſſe per legatos cuperet, & dona ad eum velut in amicitiæ ac fœderis argumentum miſiſſet; cum hoc quoque Imperator ſocietatem init, atque incredibili ſtudio perfecit, ut quo ipſe primum honore provocatus eſſet, eumdem muneribus ſuperaret. Idem vero cum accepiſſet, apud Perſatum gentem frequentes eſſe Dei Eccleſias, atque infinitum fere populum gregibus Chriſti adjungi, non mediocrem hæc audiens percepit animo voluptatem: ac veluti quem communis omnium cura tangeret, de illis quoque erat ſollicitus. *Ac deinceps ſubmiſit Conſtantini præclaram epiſt. e qua colligi nullo modo poſſit, ullam tunc in Perſide fuiſſe perſecutionem. Sed de tempore motæ illius perſecutionis egimus plenius 4. Febr. ad Vitam S. Abrahamii Arbelanum in eadem Perſide Epiſcopi, quinto anno ejuſdem perſecutionis lauream martyrii adepti. De tempore idem quod nos, jam ante ſcripſit Baron. to. 3. annal. ad an. 343. n. 10. & ſeqq. & Not. at. ad 20. Febr. & 21. Apr. ubi de S. Symeone agit.*

3 Erat Simeon, *ſive* Symeones, *ut ſcribit Sozomenus*, Ἀρχιεπίσκοπος Σελευκείας τῆς Κτησιφῶντος, τῶν ἐν Περσίδι βασιλευουσῶν πόλεων, Seleuciæ & Cteſiphontis regiarum urbium in Perſide Archiepiſcopus. *Simul ac martyrio perfunctus eſt, ei S. Sadoth ſucceſſit, ſive* Sadothus, *aut* Sadothes, *alias* Sadhoc & Saduch, *ut notat Baron. atque etiam* Sadoch, & Saduc *dictus. Ita Græca hujus Acta ex codice MS. Regis Chriſtianiſſimi*: Μετὰ τελευτὴν τοῦ μαρτύρου τοῦ ἁγίου Συμεὼν, ἐκληρονόμησε τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ὁ ἅγιος Σαδὼθ ἐν τῇ χιλιαρχίᾳ πόλει Σελεύκῃ, τῇ Κτησιφῶντος, τῇ βασιλευούσῃ τῶν Περσῶν πόλει. Poſt completum S. Simeonis martyrium, ejus loco ſucceſſit S. Sadoth, in civitate quæ dicitur Salec, & Cteſiphonte, regiis apud Perſas civitatibus. *Unde patet* Salec *eamdem eſſe, quæ &* Seleucia.

4 *Qua ratione amba hæ urbes regia extiterint jam ante ſuam ætatem, declarat Strabo, qui imperantibus Auguſto & Tiberio vixit. Ita ergo habet l. 16. Geograph.* Seleuciam ad Tigrim fluvium, trecentis tantum ſtadiis a Babylone diſtantem, condidit Seleucus Nicator: atque ipſe & poſteri omnes huic urbi maximopere ſtuduerunt, & regiam eo tranſtulerunt: & nunc Babylone hæc major eſt. *At paulo infertur de Cteſiphonte*; Babylon olim Aſſyriæ fuit metropolis: nunc Seleucia eſt, quæ ad Tigrim dicitur. Magnus prope eam pagus, Cteſiphon nomine: in quo Parthorum Reges hyemabant, Seleucienſibus parcentes, ne Scythicæ & militaris nationis aſſiduo hoſpitio opprimerentur. Eſt igitur pagus hic urbs quodammodo Parthica, poteſtia quidem certe; tantumque ſpatium loci ac multitudinem bominum complectitur, atque etiam ædificiorum; ab illis ipſis conſtructa, ac venalia & accommodas artes ſuppeditat. Solent illic Parthorum Reges hyeme propter aeris temperiem degere, æſtate Echatanis & in Hircania, propter antiquæ gloriæ famam. *Non igitur mirum, hasce duas urbes ſub unius Epiſcopi cura principio fuiſſe, quat tamen in poſteriorum Epiſcoporum notitiis non reperio. Hic antea Epiſcopus fuerat* S. Polychronius, *de quo 17. Febr. egimus, qua n. 2. obſervavimus a BB. Adone & Notkero* Epiſcopum Babyloniæ & Theſiphontis *appellari, a Baron.* Babylonis, *ab aliis* Babyloniæ. *Et ſane cum de Cteſiphonte, quæ recitavimus, ſcripſit Strabo, oſtendit ejus loci indigenas* Babylonios *dici.* Quemadmodum, *inquit*, regionem Babyloniam appellamus, ita & indigenas Babylonios, non ab urbe, ſed a regione. *Addit q, non idem eſſe de Seleucia natis. Sed ad S. Sadothum redeamus.*

5 *Primi apud Latinos ejus ac ſociorum memoriam ſacris Faſtis ad diem 20. Febr. inſcripſere, Molanus in Auctario ad Uſuard. ex actis a Lipomano editis, atq; e Græcis chartophylactis Galeſin. qui breviter ita agonem eorum exprefſit*: In Perſide S. Sadochi & aliorum 128. Martyrum. Ille Epiſcopus, prædicatione cum ab impietatis erroribus ad Chriſti cultum multos perduceret, invidiam ſibi concitavit Magotum, ignem colentium: qui illo ipſo tempore, quo Sanctus hic per quietem vidit B. Simeonem Martyrem, ſummis inſidentem ſcalis, ſe hortari, ne ad Regem Regum ceſſaret venire, catenas illi, & ita, qui cum eo erant, chriſtianis injiciunt, & in carcerem illos includunt: quoad, cognitione ſibi a Sapore Rege data, eductos graviſſimeque tortos omnes abſciſſis cervicibus necarunt. *Inſcripſit & Martyrol. Romano Baron. eum hoc elogio*: In Perſide S. Sadoth Epiſcopi, & aliorum 128. qui ſub Sapore Rege Perſarum, cum ſolem adorare renuiſſent, crudeli nece præclaras ſibi coronas compararunt. *Agit de iis & Conſtantin. Ghin. Natal. SS. Canonicor. & Menolog Græcor. ab Henr. Cumſio editum. Item; Menæa & Maximus Cytheræus, in quibus* Σάδωκ *appellatur.*

6 *Eadem Menæa & Cyther. 19. Oct.* Sadoch *vocant, ac prolixiore encomio prædicant, quod hic una cum aliis antiquioribus dabimus. Sed tum in Febr. 128. illi ſocios jungant, Oct. & 20. in Octob. ſolum 120. ponunt, uti ibidem Menol. illud Caniſii. Philipp Ferrar. in generali catal. Ss. refert eos 20. Octobr. citatq;*

Sapor Perſarum Rex Chriſtianos perſequitur.

non tempeſtive Conſtantinus,

B

qui Sapori R. olim amicitiam ejus acquirunt

Chriſtianos commendat;

C

occiſi cum S. Simeone,

& ejus ſucceſſor S. Sadoth,

Arbelis pluſquam ambo regiarum urbium.

Seleucia ad Tigrim

& Cteſiphontis,

E

alii & antea S. Polychronius,

S. Sadothi in Martyrol. memoria 20. Feb.

F

In aliis 19. Oct. & 20.

AUCT. I. B. A *citatq; Galeſinium: cujus debet aliam habuiſſe caitionem, nam in Venera anni 1578. qua utimur, nulla ibi eorum ſit mentio.*

Alia ejus,

7 *Alia eorum Graca nacti ſumus e mſ. codice bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis: vertit Latino vir eruditus, qui ſe tamen nominari vetuit. Ediderat eadem antea Lipomanus ex alio codice: Latina fecerat Gentianus Hervetus. Alia tamen videntur apud Graecos ampliora extare Acta, quorum qua in Menais legitur epitome, multa continet prioribus prætermiſſa. Sed qui priora illa diligenter expenderit, cenſebit fortaſſe partem eſſe Actorum S. Simeonis, qua integra non extant, ſed ſolum, qua de eo ſcripſit Sozomenus.*

& annos martyrii.

8 *In titulo priorum illorum Actorum, inq; ipſis Actis, contigiſſe dicitur* s. Sadothi & ſociorum martyrium εἰ τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆ διωγμῆ, *anno ſecundo perſecutionis, in Perſide nimirum a Sapore mota. Primum ſtatuit S. Hieron. ſeptimum imperii Conſtantii, cujus minimum ducebatur a 22. die menſis Maii, Æra vulgarit 343. Atque ita s. Simeonis certamen non niſi anno 344. fuerit conſummatum* s. Sadothi 345.

B ACTA EX MS. GRÆCO,

Sive Certamen ſancti Martyris & Epiſcopi Sadoth, & centum viginti octo, qui ſecundo peeſecutionis anno cum ipſo martyrium ſubiecunt.

1 POſt completum s. Simeonis martyrium, ejus loco ſucceſſit ſanctus Sadoth in civitate quæ dicitur *a* Salec, & Ctcſiphoote, regni apud Perſas civitatibus. Is quadam die oſtentum vidit terribile: quod apud ſe mirabatur, Clerum ſuum, cum Presbyteros tum Diaconos convocavit (omnes enim Regis metu delitcſcebaot) eamque his verbis aggreſſus eſt exponere.

a S. Sadoth S. Simeonis ſucceſſor

ob eo in viſions ad martyrium invitatur:

2 Vidi in ſomnis hac nocte ſcalam cum magna gloria, cujus initium erat in cœlo. Et autem ſuperſtabat ſanctus Epiſcopus Simeon cum infinita gloria: ego vero infra in terra conſiſtebam. Atque ille magna me cum hilaritate compellans, Aſcende, inquit ad me Sadoth, aſcende: ne timeas, ego enim heri aſcendi, tu vero *b* hodie aſcendes. Et ex illa hora me ad optimam Chriſti confeſſionem aſſumptum ita credidi. Quod vero ab eo dictum eſt, Ego heri aſcendi: tu vero hodie aſcendes, ſignificat cum anno ſuperiore ſubiiſſe martyrium, me veco hoc anno eſſe ſubiturum, & necidandum.

b

C 3 Et cœpit ex facies eos Scripturis adhortari in hæc verba: Fratres mei. *c* diligamus Deum ex tota anima, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex tota mente, & induti loricam fidei nihil mali timebimus. Mox veto & cædes ſi nos invaſerit, noſque occupaverit, ne animo concidamus: ſed quiſque noſtrum tamquam fortis & eboſtus depugnet, certetq; tamquam athleta perfectus.

c ſuos ad idſa ſtirmo ſubeundū hortatur:

d Quod ſi etiam moriamur ut perfecti moriamur; moriamur propter Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum. Quantum muneo vitæ conceſſerit, agite, id nobis vendicemus: & donec actoaces ſplendeat, diteſcere ſtudeamus. Quamdiu dies eſt, celeri pede ad cœgui cœleſtis domicilium tendamus, ut honoris, gloriæq; hæreditatem adeamus, & poſteris omnibus nomen noſtrum, gloriamque commendemus. Deum noſtrum, Fratres, exoremus, ut citius id oſtentum in nobis impleat. Etenim vir ſpiritualis eum gaudio & deſiderio, & amore mortem hujuſmodi, cum præſto eſt, exeipit, neque timuerit ullus, qui paratus, & in procinctu fuerit. Carnali autem timori, atque horeori eſt ejus præſentia. Spiritualis mortem non teformidat, ut qui vivendi modum teneat ſpiritualem: carnalis vero caligat & tremit, ut qui carnalem vitæ rationem habeat. Qui prompto, ſtrenuoque ſunt animo, talem quærunt mortem, ut æternam ea ea vitam fortiantur: ignavi vero & deſi- D
des ad ejus conſpectum in latebras ſe conjiciunt. Qui Deum diligunt, ad Deum exceſſerunt: qui vero mundum, in mundo manſerunt: illi quidem ad lætitiam & exultationem profecti: hi vero ad æruminas & ſuſpiria tcliɔti.

4 Altero igitur perſecutionis anno, prædictam ad urbem Salec & Ctcſiphontem vcetit Rea *e* Saborius: apud quem delatus eſt athleta laureatus Sadoth Epiſcopus: quæ vox *f* Amantem-Regis translata ſignificat. Revera enim cœleſtem Regem ex tota anima & virtute ſua diligebat. Sanctus enim erat, perfectæq; continentiæ, ac fide & juſtitia plenus, ſanctique *g* Simeonis, cui ſucceſſerat, imitator. Miſſis ergo Rea ſatellitibus, ipſum una cum ejus Clero, aliiſq, finitimæ eegionis Clericis, nec non monachis & *h* monialibus, centum viginti octo compechendit. Atque omnes ſimul catenis ferreis vincti, in carcere, loco obſcuro & molcſto, ad menſes quinque concluſi ſunt, graves æruminas, variaſq; difficultates tolerantes. Scelcrati enim illi & impii tibias funibus vtocientes, & lumbus humeroſq; lignis compingeotes, ita eos extendere, ut ipſorum oſſa non ſecus ac lignorum faſces conſtricti ſtriderent. Inter torquendum autem inſtabanc verbis: Adorate ſolem, & Regis voluntatem implere, vi- E
vetis. Sanctus vcto Sadoth velut omnium ore reſpondens: Nos, inquit, in unam fidem, & unam potentiam, & veritatem pariter unam ctedimus, & in idem teſtimonium conſpiramus, & unum Deum cœli terræque conditorem adoramus: ipſique ex tota anima, totaque noſtea virtute ſervimus: ſolem vero, cum ipſius opus ſit, non adoramus. Sed neque ignem venctamur. Qui enim hæc condidit, ipſe hominibus ea nobis ad obſequium conceſſit. Tranſgreſſores porro non ſicmus juxta improbum tuum edictum. *i* Ate mors, a uobis temporalis hæc vita. Ne ergo vel hotam unam nos mactate diſtuletis, neque oculis tuis ita iodulgeas, ut ſanguinem noſtrum non effundas. Tua enim erga nos patientia & lenitas exitium nobis accetit.

e *f* *capitur eſt alibi 118.* *g* *h* *omnes diri torquentur;* *vocſonr ſolem adorare;* *i*

5 Rurſus ipſis velut ea ote Regis dictum eſt: Niſi voluntatem meam feceritis, & mandatis meis aures præbueritis, en funeſtiſſima ioteritus veſtri hota vobis imminet. At ſancti tamquam ea uno ore reſpondentes, Non perimus, inquiunt, Deo noſtro, neque morimur Chriſto ejus. Vivificat enim nos æterna ſua vita, ſuumque nobis eegnum hæreditatis loco largitur. Nobis ee- *mortí adjudicantur;*
go, qui ad mortem pro Deo noſtro oppetendam parati & prompti ſumus, mortem nobis infer actutum. Neque enim ſolem adoramus: *k* neque talia Regis edicta, *k*
quia mortem eatiumque continent, in autes admitti- F
mus. *l* Cum autem audiſſent latam in ſe capitis eſſe ſcntentiam, ut omnes ſimul gladio ſetitentur; animos ſibi facientes, ad cædem ſe & mortem compatatuot. Regii vero *m* Præfecti & tabulæ eos e civitate vinctos ejecerunt. At illi cum gaudio lætitiaque pſallentes dicebant: Judica nos Deus, & diſcerne cauſam noſtram de gente non ſancta, & ab ho uinibus doloſis, ſanguiniſque helluonibus libera nos: quia tu Deus fortitudo & ſpes noſtra es. *l* *m*

6 Cumque ad locum perveniſſent, in quo erant martyrio mactandi, unoanimo uta ſua laxantes, dixeta: Benedictus es, o Deus, qui nos hac gratia dignatus es, nec deſpexiſti orationem noſteam, ſed hanc nobis coronam dediſti. Noſti enim, Domine, quomodo eam quæſivetimus. Benedictus etiam Deus noſtee, unigenitus filius bonitatis tuæ, qui nos ſalvavit, & ad ætcreum vitam vocavit. Ne ſinas nos in hoc mundo affligi, ſed *nolida nova 125.* *n*
confirma nos coram te in æternum pee tuam clemcntiam, noſq; baptiſmo ſanguinis noſtri cuhonefta. *n* Atque in eorum ote non ceſſavit hæc divinæ gloriæ celebratio, donec ultimus occiſus eſt. Conſummati ſunt autem hi t28. Martyres, vigeſimo menſis Febe.

7 Athle-

S. Sadoth alibi sapius translatus.

7 Athletam vero victorem & Episcopum Sadoth in aliam regionem, Bethuzam dictam, in urbem Bethlapat
A victum duxerunt: ibique caput ejus amputarunt. Quo summari sunt omnes Christi Martyres in pace laudantes & glorificantes Dominum nostrum Jesum Christum: quem decet omnis gloria, honor, & adoratio, majestas & magnificentia, in omnia deinceps secula seculorum, Amen.

a Σαλὶο b Gr. σίναρος. Hervetus habet cras.
c *Idem addit*, dilecti & Patres.
d *Sequentia paulo aliter explicas Hervetus*: Nam sive moriamur, moriemur ut perfecti, sive vivamus, vivemus ut justi. Quod si etiam moriamur, moriamur propter nostrum Servatorem Jesum Christum. Cum ergo eamus de vita, adeste, & eam cupiamus, & quoniam micat gladius, æternæ vitæ opes nobis compararemus. *Nos MS. Græcum sæpissime.*
e Ita *MS.* Σαβώρης *Barbaro.* *Hervet.* Sapores Rex Persarum.
f *MS.* εἰσαῦθις λόγοι. g *Colitur in* 21. *April.*
h *Græce* ἀναστὰς ἡ ἀναστρέψας. *Hervetus hæc monachos sive extravagantes, omittit.*
i Ita *Græce*: Πρὸ τοῦ δύσαντος, μᾶλλον ἤ τοι ἐν τῷ ἀνατεῖλαι. *Hervetus*: eo quo mox nobis e re imminet, quæ nos ab hac caduca vita liberans, ducit ad vitam æternam.
K *Addit Hervetus*, neque ignem.
l *Addit idem*: Cum autem vidissent stabilitatem & constantiam eorum fidei & confessionis, tulerunt in eos sententiam.
B m *Græce*, Ἀγγελοι καὶ μαγοὶ. *Quæ posteriora vocc significari videntur homines ad persuadendum aptè, vel oratores, vel Magi, qui, ut ex aliorum Sanctorum sedem tempore acciti erant. Actio constat, præcipuè in id incumbebant, ne vel a Christi deficerent Sancti, vel occiderentur.*
n *Addit Hervetus*: quoniam tu es solus Deus glorificatus, & unigenitus tuus Filius, & sanctissimus tuus Spiritus in secula, Amen. Hæc cum precati essent Beati, interempti fuerunt ab iniquis: neque cessavit &c.

ALIA ACTA

Ex Menæis Græcorum 19. Octobr.

a 1 QUo tempore apud Persas regnabat a Saborius, hic sanctus Pastor in quadam ejus regni provincia Episcopus erat, & populum quæ ad animarum pertinent utilitatem docebat. Cum autem quosdam Persas b incautius sacro baptismate tinxisset, apud Regem accusatus, ad eumque perductus, quia induci nullo modo poterat ut Solem aut Lunam, aut aquam aut ignem adoraret, virgis cæditur. Dein scinditur a vertice ad usque ungues pedum, & avellitur a pede eorum digiti unius latitudine. Rursus deinde boum nervis verberatur, ac supra spinas & acutos palos volvitur. Tum in cochleam cum compingunt. Quæ omnia cum magno animo perpeteretur, Regem majori furore accendit.

AUCT. L. B. D

b S. Sadoth Ep noluens solem &c. adorare, variis ac diris torquetur,

a Conjectus vero in carcerem, deiu iterum ad quæstionem revocatur. Sed cum toto corpore sanus esset repertus, capite suspensus est, & toto corpore stylis candentibus vulneratus. Quæ cum nihil faceret, Regemque audiret minantem se omnia illius membra dissipaturum, Confido, inquit, Deo meo, fore ut christiani reliquias meas inter se partiantur, & quicumque Deum in meo nomine invocarit, salutem inveniat. Statim vero lingua illi excisa est: at manus oculosque ad cœlum tendens, ac secum precatus, vocem audit e cœlo dicentem: Impleta est petitio tua, & tibi loquela reddetur, ac sanata lingua laudabat Deum.

divinitus sanatur, linguam recuperat,

orat pro Imperatoris ipsum, quæ exaudita confirmatus Regnum suscipit,

3 Populi ea spectatores obstupuerunt. Et crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum viri 1070. atque alii dein 200. Rex cognito tam multos ad Christum per eum accedere, præcepit caput illi cæsæ amputari. Cum autem & alii non pauci conclamarent, Et nos, o Rex, christiani sumus; etiam in ipsos sententiam tulit. Quos arreptos ad locum cædis milites perduxere. Ibi Sanctus cos obsignans, (erant autem 120.) prior ipse capite truncatus est, ac deinceps reliqui.

E multis conversis,

plectitur sapius cum aliis CXX.

a Ita *Græce* Σαβώριος. In *iisdem Menæis* 20. *Febr.* Σαβώριος. *Apud Sozomenum* Σαβώρης, & Σαβώρης,
b Ἀνεφρόντιστον, incaute, inconsiderate.
c *Signo Cruci opinor. Alia prima habent*, 128. *cum* 20, *vel paullo ante eum, occisos esse a multa populi, sed Clericos, monachos, sanctimoniales, cum eo jam ancta tormenta perpessos.*

DE SANCTIS EPISCOPIS TRAJECTENSIBUS

EUCHERIO ET FALCONE

Commentarius historicus.

I. B.

C

CIRCA AN. D. XX. Feb. SS. Eucherius & Falco Epp. Trajectus.

TRajecti ad Mosam, *qua præclara est Belgii civitas, die* 6. *Febr. omnium Episcoporum, quotquot Antiquæ Tungrorum sederunt, ac deinde Trajecti, postquam sedes est eo a S. Servatio translata, memoria celebrari officia duplicis solet, uti ad eum diem Pratermissorum syllabo indicatum a nobis. Nam, quod rarum decus, quicumque a discipulorum Petri Apostoli temporibus ad annum facile* 750. *in utraque ea urbe, ac deinde Leodii Episcopatum gesserunt, omnes sunt in Sanctorum tabulas relati. Licet porro uno die cuncti colamur, singulorum tamen seorsim vel solemnitas agitur diversis diebus, Trajecti & alibi, vel saltem natalis est martyrol. & Kalend. adscriptus. Et quidem* 20. *Febr. duarum reperimus consignatam memoriam.* Eucherii ac S. Falconis, *qui creduntur fratres germani fuisse, ille* 21. *Servatio ostavus, Falco nonus, sive* 17. & 18. *a S. Materno.*

20. Febr. colitur.

2 S. Eucherii nomen hoc die exhibent *Ecclesia Trajecten. Kalendaria. Ferrar. quoq; in gener. cat. al. SS. ita habet*: Trajecti ad Mosam S. Eucherii Ep. Tungrensis. *Quatenus Tungrenses dicè Episcopi potuerim quibus Trajectensi in urbe firmiter jam locatum solium erat, alibi declaratum est: quia nimirum eadem erat diœcesis, iisdem circumscripta limitibus, quamvis non jam Tungrorum urbs, diœcesi illius*

Eucherii in Martyrol. nomen,

esset Metropolis, (*quod nonnulli tamen recentiores scriptores videntur existimasse*) *sed Trajectum: qua urbs superiorum* Mosacorum *erat, ita nuncupatorum a* Mosa *amne, quem ipsi, & quotquot deinceps ad Oceanum usque eum accolunt,* Masam *vocat, sive* Mars *aut* Masc *Teutonica dialecto. Ita quoque explicandum, quod habet in martyrol. Gallic. Sanct.* Leodii, *inquit*, transitus S. Eucherii Ep & confess. qui B. Quirili 16. Sedis hujus Antistitis ad cœlestia vocati Sedem sortitus, fidem quoque & caritatem strenue imitatus, brevi præsulatu magna rei sacræ incrementa edidit, episcopalique sanctitate & pastorali virtute gloriose perfunctus, feliciter obdormivit in Domino 10. Kal. Martii. *Leodii* S. Eucherii *nec Sedes fuit, nec* (*quod quidem ab ullo traditur scriptore*) *obitus contigit, nec reliquiæ nunc asservantur, nec denique cultus viget. Leodio tamen eum tribuit Sanct. quia illuc Sedes ejus a S. Huberto translata Trajecto est.* 26. *Febr. eum refert ms. Florarium Sanctis verbis*: Apud Trajectum superiorem, depositio S. Eucherii hujus nominis 1. Tungrensis Episcopi. Qui, cum Ecclesiam Tungrensem duobus annis strenue gubernasset, migravit ad Dominum anno sal. 526. *Primum vocat ejus nominis, quia tertius ab eo fuit* S. Eucha-

F

ac Leodiensis?

aut Tungrensis dicitur,

AUCT. L. B.

charius, *de quo* 27. *Febr. agemus. Ceterum circa ann.* 495.
A *videri obiisse* S. Eucherium, *ostensum in Diatriba de Episcopatu, & Episcopis Trajecto ad Mosam.*

circa ann. 495. mortuus,

3 *Nihil de* S. Eucherii *rebus gestis scriptum usquam reperimus. Quanta enim encomia congerit Sanss. in omnem sanctam Episc. quadrant. At quod de Joan. Placentino Trudonensis scribit, imperiti populis fabulis affine est*: Eucherius, *inquit*, filius Comitis Ostiensis ex filia Comitis Namurcensis. *Qui tunc Comites Namurcenses, Ostiensesve? Originis Romana fuisse, nomen ejus fratrisque indicat. Qua subnexuit Platentius, vera censeri ex parte possunt, etsi nobis ejus chronotaxis haud probetur*: Vir spectatæ modestiæ, *inquit*, & præco mirificus, Cathedram conscendit, anno salos. 527. præfuit ann. 8. sepultus in æde Servatiana 10. Kalend. Martii. *Qua tunc ædes Servatiana? Quinius ab* Eucherio *Monulpho* templum maximum in S. Servatii honorem constituxit, composuit, ornavitque: in quod multo studio & veneratione translatum corpus, *ut scribit Greger. Turonen. de gloria Confessor. c.* 72. Nam, *ut ibidem præmiserat*, plerumque devotio studiumque fidelium, oratorium consuetudine de tabulis ligneis lævigatisque: sed protinus aus rapiebantur a vento, aut sponte ruebant. *Creditur tamen postea in magnificam*
B *illam S. Servatii basilicam etiam* S. Eucherii *corpus translatum.*

quo patre ortus genitus?

corpus postea ad S. Servatii ædem translatum,

4 *Eucherio in cathedram* Falco *germanus fuit, ut quidam ajunt, successit, sub ann. ut conjicimus*, 495. Folco *quibusdam &* Fulco, *aliis*; Faleodeus *appellatus reperitur, forsan quia illa priora saltem duo, usitata Francis legebant. At nondum quo tempore ad Episcopatum evectus est* Folco, *Franci satis erant ab sua feritate ad christianam mansuetudinem cultumque litterarum ac pietatis instituti, ut ex iis locis Antistites existimari possint. Ab Romanis fortassis oriundus, aut, si e veteribus Belgis progenitus, Romanis certe artibus eruditus, ac Romano insignitus nomine. Fuit enim* Faleonum *Romæ familia, e Valeriorum gente, ex qua* M. Valerius Falco *cum M. Valerio Levino consulari ac legatis aliis in Asiam legitur apud Livium dec. 3. l. 8. ad Matrem Deum Pessinunte advehendam missus, ac l.* 10. *dicitur Ædilis curulis fuisse; anno insequenti, quo victus a Scipione Hannibal est, Prætor duabus legionibus in Brutiis præfuisse.*

S. Folconis nomen Romanum, fors. & genus.

5 *Eodem quo frater die mortuus* S. Falco: *eodem certe inscriptum Florario Ss. his verbis*: Apud Trajectum depositio S. Folconis Tungrensis Ep. & confess. anno sxl. *Postridie in mss. quodam, non admodum antiquo (uti nec ipsum Florar. est) ita habetur*: Apud Trajectum superius
C B. Falcodei Episcopi. *Placentinus* in æde Servatiana sepultum *scribit*: *ad eam nempe translatum ejus corpus, postquam a S. Monulpho ædificata fuit, ut de S. Eucherio diximus.*

Illud in Fastis 10. Feb. & 11.

6 *Quod ad gesta* S. Falconis *attinet, nihil quoque reperimus, præterquam S. Remigii ad eum epist. qua eum acriter sane arguit, quod in Mosomagensi Ecclesia jurisdictionem sibi adversus Remensis Ecclesiæ jura usurpasset. Diximus* 10. *Febr. ad Vitam* S. Victoris *Martyris, situm esse Mosomagum, sive Mosomum, ad Mosam amnem, inq. Remensi diœcesi, sed ad Trevirensis Leodiensisque confinia. Ibi* S. Falco *initio aditi Episcopatus, dum vicinas sui Episcopatus loca lustrat, (ignarus fortassis ad se locum non pertinere, aut ratus in magna populorum necessitate, qualis & alibi in Belgio, turbulentis Francica dominationis initiis, licere in*
Idem fecisse dicitur S. Remigio. *alieno etiam sementem facere, qua in communi Domini emolumenta cederet*) *Presbyteros, aliosque Ecclesiæ ministros ordinarat. Quæ de re ita expostulat* S. Remigius: Domino vere sancto, & in Christo beatissimo Fratri, Falconi Episcopo, Remigius Episc. Quantum comperi, rebus D
gestis probavi, prius curæ beatitudini tuæ fuit, ut mihi inferres injuriam, quam salutationem deferres. O convenientis principium, quod dedisti, ut lædere Episcopum ante me, quam Episcopum te videremus? Nimium esto pecois tenerulis evolasti, levitate animi, non maturitatis consilio. In ipso siquidem Episcopatus exordio jus ingredi tentasti alienum, qui adhuc tuum verecunde debueras introire. Fas ergo fuit, ut inclitis ordinationibus a te crediderit occupandam loci Mosomagensis Ecclesiam, quam Metropolitani urbis Remosum, sub ope Christi, sua semper ordinatione rexerunt? Adhuc arbitros tua nescis, & jam aliena pervadis. In quam igitur tam Levitas feceris, Presbyteros consecraris, Archidiaconos instituerit, primiceriam scholæ clarissimæ, militiæque Lectorum; non queror, quod me consilio inter ista non videris: urinam se vidisse? Si enim Canones tua sanctitas ignorabat, satis præproperum fuit, ut ignarus Canonum, ut transgredereris, antequam disceres. At vero Ecclesiarum statuta si noveras, tanto gravius, tantoque periculosius, insipientia tua priscorum magnificorumque Pontificum decreta calcavit.

7 *Non opus est, totam ut epist. describam: pauxula decerpam capita. Adductos a se, quos* Falco *ordinarat, profitetur*: Nolo te lateat, *inquit*, Levitas atque Presbyteros, E
contra ordinem quos fecisti, ab ordine jam remotos. Perpendi enim, quod a me non decebat admitti, quos a te noo licuerat ordinari. *Quid, quod ipsius mes* Falconis *videtur electionem velle convellere?* Sed quid de eorum, *ait*, loquar ordinibus, quos a beatitudine tua non licuit promoveri? Plus illod est, quod si juxta majorum statuta severitatemque discutimus, non minus, quam status illorum, vester veniet Episcopatus in dubium. *Confusam postea indicat*: Optraveram namque, ut Cleriens permanssisses, quia factus fueras vi Sacerdos. *Avaritia quoque, cum accusat*: Mandas, ut audio, colonorum tibi tributa portari, & præcipis ut reditus deferantur agrorum. Datur intelligi, quod Ecclesiæ rem, non Ecclesiam, concupisti; quando sollicitus exquisitor exposcis, quæ ego, ad quem jure veniebant, remisi potius, quam quæsivi.

ut ignarus Canonum,

haud satis legitime ordinatos

avaritia

8 *Commendat tamen illius eruditionem his verbis*: Ego quia ovei Christi pascere, omoimodis impositos, alimoniæ cœlestis ubertate non possum; qui es sacris eruditionibus eruditus, cas, quæ mihi Christo jubente traditæ tamen a doctrina commendatas. sunt, ut pascas admoneo, ut invadas inhibeo. *Sed qui poterat Remigius se* omnimodis imperitum *profiteri? an forte* impeditum *scripsit? aut illud fuit eximia ejus submissionis? Sed poterat & zelum* Falconis *laudare: neq; enim dubium videtur, quin studio Divini honoris amplificandi,* F
& salutis animarum procurandæ, id egerit, quamvis limites potestatis sua excesserit. Hortatur demum, ut Ecclesiam propriam sedulo curet: Age semper, *inquit*, ut te digna comitentur. Ecclesiæ, quam divina dispensatione meruisti præsidendam, deservi, & pro salute gregis Domini ei sollicitus pastor invigila. *Id Falconem abunde executum, quod ei ita inculcarat senior ille Antistes, qui jam* 40. *annis gesserat insulas, argumento est, quod in Divorum album relatus sit. Quamdiu Ecclesia Trajectensi præfuerit, haud satis constat. Alibi indicavimus, videri circa annum Æræ vulgaris* 512. *decessisse.*

quos ejecerit, mortuos?

plura ann. 712. memorata.

9 *An ab eo nomen acceperit vicinum Trajecto oppidum* an ab eo Falconis mons? *ditionis Transmosanæ, quod incola vicinique* Tenenet Falcobergum, *id est, Falconis-castrum, vocant, Galli* Faleonismontem, *quod Tenenibus olim* Falcoberga, *non suppetit ratio, qua affirmem, aut id conjicientibus obnitar.*

DE

DE S. OLCANO, VEL BOLCANO
EPISCOPO IN HIBERNIA,

G. H.

CIRCA AN. D. XX. FEB.

1 *Richardus Witford. qui in Anglia circa ann.* 1520. *floruit, inter reliqua pietatis opuſcula martyrol. ſermone Anglico edidit, quod Sariburienſe appellat Colgan. In eo hac legantur* XO. *Febr.* In Hibernia feſtum S. Bolcani, ex nobili Anglorum ſanguine orti. Hujus mater poſt mariti mortem geſtans ipſum in utero, in Hiberniam profecta eſt, ibique mortua ac ſepulta: ſed poſtea a S. Patricio fratre ſuo germano, precibus ſuis ſuſcitata. Et mox cœpit puerperio laborare, ac ſanctum hunc enixa eſt filium, qui eximia vitæ perfectione, multiſq; ac magnis miraculis claruit. *Hæc Witford. quæ alia prorſus ratione referuntur in Vita S. Patricii & tripartita, & altera a Jocelino monacho ſcripta, qui* Olcanum *appellant, uti & martyrol. Tamlachtenſe: aſt in Feſtilogio Gormani*, Bolcanus *dicitur. Martyrol. Dungallenſe apud Colgan. hæc habet*: S. Bolcanus Epiſc. de Arthemugia: *a qua haud procul, ut aſſerit idem Colgan. eſt* eccleſia huic Sancto dicata, & ex nomine ejus appellata Kill-Eaſpuic-Bolcain, id eſt, cella Epiſcopi Bolcani, in regione Dalriediæ, ſeu, ut vulgo nunc loquuntur, Rutæ, *quam in* Septemtrionali Ultonia *ſitam eſſe mox ex Vita tripartita S. Patricii conſtabit: in qua hæc traduntur de ortu S. Olcani.*

S. Olcanus colitur 20. Febr.

dicata illi eccleſia in Ultonia Septemtrionali

B

a In ſtatuto vicinarum regionum circuitu, & fidei ac Eccleſiaſticæ diſciplinæ per eas propagatione, pergens ſanctus Præſul *Patricius*, ſtatuit primo viſere provinciam Dal-riedinorum, & poſtea Dal-aradiorum, illam Septentrionalem, hanc Orientalem Ultoniæ regionem. Venit igitur primo ad quemdam locum regionis Dal-riediæ verſus Septemtrionem, Carn-ſedna appellatum, in quo regione illius Principem, Darium nomine, offendit: qui pro rari prodigioſique caſus remedio ad Sancti Dei opitulativam recurrit virtutem. Cum enim hic Princeps per Dal-riediam iter ageret, audit ex objecto tumulo ſonum prodeuntem, quaſi lacrymantis infantuli ejulatui non abſimilem. Tumulo autem aperto, ſentis & nares ſuavi perflari odore, & mox matri emortuæ infantem vivum reperit adjacentem. Et cum eventus rari cauſſas expiſcaretur, diſcit fœminam illam mortuam ex tranſmarinis partibus veniſſe, frigidis & calidis febribus laborantem, quibus tandem interiit, antaquam, quem in utero geſtabat, ederet infantulum; ſeptimumque tum agi diem, poſtquam in iſto tumulo jaceret recondita. Et cum Regulus ex pietate miſerandum orphanum compaſſus, eum appellaret Olcanum, id eſt miſellum (Olc enim Hiberice idem quod malum vel miſerum) hinc appellatio, quam caſus dedit, in proprii poſtea nominis abiit uſum pationem. Et iuſans etiam poſtquam vir evaſit, conſuevit Olcanus appellari. Infantem igitur vir ſanctus baptizavit & in pietate ac bonis litteris egregie inſtructum, Eccleſiæ Rathimugiæ, ſeu, ut alii Arthir-mugiæ, oppido Dalredinorum præcipuo, præfecit poſtea Epiſcopum.

natus ex matre mortua ac ſepulta,

C

baptizatur a S. Patricio.

3 *Hactenus ex Vita tripartita S. Patricii. Eadem habet Jocelin. monachus, brevius quidem ortum S.* Olcani, *ut luculentius ſtudia litterarum deſcribens his verbis*: Quidam Regulus iter agens, audivit non ſine ſtupore magno quaſi vocem pueruli flentis emiſſam de tumulo. Stans autem juſſit ſuis aperire ſepulchrum: quo aperto invenerunt intus cum admiratione magna juxta matrem mortuam infantulum vivum. Ex communi ergo conſilio eductum illum a ſepulchrali lare, ad ſanctum portaverunt Patricium, quem ipſe baptizans, ob dolorem quem ſuſtinuit, vocavit Olcanum. Et poſt tempus tradidit litteris imbuendum: ipſe vero grandiuſculus effectus, diſcendi aviditate Gallias adiit, ibiq; diutius degens, multæ litteraturæ ſcientiam adeptus repatriavit: repatriatus ſcholas rexit, innumeros diſcipulos, quorum plures ſancti Epiſcopi fuerunt, erudiendo, in litteraturæ copiam provexit. *Hæc Jocelin. Reditum S. Olcani a Galliis in Hiberniam refert Uſſerus in Indice chronol. ad an.* 450. *his verbis*: Olcanus Hibernus, ex Gallia, ubi diutius litteris operam dederat, in patriam reverſus, ſcholas regit, atque innumeros diſcipulos, quorum plures Epiſcopi ſancti fuerunt, eruditione & doctrina imbuit. *Verum aliter ejus tempora digeſſit Colgan. qui adventum S. Patricii in Dalriediam (quod ſuo tempore ad hujus Vitam examinabimus) & nativitatem S. Olcani aſſeris contigiſſe circa ann.* 440. *ac redium e Gallia circa ann.* 460. *aut* 470. *Sed ad Epiſcopalem S. Olcani Sedem progrediamur, de qua ita narrat idem* Joceſinus.

fudet in Gallia, dum ait in Hibernia variis, dein Epiſcopos erudiſſet

4 Duodecim fratres, patre recenter defuncto, qui dominabatur in Dal-redia, ad hæreditatem inter ſe dividendam conveniunt, ſuum germanum minimum, nomine Ferguſſium, habentes deſpectui, a portione, quæ illum contingebat, exortem & inanem dimiſerunt. Adoleſcens ille precabatur S. Patricium, ut ſe ſuarum obtentu precum efficeret hæreditatis paternæ participem, promitterens ſe daturum Eccleſiæ Dei conſtruendæ & ſuſtentandæ, ſuæ portionis partem potiorem. Pontifice vero ſancto pro eo exorante, atq; negotium illius peroraute, fratribus ſuis annumeratur Ferguſſius. Competentem ſibi paternæ poſſeſſionis portionem percepit, cujus medietatem meliorem ſanctiſſimo Præſuli ad ædificandam Eccleſiam obtulit. Quam ſanctus, ne ſuam interceſſionem vendidiſſe videretur, ſuſcipere tenuit, ſed Olcano prænominato illam conferri juſſit. Sanctus autem Olcanus infra territorium ſibi collatum in loco, qui dicitur Der-Chon, eccleſiam ædificavit, ibique factus Epiſcopus in ſanctitate & juſtitia perſeveravit. *Hæc ibi Jocelin. quæ Uſſerus an.* 474. *eveniſſe arbitratur. & pag.* 95 *t. indicat* Eccleſiam Der-Kanenſem in Routano Antrimmenſium territorio Clon-derkæ nomen adhuc retinere Epiſcopi Olcani. *Et hunc tradit a Tirechano nominari inter* Epiſcopos claros & ſanctos, Spiritu ſancto plenos, Eccleſiarum in Hiberuia fundatores in primo Sanctorum Hiberneæ ſium ordine conſtitutos, atque a S. Patricio ordinatos.

E

a Ferguſſio variæ poſſeſſiones obtatæ S. Patricio,

accipit

ſibi ſolum extruit

circa an. 474.

F

5 *Demum ſi vera ſunt, quæ in Vita tripartita habentur, non defuit S. Olcano occaſio patientiæ & meritorum, dum forſan ob nimiam ſuam bonitatem incurrit indignationem S. Patricii: ad quæ melius explananda hæc ex Jocelino præmitto*: Veniens, *inquit*, S. Patricius in fines Dalradiæ, cœpit ædificare eccleſiam in loco, qui Eluin dicitur, ubi tunc temporis duodecim fratres filii Coelbadi dominabantur. Horum unus, Saranus vocabulo, principatum tenuit in terra illa, qui ſancti Pontificis, ſanctum opus inchoantis, manum apprehendens, ne cœpta perficeret, de loco violenter illum ejecit. Sanctus Patricius licet injuriam illatam ſibi patienter tulerit, moleſte tamen impedimentum ſancti operis accipiens, quod Deo vindice venturum noverat, prophetando dixit: Adhuc modicum, & expelleris de terra iſta, dabiturq; meliori tæ principandi in ea poteſtas. *Similia leguntur in vita tripartita, ac dein ſequentia de* S. Olcano *ita l. 2. c.* 134. *apud Colgan. addantur*: Poſtquam Saranus ſic incurrerat S. Patricii indignationem, & præmeruerat eam, quam retulimus maledictionem, contigit eum tentaſſe, quod fuit ipſi converſionis & ſalutis exordium. Cum enim tyrannica invaſione vaſtaret fines Dal-riediæ, & inde multos duceret captivos,

apud Saranum tyrannum

a S. Patricio injuſte,

S. Ol-

AUCT. G. H.

A S.Olcanus factus eſt ipſi & captivis obviam : quem pietate & ſanctimonia ſatis notum, cum viderent captivi, ſupplices & deplorate rogarunt, quatenus pro eorum redemptione apud Saranum precator & interceſſor exiſtat.

pro captivis interpellat;

6 Quod cum vir ſanctus pietate motus annueret, & ſupplex intercederet, tyrannus ejus precibus acquieſcere recuſat, niſi vir Dei raro ſtipulationis genere, vitam æternam ipſi repromittat. Quod cum vir Dei, ſciens hominem adhuc peccatorum & paganum flagitiis deditum, atque in ſervos Dei ſævientem, repaciſci noluiſſet, allegans ipſum Eccleſiæ Dei magnum eſſe perſecutorem, & hinc jaculo Patricianæ maledictionis impetitum; ille denuo fulminat omnibus captivis & ſociis viri Dei præſentem mortem, omnibus juramenti ſacramentis ſe obſtringens, quod omnes obvios monachos & clericos in ore gladii ſit deleturus, niſi ad baptiſmum admittatur, & vita æterna ipſi promittatur. Vir Dei hominem iſa finem bonum malis mediis magis fluite quam malitia laborare petentem, ratus magis inſcitia quam malitia laborare eum, ad regni cœleſtis januam, & regenerationis ſacramentum, duxit admittendum, & reipſa admiſit, operaqa homine Chriſtiano digna promittendi benedictionem

& niſi ad baptiſmū admittatur

minatur ſedum omnia,

baptizat promittens omnia deſtructa;

B impertiit & vitam æternam repromiſit.

7 Poſtquam hoc factum forte aliter, quam ſit geſtum ad aures S.Patricii, qui antea Saranum obſtinatum & perſecutorem maledictionis jaculo ferit, eſſet delatum; intellexit humilis & devotus diſcipulus Olcanus, ſe Patris & Magiſtri incurriſſe indignationem. Ad Sanctum ergo Patricium placandum quanto citius accurrit, & eum perveniſſet in conſpectum, genuflectendo paullatim accedit, & ita tandem errati ſupplex & pœnitens veniam expoſcit: quod S.Patricio in curru procedenti & alloquium neganti proſtratum in publica via ſe objecerit. Cum autem auriga ad talem conſpectum circumſtetiſſet, ſeverus ſenior mandat, currum agat, ſuſceptumque iter proſequatur. Ille humiliter excuſat dicens, ſe non audere, ne ſcelus admittat, ad proſtratum & in via objectam Epiſcopi perſonam non reſpicientem. Tunc rigidus Magiſter, more priſcorum Patrum, *in* omni diſcipulo etiam ſenio vel dignitate ſuſcipiendo, venerandoque per totam vitam, ſtrictiſſimam ſubjectionem & obedientiam quærentium, ſevere in diſcipulum animadvertit; quod auſus ſit publico malefactori benedictionem impertire, & in talis tranſgreſſionis pœnam edicit, quod, licet æternæ gloriæ præmium ei ſubtraheretur, vel minueretur, mundanos tamen honores fore minuendos, eccleſiamque ei commiſſam tertio deſtruendam, & multa ſanguinis effuſione polluendam.

D

ſupplex ſe coram illi

pœnam ſibi ſuaq; eccleſia infligendam audit,

8 *Hactenus Vita tripartita ex ſermone Hibernice a Colgano Latine edita: addunturq; nonnulla minore charactere, quaſi a poſteris inſerta, ſcilicet quomodo predicta eccleſia ſit devaſtata decentis aut amplius elapſis annis poſt mortem* S.Olcani. *Quæ ibidem legi poſſunt. Concludo verbis Jocelini, apud quem præcedentia non leguntur:* Ipſe vero, *unguis de S.Olcane, Doctor* egregius, Epiſcopalem gradum adſcendit: in ſanctitate multa vitam finiens, miraculis etiam multis claruit.

E

moritur miraculis clarus.

DE S. ELEUTHERIO

G. H.

EPISCOPO TORNACENSI IN BELGIO,

Commentarius prævius.

§. *I. Toracum urbs antiqua, regia & epiſcopalis. S. Eleutherius quo ibi tempore natus, factus Epiſcopus & mortuus?*

ANNO DXXXI. XX. b. S. *Tornacum urbs ad Scaldim,*

1 TOrnacum *urbs Belgica 2. ampla eſt, & antiqua, aliis* Turnacum, Tornacus, & Turnacus *dicta. Eam Scaldis flavius, Camerace & Valcatianis delapſus, mediam dividit, indeq; Gandavum, Antuerpiam, alias; oppida alluit, ac tandem variis aliis in Oceanum Germanicum immergitur. Urbs hac cum Tornacenſis ſeu Caſtellana vel Balivagia, ut vocant, Tornacenſi, & Amandopoli* (*Elnonem olim dixerunt*) *unam quodammodo provinciam*

C

cum ſubjecta ditione ac diœceſi,

conſtituit, Comitatui Flandria annexam. Ad diœceſin Tornacenſis continet præterea urbes, cum ample ſingulas territorio, Inſulas ac Cortracum: olim etiam, nunc avulſas, propriiſq; donatas Epiſcopis, Gandavum, cum Aldenarda; Brugas cum Aldenburge, Sluſa, vicinisq; oppidis.

2 *Cui urbi hac ae diœceſi populo antiquo adſcribenda ſit, a variis diſceptatur.* Tornacum Nerviorum *ſcribunt nonnulli, neq; indocti hoc noſtro ævo viri. Præiverunt ſeculo Chr. 12. & forſan primi, Hermannus Abbas monaſterii S. Martini apud hos Tornacenſes, & Guibertus ordin. Minor. & ipſe Tornaci natus. Illius verba, ſed paullulum breviata, ex chron. ejus Tornacenſi mſ. edidit Bucherius noſter lib. 8. Belgii Romani c. 13. n. 3. Quæ eadem infra in Vita S. Eleutherii c. 2. recitat Guibertus. Urbem hanc ambe a primis Romanor. Regibus extructam, atq; illuſtrem claritudinem*

alii Urbi Metropoli Nerviorum

volunt ſublimatam: dato illo Rumæ-novæ, *dein* Hoſtiliæ, *ac poſtea* Nerviæ *nomine, quod a* Turno Rege *prioribus abolitis,* Turnacus *&* Turnacum *factum, hactenus vigerit.* Nerviam *autem ſtatuunt appellatam a* Servio Romanorum Rege, *prima littera immutata, ne ſervitutis nota deformaretur: a* Nervia *deniq; metropoli incolas* Nervios *denominatos. Verum dum commentitia iſta fabula, viæ anicularum luculubratione digna, proferuntur, ipſa alias veneranda antiquitas turpi labe obſcuratur.*

& a Romanis Regibus exaltis fingitur,

3 *Philip. Hervingius, vulgo ab Eleemoſyna dictus, monaſterii Bona-Spes apud Binchium in Hannonia Ordin. Præmonſtraten. ſecundas Abbas, S. Bernardi æqualis ac familiaris, in Vita S. Amandi Epiſc. Trajectenſis, circa annum 1170. a ſe edita, atque a nobis ad 6. Febr. illuſtrata, aſſerit n. 13. urbem Menapiorum eſſe, quæ vulgato nomine Turnacus dicitur: ubi nos 9. 3. n. 14. in Commentario prævio ad*

alii urbi Menapiorum potius,

F

dictam S. Amandi Vitam longe lateq; oſtendimus populum urbis ac diœceſis Tornacenſis Menapios olim habitos appellatoſq;. Quæ eadem erudita diſputatione deducis Bucherius in Belgie Romano poſtmodum in lucem edita, præſertim l. 8. c. 11. & ſequentibus. Nullam Turnaci *mentionem hactenus reperimus Itinerarie. Antenim & Tabulis Peutingerianis antiquiorem. In his limes Imperii Romani a littore Geſſoriaco, ſeu Bononia, ducitur* Teroanum, Vitroviacum, Turnacum, Bavacum, Geminiacum, Tungros. *Adjungeada bis forent alia S. Piati martyris, ſi eoavum habuiſſent ſcriptorem. Ex his tamen ſcimus ſub Ethnicis Imperatoribus Romanis, fidem Chriſti Tornaci plantatam faiſſe, imo & ſanguine Martyrum irrigatam: quod infra etiam alia S. Eleutherii confirmant.*

in Diœceſi Morinorum nominatur,

fides Chriſti a S. Piato ſeculo,

4 *Succedit Notit. provinciar. & urbium Gallia, tempore Honorii Auguſti ſcripta: imo & Notitia dignitatum Imperii aliquot poſt Honorii obitum annis edita. In priore Notit. Belgica 2. ſub metropoli Remeſi ſtatuitur* Civitas Turnacenſium, *ſive,* Turnacus, *ut in antiquo codice mſ. Regina Svecia legitur. In Notitia vere dignitatum Imperii ſect. 42. inter* Procuratores Gynæciorum *eſt* Tornacenſis Belgicæ

ſeculo 4.

A gicæ ſecundæ. *Hinc non parvi nominis urbem præcedentibus temporibus extitiſſe colligimus, ſed qua per varias barbarorum incurſiones tam capit luminis. Nam* Wandali & Alani Aſcadio VI. & Probo Coſſ. *anno Chr.* 406. pridie Kalendas Januarias trajecto Rheno Gallias ingreſſi ſunt, *ſecundum Proſperi Chronicon: a quibus aliiſq; barbaris* Remoſum urbem præpotentem, Ambianos, Atrebates, Morinos, Tornacum *aliaſq; urbes de populatas fuiſſe deplorat s. Hieronymus epiſt.* 11. *ad Ageruchiam viduam, qua anno potiſſimum* 407. *& ſequenti comigiſſe diximus ad Vitam s. Vodaſii Ep. Atrebatenſis 6. Febr. §. 1. n. 4. Succeſſere deinde Reges Francorum, quorum primi Faramundus & Chlodio ſedem regiam habuere Dieſt bemii in Brabantia. At* Chlodio Carbonariam ſilvam ingreſſus, *uti in Geſtis Regum Francorum cap. 4. legitur*, Tornacenſem urbem obtinuit, exinde uſque Cameracum urbem *properavit eam nam; urbem, ut ſcribit Gregorius Turonenſis lib. 2. Hiſt. Franc. cap.* 9. Romanis protinus, apprehendit, in qua eum paucum tempus ſeſediſſet, ad Summam fluvium *alia loca* occupavit. *Chlodionis ſubrogatus eſt anno* 448. *Merovens, huic Childericus filius an.* 456. *Eodem an. videri natum ſuiſſe Tornacis. Elembertii infra proferendi character demonſtrabunt.*

B 5 *Childerico anno* 479. *mortuo, & Tornaci (quam Audoenus in Vita s. Eligii Ep. Noviomenſis & Tornacenſis* segiam urbem *appellat) ſepulto, cepit filius ejus Chlodoveus* I *regnare, qui acer militia juvenis primum bellum geſſit contra Romanos, eorumq; Regem Siagrium, qui apud Sueſſiones ſedem habebat, & reliquis Romanorum poſt obitum Ægidii patris imperitabat.* Eo tempore, *inquit Turonenſis lib. 2. cap.* 27. multæ eccleſiæ a Chlodovei exercitu depredatæ ſunt, quia erat ille adhuc ſanaticis erroribus involutus. *Debellavit Chlodoveus Siagrium anno regni quinto, Chriſti* 484. *Dum belli hujus apparatus multus, ut fieri ſolet, animorum exacerbationes gigneret contra Siagrium hoſtem Chlodovei, & Romanos, qui Chriſti fidem profitebantur, ejus Tornacenſes ſunt Chriſtiani juverit; illos cum paremibus ſuis s. Eleutherius ac Blandinium, vicum duabus inde diſtantem leucis, migrarunt. Haud longo poſt bellum hoc tempore Chlodoveus uxorem duxit s. Chrotildem Chilperici Burgundi filiam, Chriſtiana fide ac piiſſimis etiam moribus imbuta; unde jam cœpit Chriſtianis ubique favor religionis accreſcere, & libertas exercitiorum Chriſtianis paſſim conceſſi. Erecta tum publica Blandinii eccleſia, ac s. Petro dicata. Conſecrationi itidem Epiſcopus eſt Theodorus, qui huic præfuit Eccleſiæ, vicinaſque provincias ac loca Chriſto jugo ſanctæ ſuæ prædicationis ſubjiceret. Sed his paucis diebus evolutis, divino* C ſpiculo percuſſus interiiſſe *dicitur infra in Actis. Aliquam ultionem divinam hic paſſim intelligunt auctores, ut infra in notis obſervamus. In Vita s. Eleutherii Gallica apud Renatum Benedictum & Gazæum multum laudatur. Catullius in ſuo Tornaco ſymagmate* 1. *pag.* 6. Circa annum, *inquit*, 470. fuit a fideli populo Theodorus ſive Theodeſicus, in Epiſcopum Tornacenſem electus, qui non a leo longo tempore præfuit, ſed fulmine ictus, ut feſtus, non ſine magna ſanctitatis opinione e vivis deceſſit. Nam nonnulli hunc non fulmine ictum, ſed martyrio affectum fuiſſe tradunt. *Is eſt Democharet, qui facit ſocium s. Chryſolii, anno* 302. *occiſi* 7. *Februarii, ut tam dictum.*

6 *Bucherus in Tabulis Chronologicis ad tomum* 2. *Chapeavillei de Epiſcopis Tungrenſibus & Trajectenſibus aſſerit* anno 500. Theodorum Epiſc. Tornacenſem mortuum eſſe, poſt 18 annos ſedis, & S. Eleutherium initio anni 501. factum Epiſcopum Tornacenſem, ſedilleque pes annos totos triginta quinque. *Bucherium ſequamur Buzelinus lib.* 1. *Annalium Gallo-Flandria Mirans in Chronico Belgico aliique. Annum* 501. *Sedis s. Eleutherii initio attribuit idem Bucherius lib.* 20. *Belgii Romani cap.* 3. *& 4. ſed paucis ſolum diebus ante eam præfuiſſe Theodorum, & quidem Blandinii, aſſerit tradi. In Lectionibus, quas ad Matutinum in Officio proprio de s. Eleuthero apud Tornacenſes hoc tempore recitamur, initium epiſcopatus s. Eleutherii refertur ad annum Chriſti* 484. *ad quem annum hæc Chronica Sigeberti in nonnullis codicibus adſcripta ſunt:* Theodorus Epiſcopus Tornacenſis moritus, ſuccedit Eleutherius. *Sequuntur Mejerus in Annalibus Flandriæ, Locrius in Chronico Belgico, aliique. Annum* 483. *quo ordinatus ſit s. Eleutherius, invenſus eſt in MS. Tornacenſem codicem Vita ejus, ſed is deeſt in codice optimæ fidei, quem, ut mox dicemus, ad nos olim miſit Cornelius Duinius Amſtelodamenſis: deeſt etiam in aliis MSS. e quibus priorem damnt Vitam. Ipſos ergo Actis inſertos charakteres examinemus: ſecundum quos arbitramur s. Eleutherium conſecratum fuiſſe Epiſcopum anno Chriſti* 487. *cum jam annos ætatis expleſſet triginta, ac Sedi Romanæ præſſet s. Felix Papa* III. *creatus* 8. *Martii anni* 483. *mortuus* 30. *Januarii anni* 492. *Ad hunc Romam profectus dicitur in Vita* 4. *ex Breviario antiquo MS. edita, auctoritateque Apoſtolica inſtitutus, ſeverſuſque in Epiſcopum ſuiſſe conſecratus. Hinc tempora & a Catullio & a Bucherio indicata excluduntur. Reliqua mox ſtabilientur. Iter ejus Romanum, cum Epiſcopus eſſet conſecrandus, refertur quoque in aliis Actis. Solus Guiberius* ait electione ejus confirmata pes Summum Pontificem, gratuito conſecratum eſſe in Epiſcopum Tornacenſem.

7 *Novis ſequentibus annis bella concivit Rex Chlodoveus, primum cum Thoringis, five Tongris, poſterius cum Alamannis: illis, inquit Turonenſis lib.* 2. *cap.* 27. decimo regni ſui anno, *Chriſti* 489. bellum intulit, eoſdemque ſuis ditionibus ſubjugavit. De Alamannis *vero* anno regni 15. *Chriſti* 494. *poſt acerrimam pugnam* per invocationem nominis Chriſti meruit victoriam obtinere, *in eadem Gregorius tradit lib.* 2. *cap.* 30. *Tum Rege ſub finem ejuſdem anni feſto Nativitatis Chriſti Redemptoris, per ſanctum baptiſma renato, nova lux affulſit Eccleſiis Chriſtianorum ſub tanto monarcha, diffuſa late gemilitatis caligine. Quo tempore s. Eleutherius adhuc Blandinii morabatur, miraculis apud ipſos idololatra clarus. Nam & filium Tribuni a morte ſuſcitavit, & Tribunum ipſum, aliaſque cives Tornacenſes, gravi peſtilentia conflictatos ad fidem convertit: tandemque novem illic annis exactis Tornacum migravit: atque una hebdomade* 11. *millia hominum baptiſmate ablui. Cujus operis ut ſolennis extaret memoria, anniverſarius dies ad gratias Deo agendas inſtitutus eſt*, 5. Kalendas Octobres. *Neve ejus ſolennitatis initium ulla oblivione aboleretur, ſub quo Pontifice contigerit, diligenter annotatum. Alia ex MSS. Duinii & Tornacenſibus ita habent:* Decimo ordinationis anno, præſidente Papa Anaſtaſio, Tornacenſes omnibus Chriſtianis rebelles ad fidem reduxit, & in eadem hebdomada pluſquam undecim millia baptizavit. *E priore Vita ex eiſdem, aliiſque MSS. edita hæc addenda:* Omnes autem, qui credidesant, diem ſolennem, in qua baptizati erant, conſtituerunt, ideſt 5. Kalen. Octobris. *Jam autem Anaſtaſius Papa* 11. *electus eſt* 28. *Novembris anni* 496. *& cum necdum biennio integro ſediſſet, mortuus* 19. *Novembris anni* 498. *Hinc annus ordinationis B. Eleutherii decimus menſe Septembri non poteſt cum Pontificatu Anaſtaſii ante annum* 497. *conjungi, quod ſupra monitum volebam, cum initium Epiſcopatus s. Eleutherii ducerem perperam ad annum* 483. *aut ſequentem ab aliquibus referri. At magis excludi initium a Catullio aut Bucherio aſſignatum nemo non videt. In officiis propriis anno* 1626. *excuſis, quinto die infra octavam s. Eleutherii lectione ſexta, tria itinera ejus Romana indicantur, diciturque*, primum anno ſuæ ordinationis decimo, Anaſtaſio Chriſti Eccleſiam gubernante *ſuſceptum. Verum hæc non ſatis cohærent cum hiſce primo die infra Octavam Lect.* 4. *relatis*: Chriſtiani Eleutherium propter ſummam vitæ integritatem Romam miſerunt, inde reverſum, auctoritateque Pontificia approbatum ſummo conſenſu anno Domini quadringenteſimo octogeſimo quarto conſecrati fecerunt: *qua in antiquis Actis ſed omiſſo anno Chriſti, haberi ſupra diximus: ac primum tunc Ro-*

AUCTORE G. H.

D

E

F

dein a Vvodalis vocatus,

& a Chlodione Rege Francorum occupata;

in eo ſub Childerico majorem s. Eleutherius ao. 456.

ſub Chlodoveo, bellum contra Romanos gerente

in cultum pulſis Biſtdiabolis,

poſt Theodorum tres Epiſcopos;

anno circa 470.

anno circa 501.

Tornacum migrat; 11. millia baptizat

anno 1626 ordinationis;

Anaſtaſio IIo Papa;

an. Chr. 497.

Digitized by Google

AUCTORE G. H.

A mam iviſſe *s. Eleutherium in iiſdem Actis legi ante monimur, ſolum tamen Gubertum illud iter non exprimere, apud quem n. 20. de Anaſtaſio iſta habentur*: Decimo ſiquidem ordinationis ſuæ anno, præſidente Papa Anaſtaſio, Gelaſio jam defuncto (*qui inter hunc & s. Felicem* tit. *federat*) rebelles reduxit ad fidem, & incredulos ad Catholicam omnem, *& n. 16.* Celebrata eſt, *inquit*, cum gaudio dies illa ſolennis quinto Kalend. Octobris, cum a gentilitatis errore per Eleutherium converſus eſt ad fidem Catholicam populus Tornacenſis.

Romam profectus ſub anno 14. ordinationis ſuæ,

8 *Secundum a s. Eleutherio ad Romanum Pontificem inſtitutum iter bis verbis in iiſdem Actis indicatur*: Quartodecimo præſulatus ſui anno, videns in his partibus Eccleſias de miſericordia Dei pene deſperatas, ſermonem de Divinitate Chriſti unigeniti Domini noſtri compoſuit, & poſt hæc ad Romanum Pontificem detulit: a quo honorifice ſuſceptus eſt. *Gubertus eadem fere habet nn. 20.* Quartodecimo, *inquit*, ſui præſulatus anno ... Romam jam præſidentem Symmachum adit, ſermones Catholicos eidem obtulit *&c. Eadem in ante citata Lectione 6. dicit quinto de anno ordinationis ejus* 14. *& Symmacho Pontifica conjunguntur*; *qua in annum Chriſti* 501. *optime conveniunt, cum tertio anno Eccleſiæ præſſet Symmachus, Anaſtaſio ſubrogatus, & præclare epocham annorum ſupra ſtatutam confirmant. In prioribus Actis ſub finem n. 17. hæc verba repetuntur*: Anno quoque Pontificatus vicesimo quinto Roma regreſſus eſt: *ubi videtur in numerum error irrepſiſſe, proque anno* 25. *legi debere* 15. *quo Roma regreſſus eſt, cum anno proxime elapſo*, 14. *ordinationis, ad Symmachum Papam ſuiſſet profectus: aut certe aliud iter ad Symmachum anno Chriſti* 512. *inſtitutum indicatur*,

Chriſti 501

B

anno ſequente Tornacum redit;

9 *Ultimum iter, quod tertium arbitramur, in eiſdem Actis nn. 18. ad Hormiſdam Papam fecit ſed nullus charactter temporis ibi additus: quod poſteriores ſcriptores non ſatis convenienti ratiocinio annum ordinationis* 25. *apposuerunt, verum ut, ſi ita dixerimus, ad Symmachum Pontificem adhuc ſpectaret: niſi alius annus ſubſtituatur*, 30. *forſan aut poſterior. Nam Symmacho* 19. *Julii anni* 514. *vita functo ſucceſſit Hormiſdas ſeptimo poſt obitum ejus die electus, ergo anno ordinationis s. Eleutherii* 27. *Mortuo Hormiſda 6. Auguſti anni* 523. *ſucceſſit s. Joannes* I. *ejus* 27. *Maji anni* 526. *defuncto s. Felice* IV. *quo eodem anno, aut certe ſequenti s. Eleutherius Synodum collegiſſe videtur*, cum annis 31. Eccleſiam Tornacenſem & novem Blandinienſem rexerat; *quæ n. 20. habentur, & a Guberto n. 22. repetuntur. Demum s. Felice Papa anno* 530. *e vivis ſublato, creatus eſt Papa Bonifacius* II. *anno ſequente* 531. *die* 17. *Octobris defunctus. Eodem anno* 531. *tempore Bonifacii Pontificis, s. Eleutherium diem ſupremum obiiſſe, indicant eadem Acta*

Romam abit ad Hormiſdam Papam;

Synodum colligit an. 527.

moritur an. 531.

C *in MS. Tornacenſi n. 28. dum ab ea in ultima egritudine conſtituto tradunt mandatum Andoneo, ſive Andoeno, fidelis ejus diſcipulo, ut Romam quantocyus iret, & theſaurum Chriſti, ſive librum, a ſe compoſitum Bonifacio Pontifici Romano ferret. Apud Gubertum etiam n. 29.* Eleutherios Andoeno juſſit, ut poſt ipſius exceſſum dilectus filios Romam acceleret, & munimenta fidei, quæ Sanctus confecerat, Summo Pontifici Bonifacio repræſentet. *In Vita denique ex MS. Breviario n. 17.* fidei Catholicæ profeſſionem dictavit, quam & Andoeno diſcipulo ad Bonifacium Romanum Pontificem tranſmitteodam dedit.

tempore Bonifacii II. Papæ,

10 *Annum tunc egiſſe s. Eleutherius ſeptuageſimum ſextum dicitur apud Gubertum n. 24. & in Lectione ſexta diei ſexti infra Octavam in Officio propria: ab anno ſcilicet* 456. *ad annum* 531. *Ejus Sedi tribuit annos* 45. *idem Gubertus num. 33. & auctor Vitæ ex Breviario MS. n. 5. quos itidem ab anno* 487. *ad eumdem* 531. *numeramus. Fidem anni colligimus in altera Vita ex MSS. num. 20. & 22. ubi anni ætatis & ordinationis referuntur, quando Synodum collegit, poſt quem dicitur* per annos quinque ſupervixiſſe. *Præerant tunc regno Francorum tres filii Chlodovei* I. *adhuc*

anno ætatis 76. ordinationis 49.

regnat Chlotharii 22.

ſuperſtites, qui patri anno 509. *die* 27. *Novembris defuncto* D *ſucceſſerant, & annum regni* 22. *agebant: Ex his Chlotharius, ejus nominis* I. *cum regno Sueſſionenſi etiam Tornacum poſſidebat. Hinc corruunt conjectura aliorum, qui s. Eleutherium obiiſſe tradunt ante annum* 529. *aut* 546.

§. II. *Chronologia Sedis S. Eleutherii firmata ex ſucceſſione S. Medardi.*

In Vita S. Medardi ſuccinctis,

11 *AEgidius Bucherius citata lib. 20. Belgii antiqui cap.* 2. *& 4. cenſet s. Eleutherii tempora firmanda eſſe ex Actis s. Medardi Viromandorum, ac Sede translata Noviomenſis Epiſcopi, & poſt obitum s. Eleutherii ſimul Tornacenſis. At nobis, quamvis Sedis illius tempora optemmer hactenus iam ſolidis ſtabiliri fundamentis, ut, quibus annis poſtea vixeris s. Medardus, inde colligi poſſit; opera tamen pretium viſum fuit quid de Actis s. Medardi cenſendum ſit, paucis oſtendere. Ac prima Laurentius Surius ad calcem Vitæ s. Medardi, a ſe ad* 8. *Junii edita, monet, ſe* nihil mutato ſtylo totam hanc beatiſſimi Medardi Vitam ex quodam MS. codice deſcripſiſſe: teſtari autem ſcriptorem anonymum in Vita S. Gildardi Rotomagenſis Archiepiſcopi, Fortunatum Presbyterum ſcripſiſſe Vitam S. Medardi, & ex ea quædam citare, quæ conſentiant fere cum alia hiſtoria S. Medardi longe breviori, ſe tamen auſum non eſſe affirmare, eam eſſe a Fortunato editam. Quidquid vero illa hiſtoria refert, id totum in ea, quam edit, contineri: & permulta intermixta & addita eſſe, ſed lectu digna, ab alio quodam poſteriore, ſed non indocto viro, qui tamen aliquoties non niſi ex locis communibus ſancti viri virtutes celebret, *&c. Hoc Surius, qui etiam in titulo ait* non paoca poſtea adjecta eſſe a quodam docto viro: *Verum in temporum calculo obſervando, quod hic quærimus, parum verſatus. Certe cap.* 18. *narrato s. Eleutherii obitu hæc inter alia ſcribit*: Utrumque ovile *Noviomenſe & Tornacenſe* Paſtor egregius conſilio & auctoritate comprovincialium Epiſcoporum tempore Hormiſdæ Papæ ſub Remigio, tunc temporis Remorum Archiepiſcopo, aſſenſu Regis & Curialium ac utriuſque plebis acclamatione tandem ſuſcepit. *Hæc ille auctor. At mortuum eſſe s. Remigium anno* 530. *oſtendimus 6. Februarii ad Vitam s. Vedaſti* §. 3. *num.* 13. *at pridem obierat s. Hormiſda Papa, anno, ut diximus*, 523. *6. Auguſti. Bucherius cap.* 3. *num.* 9. *ita ſcribit*: Medardum autem ab Eleutherii morte annos quindecim præfuiſſe diſerte ſcribit in ejus Vita Fortunatus. *Unde concludere quis poſſet, s. Eleutherium nec eſſe mortuum eſſe anno* 523. *aut potius præcedenti: S. Medardum poſt quindecim dein elapſos annos, anno ſcilicet* 537. *aut ſequenti.*

a Surio id hac obſervatione edita,

E

dicitur mortuus Remis ſedente Hormiſda Papa, & S. Remigii,

ideoque poſt 15. annos mortuus eſſet anno 537. aut 538.

12 *Verum longe ea diſtant ab ejuſdem doctiſſimi Bucherii ſenſu, qui immediate ante iſta ſcripſerat*: S. Medardum Tornacenſium proxime poſt S. Eleotherium Pontificem, paullo ante mortem Lotharii primi Regis, ſeu ſenioris, vita functum octava Junii Vita ejus clare docet; & Toronenſis lib. 4. cap. 19. ergo ex inſtituta a nobis temporum ratione anno Chriſti 561. quo Lotharium exceſſiſſe valide probabo. *Hæc ibi, De Turonenſi infra agemus. Quid* clare docet *Vita s. Medardi de obitu s. Eleutherii & ſucceſſione s. Medardi diximus: quindecim poſtea præfuiſſe s. Medardum his verbis cap.* 20. *indicatur*: Sic itaque ad imitationem ſummi Paſtoris, qui, ſicut ab eo in Evangelio legimus, alias habens oves, de duobus unum ovile fecit; ſanctus Pontifex ferocem illam Flandrenſium gentem ſuæ Noviomenſi Eccleſiæ aſſociavit, & per quindecim annorum ſpatium, licet aliquo itineris intervallo remoti eſſent, ad divinum eos cultum indefinenter elaboravit. Quindecim annis commiſſam ſibi divinitus miſedie Cathedram, eo in tempore non ſine multo labore incredulos & infide-

& tamen infeſtat mortuos 561.

lis

Ales ad fidem educavit Catholicam..... Hujus ergo temporis tranſacto ſpatio ſanctum Dei Pontificem graviſſima contigit deprimi corporis infirmitate, & invaleſcente morbo corporeos ejus ſenſus de die in diem paulatim deficere... Cum autem beatus hic Pontifex vitæ appropinquaret ad exitum, euntigit Chlotharium Regem, poſtquam Granum filium ſuum cum uxore ſua ac filiabus combuſſerat, a regione reverti Britannorum. Cognita vero hujus invaletudine Pontificis, ad eum viſe odum humiliter feſtinavit. *Hæc ibi. In hac viſitatione Chlotharii omne robur conſtituitur, quod eadicatur contigiſſe poſt combuſtionem Chramni filii: qua rtfertur a Gregorio Turon. lib. 4. cap. 20. & conjunguntur cum morte Childeberti Regis Pariſienſis, quem anno 558. obiiſſe conſtat. Eo ergo anno, aut ſaltem ſequenti 559. occiſus eſt Chramnus. Nam cap. 21. refertur annus Chlotharii quinquageſimus primus, qui convenit in annum 560. ac ſequenti Rex mortuus eſt. Ab his poſitis non videntur inferri poſſe alia, niſi S. Medardum conſtitutum ab Sr. Hormiſda & Remigio Epiſc. Tornacenſem, ergo ſaltem anno 523. poſtea vixiſſe non quindecim ſolum annos, ſed integros 36. aut, ut Bucherius mavult, 38. annos, aut denique ſecundum Baronium, annos 41. nam hic eadem Chramni & obitum S. Medardi refert ad an. Chriſti 564. Sed illi ſolum nititur verbis a Surio relatis in Vita S. Medardi.*

B *§ 3 Bucherius cap. 4. n. 15. admittit illa in Vita S. Medardi haberi, ſed fatendum*, aut Fortunato minus attento humanitus excidiſſe, aut ab alio inſulta: *ac dici debera* Medardum annis quindecim Eleutherio ſuperſtitem, utrumque ſimul avile non ſub Hormiſda, neque ſub Remigio, ſed Vigilio, Pelagio, Joanneque tertio Pontificibus Romanis, Remorum autem Mappinio Ægidioque rexiſſe. *Verum nec iſta infarcienda, quæ omnia una cum cade Chramni melius abſunt, ab imperito quopiam poſt annum Chriſti milleſimum conſcripta. Quis tempore Fortunati meminit Flandrorum? Quis vel anno milleſimo gentem Flandrenſium vocavit Tornacenſes aut omnes dixeceſi Tornacenſis aut Comitatus hodierna Flandria incolas? De parvis limitibus Flandriæ, qui eram circa Brugas tr reentis ab obita S. Medardi annis, egimus 3. Februarii ad Vitam S. Auſchærii §. 5. pag. 396. Nondum videtur S. Medardi Vita extitiſſe, cum auctor anonymus vavaret Vitam S. Gildardi fratris ejus, quam Surius edero nolui, quod ex locis communibus tota videretur compoſita. Fatetur auctor illam* incuria antiquorum latuiſſe, *tradeq;* tres viros Gildardum & Medardum fratres & S. Remigium Palatinos *in aula Regis vixiſſe, ac deinde eodem fere tempore Epiſcopos ordinatos eſſe, ac Regem Chlodoveum de ſacre fonte ſuſcipiente B.*

C *Medardo, fuiſſe a s. Remigio baptizatum. Hinc auctor citata ante Vita s. Medardi, ut omnia alta ejus accelerarti, temporibus Hormiſda Papa & s. Remigii factum ait Epiſcopum Tornacenſem, & ſui immemor addit poſt necem Chramni a vita deceſſiſſe: qua ſcilicet legerat in Geſtis Regum Francorum ab auctore anonymo temere congeſtis in quibus ea habentur cap. 29. Et quia s. Medardus vixit in Epiſcopatu 15. annos, eos poſt obitum s. Elemherii enumerat. Verum multa hujus calculo obſunt. S. Remigius ordinatus eſt Epiſcopus anno 457. cum duo illi fratres necdum eſſent nati. Cum Gildardo Epiſcopo Rotomagenſi ſubſcripſit Concilio Aurelianenſi s. anno 538. aut ſequenti Sophronius Epiſcopus Veromandenſis, qui ſucceſſorem habuit Allomerum, quo mortuo Medardus factus eſt Epiſcopus Veromandenſis, poſt Sedem translatam dictus Noviomenſis, ac poſt mortem s. Eleutherii anno 532. factus etiam Tornacenſis.*

14 *Præfatus auctor Vitæ s. Gildardi aſſerit*, quantæ, qualiſque innocentiæ, ſanctitatis ac patientiæ Beatus extiterit Medardus, Fortunatum Ravennum Presbyterum luculento ſermone deſcribere: *& hæc verba ejus citat*: S. Medardus quando accepit corporis tranſitum, ipſius horæ momento cœli aperti ſunt, & ante Sancti corpuſculum divina luminaria cunctis videntibus micuerunt: moxque in terra grande fluxit diluvium, ita ut multum plueret

aqua calida de nubilo. *Hæc non habentur in Vita a Surio* nihil mutato ſtylo *edita, neque in altera Vita ex codice MS. Floriacenſi a Joanne Boſcio Cœleſtino vulgata, quæ nos & ipſi habemus in inſigni codice MS. noſtro & conſimilem cum altero MS. membranaceo Sereniſſ. Chriſtinæ Sveciæ, in quo initium deerat. Aliam habemus Vitam s. Medardi ex quatuor optima fidei codicibus Mſſ. hoc exordio*: Beatiſſimi Medardi Antiſtitis vitam, quę per univerſum orbem virtutum propalatur inſignibus, nequivimus ſilentio præterire *&c. In hiſce Actis ſupra memorata verba ita reſeruntur*: Quando S. Medardus accepit corporis tranſitum: ipſius horæ momento cœli peruſus aperti ſunt, & ante Sancti corpuſculum fere per tres horas divina luminaria cunctis videntibus adſtiterunt. Mox in terram grande fluxit diluvium, itaut pluereț multum calida aqua de nubilo. *Ea eadem fere verba, omiſſis in Vita s. Gildardi paucis his verbis*, fere per tres horas, *forſan Belforții culpa, qui Vitam s. Gildardi, quam habemus, contraxit ſtylo hinc inde limato. Sub calcem hujus Vitæ s. Medardi in MS. Marci Velſeri addebatur hoc teſtimonium*: Fortunatus Presbyter compoſuit hanc Vitam vel Actus S. Medardi. *In hac Vita auctor precatur* divinam Clementiam, ut clementiſſimi, *inquit*, Theodeberti Regis noſtri fecilitatem crebris ſucceſſibus dilatatam, & in externis gentibus juſtn dominandi jute procul extenſam pto ſua pietate longævet: ut clemeotiſſimi Sigeberti quondam Regis animæ ſempiternam requiem præſtare dignetur. *Eſt hic Sigebertus, qui templum s. Medardo extruxit, occiſus anno 575. relicto Childeberto barede, cui anno 696. mortuo ſucceſſit Theodebertus 2. & vixit uſque ad annum 612. cujus tempore hæc Vita s. Medardi ſcripta eſt*: quidni a Fortunato, *qui tum vivebat Epiſcopus Pictavienſis?*

E *§ In hac Vita de annis in Epiſcopatu a s. Medardo exactis hæc leguntur*: Cum jam multimodis virtutum fulgetet ſtudiis, famaque ejus per diverſa orbis ſpatia, gratia creſcente, præcelleret, defuncto Viromendenſium urbis Pontifice, in ejus loco conſecratur Epiſcopus. Ubi converſatione cœleſti ter quinis annotum [a] circulis in ſanctimonia ipſius officii Sacerdos exiter pretioſus, & ..... membrorum cumpage protenta longævitate deſeſſus, ſpiritum, requiem deprecatus, amiſit. *In altera Vita a Joanne Boſcio edita anni hi in Epiſcopatu a Sti confirmantur cap. 14. iſtis verbis*: Nam ter quinis annorum curriculis Pontificatus ſui officium feliciter adminiſtravit: ſicque corporali pereuſſus moleſtia, uſque ad extrema vitæ ſuæ perductus eſt tempora. *Quo eadem in MS. Regiæ Suecia habentur, nulla cedit Chramni filii facta mentione. Fuit ergo s. Medardus annis ſolum quindecim Epiſcopus*, a S. Remigio Remorum Archiep. *ut in eadem Vita cap. 12. traditur*, ſanctificationis oleo peruncțus, & ſuper gregem Chriſti Paſtor inſtitutus: *ergo ante an. 530. quo 13. Januarii obiiſſe s. Remigium docuimus ad Vitam s. Vedaſti §. 3. n. 13. Inter opera in ejus Epiſcopatu peracta hoc unicum in dictis Actis narratur, quod* eunſecratum velum capiti ſanctiſſimæ Radegundis impoſuerit, ſanctæ profeſſionis primitiis initiarit, quæque ſequenda forent, quęque eviranda docuerit. *Eadem a Fortunato in Vita s. Radegundis deſcripta ſunt ad 13. Auguſti illuſtranda. Quo autem anno s. Medardus aut s. Radegundem conſecrarit ſanctimonialem, aut ipſe dem vita ſanctus ſit, ad utriuſq; Vitam accuratius examinandum erit. Gregorius Turon. lib. 4. cap. 19. hac ſolum de obitu s. Medardi habet*: Tempore quoq; Chlotharii Regis, ſanctus Dei Medardus Ep. conſummato bonț operis curſu, & plenus dierum, ſanctitate præcipuus, diem obiit. *Hæc ille abſque ullo præjudicio eorum, quæ de annis Sedis & s. Eleutherii & s. Medardi ſtatuimus.*

AUCTORE G. H. D

non repetantur in Vita a Surio aut Belfio edita,

ſed in ejus Vita MS.

Fortunato attributa,

& ſub Theodeberto Rege ſcripta

[a] al. curriculis

aut & in Vita a Belfeto edita,

& S. Medardus conſecratus a S. Remigio,

S. Radegundi velum ſanctum impoſitum,

mortuus ſub Chlothario Rege.

A §. III. Dies obitus S. Eleutherii. Memoria in ſacris Faſtis. Vita a variis compoſita.

16 *ANnum obitus S. Eleutherii in trigeſimum primum Chriſti ſupra quingentеſimum incidiſſe haltanus ſtabiliviмus: diem vero & menſem hic inquirimus. In codice antiquo MS. noſtro, ex quo priorem ejus Vitam damus, referuntur Acta Ss. menſis Julii, propoſitis duobus diebus ex menſe Junio, ut operis iſtius ſuntium fias a Ss. Apoſtolis Petro & Paulo, qui in ſyllabo prafixe referuntur ad 3. Kal. Julii, ac mox indicato* 2. Kalendas Julii *hac legantur*: Martialis Apoſtoli Vita. Theobaldi Confeſſoris eodem die Vita. Eleotherii Tornacenſis Ep. eodem die Vita. Kalend. Julii Karleſi Confeſſ. Vita *&c. Ac ſingulorum deinceps ordine recitantur Acta. Vita S. Eleutherii hic præfigitur titulus*: Incipit Vita S. Eleuthern, cujus feſtum eſt 2. Kal. Julii. *Poſtque Alterum finem, hac, veluti Henrico Canonica, de quo infra agemus, indicata a S. Eleutheria, verba annectuntur*: Ego ſcater Eleutherius, ſervus ſervorum Dei, in ſarcophago in eccleſia B. Petri Blandinii depoſitus ſum pridie Kalendas Julii: *ac poſtea*, Feſtum autem, *inquit*, depoſitionis mex commemorate pridie Kalend. Julii. *Qua eadem verba leguntur ad eamdem Vitam in MS. Tornacenſi, a nobis inter Annotationes rejecta. In altera vero Vita ex MSS. Cornelii Duynii & Tornacenſi danda, de die obitus iſta n.* B 30. *habentur*: Sic unda ſacri ſanguinis profuſa, verus Martyr & confeſſor in pace obiit pridie Kal. Julii. *Eadem leguntur cum Sermone de Trinitate, edita in Bibliotheca Patrum, ſtaque addantur*: Hæc acta ſunt ab hæreticis 7. Kal. Junii, & 10 ipſo anno B. Eleutherius obdormivit in pace: *ſcilicet* poſt quinque hebdomadas, *ut in Vita dicitur n.* 24. *In ſchedis Buxelium noſtri dicuntur* hæc omnia repeti in Vita ex variis opuſculis compilata, & in archivo Epiſcopali ſervata cap. 28. *Eodem* 30. *Junii in MS. Floario Ss. celebratur ejus natalis his verbis*: Civitate Tornaco natale S. Eleutherii Ep. & confeſſ. Hic gratia ſanitatis effulgens, plures cæcos illuminavit, ac alia miracula multa perpetravit. *Altum de die obitus ſilentium eſt in reliquis Actis, ſive a Guiberto conſcriptis, ſive ex antiquo Breviario MS. Andlis.*

17 *Februarii menſis die* 20. *adſumtum eſſe S. Eleutherium arbitrantur Canonici Tornacenſes, qui eo die Natalem ejus celebrant, ut ex Officiis propriis Eccleſia Cathedralis conſtat. Ab hujus encomio antiquum Martyrol. MS. monaſterii S. Martini in urbe Tornacenſi incipit his verbis*: 10. kal. Martii, in civitate Tornaco, depoſitio S. Eleutherii ejuſdem urbis Epiſc. & confeſſ. *Qua tamen verba viſuntur ibidem vetuſta manu interpolata, & fere eadem leguntur apud Melanum in auctario Uſuardi. Quin in Natalibus quoque Sanctorum Belgii ita ejus elogium auſpicatur*: Blandinii natalis S. Eleutherii Ep. & confeſſ. cujus honorificata eſt C apud Fortunatum mentio. *Adſcriptum etiam nomen ejus Martyrologiis Galeſinii, Canifii, Ghinii, Sanſſais, & Romano hodierno, Faſtis Belgicis Mirai, & aliorum recentiorum, qui fere natalem celebrant* 20. *Februarii. In additionibus quibuſdam MSS. Carthuſia Bruxelleuſis ad Uſuardum ſtatuitur*, apud Tornacum Translatio S. Eleutherii Mart. *In Floario MS.* depoſitionem *legi* 30. *Junii diximus, ac* 20. *Februarii hæc habentur*: Apud Tornacum S. Eleutherii Epiſc. Mart. anno ſalutis 550. *Antiquum MS. Martyrol. Uſuardi, ſed ſubinde auctum, Collegii Gandenſis Societatis Jeſu ita incipit*: In Tornaco civitate reſtitutio S. Eleutherii Epiſc. & confeſſ. *At die* 30. *Junii que de eo habebantur, eraſa ſunt, ut primum verbum* Tornaco *ſolum legi poſſit. De ejus obitu altum fuiſſe ſuſpicamur. Martyr autem a nonnullis habetur, quod e vulnere ab hæreticis inflicto obierit.* 21. *Februarii memoria* S. Eleutherii *adſcripta eſt auctario Uſuardi ab Hermanno Greven, & Molano in priore editione: ſecuti Canſius & Ferrarius, item Renatus Benedictus in Vitis Ss. Galliæ editis. In tractatu quodam MS. de Elevatione corporis S. Eleutherii hæc quaſi ab ipſo Sanctore revelata referuntur*: Illud autem feſtum, quod in Kalendis Martii celebratis, neque ſcio, neque novi, neque in eiſdem D Kalendis voces vetitas exaudivi. *Quo die nullam ejus memoriam hactenus in ullis Faſtis reperimus: an* 10. Kalendas Martii *auctor voluerit indicare, non divinamus. Interim in eodem tractatu*, Grattas, *inquit*, ago Deo immortali & vobis, fratres cariſſimi, qui feſtum depoſitionis mex condigne celebraſtis.

18 *In hoc citato tractatu dicitur ejuſdem Sancti* Vita ab illa die, in qua depoſitus eſt, fuiſſe ſcripta: *de qua infra n.* 30. *Vita auctioris, iſta forſan accipienda ſunt*: Percepta enim participatione Corporis & Sanguinis beatus vir, ut ejuſdem Vitæ narrat hiſtoria, feliciter migravit ad Dominum. *Ex hac hiſtoria Vita poteſt tota ea decerpta eſſe, quam damus prime loco ex codice noſtro MS. qui olim pertinuit ad abbatiam Vallicolleuſem Ordinis Ciſtercienſis, & permutatione comparavimus a C. L. V. Balthaſara Moreto: contulimuſque cum alio MS. Tornacenſi, reperto in ſchedis Joannis Buxelii noſtri, e cujus calamo Gallo-Flandria erudita commemoratio illuſtrata: qui Vitam hanc ſaltem ante incurſionem Nordmannorum, de qua infra, ſcriptam aſſerunt. Extat in Breviario Brugenſi anno* 1520. *excuſo præclara harum Actorum epitome, diſtributa in ſex lectiones, quæ ad Matutinum* 20. *Februarii ſolebant recitari.*

19 *Aliam ſecundo loco Vitam damus multo auctiorem, & quatuor veluti partibus conſtantem: prima continet eadem, qua in priori Vita acdimus. Hinc duo priora capita non repetimus, ibidem indicatis in Notationibus, qua differentes occurrebant lectiones. Altera pars, qua præterea S. Eleutherium ante martyrium illuſtria facinora egit, miracula patravit, atque ab hæreticis probra verberaque paſſus eſt, complectendit, forſan cum priore Vita ab obitu ejus ſcripta. Tertia pars explicat elevationem corporis, factam, ut mox probabimus, poſt Nordmannorum vaſtationem, ſub ſeculi nom finem: addantur varia proximis annis divinitus facta miracula, inter qua Libertinus ad vitam reſuſcitatus, ſcriptori varia retulit, cujus etiam felicem obitum ab aliis ſibi relatum n.* 40. *teſtatur. Familiaris ſtudem fuit Hedilonі Epiſcopo, qui corpus S. Eleutherii elevavit; atque ideo n.* 41. Hoc etiam, *inquit*, ſilendum non arbitror, quod ab Epiſcopo Hedilone mihi relatum eſt. *Quarta demum pars poſtea adjecta eſt, tranſlatæ in urbem S. Eleutherii corpore, quam partem Appendicis titulo ſeparamus. Damus hæc Acta ex alio codice noſtro, quem V. Cl. Cornelius Duninus Amſtelodamenſis emit anno* 1607. *in civitate Harlana. In eo codice continentur diverſa Sanctorum Vitæ, & ex variis libellis ſimul compacta; harum aliqua pars pertinuit ad Fratres ſanctæ Crucis in Holtn, & ſcripta dicitur a Fratre Theodorico Poll Veoſonenſi Conventus Crucigerorum. Extat eadem Vita in codice MS. Tornacenſi ſed plurimum a poſteris interpolata, ut & Hiſtoria Revelationis. ut infra in Notis obſervamus. Subjiciemus hiſce Actis hiſtoriam revelationis Henrica Canonico Tornacenſi facta anno* 1141. *ab oculata teſte ſcriptam. Extat ea in duplici MS. Tornacenſi.*

20 *Tertiam Vitam damus ſcriptam a Guiberto Ordinis S. Franciſci, de quo in Annalibus Minorum ad an.* 1257. *n.* 7. *iſta ſcribit Waddingus*; Guibertus de Tornaco in ſtudio Pariſienſi tanti nominis vir, ut his eum Alexander Pontifex ſois litteris ad ſcribendom excitarit. *Binas hoſce litteras cum reſponſione Guiberti extare MSS. Tornaci ad S. Martinum prafixas* Sermonibus de Dominicis & Feſtis *ab eodem Guiberto factis teſtatur Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica. Extat in Bibliotheca Patrum ejuſdem Guiberti tractatus de Officio Epiſcopi, & Eccleſia caremoniis, ad venerabilem Dominum D. Guilhelmum Aurelianenſem Epiſc. eadem ſcribendi methodo ac operis in capita diviſione, qua etiam hæc S. Eleutherii Vita ab eodem edita eſt, & inſcripta Joanni Epiſc. Tornacenſi cognato. Extat hæc Vita in Bibliotheca Patrum appendice, ſeu tomo* 15. *operis Andreæ Schotti cum opuſculis S. Eleutherii edita. Collata hic eſt cum MS. Tornacenſi ad S. Martinum, cujus Valerius Andreas meminit. In Officiis propriis Eccleſia Tornacenſis*

Leſtio-

S. Eleutherius an mortuus 30 Junii?

Vita n. 2 nobis edita?

an Alia?

Vita 10.

E

& hiſtoria elevationis

ſcripta ante an. 900

et Appendix poſtea ad MSS

an 20. Februarii?

an 31. Februarii?

an Bibliotheca Patrum & MSS.

A *Lectiones de s. Eleutherio dicuntur* collectæ ex Vita ejus ex Henrici Canonici Toroacenſis Ordinis Franciſcanorum Theologiæ Doctoris libro, quem hic juſſu Joannis Epiſcopi Toroacenſis de ea conſcripſit &c. *Unum auctoris hujus αψεῦμα eſt, quod ſub initium operis originem urbis Tornacenſis a Romanis Regibus deducat, imitatus chronicon ab Hermanno Abbate Tornacenſi eodem ſeculo conſcriptum. Verum eam bi veniam merentur atque impunitatem, quam tot illuſtribus & antiquis ſcriptoribus damus, dum gentis Francorum originem a Trojanis derivant. Conſule prænotationem Andreæ Schotti.*

21 *Ultimo loco damus aliam perbrevem Vitam ex antiquo Breviario Tornacenſi, in quo hæc Vita diſtincta eſt in varias Lectiones, qua in Tranſlatione corporis s. Eleutherii ad urbem Toruacenſem, per Octavum recitari ſolebant. Extat illud Breviarium in monaſterio s. Martini, ex quo olim ad Roſweydum noſtrum Tornaco miſſa fuit hæc Vita. Annectebatur Hiſtoria Tranſlationis & miraculorum s. Eleutherii, ſed eiſdem verbis extracta ex Vita auctiore, ſolum ordine rerum narratarum immutato, quam omittimus. Extant & tractatus alii Mſſ.* de traſitu S. Eleotherii & de Elevatione corporis, *ab Andrea Schotto etiam editi, ſed ſecundus ſub titulo* Translationis corporis: *ex quibus nonnulla in Notis obſervamus. Demum alia breviora Acta habemus ex Mſſ. Ultrajectino s. Salvatoris, quibus hic titulus*: Martyrium S.

B Eleotherii Epiſc. *An aliquam Vitam Henricus Canonicus ſcripſerit, & quam, non liquet. In hiſtoria revelationis ei facta dicitur n. 3.* Vitam B. Eleotherii, in extaſi lectam, curſim legere cœpiſſe, & memoriter & corde tenus totam legere voluiſſe: *& n. 4. in ſecunda extaſi* Elevationem S. Eleutherii legiſſe, & de extaſi reverſus, quæ legerat, ſcripſiſſe. *Sed hiſtoria Elevationis jam extabat ab auctore coævo edita. Demum in tertia extaſi* legebat quædam miracula S. Eleutherii: *at nuſquam habetur, illa ipſi ante incognita fuiſſe. Quodam ut a s. Eleutherio ei revelata, in Notis adjiciemus.*

22 *Vitam aliquam s. Eleutherii baſtenas edidere Buzelinus noſter lib. 1. Annalium Gallo-Flandriæ, Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, Zacharias Lippeloo, ſive Cornelius Graſius, Franciſcus Haræus, Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano. At Gallico ſermone plenius Renatus Benedictus, e Clementis Marchantii verſione, quem fere eandem edidit Guilielmus Gazæus, contractam Jacobus Dubletius, ut & aliis linguis alii. Agunt de eodem ſancto Epiſcopo Jacobus Mejerus in Annalibus Flandriæ, Miræus & Locrius in Chronico Belgico, Roſweydus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgii, & paſſim alii rerum Belgicarum ſcriptores.*

C §. IV. *Corporis S. Eleutherii Elevatio, Tranſlationes. Sermones ab eo conſcripti.*

23 *Celebris eſt in Actis s. Eleutherii, memoria Elevationis corporis ejus, quam ipſemet fieri juſſit. Ea paſſim adſcribitur anno Chriſti 881. Deeſt Actis hic annus: & aliam invehunt characteres in iis expreſſi. Facta ea elevatio* Heidilone Epiſcopo, Dominico die, 14. Kalendas Octobr. Heidilo, *aliis* Heydilo, Hedilo, Hetilo *apud Fladoardum lib. 3. Hiſtoria Eccleſiæ Remenſis cap. 23. ubi dicitur Hincmarus Archiep. Remenſis ejus ordinationem commendaſſe Odoni Ep. Bellovacenſi. ergo ante annum 881. quando Odo mortuo Hincmaro cum Epiſcopis 4. Nonas Aprilis, Indict. 9. in Synodo apud martyrium s. Macra congregatis, ſcripſit Ludovico III. Regi, at in Eccleſia Bellovacenſi liberam novi Epiſcopi permitteret electionem. Extat ea epiſtola tomo 2. Operum Hincmari pag. 188. Vivebat adhuc Odo Bellovacenſis anno 880. quando s. Vodalli Reliquiæ Atrebato Bellovacum delatæ ſunt, & quidem anno verſus hiemem vergente, at diximus poſt Vitam 1. Vedaſti 6. Februarii pag. 809. At Rageuelmus deceſſor Heidilonis, Epiſcopat Eccleſiæ Tornacenſis anno 876. Indict. 9. menſe Februario, ſubſcripſit Concilio Pontigonenſi. Hinc conſtat Heidilonem tempore intermedio conſtitutum fuiſſe, & quidem ante ann. 880. quo* Northmanni Tornacum civitatem, & omnia monaſteria ſuper Scaldum fluvium, ferro & igne devaſtarunt, interfectis accolis terræ atque captivatis, *uti hiſce verbis ea narrantur in Geſtis Normannorum ante Rollonem Ducem. Et* graſſatam legi Normannicam rabiem in Tornaco tempore Heidilonis *ſcribis Guibertus infra n. 34. Hæc de initio Sedis Heidilonis. Quot autem annis vixerit Epiſcopus, necdum legimus. Succeſſor ejus ſtatuitur Rambertus, qui anno 909. Concilio Treſlejano interfuit: alii* Rambertui & Lambertus, *& dicitur a Rayſſio in Belgica Chriſtiana* creatus *anno 903.*

24 *Tempore intermedio ſapiat* dies 14. Kalend. Octob. *ſive* 18. Septemb. *incidit in* Dominicam, *qui alter facta Elevationis character eſt. Ac primum anno* 880. *cyclo Solis* 21. *litteris Dominicalibus C B, tum anno* 886. *cyclo Solis* 27. *dein anno* 897. *cyclo Solis* 10. *ac denique anno* 903. *cyclo Solis* 16. *littera ſemper Dominicali B deſtitit* 18. *Septembris convenit in diem Dominicam. Eſt autem hæc Elevatio facta, cum dira illa Normannorum rabies abeſſet, & Epiſcopus ad viſitandam diœceſin Tornacenſem Noviomo venuſſet, paceque reddita in vicinis locis degeret, ac tuto poſſet & ipſe propinquos Epiſcopos convocare, & hi ad eum ſolennitatem cohonеſtandam venire, maxime cum duabus ab urbe leucis pagus Blandinium abſit. Proximis item annis, cum Feriolus eo Vienna veniſſet* E *inter reliquos peregrinos, fate reducta, itinera videntur intuta fuiſſe. Hinc annus* 880. *nequaquam aſſignari poteſt, quo Gundavum Nordmanni tenebant, & dein Tornacum vaſtarunt: quo item anno Corpus s. Vedaſti Atrebato Bellovacum delatum eſt, ibique remanſit uſque ad annum* 893. *quando ſumma cum veneratione ac Cleri populique frequentia relatum eſt a Dodilone Epiſc. Cameracenſi, uti late dictum eſt* 6. *Februarii pag.* 809. *Poſt hanc relationem cum cultus & veneratio Sanctorum reſtaurata eſſet, videtur s. Eleutherius voluiſſe innovare ſuorum Tornacenſium pietatem, ac tum excitaſſe ad corporis ſui condignam elevationem, quam ſuſpicamur factum anno* 897. *die Dominica tum concurrente in* 18. *Septemb. Movemur etiam, quod in Tractatu MS. de miraculis s. Eleutherii, dicatur* Heidilo *ab hac Elevatione ad propria regreſſus,* & paoeis poſt vivens annis, in pace obiiſſe. *Conſule notationem A capitis* 7. *Vitæ* 2. *Et hæc de Elevatione, quæ contigiſſe* 14. Kalend. Octob. *dicitur in Vita auctiore ex MS. Tornacenſi, deeſt dies in MS. Duinii, uti & apud Guibertum, & in Vita ex MS. Breviario. Aſt in Officiis propriis feſtum Elevationis celebratur* 9. *Julii ritu ſimpliſi, ut vocant, atque in tertia lectione hæc verba recitantur*: Io elevatione autem ipſa ſacri corporis, cujus 7. Idus celebratur memoria, multi ægri ac debiles, morbis omnibus & malis liberati, ſani & integri eum exultatione ad ſuos ſuos reverſi. *Si eodem die* 9. *Julii contigit ea* F *Elevatio, referenda ob rationes ſupra allatas fuerit in annum ſequentem* 898. *cyclo Solis* 11. *littera Dominicali A. Quæ tamen hiſtera cum* 9. *Julii incidit etiam in Dominicam, anno* 881. 887. 892. *Ad hunc ultimum annum configuari etiam, neque incommode, poteſt ea Elevatio: qua Atrebatenſes exiſtati, anno ſequenti corpus s. Vedaſti Bellovacenſe repetiiſſe ac retuliſſe in ſuam urbem dicendi forent.*

25 *Præcipua Tornacenſium ſolennitas agitur* 25. *Auguſti, ob corpus s. Eleutherii in urbem Tornacenſem illatum & in templo Cathedrali B. Mariæ Deiparæ depoſitum. Solebat ea Tranſlatio olim officio triplici, ut Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii obſervat, celebrari cum octava, in qua diximus Vitam quartam infra dandam, ſmſſe recitatum, in* 17. *Lectiones diſtributum. In eo num.* 19. *dicitur hæc Tranſlatio facta* anno 1064. ſedente Baldoino Epiſcopo. *Succeſſit hic Hugoni anno* 1044. *defuncto, & apud Gandavenſes tranſtulit in alium locum corpus ſancti Florberti Abbatis anno* 1049. *Kalendis Novembris, in aliam item capſulam corpus ſancti Bavonis anno* 1058. *6. Idus Maji; elevavit* etiam

AUCTORES G. H. D

poſt Normannicam Inceptual.

Vita & ſua Breviario MS.

Dominica die ante 18. Septemb.

alia Vita MS. hic omiſſa.

An Henricus Canonicus aliquam Vitæ ſcripſerit?

Memoria S. Eleutherii apud alios ſcriptores.

anno 897.

aut forſan 9. Julii

anno 892.

Elevatio corporis S. Eleutherii facta ſub Heidilone Epiſc.

aut 892.

Tranſlatio corporis Blandiniis in urbem Tornacenſem celebratur 25. Auguſti.

AUCTORE G. H.

etiam corpus s. Macarii Epiſcopi anno 1047. *7. Idus Maji; ſequenti anno* 1048. *defunctus. In Officiis propriis in Lectione* 5. *recitanda in Octava Tranſlationis ita habentur:*

A *facta a Balduino Epiſcopo an.* 1064.

Ne ſurgentibus hæreſibus, licentiaque atque improbitate hominum invaleſcente, Eccleſia theſauri tam incomparabilis faceret jacturam; Balduinus Epiſcopus anno milleſimo ſexageſimo quarto, conſulto Clero, monitiorem in locum corpus Divi Eleutherii recondendum judicavit, definitoque tranſlationis die ſanctiſſimi viri Reliquias ſolenni feſtivitate, laraque bonorum congratulatione & cantu, Blandinio Tornacum tranſportavit; & templo ſuo cathedrali illatum, feretro honorabiliori incluſit. *Hæc ibi. Dies* 25. *Auguſti, quo hujus Tranſlationis memoria celebratur, incidit eitatu anno biſſextili* 1064. *in feriam* 4. *cyclo Solis* 9. *litteris Dominicalibus D C Ana die* 22. *Auguſti, qua tum Dominica erat, ob ſolennitatem Octava Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ, aliave Dominica, annua hæc ſolennitas in hunc* 25. *Auguſti rejecta ſit, judicent illi, qui ſimiles Tranſlationes arbitrantur fere feſtis aut Dominicis diebus peragi ſolere. Perveniſſum MS. Martyrologium Gandenſis collegii, ut ſupra vidimus,* reſtitutionem S. Eleutherii in Tornaco civitate *celebrat* 20.

ann 1065. *an. Fido.*

B *Febr. qui an.* 1064. *a Poſchatu cepto incidit in Dominicam* 2. *Quadrageſimæ, eſtque, nobis, annum a Januario incipientibus, ſequens* 1065. *cyclo Luna* 11. *Sobs* 10 *litt. Dominicali B.*

26 *Alia tranſlatio facta eſt* centum & octoginta tribus poſt annis, *ut Lectione* 6. *Officii propriis in Octava Tranſlationis recitanda dicitur, quam* 8. *Kalendas Septemb. ſive* 25 *Auguſti contigiſſe ex regiſtro Capituli Tornacenſis narrat Cognatus lib.* 4. *cap.* 21. *his verbis*: Anno 1247. Dominica, 8. Kalend. Septemb. præſidente D. Innocentio Papa IV. ejus anno V. regnante glorioſo Rege Francorum Ludovico, filio Ludovici Regis, Translatio corporis B. Eleutherii Confeſſoris & Epiſcopi Tornacenſis: & ioventum eſt ſimul caput cum corpore per manus reverendi Patris & Domini Odonis Tuſculani Epiſcopi, Apoſt. Sedis Legati, præſentibus plurimis Sanctorum corporibus de diverſis conventualibus eccleſiis ob reverentiam S. Eleutherii allatis, præſentibus jam reverendis Patribus Waltero Tornacenſi & Gujardo Cameracenſi Epiſcopis, Waltero Decano, Ægidio Archidiacono, Nich. Archidiacono Flandriæ, & pluribus aliis canonicis Tornacenſibus, Waltero S. Amandi in Pabula, Radulpho S. Martini Tornacenſis, & multis aliis Abbatibus, Aruulpho Caſtellano, & Auſelmo Advocato Tornacenſi, Henrico Præpoſito, & aliis civibus Tornacenſibus, & multitudine cleri ac populi cupioſa. *Hæc ibi, quæ etiam a Rayſſio in Belgica Chriſtiana narrantur. Exponam autem ambo de Tranſlatione corporis de veteri feretro in novum; quæ quia facta eſt* 25. Auguſti, & Dominica, *cyclo Solis* 24. *littera Dominicali F, forſan ab eo tempore arrepta eſt occaſio celebrandi illo die Tranſlationem corporis Blandinio Tornacum deportati.*

alia Tranſlatio facta 25. Auguſti an. 1247.

C

27 *Alia controverſia inde ernitur de* capite S. Eleutherii, *quod ſimul inventum dicitur, & tamen a reliquo avulſum corpore, adſervatum in s. Martini monaſterio tum temporis fuiſſe tradit Rayſſius, reclauſum in vaſe argenteo inaurato.* Anno, *inquit*, ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo tricteſimo tertio, in tranſito S. Martini, reconditum eſt io hoc vaſe caput S. Eleutherii Tornacenſis Epiſcopi, a venerabili Patre Domino Waltero, ſeptimo hujus civitatis Epiſcopo, præſentibus viris venerabilibus, videlicet Domno Amando hujus loci Abbate, & Domno Ægidio Abbate S. Nicolai Toroaceſis, & aliis bonis viris. *Hæc ibi. Dicitur Walterus* 7. *Epiſcopus a ſeparatione Sedis Noviomenſis. Amandus vero annis habetur monaſterii s. Martini Abbas, cujus ſepulchrum elevatum, atque inſigni marmore politum viſitur in capitulo, eſtque celebris ejus memoria, utpote viri optime de eo monaſterio meriti, in rebus tam ſpiritualibus quam temporalibus promovendis. Ejus ſucceſſor fuit Radulphus, quem corporis* S. Eleutherii *tranſlationi anno* 1247. *interfuiſſe divimus cum Waltero Abbate S. Amandi, qui Hertmag cognominatur, & mortuus dicitur* 18. *Kalend. Septemb. anno ordinationis* 14. *Chriſti* 1255. *At Walterus Epiſcopus Tornacenſis, qui ab utraque parte teſtis & auctor adducitur ſedit ab anno* 1239. *ad* 1251. *De corpore & capite S. Eleutherii agit idem Rayſſius in Hierogazophylacio in S. Maria Cathedrali Eccleſia Tornaci, & in s. Martini ejusdem Tornacenſium quo caput ejus adſervari etiam ſcribit Buchelius in Sacrario Benedict. anper edito.*

caput S. Eleutherii in monaſterio Tornacenſi S. Martini.

D

28 *Brugis, Flandriæ urbe, in ade Cathedrali adſervatur* os S. Eleutherii Tornacenſium Patroni & Antiſtitis, Tornaco miſſum in commutationem nonnullarum reliquiarum S. Chryſulti Martyris. *Ita idem Rayſſius. De utique in Florario MS. memoria aliquo* Eleutherii primi Epiſcopi Tornacenſis *aſſignatur ad diem* 8. *Junii, cujus alibi non reperimus ea aſſam aut mentionem. Infra in Actis, S. Eleutherius* 11. *Epiſcopus habetur, Theodorus* 1. *veram quia hic Blandinis ſolum habitavit, & paucis tantum diebus fuit Epiſcopus, ab aliis omittitur. In commentariis cujuſdam la Barre necdum editis, dicitur* S. Eleutherius omnium primus Eccleſiæ Tornacenſis Epiſcopus a Summo Pontifice confirmatus, *quod etſi de Theodoro non legatur, factum tamen non opinamur.*

aliqua reliquiæ Brugis. Ejus memoria 8. Junii.

E

29 *Quæ S. Eleutherio attribuuntur elucubrationes ac revelationes, collectæ fuere ab Andrea Schotto, & in Bibliotheca Patrum Colonenſi edita primum fuere in Appendice ſeu tomo* 5. *hoc fere ordine*: Sermo ſeu confeſſio de SS Trinitate. Tranſitus S. Eleutherii *ex Vita* 15. *excerptatur ea pars Confeſſionis de Ss. Trinitate ineluditur.* Sermones de Incarnatione Domini, de Natali Domini, in Annunciationis feſtum, *& ejuſdem* oratio animam agentis ad Deum pro fide & Eccleſia Tornacenſi, *cujus aliqua pars legitur in eadem Vita. Addantur Hiſtoria Elevationis & Tranſlationis ex eadem Vita excerpta, & tandem Vita ejuſdem S. Eleutherii auctore Guiberto Tornacenſi, quem cum MS. collatam infra damus. Interponitur Teſtimonium B. Eleutherii de Feriolo (ea hiſtoria elevationis tribuitur) & capite ejuſdem S. Eleutherii ad cœnobitas Martinianos tranſlato. Quod teſtimonium collatum cum MS. hic addimus, at quam parem fidendum ei ſit, lector intelligat, eſt autem ejuſmodi:*

Sermones S. Eleutherii editi in Bibliotheca Patrum.

Teſtimonium ad aſſertum.

F

30 Feriolus poſt hæc Viennam a Tornaco regreſſus mitæ ſanctitatis extitit. Erat enim in rimore Dei fundatus, humilis, prudens, pudicus, eleemoſynis largus, in omni bono conſilio eruditus: qui etiam Presbyter Viennenſis ordinatus, ſub Criſpino Judice Nonis Septemb. martyrio coronatur. Ego autem Eleutherius Tornacenſis Eccleſiæ Ep tanto amore illi junctus ſum, ut ſi quis meorum ſubditorum ipſum humili corde uraverit, omne quidquid voluerit, a me, vel ab ipſo impetrabit. Sic etiam beatis Martyribus Chriſti Nicaſio & Piato. Sciatis autem reliquias Feriolı Presbyteri & Martyris per Epiſcopum qui ſecundus hinc ſoli præerit Eccleſiæ, apud vos referri. Ille multas [a] poſſeſſiones ſuſtinebit, & eccleſiam iſtam vehementer exaltabit. Nomen ejus, quia intra vos eſt, ſcitis. Ipſum vero, quis ſit, ignoratis. Et ut a vobis omnem dubietatem auferam, caput Blandæ Virginis mecum in arca continetur: meum vero in Eccleſia S. Martini Tornacenſis cœnobii tranſlatum eſt, & linteolo honorifice protectum. Cujus filius, ſi fideles permanſerint, preces meæ qualeſcunque ſint, non derelinquent. Si vero hæc contempſeritis, reliquias meas in Viennenſi Eccleſia faciam deportari, & amplius auxilium orationis meæ non videbitis. Prædeceſſores enim veſtri per negligentiam reliquias B. Nicaſii perdiderunt. Sed ſi meo conſilio uti volueritis, quod multi ex veſtris non fecerunt, orationes veſtras Filius Dei exaudiet: beatos Martyres Nicaſium, Piatum, Feriolum devotum venereminiquia in noviſſimis temporibus per ipſos hæc civitas exaltabitur, & Eccleſia tranquilla pace gaudebit, & ſublimabitur. In illa autem die, in qua feſtum reſtitutionis meæ celebrabitis, translationem quoque corporis mei ſimiliter celebrate, quæ facta eſt Kalend. Aprilis. Depoſitionem etiam B. Feriolı Martyris,

[a] al. poſſeſſiones.

A tyris, ut placet commemorare. Adjuvet autem incredulitatem cordis veſtri omnipotens Deus, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

S. Ferreoli dies Martyrii antiqui.

31 *Hæc ibi, quæ omnia inepte congeſta ſunt.* Nonis Septembris *celebratur Veſuntione in Burgundia* Inventio corporis S. Ferreoli Preſbyteri & Martyris & Ferrutionis Diacon., *ſed hi* a S. Irenæo Epiſcopo Lugdunenſi eo miſſi fuere. *At* 18. Septembris *colitur* in territorio Viennenſi S. Ferreolus Martyr, qui juſſu Criſpini impiiſſimi Præſidis, martyrii palmam capitis obtruncatione percepit, *ut paſſim antiqua Martyrologia & Acta atteſtantur. Fuerunt & hæc* ſoluta Dei nutu vincula, & januæ carceris patefactæ. *Verum non idem vixit obiitq; ſub Diocletiano, & ſub finem ſeculi noni, imo & ſeculo undecimo, quando translatum in urbem Tornacenſem eſt S. Eleutherii corpus, ac refertur cum Elevatione ſub hoc titulo ex MSS. in Bibliotheca Patrum*: B. Feriolus Presbyter & Martyr de Translatione corporis B. Eleutherii Epiſcopi Tornacenſis & Confeſſoris, Blandinio Tornacum, per Heidilonem Epiſcopum anno Chriſti 881. *At ſub Heidilone facta ſolum corporis Elevatio in ipſa Blandimienſi Eccleſia, & Translatio Blandinie Tornacum peracta eſt ſub Balduino Epiſcopo* 1064. *aut ſequente. Quæ autem Feriolo a S. Eleutherio præſtita ſunt, infra in Actis habentur.*

a quibus dicatur ſuo Feriolus, qui ſeculo 9. vixit.

B

VITA I.

auctore anonymo, ſed antiquo,

ex MSS. Antuerpienſi & Tornacenſi, cum aliis MSS. collata,

CAPUT I.

S. Eleutherii genus, educatio, exilium, epiſcopatus.

1 TEmporibus Imperatorum Diocletiani & Maximiani per univerſum orbem maxima *a* ſeditio Chriſtiani nominis exorta eſt. Illis igitur diebus vir *b* venerabilis *b* Piatus ab urbe Roma egreſſus cum ſuis comparibus, Gallias ad prædicandum venit, Tornaci reſedit. Quanta fecerit *c* veſtræ fraternitati noo latuit. Omnibus etenim Chriſti virtutem evangelizavit, divini ſpargendo ſemina verbi; myſtica documenta Paganis manifeſtavit. Quid plura? Denique multi per eum crediderunt; multi ab eo baptizati ſunt; multi cum eodem *d* Martyre pro Chriſti nomine interempti ſunt. Inter illos autem quidam paterfamilias *e* cum uxore ſua eredidit, idola ſua abiecit, deinde fidem Catholicam a Chriſtianis agnovit. Erat itaque ſecundum ſeculi dignitatem locuples, inſignis proſapia, ſublimatus parentum potentia, ſublevator pauperum, conſolator miſerorum. Homo ille Serenus, uxor autem ejus Blanda nuncupabatur. Qui in ſenectute bona unicum filium genuerunt, Eleutherium nominaverunt, inde lavacri regenerationem in nomine Ieſu ei contulerunt.

a *b* *c* *Seruntur S. Eleutherii parentes evidenter e converſis a S. Piato.* *d* C *e*

2 Cum autem bonæ indolis puer eſſet, & Chriſti amore ferveſceret, ſacras ab infantia litteras didicit, & ad cultum Dei in omnibus digniſſime ſe applicuit. Erat quidem vultu modeſtus, moribus honeſtus, viſu decorus, in omni ſcientia eruditus. *f* Quem videns nutu Dei Medardus, correptum luſorie diair: Frater Eleutheri, nuncio te hinc civitati Pontificem ſummum affore. Quod ita probatum eſt. Ait enim Veritas: Ubi duo vel tres congregati ſunt in unum in nomine meo, in medio illorum ſum. Hinc ait Apoſtolus: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

f *Eleutherius conditipulus S. Medardi; Matth. 18. 20. Rom. 8. 28.*

3 Igitur poſt paſſionem beatiſſimi Piati Martyris *g* congregatis ſenioribus populi, Tribunus *h* Scaudinenſis eum omni multitudine Paganorum decrevit, ut omnes tam nobiles quam ignobiles Chriſtianæ religionis cultores a Tornacenſi urbe ejicerentur, & a ſuis poſſeſſionibus omnino privarentur. Igitur omnes ejecti extra muros, baſilicam in honore B. Petri Apoſtolorum Principis conſtruerunt, in loco qui nunc *k* Blandinium appellatur. Interea quædam Pagana, Filia Tribuni Scaudimenſis, ab infantia ſua B. Eleutherium latenter amaverat, & admodum vexata a dæmone *l* impaſſibilem amorem cordis ſui ulterius diffetre non poterat. Ejectis itaque Chriſtianis, ipſe Serenus cum uxore ſua Blanda & unico filio ſuo Eleutherio ejectus, & a ſua poſſeſſione & omni dignitate ſeculi privatus eſt. Quem, quia magnæ nobilitatis & excellentiæ erat, multi Paganorum ſecuti meruerunt divino fonte purificari, & inſuper fide Catholica imbui.

g *h* *i* *ejecti Tornaco Chriſtiani.* *k* *agit Blandinii* *l*

4 Igitur Chriſtiani conſtructa baſilica Theodorum Epiſcopum conſecrari fecerunt. Qui paucis diebus evolutis, nudi ino ſpiculo percuſſus interiit. Videntes igitur Chriſtiani ſanctitatem beatiſſimi Eleutherii Romam eum miſerunt, & cum auctoritate Papæ regredientem Epiſcopum *n* conſecravernnt. Qui in tantis miraculorum beneficiis elaruit, ut omnibus pateret illum verum Chriſti Antiſtitem, & vere totius Chriſtianæ religionis eſſe defenſorem.

m *poſt Theodorum fit Epiſcopus Tornacenſium.* *n* E

AUCTORE ANTIQUO, EX MSS. D

u *Vita auctior infra danda ex MS. Tornacenſi & Duynii habet, perſecutio.*

b *Colitur S. Piatus 2. Octobr. in illa Diocletiani perſecutione occiſus.*

c *Vita auct. in MS. Torn.* noſtram fraternitatem. *Duynii, veſtra.*

d *Eadem Vita*, Martyres.

e *Ibidem nonnullis interpoſitis hæc leguntur:* paterfamilias, Hieraxus nomine, credidit, a quo deſcendit Serenus (*non ut filius, ſed ut aliquis ex poſteris, prunepos, infra dicitur*) vir Catholica fide conſpicuus. His liquidem ſecundum ſeculi dignitatem pollens diviriis.

f *Hæc in Vita auctiore contracte ſic habentur*: Quem B. Medardus, dum adhuc eſſet puer in ſcholis, Pontificem Tornacenſis Eccleſiæ futurum eſſe prædixit. Igitur poſt paſſionem *&c. In Vita antiquiore MS. S. Medardi hæc ita leguntur, auctore, ut arbitramur, Fortunato*: Dum adhuc eſſet in ſcholis vir ſanctus & parvus & innocens, dixit ad Eleutherium quemdam parvulum comparem: quod publice in actione comitivam aſſumeret, & tam ſtrigoſa annorum vitæ ſpatium caperet, ipſum dixit futurum ſummum Dei Pontificem. Qui in Tornacenſi civitate eſt Paſtor datus Eccleſiæ.

g *Hæc in utraq; Vita iiſdem verbis referuntur, in quibus refertur annorum & plurium eſſe, qui a paſſione S. Piati ad S. Eleutherii juventutem ſtu vervnt.*

h *In craſſata quodam noſtro dicitur* Eſcaudenſis, *a Scaldi, Gallice* l'Eſcault. *In 4. Vita*, Scaldinienſis, *& Cenſorinus appellatur* Tribunus, *qui ſcilicet Tornaci ſedem habuit, & locis circumquaque Scaldi fluvio adjacentibus ſumma cum poteſtate præfuit. Buxelius lib. 1. Gallo-Flandriæ* Scaudinienſis *legit, & Scaldim* Scaudum *appellat. Ita circa an. 632.* Dodoorm Comitem Tornaci reſediſſe ad dirimendas actiones *eruditi Baudemundus in Vita S. Amandi Epiſcopi Trajectenſis 8. Febr. cap. 3. num. 13.*

F

i *Ita poſt 130 circiter annos Gandenſes idololatriæ adeo addicti fuiſſe, ut S. Amandum ceſum, & ſapini repulſum, in flumen etiam projecerint, narrat idem Baudemundus num. 12.*

k *Duabus Tornaco circiter leucis, in confinio Caſtellaniæ inſulenſis. Hujus forſan exemplo S. Amandus monaſterium S. Petri prope urbem Gandenſem extruxtam, nunc illi incluſum, appellavit etiam* Blandiniom.

l *Vita auctior*, intolerabilem.

m *Buchervius lib. 20. Belgii antiqui cap. 3. ita hæc interpretatur*: Theodorum, quod ſuperbius ageret, ſpiculo divino, hoc eſt, ictu contectui percuſſum interciſſe.

n *Vita auctior*, conſecrari fecerunt, anno Domini quadringenteſimo & octogeſimo tertio. *Qui tamen annus deeſt in MS. Duynii aliiſq; Annis: & melius, cum ordinatus ſit anno 487. Conſecratum eſſe a S. Remigio Remorum Archiepiſcopo ſcribit Buxelius, ſilent antiqui ſcriptores.*

CAPUT

AUCTORE ANTIQUO, EX MSS.

CAPUT II.

Mortua a S. Eleutherio ſuſcitata. Converſio Tornacenſium.

A

Filia Tribuni procurante S. Eleutherio ad penam d

§ TUnc Pagana filia Tribuni Scaodiuienſis, audiens beatiſſimum Eleutherium tanto honore ſublimatum, exiſtimans eum præ diuitiis ſuperbum & inuidum, incaute illum adiit, orantem inuenit. Vir autem Dei ſubito per Spiritum ſanctum agnouit eam vexatam a dæmone. Sed illa procedens pallium ejus

a abſtraxit, amorem indicauit, *a* ut miſericordiam impenderet eaoravit. Quod B.Eleutherius audiens, mente conſternatus ait: Auditi quia ſatanas tentabat Dominum Chriſtum. Sed ille qui nollatenus tentari poterat, reſpondit: Vade retro ſatana; non tentabis Dominum Deum tuum. Exemplo igitur tanti miraculi præcipio tibi in nomine ſanctæ ac individuæ Trinitatis, ut a me cedas, nec ulterius id præſumere audeas. His dictis pallium rejecit, & oratione pene finita, pudibundus ab oratione exiuit. Illa autem proiecta pallio, facta quaſi in extaſi mentis, ſpiritum exhalauit. Hujus rei ignarus vir Dei, præparari aſinum præcepit, & a loco procul quaſi duobus leucis abſceſſit. Mortua eſt autem filia Tribuni, & in *b* campo, qui dicitur Martis, ut mos erat Paganis, ſepulta eſt.

Matth. 4. 10.

mortis pauorem,

B

& ſupplicium i

b

6 Interea B.Eleutherius regrediens, magis mortis illius periculo, quam ſuo pudori condolens, lugubrem patrem puellæ accerſiri præcepit: & ſi Chriſto cum omni cognatione ſua credet ret, eam reſuſcitandam promiſit. Quod ille audiens, ulacer abſceſſit, & *c* iterum vocatis Paganis ſe omnia factorum promiſit. Tunc B. Eleutherius, poſtquam Miſſarum ſolemnia frequentauit, cum omni Clero ſuo cœleſtibus armis munitus, ad ſepulchrum venit, baculo, tum terræ percuſſit. Sed ſubito per Spiritum ſanctum incredulitatem Tribuni agnouit. Mira res! Sobito enim tecræ motus magnus factus eſt. Igitur omnes mente conſternati, ad propria latentes ceverſi ſunt. Sed tota nocte beatiſſimus Eleutherius perſiſtens orationibus, Davidicis inſiſtens verſibus, iterum facto mane eum Chriſtianis ad ſepulchrum redit, & ſecundo incredulitatem Tribuni agnouit. Terræ *d* quidem motus magnus factus eſt. Item omnes pavidi fugerunt. Tertia autem die Tribunus adueniens, ad pedes beatiſſimi Eleutherii procidit, ac ſe *e* reum in omnibus prodidit. Tunc vir Dei *f* competiens eum compunctum pœnitentia, ad ſepulchrum redit & omnibus aſtantibus lapidem ſubmoveri præcepit. Inde eam ter vocavit dicens: De luto plaſmata es, in cinerem reverſa es: ſurge, ad priſtinum ſtatum revertere. Exemplo B. Petri Apoſtolorum Principis, qui Tabitham mortuam reſuſcitavit, manum ejus apprehendit, illa in nomine Jeſu ſurrexit. Tunc iudicat ei jejunium ſex dierum: ſeptima autem die eam baptizavit, quam Blanda mater Epiſcopi de ſacro fonte ſuſcepit. *g* Prius hæc Pagana, nunc autem in nomine Chriſti Chriſtiana effecta eſt. Cui ſuum nomen addens mater Epiſcopi, eam Blandam vocavit. Ab illa atque Blandinium locus appellatus eſt.

d

a

f

ſpeculum poſtea ſe Chriſtianæ fore, Act. 9. 40.

C

ſuſcitatur.

g

7 Tribunus autem nondum credens, filiam ſuam iracunde abſtraxit, & ei omnem poſſeſſionem, & Paganorum diuitias, ſi non ſuo pareret conſilio, interdixit. Quid faceret? Diuitias & poſſeſſionem patris reiiciebat: Chriſtum latenter humili mente die ac nocte deposcebat. *b* Interea peſtis mortifera Paganos invaſit, ita ut per plateas & vicos mortui inveuirentur. Sed nec vulnus apparebat, nec aliqua plaga mortis imminebat. Igitur Pagani videntes mortes ſuorum imminere, & B. Eleutherii ſanctitatem ampliare, mente pavidi conſilium inierunt: quid de eo facerent eaquirierunt. *i* Itaque inito conſilio decreverunt, ut in crepuſculo noctis

b

Tempore peſtis a Paganis improbitur S. Eleutherius;

Blandinium adirent, & Cenſorino Cæſari Tribuno B. Eleutherium vinctum in nocte catenis præſentarent. Quod ita factum eſt. In crepuſculo enim noctis Blandinium iverunt cum fuſtibus & lanceis, & Paſtorem Chriſtianæ plebis orantem comprehenderunt, deinde vinctum catenis ad Cenſorinum Cæſarem adduxerunt. Quem ter virgis cæſum in carcerem retrudi præcepit. Nocte vero eadem Angelus Domini affuit, deinde fores aperuit, & ei viam, quæ ducit Blandinium, inſinuavit. Igitor regrediens Deo gratias egit.

D

non virgis caditur;

ab Angelo liberatur;

8 Dumque Miſſarum ſolemnia frequentarec, divinam clementiam eaoravit, ut Tribunum a ſuperſtitione idolorum revocaret, & Cathnlica fide confirmacet. Itaque iterum Angelos Domini affuit, & *k* panem obtulit diceus: Ecce Eleutheri eaudita eſt oratio toa. Videbis enim ilium genibus tuis procumbentem, deinde eum catechizabis & baptizabis. Igitur his dictis Angelus Domini diſcedens a loco, unde deſcenderat, eſcendit. Beatus autem Dei Sacerdos invictiſſimus iterum divinam flagitabat clementiam, ut civitatem a ſuperſtitione idolorum revocaret. Itaque peſtis iterum paganos oppreſſit, ut etiam habitacula ſua relinquerent, & in occultis locis ſe ſe abſconderent. Igitur quid facerent? idole peribant; reſponſa etiam dare ſuis cultoribus recuſabant.

k

orat pro converſione Tribuni

& civitatem Tornacenſem;

E

9 Interea multo tempore evoloto decreverunt Tribunum occidere, ſi non in omnibus B. Eleutherio conſentiret. Tandem coactus a ſpiritu eavit, B. Eleutherium ſequenti omni cognatione ſua adiit, ad pedes ejus corcuit, le cum lacrymis catechumenum fieri poſtulavit, Beatus autem Antiſtes ejus precibus congratulans, omni populo jejunium ſeptem dierum indixit. *l* Factum eſt autem die octava, ut Tribunus cum omni ſua cognatione & omnibus Paganis, tam potentibus quam egenis, indutus ſaceo, a Tornaco urbe exiret, & ſe fieri Chriſtianum cum omni populo *m* poſtulavit. Qui B. Eleutherius eum baptizavit, & Catholicam fidem ei & omnibus Paganis ſeriatim aperuit.

Tribunum ſuppliciis adoriens;

l baptizat

m eum alii;

10 Igitur poſt hæc B. Eleutherios in civitatem eum magno honore & non minima Chriſtiani populi conſtipatus multitudine, deductus eſt. Omnes autem, qui credideranc, diem ſolennem in qua *n* baptizati erant conſtituerunt, id eſt, quinto Kal. Octobris. Beatus autem Eleutherios *o* maximis clarens virtutibus ab omnibus amabatur, ab omnibus intantum colebatur, ut tamquam Angelum alpicerent, & defenſorem *p* totius civitatis Tornacenſis agnoſcerent.

quam Tornacenſem,

n

o ab omnibus amatur;

p eorum Illuminator;

11 Interea quidam cœcus ad eum adductus eſt, viſum recepit, Chriſto credidit, fructum vitæ pœnitentiæ promeruit.

F

a *Vita auctior*: Ut ſibi condeſcenderet.

b *Turonenſis lib. 2. Hiſt. Franc. cap 27.* Campum Martium *etiam prope Sueſſiones fuiſſe tradit, qualia multa, ubi Romani dominabantur in præcipuis urbibus, antiquis obſervat Valeſius l. 5. rerum Vindelicarum, Cognatus lib. 1. Hiſtor. Tornac. cap. 43.*

c *Deſunt hæc 3. verba in* MS. *noſtro.*

d *Vita auctior*: quippe.

e *MS. Duynii*, reum eoram omnibus. MS. *noſtrum*, iterum in omnibus.

f *Vita auctior*, præſumens.

g *In eadem Vita his omiſſis contractius iſta habentur*: ſuumque ei nomen imponens, Blandam nominavit.

h *In Vita auctiore additur mox Blanda, quæ hic infra n. 12. melius refertur*: *ac poſtea in* MS. *Duynii iſta leguntur*: Tribunus de filia ſua rediviva lætatis, promiſſionis ſuæ tamen immemor, non ſolum idolo ſua non abjecit, nec in Chriſtum credidit, ſicut promiſerat, verum etiam ipſam filiam ſuam violentes abſtrahere a religione Chriſtiana conatus eſt, ſed & omnes facultates, quia ejus conſilio parere noluit, interdixit. Unde non immerito manus Domini graviſſima ſuper civitatem Tornacenſem eſt ſubſecuta. Nam peſtis &c.

i *Sequentia uſque ad num. 9. deſunt in* MS. *noſtro.*

k *Deſunt hæc duo verba in Vita auctiore.*

l *Vita auctior.* Octava vero die Tribunus.... eavit,

m *Eadem deprecatus eſt.* MS. *Burgelini*, deprecavit.

n *Infra*

A n *Infra dicuntur* pluſquam 11000. baptizati, *&* anno 10. ordinationis, *quo Tornaci ſedit.*
o *MS. noſtrum*, pollens. *MS. Duinii*, elacens.
p *MS. Buzelini*, toti civitati.

CAPUT III.

Obitus S. Eleutherii, ejuſque parentum, & Blandæ.

Parentes ſepelit S. Eleutherius.

52 4 INterim, ut dicitur Abrahæ, in bona ſenectute moreris, pater ejus Serenus plenus dierum cum Blanda uxore ſua migravit ad Dominum. Illus autem S. Eleutherius cum maximo honore ſepelivit ante portam B. Petri Blandinienſis. Pater ante aditum Eccleſiæ requieſcit, mater vero ultra in cœmeterio ſepulta eſt quinto Idus Januarii. Filia autem Tribuni ſancta & immaculata permanſit, & curſu benigne finito ad cœleſtia tranſmigravit. Hæc autem pridie *b* Idus Junii ſepulta eſt ante altare Apoſtolorum principis. Tirulus autem ſuper ſepulchrum Virginis conſcriptus eſt hæc continens: Hic ſepulta eſt Virgo filia Tribuni a patre ſuo, nomine Blanda: a qua Blandinium nuncupatum eſt. Sed poſtquam miſeri raptores reliquias S. Eleutherii invaſerunt, & theſaurum ſuum eripuerunt, ne ab *c* aliquibus Sanctus videretur, titulum puellæ deleverunt, & inſuper opera ejuſdem Sancti igni dederunt.

b Al. *&* Bl. dam Tribunus ponit.

B

c

d

15 *d* Igitur finis dierum beatiſſimi Eleutherii appropiavit: qui fratres ſuos, & veræ religionis cultores advocans, *e* coram eis Corpus & Sanguinem Chriſti percepit: ſe eadem hebdomada a carcere corporeo tranſmigraturum prædixit. Quid facerent? Patrem ſuum cœleſtia deſiderare videbant, ipſumque jam deſerere Chriſtianos *f* deflebant. Quos blande allocutus Epiſcopus ait: Finem univerſæ carnis ingreſſurus, a Domino promiſſa mihi gaudia æterna percepturus, hortor vos, carriſſimi, odia fugite, concordiam ſeminate, ſchiſmata diſſipate, virtutes exequamini, mala temporanea pro judice veſtro patiamini, quatinus digitum pœnitentiæ fructum Chriſto exhibere mereamini. Omnis etenim homo fœnum, caro autem ejus ut ſtipula agri; in matutino viretis floreſcit, ſo veſpere arida labitur & viteſcit. Patientes igitur eſtote, caſti permanete, Deum timete, in omnibus bonis perſeverate. Audiſtis etenim David dicentem: Homo vanitati ſimilis factus eſt. Itaque pulvis ſumus, in judicio reſurgemus, ante tribunal Chriſti teſte Scriptura omnes aſtabimus. *g*

e

f *Subditos pie adhortatur S. Eleutherius ægri.*

Pſal. 143. 4 Rom. 14. 10.

g

C 14 His dictis rapta claritas oppidanum locum, in quo natus erat, affulſit, ut omnes, qui ad exequias tanti Patris venerant, facti quaſi in exceſſu mentis ſpiritum ejus ab Angelo elevari in nube viderent, & cum claritate nubis cœlos penetrare, & claritatem eum ipſo volantem *h* nullatenus appatere. Igitur S. Medardus advenit, & ſanctum corpus mortuum invenit, & plorans præ gaudio ſuper illud Miſſarum ſolennia *i* celebravit, & in eccleſia B. Mariæ ſepulchrum novum parari præcepit. Communi autem conſilio decretum eſt, quatinus eum in eccleſia B. Petri Blandinienſis ſepelirent: nimirum quia ibidem ab urbe cum omni cognatione ſua fugatus, præſulatum renuerat, & ſuper his præclari numinis miracula patraverat, *k* regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula, Amen. *l*

vifus deſcendere in eoſum;

h

i *ſepelitur a S. Medardo.*

k

l

a *Hæc uſque ſunt omnia cum Vita auctiore communia: hinc autem plane diverſa, variis illi appoſitis, aut huic detractis ut infra patebit.*
b *In Vita auctiore*, Kalendas: *quod etiam apud Guibertum & in officiis propriis legitur.*
c *In MS. Buzelini hæc tamquam a S. Eleutherio prolata ad primam perſonam referuntur: Reliquiæ meas, mihi theſaurum meum, videres, opere mea.*
d *Hæc habentur infra in Vita auctiore num. 25.*
e MS. *Buzel.* pulam. f *Idem*, dolebant.
g *Reliqua habentur in Vita auctiore num. 30. & 31.*
h MS. *noſtrum*, diſſipare. i MS. *Buzel.* frequentavit.
k *In Vita auctiore in MSS. noſtro & Buzelini hæc quæ a S. Eleutherio pronuntiata interponuntur*: Igitur, Fratres, de præſentia corporis mei, gaudete, qui uſque modo in triſtitia fuiſtis. Exultate, invenſiſtis enim Patronum veſtræ civitati, qui gaudet cum Angelis, exultat in aſtris.
l *Hæc addentur in iiſdem MSS.* Ego autem Eleutherius, ſervus Sanctorum Dei, in ſarcophago novo in Eccleſia B. Petri Blandinienſis depoſitus ſum pridie Kalend. Julii. Valete in pace. *Et deinde abſque ullo titulo ſequentia ſubnectebantur:*
In nomine Domini Jeſu, hæc divina manu ſcripta ſunt.
Primo Capitulo: In nomine Jeſu Chriſti per me cæcus illuminatus eſt, id eſt, Mantilius. Iſte Chriſto credidit.
Item Capitulo ſecundo: In nomine Jeſu Chriſti, claudus greſſum recepit, idem claudus Chriſto noluit credere.
Item Capitulo tertio: In nomine Jeſu Chriſti leprioſus a lepra curatus eſt, id eſt Petrius, iſte libertus eſt.
Item Capitulo 4. Teſtæ motus magnus factus eſt.
Item Capitulo 5. Iterum terræ motus magnus factus eſt.
Item Capitulo 6. Tertio Blanda reſuſcitata eſt.
Item Capitulo 7. Fabrica Apollinis deſtructa eſt, & ideo ſolennem diem Chriſtiani, in qua baptizati erant, conſtituerunt, & quia per me civitas liberata eſt.
Incipiunt de tributis ejuſdem Pontificis.
Capitulo primo: Omnem victum meum propium, in loco qui dicitus Mattis, per annum habebam, id eſt, centum talenta.
Item capitulo ſecundo: Veſtimentis meis tranſitoribus neceſſaria in loco, in quo natus ſui, id eſt, in oppidano loco, & in adhærenti platea, ſexaginta talenta. E
Item capitulo tertio: In vico qui dicebatur platea, id eſt, in toto victu ante domum Scandinienſis Tribuni, ad neceſſaria divinorum octoginta talenta.
Item capitulo 4. ad neceſſaria equorum meorum, mille talenta in vico, qui dicitur Mattis. Multi enim divites in loco illo habiracula ſua conſtituerant, & maxime quia pabula equis opportuna erant.
Item capitulo viteſimo octavo: ſumma meorum tributorum: mille ducenta, & quadraginta talenta.
Ego itaque Eleutherius, confratres confratrum veſtrorum, qui abſque maximo honore inter vos fui, hortor vos, cogitate, & in bonis operibus perſeverate: ut qui vobiſcum fui corporaliter, non ultetius deſeram vos ſpiritualiter. Feſtum autem ſepulturæ meæ commemorate pridie Kal. Julii, ut ore filii boni Patrem bonum derelinquat, nec pater bonus filios orphanos de præſentia corporis ſui incertos faciat. Iterum valete omnes in pace.

AUCTORE ANTIQUO, EX MSS. D

ALIA VITA AUCTIOR

ex MSS. Cornelii Duynii, & Tornacenſi,

CAPUT I. ET CAPUT II.

cum primis capitibus jam relatæ Vitæ conſentiunt, exceptis pauculis ibidem annotatis.

CAPUT III.

Cæcus, claudus, leproſus a S. Eleutherio ſanati.

S. Eleutherius liberalis erga pauperes. 4

52 4 IN illis diebus quidam cæcus, Mantilius nomine, in die ſancto Natalis Domini ad Confeſſurem Chriſti adductus eſt, ut aliquid acciperet ab illo. Omnes enim fere totius civitatis pauperes congregati erant ad eleemoſynam recipiendam. Peractis igitur Miſſarum ſolenniis, copiam facultatum ſuarum afferri præcepit, & fere omnia pauperibus diſtribuit. Mantilius autem retro relictus amiſſo ductore, clamabat: O pie Pater, cæcum

AUCTORE ANTIQUO, EX MSS.

cum reſpice egenum, aliquà dando erige: ductorem enim viæ perdidi: & quis me ab hac eccleſia abducere valeat, non inveni. Tunc quidam diſcipulorum ejus rogabat eum, ut ſiſteret. Intuens autem illum Confeſſor Chriſti, dixit eis: Dominica verba patent, & neſcitis: Evangelia per ſingulos dies legunter, nec intelligitis. Legitur enim quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus dum verbum Dei prædicaret, cæcus ſedebat ſecus viam, & clamabat: Fili David, miſerere mei. Illum autem cum diſcipuli increparent, & dicerent: Domine, dimitte illum, quia clamat poſt nos; Dominus Jeſus videns fidem ejus, illum vocavit, & illi oculos illuminavit. His dictis, intuens beatus Pontifex a Mantilium, dixit ſuis: Ite, & cæcum ad me ducite. Qui cum adductus fuiſſet, S. Eleutherius dixit: Aperiat oculos tuos Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui aperuit oculos cæci nati. Et ſignum Crucis ocolis ejus impreſſit dicens: Mantili credis in filium Dei Patris omnipotentis? Qui reſpondit: Credo. Tunc Epiſcopus reſpondit; Secundum voluntatem ejus, & fidem tuam fiat tibi. Et conſeſtim aperti ſunt oculi ejus & vidit, & b in Deo perfecte credidit, & recedebat Chriſtum laudans, nec ulterius ducem viæ quærens.

A *Mantilium cæcum*

Luc. 18. 35.

ſigno Crucis illuminat.

b

B 53 Illud vero adjungere volui, qualiter claudum, qui ab utero matris ſuæ claudus erat, Pontifex Dei dum viveret, ſanavit; c quia ſanatus in Deum credere voluit. Quid enim incredulo inter credulos, quid habeat operarii boni inter malos?

c *claudum ſanat.*

54 Alter quidam, Peritius nomine, leproſus, dum omnes ad baptiſmum convolarent, & ad januam templi, quæ illis diebus vocabatur Mantilia, quæ reſpicit fluenta Scaldi, jacebat clamans & dicens: Quomodo introibo eccleſiam? Audite filii Deiterigite egenum de pulvere & pauperem vobiſcum ad lavacrum regenerationis ducite. Nemo autem in eum reſpiciebat, ſed omnis homo intueri faciem ejus reſpuebat. Contigit autem, ut quadam die B. Eleutherius cum univerſo Clero ſuo præteriret. Quem videns leproſus, acclamavit, dicens: Pater ſancte, habe in me pietatem: ſum enim quadraginta diebus expectans te, ut cum aliis, quamvis indignus, conſequar lavacri regenerationem. Tunc quidam ex Clero ejus, nomine Andoneus, ait Epiſcopo: Domine, ecce leproſus: dimitte illum clamautem poſt te. Tunc vir Dei illi ait: Modicæ fidei quid dicis? Talium eſt enim regnum cœlorum. His dictis aquam afferri præcepit, & coram omni populo eum baptizavit. Ille autem de aqua proſilicos, Deo gratias egebat. Et quod mirum eſt, ita ejus cutis reſtituta eſt, ut caro pueri quindecim annorum: qui in Dei mandatis permanens, a S. Medardo Epiſcopo Abbas primus in eadem urbe conſtitutus eſt.

dein Abbatem conſtitutum.

C 55 Eodem tempore cum filium Tribuni reſuſcitaſſet, omneſque Paganos cujuslibet generis ad fidem convertiſſet, & in oppidis & vicinis locis Flandrenſium æquanimiter laboraret; audito præclaro ejus dein nomine, Rex d Ludovicus, quem Beatus baptizavit Remigius, ingreſſus eſt civitatem. Et cum in prædicatione B. Eleutherii delectaretur, ſentiens per Spiritum ſanctum, quare Rea adveniſſet, ait: Scio, Domine mi Rea, qua de cauſſa ad nos venire non diſtuliſti? Cui cum Rea contradiceret (peccaverat enim poſt baptiſmum, quod non licet publice confiteri) Sacerdos Dei ait: Peccaſti, nec audes, Domine Rea, confiteri. Tunc Rex plorans verum hoc aſſerebat, & oravit ut ſolemnia Miſſarum pro eo celebraret, & clementiam Dei Patris imploraret. Vir Dei fidem videns Regis, non abnuit, & præparans ſe Domino, tocam noctem in lamentis pervigilem duxit. Mane autem facto dum Miſſarum ſolemnia frequentaret, præparatus ad percipiendum Agni mundi Corpus ſacratiſſimum, Angelus Domini affuit, & claritas magna facta eſt per totam eccleſiam B. Virginis Mariæ ſub unius horæ momento, & Angelus ait: Eleutheri ſerve Dei, exaudita ſunt preces tuæ, & oſtendit ei ſcriptum, ipſique dedit, quod commiſerat Rex, quod non licet publice fari. Tunc eaudibus Rea Deo & B. Eleutherio gratias retulit, multaque relinquens dona Præſuli ſancto, ad ſua feliciter remeavit.

d *Chlodoveo 3. pacis tempore ſanctum ſuſcipit*

filii ab Angelo reſuſcitatum.

D

a *In Hiſteria MS. Miraculorum hæc præponuntur.* Quædam item miracula Heidila Epiſcopus Tornacenſis mihi retulit, dicens: In illis diebus dum Beatus adveniret Eleutherius, quidam cæcus, Mantilius nomine, ad eum venerat: qui in die *&c. De Heidilone ſupra actum.*

b MS. *Tornac.* ideo.

c MS. *Duinsi*: Qui ſanatus in Deum credere noluit. *Deſunt ea in hiſtoria miraculorum.*

d *Idem MS.* Ludovicus, *antiquioribus Scriptoribus*, Chlodoveus, *baptizatus anno 494. mortuus an. 509.*

CAPUT IV.

Fides orthodoxa a S. Eleutherio propugnata. Ejus Romana itinera: Synodus habita. Verbera ei ab hæreticis inflicta.

16 a IN illis temporibus dum B. Eleutherius Tornacenſi Eccleſiæ præeſſet ſecundos, litigatio magna inter Tornacenſes Clericos exorta eſt. Quidam enim hæretici quaſdam propriæ hæreſeos novitates præferebant, & prædicationem veritatis deſtruere conabantur, audentes myſterium Divinæ diſpenſationis corrumpere, & negantes Paranymphum cœleſtem partum Virginis nunciaſſe. Alii autem hæretici confuſionem inducentes & unam carnis & deitatis naturam eſſe male componentes, divulgabat tali confuſione divinam naturam Unigeniti paſſibilem, & purum hominem eſſe, qui ea beatiſſima Virgine Maria natus eſt, impudenter aſſerebant. Alii vero Spiritui ſancto adverſabantur. Alii autem Deo devoti & ſervientes credebant veritati, non obedientes falſitati. Tanta autem litigatio inter illos erat, ut etiam hæretici Catholicos Eccleſiæ Tornacenſis filios luvaderet, & in fluvio, qui dicitur Scalda, multos obtruncatos ſubmergerent.

a

Hæretici de myſterio Incarnationis male ſentientibus

& Catholicos male detractibus.

17 b Vir autem Dei Eleutherius Catholicæ defenſor fidei animos filiorum ſuorum alios exhortando, aliis prædicando, in Chriſti fide firmiſſime roborabat. Qui quartodecimo præſulatus ſui anno videns in partibus Eccleſias de miſericordia Dei pene deſperatas, ſermonem de Divinitate Chriſti unigeniti Domini noſtri compoſuit, & poſt hæc ad Romanum Pontificem c Symmachum detulit: a quo honorifice ſuſceptus eſt. Deinde a Roma regreſſus, omnes hæreticos convicit: Deo tamen miſeante illos poſtea ad fidem convertit. Decimo etiam ordinationis anno præſidente Papa Anaſtaſio, Tornacenſes omnibus Chriſtianis rebelles ad fidem reduxit, & in eadem hebdomada pluſquam undecim millia d haptizavit. Anno quoque Pontificatus viceſimo quinto Roma regreſſus eſt.

b

Romam ſæpius profiſcitur.

c

d

18 Item nova hæreſi pullulante, ſermonem de Incarnatione Chriſti adverſus hæreticos ſcripſit, in quo illos vicit; neminem tamen ad Chriſtianitatis titulum convertit. Igitur Romanum Papam e Hormiſdam eapetiit, quem cum magno honore prædictus Papa erexit. A quo, dum B. Eleutherius aliquid petiſſet, reliquias B. Mariæ f Ægyptiacæ obtulit, & humerum B. Stephani Proto-Martyris, & ſecum Tornacum deportavit. Igitur vir Dei a Roma regreſſus cum magna exſultatione univerſi populi ſuſcipitur. Exultant Clerici & Dalmaticis induti, beato Paſtori ſuo obviam procedunt. Sed ex improviſo gaudium omnium geminatur. Ipſe enim Pontifex reliquias B. Mariæ, quæ tot & tanta pro Domino ſuſtinuit, afferebat. Cum autem Nerviam portam intraret, in eodem loco miraculum magnum a Deo manifeſtatum eſt. Occurrentibus enim populis gaudentibus, ſimiliter Clericorum agminibus palliatis, beatus Antiſtes conſcendeos montem, qui

e

f *acciſpit ab Hormiſda reliquias &*

A qui dicebatur mons Theſauri-abſcooditi, nunc autem dicitur mons S. Andreæ, reliquias S. Mariæ Ægyptiacæ, & humerum S. Stephani Protomartyris omni populo oſtendit. Subito autem circa reliquias capitis S. Mariæ quædam claritas de cœlo advenens apparuit, quæ etiam ab omnibus viſa eſt, donec intraret Eccleſiam Chriſti Genitricis. Supra humerum autem B. Stephani lucidior claritas in modum circuli quaſi argentei viſa eſt.

his oſtenſis bona aſſulgent:

29 Cum vero Eccleſiam totius populi vallatus caterva intraret, quatuor viri, duæ mulieres magna infirmitate pericitabantur, quæ vocator *g* Ignis gehennæ. Tunc vir pietate motus eſt, caput ante mulieres, humerum autem ante viros poſuit, dicens: Oremus omnes. Procumbentibus autem & orantibus illis, ait: S. Stephane Protomartyr ſuccurre his hominibus. S. Maria ſuccurre, & miſerere hujus ſexûs. Non enim profecto ſurgemus ab oratione, donec ſani efficiantur. Ad hanc vocem omnes liberati ſunt: caro autem, quam in ipſa infirmitate perdiderant, reſtituta eſt in ipſa hora. Motus quoque aſſiſtens, locutus eſt dicens: Ecce reliquiæ B. Stephani, & S. Mariæ. Tunc omnes obſtupefacti admirabantur. Illis temporibus reliquiæ Sanctorum, nec in auro, nec in argento ponebantur. Hæc acta ſunt Nonis Octobr.

g pellitur Ignis furor

motus loquitur.

B 30 Beatus ſiquidem Eleotherius jam Tornacenſem Eccleſiam triginta annis & uno rexerat: Blandiciaſem vero novem. Qui audiens filios Eccleſiæ perturbatos, indoluit. Deinde auctoritate Romani Papæ decrevit, quatenus omnes hæretici ab ipſa civitate eicerentur, vel Chriſtum Dei Patris Filium unanimiter confiterentur. Igitur a Præſule coacti, diem competentem elegerunt, in qua Synodum ſuam Antiſtes Chriſti Eleutherius convocatet. Advenit dies in quo Synodus convocata erat. Advenerunt etiam filii Catholici hæreticorum ſectam confundentes; adfuerunt nonnulli hæreticorum illis contradicentes. Exurgens autem vir Dei Eleutherius & manu faciens ſilentium ait: Omnes Deum Patrem & Filium ejus cum Spiritu ſancto confitentes audite.

S. Eleutherius jam 40. annos Epiſcopus

ſynodum ſolitgit;

b profeſſionem fidei præſcribit;

31 *b* Credite in unum Deum, Patrem omnipotentem, & in filium ejus unicum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ex Deo Patre natus eſt filius unigenitus, immenſus de immenſo, immortalis de immortali, inviſibilis de inviſibili, ſempiternus a ſempiterno, per quem & cum quo omnia, quæ continentur in cœlo vel in terra aut in mari, fecit Pater. Horror igitur vos, dilectiſſimi, credite Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, propter ſalutem hominum & ſeculi liberationem de cœlis deſcendiſſe, incarnatum, & hominem eſſe paſſum ſub Pilato Præſide: præterea die tertia a mortuis reſurrexiſſe, & iterum in cœlos, unde deſcenderat, aſcendiſſe. Hæc decreta, filii mei cariſſimi, tenere & obſervare debetis: his vos devote uporret obtemperare, ſi gaudia vultis promereri cœleſtia. His dignitatibus & decretis antiquorum Patrum obedire, conſiderantes & luciditſime intuentes, quid ſit incarnatum eſſe, & hominem factum Dei Verbum. Præterea fides veſtra credere debet, quod Chriſtos Dominus noſter, mediatur Dei & hominum factus eſt, & reconciliator ad pacem, Deo Patri pro nobis offerens ſe in odorem ſuavitatis, ideo enim dicebat per Prophetam; Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſta pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfeciſti mihi. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam Deus. Proprium enim corpus non pro ſeipſo obtulit, ſed pro nobis in odorem ſuavitatis. Fratres mei, quis veſtrum ultra dubitet, agnum verum & immaculatum pro ſalute humani generis immolatum, & ab impiis Judæis crucifixum. Ipſe eſt qui nos per admirabilem virtutem & ineffabilem potentiam Divinitatis ſuæ redemit, reballeſque & ſuperbos Judæos devicit, & clauſtra gehennæ expoliavit educens de vinculis captivos, emittens de tenebrarum locis carceratos clamantes ac dicentes: O triumphator bone ſeculi! O pie debellator diabolicæ fraudis: te noſtra, clementiſſime Jeſu, in his tormentorum pœnis expectabant lamenta: te, miſericors Chriſte, fletibilium in caliginoſis concelamabant ſuſpiria: ecce adveniſti quem ab antiquis temporibus exſpectavimus: libera nos quem in terra poſiti olim devote colimus. Ipſe eſt qui poſt deſtructionem diaboli & liberationem Sanctorum de tenebris clamantium die tertia reſurrexit, & aſcendena regnum cœleſte, ſedet ad dexteram Dei Patris. Unom igitor in ſubſtantia, trinum in perſoois confiteamini, ut ad cœleſte regnum pervenire & æternis bonis perenniter gaudere mereamini, ubi gaudent Angeli, lætantur Apoſtoli, exultat Martyrum turba glorioſa, plaudit Confeſſorum ac Virginum caterva, quos Redemptor muodi perenni laurea coronat, qui vivit & regnat Deus omnipotens, inviſibilis, æternus, incorruptibilis, cui eſt honor, laus, decus, imperium, poteſtas indeficiens, majeſtas immarceſſibilis, gloria perpes, & virtus ineffabilis, cum Patre & Spiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum, Amen. Si quis autem his decretis contradixerit, a Patre & Filio & Spiritu ſancto anathema ſit.

c

d

32 His dictis Beatus Pontifex Eleutherius ſedit. Catholici autem viri, qui ad dictam Synodum convocati eraot, vocem cum gaudio levantes, glorificabant Deum, dicentes: Trinitatem in unitate veneramur & colimus: unitatem in ſubſtantia profitemur, & devote adoramus. E contra confunduntor hæretici, deinde a ſancta Synodo recedunt confuſi. Synodo autem ad propria revertente, S. Eleutherius ſimiluer ad aulam ſuam, quæ in oppidano loco continebatur, eum Catholicis viris jam ſeptuaginta & uno eaſtens anno regreſſus eſt. Interea per quinque annos Turnacenſis Eccleſia, quibus Sacerdos ſupervixit, invictiſſime a Catholicis viris ſublimatur.

E *a Synodo admiſſum;*

33 Interim autem hæreticorum pars confunditur. Quid facereot? conſilium inierunt, & quid de illo fieret exquiſierunt, & dicebant: Si ita prævaluerit apud nos, vita noſtra contemnetur; ſi autem prævaluerimus, victoriam laudis adepti erimus. Sic illis in una dierum colloquentibus, ecce beatus Pontifex cum *k* Athanaſio Diacono & Audonco fideli diſcipulo ab eccleſia B. Mariæ Tornacenſi egrediebatur. Quem videntes hæretici poſt angulum occultati (multis enim modis inſidiabantur ei) dicebant: Ecce deſtructor legis noſtræ: venite occidamus eum. Igitur ſuſtibus arreptis duriter reciderunt eum, & relicto ſemivivo ante eccleſiam plagis impoſitis occulte abierunt. Diſcipuli ſimiliter, relicto Paſtore ſuo, auſugerunt. Quod audiens Ceuſorinus Cæſar, omnes patibulo crucis affixiſſet, niſi oratio viti Dei prævaluiſſet. Fit per urbem tumultus populi: clamant juvenes, lugent matronæ & Virgines, cinere aſpergunrur ſenes, Præſulem ſemivivum videre certantes: ipſe autem eanimis jacebat.

i

k ab hæreticis diſcipulis ſuis;

F

ſeminolens jacet;

34 Tunc a civibus urbis parato, ut ipſe rogaverat, ſtratu cilicino intra domum ſuam delatus eſt, qui *l* quinque poſtea vivens per hebdomadas in ipſa infirmitate cœcum illumioavit & nonnullos infirmos curavit.

l ſanum illuminat;

AUCTORE ANTIQUO, EX MSS.

D

Pſal. 39. 7. & 9.

a Alius pati ſtratus ſub hoc titulo: Tranſitus S. Eleutherii Epiſcopi *editus in Bibliotheca Patrum, in qua vide cautionem.*

b MS. *Duloüi hoc ſalum habet*: Eodem tempore beatus Tornacenſis Antiſtes quarto decimo *&c.*

c Sedit S. Symmachus *ab an.* 498. *ad* 514. *& ejus deceſſor* Anaſtaſius II *ab an.* 496. *ad* 498.

d Solennem memoriam hujus baptiſmi celebrari 5 *Kalend. Octob. diſtum ſupra num.* 10.

e Symmacho ſucceſſit Hormiſda *an.* 514. *mortuus an.* 523.

f Hic mendum forſan ſubeſt & verbum Ægyptiacæ irrepſit, & Maria *Ægyptiaca ſub Hormiſda Papa adhuc vixerit, quod* 2. *Aprilis examinandum. Fuerunt plures Sanctæ, nomine Mariæ, & prioribus ſeculis, alia ex Evangelio nota, alia Martyres, alia alium peccatrix neptis Abrahamo tradata* MS. *de Tranſitu S.*

AUCTORA ANTIQUI, EX MSS.

in S. Eleutherii, par. 2. hæc ſic legentur: Reliquias B. Mariæ illi obtulit, & in occulte ab eccleſia B. Petri Apoſtoli ſecum Tornacum deportavit. *Meminit harum reliquiarum Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico pag. 515.*

g *In ſequenti Vita* Ignis facet *dicitur de eo egimus 3. Januarii ad Vitam S. Genovefæ, & 17. Januar. ad Miracula S. Antonii §. 6.*

h *Eſt his ſermo de Trinitate in Bibliotheca Patrum editus, qui integer ieſormi erat in MS. Tornacenſi, pars ſolum, quæ hic datur, reperitur in MS. Duimii.*

i VII Kalendas Junii, *ut ſub finem Sermonis S. Eleutherii de Trinitate excuſi legitur.*

k *In MS. Tornac.* Anathaſio.

l A 26. *Maii ad 30. Junii.*

CAPUT V.

Extremi S. Eleutherii morbus, mors, ſepultura.

4 25 4 Igitur finis dierum beatiſſimi Eleutherii appropiavit. Et tunc Fratres ſuos & veræ religionis cultores convocavit: *b* ſeque eadem hebdomada a carcere corporeo tranſmigraturum prædicens, blande allocutus eſt: Sic finem univerſæ carnis ingreſſurus, a Domino promiſſa mihi gaudia æterna percepturus, hortor vos, cariſſimi, odia fugite, concordiam ſeminate, ſchiſmata diſſipate, virtutes exequamini, mala temporanea pro Judice veſtro patiamini, quatinus dignum pœnitentiæ fructum Chriſto exhibere mereamini. Omnis etenim homo fœnum; caro autem ejus ut ſtipula agri, in matutino virens floreſcit, in veſpere arida labitur, & vileſcit: patientes eſtote, caſti pura mente Deum timete: in omnibus bonis perſeverate. Audiſtis etenim David dicentem: Homo vanitati ſimilis factus eſt. Itaque pulvis ſimus, in judicio reſurgemus, & ante tribunal Chriſti reſte Scriptura, omnes adſtabimus. *c*

b Suos adhortatur ad virtutem.

B

Pſal. 143. 4. Rom. 14. 10. *c*

26 Inter hæc vero & hujuſmodi verba ſancti viri dolor animi & oppreſſio vulnerum, quæ ſibi hæretici intuletant, ipſum duriter coarctabant. Quid faceret? Immmere obitus ſui diem videbat, & eccleſias, quas infra muros conſtruxerat, lapſuras eſſe ſciebat. Itaque cum fletu converſus ad orationem, dixit: Omnipotens clementiſſime Deus, *d* qui auctor noſtræ reſurrectionis extitiſti, ut nobis introitum cœleſtem aperires, & imperium diaboli captivares, aſcendens in cœlum admirabili virtute tua, captivitatem noſtram duceres captivam; qui morte tua mortuus vitam, & captivatis redditutis medelam. Te clementer invoco, te miſeriter appello, ut Tornacenſes Eccleſias, quantum potui, mea parvitate ſublimatas, & omnia habitacula Sanctorum ab omni inquietatione dæmonum conſerves & defendas, ſublimes & extollas: oves meas pauculas præſentes & ſubſecuturas uſque in ultimam generationem cuſtodias, ut ſciant quia mitis es pater miſericordiæ & pietatis, doctor ſcientiæ & veritatis. Illis autem qui me indignum famulum tuum uſque ad mortem gladiis & fuſtibus inſecuti ſunt, benigne indulge, meque cum Sanctis tuis in horreum tuum digneris congregare. Illis etiam, pulſime Deus, qui memoriam meam devote coluerint, largire fidem, confer amicitiam. *e* Clementiſſime Deus, qualiter pro fide Catholica, pro religione Chriſtiana decertavi, clementia tua non ignorat. Omnia quidem nuda & aperta ſunt oculis tuis: ecce nunc tempus meæ reſolutionis appropinquat. Æterne Deus quid faciam? Mitte me, ut ſequar David dicentem: Sicut deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et iterum ait: Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Si poteſt fieri permitte me aſſimilari B. Job dicenti: Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum favillæ & cineri. In te confido, Deus meus, te quæro, te videre deſidero, quem ſemper in terris poſitus colui, cui me tota dilectione devovi: libera me, qui es benedictus in ſecula ſeculorum.

d erat pro adviſtis in Tornacenſi;

C

e & pro ſal. omnia a quibus erat ceſſuri

Pſal. 41. 2. & 3.

Job 30. 19.

27 His dictis vox ramquam ſonitus alarum aquilæ in claritate magna facta eſt dicens: Eleutheri ſerve meus, exaudita eſt oratio tua; ſupereſt, ut quod inceptiſti perficias, & qui Trinitatem maxime collaudaſti hactenus, beatæ Trinitatis conſpectibus præſenteris: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Quia vero pro fide Catholica viriliter decertaſti, preces tuas ea audiri meruiſti, & poſtulationis tuæ efficaciam obtioniſti. Perfice, perfice, ſerve meus, ne poſt bonum finem bonus liber evacuetur. Heu evacuabitur, ſed reſtaurabitur: eheu in ignem proficietur, ſed poſt hæc revelabitur! His dictis vox cum claritate receſſit. Pauriſex autem exhilaratus, collaudans Deum ait: Gratias ago tibi, omnipotens Deus, qui me conſolari dignatus es, qui eras, & qui es, & qui in judicium venturus es. Volens autem perficere quod intendebat, iterum prorumpens in laudibus Dei ait: Filium eſſe perhibet fides Catholica, cui per Prophetam clamat pater: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterum: Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ea utero ante luciferum genui te *&c.* *f*

D

Pſal. 2. 7. Pſal 109. 3.

f

28 Poſt hæc verba dolore animi compulſus ait: Ecce deficiat virtus mea; ecce præteritur lingua oris mei. Quis mihi det paullulum ut ab infirmitate mea hac quieſcam? Videnſque venas corporis ſui relaxari, & ſe magna infirmitate nimis aggravari dixit: Deus meus te videre deſidero, & in manus tuas commendo ſpiritum meum. *g* Audoenumque advocans ait illi: Fili, ne recuſes obedire patri tuo. Rogo itaque, ut Romam quantocyus eas, & theſaurum Chriſti a me compoſitum *h* Bonifacio Pontifici Romano tranſmittas, ut caput hæreticorum in puteum abyſſi demergatur, & eccleſiis Chriſti per univerſa orbis ſpatia creſcat, & defendatur. Vir autem Dei aſſidue orabat, & ſpiritum ſuum in manus Chriſti commendabat.

E

g Arcadem Romam mittit; *h*

29 Accidit vero dum oraret, ſatanas a ſiniſtris ejus adſtitit inſultans ei. Cui beatus vir inquit: Nequiſſime ſatana, hæc orationum loca intrare præſumpſiſti? Cui dæmon: Vellem eliminare ſermonem tuum, vel ſaltem viſione vultus mei exeuntem a corpore tuum conturbare ſpiritum: me etenim torqueri diverſis tormentis pœnarum facis, cum de te nil mali meo poſſim denunciare judici. Tunc hilari vultu Confeſſor Dei ait: Exi hinc, ſatana, nulla a Chriſto tibi averſum me conceſſa eſt poteſtas. Hæc dicens ſignum vivificæ Crucis inter ſe & ſatanam oppoſuit. Ille autem nihil ſuum videns, intolerabilia poſt ſe reliquens veſtigia, triſtis & confuſus receſſit.

dæmonem apparentem ſigno Crucis fugat;

30 Percepta enim participatione Corporis & Sanguinis Dominici, beatus vir, ut ejuſdem Vitæ narrat hiſtoria, felicitee migravit ad Dominum invitatus ad epulas cœleſtes, quas omni corde cupierat, omni corde deſideraverat, conſors æternæ felicitatis Angelis Dei gaudentibus, perenni & immarceſſibili laurea coronatus. Eadem hora *k* tanta claritas oppidanum locum, in quo natus erat, affulſit, ut omnes, qui ad exequias tanti Patris venerant, facti quaſi in exceſſu mentis, ſpiritum ejus ab Angelo elevari in nube viderent, & cum claritate nubis cœlos penetrare, & poſtmodum claritatem cum ipſo volantem nullatenus apparere. *l* Sic unda ſacri ſanguinis profuſa verus Martyr & Confeſſor in pace obiit pridie Kal. Julii.

F

i

k

cœleſtis lux ſe ſuper eleemoſynarii effulgenti;

l mutatur.

31 Igitur B. Medardus advenit, & ſanctum corpus mortuum invenit, & plorans pœ gaudio Miſſarum ſolennia celebravit, & in Eccleſia B. Mariæ ſepulchrum novum partiri præcepit. Communi autem conſilio decretum eſt, quatenus eum in Eccleſia B. Petri Blandinienſis ſepelirent, nimirum quia ibidem ab urbe cum omni cognatione ſua fugatus præſulatum tenuerat, & ſuper his præclari nominis miracula patraverat, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.

ſepelitur a S. Medardo.

32 *m* Obe-

A 32 *m* Obedieus igitur diſcipulus Magiſtro, contigit, *m* dum iret, & Papam Bonifacium expeteret, Ravennam venit, ibiq; ſepultus in vico, qui vocabatur Vicos-leprosorum, in pace obdormivit. Sequenti vero nocte Judæus, *Judæus impoſto libello S. Eleutherii.* apud quem diſcipulus morabatur, poſt corporis ſepulturam invenit libellum, inventumq; ſcriptum, qualiter Virgo Dei Maria Dei filium genuit, & poſt partum Virgo permanſit, iracundiæ zelo accenſus, gladium latenter accepit, ferroq; omnia diſrupit, deinde in igne indignatus projecit. Eadem vero nocte glorioſa Virgo Judæum voluit ad fidem convertere, & ſuavi jugo Filii ſui maucipare, veſte candidiſſima induta, facie autem velut diſciſſa, comaq; ſanctiſſimi capitis tamquam lacerata, eidem dormienti dignata eſt apparere, mirantiq. Judæo dicere: O infidelis & injuſte, quid heſterna die feciſti? *a Dolpum Virgo apparuit* Ecce, rollere voluit animam tuam abs te. Igitur quis erit refugium tuum, & ſpes tua? Numquid ego? Ego flos campi, lilium candens, & roſa florens, quæ filium Dei geſtare merui, quæ Virgo poſt partum remanſi. Vade ideo fili, & quod egiſti confitere, ut merearis baptiſmum fidei accipere, & expoliato veteri homine valeas novum Adam induere. His dictis beata mater diſparuit. Ille autem quod viderat admirans in eadem hora Eccleſiam *convertitur ad fidem.* petiit, confeſſus eſt quod perpetravit; deinde chriſtianus B fieri promeruit: collaudauſq. Dei Genitricem, omni vita ſua illi honeſte miniſtravit, quæ cum Filio ſuo perennibus repletur gaudiis, cujus imperium permanet in ſecula ſeculorum, Ameu.

a *Hæc fere eadem in priore Vita habentur n. 13.*
b *In MS. Duynii deeſt hæc prædictio.*
c *Longa forma ſive catechetica diſputatio interponebatur in MS. Tornac. quæ edita in Biblioth. Patrum, abeſt a mſ. Duynii.*
d *Iterum nonnulla, in mſ. Tornac. inſerta, tum in mſ. Duynii omittuntur.*
e MS. *Duynii addit*, & vitam æternam, ac *reliqua uſq; ad n. 42. omittit.*
f *Omittimus reliqua cum eodem mſ.*
g *In mſ. Duynii deſunt reliqua hujus numeri.*
h *Eſt hic* Bonifacius III. *creatus 13. Aug. 530. mortuus 17. Octob. an. 531.*
i *Habetur in priore Vita n. 13. cujus numeri reliqua ſupra habentur n. 25. omiſſis hiſce de ſumptione ſanctiſſimæ Euchariſtiæ. Quæ in concluſo de Tranſitu ejus habentur.*
k *Reliqua uſq; ad n. 33. habentur fere in ſuis præcedentis vitæ.*
l *Deſunt hæc de martyriis & die obitus in mſ. Duyn. & priore vita.*
m *Hæc ſolum habentur in mſ. Tornacenſi.*

CAPUT VI.

Apparitio S. Eleutherii: corporis ejus elevatio.

C 33 *a* Igitur in una dierum præſulatum Tornacenſis *a* Eccleſiæ Heydilone viro prudenti & juſto poſſidente, quædam matrona, nomine Thecla, nobilis *b* genere, nobilior autem morum dignitate, *b* honeſtate vigens, humilitate pollens, eleemoſynis larga, homi- *Teſtis reſpiciat apparitionis facit ad Thecl.* nem dealbatum in ſomniis coram ſe adſtare vidit, ejuſdemq; habitum notavit, vultu alacrem, viſu modeſtum, decore amabilem, blandumq; nimis alloquio. Beatus enim Eleutherius Tornacenſis Eccleſiæ munitor erat, *c* qui matronam intuitus, blande ac leniter ait: *c* Thecla, *d* vade in locum, qui nunc Blandinium ap- *d* pellatur, ibiq; invenies multa corpora Sanctorum in Chriſto quieſcentium: inter quos invenies a deatra parte altaris B. Petri Apoſtoli corpus S. Eleutherii: de- *e* inde orabis, poſtea quæ vidiſti e Heydiloni Epiſcopo manifeſtabis. His dictis ab oculis ejus evanuit. Thecla autem facto mane ſurgens quæ viderat intra ſe re- *f* colligere cœpit. *f* Sequenti itaq; nocte B. Eleutherius iterum ei adſtitit, & paſtorali eam virga contingens, ait: Benedicta tu a Domino. Quare autem quod tibi juſſum erat non feciſti? Vide ne me ad iracundiam pro-

voces. His dictis iterum ab oculis elapſus eſt. Tertia au- AUCT. ANTIQUO, EX MSS. tem nocte regrediens eumdem ſermonem ait, ſed aliquantulum ſuperadditi dicens: Filia cœleſtis Hieruſalem, quare noſtris non obtemperaſti juſſionibus? Cras in D crepuſculo diei ad Heydilonem Epiſcopum ibis: deinde quanta vidiſti, præſentiæ ejus manifeſtabis. His dictis tertio ab oculis evanuit.

34 Thecla autem facto mane conſorgens, Blandinium adiit, deinde oratione data ad Epiſcopum, qui tunc in his locis commorabatur, venit: & quæ viderat præſentiæ ejus manifeſtavit. Sequenti itaque Dominica Epiſcopus *corpus S. Eleutherii ab Heydilone Epiſcopo elevatur,* Heydilo convocatis vicinarum urbium Epiſcopis, Blandinium adiit, deinde Miſſarum ſolemnia frequentavit, & data oratione, pavidus ad ſepulchrum acceſſit. Monachi, Clerici & laici orationem dederunt: Epiſcopi vero fodientes ſarcophago manus injecerunt. Igitur cum magno tremore corpus B. Eleutherii per manus ſanctorum Epiſcoporum elevatum eſt.

35 In ipſa autem hora Thecla orans, a Præſule percepto Corpore & Sanguine Chriſti, coram omnibus ante ſe- *Thecla ſe- ſta expirat* pulchrum exſpiravit. Illa autem in media eccleſia ſepulta requievit: at vero translata eſt in ſecretum parte Eccleſiæ, de cujus felici anima Virginalis gaudet chorea, viduarum etiam multitudo invitat gloriosa. *g* E

36 Eadem etiam die in qua corpus B. Eleutherii elevatum eſt, mulier vidua ſe miſeram clamitans, ad eccleſiam accurrit. Ejuſdem enim filius dum cauſſa cuſtodiendi pecoris in agrum miſſus iret, de eadem ſilva dæ- *puer a dæmone ſub ſpecie leonis abſtenditur,* mon in ſimilitudinem leonis rugiens accurrit, puerum devoravit, deinde in ſilvam velociſſimo curſu ſe retulit. Paſtores autem, qui viderant & fugerant, pauperculæ mulieri quid geſtum eſſet indicaverunt. Tunc illa plorans ad eccleſiam conſugit, & B. Eleutherium, ut unicum ſibi filium redderet, cum omni populo deprecata eſt. Flens orabat mulier, flebant etiam adſtantes Epiſcopi, flebat Clericorum caterva palliata, gemebat populi multitudo copioſa. Deinde locos in quo puer jacebat, motus eſt, eumque tanta claritas de cœlo adveniens circumſulſit, ut nemo illum etiam reſurgentem aliquateuus comperiret: deinde vivus puer furreait, & quantæ *revelatis* miſericordiæ & pietatis idem memorabilis Pater eſſet, omnibus indicavit.

37 Duo etiam cœci in illa die viſum acceperunt: tres paralytici curati ſunt: mulier a fluxu ſanguinis liberata: *variis agri ſanantur.* claudus quoque in priſtino gradu reſtitutus eſt. Multa etiam miracula in illis diebus patrata ſunt, quæ quamvis hominibus incognita, Divinæ tamen majeſtati ſunt aperta. *b* Elevatio autem corporis beatiſſimi Eleuthe- *b* rii facta eſt 14. Kal. Octob. Qui æqualis eſt Martyribus; quia ter flagellis fuit cæſus, par Confeſſorum agmini- F bus, quia verus Confeſſor, & miraculorum patrator exſtitit; glorioſus conſors Virginum, quia Virgo permanſit & ideo floret ante Deum ut cedrus Libani & flos liliorum. *i* *i*

a *De elevatione corporis B. Eleutherii extat n poſteris auctus tractatus in mſ. monaſterii Tornacenſis S. Martini cum hoc prologo:* Præſulatum Tornacenſis Eccleſiæ Heidilone viro prudenti & juſto poſſidente, baſilica S. Stephani Protomartyris, quæ ſita eſt poſt eccleſiam Chriſti genitricis ſempetq; Virg. Mariæ, deſtructa eſt. Ob hanc cæſſam filies Dei multo tempore cives urbis opprimebat, eoſque terrenis opibus vacuabat, adeo ut etiam habitacula eorum deſtineret, ipſarumque domas & prædia in ultionem prædictæ baſilicæ devaſtaſſet. Beatus autem Eleutherius pro eccleſia & civitate orevit, & a Chriſto cum Sanctis, qui in eccleſia B. Mariæ continentur, inducias impetravit, quoniam niſi reſtaureturdies ultimum adveniet, & vocet Martyrum de throno Dei conclamantiem Jeſus Chriſtus enaedier. Eodem vero tempore in villa quæ dicitas Rusbeci, quæ ſita eſt ab urbe quaſi duabus leucis, & in vicinis locis idola colebantus, & a copioſa meltitudine populosum ſacrificia dæmoniis offerebantur. Igitur in una dierum &c. *quæ hic habentur.*

b *Sequentia tria Theclæ epitheta in mſ. Duynii.*

c *In mſſ. Tornacenſibus hæc addontur:* Idem Præſul eaniteter; R qui

AUCT. ANTIQUO, EX MSS.

qui etiam a paſſione B. Piati Martyris uſque ad tranſitum corporis ſui ducentis & quadraginta quatuor annis & novem menſibus tranſactis populum Tornacenſem ad fidem roboraret. *Quam hæc præclare defunt in Mſ. Duynii, incepte hic intrɔſa: cum ſupra n. 42. ſolum anni vitæ conſonent 7. cum quinque, quibus dicitur adhuc viviſſe.*

A

d *In ſcripto Elevationis longum colloquium inducitur S. Eleutherii cum Theela, ubi is arguit idololatriam redactam, ac poſt hujus preces inter alia dicit iſta:* Felix, per quem corporis mei depoſitio & vitæ meæ reſtauratio revelabitur, per quem etiam anno Incarnationis 1141. corporis mei elevatio declarabitur. *Indicatur revelatio facta Henrico Comitiſſæ, de qua mox agimus.*

e *De Heddilone, anno & die Elevationis hujus ſupra egimus.*

f *Sequentia de 2. & 3. apparitione in MS. Duynii contracta ſunt his verbis:* Sequenti itaque nocte & tertia eamdem ſermonem repetens beatus Pontifex ei apparuit, & poſt ab oculis ejus elapſus eſt.

g *In Hiſtor. Elevationis hæc addunntur:* Ad caput igitur Theclæ quidam fons liquidiſſimus emanabat, qui dolores capitum & paralyticorum membra mitigabat: quem quidam miſer dum vellet pede obſtruere, Divina ultio adfuit: pedis enim venæ arſerunt, ipſe etiam non multo poſt tempore corporis ſui meritis defecit.

h *Reliqua hujus capitis deſunt in Mſ. Duynii. In tractatu particulari de Elevatione corporis ipſa habentur:* Poſt multum vero temporis cum vidiſſent nobiles hujus regionis ſe ſervitutem hujus Eccleſiæ debere, indignati ſanctorum nomina non revelavi, quia damnatorum nomina, divina non poteſt continere pagina. Inter illos tamen dum tributa & poſſeſſiones

B

lege tenent, quidam miſer advenit, chartam latenter accepit, deinde cum incendia in ignem projecit. Charta autem de igne proſiliens, nulli comparuit: quoniam manibus ſapra Angelicis, Deo vero & immortali præſentata eſt, & aſque in diem judicii reſervata. Ille autem miſer, Alardus nomine, in eadem loco ſuffocatus a dæmone, expiravit. Poſt aliquot etiam annos alter in charta tributa & divitias præſultus ſervans, eam afferri fecit, & in ignem projecit, quæ igne combuſta eſt. Elevatio autem corporis &c.

i *In tractatu de Elevatione hac quaſi a S. Eleutherio revelata addebatur, quæ licet non omnem fidem mereantur, tamen repræſentare voluimus.* Ab ipſo autem die, in quo ejus rupta eſt hiſtoria, miracula quæ ſingulis diebus faciebat ceſſaverunt. De capitulis autem ſollicitus vos eſſe volo. Vita ab illo die, in qua depoſitus ſum, ſcripta eſt. Capitula autem mundi divina ſcripta ſunt: & ideo hæc ſpatia diviſa ſunt, ne cœleſtia decreta mens poſſit comprehendere humana. Poſtquam autem quod apud vos petieram inventum eſt, memorabilis Pater veſter, miraculo incipiet, & ſic operando non deſiſtet uſque in ſecula ſeculorum. Elevatio autem corporis mei a Blandinio in Eccleſia B. Mariæ facta eſt in Kalendis Aprilis. Gratias autem ago & Deo immortali & vobis, fratres carißimi, qui feſtum depoſitionis meæ condigne celebraſtis: ut & iſtud de elevatione corporis mei ſimiliter celebretis: ut nec filii honi, bonum patrem derelinquant, nec bonus pater filios orphanos de præſentia corporis ſui incertos faciat. Illud autem feſtum, quod in Kalendis Martii celebratis, neque ſcio, neque novi, neque in eiſdem Kalendis neque voces veſtras exaudivi. Hæc ad utilitatem veſtram; non ad gloriam meam revelavi; non ut gloria mea amplietur, ſed ut triſtitia eondis veſtri in gaudium convertatur. Filius autem hominis, B. Maria ſemper Virgine, & S. Nicaſio Pontifice & S. Piato Apoſtolo veſtro & Martyre, & beatiſſimo Eleutherio Præſule & Confeſſore Chriſti, & reliquis Sanctis, qui in eccleſia ejuſdem Virginis continentur, cooperantibus, eruet vos a malis, ſi in ejus mandatis perſeveraveritis, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit et regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.

C

CAPUT VII.

Miracula poſt elevationem corporis S. Eleutherii facta.

38 a ANno autem ſecundo poſt hæc in eccleſia B. Petri Apoſtoli, in qua corpus B. Eleutherii a populo frequentabatur, a Deo miracula, quæ ſequuntur, per merita ejuſdem Præſulis facta ſunt. Libertinus Tornacenſis Tribunus quemdam morti deputatum cum populo ad ſupplicium trahebat. Interea quidam Presbyter nomine b Feriolus a Vienna Tornacum venerat peregrinus. Qui cum Tribunum rogaret, ut miſericordiam homini condemnato impenderet, ille, ut erat magnæ feritatis, gravi ira accenſus, ait ſuis: Ite, & arripite hunc ſacrilegum Sacerdotem, & vinctum catenis ducite ad patibulum. Tunc ille injuſte duris compedibus ligatos, dum ante Blandinienſem Eccleſiam præteriret, populo memoriam Martyris, ſeu Confeſſoris frequentante, omnique Cleto in laudibus Dei perſeverante, exclamans cum gemitu ait: O ſancte Præſul Dei Eleutheri, qui cœleſtium bonorum particeps fieri meruiſti, per orbem martyr glorioſe, meritiſque confeſſor egregie, qui dum viveres, miræ ſanctitatis exiſtens Virgo permanſiſti; ſi vera ſunt, quæ de tuis glorioſis meritis audivi, audi mitis immitem, ſubveni benigne oppreſſo, & duris compedibus injuſte ligato. His dictis, de manibus ſequentium elapſus, ad Eccleſiam confugit. Cumque ante ſepulchrum adveniſſet, repente diſrupta ſuot vincula, catena quoque utrimq; diviſa eſt.

Feriolus injuſte ad patibulum ductus. b

39 Illum autem milites dum fractis compedibus liberum adſtare conſpicerent, furore accenſi catenam collo ejus iterum injecerunt pedeſq; validis compedibus ligaverunt, ab Eccleſia volentes unanimiter ejicere, deinde patibulo crucis affigere. Presbyter autem Feriolus ſupplex ac tremens ad ſepulchrum oculis elevatis ait: O glorioſe Pontifex Dei Eleutheri, tuam iterum invoco clementiam, ne deſpicias humilem ſervi tui orationem. Pee te enim Jeſus Chriſtus filius Dei Blandam filiam Tribuni de morte ad vitam reduxit, & Tornacenſem populum cum patre Virgiois ad fidem convertit: to filium molieri viduæ reſuſcitaſti c & mutis arcaoa d benignæ linguæ reſeraſti. Ad hanc vocem repente catena confracta proſiluit, & Tribunum in media facie percuſſit, qui cadens in terram ſemianimis factus ad urbem cum magno clamore populi delatus eſt, omnes inde caterici, & ante ſepulchrum provoluti, veniam peccatorum fidelitet precabantue. In ipſa autem die Libertinus caſpiravit.

Iter. liter & quaſſa & invocante S. Eleuthe. rium, E c d *ponitur morte Libertinus Tribunus;*

40 Tunc uxor ejus, e ad memoriam Martyris Eleutherii eum extinctum afferri præcepit. Dum autem omnes flerent, & miſericordiam Martyris implorarent, magna claritas de cœlo adveniens circumfulſit, & vox audita eſt dicens: Orate Presbyterum, ut roget Dominum noſtrum Jeſum pro Libertino. Tunc omnes obſtupefacti (vocem enim audientes, neminem autem videntes) orabant, ut eum ipſis imploraret miſericordiam Confeſſoris. Quod ita factum eſt. Et oratione finita, reliquias Præſulis accepit, & ſuper mortuum injecit. Mira res. Poſt undecimam enim horam vitus ſurrexit, & collaudabat magnalia ſui conditoris. Ipſe etiam nobis ſolebat referre, qualiter diabolus & angeli ejus in occurſum animæ ejus adveniſſent, ſed Angelus Domini Michael cum B. Eleutherio a dextra parte adveniſſet, & animam in corpore reverti præcepiſſet. Præterea nobis referebat, qualiter omnis notitia S. Eleutherii deſtrueretur: ſed in noviſſimis temporibus per eumdem Præſulem certificaretur, qui poſtea felicem, ut nobis eclatum eſt, agens vitam in pace obdormivit, & in Eccleſia B. Mariæ Virginis cum Cenſorino Cæſare Tribuno Scandinienſi requieſcit. f Catena quoque in reſtimonium miraculi Vienox eſt delata.

e *oratione Feriolli,* *& oratio reliquiarum S. Eleuthe. rii ceſſa pellatur;* F f

41 g Hoc etiam ſilendum non arbitror, quod ab Epiſcopo Tornacenſi Hedilone mihi eelatum eſt. Quædam mulier cœca & muta in die depoſitionis ejus ante altare adducta obdormivit. Sed ecce cum beatis Martyribus Chriſti h Nicaſio & Piato & beatis confeſſoribus Chriſti i Amando & k Eligio, B. Eleutherius ei apparuit, & eam exciravit, dicens: Quid mali pateris, filia? Ego prute divinam impetravi clementiam. His dictis, oculis ejus ſignum Crucis impreſſit, & quaſi baculum igneum ori ejus injecit: deinde cum Sanctis ab illa evanuit. Illa autem gaviſa oculos aperuit, & circumſtantes intuens ait: Vere Præſul Deies Eleutheri,

g h i k *cæca & muta ſanatur aſſe. rente S. Eleutherio cum aliis.*

qui

A qui Martyr cum Martyribus Nicaſio & Piato mihi apparuiſti. Merito honorandus es vir Dei Eleutheri, qui Confeſſor cum Confeſſoribus Dei Amando & Eligio mihi te manifeſtaſti: ſed illa clamante, utriuſq; ſexus, virorum videlicet & mulierum, multitudo accurrit, illaq; omnia quæ viderat illis manifeſtavit.

a *Extat in Bibliotheca Patrum tractatus* de Translatione corporis S. Eleutherii *in decem diviſus capita: quorum primum ita incipit:* Igitur Epiſcopus Heidilo, convocatis Epiſcopis, Miſſarum ſolennia frequentavit, deinde corpus S. Eleutherii elevavit, & *in* loco condigno honorifice repoſuit. Poſt hæc pluribus donatis *ibidem* relictis ad propria regreſſus eſt, qui paucis poſtea vivens annis, bonæ exiſtens ſenectutis, in pace obiit. Anno autem ſecundo &c. *quæ hic habentur. Eadem extant in tractatu mſ. ſub titulo* de Miraculis S. Eleutherii.

b *Feriolo ut ſcripſerat, ſcribi iterum diſſuit tractatus, de quo ſupra egimus. In mſ. poſt diſtinctionem capitum additur:* Incipit tractatus S. Fetioli Presbyteri & Martyris. *Et ſub finem hæc reperiuntur:* Explicit tractatus S. Fetioli Martyris. *Et ſub nomine* B. Fetioli Presbyteri & Martyris *editus eſt in Bibliotheca Patrum.*

c *Additur in eodem tractatu de Miraculis, ſeu Translatione,* cæcos illuminaſti.

d *Deeſt hoc epiſtolium in mſ. Duynii, & excuſa hiſt.*

a *In mſſ. Tornac. additur,* Thecla nomine, *quod nomen forte per errorem inſertum. Eſt quidam Thecla biennio ante martyra, ob revelationem S. Eleutherii illi factam celebris. Deeſt hic in mſ. Duynii.* B

f *Tractatus de Translatione addit:* Tabulæ quidem Tornaci relictæ ſunt.

g *Idem tractatus:* Quædam etiam miracula Heidilo Epiſcopus Tornacenſis mihi retulit, dicens. *Ab referuntur miracula de* Mantilio illuminato, & Petilio leproſo ſanato, *a S. Eleutherio adhuc vivente, quæ ſupra retulimus & ſequentia reſervari ut poſt Translationem facta, uti etiam in alia hiſtor. Translationis ſed tum qui alia ſcripſerat tranſiverat, non vixit Heidilo.*

h S. Nicaſius Martyr *fuit Archiep. Remenſis, ſub quo tum floruit Epiſcopatus Tornacenſis. Pignora quædam hujus Sancti Tornaci eo tempore claris multiſque illuſtrata fuiſſe miraculis refert Flodoardus l. 1. c. 7.*

i *Colitur* S. Amandus 6. *Febr. corpus illius Elnone eſt, ſitus in oppido S. Amandi prope Tornacum, de quo ad ejus Vitam actum.*

K S. Eligius *Ep. Noviomenſis & Tornacenſis colitur 1. Dec.*

APPENDIX

De Translatione corporis S. Eleutherii in urbem Tornacenſem.

41 a NUnc igitur, carissimi, ne vobis faſtidium inferamus, ad miracula, quæ io ejus reſtauratione facta ſunt, revertamur. b Io diebus illis cives urbis miracula, quæ Chriſtus per famulum ſuum operabatur, videotes, Blandinium iverone, & reliquias ejuſdem Præſulis honorifice in eccleſia B. Mariæ detulerunt. Cumque a Blandinio exirent, homines loci illius cives urbis invadentes, ſagittas mittebant, ſagittæ vero revertentes mittentium dextras vulnerabant. Nemo quidem civium vulneratus eſt: quidam autem ruſticorum vulnerati ſunt, alii cœci facti, multi quoq; ſemianimes lo via reliqui ſuos. Sic cum magna exultatione glorioſum corpus in eccleſia Chriſti genitricis delatum eſt. Gaudium & exultatio per totam civitatem augmentantur, triſtitia infirmorum in gaudio convertitur.

Corpus S. Eleutherii Tornacum fertur.

roſſiſtentes ſadunator ſuis telis.

43 Reliquus enim paralytici occurrebant, cœci in platea clamantes ſedebant, qui omnes tactu reliquiarum humeto viginti quinque cutati ſunt. Illud etiam adjiciendum putavi, quod ſeptem cœci illis diebus illuminati ſunt. Nihil autem ſine fide geſtum eſt. c Præterea mulierem longo poſt tempore contractam ſanavit.

ſanantur 43. paralytici, 7. cæci, c

mulier obtracta. d

44 d O virum imitabilem! O Præſulem laudabilem, pudicum, bonum, amabilem, virtutibus & miraculis ornatum! O virum inæſtimabilem, nec labore victum, nec morte vincendum, qui nec mori timuit, nec vivere recuſavit! O virum qui tres mortuos ſuſcitavit, cæcos illuminavit, & præclara miracula poſt obitum & ante geſſit: de cujus felici anima Martyrum plaudit caterva: Confeſſorum exultans gaudet chorea, Virginum etiam multitudo invitat gloriosa; quem Rex cœleſtis perenni ditat corona Jeſus Dominus noſter, cui ſit laus, honor, imperium cum æterno Patre & Spiritu ſancto per omnia ſecula ſeculorum Amen. AUCT. ANTIQUO, EX MSS. D

Epilogus; e

a *Hæc a poſteris adjuncta, nam quæ hactenus dedimus, ſcripta ſunt ab eo qui cum Heidilone Ep. vixit.*

b *Anno* 1164. *hinc incipit hiſtor. Translat. in MS. Tornacenſi monaſterii S. Martini, nobis Tornaco olim miſſa.*

c *In MS. Duynii hoc miraculum in fine præcedentis capitis collocatur, quaſi ante Translationem factum. In aliis MS. miracula ſupra relata hic miſſim narrantur.*

d *Hæc forſan ad præcedentem narrationem ſpectant.*

REVELATIO

Facta Henrico Tornacenſi Canonico,

Ex II. MSS. Tornacenſibus.

1 QUidam adoleſcens Concanonicus noſter, nomine Henricus, a Paſchali tempore, feria ſecunda, 11. Kal. Maii, veſpertina hora, jam iocombente nocte, ſolus forte per novam fabricam Eccleſiæ B. Mariæ ſine aliquo timore tranſibat; & ecce ſubito voces quaſdam, velut cum impetu terribiliter advenientis multitudinis audivit, totrem etiam flammeum ſuper ſe venientem vidit, ita ut particulam tunicæ ſuæ ac carnis ſub ea de brachio juxta pognum combuſſerit: ſtatimq; perterritus in terram cecidit, & continuo quaſi io extaſi raptus vidit quamplures ad ſe venieotes ſibique colloquentes, quos jam defunctos eſſe ſciebat, quoſque viventes cognoverat. Poſtea ei viſum eſt, quod eſſet in campo roſarum & liliorum floribus totiuſq; dulcedinis amœnitate repleto: in quo conſiſtens & præ nimia ſuavitate priorie terroris hortore effugato exhilaratus, & velut totus recreatus, & renovatus vidit quatuor albis veſtibus indutos cum candelabris ac thuribulis ad ſe venientes. Hos ſequebantur tres honorabiles viri Epiſcopalibus indumentis decorati, baculos Pontificales in manibus tenentes, mitras etiam aureas in capitibus portantes, in quibus uniuſcujuſque nomen ſcriptum continebatur. Nam in ejus mitra qui medius incedebat, ſcriptum erat: S. ELEUTHERIUS EPISCOPUS; in ejus qui ad dextram gradiebatur: B. ELIGIUS EPISCOPUS; in ejus qui ad ſiniſtram ſtabat: b S. AICHARIUS EPISCOPUS. Poſt eos vero ſequebatur Dominus Geraldus Presbyter, vir religioſus, veſte ſacerdotali indutus, qui fidelis procurator eleemoſynariæ S. Mariæ exiterat. *a* 1161. 21. *Aprilis* E *Facta Henrico Canonico revelatio* F *a* 55. *Eleutherio, Elio, Altheto,* b *Eleutherius, Elius, Altheus,*

2 Beatus itaque Eleutherius juveni appropinquans, quaſi blandiendo manipulum ſuum ſuper eum projecit; deinde librum vitæ ſuæ, quem in manu ſua geſtabat, ei oſtendit, & coram ſe legere præcepit, perlectumque ab eo recipiens in ſinu ſuo repoſuit, & ad locum, in quo prius ſteterat, rediit. Poſtea B. Eligius juveni appropinquavit, librum vitæ ſuæ obtulit; ſed juvenis eum ſibi ſatis notum eſſe dicens, legere noluit. Sanctus quoque Aicharius ei in dextra ſua ſcriptum oſtendit: In nomine Jeſu Domini per me mortuus reſuſcitatus eſt. Poſt hæc illi ordine, quo venerant, diſceſſerunt. *obtuſa Vita S. Eligii* & S. Eligii & miracu*lum S. Aicharii*

3 His ergo viſis adoleſcens de extaſi ad ſeipſum reverſus, de terra ſurrexit, & ad patris ſui domum rediens, tota nocte lectulo infirmus decubuit. Mane facto, aqua benedicta ſe aſpergi rogavit, ſicque recreatus particulam veſtis ſuæ combuſtam & carnem ſub ea liquefactam oſtendit, & ea his quæ viderat nonnulla retulit. Sequenti feria accerſito ſecreto c Willelmo Canonicorum Decano peccata ſua confeſſus eſt: *viſis ſi & vera adoſta* c

AUCT. COEVO, EX MSS.

acceptaque ab eo abſolutione, & pœnitentia injuncta, proxima Dominica Corpus Domini ſuſcepit. Quo perce-

A pto, mirum dicto, Viam B. Eleutherii, quam ante ſex dies in extaſi legerat, memoriæ revocatam, cunctis audientibus, ac ſi orationem Dominicam, curſim legere cœpit. Obſtupefacti reique novitate perculſi, convenimus, & multa ad invicem ſuper tam mirabili viſione conferre & conjicere cœpimus. Licet enim quidam adoleſcentem dictaudi & verificandi peritum dicerent hanc vitam potuiſſe componere; nos tamen ſcientiæ ejus non ignari, incerti eramus hujuſmodi dictaminis numquam eum aſſuetum fuiſſe: quamquam, etſi eam compoſuiſſet, nullo modo tamen eam ſine libro tam curſim memoriter & corde tenus totam legere valuiſſet.

Viam S. Eleutherii de memoria recitat.

d e f g h

3 Conſilio itaque cum religioſis viris habito, Domino magiſtro *d* Samſone Remorum Archiepiſcopo *e* Dominoque Bernardo Clarævallenſi Abbate, nec non *f* aliis Epiſcopis & Abbatibus, pro audiendis & diſcutiendis *g* libris Magiſtri Petri Abailardi *h* Octava Pentecoſtes cum Rege Francorum in Senonenſi urbe congregatis, viſionem iſtam ſcriptam tranſmiſimus. Illi nobis mandaverant, ut Divinæ voluntatis effectum deinceps expectaremus.

eo tpe. te Concilio Senonenſi enumeratur.

B 4 Et ecce poſt paucos dies præfatus juvenis quibuſdam ſignis prænoſcens B. Eleutherium rurſum ſibi manifeſtandum, ſummo mane peccata ſua confeſſus, Miſſam audit, Corpus Domini ſuſcepit: deinde ſecretarium, in quo ſancti viri feretrum poſitum erat, oraturus cum paucis ingreditur, dum ſubito ad terram cecidiſſe foris poſitis nunciatur. Ingrediuntur quamplures, cum quibus & nos ingredimur. Ingreſſi autem ſuper terram clauſis oculis ac ſi examinem jacentem conſpicimus, & admirantes finem rei exſpectamus. Et ecce poſt paululum eum S. Eleutherii elevationem legere audimus: & ad multa quæ interrogabamus, eum reſpondere admiramur. De extaſi vero reverſus, ea quæ legerat ſcripſit. Pro hac itaque viſione, quam videtamus, certiores facti de prima, cui nullus interfuerat, in commune Dominum rogabamus, ut ſi ex ipſo foret hæc viſio, manifeſtaretur etiam tertio.

In Senonenſi additiſſet elevationem corporis.

5 Necdum quadraginta dies tranſierant, & prædictus juvenis ſentiens tertiam viſionem citius affuturam, feria ſexta ante feſtum S. Laurentii rurſum mane peccata ſua confeſſus, & audita Miſſa Dominici corporis perceptione confirmatus, præfatum ſecretarium eum paucis oraturus ingreditur. Nec mora. Nos extra poſiti audientes eum cecidiſſe, accurrimus, videmuſque eum more ſolito clauſis oculis in terra velut examinem jacentem.

In 3 cognitis minoratis.

C Vix quarta pars horæ tranſiverat, & ecce audivimus eum legere quædam miracula S. Eleutherii: nobiſq; interrogantibus ſta penus eum reſpondere ad plurima.

6 Inter quæ palam prædixit quod Eccleſia Tornacenſis infra non multum tempus *i* proprium eſſet Epiſcopum habitura, & priſtinam dignitatem recepturæ. Primam quoque *k* conſtructionem civitatis Tornacenſis in libro B. Eleutherii legit, quam cordetenus retinens nobis ſcribendam, & legendam tradidit: quæ eum libro vitæ ejus ſcripta apud nos habetur.

prædicta ſuæ civitatis futura Tornacenſi.

i

k

a *Hoc anno Abbas S. Martini Tornaci ita hanc hiſtor. auſpicatur*: Cum Dominus Simon jam fere 24. annos Pontificatum geſſiſſet, nullamque omnino diminutionis ſuſpicionem habuiſſet, contigit, ut adoleſcens Canonicus S. Mariæ, nomine Henricus &c. *Hinc Cognatus l. 3. Hiſtor. Tornacenſi cap. 46. ubi hanc hiſtor. explicat, putat contigiſſe anno 1144. aut 1145. ſed characteres additi conſonunt. Annus ex controverſa de doctrina Petri Abailardi diſcutienda, ſolligi poteſt: cepit illa anno Chr. 1140. 43 anno ſequenti, ſyllo Lunæ & Solis 2. littera Dominicali E, fuit Paſcha celebratum 30. Mart. & ſer. 2. poſt Dominicam 3. iocidit in 11. Kal. Maij: qui characteres hic indicantur, & ſimul Conſil. Senonenſis tempus certum aſſignatur, ut ea ſequentibus patet. Cognatus tempus Paſchale male feſtos dies Paſchatis interpretatur.*

b *S. Aichadrus ſive Achatius, deceſſor S. Elogij in epiſcopatu Noviomenſi & Tornacenſi, floruit tempore Dagoberti I. Regis, celebratur 27. Novemb.*

c *Cognatus tradit eum poſſe eandem monaſterij Ord. Clarævallenſis Abbatem fuiſſe.*

d *Sedit Sampſon ab anno circ. 1118. ad 1126.*

e *Colitur S. Bernardus 20. Aug. Hujus ſtudiosa ad Innocent. Papam de erroribus Abailardi datur tomo 4. operum. De eodem controverſia agit Gaufridus l. 3. Vitæ ejuſdem S. Bernardi c. 5.*

f *S. Bernardus ep. 189. Convenerant, inquit, præter Epiſcopos & Abbates plurimi viri religioſi, & de civitatibus Magiſtri ſcholarium, & Clerici litterati multi, & Rex præſens erat: in quo ep. de Abailardo agit.*

g *Libri aliquot ejus retinet cum præfat. apologet. Franciſci Amboſij. & eatis Andreas Quercetanus; ubi multa de hac controverſia diſputantur, potiſſimum a pag. 1191.*

h *Anno 1141. non 1140 ut paſſim alii referunt. Otho Friſingenſis l. 7. de Rebus geſtis Frider. I. cap. 45. iteratam inſuper ac conſultationem: Sedente, inquit, in Urbe Innocentio, in Francia vero Ludovico ſemoris Ludovico filio regnante, Petrus Abælardus ab Epiſcopis Abbatesque Bertardo denuo ad mediantiam apud Senonas evocatur, præſentibus Ludovico Rege, Theobaldoque Palatino Comite, & aliis nobilibus de populoque innumeris &c. Mortuus eſt Innocentius, hujus nominis 2. 24. Sept. anno 1143. Hinc etiam patet a Cognato non poſſe hanc revelationem referri ad an. 1144. aut 1145.*

i *Hæc infra in Vita per Guibertum n. 32. narrantur.*

k *Forte ſequentia a poſteris adjuncta. De eaedio urbis Tornacenſis quædam in Vita per Guibertum fabuloſa narrantur.*

D E

VITA III.

Auctore Guiberto Ord. Minorum,

Ex Bibliotheca Patrum & MS.

PROLOGUS.

a 1 REverendo Patri ac Domino *a* Joanni, Dei gratia venerabili Tornacenſi Epiſcopo, Guibertus, origine Tornacenſis, profeſſione Minor, merito minimus, *b* ſpiritu conſilii tam ſapienter armari, quam viriliter animari.

b

Petiſtis, Domine Reverende, ut actus & præconia glorioſi confeſſoris Chriſti Eleutherii vel ordioare debeam, vel diligentiori lima, vel meliore ſtylo præſentibus & poſteris explanare. Pia petitio, per quam ætas poſtrima tanti Paſtoris concelebrando perpetuet ſanctitatem, & generatio præſens ejus inhærendo veſtigiis, amplius inflammetur ad Dei & proximi caritatem. Hi ſunt cibi, quos in navalibus Patrum eſſe ſacra Pagina proteſtatur, dum Sanctorum exemplis poſteritas informatur. Novit petitionis iſtius originem ex gloria Chriſti, qua mirificatur in Sanctis; ex gratia ſpeciali, qua veſtræ civitatis Antiſtitem & Patronum ſincerius in Chriſto diligitis; ex providentia paſtorali, qua Clero veſtro conſulitis; ex benevolentia ſingulari, quam talis & tantus ad me homunculum tantillum & pene nullum oſtenditis, derivati. Quare me quaſi compellitis aut garrire nænias, aut potius inepire. Ego igitur dum in capite memetipſum introrſum metior, pec ineertos affectus diſtrahor & deducor. Nam inter ſollicitudines continuas lectionum & inter labyrinthos inegreſſibiles quæſtionum, ſermonum paradigmata, conſiliorum axiomata, quibus immergor & alteror aſſidue, durum mihi ſcribere, durius tantæ dignitatis imperio contraire. Nam preces veſtras cur imperium non appellem?

F

Auctor Plutum S. Eutherii ſcribit ad inſtitutionem aliorum. Prov. 13. 20.

Non quia nudato ſupplicat enſe potens,

Sed

ſegetus ab Epiſcopo Tornacenſi ſe ſanguinoſo ſtylo

A Sed quia dudum inita familiaritas, concivilitatis identitas, patria, parentela, ſanguinis & affinitatis propinquitas, & cetera id genus, quæ ad reverentiam conciliant, vel concibaram continuator, exigunt & requirunt, ut veſtræ voluntatis affectum, veſtri affectus appetens beneplacitum cenſere debeam imperium & præceptum. Hoc autem exequendum utilius petereris a perſonis pluribus ætate grandævis, fide elaris, opere vulgatis, ore promptis, memoria tenacibus, omni denique ſublimium meritorum dote potioribus, quos habetis ad manus tam de veſtrorum Canonicorum numero, quam de veſtræ diœceſeos diverſis collegiis monachorum. Eatlis enim eloquii mei mediocritas tenues admodum fruges parit, & ad tanri confeſſoris gloriam exprimendam, nullis fecundi ceſpitis fructibus ingraveſcit. Ego igitur & fraudatus rempore, & occupatus animo, cui magis eſt humilitas appetitui, quam verborum urbanitas voluptati, vel hiſtorica narratio conſuetudini; facio, quod juberis, offerens fertem vitæ ſancti Pontificis, & officium cum ſuis appendiciis, ſicut ex parte veſtra rogatus fucram, mitto vobis, & ut apertius tenor paginæ videatur, ſub certis, ſi placet, c titulis diſtinguatur.

tenuitatem ingenii ex-poſui.

c

B a *Walbero Epiſcopo 26. Novembris 1261. mortuo ſucceſſit Joannes Buchinum, vita functus 25. Febr. anni 1266.*

b *Sequentia deſunt in exemplo: eorum q. loco habentur* SAL.

c *Hos hic ſubjungimus, ac margini dein unda capita adſcribimus, ceterum more noſtro diſtinguimus. In hac ergo capita auctor diſtinxerat).*

Cap. 1. De origine civitatis Tornacenſis.
Cap. 2. De adventu & prædicatione B. Piati apud Tornacum.
Cap. 3. De reliquiis & ſemine B. Piati & ortu B. Eleutherii.
Cap. 4. De bona indole B. Eleutherii.
Cap. 5. De proſcriptione fidelium ac B. Eleutherii a Tornaco.
Cap. 6. De promotione B. Eleutherii in Epiſcopum Tornacenſem.
Cap. 7. De Blanda, quæ ſollicitavit Epiſcopum, & de morte et reſuſcitatione ipſius.
Cap. 8. De modo converſionis populi Tornacenſis ad fidem per B. Eleutherium.
Cap. 9. De miraculis factis illo tempore per B. Eleutherium.
Cap. 10. De miraculis factis in oſtenſione Reliquiarum ſanctarum cum Roma rediiſſet Sanctus.
Cap. 11. De conflictu quem habuit cum hæreticis.
Cap. 12. De inſidiis & plagis Sancto per hæreticos illatis.
Cap. 13. De verbis & exhortationibus ejus ultimis.
Cap. 14. De Sathana, quem vidit adſtantem, poſitus in extremis.
Cap. 15. De muliere cæca & muta per ipſum illuminata & curata.
Cap. 16. De reſtitutione Sedis Epiſcopalis.
Cap. 17. De revelatione B. Eleutherii et morte Theclæ.
Cap. 18. De reſuſcitatione filii viduæ.
Ca. 19. De morte multeris & ſuſcitatione juvenis in eadem ſolcunitate.
C Cap. 20. De aliis miraculis eodem die factis.
Cap. 21. De ligamine S. Fetioli viſitantis ſepulchrum Sancti.
Cap. 22. De ſalutione ejuſdem per B. Eleutherium & morte Tribuni.
Cap. 23. De ſuſcitatione Tribuni.
Cap. 24. De relatione corporis a Blandinio Tarnacum.

CAPUT I.

Fabuloſa origo urbis Tornacenſis. Fides Chriſti a S. Piato illata.

CAP. I. 2 RECenſentes diligentius eoſmographias & chronica temporum, gentium hiſtorias & annales, Tornacum Galliæ Belgicæ legimus antiquiſſimam & notiſſimam civitatem, quæ potentia, nobilitate, gloria, ſuper alias ſibi finitimas ſingularem vendicat dignitatem: quæ *a* mari contermina, dulcibus aquis irrigua, frugibus copioſa, diviriis & deliciis eſt referta. Cujus ager diffuſus in ſilvis, pictus in praris, periculoſus eſt in paſtoribus, & in paſcuis pecoroſus. Cujus fluvius, Scalda dictus, ipſam alluens & confluens, Galliam dividit & Germaniam, poteſtatem videlicet imperialem & regalé.

a b Tornacum urbs antiqua.

5 Hanc ſiquidem civitatem Priſcus *d* Tarquinius Romanorum Rea quintus a Romulo, decimo regni ſui anno per Romanos ædificaſſe legitur, & ſumptuoſis conſurgens ædificiis Alterius-Romæ nomine cenſebatur. Anno ſiquidem *e* ceteſimo quadrageſimo tertio ab Urbe condita civitatis ejuſdem ædificata ſunt fundamenta, circa tempus illud quo ſacroſanctum Domini templum a Chaldæis ſuccenſum eſt, & Hieruſalem civitas ſancta per Nabuchodonoſor eſt everſa. In diebus illis tranſmigravit Ezechiel, & Rex Joachim legitur captivatus, & Romanorum Rex Tarquinius interemptus. Succeſſit eidem *f* Servius, qui Minorem-Romam, quæ nunc Tornacum dicitur, ſuper centum viginti quinque civitates vel oppida ſublimavit; ut ea iis cenſus & tributa colligeret, quæ Romanis poſtmodum deſtinaret. Sed inſolens facta præ multitudine virium, anno 24. Servii Regis deſiit ab impendiis triburorum, & ſic annis 40. ab ejus conſtitutione dicta civitas quievit in pace. Sed Romani miſſis legionibus in rebelles prælium ſuſcitant, & poſt plurimos hinc inde congreſſus anno Servii trigeſimo quarto ſub onere tributorum priſtino rependendo cum Romanis pacem ſibi conciliant & reformant. Nec amplius dicta eſt Secunda-Roma, ſed Hoſtilis civitas appellata eſt. Sed labente tempore cum regnaret *g* Artaxerxes, qui regnum deſtruxit Ægypti, civitas Hoſtilis deſtructa eſt, & Eleazaro principante Judæis, viceſimo ſexto *h* Ptolemæi Regis anno reædificata, Nervius appellata eſt. Prius Altera-Roma pro gloriæ dignitate, ſecundo civitas-Hoſtilis a fortitudine, tertio Nervius a *i* Servio Romanorum Rege: ſed prima littera mutabatur, ne fortaſſe ſervitutis elogio notaretur.

AUCT. GUIDERTO.

D

c d

e

fugiens a Tarquinio Priſco Romanorum regno

f

a Servio Tullio propoſita 120. ſtadiorum

E

g poſtea deſtructa,

g

i

i

3 Cum autem procedente ſpatio temporis *k* Julius Cæſar ad obtinendam Galliam mitteretur, & in bellorum exercitiis occupatus per decennium moraretur,

k tempore Jul. Cæſ.

Quem tenuit geminis bellantem Gallia luſtris;

tandem de Gallia triumphavit, qui barbaras nationes & indomitas ſublimavit. Nam

---- Cappadoces Cilicaſq; feros Tauroſque ſubegit,
Quem domitus cognovit Arabs, & dedita ſacris
Incerti Judæa Dei.

& ut egregius ille hiſtoriographus ait: Ejus poſt multam ſanguinis fuſionem paruit Gallia dictioni:

Lucan.

nimiumque rebellis.

Nervius, & cæſi pollutus ſanguine coctæ.

Sicut manifeſtius legitur in ſecundo libro Julii Cæſaris, qui inſcribitur belli Gallici a ſe confecti. Iiſdem vero temporibus *l* Turnus Rex Nerviorum populo præfuit: a quo civitas Tornacus nomen accepit. Quia ſicut Turnus contra Æneam, ſic iſte contra Julium fortiter dimicavit.

l habuiſſe Turnum Regem,

F

Poſt mortem Julii Cæſaris, regnante Auguſto Cæſare, anno imperii ejus quadrageſimo ſecundo, anno ab Orbe condito quinquies milleſimo ceteſimo nonageſimo nono, & ab Urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo, & a prima conditione *m* Tornaci quingeteſimo nonageſimo fere tertio, Dominus Jeſus Chriſtus in Bethleem de Virgine naſcitur, & ſecundo *n* Neronis anno (videlicet circa annum ab Incarnatione Domini quinquageſimum) a Romanis Tornacenſis civitas a reſtauratur.

CAP. II.

m

n & ſub Neronis reſtituta,

a

4 Cucurrerunt Apoſtoli, tam vitæ prodigi quam laboris, ad exteras nationes: Chriſtum ubique terrarum diſſeminant: diſſeminatus germinat viros catholicos & fideles. Et dum ſecundum Prophetam implent faciem orbis ſeminc, purgantur zizania vitiorum; fruges exuberant morum & fidei diſciplinæ. Succeſſerunt poſt Apoſtolos Martyres, Confeſſores temporibus opportunis mundi tenebras illuminantes, radiis veritatis fulgentibus. Sic enim ad illuminandam noctem vitæ præſentis aſtra quæque ſuis viribus in cœli faciem veniunt, donec in matutino luciferum homi-

Iſai. 27. & Poſt Apoſtolos

AUCT. GUIBERTO.

nere effulgere cernunt. Nocturnum etenim ſpatium dum deſcendentium ſuccedentiumq; ſtellarum cutibus illuſtratur, magno cœli decore peragitur; ſic certe donec in matutino gloriæ lucifer verus appareat, ooa militantis Eccleſiæ ſibi ſuccedentibus erudita Doctoribus rutilat & coruſcat. Pro patribus ergo nati ſunt filii, viri ſcilicet Apoſtolici, qui ſapientiæ luce perfuſi, & fidei fervore ſuccenſi, diverſa mundi climata ſunt ſortiti. Nam ſicut Thomas ſortitus eſt Parthos, Matthæus Æthiopes, Bartholomæus citeriorem Indiam, Andreas Scythiam, Joannes Aſiam, Petrus Pontum, Galatiam, & ceteri cetetas illuſtravere provincias, ſic poſtmodum Pariſienſem populum *p* Dionyſius cũ ſociis adiit, Lucianus Beluacenſem ceperunt, Ambianenſem Quintianus, Sueſſionẽſem Criſpinus & Criſpinianus; Piatus vero populum Tornacenſem. Qui cum eſſet nobilis genere, ſed nobilior fide, Beneventanus origine, prædicator officio, dulcis eloquio, Martyr deſiderio, ſed Apoſtolus zelo, gentes indomitas & inculcas poſt multam prædicationis inſtantiam convertit ad fidei diſciplinam. Regnantibus autem Diocletiano & Maximiano, poſt multa genera tormentorum, tandem præciſione capitis in eodem territorio Tornacenſi meruit obtinere deſideratum diutius bravium & coronam, relinquens poſt ejus martyrium filios & nepotes, quos per Evangelium in Chriſto genitos ſuæ reddidit gloriæ participes, & fidei catholicæ confeſſores.

ſecuti viri Apoſtolici,

p an hic S. Piatus Tornacenſis et Chriſtum annunciavit,

ſub Diocletiano Martyr,

a *Finibus diœceſis ultra Rengas ad mare uſq; ſitus protenſi.*

b *Scaldis fluvii præcipue, qui urbem fecat.*

c *Hinc initium duxit fabulis de origine Tornacenſi, quæ ipſis Tornacenſibus olim in deliciis erant, ſed modo tam obſoletis quã extorris reputantur. Eas fabulas revelationi Henrici Canon. ut aliquam veri ſpeciem præ ſe ferrent, appoſitas fuiſſe diximus.*

d *An hunc odo latum imperium, ac poſtea Julio Cæſare, qui Romanor. primus in Belgicam arma intulit? Anguſtis adhuc terminis regnum Romanor. ſub Tarquinio concluſum.*

e *Anno urbis condit. 140. cœpit Tarquin. regnare, ad ann. uſq; 177. cujus regni tempore Judæi in captivitatem abducti ſunt.*

f *Servius regnavit ab anno U.C. 177. ad 221. ſed intra regni Tarquinii limites.*

g *Artaxerxes bellum in Ægyptum movit anno 2. Olympiadis 101. U.C. 379.*

h *Ptolemæo Philometore regnante, ab Antiocho Epiphane Rege Syriæ victi ſunt Eleazarus & 7. fratres Machabæi circa ann. U.C. 526. & 165. ante Chriſtum natum.*

i *Sed annis 380. & amplius poſt obitum Servii.*

k *Anno U.C. 696. Gallicam provinciam obtinuit, at ſequenti demum Nervios, quibus Guiberto errore tum recepta annumerat Tornacenſem.*

l *Et hæc anilis fabula Tornacenſium eſt, cujus nullum apud Jul. Cæſarem veſtigium.*

m *Hanc ferunt annos, quorum ne vel unicus vellet ordinatur, vetuſtate nolumne, quod a plurimis viris eruditis factum.*

n *Q. Aſinio Marcello & M. Acilio Aviola Coſſ. ſive anno Æræ Chriſtianæ 54. mortuus Claudius Imperator ſucceſſit Nero.*

o *Acta S. Piati tum primo tenditam tradunt urbem Tornacum.*

p *Colunntur hi Galliarum Apoſtoli, Dionyſius 9. Octob. Lucianus 8. Jan. Quintianus 31. Octobr. Criſpinus & Criſpinianus 25. Octobr. De eorum adventu nonnulla diximus ad Vitam S. Luciani §. 2.*

CAPUT II.

S. Eleutherii ortus, educatio, exilium, epiſcopatus.

CAP. II.

1 IGitur poſt hujus venerabilis Beati Patris exceſſum, procedente tempore, ſed vitio ſuccedente, gente multiplicata, ſed non magnificata lætitia, magna pars populi Tornacenſis revertitur ut canis ad vomitum, & veritatis deficiente doctrina, & recrudeſcit infidelitas & peccatum. Et quoniam cum ſenio delicta nullatenus moriuntur, nec ſcelera temporibus obruuntur, nec oblivione facinus ſepelitur; mutatus eſt ſtatus optimus, periit in Tornaco plurimorum fides, ſicut ſcriptum eſt, cœpit populus abire per ſordes. Nam omnis arbor eradicabitur, quæ a Patre cœleſti (qui ſolus incrementum vegetabilibus myſticis tribuit) non plantatur: ergo ramis ſucciſis, ſolus excuſſis, fructibus ſq; diſpectis ſacciſa eſt arbor typica Danielis intuitum, ut fugerent volucres in ramorum cacuminibus habitantes. Succiſa eſt, non ſimpliciter euſtirpata, quia germen radicum ipſius perſeveravit, & pullulavit in terra. Nam cum eſſet civitas idololatriæ ludibrio proſtituta, vitiorum ſpinis obſita, repertus eſt in ea vir ſapiens, fide conſpicuus, doctrinæ Piati ſectator præcipuus, nomine Hirenæus. Hic dum ſuos poſteros informavit ad fidem, ſua ſapientia liberavit a crimine civitatem. Iſte eſt Hirenæus, qui confeſſus publice Chriſtum, ſuſcepto *4* martyrio migravit feliciter ad triumphum.

Jeruſ. Hiſtor. nens;

Jeter impios moliplicatos,

Oſea 5. 11.

4

2 Hic *b* filium re ac nomine Serenum genuit, qui divitiarum gloria, parentum potentia, veritatis ſapientia, pietatis affluentia plenus fuit. Hujus uxor Blanda tam vero quam proprio nomine vocabatar, ut putares quia cordis ſerenitas, & ſermonis ſuavitas quodam ſpirituali conjugio dicarentur. Et quia arbor bona fructum bonum ex ſe producit, & quod patrem viderit facientem, filius idem facit; declinantes aliquantiſper ad veſperam ſenectutis, dum ob cultum fidei propagandum vacant officiu copulæ conjugalis, divino munere ſuſcipiunt hæredem, tam bonorum ſuorum quam pietatis ac fidei ſucceſſorem. Filium autem jam in Chriſto renatum, & de ſacro fonte ſuſceptum, Eleutherium vocant, & quod eſſet futurus ornamentum ſeculi, quaſi nominis *c* interpretatione præſagiunt & deſignant. Nonne jam revocata videri poterat illa prædicta per Angelum futura lætitia, cum Joannes natus eſt de juſtis patentibus, & ætate provectis Eliſabeth & Zacharia? *d* Regnantibus ergo Valentiniano & Marciano Imperatoribus puer Eleutherius Tornaci naſcitur, loco ſcilicet oppidano.

b

ex rejus filio Serenus, & Blanda S. Eleutherium noſtrum.

c

Luc. 1.

d

3 Puer autem Magiſtris traditus litteris imbuendus, adoleſcebat in gratia, creſcebat in ſapientia: Creatori caritatis ardorem, ſibi caſtitatis decorem, proximis humilitatis bonorem ſedulus exhibebat: corde pius, ore ſobrius, opere ſtrenuus, vultu verecundus, geſtu maturus, affectu devotus, affatu benevolus, veſtitu modeſtus, gratioſus in omnibus apparebat. Tantam in ſe demonſtrans ſpeciem honeſtatis, ut in exterioris diſpoſitione hominis legi poſſet interioris habitus gratiæ & virtutis. Sic enim in exterioris domus veſtibulo conjicitur facile bonitas interior, quæ latet in domo. Inde eſt, quod Medardus, futurus poſtmodum Noviomenſis Epiſcopus, ſpiritu prophetiæ præventus, eumdem fore prædixit Epiſcopum Tornacenſem, cum adhuc idem Eleutherius in ſcholis poſitus ætatem ageret puerilem.

CAP. IV.

tam ſtudioſa eximiorum in illo,

a S. Medardo prædicitur in Epiſcopum aſſumendus,

b

4 Sed & hoc multum ejus laudibus proficit, quod inter malos, puer bonæ indolis fuit. Sicut enim gravioris culpæ eſt, inter bonos bonum non eſſe, ſic majoris eſt præconii inter malos etiam bonum eſſe. Inde Job magnus eſt fertur laudibus, quia ſtarer fuit dracouum & ſocius ſtruthionum. Et de Loth dicitur, quoniam aſpectu & auditu juſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animum juſti iniquis operibus cruciabant. Sic Sanctus iſte, in nationis pravę & perverſæ medio, ſicut luminare lucebat in mundo, ſicut ſcriptum eſt in amoris Cantico: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Spina eſt inter ſpinas, inter inquietos inquietus, lilium inter lilia, inter indiſciplinatos pacificus; ſpina inter lilia, Saul inter Prophetas: ſed cum iis qui oderunt pacem erat pacificus, & ſic lilium inter ſpinas.

Job 30. 29.

1. Pet. 2. 8. *eloqui de eorum latere malos.*

Cant. 2. 2.

5 Factum eſt autem in diebus illis, ut Tribunus e Scandinenſis, qui & Tornacenſi præerat civitati, congregatis ſenioribus populi, cum effœnata multitudine paganiſmi decerneret io commuui, ut ſine delectu conditionis aut ſexus indifferenter omnes fidei Chriſtianæ cultores ab urbe Tornaco cum iguominia pellerentur,

CAP. V.

A & ſuis omnino poſſeſſionibus privareotur. Propelluntur igitur ad injuriam Chriſti Serenus & Blanda & unicus eorum filius Eleutherius ab urbe Tornaci, propriis ondati poſſeſſionibus, deſtituti præſidiis & gloria temporali. Sed virtutis exercitium, quod latuerat in proſperitate, magis ac magis innotuit in adverſitate. Sic enim unguenta redolere latius neſciunt niſi commota: ſic aromata *f* fragrantiam non expandunt, niſi fuerint igne ſuccenſa: ſic grani ſinapis virtus nequaquam cognoſcitur, niſi theca valide conteratur; non contritum leve eſt, contritum amplius inardeſcit & acrimoniam lateotis energiæ vehementer oſtendit. Sic in perſecutione virtus aoimi declaratur: ſic quod latebat in parentibus & filio, luculeotius aperitur. Unde alia littera dicit: In die mandavit Domious miſericordiam ſuam, *g* & in nocte declaravit. Donum enim Dei gratuitum, quod in tempore fereotatis infunditur, in tribulationibus declaratur. Sed quid paleis ad triticum? Dicit Dominus.

ob fidem expellitur ab urbe cum perentibus

f

Pſal. 41. 9.

g

Jerem. 23. 28.

10 Ut igitur diſiungerentur & locis, qui diſiungebantur & actibus, mota eſt perſecutio quaſi ventus. Et ſicut invaleſcente ventorum turbine ventilatis paleis, & adulteriinis gravis, & vacuis jamjam rejectis, poſt regyrationes multiplices grana ſolida conglobantur ad invi-

B cem, ut unius maſſæ quamdam inſeparabilem faciant portionem, *h* ſic a civitate regia eliminati Chriſticolæ & fideles, non diviſi ſed uniti, non contriti ſed exciti, vividius glomerantur ad Eleutherium & parentes: & in loco, qui Blandiorum appellatur, baſilicam in honore B. Petri conſtruunt & ædificant: ubi ad Serenum multi Gentilium familiaritatis antiquæ gratia, necnon & promeritorum ejus excellentia confluentes, relicto Gentilitatis errore, reoati fonte baptiſmatis, idololatriæ ſordes abiiciont, Cetholicæ fidei cultum ſuſcipiunt, ritum mutant.

h

Blandial habitat:

Cap. 6.

11 Reſulgente jam ſole, qui prius erat in nubilo, ſerenitas aſpiravit, cœtu fidelium in Eccleſia congregato. Gratulabatur cœtus fidelium orthodoxorum: videbantur redniſſe tempora Prophetarum, cum ſub Zorobabel

h Eſdr. 3.

reædificaretur templum. Quin imo jucunda nos imaginatio protrahit ad Machabæorum conſideranda tempora, cum Machabæi fratres ſuos diſperſos revocant, leges lapſas erigunt, renovant cæremonias, mundant ſacra, damna longæ deſolationis eximio virtutis compendio redimentes. Recolamus Eccleſiæ naſcentis infantiam, pauperum Chriſti ſtatum, videbimus conſimilem

C humilitatis modulum, a quo ſumpſit Eccleſia Tornacenſis exordium & progreſſum. Non de lateribus ejus arvioa pendebat, quando nullus proprium aliquid aſſerebat. Sed ne plebs humilis velut acephala per licentiæ campos vaga, vel *i* tetre per hæreſes dyſcola periculis ſubderetur, Theodorus in primum Epiſcopum Tornacenſem a paucis fidelibus confirmatur. Sed *k* roterit divino percuſſus ſpiculo, pancorum dierum tempore evoluto. Sic per apoſtaſiæ vitium primus Angelus corruit: ſic Saul primus Hebræorum Rex propter peccatum inobedientiæ reprobatus fuit: ſic primus Epiſcopus Tornacenſis ultione divina percellitur, ut ſecundum Sapientis eloquium peſtilente mulctato parvulus ſapientior habeatur. Nam cum exiguo concedatur miſericordia, potentes potenter ſupplicia patieotur. Sed qui ſedes ſuperborum everut, & humiles pro eiſdem conſtituit, Eleutherium in Epiſcopum eligi procuravit, & ejus electione confirmata per *l* Summum Pontificem, gratuito conſecratus eſt in Epiſcopum Tornacenſem poſt Theodorum. *m*

Theodoro primo Epiſcopo mortuo,

i

k

1. Reg. 15.

Prov. 19. 25.

ſucceſſor eligitur.

l

m

a *Martyrium filens Alla haſſenus data. Illud inſuitur in Vita ultima.*

b *Pronepotem appellat eadem Vita.*

c *Ἐνσεβὴς ingenuus, generoſus, liberalis.*

d *Mortui ſunt Valentinianus an. 451. Marcianus anno 457. Non ſunt appoſita nomina Imperatorum in mſſ. aut aliis Actis, uti neque Franci antiqui ſolebant. Natus eſt S. Eleutherius anno 456.* AUCT. GUIBERTO.

c *Excuſum*, Scandienſis: *alibi* Scaudinienſis & Scaldinienſis, *ad Scaldim fluvium.* D

f *Excuſum*, fragantiæ non extenduur.

g *Editio vulgata*, & in nocte canticum ejus.

h *Reperiuntur in excuſo hæc verba ante poſita.* Ut igitur diſiungerentur & locis, qui diſiungebantur & actibus, mota eſt perſecutio in Chriſtianos. *Deſunt in mſſ.*

i *Excuſum*, terræ.

k *Paſſim fulmine percuſſum, & ob ſuperbiam, volunt. Aliqui laudant, Conullius ait tradi etiam Martyrem obiiſſe.*

l *In aliis Actis Romam profectus dicitur.*

m *Anno 487.*

CAPUT III.

Mortua a S. Eleutherio reſuſcitata: muti, claudus, leproſus ſanati: Tornacenſes ad fidem converſi. Peccatum Chlodoveo Regi indicatum.

Cap. 7.

12 SUblimatus Eleutherius infula Paſtorali, bonis operibus implevit Pontificem, cujus officium mereri magis ſtuduerat quam mercari, vivens ordinabiliter E ſibi, ſocialiter proximo, ſed humiliter in præſentia Creatoris: compoſitus ad mores, fervidus in dilectione, manſuetus in ſocietate, ſtabilis in promiſſo, fortis ad patieotiam, peonus ad concordiam, rigidus ad cenſuram. Erat enim in judiciis rectus, in jubeodo diſcretus, in diſpenſatione induſtrius, in agendo ſtrenuus, in auaiiando ſollicitus, in conſiliis fidus, in reſponſionibus circumſpectus. Qui dum oratione ſua reficeret quadam *a* vice ſpiritum, ecce veſana quædam Tribuni filia Scaodinenſis, quæ latenter eum dilcaerat, ab antiquo veaata ſpiritu libidinis, opportuoitatem nacta ſolitudinis, verecundiæ tollens ſignaculum, irruit in ſecretum locum, interrumpit illud divinum alloquium. Pro pudor! Fatetur affectum, petit concubitum, turbat in Pontifice pectoris ſabbatiſmum. Sed ecce alter Joſeph, qui relicto pallio fugit, & egreſſus eſt foras, relinquens fœminæ veſtem, ne reliuqueret caſtitatem. At illa protecta pallio, poſtquam eam ſalubriter Pontifex ſanctus admonuit & corripuit, ſpiritum exhalavit.

provocatur ad precesſ a filia Tribuni.

a

mox mortua fuisse

13 Audiens Tribunus filiæ miſerabilem obitum obſtupeſcit. Sed ſi Chriſti fidem verocorde profiteri volnerit, B. Eleutherius de Divina confiſus miſericordia, ſuſcitandam ejus filiam repromittit. Annuit pater, & celebratis ea more Miſſarum ſolenniis, terram Sanctus baculo perentit paſtorali: & dum patri fidem facere ſuper promiſſo nititur, factus eſt terræ motus horribilis. Quid plura? Patris iofidelitas certis indiciis aperitur. Pernoctans igitur Sanctus in oratione, mane cœptum aggreditur. Sed iterato terræmotu patris iufidelitas confirmatur. Qui compunctus ad tempus tertio redit, pedibus Pontificis ſe proſtravit, reatum aperit, fictionem oſtendit, recipit filiam in Chriſti nomine per B. Eleutherium ſuſcitatam. Quæ catechizata fidei rudimentis, ſexque dierum purgata jejunio, regeneratur in Chriſto; quam Blanda venerabilis mater Epiſcopi de ſacro fonte ſuſcepit, Blandæ nomeo eidem impoſuit. Quæ Tribuni filia poſtmodum Blandinio uomen dedit. Hanc pater ad infidelitatem rediens, multis affecit moleſtiis eo quod eſſet fidelis. Sed Virgo Chriſtum lucrifaciens, patris *b* abdicatione ereptum ſibi patrimonium parvipendens, perſeverans in fide, *c* quievit in pace. Sepulta io villa Blaudini pridie *d* Kalend. Junii ante B. Petri ſacrarium & altare.

parvo poſt vocillatione-num

F

ad fidem converſa, vocatur Blandinia,

poſtea mortuam;

b

c d

14 Volens autem Dominus generare ſibi populum ſubſtantiuum, corripuit Tornacenſes peſte mortis ſubitæ, qua pereuſſit ibidem aliquos Paganorum. Latebant vulnerum ſigna, neſciebatur effectuum cauſſa: ſentiebatur funerum pœna, quærebatur ineffica medicina. Nam

Cap. 8.

captus & diu vexatus

qua-

AUCT. GUIBERTO.

quodam noctis crepuſculo cum armis Blandinium pergunt, Sanctum orantem inveniunt, catenis vinciunt, A Cenſornio Caſiri Trino ſiſtunt, ter virgis cæſum incarcerant, & recludunt. Sed eadem nocte viſitans eum Angelus, eidem aſſiſtit, fores carceris aperit, viam qua Blandinium pergat, oſtendit, vincula diſtumpit, vinctum eduxit.

ab Angelo liberatur

15 Eductus gratiſs agit, & diem poſtmodum Miſſarum vacat ſolemnis, factus in extaſi, poſitus in exceſſu mentis, obſecrat pro Tributo, Deum precibus ſollicitat pro ſalute populi Tornacenſis. Conſtitutus eſt in illa mentis affectione, & caperta paucis orationis dulcedine, quæ ſenſum humanum omnino tranſcendit, quam nec ſonus vocis, nec linguæ motus, nec enuntiatio verborum ullu diſtinguit: ſed quam devota mens infuſione cœleſtis illuſtrata luminis, Angelicis non humanis deſignat eloquiis, ſed conglobatis in unum ſenſibus, & mortificatis affectibus, velut de quodam fonte copioſiſſimo ubertim effundit. Quam dum offert ſanctus Pontifex in miniſterium holocauſti, ſtatim tefert e aerium in ſignum muneris impetrati. Nam promiſſione mea certificatur Angelica, quod ejus oratio eſt exaudita.

orat pro conſervatione Tributi & Tornacenſium.

e ab Angelo intelligit orationem exaudiri

16 Ergo quia per omne flagellum Hieruſalem eruditur, & per veaationem intellectus acies aperitur; moa B ſuper Paganos manus Domini peſtem exaggeratis aggravatur. Prodire non poſſunt in publicum: cogunturque dæmonia negare reſponſum: finaliter decernunt Gentiles Tributum occidere, ſi non in omnibus voluerit Eleutherio conſentire. Qui venientes ad Sanctum, lacrymis ſuſis, proſtetnunt ſe pedibus ſancti Pontificis. Implctum eſt illud Iſaiæ vaticinium: Venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te, & qui detrahebant tibi, adorabunt veſtigia pedum tuorum. Poſt hæc indicto ſeptem dierum ſolemni jejunio, die octava Tributus & populus indoti ſaccis, eacunt de Tornaco. Quos numero ſignatorum & electorum Sanctus adſcribit charactere baptiſmatis, & fidei ſacramentu. Nam volentes de tenebris proſilire ad lucem, & amplecti ſuaviſſimam Chriſti legem, ſuæ converſionis primitias baptiſmali lavacro neceſſe eſt conſecrari: quatenus in novam animæ innocentiam & vitæ infantiam renaſcantur in aquis regenerationis depoſitu veruſtate peccati. Celebrata eſt ergo cum gaudio dies illa ſolemnis quinto Calendas Octobris, cum a Gentilitatis errore per Eleutherium converſus eſt ad fidem Catholicam populus Tornacenſis. Hæc eſt dies, quam nulla debet delere oblivio, ſed exuberare vox laudis & gratiarum actio; cum tam indignatione quam miſeratione converſa eſt tanta populi multitudo C modo miraculi & ſtupendo, ſicut ſcriptum eſt: In indignatione mea percuſſi te: & in reconciliatione mea miſertus ſum tui. Sanctos ergo Pontifex poſt hæc ingrediatur cum gloria civitatem, quem populus univerſus excepit cum debita reverentia ſicut patriæ defenſorem.

populum ab peſtem homicidii ſuſcepit, Iſai. 60. 14.

baptizat.

Iſai. 60. 10

Et autem in gratia

17 Latuerat diu lucerna ſub modo, quæ jam poſita ſuper candelabrum cœpit amplius illuſtrare domum. Nam dum expe Paſtoris præſentia populus gratulabatur, creſcit amplius exultationis materia, quia *f* cæcus adductus ad Pontificem illuſtratur: & infuſa ſibi luce fi ſer *g* cæcitas interior emundatur. Cæcum etiam alium, nomine Mantilium, in die Dominici Natalis illuminat, qui deſtitutus temporali ſtipendio, deſolatus ductoris ſuffragio, petens eleemoſynam in eccleſia mendicabat. Increpatur ut taceat a prætereuntibus: miſero compatiens Sanctus exco, propoſita cæci illius Evangelici parabola, qui rogatus ut taceret, clamabat amplius, ſigno Crucis oculis ejus impreſſo, reſtituit ei viſum: & die quo lux vera venit in mundum ad illuminandum omnem hominem, Sanctus, qui teſtimonium perhibebat de lumine, oculos cæci aperuit, ut cæterius perderet cæcitatem, & interius agnoſceret veritatem. Clau-

Cap. 9.

dum etiam a nativitate Sanctus b virtuti reſtituit pro- D greſſive.

b

18 Peritius quidam nomine, lepra pereuſſus, & velut abominabilis ab omnibus eſt contemptus. Hic jacebat ad januam eccleſiæ, quæ tunc temporis dicebatur Mautilia, præſtolans electum Dei Pontificem, ut ab eo ſacra- *& leprâ* mentum regenerationis acciperet, quem expectaverat *baptizatus.* per dies circiter quadraginta. Quem Sanctus aſpiciens, & compatiens regeneravit unda baptiſmatis, & carni contulit beneficium integræ ſanitatis. Qui gratia ſanctitatis effulgens, a B. Medardo poſtmodum primus Abbas inſtitutus eſt civitatis. Diffundebatur ergo magis & magis odor boni nominis ejus ad vitam Gentium: lua claritatis ipſius Eccleſiæ replebat hemiſphærium.

19 Cujus fumu compulit Ludovicum Regem, ut intraret Præſulis civitatem. Ipſe etiam eſt Francorum Rea Ludovicus prioius a B. Remigio baptizatus. Delectabat *Chlodoveo I. Regi prædicatam lædas* eum mirabiliter audire prædicantem Eleutherium, & memoriter retinebat ſermonem ſapientiæ ſale conditum. Hic peccatum poſt lavacrum baptiſmi commiſerat, quod confiteri verecundia prohibebat. Quod Sanctus videns in ſpiritu Regi detulit. Rex pudore ſuffuſus & lacrymis, illico reatum cognovit, & obſecrans Rea ut inter Miſſæ ſolennia Sanctus ejus fieret advocatus, pro ipſo veniam E impetravit, ſicut rei probavit eventus. Nam mane conſecratis Dominici Corporis & Sanguinis ſacramentum, lucis in eccleſia claritas ſulſit per unius horæ ſpatium, ubi per miniſterium Angelicum Sanctus accepit qualitatis *ſibi ab Angelo revelatum.* culpæ notitiam, & quantum ad veniam, certitudinis argumentum. Certificatus ergo Rea per ſcriptum ab Angelo revelatum tam de culpa quam de venia, Deo gratias agens, & ad propria remeans, Sancto Dei contulit gratuito multa dona. Sic ergo lucerna ſuper candelabrum poſita, fulſit miraculis, qui poſtmodum diffulſit amplius ſecularibus documentis.

a *Exuſum*, luce.
b *Mſ.* abdicationem & ereptum.
c *Poſt piosam patris converſionem, ab eo ſepulta, ut alii tradunt.*
d *Mſ.* pridie Idus Junii, *ut Vita prima.*
e *Mſ.* Excurum, *domum hoſpitale, ut xenium, cui more Gallico ea præponitur. De eo legendus Roſweydus in Onomaſtico.*
f *Exuſum* cæcus. *In aliis agitur etiam de cæco illuminato.*
g *Idem*, taritas. h *Idem*, progreſſui.

CAPUT IV.

S. Eleutherii itinera Romana: Synodus habita: oppugnati hæretici: vulnera illi ab his inflicta.

F

20 QUoniam, ut ait Apoſtolus, hæreſes eſſe oportet, ut, qui a Domino ſunt, probati fiant & hominibus manifeſti; ſurrexerunt in diebus illis hæreſes, unitatem Divinæ eſſentiæ, myſterium Incarnationis Filii, proceſſionem Spiritus ſancti deſtruentes. Poſt verborum autem jurgia, corporum verbera ſequebantur: ita ut multi Catholici per hæreticorum violentiam & inſidias in Schalde fluvio necarentur. Decimo ſiquidem ordinationis ſuæ anno, præſidente Papa Anaſtaſio, *a* Gelaſio jam defuncto, dyſcolos reduxit ad fidem, & incredulos ad Catholicum unionem: & quia frequenter erumpit in regulum quod occultius eſt confotum; quartodecimo ſui præſulatus anno videns vipeream ſobolem, matris Eccleſiæ viſcera dividentem, & contra Divinitatem unigeniti Filii Dei beatitudinis linguis inverecundius oblatrantem, Romæ jam præſidentem Symmachum adit: ſermones Catholicos eidem obtulit, & ſuſceptus ab eodem honorifice, reverſus ad natalia confudit hæreticos & convertit.

Cap. 10. 1. Cor. 11. 19. Hæreſes myſterium SS. Trinitatis oppugnantes.

a

Romam ad Symmachum Papam abiit.

b

21 In diebus autem illis invaluit *c* Acepbulorum hæreſis: revertitur Pontifex Chriſti Romam, & anno præſu-

c

A præſulatus ſui *d* viceſimo quinto, mortuo jam Symmacho reperit *e* præſulantem Hormiſdam, cum quo ſuper Eccleſiæ ſuæ negotiis benigne contulit, & a Papa reliquias venerabiles, Mariæ ſcilicet Ægyptiacæ, cum B. Stephani Protomartyris humero, pius Paſtor impetrans, has ad oratoria deportavit, & dum reverteretur, occurrenti ſibi Tornacenſi Clero & populo cum debita veneratione, montem S. Andreæ, qui tunc dicebatur mons Theſaurisabſconditi, legitur aſcendiſſe; & cum revereter oſtenderet Reliquias populis qui aderant univerſis, circumfulſit eas immenſitas claritatis: & laborantibus in turba duabus mulieribus, & quatuor viris ægritudine, quæ vulgo dicitur ſacer ignis; ante viros poſuit Protomartyris humerum, ante mulieres vero caput Ægyptiacæ gloriuſum.

d Iterum ad Hormiſdam *e*

prolatis ſanctis Reliquiis ſanctæ ſuæ liberat

Procubuere omnes, iotrntique ora tenebant
& excitans Sanctus populi multitudinem ad orandum, Sanctos obſecrat, ut ſuccurrant, proteſtatus cum fiducia, non ceſſaturum ab oratione moltitudinem, donec curati fuerint, qui laborant. O mira viri conſtantia, procedens de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta! Vere omnia poſſibilia ſunt credenti. Unde ad tantæ vocis efficaciam ſunt omnes communiter liberati. Ecce
B data eſt voci ſuæ tanta virtutis efficacia, quod cato, quam ægritudo corroſerat, quam erysipelas conſumpſerat, eſt etiam (dictu mirabile) continuo reſtituta.

Cap. 22. 22 Jam tempus advenerat, jam meriturum dignitas exigebat, ut poſt multiplicem pugnæ victoriam, vocaretur miles emeritus ad coronam. Sic enim ex legis civilis juſtitia adſcripti milites ſacramento, pro republica fideliter militantes olim expletis armorum exercitiis, legitimis ſtipendiis ſolvebantur, & prædiis unde viverent aſſignatis eiſdem, tandem ad propria mittebantur. Certamen tamen forte dedit ei Deus, ut vinceret, & finis gloriuſior appareret. Jam quadraginta ferme laboraverat annis in officio regiminis paſtoralis. Novem ſiquidem annis Eccleſiam Blandinienſem, triginta & uno reaerat Tornacenſem. Reſaſciravirei Dominus adverſarios pertinaces hæreticos, Catholici dogmatis & Chriſti nominis inimicos. Sed quoniam in animarum graſſabaotur peroticm, Paſtor bonus eorum non ferens inquietudinem, ea decreto ſummi Pontificis pepulit a ſeptis & mœnibus civitatis eos dumtaxat, qui tedite nolebant ad Eccleſiaſticæ gremium unitatis. Sed ne pœoam propriæ iniquitatis adſcriberent ſævitiæ poteſtatis, ut Scripturarum auC ctoritas frontes obtereret impudicas; diem ad diſputandum de fide Catholica ſtataunt, Synodum Epiſcopus coovocat, ut hæreticos ſuperet & confundat, & confuſis indicat ſilentium & imponat. Convocatis igitur utrimque partibus, exurgens in medium, & manu ſilentium iudicens, fidem confitetur Catholicam & eapoot publice Paſtor bonus.

ſum beneficio ſanctiſſimi

Synodum colligit

23 Exponit coim, qua ventratione Deus Pater dicatur: quo ſacramento Jeſus Chriſtus Dominus noſter ejus Filius habearur: qua perfectione ſanctus ejus Spiritus nominetur: quomodo beata Trinitas unum in ſubſtantia, ſed & ipſa perſonaliter eſt diſtincta: quis partus Virginis, quæ Verbi in carne nativitas: quod ſacramentum Crucis, quæ utilitas divini ad inferos deſcenſus: quæ reſurrectionis gloria, & animarum de inferis captivitas revocata? quis etiam aſcenſus in cœlum & expectatio Judicis aſſuturi: quid Eccleſia, quæ adverſa eam conveoticula vanitatis: quæ peccatorum remiſſio: qaæ carnis reſurrectio, quæ vita æterna, quis ioteritus ſempiternus. Hæc autem omnia diffuſius proſequitur ſermo ejus. Quid plora? Fidem unanimiter Catholici confitentur, hæretici confunduntur, confuſi fugiunt, & ad atgumenta nequitiæ ſe convertunt. Dedit ergo certanti victoriam, qui certandi dederat audaciam, & vincendi fiduciam. Sic ergo Goliam robuſtum terribilibus armis & ingenti forma munitum Paſtor David uno lapidis ictu

myſteria fidei exponit

victoriam impetrat

proſtravit, caterorum caſtra turbavit, allophylos effugavit. Jam enim ſeptuageſimum primum agebat annum, cum adeptus eſt triumphum.

AUCT. GUIBERTO.

D

24 Vulpes Sampſonis etſi facies legantur habere diverſas, habent tamen caudas ad invicem colligatas. Videntes autem filii damnationis æternæ quomodo procedente temporis tractu Catholicorum Eccleſia Tornacenſis meritis & virtute floreret, & eidem de die in diem proſperitas arrideret, collegerunt concilium adverſus Eleutherium, quomodo eum dolo tenerent & occiderent, & perirer. Dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, probro ducimur, contemnimur, exſufflamur: veoite, occidamus eum, & eo mortuo dilatabitur numen noſtrum. Factum eſt igitur verbum io illis diebus, quod qui audierit, tinniant aures ejus. Exierunt in dolo viri ſanguinum & duloſi, & unanimiter impetum fecerunt in miniſtram altaris, ſanctam Pontificem, Chriſtum Domini, civem cœli. Cetera quis proſequatur ficcis ocalis? In manibus eoram vaſa mortis, latebroſæ mentis hominibus poſt angali latebras occultatis. At Pater Eleutherius Chriſti hoſtia mox futurus, aonorum numeros meritorum italo jam grandævus pariter & præclarus (agebat enim ſeptuaE geſimum ſextam annum) cum *f* Athanaſio Diacono & Andocno fideli diſcipulo, B. Mariæ Virginis egrediebatur templum. Et ecce generatio prava atque perverſa ſemen Chanaan & non Juda, viperarum progenies, ſceleſtæ factionis ſatellites caput illud Angelicis reverendum aſpectibus non verentur profundis valneribus arare, ſolcare & *g* verrere, & faciem illam ad cœleſtis pulchritudinis figuratam imaginem notis turpibus deformare. Quid parricidæ nefarii, quid fraudalenti ſicarii, virum egregium de grege Catholicorum eximitis, qui per inceoſam depeccationem allegans paulloante ferventer obſecrabat in templo pro vobis? Sed illi minutatim ictibus iteratis & plagis impoſitis cultorem in vinea, Pontificem ante eccleſiam, patronum in ſundo, paſtorem in caulis, patrem familias in ſuo prædio reliquentes ſemineem abierunt: & ut conformarentur Dominicæ paſſioni, diſcipuli relicto Paſtore, fugerunt.

ab hæreticis in eum conſpiratibus

f

g vulnerantur,

ac ſymbolorum veritatem colluitur.

25 Audiens ergo quod factum eſt Cenſorinus, in maleficos vehementius excandeſcit, & eos ſabbaturus de medio truculentiſſimo crucis tutmento, proponit. Publicæ namque juſtitiæ intereſt, ut crudeli ſupplicio deleantur, quæ nec Deum timent, nec Eccleſiæ deferunt, nec Sanctos diligunt, nec ceoſuram Canonum reverentur. Sed o mira Patris & inolita pietas! Dei filium imitans pro malefactorum ſalute judicem deprecatur, qui tandem ejus precibus & reverentia temperatur. O quantos luctus fidchium! quanta præcipue lamenta & gemitus egenorum! lugent promiſcui ſexus viri & fœminæ, plangentes commune diſcrimen omnium, imo & proprium ſingulorum.

deprecatione pœnam bellibus ſuis remittit.

F

a *Gelaſio 19. Nov. anni 498. defuncto ſucceſſit Anaſtaſius: ſub hoc converſit Tornacenſes ac poſtea hæreſis accuſſi, ut Acta alia habent.*

b *MS.* exiitalibus.

c *Exorta eſt poſt Concilium Chalcedonenſe, contra quod Eutycheti favebant, non admittentes duarum in Chriſto naturarum diſtinctionem. Acephalis adinventus eſt Anaſtaſius Imperator, cujus tempore ſederunt Gelaſius, Anaſtaſius, Symmachus, Hormiſda.*

d *Hæc in prioribus Actis refarri ad Symmachum aut loco 25. legendum eſſe 30. alium ve annum, ſupra diximus, aut certe aliud iter inſtimis anne 25. ordinationis.*

e *Ita* Lanfrancus *Archiepiſcopus Cantuarienſis*, præſulatibus antecellotibus ſuis, poſſeſſiones quaſdam in ſua tenuiſſe poſſeſſione *dicens in Vita Gundulfi Roffenſis Epiſcopi apud Seldenum, in Notis ad Eadmerum pag. 197. lib. 7. Hinc Præſulatus* qua vocc *noſ Encherint, Beda aliique dicta a Latina Pœnſul, qui primus erat Saliorum. In extenſo poſitum* præſidentem.

Præſulatus præjudicium.

f *Excuſum*, Anaſtaſio. g *MS.* nocere.

CAPUT

A

CAPUT V.

Extremus S. Eleutherii morbus, mors, miracula.

Cap. 13. 26 FLebar ergo Rachel filium uteri ſui, nec poterat conſolari.

Nam quis eam niſi mentis inops in funere nati
Flere vetet?

In illis præcipue cruentis æquis, quibus debet & compaſſionem animus, & irrigationem oculus, & ultionem judiciaria manus. Deſertur Pontifex in ſanguine ſuo manibus bajulorum ad domum propriam, in locum, quem ſupra diximus, oppidanum. Jubet ſtratum ſibi conſtrui cilicinum, & quinque ſupervivens hebdomadibus, ut ſanctitas ejus excelleuter eminet, in illo temporis interſtitio cæcum illuminat, afflictos & affectos variis ægritudinibus plures ſanat. Et jam in ſpiritu præſcius mortis ſuæ, cum vicinam corporis reſolutionem attenderet, indicavit adſtantibus ſuum eantum imminere, & eadem B hebdomada ſe carcere corporeo, de carnis ergaſtulo migratorum; ſicut experientia declaravit per evidens argumentum.

eatum ad lineſque egros ſanat.

27 Videns ergo quod tranſiret de hoc mundo ad Patrem, cum dileaſſet ſuos, in finem dilexit eos, verba promens in mortis articulo ſuper mel & favum prædulcia. Monet eos ſuper unitate ſectanda, pœnitentia facienda, caſtitate diligenda, patientia acquirenda, vanitate ſeculi contemnenda, & poſt morum exhortationem ſubnectit verbis prolixioribus utilem de Divinitatis & humanitatis fide ſermonem. Mox inter dolores corporis & mœrores mentis, velut in quodam meditullio conſtitutus, gemitus ſudit & fletus; & ioſe quidem corpore patiens, Eccleſiæ vero eorde compatiens, converſus ad Dominum fidem ſuam verbis ignitis recitat, pro amicis & inimicis Deum obſecrat; Eccleſiam Torvacenſem, & eos qui ſpecialiter & devote reverent eumdem in memoria Domino recommendat. Vidiſti, inquit, Domine, agonem meum, noſti deſiderium meum: ego enim jam delibor, & viam univerſæ carnis ingredior: tempus eſt ut terræ commendes, Domine, corpus meum. Sicut cervus deſiderat aquam fontis, viator finem itineris, ſervus remunerationem operis, ita Sanctus perfrui conſpectibus Salvatoris. Nonne nobis diviſſe videtur hoc verbo C eum teoderetur prolixior ejus agoniæ, Deſiderio feror, corporea mole retrahor? Hanc ſarcinam tempore prolixo portavi, diu ſuper populum mihi creditum vigilavi: vellem ab hac obedientia libetari, gravi nimis indumento, quod geſto, expoliari, ſubtiliore veſtiri: in te, Domine, confido, te videre deſidero, te requiro, te ſamper in terris poſitus colui, cui me tota dilectione devovi: libera me, Domine Deus meus, qui es in ſeculorum ſecula benedictus.

moribus ſuis exhortatur

adſpirat animam quietam.

28 Et ecce mox certum exauditionis indicium, per aſpectum ſcilicet & auditum. Fulgor enim magnus apparuit: vox de cœlo velut alarum aquilæ ſonuit: Eleutheti, tua eſt exaudita deprecatio: dignus eſt enim operarius cibo ſuo: Trinitatem Catholice collaudaſti: viriliter & ſolliciteexercuiſti: nunc vero finaliter exauditionis efficaciam reportaſti: quod cœpiſti, perfice ſerve meus, ne poſt bonum finem ducatur in irritum. Liber bonus evacuabitur, ſed reſtaurabitur, in ignis incendium jactetur, ſed voluntas Domini eſt, ut poſt hæc Eccleſiæ reveletur. His dictis vox audita cum claritate viſa diſparuit. Sanctus autem in gratiarum actiones mirabiliter mox erupit. Quas qui videre deſiderat, ſermones ejus, quos propriis locis factos cauſſa vitandæ prolixitatis omiſimus, diligenter legat.

cœleſtis ſplendor & vox confirmans.

29 Sollicitudine non pigros ſemper legimus extitiſſe Sanctos; &, quoniam hæreticorum ſeemo ſerpit ut cancer, libros & ſermones multiplicer conſtruxerunt, ne fidei vallum irrumperetur, vel pertinaciter, vel latentee, & ideo per documenta Sanctorum firmum ſtat fidei fundamentum. Inde eſt quod beatus Pontifex Eleutherius in extremis agens & accerſiens Andoenum, jubet, ut poſt ipſius Patris exceſſum dilectus filius Romam acceleret, & munimenta fidei, quæ Sanctus conſecerat, ſummo Pontifici Bonifacio repræſenter. Et iterum converſus ad orationis dulcedinem, vidit a ſiniſtris Satanam aſſiſtentem. Volebat enim interrumpere ſermonem orantis, vel terrore ſuæ præſentiæ conturbare ſpiritum exeuntis; ſed funeſtus ille ſurcifer apparebat in ireitam ei dumtaxat, in quo nihil reperturus erat proprium vel funeſtum. Quem Sanctus obiurgans verbis, confuſum capellit oſtenſo ſanctæ Crucis ſignaculo. Hinc monemur, fratres, ut, cum extrema debiti finis imminer hora, exercere nos debeat oratio continua. Si enim ad ignota vel longe poſita loca nos in hoc mundo tranſire diſponimus, modo nos proximorum orationibus commendamus, modo nos ipſos in ipſo profectionis articulo continua lacrymarum inundatione perfundimus, obſecrantes Deum, ut placidis nmerum congreſſibus properemus. Et ſi nos tam ſtudioſe manentes adhuc in ſeculo iſtud agimus; quanto ſtudioſius in fine talia facere nos debemus?

Demonem terrorem.

ſigno Crucis fugat.

30 Unde & beatus Præſul inceſſanter orabat ad Dominum, recommendans in manus ejus ſpiritum ſuum: & percepto Corporis & Sangoinis Dominici ſacramento, corona laureatus immaceſcibili, cum immenſo lumine, cunctis, qui aderant, videntibus & gaudentibus tranſiit invitatus ad epulas paradiſi. Sic pretioſa margarita quondam ab hominibus conculcata, nunc theſaurizatur in cœlis, honoratur ab Angelis, fruitur præſentia Trinitatis, digna theſauro regio, digna palatio, digna cœlo: nec amplius ergaſtulo claudituir, paupertate premitue, exilio relegatur: ſed libere contemplatur. Hic eſt enim B. Eleutherius, proprius Apoſtolus Tornacenſis Evangelico miniſterio, Martyr ſanguine proprio. Martyrem enim cauſſa facit & pœna: cauſſa fuit in eo martyrii libertas fidei Catholicæ; pœna fuit acerbitas paſſionis illatæ. Confeſſorem eum nihilominus seddidit rigor abſtinentiæ, vigor pœnitentiæ: Virginem mentis purttas, & carnis integritas, quibus emicuit gratioſe, nunc vero floret in patria glorioſe. E

ſumptoſacro Corpore vitam mutat.

Martyr.

Confeſſor.

Virgo.

31 Hujus corpus ſepulturæ tradidit glorioſus Pontifex Noviomenſis & Confeſſor Chriſti Medardus, eidem in Tornacenſis populi regimen proxime ſucceſſurus, & ſolennibus procuratis exequiis, quæ magis ſunt vivorum ſolatia, quam ſubſidia mortuorum, illud venerabile ſancti Spiritus organum de communi conſilio in B. Petri Blandinienſis eccleſia eſt ſepultum: ut, qui fidem puer inter infideles tenuit, adoleſcens eamdem docuit, pro qua veteranus occubuit, in illius tumularetur eccleſia, cujus fides perſeverabit in ſeculum illibata. F

ſepelitur a S. Medardo.

in eccleſia Blandiniaſi.

32 a Vere pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum, ſicut in die depoſitionis Confeſſoris Chriſti factum eſt manifeſtum. Quædam enim mulier cæca & muta, dum ante altare ducitur, ducta dimittitur, dimiſſa ſoporatur, ſoporata curatur. Soporata ſiquidem modicum, viſionem vidit, quæ aurem exterius eidem aperuit, dum revelavit interius intellectum. Quid plura? Locutionis uſum mulier recuperavit & viſum. Apparuit enim molieri glorioſus Pontifex Eleutherius cum Chriſti Martyribus Nicaſio & Piato, ſanctiſque Confeſſoribus Eligio & Amando; qui ſignum Crucis mulieris impreſſit oculis, & quaſi baculum igneum ori ejus inilciens, cutavit ægritudines parientis. O Chriſti Confeſſor & Martyr, merito venerabilis Eleutheri, qui gemino gratiæ privilegio militantem Eccleſiam illuſtratis, fragilitatis noſtræ

Cap. 14.

Cap. 15. a

apparens eum aliis Sanctis

cæcum & mutā ſigno Crucis ſanat.

A defectus oculo reſpice pietatis: & tui præſidio patronatus, noſtros, Pater, expone gemitus ante Divinæ præſentiam majeſtatis; ut exuri tunicæ mortalia onere, liberati concupiſcentiæ carnalis inquietudine, tui ſimus participes bravii & coronæ, præſtante Domino Jeſu Chriſto, cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt omnis honor & gloria ſine fine, Amen.

Cap 16. 33 Regimini Tornacenſis Eccleſiæ venerabilis Chriſti Confeſſor & Pontifex Eleutherius an. quadraginta quinque legitur præfuiſſe. Qui naturæ ſoluto debito, cœlo quoque ſpiritu reddito, fidelem meruit habere ſucceſſorem, Beatum ſcilicet Medardum Noviomenſem Epiſcopum, quem, dum adhuc viveret, debilitata conſtrictus & ſenio, *b* pro conſecrandis Eccleſiis & Ordinibus celebrandis habuerat adjutorem: & ſic procedente poſtmodum prolixioris temporis ſpatio, præfuit unicus tantum Pontifex in Noviomo pariter & Tornaco. Annis enim amplius quam ſexcentis proprio viduata Paſtore legitur civitas Tornacenſis. Sed benedictus Dei Filius, qui diſpendiis compatitur animarum, diſperſos colligens, & lapſos erigens ſecundum modum & ordinem opportunum. Anno ſiquidem Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, præſidente Papa Eugenio,

B patrocinante B. Bernardo, reſtitutus eſt proprius Epiſcopus in Tornaco. Tunc enim Anſelmus, Eccleſiæ B. Medardi Sueſſionenſis dudum monachus, merito famæ & vitæ conſpicuus, cum jam pluribus annis Abbatis geſſiſſet officium in Eccleſia B. Vincentii Laudunenſis, Romæ eſt in Epiſcopum ab Eugenio conſecratus, qui poſt reſtitutionem Cathedralis regiminis in Tornaco primus dignitatem habuit infulatus; & ſic divina geſtum credimus eſſe providentia, quod dignitas Cathedræ Tornacenſis in B. Medardo perdita, per B. Medardi filium ſuit Tornacenſibus reſtituta.

b Abbas olim in Epiſcopum adminiſtrando a S. Medardo adjutus.

Sedes Epiſcopalis Tornacenſis reſtituta.

c

a Hoc miraculum in ſuperiori Vita dicitur ſcriptori indicatum ab Heydilone Epiſcopo, & poſt elevationem corporis ac miracula tunc facta narratur, & melius. Nam S. Eligius & Amandus ſecundo ſeptimo floruerunt, ac mortui ſunt, illo anno 665. hic anno 684. uti 6. Febr. ad hujus Vitam probavimus. In ſtatis capitum poſt Præfationem poſitis interponebatur hic c. 16. titulus: De Translatione corporis S. Eleutherii ad civitatem Tornacenſem. *quod ſæpe ultimo loco poſitum eſt, forſan ab alia errorem Galberti emendante.*

b Hæc eadem ex Chronico Mſ. Tornacenſi refert Buxelinus: ſilens vocabulorum ſcriptorem, in cujus fide legitur, pro conſervandis.

c Dominica die media Quadrageſimæ. At Bulla ſeparationis Epiſcopatuum Noviomenſis & Tornacenſis extat apud Cognatum l. 4. c. 46. data Viterbi 9. Kalendas Auguſti Indict. 9. Incarnationis Dominicæ an. 1146. Pontificatus vero Domini Papæ

C Eugenii anno 2.

CAPUT VI.

Elevatio corporis S. Eleutherii. Mortuus reſuſcitatus: ægri ſanati.

Cap. 17. 34 IGitur in illius fluentis temporis intercapedine, quo duæ dictæ diœceſes legebantur unitæ, præſidebat Heidilo vir multo præditus præconio, *a* vigeſimus ſextus a B. Eleutherio: cujus tempore graſſata legitur Normannica rabies in *b* Tornaco. Temporibus autem dicti Pontificis, mirificavit amplius Dominus Sanctum ſuum: revelavit Chriſti fidelibus Confeſſorem Eleutherium, non ſuſtinens amplius *c* occultari tam venerabilis glebam corporis, tam pretioſum ærarium, tam nobile margaritum; & cujus ſpiritus jam gloria coronatus ſulgebat in cœlis, ejus corpus ſepulturæ traditum, ſingulari gratia venuſtatum jam ſpirabat in terris. Factum eſt igitur, ut quædam Tornacenſis matrona, nomine Thecla, nobilis genere, morum nobilior dignitate, dum purgatis ſenſibus cordis & mente quieſceret, & oculis corporis obdormiſſet, abriperetur in ſpiritu, & fieret in exceſſu. Videbatur enim ſibi videre quaſi per ſomnium hominem dealbatum, blandum, amabilem, alacrem & modeſtum: admonetur ſecretius ab eodem, ut pergat Blaodinium, repertura B. Eleutherii reliquias inter corpora ſepulta Sanctorum. Admonetur nihilominus, ut eat ad Epiſcopum Heidilonem, & eidem ſibi factam referat viſionem. Quæ dum differt exequi quod jubetur, ſuccedentibus noctibus, eadem ſibi viſio tertio præſentatur.

Poſt feſtum vidit Thecla tripliciter a S. Eleutherio revelationem

Thecla ſoror, quæ te ſuſpenſam ſuſomnia terrent? Non eſt inſomnium, vel ſomnium phantaſticum, quod vidiſti: ſed magis deſcribendum oraculo, vel verius limpidiſſimæ viſioni.

—Hærent infixi pectore vultus
Verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.

35 Quod igitur vidit tertio repetitum, factum eſt ei certitudinis argumentum. Mane facto Thecla conſurgens aggreditur profectionem, exequitur viſionem, revelat Heidiloni Pontifici viſionem: convocantur Præſules urbium vicinarum, celebratur ſolennia votiva Miſſarum: & oratione fuſa ferventius, omnes ram promiſcui ſexus quam differentis ſtatus, cum timore reverentiæ ad locum veniunt deſtinatum. Epiſcopi vero farculos habentes in manibus competentes, quaſi effodientes theſaurum, gaviſi ſunt vehementer, cum invenera ſepulchrum: & alevato corpore de ſarcophago geminatur lætitia tam in populo quam in Clero.

corpus ejus ab Heydilone Epiſcopo elevatur.

E

36 Thecla vero percipiens revelationis ſuæ ſtipendium, orans eadem hora demigrans perrexit ad Dominum, poſtquam pereepit a Præſule Dominici Corporis ſacramentum. O felia matronæ tranſitus, nou interitus, de quo jocundatur inprimis Sanctorum exercitus laurea coronatus. A facie quidem malitiæ juſta collecta eſt & rapta, ne malitia forſan intellectum ipſius immuraret.

Thecla ſtatim mortitur.

37 Dum ſic jugis ſolennitas tenderetur, ecce gaudii Cap. 18. materia renovatur. Intravit enim mulier vidua, pro defuncto filio deſolata. Quem cum miſiſſet in agrum cauſſa cuſtodiendi pecoris, puerum dæmon impetiit, cujus erat ſimilitudo & ſpecies ut leonis, qui da ſaltu procedens & rugiens, impetens & occidens, illico fugit, & in latebroſa nemora ſe recepit. Cogita mater miſera triſtis eventus ſerie, reſoluta mulicbri mollitie, gemitibus indulget & lacrymis, & crebris ſuſpiriis intabeſcit, ut, etſi matrem neſcias, matrem agnoſcas: manifeſtat doloris affectum, & in modo dolendi lacrymarum eaceſſum, & ſicut Jacob filium exiſtimans a beſtia davoratum, planctum agebat continuum. Puer unicus non comparebat, & ideo mulier ſolatium non habebat. Verſa F eſt ſolennitas in mœrorem, in compaſſionem lætitia. Clerus & populus internum lacrymis egerebat dolorem, & iodultis paulliſper ſuſpiriis, recuperata ſpei fiducia, B. Eleutherium deprecatur, ut ejus filius ſuſcitetur. Compatiens Clerus & populus, idem flagitabat votis & precibus. Vere ſecundum ſententiam Domini: Impoſſibile eſt orationes plurium non exaudiri. Benedictus nempe Dominus, qui poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt luctum conſolationem inducit: nubilo ſiquidem repulſo triſtitiæ, protinus introduit ſereuum lætitiæ. Motus eſt terræ locus, in quo puer jacebat exanimis, & ſubito circumfulſit eum elaritas immenſa de cœlis. Reſuſcitatus eſt puer, lætificata eſt mulier, magnificatus eſt in populo glorioſus Chriſti Pontifex & miniſter: & poſt ejus reſurrectionem, qui mortuus fuerat aperire cœpit beati Pontificis pietatem, & datam eidem a Domino cœlitus poteſtatem. Quid enim illius potentiæ poteſt obici, qui Omnipotentem concordem habet ejus per omnia voluntati? Quid enim mirum ſi Sancti jam in anima Chriſto conformes effecti, pro diſpenſatione præſenti circa res corporales mira faciunt, ipſo præſtante, cujus gratia jam participes ejus Divinitatis exiſtunt?

revelatio ſit implorata patrocinio S. Eleutherii.

Mortuus ſuſcitatur.

38 Vere Prophera magnus in die declarationis ſuæ Cap. 19. ſurgens apparuit, qui filium viduæ tam ſolenniter ſuſcitavit.

AUCT. GUIBERTO.

ſcitavit. Nonne jam implebatur in Sancto ſpiritus Eliſei, eum filius ſuſcitatus redditus fuiſſe legitur Sunamitidi? A ſicut ſcriptum eſt: Puer mortuus jacebat in lectulo ejus, & ineubuit Eliſeus ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. Os ſiquidem blandæ propitiationis & obſecrationis ad Deum, oculos piæ miſerationis, & manus efficacis operationis adhibuit, & ſic mortuus reſurrexit. Sic etiam ſui Ducis inſignia renovabantur in milite, qui defunctum *e* reddidit unicum matri ſuæ. Accepit itaque mulier de reſurrectione filium ſuum. Revirueſcit commune gaudium, commendatur Sancti patrocinium, comprobatur ejus ſanctitas, pietas & poteſtas per indicium multipliciter manifeſtum. O mira bonitas & ſtupenda, dum in eadem ſolennitate ſuſcitatur juvenis, morituque matrona! Scriptum eſt enim de Dominu, Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam & ſanabo. Sed utrobique pietas, dum juvenis revocabatur ad gratiam, matrona vero nobilis, & jam Chriſto ſponſo nubilis, vocabatur ad gloriam.

Eliſæus ſuſcitavit puerum. 4. Reg. 4. 34

Deut. 32. 39

39 Quid inter hæc, Fratres, animadvertitis? niſi quod de mortuis fiebat liquidum argumentum, quod ad ejus tranſierat Sanctus conſortium, qui vitæ & mortis B haber imperium? Aut certe, quia fides reſurrectionis propria eſt Catholicæ religionis, decebat ut fides, quam Sanctus docuerat verbo, in ejus elevatione confirmaretur exemplo: nam ſi ſuſcitatus eſt mortuus, & nos ſimiliter reſurgemus. Suſcitatio mortuorum reſurrectionis eſt qualecumque veſtigium, eo quod ubique revocatur ad vitam, quod fuerat vita privatum. Sed tamen ſuſcitationis & reſurrectionis eſt differentia, cum ſuſcitatus revocatur ad tempus, ut iterum migraturus e vita; in reſurrectione vero vita humana perpetuabitur in æternum, vel in gloria vel in pœna. Sive hoc aliquis, ſive aliud dixerit, certi ſumus, juvenem reſuſcitatum ad Dei gloriam, & ad ſancti Pontificis efficaciam comprobandam. Unde & de Lazaro reſuſcitando legitur: Infirmitas hæc non eſt ad mortem: ſed ut per eam filius hominis clarificetur. Et ſi quid eorum, quæ Dominus facere non diſponit, aliquis Sanctorum rogaverit, nullo modo fieri Dominus id permittit. Ex quo plane concluditur, ut ſi quid a Domino Sanctorum precibus obtineretur, eorum in cœlis efficacia declaretur.

Reſuſcitationis & reſurrectionis differentia.

Joan. 11. 41

Cap. 20.

40 Sed ecce, dum miraculis, quæ dies ſanctus elevationis attulit, vacabamus, digreſſionem aliquantulam paſſi ſumus. Nam & fluvius dum per alveum de- C fluit, ſi valles concavas ex latere contingit, in eas illico ſui impetus curſum diverſit, & in alveum poſtmodum ſe refundit. Venatoribus etiam ſolet contingere, ut deſiſtant a bellua, quam ſectantur, ſi forte viderint aliam ex inopinato ſtatim emergere. Repetat igitur fluvius alvei conſuetam viam, venator ſectatam beſtiam, ſtylus materiam inchoatam. Nemus etiam contra legem in templo Domini plantamus, ſi tantum verborum ſolius inſiſtamus. Certum eſt enim quotiens in ſoliis ſegetis culmi proficiunt, minori plenitudine ſpicarum grana turgeſcunt. Igitur in illa die ſolenni, quam ſumus hactenus proſecuti, Dominus ad ſancti Pontificis declarationem duobus cæcis oculorum reſtituit viſionem: continuantur gaudia gaudiis, dum ſuccedunt ad invicem ſigna ſignis. Eadem enim die tres paralytici ſunt curati, dum redditur ad inſtrumenta ſenſuum tranſitus ſpiritui animali, & ſic membris ſtupidis, & inſenſibilibus reſtituitur plenarie ſenſus & motus. Claudus etiam in virtute deficiens progreſſiva, conſolidatis plantis & baſibus, ſtatim eatlicus ambulabat. Mulier etiam fluxum ſanguinis diu paſſa, legitur ipſo die ſancti Confeſſoris precibus ab ægritudine priſtina liberata. Hæc igitur & hujuſmodi, tam ardua, tam inſolita, ſupra ſpem & facultatem admirantium exiſtentia, manifeſtant expreſſe reverentiam, quæ ſancto fiebat Pontifici, Domino placuiſſe, qui ſic ſuum declaravit Sanctum, ut in neceſſitatibus exiſtentes portus ſolatium invenirent, ad cujus patrocinium ſugerent, ſicut ad auxilium opportunum. D

Cap. 20.

Fœnatur a cæci,

2. paralytici,

claudus,

Angelah ſe comparans.

a *Conſule Galliam Chriſtianam Claudii Roberti, a quo etiam 26. flaminur Hedilo.*

b *Chronicon de Northmannorum geſtis ad an. 896. deductum to. 2. Chefnei pag. 527. ad an. 880. hæc tradit:* Northmanni Tornacum civitatem & omnia monaſteria ſupra Scaldis flavium ferro & igni devaſtant, interfectis accolis terræ atque captivatis, *&c. Cognatus pluribus calamitatem Tornacenſibus illatam proſequitur l. 2 c. 70.*

c *Excuſum*, occultam.

d *Idem* fidei.

e *In eadem hac interponuntur*, in civitate Naim filium viduæ.

CAPUT VII.

Ope S. Elentherii Feriolus vinctus ſolvitur: Libertinus a morte ſuſcitatur.

Cap. 21. E

41 CRebreſcebant de die in diem Chriſti magnalia: fulgebant luce clarius miracula per Sancti merita: concurrebat ad Blandinium catervatim frequentia populorum. Odor bonus occultari non poterat: ſed de gente in gentem pertranſibat, de regno ad populum alterum exhalabat. In odorem enim unguentorum Sancti Tornacenſe territorium viſitabant alienigenæ peregrini. Secundo igitur elevationis ipſius anno, Sacerdos quidam, nomine Feriolus, a Vienna Tornacum venerat peregrinus. Qui cum eſſet inunctus oleo pietatis & profuſus exterius ad opera caritatis, erga miſeros miſericorditer ſe agebat, ſuper quem pertuli benedictio veniebat. Erat autem in diebus illis Libertinus quidam Tribunus populi Tornacenſis. Hic homines quemdam, pœnæ mortis addictum, ſtipatus populi multitudine, pertrahebat miſerabiliter ad tormentum. Intuens eum Feriolus, & patienti compaſſus, devote Tribunum obſecrat, ut damnatu miſericorditer condeſcendat. Ille vero monitis acrior, precibuſque inſolentior eſt effectus, & offenſionem animi loquebatur ſine cauſſa & titulo: vultus irrationabiliter inflammatus; os enim turbidum, corpus trepidum, truces oculi, ſpuma candeſcens, facies ferveſcens, clamor immanis, nec parcens opprobriis, ſatis indicare poterant paſſionem cordis irati: & converſus ad ſatellites: Ite, inquit, & arripite Sacerdotem hunc ſacrilegum, & vinctum catenis ad patibuli ducite cruciarum. Vere ſecundum judicem populi & miniſter ejus. Unde & dum ſuperbiret impius, pauper injuſte duris eſt eum pedibus obligatus. Semper virtus eſt contraria vitioſis, ſacrilegis cauſa ſanctitas, corruptis integritas, luxuriosis frugalitas, crudelibus dura miſericordia: ſed & impius pietas non ferenda. Sic judicant impii ſedentes in loco judicii, ſic innocentia deſtruitur, ubi tyrannizans ſævitia debacchatur. F

Feriolus vim vitam deprecatur apud Libertinum,

idem vinctus ad patibulum trahitur:

Cap. 22.

42 Non obliviſcetur miſereri Deus, ſed juſtum in tribulatione liberat, cum probatur per patientiam ejus virtus. Nec continebat juſtum, quidquid eidem accidebat: ſed imminente tentationis articulo ſe ad Dominum in oratione convertit. Unde Feriolus mortis eaſpectans ſententiam, dum ante Blandinienſem tranſiret Eccleſiam, ubi congregatus erat Clerus & populus ad ſancti Confeſſoris Eleutherii memoriam celebrandam, ad orationem convertitur, & Chriſti Confeſſorem toto cordis affectu ſuſcitans devotiſſime deprecatur: & commemorans martyrii bravium, Confeſſoris titulum, virginitatis præconium illibatum, poſtulat auxilium opportunum: O ſancte, inquit, Præſul Eleutheri, ſi vera ſunt quæ de tuis audivi meritis, oppreſſo ſubveni; vinctum libera per tuæ pietatis myſterium. His dictis de

S. Eleutherii opem implorat.

ſatel-

A fatellitum manibus liber evadit, & ad eccleſiam concito gradu pergit: & dum ſtaret ante ſepulchrum beati Confeſſoris in eccleſia, viocula, quibus tenebatur adſtrictus, repentino motu ſoluta ſuot, & catena diviſa.

ad ejus ſepulchrum vinculis liberatur.

43 Tunc peſtes Erebi, ſceleris cuntagia, mouſtra Inferni, cives Plutonis, mortis alumni,
Tartareum chaos egreſſi, funduntur in orbem,
Concilium deforme movent, glomerantur in unum.
Qui nec Deo gloriam, nec loco reverentiam, nec miſero miſericordiam, nec innocenti juſtitiam exhibentes, & qui in ſordibus fuerant amplius ſordeſcentes, pro nefas, catenam iterato collo ejus iniciunt, manus vinciunt, ut abſcedat a ſeptis eccleſiæ, flagellis & minis concitant, & propellunt.

iterum catena collo injecta,

Quid tale immanes unquam geſſiſſe feruntur
Vel Sinon Punica pœnu vel rupe profunda
Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?

Omnes ſanguinem ſitiunt innocentem, omnes unanimiter pari voto configere Crucis patibulo ſanctum Domini Sacerdotem.

Quis furor? u cives, quæ tanta licentia ferri?

S. Eleutherius invocatus,

B Stans autem ante ſepulchrum beati Confeſſoris Feriolus inter timoris & fiduciæ termines conſtitutus, Sancti præconia repliçat, replicans obſecrat, obſecrans impetrat, impetrans liber exultat, & ex intimis Domino ſabbatizat. Poſitus igitur inter hoſtium cuneos timens & tremens, ad cœlum elevans oculos, Confeſſorem Domini deprecatur, ut humilitatis ejus oratio non ſpernatur. O glorioſe, inquit, Pontifex Chriſti Eleutheri, tu Blandam Tribuni filiam, divino beneplacito tuo merito ſuſcitaſti; patrem Virginis, & populum Tornacenſem jugo fidei Catholicæ ſubmiſiſti. Per te mulieris viduæ filius legitur mirifice ſuſcitatus ex cæci, te nunti mirificant, tua miraculorum opera Deum laudant. Tuam, Pater, invoco pietatem, ut tuam iterum manum mihi ſentiam

liberatur a

adjutricem. Mirum viſu: repente catena ſolvitur. ſoluta frangitur, fracta proſilit, proſiliens Tribunum in media facie percutit, & percuſſum occidit.

Libertinus occiditur,

Diverſo interea miſcentur mœnia luctu.

Cap. 23.

44 Sed uxor Tribuni præcipue furtuito cruciatur eventu, cujus ſolertia corpus extincti defertur Blandinium: ſtatuitur ante ſepulchrum beatiſſimi Confeſſoris, triſte piaculum ſuis, turpe ſpectaculum alienis. S. Elentherium humiliter obſecrant, & pro ſuſcitatione mortui devotis orationibus excitant & juvitant. Sed Sancti caritas numquam excidit, quia jam Deo conjunctus, etſi

C fragilitatis *a* ſymptomata, caritatis viſcera non abiecit. Nam in quemdam divinum mutatus affectum, quid poſſet ſpere, quid elargiri miſeris, niſi pium? Nam ſi Deus caritas eſt, quanto quis Deo propius conjungitur, tanto caritate plenior comprobatur. Cum igitur una pru Tribunu flentes implorareot miſericordiam Confeſſoris, fulſit immenſa clarita ſea ſuperuis, & vox iuſuper eſt audita de cœlis: Orate, inquit, Presbyterum, ut oret pro Libertino Dominum Jeſum Chriſtum. Aſſiſtentes neminem quidem viderunt, vocem tamen nihilominus audierunt. Inſtantes igitur uxtioni, crebrius reliquias Confeſſoris Feriolus ſuper deſuncti corpus impoſuit, & poſt horam undecimam, qui mortuus fuerat, reſurrexit.

reſuſcitatur:

45 Conticuere omnes intentique ora tenebant, cum ea quæ mortuus viderat audiebant. Referebat eis occurſus dæmonum, diverſitatem pœnarum, quæ non ſolum juxta verbum propheticum, ſed & juxta verſum

viſtus a ſe ipſo

poeticum ſenſum excedebaut humanum. Unde Mantuanus ille poetarum egregius ait:

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum compreudere formas
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

6. Æneid.

Referebat frequenter idem Tribunus animæ ſuæ triſtem exitum, & formidabilem, & catervam dæmuuum attentius expectantem. Qui cum in occurſum properaſſent paventis animæ, prohibiti ſunt tam ab Archangelo Michaele, quam ab Eleutherio Confeſſore. Sic ergo dæmones ſunt fruſtrati, quia miſſa eſt anima corpus reviſere proprium & reverti. AUCT. GUIBER. TO. D

46 Solebat etiam idem Libertinus Tribunus inter cetera recitare, quod glorioſi Confeſſoris notitia multorum ſpatius temporum velut oblitterata fierer, & deleta: ſed in noviſſimis temporibus, cum mundus ad ſenectam vergeret, in novam adoleſcentiam memoria reflovereret. Quod jam noſtris pro parte temporibus impletum cernimos & dolemus. Quiu imo, ſi digoa vox eſt beneficium capientem, obligatum ad antidota ſe quælibet profiteri; etſi nihil dignum Confeſſori Chriſti poſſimus retribuere, qui civitatem Tornacenſem, & ejus confinia ſolidavit in fide; tamen in copioſis actionibus gratiarum, debemus ejus memoriam in cordium noſtrorum penetralibus figillare. Quod ſi non fecerimus, vereor ne vel indevotionis ſtatuam, vel ingratitudinis ſimulachrum adoremus. Infauſta hæc prodigiorum ſoboles, quarum prima informis, ſecunda infamis, utrxque ſine laude, neutra eſt ſine ſorde. Indevotionis enim obſcuritas, & ingratitudinis obſcœnitxs beneficia præterita ſepeliunt, præſentia corrumpunt, futura repellunt. Harum factum eſt incuria, ut non fuerit in honore debito multo tempore E Sanctus in patria ſua. *prædicta recitabat; cum S. Eleutherii miraculum ita*

47 Libertinus autem Tribunus tandem ſoluto naturæ debitu in ſancta confeſſione, in fide Catholica, in ſpe communi, in caritate non ficta, in manu Domini ſpiritum commendavit: & cum Cenſorino Cæſare Tribuno Scandinicoſi in B. Mariæ Virginis eccleſia requieſcit: & ut ceſſet umne figmentum, evaneſcat humanum cummentum, catena, de qux ſupra dictum eſt, Viennam delxta eſt in rei mirabilis & memurabilis efficax argumentum. *pia mentio.*

à In excuſo; ſyntheomata.

CAPUT VIII.

Translatio corporis S. Eleutherii in urbem Tornacenſem.

48 FActum eſt in diebus illis miraculum nulla tempo- *Cap. 24.*
ris antiquitare delendum. Clareſcebant magis & magis merita Confeſſoris: laudabantur in eo magnalia Creatoris. Cives igitur Tornacenſes, ſancti corporis abſeotiam amplius non ſerentes, Blandinium properant, eccleſiam intrant, Reliquias ſanctas inveniunt, inventas accipiunt, acceptas deferunt, ut in eccleſia B. Mariæ Virginis eas exponant magnificentius, & recoudant. Sic enim de Divina juſtitia credimus ordinatum, ut qui perſecutione graſſante latuerat apud Blandinium, ibidem acciperet quaſi latentem ſepulturæ locum. Et qui poſtmodum Puotificatus ſollicitudinem adminiſtraverat in propatulo, clare ſcentibus ejus meritis collocaretur clarius in Tornacu. Cives ergo prædicti, ſancti corporis ſecum ferentes Reliquias, rerertebantur ad urbem cum lætitia, ſicur exultare victores ſunt ſoliti capta præda. *Corpus S. Eleutherii Tornacum defertur.* F *reſiſtentes laudantur fuis telis;*

49 Intuentes autem habitatores illius territorii Tornacenſes reliquias cum violentia deferentes,

—ipſi in certamina pugnæ
Succednot, animaſque in aperta pericula mittunt.
Intendunt acres areus armeotaque torqueut.
Sternitur ecce ſolum telis, pugna aſpera ſurgit.
Ergo ſagitta vulat prænuncia mortis, & hoſtem
Impetuoſa petit: quam totis viribus actam,

Motu reflexu reverſam in ſe cum vulnere cepit, qui ſagittam emiſit.

Confixi propriis telis turbantur agreſtes:
Pigritat affixus vaginæ mucro, nec eatra

AUCT. GUIBER. TO.

De facili prodit longo torpore quieſcens
Denegat officium vario delirus in ictu.

A Mira res. Quidam inſectantium vulnerati, quidam eriam cæcitate percuſſi, quidam autem in via ſemianimes ſunt relicti. Et quia nulluseiviom vulnus eaecpit, Deo grariarum actiones caſolvunt, & ſic ad propria reverrentes.

Lætitiaque fremunt, animoſque ad ſidera tollont.

50 Er ita cum totius gaudio civitatis in eccleſia Dei Genitricis Mariæ collocatum eſt corpus glorioſiſſimi Confeſſoris. Oceurrebant Sancti reliquiis paralyſi laborantes: vocifcrabantor in platea ſedentes; qui reliquiarum attactu viginti qoinque numero conſecuti ſunt plenarie ſanitates. Porrigebantur miracula de die in diem Sancti meritis. Uode & illis diebus exæi ſeptem conſeeoti ſunt beneficium viſionis, præſtante Doomno Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat io ſæcula ſæculorum, Ameo.

ſanantur paralytici,

cari 9.

VITA IV.

Ex Breviario MS. Tornacenſi.

B

CAPUT I.

S. Eleutherii ortus, educatio, ætas, acta Blandinii.

Fidei Tornaci a S. Piato illuſtrj, Martyribus plantatur. *a*

1 PAſſo Tornaci, Diocletiani & Maximiani perſecutione ſæviſſima, cum pleriſque fidelibus, inter quos Irenæus vir divitiis, & proſapia potens, B. Piato Martyre, fundataque ibi (cui & proximus ab eo, nomine Superior, fuit *a* Agrippinenſis concilii Patres recenſitus Epiſcopus præfuit) Epiſcopali ſede; cum invaleſcente poſtmodum ſuperſtitione Gentilium, diſperſo Domini grege, turbataque Eccleſiæ forma, reverſi ad idola multi ſcaodalum paterentur, firmi ac conſtantes in ea quam acceperant, orthodoaa fide dicti Irenæi polleri permanſerunt. Inter quos Sereous ejus pronepos, vir & ipſe opibus & religione illuſtris, & Blanda ejus uxor, eum ad ſenıom jam vergerent, *b* Valentiniano & Martiano Imperatoribua, divino munere Tornaci filium ſuſcaperunt; quem ſacro fonte regeneratum, Eleutherium nominarunt.

Ex Irenæi progenie Sereno & Blanda naſcitur S. Eleutherius.

b *profecti in Italiam & obiiſſe,*

2 Qui magiſtris traditus, litteris imbuendus, eom ad progreſſum, quem in eis magnum ſecit, virtutes omnes jungerer, futuræ ſanctitatis, & contra omne impietatis genus, zeli ſigna puer adhuc uſque adeo lucolenta dedit, ot ejus ſodalis S. Medardus, qui tum & ipſe puer in eadem ſchola agebat, arctiorique ei amicitia junctus erat, Tornacenſem Epiſcopum aliqoando fore ſpiritu haud dubie prophetico affirmaret. Cui dicto ſi eutu ne deeſſet eventus, Divina providentia factom eſt: ita quanto id cum ſtructu Eccleſiæ futurum eſſet, res ipſa comprobavit.

C

a S. Medardi prædictiones ſaoræ à pio ſuppoſi

3 Nam, cum, agenta id humaoi generis hoſte, Cenſorini Triboni Scaldinieoſis, qoi tunc Tornaco præerat, eom gentilis adhuc eſſet, in Chriſtianos ſic eaarſiſſet furor, ut eos, niſi ad idola redirent, fortunis eautos, omoique erodelitata vexatos, exilio morteque multaret; factum inde, ut eum uaore & filio urbe capulſus Sereous, aliique Chriſtiani, in Blandinium vicioom urbi pagum commigrarent, conſeeratoque ſibi Thcodoro Epiſcopo, baſilicam ibi in honurem S. Petri Apoſtolorum Principis extruereut. Ubi cum ſacris operarentur, id quoque adepti ſunt, ut partim occaſione hac, partim in Sereni gratiam, ob antiquam conſuetudinem & inſigne viri meritum, eo multi confluentes, relicto Gentilitatis errore, fidem Chriſti vel de novo ſuſciperent, vel dimiſſam repetcrent.

Tornacenſes perſecutionem patiuntur ob fidem.

4 Ibi Elcotherius cum prædicationis laode floreret, verboque & eaemplo potens, qua doctrinæ ſoliditate, in dicendo facundia, & vitæ ſanctimonia erat, multosaa orbe Gantilium ad fidem Chriſti adduceret, id quoque promeruit, ut Epiſcopo brevi vita functo a concivibus Chriſtians ob virtutis præſtantiam in ſucceſſorem expetitus, ad id ipſum Romam ad *c* Felicem II. Papam commendatus mitteretur. A quo pro merti excellentia probatus admiſſuſque, auctoritateque Apoſtolica inſtitutus, demum reverſus ad ſuos, magna omnium gratulatione eaceptus, & in Tornacenſium *d* Epiſcopū eſt conſecratus.

D *prædicationi ſuæ multos con-vertit*

c *Romam mittitur: Epiſcopus conſecratur* *d*

5 Quod munus dum totis quadraginta qoinque, qoibus iſti Sedi præfuit, annis, magna temporum varietate gerit, gregi ſuo invigilans, verboque eum & eaemplo paſcens, mirum quantis eum laboribus, eom impietate duplici Ethnica & hærerica pugnans, quam ſtupendis ſignis & meritis Chriſtianam atque orthodoaam pietatem illoſtrarit. Quale illud imprimis ſuit, quod Tribuni filiam onicam, quæ occulto dudum in eum amoris igne ſuccenſa, captata ſolitudine, clam adurta orautem, pudorem ejus tentare aoſa fuerat, abiecto, quod illa apprehenderat, pallio, verbis ſevere caſtigatam, increpato dæmone, in ſpiritu vehementi ſic a ſe repulit, ot & ipſe longius ab ea, propria relicta domo, e abſcederet, & illa in eataſi facta, protinus moreretur. Quæ & in eampo Martio juata ritum Paganorum ſepulta eſt.

Tribuni filiam caſtitati ſuæ inſidiantem repellit:

E

e *eam morte punitam:*

6 Cujus vicem miſeratus, ſed patriæ molto magis, dum ſalvandi urrimqoe ſedulus inquirit vias, hanc oblatam non omiſit, ut, audito Patrisda morte ejus luctu, quam ferret impotentios, plena in Deom armatus fide, acceſſito eo, ſponderet vivam ſe ei redditurum, ſi abiecto dæmonum culto, eum omni domo ſua crederet in Chriſtum vellet. Quo annuente ac ſpondeote, ſed ficta ac mendaciter, eum ſemel atque iterum poſt Miſſæ ſolennia, eum Clero profectus ad tumulom, totties ob infidelitatem ac duritiem Tribuni, quam & ipſe Sanctus in ſpiritu ſenſit, prodidirque terræ motus, qui tunc ingens ac ſtupendus, fugicotibus præ metu omnibus, accidit, re infecta redilſet; componcto eo demum, cui vel inſenſibile ad id præbat elementum, eum ad Sancti pedes procidens reatum agnoviſſet, tertio eodem poſt fuſas tota nocte preces rediens, puellam ter vocatam, manuqoa apprehenſam ſtupenribos omnibus de ſepulchro vivam excitavit.

ad patrem ad fidem addocat.

die perfide reſiſtentem

eum amoris rejectæ,

7 Quam & poſt ſca dierum jejuniom baptizatam deqoe uomine matris ſuæ, quæ de ſacro fonte eam ſuſcepit, Blandam appellatam (unde pago Blandini nomen) virginem Deo conſecravit. Sed Tribuno deooo ſallente fidem: qui ſuperſtitioni ſuæ addictus, & Virginis propoſito offenſus, deorſum eam trahere ablatione mundi muliebris, & patrimonii privatione oitebatur, eum firma illa conſiſteret, mundique oblectamenta præ Chriſti unius amore deſpueret, non longe poſt aceidit, ut defuncta in Domino puella (quæ & anre altare D. Petri in dicta baſilica ſepulta eſt) ad fidei & conſtantiæ ſuæ præmia in cœlum evolaret.

F

Deus ſanctificat:

quæ poſtea fidei martyra.

8 *f* Quo tempore com gravis Tornaci eaorta peſtis eſſet, qua paſſum ſina vulnere eorpora ſternebantur, factum inde, ut quaſi mali tanti ob offenſa idola auctor, io crimen Sanctos vocaretor. Idque eo vel maxime, quod morientibus civibus ipſe a plaga hac eum populo ſuo immunis eſſet, trepidantibuſque ac lugentibus illis ſecurus permaneret. Creſcanta eo uſqoa furore Gentium, ot miſſis ad eum armatis hominibus, qui veſperi otantem inveneruut, vinctum ipſa hora in urbem ad Tribunum adduaerunt, & ingrati hujus juſſu flagellis cæſus, & in carcerem miſſus vapularet.

f *Sanctus peſtis cauſa, ſed auctor inſimulatur:*

imprecabiliter & virgis cæditur:

9 Unde ereptus ab Angelo, apertis ea ipſa nocte carceris foribus, ac vinculis diſruptis, reductuſque ab eo ad ſuos Blandinium, cum immemor injuriæ dies nocteſque non ceſſaret orare pro Tribuno ac popolo univerſo,

ab Angelo liberatur: orat pro Tornacenſium converſione:

Miſſæque

A Miſſæque offerret ſolennia, miſſus ad eum denuo Angelus eſt, qui exauditum eum nunciaret, reditumque ipſi ac ſuis in civitatem promitteret. Recruduit itaque Dei nutu ſæviot, quam ante in urbe lues, fruſtraque idola invocata, coacta ſunt negare reſponſum. Quo factum eſt, ut dum totius mali cauſſam in Tribunum, ejuſque in Epiſcopum injurias vulgos referet, mutataque jam ſententia interfecturum ſe eum, niſi monenti parear, minaretur. Unde & ſic territus eſt, ut relicto palatio ad Sanctum ultro eum omni ſua cognatione pergens, ejus pedibus advolutus, inter catechumenos adſcribi, fidemque Chriſtianam doceri, profuſis lacrymis poſtularet.

Tribunum e civibus ob graſſatum peſtem invitum, paſchizat.

10 Quem compleaus alacriter gaudio perfuſus Præſul, eum indicto populo ſeptem dierum jejunio, octavo die in fide inſtructum cum omni cognatione, populiqoe numeroſa utriuſque ſexus multitudine baptizaſſet, quod in votis dudum erat, quodqoe miraculo non obtinuerat, ut aditum ſibi in urbem ad ſalvandum populum ac ſuos reperiret, id caſtigata civitate ſic tam obtinuit, ut ceſſante ſimul cum impietate plaga, mali utriuſque depulſor, ac vere patriæ pater, magno utrimque jubilantium comitatu cinctus, eodem introiret. Tanta exultatione & congratulatione omnium, ut diem illum, qui idem Gentilibus ſalutis initium, & Chriſtianis exilii finis fuit,

baptizat tum ſolis

magno gaudio in urbem recipitur

B quique, ut cœlum neophytis, ita pacem Sanctis dedit, qooque ipſe vere patriam liberaſſe, ac Chriſto genuiſſe dicendus eſt, quig quinto Kalendas Octobris fuit, ſolenni feſtivitate viſum ſit celebrari.

g

a *Habitum eſt Concilium Agrippinenſe an. 348. cui interfuit, aut certe conſenſit & mandavit fieri cum aliis Superior Epiſcopus Neruiotum, un ſimul etiam Tornacenſium, qui Menapii non vero Nervii erant, non conſtat. Antiqui cum inter Tornacenſes Epiſcopos non conſent.*

b *Aortino Valentiniano & vivo adhuc Marciano S. Eleutherium anno 456. natum eſſe ſupra diximus.*

c *Imo Felix III. fuit, creatus an. 483. mortuus an. 492. die 30. Jann. qui Vitam ejus dedimus. Bucherius & Bucelinus Symmachum ſubſtituunt, quod ſupra vidimus.*

d *In Lectionibus excuſis annos addimus 484. ſed annum 487. reſtituendum oſtendimus.*

e *In eiſdem Lectionibus & apud Bucelinum dicitur Honevanum in ſolitudinem ſeceſſiſſe.*

f *In eiſdem Lectionibus, Poſt Blandæ Virginis mortem. At Blanda n paronic plane converſe ſepulta eſt.*

g *Alii hanc ſolennitatem voluns inſtituta, poſtquam 13000. hominum baptizata ſunt.*

CAPUT II.

C *S. Eleutherii a Tornaci vita: obitus, Corporis elevatio ac tranſlatio.*

11 QUod ubi ea animi ſententia factum ſuccedentibus miraculis, quæ neophytos confirmareot, & alios addacerent, cum ille deſtructo Apollinis templo, diſſectiſque profanis aris, cæcis viſum, inter quos unus, nomine Mantilius, claodis greſſum redderet, prædicando ſic profecit, ut plus undecim millibus hebdomada una baptizaſſe memoretur. Unde & ſic diſcaſſæ ab eo per Evangelicam faceiu Paganiſmi ſunt tenebræ, ut jam tum primum ſol in civitate ortus videretur. Quibus acceſſit mundatus quidam ab eo poſt diem quadrageſimum a lepra utraque, videntibus cunctis, per baptiſmum, nomine Pericius, qui & poſtmodum ob vitæ ſanctimoniam primus in urbe Abbas a S. Medardo ejus ſucceſſore eſt inſtitutus. Quæ omnia uberius ut procederent, Præſulis vitæ ſanctitas jejuniis, orationibus, & eleemoſynis undique prælucens faciebat, quodque non ſatis prædicare Tornaci habens, vicinas etiam urbes adiens, fidei ſemina ilſdem miniſtrabat.

Undecim millia baptizat

Tullium leproſum mundat

12 Sic ergo oppreſſa Ethnica impietas erat, eam ſu-

rente ob id ſatana, nova & per hæreſim Arianorum primum deinde Acephalorum, quorum illi divioam in Chriſto naturam negabant; hi cum humana confundebant, & illi quidem ſanctæ Trinitatis, hi Dominicæ Incarnationis myſteriom convellebaor, tempeſtas incubuit. Cum eaorti illi anno ordinationis ejus a nooo, hi vigeſimo octavo, cives ſic committerent, ut mutuis ioter ſe cædibus, projectis in Scaldim fluvium multis, Clerici laicique, ſed in orthodoxos præcipue, ſectarii baccharentur. Contra quos dum nullis neque vigiliis, neque laboribus prædicaodo, ſcribendo, hortando, obſecrando parcit (quod ab eo editæ de Trioitate, & Incarnatione teſtaotur conciones) tum vero id fructu tam uberi fecit, ut decimo tertio epiſcopatus ſui anno ſub Anaſtaſio Pootifice, ad fidem quotquot erant, Arianos reduaiſſe memoretur.

EX BREVIARIO MS. D

ab Arianis & Acephalis oppugnat

eos refellit, & multos ſuæ fidei reddit

13 Qua demum renaſcente peſte, atque altera ſubinde orta, quæ Acephalorum eſt, cum nullum non, ut antea, adverſus utramque ſubiret laboris genus, ne iſtud quidem omiſit, ut quo majori pondere eai opponeret, Romam utriuſque viciſſim ſectæ cauſſa cum Apoſtolica ſede collaturus, ad Symmachum primum, eui & catholicos ſermones ſuos obtulit propter Arianos, deiode ad Hormiſdam propter Acephalos, Pontifices advolarer. A quibus cum honorifice eaceptus eſt, tum a poſtremo hoc etiam Sancti Protomartyris humero, & Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ capite eſt donatus. Quibus & eccleſiam ſuam, non ſine magnis ad veneratiooem eorum in ipſorum adventu editis miracalis, eaoravit.

Romam itorum pergit

E

Reliquiam Papæ donatur

14 Quippe redeunte eo Roma, eum ad montem prope Tornacum, qui nunc Sancti Andreæ, tunc vero mons Theſauri abſconditi dicebatar, ventum eſſet, occurrentique ibi Cleto ac populo Tornacenſi ſacra piguora Sanctas pater revereoter oſtenderet, accidit ut circumfulgente ab ea immenſa claritate proſtrataque multitudine, Præſule Sanctos oraute, viri quattuor & mulieres duæ, in turba illa ſacro igne laboraotes, poſito ante illos humero ſancto, aore has vero capite ſancto, a languore ſanarentur, & muto uſui linguæ redderetur.

Iidem ex ſtrofis, ſua ſacro igne liberat: mutum ſanat

15 b Tanta de cetero remporibus illis nominis ejus ubique eacitata fama, ut ea commotas Rex Clodoveus Tornacum ejus audiendi, conveniendique cauſa advenaret. A quo, & de ſecreto quod ille confiteri verebatur, quodque hic ah Angelo didicerat peccato, admonitus, per eumque, eodem revelante Angelo, reconciliatus Deo, donis ipſum & eccleſiam muneratus, ad ioteriora Regni alacer eſt reverſus.

b

Clodoveus peccatum occultum ab Angelo diſcit, eumque impetrat

16 Sed pullulante denuo, quæ ſopita toties auctoritate Apoſtolica, & Præſulis diligentia, fuerat Acephalorum ſecta, cum, accepto ſuper ea re decreto Pontificis Synodum convocaſſet, conſuſiſque illic hæreticis, obſtinatos & rebelles, ne alios inficerent, mœnibus eacluderet, non prius in eum deſtitit impiorum veſanus furor, quoad quinto poſt ſynodum illam anno poſitis inſidiis, armati gladiis & fuſtibus redeuntem eum Athanaſio Diacono & Andoeno diſcipulo e templo Beatæ Mariæ venerandum Patrem, aggreſſi ſunt. Ac multis in capite, & lateribus conſoſſum vulnerihas, unde & poſt quioque hebdomadas obiit, cruentum, deformatum, ac ſemioccm reliquerunt.

F

Synodum convocat

hæreticos urbe pellit

ei bis graviter ſaucium

17 Quo toto infirmitatis ſuæ tempore ſuper cilicino recubans lecto, ubi fidei Catholicæ profeſſionem dictavit, quam & Andoeno diſcipulo ad Bonifacium Romanum Pontificem tranſmitteudum dedit, multorum languoreı languens ipſe ſanavit, cæco viſum reſtituit, petitos ad ceruiſſimum laqueum a Cenſorino Tribuno percuſſores ſupplicio eaemit, diem mortis ſuæ prædixit.

varia edit miracula aget.

ſeptimo ſibi deprecatur

18 Cum ingraveſcente vulnerum dolore, ſacro Chriſti Corpore refectus, Deum laudare, pro inimicis orare, Tornaceoſem eccleſiam Deo commendare, &

EX BREVIARIO MS.

ad fidei constantiam omnes adhortati non cessaret, visu fugatoque humani generis hoste, cœlesti voce recreatus, tangentque protinus fulgore replente domum, cum quo ipse in lucida nube cœlum petere visibiliter conspectus est, anno vitæ suæ septuagesimo sexto, ad triplicem Virginis, Confessoris & Martyris coronam evolavit. Qui sepultus Blandinii in ea ipsa, quam tantopere dilexerat, S. Petri basilica, quo eum S. Medardus, ejus a puero sodalis, in senectute adjutor, & in Episcopatu successor, eum lacrymis intulerat.

A

In morte eulam adfendere visus i sepultur a S. Medard.

19 Quam sollicitus gregis quondam sui Pastor in cœlo esse perseveret, quamque se murum pro populo adversus Deum iratum exhibeat, insigni visione, qua Theclæ nobili & sanctæ matronæ, pro elevando, ad sedandam Dei iram, quæ ob relapsos ad idola pagos aliquot, toti regioni imminebat, corpore suo, tertio apparuit; ac miraculis, quæ ipso elevationis die primum, deinde anniversario, ac secundo postea anno sub Heidilone Episcopo acciderunt, & ab eo memoriæ tradita sunt, educuit. Ex quo factum anno Domini millesimo sexagesimo quarto, sedente Baldwino Episcopo, ut cum ipsi & universo clero Tornacensi visum esset, sancti Patris reliquias, quod loco neque digno, neque tuto satis essent, translatas in urbem, majoremque ecclesiam, digniore theca honorare, diem constitui placuerit, quo præeunte ad idem Cleeo Episcopo, omnes omnium ordinum homines solenni pompa, atque festo cum hymnis & canticis convenirent.

Testis veritatem apparitionum

Corpus sic. inter,

transfertur in urbem.

B

20 Ad quod opus accioctis magna alacritate omnibus, cum pia hæc sarcina civium humeris gestaretur, quam gratum Deo istud esset, insigni post hominum memoriam miraculo est ostensum. Ægre enim ferentibus pagi ac vicinorum accolis, privari se thesauro illo, cum ex iis quidam, quibus frons audacior, sancti illius feretri gerulos facto agmine adoriri, & sagittarum imbre impetere ausi essent, stupendus adeo ea hus accidit, ut, resilientibus magno impetu in sceleris auctores jaculis, vulnerati prostratique, proprius confossi armis ab impietate hac desistere, ac Deo credere cogerentur. Amplius vero, quod ad contactum sacri loculi paralytici viginti quinque sanati, ac septem cæci illuminati sunt. Sed & quam fructuosa non urbi tantum, sed & toti ejus regioni fuerit translatio hæc, quamquam merito octidui solennitate celebretur, cœbra ab eo tempore, qui digniore loco quiescit sanctum corpus, & ut decet honoratur, missa cœlitus subsidia, quæcumque necessitas ingruerit, & pridem docuerunt, & in dies adhuc testantur atque docent.

Translatio ejus opsidentes propriis telis occid. duos,

viginti quinque paralysi, septem cæcitate laborantes.

a *Initium propagata Tornaci hæreseos adscribitur in prioribus Actis anno Gratianensis 14. qui hic variis notatur.*

b *Hæc de Chlodovæo in aliis Actis narrantur post miraculum Pervasi ingressi mandati. Et vere anno Hormisdæ tempora obiisse Chlodovæum.*

E

DE S. EUCHERIO
EPISCOPO AURELIANENSI,
TRUDONOPOLI IN BELGIO,

G. H.

Commentarius prævius.

§. I. S. Eucherii veneratio in sacris Fastis. Vita conscripta.

AN. DCC. XLIII. XX. FEB.

1 QUa apud Julium Cæsarem l. 2. & 5. de Bello Gallico ab Admanicis, populoe Cimbris Teutonisque pugnato, traditur inhabitata regio, atque a Tacito l. 4. Histor. partim Tungris partim Batbasiis attribuitur; ea subsecutis seculis ferme Hasbaniam, sive Hasbaniæ, dicta fuit, in quatuor olim distincta Comitatus, uti videre est in divisione regni Lotharii Regis, inter hujus patruos Ludovicum Regem Germaniæ & Carolum Calvum an. 870. facta. His quatuor Comitatibus, & forte aliis vicinarum provinciarum, præfuisse Dutem infra ex Actis S. Eucherii constat. In Hasbania natus fuit seculo Chr. septimo S. Trudo, atque a S. Remaclo Episcopo Trajectensi Metas ad S. Clodulphum Episcopum missus, plurima bona illic legavit Ecclesiæ S. Stephani, ibique pluribus annis sacris profanisque studiis institutus, ac Sacerdos initiatus rediit ad S. Remaclum, ab eoque in collegium ad prædicandum Evangelium Chr. assumptus, cœpit circa an. Chr. 660. Sarchinii monasterium extruere, cui postea celebre adjunctum est oppidum, quod, Sarchinii nomine obliterato, ab eo Trudonopolis appellatum est: cujus dominium penes hujus monasterii Abbatem & Episcopum Leodiensem est ab anno 1227. quo Hugonem de Petraponte Episcopum mediocratem hujus oppidi a Joanne Episcopo Metensi acquisivisse tradit Ægidius Aurea-Vallis, in Gestis Pontificum Leodiensium c. 125.

In Hasbania

In monasterio a S. Trudone Sarchinii extructo

mortuus S. Eucherius,

2 In hoc S. Trudonis monasterio S. Eucherius Episcopus, e Sede sua Aurelianensi pulsus, vitam sanctæ finivit, quem mox ab obitu miraculis clarum, & solenni veneratione honoratum fuisse infra ejus Acta perhibent. De eo hæc leguntur in martyrologio Trudonensi: In Sarchinio, monasterio S. Trudonis, depositio S. Eucherii, qui Aurelianensium Episcopus, a Carolo Martello in exilium est relegatus: quod tamen ipsum pro justitia fuisse perpessum, cœbra miracula, quæ per ejus sacra merita Divina fieri concedit clementia, sunt indicio. *Martyrologium mss. monasterii Aquitanitini ista habet*: In Hasbania apud S. Trudonem depositio S. Eucherii Confessoris, Aurelianensis Episcopi, qui a Karolo Martello in exilium missus, ibidem in pace quievit. *Verum quisi faret* ob fidem Christi *in exilium missus*, *ista in Adone mss. monasterii S. Laurentii juxta Leodium leguntur*: Eodem die in Hasbania, in villa, quæ dicitur Sarchinium, S. Eucherii Confessoris Episcopi cum S. Trudone quiescentis, exiliati illic pro fide Catholica a Karlo F Martello. Mss *Clericorum S. Hieronymi Ultrajecti, Canonicorum monasterii Albergensis, Gulielmitarum Brugis, Domus S. Cæciliæ Lugduni Batavorum, Collegii Societatis Jesu Lovanii, Domus Professæ Antuerpiensis, ac martyrologium Colonia an. 1490. excusum, ita eisdem fere verbis tradunt*: S. Eucherii Aurelianensis Episcopi & Confessoris, qui pro fide exilio relegatus, cum S. Trudone honorifice quievit: *scilicet* Hasbania, *uti additur in mss. Bruxellensi S. Gudila. Melius causa exilii malevolorum invidiæ ascribitur in Martyrologio Romano*: Eodem die S. Eucherii Episcopi Aurelianensis, qui eo magis miraculis claruit, quo pluribus invidorum calumniis fuit oppressus. *Eumdem suis elogiis exornant reliqui martyrologi recentiores, auctor Florarii mss. Galesinius, Felicius, Canisius, Molanus, Miræus, Gelenius, Ghinius, Wion, Menardus, Dorganius, qui cum Usuardo Parisiis an. 1536. excuso* Eleutherium appellat, *in errorem facilius abductus, quod eodem die S. Eleutherius, sed Episcopus Tornacensis, colatur. Sanssajus & Buslinus longo encomio ex Actis excerpto eum celebrant.*

Insertus est Martyrologio Bedæ 20. Febr.

3 *Die proxime sequenti*, 21. *Febr. inscriptus est Martyrologio Bedæ excuso, his verbis*: Et depositio Eucherii Episcopi. *Quæ de hoc S. Eucherio arbitramur accipienda, licet post ipsum Bedam vixerit, sed fuisse postmodum tam ejus*,

& 21. Febr.

A *ejus, quam aliorum Sanctorum nomina inſerta huic Martyrologio ſapius monuimus. Deeſt in variis noſtrit Martyrologiis mſſ. quæ Beda nomen præferunt. Eadem verba ad 21. Febr. leguntur in Martyrologiis Notkeri & Rabani; in hoc additur titulus* Confeſſoris. *At Martyrologium mſ. Reginæ Sveciæ perantiquum 20. Febru. refert ſolum* depoſitionem S. Eucherii Confeſſoris, *unde antiqua ejus veneratio ſatis ſtabilitur: quam etiam vetera Breviaria Leodienſia & Trajectenſia ad Moſam confirmant. De cultu ob Tranſlationem reliquiarum introducto infra agemus.*

4 *Vita S. Eucherii ſcripta extat ab auctore anonymo, ſed coævo & accurate ſcriptore, qui in prologo ait, ſe quæ edit* Vita ab coævo auctore anonymo ſcripta,
di-
dicciſſe apud veraces coævoſque ſuos, *& ſub initium Vitæ hæc habet:* Ortum, ut ſuperius præfati ſumus, a veraciſſimis viris, ſeu ab germanis ſuis, quæ in cœnobio ſanctarum monacharum ſitu juxta urbe Aurelianorum norma ſanctitatis præcellaot, ſatentibus didicimus. *Extat hæc Vita, a* Surio, ſed mutatu noonihil ſtylu, *ut præfatur*, ea inſigni codice mſ. *edita*, *atque*, *ut addit in ſuis Sanctorum Vitis* Lippeloui, *optima fide: quod annotavit ob cenſuram Baronii inſcriptam Annal. ad an. 741. n. 17. his verbis:* Ceterum eum in Vita Eucherii eadem legantur *de damnatione Caroli Martelli*, ſuperadditum eſſe caput illud haud levis ſuſpicio eſt, ſi quis conſideret moa ante ejuſmodi narra- edita a Surio ex mſ.
eum inſerta hiſtoria damnationis Caroli Martelli,
B tionem dici, contendiſſe precibus Sanctum, ut ea hac vita ſolveretur, ſed non cohærent, quæ ſubſequuntur de Caroli damnatione, ſed bene quæ poſt illa habentur de ejus ea hac vita migratione. *Verum hæc non plane convincunt. Fuit S. Eucherius pluribus an. Sarchinii exul, quibus ut n. 9. dicitur*, non deſtitit die noctuque Domino ſuffragari, ut cum electis ſuis, quorum officium culminis eſt imitatus, in aolæ ſuę arce coęquus exiſteret. *Interim dum mors ejus differtur, vita functus eſt Carolus Martellus, de cujus damnatione revelatio facta S. Eutherio, de qua nos infra, apud Surium inſeritur, ſervato rerum geſtarum ordine, eique S. Eucherii ſeſqui an. poſt Martellum defuncti ſubnectitur genus mortis ac ſepultura. Ceterum ab eodem Baronio in notis ad Martyrologium Romanum hac eadem* Acta, quæ deſcripſit Surius to. 1. *abſque ulla cenſura citantur. Non reperit alba inter Codices mſſ. Romanos, atque Italicos. Eadem ſolum ex Surio edidit amiquorum Codicum Gallia perſcrutator aliequin diligentiſſimus Andreas Cheſnęus to. 1. Scriptorum Gallia pag. 790. Ex eodem Surio ſumpſere ante neminatus Lippeloui, Franciſcus Haraus, Jacobus Dubletius, Guilielmus Gozæus, Petrus Ribadeneira, aliique, qui poſt Surium Vitas Sanctorum compoſuerunt: inter quos etiam videtur cenſendus Renatus Benedictus, qui tamen non Su-*
ab aliis auctoribus deſcripta.
C *rium*, ſed codices manu exaratos *allegat.*

5 *Nos eamdem S. Eucherii Vitam primogenio ſtylo damus ex tribus optimo fidei codicibus mſſ. in quibus deeſt hiſt. damnationis Caroli Martelli, unde alia de ea orbi ingenerabitur opinandi judicandique ratio. Primus codex mſ. apud nos eſt antiquo ac quadrate charactere exaratus, a Cornelio Duinio Juriſconſulto exitio ereptus: in eo continentur Vita* SS. Renacli, Lamberti, Leodegarii, Amandi, Huberti, Trudonis, Eucherii. *Plures extitiſſe indicat numerus 82. primo folio adſcriptus, ac toto l. continuatus, in quo nonnulla ſub finem potiſſimum & finem conſpiciuntur reſcripta, foliis carie ac vetuſtate detritis. Alter codex pertinet ad nobiliſſimum atque antiquiſſimum monaſterium S. Maximini prope Treviros: in hoc codice admodum vetuſto inter alios tractatus & Vitas Sanctorum conjunguntur Vita S. Trudonis & S. Eucherii: at reliquia a priori codice diverſa ſunt. Tertius codex adſervatur in Rubea-Valle juxta Bruxellam, apud Canonicos Regulares S. Auguſtini, inter quos vixit a ducentis circ. an. Joannes Gilcmanus, qui ſumma induſtria atque labore plurimas Sanctorum Vitas collegit. Ex his Sanctilogium quatuor tomis diſtinxit, Novale Sanctorum tomis duobus, & totidem Hagiologium Brabantinorum, in cujus parte ſecunda legitur hæc S. Eucherii Vita.*

alia a nobis datur absque ea damnationis revelatione, ex Mſ. Cornelii Duinii.

ex alio mſ. S. Maximini,

& tertia Mſ. Roberti Pollii.

6 *Eadem Vita, ſed contracta admodum, extat in codice Ultrajectino S. Salvatoris: ex cujus Eccleſia codice alio dedimus 13. Febr. Acta Latina S. Polyeuctli Martyris, ac ſæpius Vitas Sanctorum contractas ex aliis inde ad Carthuſiam Colonienſem translatis citamus. Refertur in hac S. Eucherii Vita revelatio damnationis Caroli Martelli, quam etiam narrat in Vita S. Eucherii a ſe conſcripta Gerardus Moringus, qui Canonicus ac Paſtor Trudonopoli obiit an. 1556. Extat ea Vita inter Acta St. Trudonis & Liberti Martyris Lovanii anno 1540. excuſa.* AUCT. C. H. D & edita a Marlogo.

§. II. *Annus epiſcopatus, exilii, obitus S. Eucherii. Chronicus Trudonenſis mſ. auctoritas.*

7 *Sigebertus Gemblacenſis relate in Chronico ad annum Chr. 727. S. Rigeberti Epiſcopi Remenſis exilio, hæc addit:* Eucherius quoque Aurelianenſis Epiſcopus pro ſimili cauſſa apiſcopatu privatus, & apud Sarchinium Hasbaniæ vicum exiliatus, in cœnobio S. Trudonis in ſanctitate conſummatus eſt. *Hæc Sigeberti relatione nixus Molanus aſſerit in Natal. St. Belgii*, S. Eucherium multa ſanctitate & miraculis glorioſum ad cœleſtem patriam migraſſe an. Domini ſeptingenteſimo vigeſimo ſeptimo. *Baronius* obitum *ejus* contigiſſe *tradit* anno 731. *ac poſtea an. 741. n. 18. hac inde deducit:* Hiſtoriam iſtam de viſione facta S. Eucherio (quod aſſeritur) non poſſe ſubſiſtere, ex E
iis quæ dicta ſunt in obito *ejuſdem* Sancti, qui contigit ante decenoium quam Carolus moreretur, ſive annos quatuordecim, ut Molanus ponit, ſatis intelligi poteſt, cum adeo repugnent tempora, ut S. Eucherius viderit animam Caroli apud inferos cruciari, qui poſt ejuſdem Eucherii obitum decem ſaltem annos reperiatur fuiſſe ſuperſtes: unde intelligas, quantum abſit quod aſſeritur, ut Eucherius ea tempore Pippioi Regis per viſum ſcire ac referre potuerit. *At Franciſcus Haraus ad Vitam S. Eucherii arbitratus Baronium cum Molano in an. 727. obitum ejus retiicere, hanc opponit ſententiam:* Cum juata Sigeberti veriſimiliorem chronologiam pugoa illa cum Saracenis, qua cum miſſa S. Eucherios epiſcopatu pulſus narratur, contigerit demum annu trigeſimu illius ſeculi, atque annis ſea adhac in exilio viaerit, credo magis eum obiiſſe anno trigeſimo ſeptimo.... Porro omiſimus illa de viſa a S. Eucherio anima defuncti Caroli Martelli in locis pœnarum. Nam, ut omnes hiſtorici conſtanter affirmant, deſſit primum in vivis eſſe Martellus anno Chriſti ſupta ſeptingenteſimum quadrageſimo primo. *Omiſit etiam eamdem viſionem Lippelous, citatis ad marginem Surio ac Baronio.*

2. Eucherius mortuus perperam tranſlatur ad an. 727. a Molano. an. 731. a Baronio, an. 727. ab Haraeo

8 *Verum ab his auctoribus aut ipſa S. Eucherii Vita haud* F
accurate eſt perlecta, aut certe temporum charactores non ſunt diligenter diſcuſſi. Ac primo, eſt S. Eucherius ab Anſherto Auguſtodunenſi, *ſive* Ædoorom, Epiſcopo baptizatus. *Fuit hujus Sedis Antiſtes S.* Leodegarius *juſſu Ebroini anno Theoderici Regis quinto, Chriſti 684. interfectus, de quo anno abbi accurate diſſeruimus. Succeſſores ejus ſtatuuntur a Demochare* Sigebertus, Præjectus, Ermenarius, Aubertus, *qui ſupra* Ansbertus *dicitur. At* Sigeberto *prætermiſſo tres alii referuntur in Catalogis Joannis Chenu & Claudii Roberti, &* Projectus *a Chenu* Sanctus *habetur, atque* Ansbertus, *etiam* Amalbertus *a Claudio Roberto appellatur. In Vita utraque S. Leodegarii* Ermenarius, *ſive* Ermencharius, *dicitur* beati vitu in Epiſcopatu Auguſtidunenſi ſucceſſor; *qui* corpus S. Leudegarii ſibi dari *poſtulavit*, ut illic quieſceret, ubi fuerat Epiſcopus: *quod tamen impetravit Anſoaldus Epiſcopus Piſtavienſis, tranſlatumque Piſtavium eſt an. 688. & menſe Martio in monaſterio S. Maxentii depoſitum.* Uhi ampliſſimum in ſaocti Martyris honorem extructum eſſe templum, cujus ſtructura alia eſt quam ceterarum baſilicarum, *ſcribit Urſinus, & confirmat alter Vita auctor, qui* mirę magnitudinis fabricam *appellat:* cujus ædificatio eſt diſſimilis omnium baſilicarum cunſtructioni. *At quot huic*

est baptizatus ab Ansberto Epiſcopo Ædoorum;

successore Ermenarii.

AUCT. C. H.

templo erigendo inſumpti an. ſint utrique auctori ſilet: quorum alter hanc Vitam poſtea deſcripſit Ermenarius Auguſtidunenſis urbis Epiſcopo, cujus ait in prologo juſſa vel petita diu impiere ſe diſtuliſſe, ac ſæpius ab eo juſſum & ſpiritalium fratrum flagitatione compulſum, tandem geſta B. Leodegarii ſcribere aggreſſum eſſe. *Ex quibus diu Ermenarium Epiſcopũ vixiſſe colligimus, qui traditur ante Anſbertum ſucceſſiſſe Prajectas, niſi hanc cum Sigeberto ex numero Epiſcoporum Auguſtodunenſium ſecludamus, tumquam ex Epiſcopis Arvernis ad Æduos tranſlatam. Vitam S. Prajecti Arvernorum Epiſcopi, qui cum S. Leodegario vixit, dedimus 25. Jan. Fallas ergo Anſbertus Epiſcopus baptizavit* S. Eucherium accreſcentem atque ad gentores semeare permiſit: *quod ſub finem ſeculi ſeptimi factum videri opinamur. Alter &c.* Vide Append. pag. 758. col. 1.

A

Sub finem ſeculi ſeptimi.

9 Ubi annus Eucherii ætatis ſeptem abſolvit, litteraram ſtudiis admotus eſt, & ſuccedente ætate congrua per varias ſcientias ad Theologicam doctrinam promotus, quidde traditur cuncta Canonã & Scripturarum dogmata perſcrutatus. Reliquit dein patriam & conſanguineos, ac petiſſimum Suavaricum patrum, urbis Aurelianenſis Epiſcopum: diſceſſitq; *Gemmeticam, quod tunc celebre erat diverſis Romanenſis in Segaana penitſula monaſterii, ubi inter monachos nongentos & ipſe ut am monaſticam egit, & tam perfecta vivendi rationae, ut odor boni nominis adeoquaque redoleret, & maxime apud ſuos Aurelianenſes, qui Suavarico Epiſcopo mortuo, cum procul degentem in monaſterio, invitum & reluctantem adhibita Caroli Martelli auctoritate, expetierant impetraverunt*q; Epiſcopum. *Quæ omnia ſimul collata ionaant maturũ cum eos adeptam ſuiſſe ætatem, neque potuiſſe niſi poſt annum 720. ad eam dignitatem promoveri ſeu ſon ætatis 25. natam. In ſucceſſione Epiſcoporum Aurelianenſium ab anno circiter 650 quo Audo, ſive Andoſub Chlodoveo II. interfuit Concilio Cabilonenſi, ad S. Eucherii tempora nullas deſiderat character apparet Epiſcoporum olio, qui ab Audone ad S. Eucherium ſederant: illi ſunt* Gaudo, *ſeu* Gaudonius, *ſi ſi tamen ab Audone alius eſt*, Sigebertus, Severicus, Baldagus, Adamarius, Leodegarius, Leodebertus, *& memoratus* Suavaricus, *S. Eucherii patruus, cujus Sedi anno 716. adſcripſerant Chena & Robertus.*

B

ſit monachus Gemmeticenſis.

uxpetitus ab Epiſcopum anno circiter 24. natus.

quos habuerit prædeceſſores?

10 Certiora de exordiis epiſcopatus S. Eucherii monumenta temporum eruuntur e præfectura Caroli Martelli, qui patre Pippino 16. Dec. an. 714. mortuo, maaſit an. ſequenti ſub Plectradis novercæ cuſtodia, ac qua liberatus a ſolis Auſtraſiis aſſumptus eſt, & anno 716. a Chilperica Rege & Ragenfredo ejus Majore Domus Auſtraſiam ingreſſis, cladem aliquam accepit, & poſtea vices rependit. Anno 717. Martii 21. Chilpericum & Ragenfredum ad Vinciacum fudit, ac Pariſios uſque perſecutus eſt Carolus. Victor regreſſus, Colonium urbem cepit reſeratam, & theſauros patris Pippini a Plectrade ſibi tradi curavit, & Saxoniam vaſtavit, qua an. 718. peracta ſunt. Anno 719. in Saeſſionenſi actione Chilpericum Regem & Ragenfredum cum Eudone Duce Aquitania inſtaurata rurſus acie devictum in fugam egit, atque ad Aurelianenſem urbem acceſſit, caſtra poſuit, atque infecuto an. 720. Regem Chilpericum ab Eudone ſibi traditum, Noviomum abduxit: quo dein vita functo, Theodericum Carolus in ſedem regni conſtituit, jam Principe Francorum etiam Neuſtriorum factus, maxime poſtquã an. 721. Ragenfredum infecerat, urbem Andegavenſem cepit. Quo adhuc an. nunquam ex tempore exiſti max hquebit, Legati Aurelianenſis oblatis muneribus expetierunt a Carolo Martello Epiſcopum ſibi conſtitui monachum Gemmeticenſem Eucherium, & miſſo a Proceribus aula aliqua Gemmeticũ, impetrarunt.

C

requiſito ab Aurelianenſibus conſenſu Caroli Martelli.

Principis Francorum etiam Neuſtriorum, anno 721. ordinatur Epiſcopus.

11 Præfuit Antiſtes Eccleſia Aurelianenſi ceras omnibus annis ferre ſedecim, antequam Colonium in axilium amandaretur. Non ergo mortuus an. exilii 6. Chr. 727. ut ex Sigeberto collegerat Molanus, neque expulſus in axilium eſt, aut anno 725. ut n. 10. ad eum an. tradit Baronius, aut anno 730. uti ſentire Haraeum ſupra diximus. Imperatum i. Eucherio exilium eſt, cum Carolus Martellus devictis Saracenis ex Aquitania rediret. Eginhardus in Vita Caroli Magni a vobis 28. Jam. illuſtrata c. 1. n. 4. duplicem de Saracenis victoriam narrat his verbis: Karolus tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vendicantes oppreſſit, & Saracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis prœliis uno in Aquitania apud Pictavium urbem, altera juxta Narbonam apud Byrram fluvium ita devicit, ut in Hiſpaniam eos redire compelleret. *Priorem pugnam contigiſſe* menſe Oct. die Sabbati anni 732. *legitur in Annalibus brevibus, a Chesneo to. 2. Scriptorum hiſtoria Francorum pag. 3. editis, aliiſque pag. 7. excuſis, nis & tom. 3. in Annalibus Metenſibus pag. 270. & monachi Hepidanni pag. 471. Quæ certo victoria intelligi nequit, quod an. 716. quo tum fallas eſſet Eucherius Epiſcopus, necdum Carolus apud Neuſtrios aliquam vel profectæ ſpeciem obtineret, ja ipſa Auſtraſia a Chilperica & Ragenfredo, qui cum exercitu in Colonienſium ditionem perrexerunt, clade aliqua, ut diximus, affectus. Reſtat altera eaque clariſſima victoria de Saracenis ex tota Gallia expulſis, qua in memoratis ante Annalibus dicitur obtenta* die Dominica an. 737. *quando* Rege Saracenorum interempto, exercituque penitus ad internecionem deleto, Carolus cum magno triumpho remeavit to Franciam, videturque per Aurelianos debuiſſe iter arripere, *quod urbes Narbonenſis, Aurelianenſis ac Pariſienſis in eodem ſita ſint meridiano, uti coſmographi loquuntur ſtatuuntq; vicesimum quartum. Ceterum Gallia Narbonenſis, qua ſub Romanis diſtincta ab Aquitania cenſebatur, dein Gothis ac poſtea Francis imperio potiit ſub Aquitania comprehenſa fuit. Hinc Aimoinus in Prafatione ad Hiſtor. Francorum, dum ſitam Germaniæ ac Galliæ deſcribens, urbes egregias, quæ in Aquitania continentur, enumerat, primo loco ſtatuit* Narbonam, *cui in Notitia provinciarum & civitatum Galliæ tempore Honorii Auguſti coaditæ ſubiungitur proximo loco* civitas Toloſatium, *ja qua Charibertus frater Dagoberti I. dum regnaret in parte provinciæ Aquitaniæ, ſedem elegit: & Ludovicus Pius, dum Carolo Magno adhuc vivente Rex Aquitaniæ eſſet conſtitutus, comitia regni ſæpius* Toloſæ *celebravit, qua auctor Vita ejus modo placitum generale, modo conventum generalem appellat: a qua etiam dum Comites a Carolo Magno pro filio in Aquitania conſtituti referantur*, Chorſo, *eoque ſubmoto* Wilhelmus, Comes Toloſæ præfectus *dicitur. Eodem modo auctor Vita S. Eucherii accipit* provinciam Aquitaniam, *ad quam depopulandam Saraceni venerant, ſed devicti atque ad internecionem a Carolo Martello deleti ſunt an. ut ſupra probavimus*, 737. *epiſcopatus* S. Eucherii 16. *quem diximus circa annum* 721. *fuiſſe ordinatum. Tum victor Carolus Martellus* Aurelianis pertranſiens, B. Eucherium poſt ſe Pariſios venire præcepit ſexto decimo epiſcopalis ordinationis anno, & Colonium perduci fecit.

D

devictis a Carolo Martello Saracenis.

eos redire compelleret.

eos redire tum anno 732.

mittitur in exilium.

F

12 Hunc de an. obitu S. Eucherii omnia controverſia hactenus mota ſecidit, cum ſexto exilii an. victor ex hoc mundo in cœlum migraverit. *Eſt is an. Chr. 743. quo, ut diximus,* 20. Febr. *mortuus eſt. Hic idem an. aſſignatur in Chronica monaſterii Trudonenſis, ubi S. Eucherius ultimis annis exilii vixit & diem clauſit extremum. Hunc autem ann. in antiquis monumentis monaſterii, forte etiam ſepulchralibus, annotatum fuiſſe vel inde magis ſuſpicamur, quod auctor Chronici, poſtquam in an. tam ordinationis ejus quam exilii aberraverat, ut tamen eum ad dictum an. 743. offenderet vixiſſe, ceſſitus ſit ſcribere*, B. Eucherium extremum ſpiritum exhalaſſe exilii ipſius anno nono, ordinationis vero anno vigeſimo quarto. *Carolus Sanſeyus Eccleſia Aurelianenſis Decanus in ejuſdem Eccleſia Annalibus, anno 1615. edidit, l. 5. agens de viſione damnationis Caroli Martelli n. 30. ita ſcribit*: Ut vero judicium noſtrum ſupra hac controverſia reddatur certius, viſum eſt hoc loco chronologiam ex Annalibus S. Trudonis, quam miſit ad nos dictus Reverendus Abbas anno Domini 1607. die 24. Septembris, quamque nos ipſi apud ipſum monaſterium diligenter legimus anno 1610. hoc loco de verbo ad verbum

mortuus anno 743.

nihil ſtatuendum Chronicon Mſſ. Trudonenſe.

e Carolo Sanſeyo ab eo latum.

inſce-

A inſerere. *Verum major lux dicta controverſia acceſſiſſet, ſi titulis capitum una fuiſſent editi, & ætas compilatorum chronici indicata. Prioris partis auctor anonymus eſt, vixitq; ſeculo Chr. 14., ac 4. ejus partem deduxit uſq; ad obitum Roberti Abbatis an. 1366. vita functi, id eſt ſexcentis & amplius annis poſt obitum S. Eucherii. Qua infra, ubi de Reliquiis S. Eucherii agemus, exponentur.*

ſcripſit ſeculo 14.

13 *Hic ergo auctor par. 1. lib. 1. c. 31. (non 13. ut apud Sauſeyum excuſum eſt) hunc titulum præfigit:* B. Eucherius Aurelianenſis Epiſc. conſtituitur, *quod factum eſſe anno* Chriſti 717. *Imperii Philippici 5. dicitur. Verum Bardanes Philippicus, ejuſq; ſucceſſores, Artemius, Anaſtaſius diſtus, & Theodoſius Adramyttenus, ante eum ann. imperarant, illoq; 717. Indict. 15. Martii die 25. imperium adiit Leo Iſauricus, cujus anno 16. Chriſti 733. S. Eucherium anno etiam Epiſcopatus 16. in exilium miſſum tradit idē auctor l. 2. c. 3. cui hic præfigitur titulus:* De B. Eucherii ea epiſcopatu ea pulſione, *adjungiturq; c. 4.* De B. Eucherii io exilium ad Hasbanum miſſione, *& c. 5.* De fabuloſa viſione S. Eucherii *ac demum c. 6.* De morte S. Eucherii, *quam diximus referri in ann. 743. Epiſcopatus 24. & exilii 9. qui iterum charakteres inter ſe non cohærent. Ab an. 717. ad 43. intercedunt anni 26. ut aut ſecundum compilationem illam dicendus foret S. Eucherius obiiſſe an. 741. & quidem 20. Febr. id eſt octo fere menſibus ante obitum Caroli Martelli Idib. Octobr. illius anni mortui, aut certe reponendus annus 26. ordinationis, & 10. exilii, quem relegationis ſive exilii annum ſtatuunt Miræus in Faſtis Belgic. Andreas Sauſſ. in Martyrol. Gallic. aliiq;. Sed hæc de chron. Trudonenſi ſufficiant, cujus auctor viſionem S. Eucherii fabuloſam in titulo cenſuit, & forte quod in S. Eucherii Actis eam non reperiſſet, quæ ſi accurata diſquiſitione perlegiſſet, & ſexto eam anno exilii & vicefimo ſecundo epiſcopatus obiiſſe ſcripſiſſet.*

in ea perperam dicitur S. Eucherius Epiſc. factus an. 717.

in exilium miſſus an. 733.

abnotatis hujus temporibus,

B

14 *Carol. Sauſeyus refert in Annalib. Aurelianen. Vitam S. Eucherii, & quidem, ut ſub initium & finem n. 1. & 17. aſſerit,* ea ſcriptis apud Surium ab anonymo quodam S. Eucherii contemporaneo, quæ ex ſanctimonialibus S. Eucherii ſororibus & aliis acceperat. *Verum interſerit ex chron. Trudonenſi ordinatum fuiſſe Epiſcopum anno Chriſti 717. in exilium abiiſſe anno 733. ac tandem anno exilii 9. migraſſe in cœlum. Demum illud chronici erratum defendere nititur, quod ann. 5. Philippici Imperatoris conveniat in ann. 717. quod ſupra rejecimus, addimuſq; quamvis Philippico, Leonis cæterorumq; Imperatorum, quibuſcum a prima infantia vixit S. Eucherius, nomina, accurato calculo ſubducta fuiſſent appoſita, argui tamen præter*

Chron. adhuc Cæſ. Sauſſeyo,

ejuſq; auctorem male defendit.

C *ſeculi 8. conſuetudinem a poſteris fuiſſe introſa.*

§. III. *Viſio S. Eucherii de Carolo Martello damnato, integro ſeculo poſt ntrumq; obitum a ſcriptoribus non indicata.*

15 NOn eſt animus Concilior. *acta aut antiquorum auctorum ſcripta temere convellere: non etiam æternas infamia maculas nomini illuſtris Principis Caroli Martelli inurere: multo minus occulta Divina majeſtatis judicia ſcrutari, aut irrevocabilem ſupremi Judicis Chriſti ſententiam, ſi datam eſſe conſtaret, momentis noſtris incertis ac fallacibus ponderare: ſed tantum, ut ſuus ſit veritati locus, conſtituimus veterum ſcriptorum monumenta proferre, ſingula ſuis temporibus affigere, ac rationum calculos in utraq; parte, ut carpimus, ponere, ut ex iis id quid ſentiendum ſit ipſe nobiſcum lector arripias, ac nobiſcum etiam diſcat ſenſire cū ſacra Scriptura in benitate de miſericorde Domino, imo etiam Deum juſtum Dominum ac rectum judicium ejus revereri. In diſceptationem qualemcunq; inter viros eruditos vocatur, num S. Eucherius raptus in extaſim, conſpexerit Carol. Martellum, nuper defunctum, apud inferos torqueri, acq; ab Angelo intellexerit eum animæ & corpore æternis pœnis eſſe depuratum, unum dein S. S. Bonifacius ac Fulradus, viſione illis a S. Eucherio relata, repererint ſepulchrum Caroli vacuum ac denigratum, viderintq; inde draconem exire, ſcilicet ſub hujus ſpecie deabolum, qui ſubito evanuerit. Ac primo oſtendimus ſupra contra Haraam, Baronium, Molan. aliosq; S. Eucherium non ann. 4. neq; decem neq; 14. ante Carol. Martellum e vita deceſſiſſe, ſed poſt hujus obitum vixiſſe anno uno, menſibus 4. diebus 5. Præterea fatemur a Surio Vitam ſummæ cum fidelitate ex codice unico miſſ. editam eſſe, in eaq; dicta viſionis hiſtor. contineri. Addimus inſuper S. Bonifac. Archiepiſc. & Sedis Apoſtolicæ Legat. nec non S. Fulradum Archipreſb. Francia, ſcu ſummi Palacii Capellanum, eodem tempore floruiſſe, magna inter eſſe familiaritate conjunctos, atq; in ſedes Epiſcopalis Remenſis S. Abeli collata firma ſtabiliſq; redderetur, ambos apud S. Zachariam Pontificem Max. egiſſe, pallium q; impetraſſe, miſſum 10. Kal. Julias Indict. 12. an. Chr. 744. uti ex epiſtolis Adriani & Zachariæ Pontific. edocemur 17. Febr. in Vita S. Fulradi.*

AUCT. G. H. D

S. Eucherii viſio ad damnationem Caroli Martelli, ſæpe antiquæque obiter Vita apud Surium.

Bonifacius & Fulradus inter familiares.

16 *His ita poſitis videtur tamen hiſtor. dicta viſionis non fuiſſe inſcripta ipſis S. Eucherii Actis a coevo auctore, tum quia in vita, quam damus ex tribus optimæ fidei codicib. mſs. non continetur, tum quia auctor, qui proxime ab obitu annis illam edidit, non ita depinxiſſet S. Fulradum, aque tum apud omnes notum, atq; erat S. Bonifac. Dicitur* Fulradus E *ſumm us Regis Pippini Capellanus, cui ut regnum imperaret, miſſus eſt an. 749. cum S. Burchardo Epiſc. Herbipolenſi Romam ad Zachariam Papam, cujus conſenſu obtento anno ſequenti Francor. eſt Rex creatus. Appellatur etiam* Folradus monaſterii S. Dionyſii Abbas: *ad quam dignitatem eum necdum anna 757. fuiſſe promotum demonſtravimus §. 4. ad ejus Vitam. Sunt autem ab obitu Caroli Martelli anni 16. ut citius omnino Vita videatur exarata, tum ut Trudonenſes, quam vivendi rationem S. Eucherius in Gallia interiore ante egiſſet, poſſent ſcire, & in anniverſaria ſaltem ſolennitate populo accurrenti e ſuggeſtu declarare, tum etiam ut Aurelianenſes omnes, ac maxime conſanguinei & ſorores ſanctimoniales ſanctam ejus in exilio vitam, obitum ac miracula dein patrata cognoſcerent.*

obſunt Vitæ in 3. Mſſ.

& in priorem illis S. Fulrado attributa,

17 *Demum ſi tanta fuerit S. Eucherio cum St. Bonifacio & Fulrado animorum conjunctio ac familiaritas, quidni eorum patrocinio fuit ad Sedem Aurelianenſem a Pippino & Carolomanno revocatus, quemadmodum ab eorum avo Pippino Herſtallio S. Lambertus Sedi Trajectenſi, aliiq; ſuis urbibus ac monaſteriis reſtituti? aut ſi reditus conceſſus, ſed morbis obituq; impeditus, quidni corpus max miraculis clarum ad ſuam baſilicam Aurehanenſem relatum eſt? Ita corpus S. Amberbi, ex Abbate Fontanellenſi Archiep. Rotomagenſis, ex cœnobio Hannonia Altimontenſi, in quo exul mortuus erat, Fontanellam 17. poſt obitum die translatum eſſe traditur in Vita ejus, 19. Febr. a nobis edita. Nec dubitandum eſt, quin vel corpus Sancti recipere Clerus populuſq; Aurelianenſis, a quo olim e Gemmeticenſi monacho ad infulas Epiſcopales evocatus fuerat, ſummis votis deſideraſſet, præcipue ſi propinqui ejus, qui una in Actis dicuntur in exilium ablegati, in priſtinas poſſeſſiones reſtituti fuiſſent, a quorum forſan aliquo ſacinus erat patratum, ob quod ab invidis ſuggeſtum* Carolo, ut S. Eucherium cum omni propinquitate exilio deportaret, honoteſq; eorum quoſdam propriis uſibus annecteret, quoſdam ſois ſatellitibus cumularet, *ut legitur n. 8. & n. 9.* Carolot eu io in exiliom cū reliquis propinquis perdoci ſceit. *Atq; ita dicitur* S. Eucherius *in Mart. Romano* invidorum calumniis oppreſſus, *& in Mart. Trudonenſi* pro juſtitia perpeſſus exilium; *nulla facta viſionis ante relata mentione. Neq; alii auctores, qui integro poſt obitum Caroli Martelli ſeculo floruerunt, vel ipſius* Eucherii *obiter meminerunt.*

non corpus relatum?

F

aliis ſeculo integro de re ſilentibus.

18 *Alter offenſionis lapis arripitur ob S. Rigobertum Epiſc. a Carolo Sede ſua Remenſi ejectum: quod ſic contigit. Amorte Pippini Herſtallii Francos Auſtraſios inter & Neuſtrios maximum diſſidium exortum eſt, atque utrinq; celleris exercitu prælium initum cum clade majore Auſtra-*

Carolus Martellus a cæleſtibus liberatus,

Fides & ſcopus hujus diſſertationis. Sap. 1. 6.

AUCT. G. H.

ſtraſior. contra quos Ragenfredus electus eſt Major-Domus,
A *& fudit cum Ratbodo Friſiorum. Quo tempore Carolus Martellus carrere Columnaſi emiſit, ab Auſtraſiis ſumme cum gaudio ſuſceptus eſt, & creditus ſingulari Dei beneficio liberatus, ut in hiſtor. juſſu Childebrandi fratris Caroli Martelli ſcripta, & chron. Fredegarii annexa c. 104. & in annal. Metenſibus ad an. 715. In his communis Auſtraſior. lætitia ita exprimitur:* Sed Dominus, qui dat & non improbat, Ksrolum de inſidis novercalibus eruans, palam eum trepidantibus manifeſtum produxit. Tunc veluti cum ſol radios præclaros eclipſim ad modicum paſſos cunctos exerit orbi, ſic Pippini Karolus dignißimus hæres languentibus & pene deſperantibus de ſalute populis robuſtiſſimus defenſor illuxit. Ut autem aperte cunctanti plebi apparuit, tanto favore tantaq; gratulatione ab universis ſuſceptos eſt, ac ſi dominator eorum Pippinus ad eorum conſolationem revixiſſet. *Inter Auſtraſios erant Remi, quorum Epiſc. S. Rigobertus conſtituerat nemi rium parti adhærere. Hunc Hadrian. Papa in epiſt. ad Tilpinum Archiepiſc. Remenſem aſſerit* ſæviente diſcordia inter Francos dejectum, ſolummodo quod antea non conſenſit in parte illius, qui poſtea partem illam de regno in ſua poteſtate accepit, in qua Remenſis civitas eſt. *Id factum eſſe poſt victoriam* Vinciaci 12. Kal. April. *an. 717. obitemã, traditur in Vita S. Rigoberti a nobis 4. Jan. edita c. 16. ſcripta ab auctore anonymo circa ann. 900. id eſt, poſt hanc Rigoberti expulſionem ann. 183. qui verba Hadriani Papa a nobis relata rectiat n. 18. ſed ejus modeſtia (qua hic nomen Caroli non expreſſit) prorſus immemor aliàs commiſcitur exilii S. Rigoberti cauſſas, quas ille voce ſolummodo exclauſi. Seceſſit S. Rigobertus in Vaſconiam, inde a Malone Abbata & tonſura clerica, qui tum Remenſem Epiſcopatum habebat, revocatus, in Germaniæ curte haud procul Remis reliquum vitæ tranſegit, & Remos quandocunq; ibum, ſe contulit, ac ſacrificium Miſſæ in ara beatiſſimæ Virginis Mariæ fecit aliaſq; eccleſias invißt.*

ob Auſtraſii ſummo lætitia ejus ſuſcipitur

ut admittitur Remis S. Rigoberto Ep.

B Idem a Sede dejectus

19 *Cum Carolo Martello vixerunt duo ſancti Pontifices Romani, Gregor. II. & Gregor. III. ambo Mart. Rom. inſcripti, alle 13. Febr. hic 27. Novembr. uterq; Carolum verbis honorificentiſſimis compellat. Gregor. II.* gloriosum filium in Chriſto dilectiſſimum, religioſæ mentis affectum gerentem, Deo dilectum *vocat in epiſt. qua illi commendat* S. Bonifacium a ſe Epiſcopum conſecratum ad prædicandum plebibus Germaniæ gentis, *quod factum eſt Indictione 6. an. 723. At Gregor. III. appellat* refugium *ſuum in afflictione*, filium excellentiſſimum, cariſſimum & Chriſtianiſſimom, amatorem filium B. Petri Principis Apoſtolorum, ſuum poſt Deum conſugium &c. *Extant ea Epiſt. apud Sirmond. tomo 1. Concilior. Galliæ pag. 512. 525. &*
C *527. & tomo 17. Concilior. editionis regiæ pag. 276. 323. & 326. & paſſim alib. Auctor hiſt. juſſu Childebrandi ſcripta apud Fredegar. c. 109. & 110. hæc de extremo morbo & obitu Caroli narrat:* Reverſus in regione Francorum ægrotare cœpit in villa Vernibrea ſuper Iſſara fluvio. Eo etenim tempore bis a Roma, Sede S. Petri Apoſtoli, beatus Papa Gregor. claves venerandi ſepulchri, cum vinculis S. Petri & muneribus magnis & infinitis, Legatione (quod antea nullis auditis aut viſis temporibus fuit) memorato Principi deſtinavit: eo pacto patrato, ut a partibus Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret. Ipſe itaque Princeps mirifice & magnifico honore ipſam Legationem recepit, munera pretioſa contulit, atque magna præmia eum ſuis ſodalibus miſſit, Grimonem Abbatem Corbejenſis monaſterii & Sigobertum recluſum baſilicæ S. Dionyſii Martyris Romam ad limina S. Petri & S. Pauli deſtinavit. Igitur memoratus Princeps, conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis regna dividit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno omine, Auſter & Suaviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thotingiam tradidit; alteri vero ſecundo filio junioſuo

Ita latus a SS. Gregorio II. & III.

ob hoc ab eo ſtipi elevatus S. Pater

remittit munera

dividit ſuis regna

ri, Pippino nomine, Burgundiam & Neuſtr. & Provinciam permiſit . . . . Interim, quod dici dolor & mœror eſt, ſollicitatur ruina, in ſole, luna & ſtellis nova ſigna appſtruere, ſeu & Paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit: Carolus nempe Princeps Pariſius baſilicam S. Dionyſii Martyris multis muneribus ditavit; venienſq; Cariſiaco villa Palatii ſuper Iſſaram fluvium, valida febre correptus obiit in pace, cunctis in gyro regnis acquiſitis. Rexit autem utraque regna annos 25. Tranſiit itaq; 21. Kalend. Novembr. ſepultuſq; eſt Pariſius in baſilica S. Dionyſii Martyris. *Hactenus hiſtor. illa vix decem poſt ejus obitum elapſis annis conſcripta juſſu Childebrandi, ut diximus, fratris Caroli Martelli, in qua nonnulla emendavimus ex cod. mſ. perantiquo Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sveciæ. Eadem omnia leguntur in annalib. Francor. Metenſib. ad ann. 741. Inter munera monaſterio S. Dionyſii tunc oblata, eſt villa Clypiacum, quam ſa illi dare* ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel remiſſione peccatorum ſuorum, ut veniam de delictis conſequi mereretur in futurum, *teſtatur in diplomate ſuo, data* Cariſiaco villa in palatio, quod fuit menſis Septembr. die 17. anno quinto poſt defunctum Theodericum Regem, *is eſt ann. 741. Integrat tabulas donationum excudit Dublet. l. 3. Antiquit. Dionyſ. c. 4.*

obit in pace a. cl. xli.

data Clypiaco monaſterio S. Dionyſii

D

E

20 *Quis de Carolo mortuo ſenſus fuerit S. Bonifacii, ita exponit in Vita ejus Othlonus lib. 1. c. 41. apud Serarium in Moguntiacis:* Per idem tempus Karolo Duce glorioſo temporalis vitæ curſum conſummante, filii ejus Karolomannus & Pippinus in patris ſucceſſerunt imperium. Sed quia ad nutum Karolomanni, qui majoris ætatis erat, omnia paterni regni jura diſponebantur, hunc S. Bonifacius adiens, Præſulisque Apoſtolici ſcripta deferens: omnino popoſcit, ut chriſtianæ religionis culturam, quam pater ejus promptiſſimo animo cepit & excoluit; ipſe quoq; pro Dei amore, ſuiq; regni ſtabilitate, nec non pro communi omnium ſibi ſubjectorum ſalute eodem animo excoleret. His ille precibus, quaſi Divino affatu compunctus, omnes ſub imperio ſuo degentes, laicos ſimul & clericos, a religione chriſtiana deviantes, tam regali quam Canonica auctoritate ad viam juſtitiæ revocare ſtuduit. *Hæc ibi. Promptiſſimus animus Caroli jam laudatus animet in epiſt. ejus de ſuſcepta in tuitionem ac defenſionem Epiſcopi Bonifacii, apud citat. Sirmond. pag. 517. & tomo 17. concilior. pag. 284. & Annalib. Baronii ad an. 724 n. 2. qui anno 741. n. 21. aſſeris* S. Gregor. III. maximum eſſe de eodem Carolo Martello præconium, quod tum Dei, tum ejuſdem Caroli opitulatione S. Bonifacius centum millia Paganorum ad chriſtianam religionem ſuſcipiendam converſiſſet: ut plane de ipſo, (occulta licet & incognita nobis ſint Divina judicia) ſalutem cum piis Regibus conſecutum, exiſtimare liceat. *Quæ admodum pie ac præclare a Baronio dicta cenſemus.*

Laudatur poſt mortem S. Bonifacio

vel præſtitisse ſolſidia ad convertendos Paganos

21 *Bartholomæus Fiſen in Florib. Eccleſiæ Leodienſis in Vita S. Eucherii, & in hiſtor. Leodienſi l. 5. n. 19. & potiſſimum annot. 14. iſta habes contra Baron.* Bonifacium vero, quem tanti facit, ego pro me facere arbitror. Judica lector, ſic ille ait, *his felicem verbis:* Carolus Princeps Francorum, multorum monaſteriorum everſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longa torſione & verenda morte conſumptus eſt. *Ex quibus hæc infert:* De ſepulchro quamquam taceat, cum tamen verendam appellavit mortem, viſus eſt omnia dixiſſe, illo nimirum tempore, quo res velut in omnium oculis erat. *Verum ut pruſillo judicaret lector, edocendus erat, qua loca, tempore, occaſione, S. Bonifacius illa dixiſſet. Carolus Sanſicyus cit. l. 5. Annal. Eccleſ. Aurel. in S. Eucherio n. 28. aſſeris* S. Bonifacium *illa verba* ſcripſiſſe ad Ethelbaldum Regem Merciorum in Anglia ſceleſtiſſimum hominem, utque eum revocaret ad pœniteutiam, plura tngeſſiſſe exempla Regum, qui ob

non ſolpeter ab eo

Epiſtola ad Ethelbaldum Regem,

im-

A immeoſa flagitia male percuntes, anima ſimul & corpore damnati ſunt apud inferos. *Nicol. Serar.* edidit typis *Moguntinis an.* 1605. *epiſt. S. Bonifacii* e codic. *mſ. Viennenſi Cæſareo & Academico Ingolſtadienſi, deinde in magna PP. Bibioth. recuſus. Inter eas extat n.* 19. *hac ad Ethelbaldum Regem Merciar. epiſt. miſſa per Echertum Epiſc. cui id epiſt. S. mandat. Reprehendit acriter in ea epiſt. Regem ob intemperantiam, libidinem, aliaq; ſcelera, nulla addita mentione aut Caroli Martelli, alterius ve Regis animæ ſimul & corpore damnati* (2). *Fatemur Baron. aliquin adulterina & ſuppoſititia falſam ſcripturæ, id indicaſſe ad an.* 741. *n.* 20. *quem tamen Sanſeyus & Piſen nentiquam eiitarus, ne forſan, quam dexterè ab illo explicaretur ea ſententia, lector una diſceret. Sed quia ex multis a Carolo everſis monaſteriis haſtenus ne unicum quidem nominatur, uti neq; aliqua eccleſia, cujus pecunia in proprios ejus uſus ſit commutata; arbitramur ſcriptum illud majoris fabulæ eſſe fulcimentum, quo ſubtracto corruunt reliqua a Piſeno aſſumpta.*

(2) Vide Append. p. 758. col. 1.

22 *Sed eſto*, peccator exiterit, *inquit Baron.* ut ſolent Reges ſæpe delinquere, *tamen* per exomologeſim illam factam, qua ſuam animam per S. Dionyſium præſentandam adeo ſollicito ſtudio commendavit, bene de ejus ſa-

B lute eſt ſperandum. *Hunc Caroli pietatem indicat pronepos ejus Ludov. Imp. in epiſt. ad Hilduinum Abbatem S. Dionyſii ad diem* 9. *Octob. ante hujus Vitam apud Sur. excuſa, in qua iſta n.* 2. *habentur*: Proavus noſter Carolus, Princeps Francorum inclytus, per orationes ipſius excellentiſſimi

corpus ejus adſervari apud S. Dionyſium ſcribit Ludovicus Pius imp.

Martyris adeptus ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem principatus, eidemq; decurſo mortalitatis tempore, quod carius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die judicii ſuſcitandum, & animam Domino præſentandam fideliter commendavit, ac per hoc maxime devotionem ac fiduciam cordis erga peculiarem Patronum patenter oſtendit. *Hæc Ludov. Pius, cujus illuſtre teſtimonium Hilduinus Abbas S. Dionyſii filiaſſet, ſi viſionis S. Eucherio aſſ. ta in ſuo monaſterio, ubi Carolus ſepultus fuerat, vel minima ſuſpicio fuiſſet. Scripta eſt ea epiſt. poſtquã, ut addit n.* 3. per merita & ſolatium Domini & piiſſimi Patris Dionyſii, Divina virtute erectus eſt & imperio reſtitutus, cingulumq; militare judicio atq; auctoritate Epiſcopali reſumpſit. *Quod an.* 834. *Quadrageſima tempore factum fuiſſe in Vita ejuſdem Ludovici legitur, a quo tempore ſe* ipſius Dionyſii gratioſo adjutorio uſque ad præſens ſuſtentari *gratus commemorat, ut ſub finem vitæ ejus videatur illa epiſt. data, centum fere ab obitu Caroli Martelli annis elapſis.*

elapſis fere ab obitu 100. annis,

C 23 *Idem Ludov. Pius, in præcepto de diviſione regni inter filios, gratam Caroli Martelli proavi memoriam addacit n.* 51 *his verbis*: Super omnia autem jubemus atque præcipimus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam a proavo noſtro Karolo, & avo noſtro Pippino & beatæ memoriæ genitore noſtro Karolo Imperatore, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt. *Qua eadem Carol. Imperator in charta diviſionis regni ſui etiam tribus filiis commendarat, & n.* 50. *ſic legitur*: Super omnia autem jubemus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab avo noſtro Karolo & beatæ memoriæ genitore Pippino Rege & a nobis ſuſcepta eſt. *Hæc illi, & quantum conjicimus, ſecmi formulam, qua & Carolus Martellus ſuis duobus filiis, ac dein Pippinus totidem filiis eamdem* Eccleſiæ S. Petri defenſionem *commendarant*. *Hunc Pippinus erga patrem Martellum affectum oſtendit, dum poſtea filio ſibi nato nomen Caroli impoſuit. Imo & ipſum* Carolum, oatorum, quos ei Hildegard peperit, primum Karolum ſuo ac proavi vocabolo nuncupaſſe, *ſcribit Paulus Warnefridus lib. de Epiſcopis Eccleſiæ Metenſis. Quo tamen Carolo abſq; ſtirpe defuncto, Ludov. Pius Caroli nomen in uno ex filiis ſuis renovavit. Fuerunt Ludovico Pio filii quatuor, Lothar. Imperator, Pippinus Rex Aquitaniæ, Ludevic. Rex Germaniæ, & dictus Carolus Calvus Rex Franciæ eccidua, quibus ſingulis Caroli nomen adeo gratum fuit, ut quiſq; filium aliquem a ſe procreatum eodem Caroli nomine appellarit.*

memoratur la Diviſione regni ab eodem Ludovico,

& Carolo Magno,

& avum Caroli, poſt celebre, mentio impoſitum,

AUCT. G H. D

§. IV. *Hiſtoria viſionis S. Eleutherii de damnatione Caroli Martelli ſeculo* 9. *ſub Hincmaro Archiepiſcopo Remenſi primum conſcripta, hic diſcuſſa, & rejecta.*

24 *Quod Baron. an.* 853. *n.* 57. *aſſerat contra fabulã de fœmina Papa profert axioma*, nullam vim potentiorem eſſe ad redarguendos errores & falſitates ipſa temporis ratione, *nobis in hac quæſtione, imo & lectori, cupimus præſcriptum. Egimus de variis ſcriptoribus, qui primo ſeculo poſt obitum & Caroli Martelli & S. Eucherii floruerunt, quorum nullus invenitur eſſe, qui illum condemnarit, aut viſionis S. Eucherio adſcriptæ meminerit: quod ſequentibus ſeculis a nonnullis factitatum eſt, at quo fundamente hic quærimus. Petrus Bibliothecar. in Hiſtor. Francor. abbreviata, deducta ad an.* 898. *& to.* 3. *Hiſtoria Francor. a Chefneo a pag.* 540. *editis, hæc de obitu Caroli Martelli tradit*: Carolus anno regni ſui 27. moritur, Pariſiis apud S. Dionyſium ſepelitur, & fuit damnatus. Teſtis eſt Higmarus in prologo in Vita B. Remigii. *Eſt hic alius* Hincmarus *diſtinctus, Archiep. Remorum an.* 844. *in Synodo Beluacenſi ordinatus, ut ipſemet teſtatur epiſt. to.* 2. *operum pag.* 272. *mortuus* 23. *Decembr. anni* 882. *Hujus ſcriptoris virtutes proſequitur Ludovic. Cellotius in hiſtor. Gotteſchalchi Prædeſtinatiani, quam typis Cramoiſianis an.* 1655. *excuſam, ipſe tunc Societati noſtræ per Franciæ provincias Præpoſitus nobis donavit. Hic l.* 4. *c.* 2. *fatetur apud Hincmarum ἀκριβεστάτην ἀμφιτρίμασιν reperiri: qua tamen viros graves & eruditos adeo non dedeceant, ut illa etiam non-*

Revelationem S. Eucherio factam de damnatione Caroli Martelli ſcribit Higmarus.

E

lo Vita S. Remigii circa an. 814.

numquam affecteot. Sigebertus in chronico uſteric ad ann. 854. Hincmarum claruiſſe, qui Vitam S. Remigii ſcripſit, *annis ſcilicet ceotum ac tredecim poſt obitum Caroli Martelli, de quo in illa Præfatione tradit*: Cum vero tempore Pippini Regis, prædicti Karli Principis filii, revelatio oſtenſa Euchetio Aurelianenſis civitatis Epiſcopo de damnatione æterna ejuſdem Karli, qui res Eccleſiarum diviſerat, fuit; iſidem Pippinus, ſicut & aliarum Eccleſiarum Epiſcopis, huic Remenſi Epiſcopo partem de rebus Eccleſiaſticis reddidit, & Tilpinum in hac urbe Remorum Epiſcopum ordinari conſenſit. *Ita Alta mſſ. quibus conſentit Surius.*

25 *Verum in his pauris verbis plura ἀκριβέστατα. Obiit S. Eucherius ſeptem annis priuſquam Rex conſtitutus eſt* F *Pippinus: deinde non Tilpinus, ſed S. Abel Remorum Epiſcopus ordinatus eſt, de quo Hadrian. Papa ad Tilpinum, & ex hujus, ut præfatur, relatione hæc ſcribit*: Deinde *poſt Caroli Martelli obitum* ſanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiſcopus & Legatus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & præfatus amabiliſſimus Fulradus Franciæ Archipresbyter, tempore antecceſſorum noſtrorum Zachariæ & Stephani ſucceſſoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Zacharias pallium Archiepiſcopo Remenſi, Abel nomine, per deprecationem ſupraſcripti Bonifacii tranſmitteret. Qui ab illo conſtitutus fuit, ſed ibi permanere permiſſus non fuit, ſed magis contra Deum ejectus eſt, & Remenſis Eccleſia per multa tempora & per multos annos ſine Epiſcopo fuit, & res Eccleſiæ de illo Epiſcopatu ſunt ablatæ, & per laicos diviſæ ſunt, ſicut & de aliis Epiſcopatibus, maxime de Remenſi Metropolitana civitate. Et tua fraternitas jam ex magna parte res ipſas apud glorioſum filium noſtrum Carolum, & ante ad Carolomannum glorioſiſſimum fratrem ejus impetratas habes, & ordinem ex aliqua parte & in Epiſcopis & in aliis ſecundum canonicam & ſanctæ Sedis Romanæ auctoritatem directum habes. *Hæc ibi. Pallium*

to quo quæ ſpectant ad S. Abelem Epiſcopum Remenſem,

AUCT. G. H.

A lium S. Abeli ab Zacharia Papa miſsum fuiſſe 10. Kalend. Julias, Indict. 12. anno Chr. 744. ſupra diximus. Sedit aliquamdiu S. Abel, ſed quot annis non conſtat, ejectus poſt modum, & venit Sedes Remenſis uſq; ad Tilpinum, qui poſt obitum Pippini Regis (cujus Hadrianus Papa non meminit) adjutus primum eſt a Carolomanno, ad quem Auſtraſia pertinebat: dein eo vita functo an. 771. ſub Carolo Magno, bona Eccleſia recuperavit: qua ibi aqui ſub Pippino atque ſub Martello dicuntur diviſa, non reddita, quod ſupra ſcripſerat Hincmarus: a quo num certiori ac ſecuriori ſcientia viſis S. Eucherii de Martelli damnatione adjuncta ſit, quarimus.

Tilpinus attribuitur

26 Deplorata in eadem prefatione, librum maximę quantitatis, manu antiquaria ſcriptum de ortu ac vita & virtutibus atque obitu Remigii ſanctiſſimi Patroni deperiiſſe: quapropter ait ſe de eo ſcribere tam ea, quæ in hiſtoriis a veteribus editis de illo invenit, quam & illa quæ in diverſis ſchedulis diſperſa reperit, verum & illa in ſeriem digereret, quæ vulgata narratione percepit. Hinc mirum non eſt, ſi plures cum impegiſſe errores a variis obſervatum eſt. Dedimus 6. Febr. Vitam S. Vedaſtis a S. Remigio dati Atrebatenſibus Epiſcopis, ce §. 2. & 3. ordinavimus ætatem, tempus Epiſcopatus, & annum obitus utriuſq; oſtendimuſq; in baptiſmo Chlodovei Regis & obitu S. Remigii ab Hincmaro ad 15. annos aberrari. Hinc illud manaſſe videtur, quod in eadem Vita uti & c. 16. opuſc. 33. & c. 11. opuſc. 44. præferat epiſt. Hormiſdæ Papæ, qua Remigio committit vices ſuas per omne regnum dilecti & ſpiritualis filii ſui Ludovici, additurq; in Vita, Hormiſdæ Pontificatus tempore Ludovicum Regem glorioſum coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari ſolet, B. Petro, S. Remigio ſuggerente, direxiſſe. Mortuus eſt Chlodoveus I. qui ab Hincmaro Ludov. appellatur, 27. Nov. an. Ch. 509. erga annis fere quinq; ante Pontificatum Hormiſdæ, eventi 7. Kal. Aug. an. 514. ut dictum 1. Febr. ad Vitam S. Sigeberti Regis Francor. §. 8. n. 60. & 61. Acta S. Aviti Ep. Viennenſis illuſtrata a nobis ſunt, ad 5. Febr. ubi epiſt. hujus ad Chlodovæum Regem data eſt, in qua docet Avitus, quod hactenus ignorabatur, in Nativitate Chriſti baptizatum illum eſſe, quod in Vigilia Paſchæ inquit Sirmond. in Notis ad Avitum, Hincmarus Remenſis falſo ſibi & rerum Francicarum ſcriptoribus perſuaſerat. Plura poſſim ab aliis menda obſervantur, aut quia ab ipſo ſcripta prime ſunt, in dubium revocantur, quod merito in dicta quæſtione de viſione S. Eucherii fieri poteſt ob rationes hactenus allatas.

error 15. annorum in baptiſmo Chlodovei, — got & Rex ſub Hormiſda Pontificatus, — & in Vigilia Paſchæ baptizatus — allegoricissimo modo.

27 Eorum dein an. 858. diſſidium inter Ludovicum Regem Germaniæ & fratrem ejus Carolum Calvum: cumq; hujus regnum invaderet Ludovicus, Epiſcopi provinciarum Remenſis & Rotomagenſis in Carliſiaco palatio congregati, miſerunt illi in Attiniacæ palatio degenti epiſt. quæ extat inter epiſtola Caroli Calvi c. 23. & ſe. 2. operum Hincmari a pag. 126. in hac epiſt. dicta viſio S. Eucherii & condemnatio Martelli n. 7. uberius narrantur his verbis: Quia vero Carolus Princeps, Pippini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparavit atque diviſit, pro hoc ſolo maxime eſt æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianenſium Epiſc. qui in monaſterio S. Trudonis requieſcit, in oratione raptus, & inter cetera, quæ Domino ſibi oſtendente conſpexit, vidit illum in inferno inferioti torqueri. Cui interroganti ab Angelo ejus ductore reſponſum eſt, quia Sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabont, quorumq; res abſtulit & diviſit, ante illod judicium anima & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul eum ſuis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus divini cultus & alimoniis ſervorum Chriſti ac pauperum pro animarum ſuarum redemptione tradiderant. Qui in ſe reverſus S. Bonifacium & Fulradum Abbatam monaſterii S. Dionyſii, & ſummum Capellanum Regis Pippini ad ſe vocavit, eiſq; talia dicens in ſignum dedit, ut ad ſepulchrum illius irent, & ſi corpus ejus ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum monaſterium, ubi corpus ipſius Carli humatum fuerat, ſepulchrumque ipſius aperientes, viſus eſt ſubito exiſſe draco, & totum illud ſepulchrum intarius inventum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum.

Eodem ſcripta ad Ludovic. Regem Germaniæ an. 858.

D

4 *Anno 1098. die 9 Martii in Abbatem Trudonenſem conſecratus eſt Theodoricus, vir litterarum politiorum peritus, a cujus calamo præter varias Vitas Sanctorum exſtat ſermo de Tranſlatione reliquiarum St. Trudonis & Eucherii, in hujus Tranſlationis anniverſaria ſolemnitate legi ſolitus, & a Surio ad 23. Novemb. editus. Eſt eo Tranſlatio ſive Elevatio corporis a Francone Epiſcopo Leodienſi anno 880. ut ſupra dictum, peracta. Mortuus eſt Theodoricus 7. Kalend. Maii anni 1107. cui poſt varios diſſenſiones ſubſtitutus eſt Rodulphus 4. Nonas Februarii anno 1108. quas Chronicon ſuum ita exordiuntur:* Rodulphus, gratia Dei Sanctorumque Trodonis & Eocherii Abbas eorum cœnobii, omnibus poſteris meis tam Abbatibus quam monachis &c. Ab ipſo, *ut referitur lib. 10. cap. 6.* tandem facta eſt capella, quæ ſupra ſepulchra SS. Trudonis & Eucherii ſere 30. annis computruerat, & circumdata ſunt ſepulchra eorum ioferius muro, ſuperius quadratis tabulis quadraginta, præter aditum verſus altare..... Per duo utrimque oſtiola introitus erat per minorem chorum ad altare & ſepulchra Sanctorum, valvis duabus ferreis ante altare iotercludentibus populum & Fratres, ſi quando cantatum & oratum ire vellent manifeſte aut occulte ad altare & corpora Sanctorum..... Altare ad ſepolchrum Beatorum Trudonis & Eucherii in minori choro eſt conſeceratum in eorum honore. In eo continentor Reliquiæ iſtæ, de capillis S. Mariæ, de veſtimeutis S. Jacobi Apoſtuli Domini, de reliquiis ſanctarum ondecim milliuo Virginum, de veſtimentis S. Rumoldi Martyris, de reliquiis ſanctorom Apoſtolorum Petri & Pauli & Thomæ & aliorum multorum..... Altare, quod eſt retro majus altare, eſt conſecratum io honore S. Martini Epiſcopi & Chriſtophori Martyris, io quo continentor Reliquiæ iſtæ, de veſtimentis SS. Trudonis & Eucherii &c. *Hæc Abbas Rodulphus, mortuus pridie Nonas Martii anno 1158.*

a Rodulpho Abb.

facta capella ſuper ſepulchra SS. Trudonis & Eucherii;

F

in altari eorum variæ reliquiæ;

& horum in altari S. Martini.

§. II.

A

§. II. *Corpus S. Eucherii ſub Wirico Abbate repertum & elevatum. Chronici Trudonenſis ſcriptores.*

1 *Succeſſere Albaret Fulcardus & Gerardus, poſt hos Wiricus an. 1155. electus eſt, ac 18. Kalendas Januarii anni ſequentis conſecratus. Sub hoc Abbate corpora St. Trudonis & Eucherii inventa, elevata & tranſlata ſunt: de quarto parte Chronici Trudonenſis l. 4. c. 1. & ſeqq. hæc traduntur:* Anno Domini 1169. Wiricus, deſtructa capella, quam exuſto ante aliquot annos monaſterio ſuper ſepulchra SS. Trudonis & Eucherii conſtruxerat, novi operis fundamenta poſiturus, terram altius fodi præcepit. Cumque ad lævam chori partem, ad meridianam videlicet plagam, jocundo omnium qui aderant labore tercia modice effoſſa fuiſſet, repente ſarcophagum ſecus ipſum oſtii introitum fodientes invenerunt, quem ex adverſo veniens murus capellæ, cooperiebat. Fama autem vetus apud nos erat, quod S. Liberius Martyr ibi humatus jaceret. Aperto ergo ſarcophago oſſa Martyris inventa ſunt, *ut dicetur die ejus natali 14. Julii. Denus cap. 2. refertur*, retro altare ipſius capellæ ſpiſſa admodum & firmi operis cæmento compacta vola erat, in qua SS. Trudonem & Eucherium contineri vulgaris opinio ferebat. Hanc eorum opinionem & ſeniorum præterea aſſertionem rei eventus fefellit, qui dicebant & in ſcriptis etiam reliquerant, eos in crypta duplici vola cooperta haberi. Sed vola quidem inventa eſt & in ea Sanctorum corpora: cryptæ vero nulla inveniri veſtigia potuerunt. Aperto ergo a poſteriori parte ipſius volæ modico foramine, inveomus ſarcophagum, & in eo in ſingulis ſcriniolis corpora ſingulorum: adhibitiſque luminaribus & inſpectis diligenter locellis, (nos enim erat) præ magnitudine lætitiæ Abbate auctore in vocem confeſſionis & laudis omnes ſimul erupimus, concinentes vocibus altiſonis: Te Deum laudamus. Peoinde in honore ipſius glorioſi Patroni noſtri de eo ipſo Matutini ſolemniter ſunt decantati. Mane facto igitur concrepantibus quod acciderat, populus omnis accurrit, & exultantibus animis poſſibilitatis ſuæ quiſque jam munuſculum offerens, quem erga Patronum ſuum affectum haberet, devotus oſtendit. Inde cum de transferendis Sanctorum corporibus ſermo in populo agitaret cœpiſſet, quid faceret, quo ſe verteret, Abbas Wiricus aliquamdiu anceps hæſit. Non enim intentio ejus fuerat, ut eos ſub terra quæreret, aut juventos forte transferret: ſed ut locum ſepulchri eorum, ut tantos Patres decebat, venuſti operis novitate decorabilem redderet. Hinc unanimi omnium ſuorum voluntate, hoc decretu ut transferrentur, Rodulphum Epiſcopum, qui tunc poſt Alexandrum II. Leodienſibus præſidebat, adit, eumque & ſapientiores & primos Eccleſiæ ejuſdem, quid ſibi ſuper hoc negotio agendum ſit, conſulit. Qui audita tam jocunda inſperatæ rei relatione, immenſo omnes geſtierunt gaudio, laudantes Deum, quod temporibus eorum, talium & tantorum Patrum fieri ab eo prædeſtinata eſſet tranſlatio. *Hæc cap. 3. ita deſcribitur:*

ſub Wirico Abb. an. 1169. Inveniuntur corpora S. Liberii

B

& SS. Trudonis & Eucherii

6 Anno ergo Incarnationis Domini 1169. Imperii Frederici primi anno 16. ordinationis autem Domini Wirici Abbatis anno 14. epiſcopatus vero Rodulphi Leodienſis Epiſcopi III. ipſo die Tranſlationis eorum, facta eſt ſolenniter corporum eorumdem Sanctorum elevatio, & tranſlata ſunt ſecundo. Affuerunt ea die cum Epiſcopo major Eccleſiæ Præpoſitus, idemque Archidiaconus Henricus, Bruno & Rodulphus Archidiaconi, Abbates & Comites & ſecularium dignitatum potentes quamplurimi, populi præterea utriuſque ſexus multitudo innumerabilis. Epiſcopus ipſe ſacerdotalibus indutus ornamentis, Clericiſque, qui Litaniam pſallebant, eum præeuntibus, cum ſacrorum miniſtrorum ordine ad locum reverenter acceſſit, &

elevantur ab Epiſcopo Leodienſi 11. Auguſti.

cum magna cordis contritione & animi ſpirituali exultatione eorum corpora elevavit: quæ ad ſpectandum populo in medio monaſterii prolata, in ſcrinio auro argentoque inſigniter fabricato ſunt recondita. Quo facto, Abbate ipſo chorum regente, ſolenniter de ipſis Sanctis inchoata eſt Miſſa, & ab Epiſcopo decenter decantata. Poſt Canonem autem ſolemni decreto conſtituit, ut dies Tranſlationis eorum denuo feſtiva exultatione ab omnibus huic locum incolentibus celebris ageretur. Proceſſio ea die, propter multitudinem populi qui confluxerat, ut moris erat, agi non potuit: Inde Kalendarum Septembrium ſolenni præcedente jejunio acta eſt, totuſque civitatis ambitus hac ſanctorum corporum circuitione concluſus eſt, propter imminentem plagam: ignis quippe eo anno cauſtis circumquaque domibus civitates & vicos gravi incendio plurimum vaſtaverunt. Sumptis ergo aliquibus de ſacro eorum corpore reliquiis, novo pallio involutæ, in ſingulis ſcriniolis ferro diligenter obſirmatis reconditæ ſunt. Illa vero, in quibus jacuerant primo, quia præ vetuſtate & terræ humore omnimodis computruerant, in ſarcophago, quo ante, repoſita, debita ſacro eorum cineri reverentia honorantur.

deferuntur in ſeptidecima. Septemb.

7 *Haſtenus Chronicon, in quo annus 1169. computatur non cum initio regni Germanici Frederici I. ſeu Barbaroſſa; ſed cum anno, quo Imperatoris nomen ab Adriano IV. adeptus eſt anno 1155. qui Conrado mortuo, creatus erat an. 1152. 4. Martii feria 3. poſt Dominicam Oculi, coronatus Aquiſgrani Dominica Lætare, uti eo obſervat Otto Friſingenſis. At mortuo ſupra memorato Alexandro II. Leodienſi Epiſcopo 9. Auguſti anni 1167. ſubſtitutus fuit Rodulphus, ſeu Radulphus, frater Bertholdi Ducis Thuringiæ, plurimum admodum ab avunculo Henrico Comite Namurcenſi. Ipſa autem Tranſlatio, & prior a Francone Epiſcopo, & hac a Radulpho facta 11. Auguſti, ac inſcripta Martyrologiis Molanum, Caniſii, Ferrarii, Wionis, Menardi, Dorganii, eiſdem penè verbis:* In Sarchinio Tranſlatio corporum SS. Trudonis Presbyteri & Eucherii Epiſcopi, Confeſſorum Chriſti. *Meminit ejuſdem ſolennitatis Copeavillus de Epiſcopis Leodienſibus anno at. 2. ad cap. 55. Ægidii Aureæ-Vallis p. 132. In MS. Kalendario St. Ord. S. Benedicti, quod eſt monaſterii S. Salvatoris Ord. Ciſtercienſis, hæc ad diem 2. Septembris leguntur:* S. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis & monachi monaſterii S. Trudonis. *At non monachus, ſed Epiſcopus erat inter monachos vixit, qui tamen alibi ante monachus fuerat. An eo die aliqua corporis elevatio aut tranſlatio ſit facta, necdum legimus. Forſan ad iſtas Kalendas Septembris, quo die publica cum corporibus ſanctis inſtituta fuit ſupplicatio, ea Kalendarii verba referenda ſunt. Cum deinde mox traderetur, dies Dominicus incidere dicatur in 3. Kalendas Octobris, cui dicti uti & Kalendis Septembris affixa eſt in Calendario littera F, videtur invento & tranſlatio ſanctorum corporum contigiſſe anno 1168, diſſextili, quo cyclo Solis I littera Dominicales erant G F. At quo deinceps facta ſunt cap. 4. Chronici ita narrantur:*

Tranſlationis memoria Martyrologiis inſcripta 2. Auguſti.

& 2. Septemb.

F

Cuidam ferreum brachium vinculum aperit, ſolvitur.

8 Cumque adhuc necdum conſummato opere, in quo in ſcrinio, ut præfatum eſt, poſiti in medio monaſterii ſtarent, ut multo longe lateque ad orandum eos venirent; miles quidam pœnitens de partibus Normanniæ ferro brachium ligatus, audita eorum fama ad nos diverrit, & eorum interceſſionem lacrymoſis ſuſpiriis ſedulus actor fideliter expetivit. Nec fidei ſuæ petitione fruſtratus eſt. Sanctorum enim apud Omnipotentem efficax potentia fideliter petentis ea, quibus adſtrictus erat, hoc modo diſſolvit ferri ligamina. Tertio Kalendas Octobris Dominicus dies, quo omnibus eaoccupatis populus ad eccleſiam venire ſoler, ea more feſtivus illuxerat, & ob memoriam Dedicationis eccleſiæ noſtræ, quæ ſequenti die furura erat, major ſolito plebis turba confluerat. Sacerdote interim infra Canonem altari aſſiſtente, & populo tacita reverentia circumſtante, ille ante Sanctorum corpora ſtratus

AUCTORE G. H.

A

solus, clamosis singultibus, ut mox patuit, aures Majestatis inquietabat, eamque, ut Sanctorum meritis sui misereretur, intentis precibus exorabat: cum subito veluti in extasi raptus videt quasi venustæ formæ Clericum, canitie splendidum, multo fulgidum lumine, e cancello progredientem, & ad locum usque, ubi servuum stabat, tendeotem. At ubi appropinquare ei cœpit, virga, quam manu gestabat, ferrum quod brachium illius arobiebat, percussit, statimque in duas partes divisum, in terram ante pedes ejus cecidit. Sic autem ferientis ictus insonuit, ut omnium, qui in choro erant, aures perculerit. Liberatus homo, & in hoc miraculo veniam peccati sui adeptum ratus, Deum & Sanctos ejus læto clamore benedixit, & congregatæ multitudini in eo, quod sibi acciderat, festivam diem egregie lætiorem reddidit, nobisque subito inchoantibus hymnum, Te Deum laudamus, clangor pariter concrepuit campanarum, & in laudem Dei & Sanctorum ejus insonuit una vox omnium. *Hactenus.* *Decirculis ferreis altro susceptis, aut in pœnitentiam ob graviora scelera ab Episcopis aut Presbyteris impositis, sæpius egimus. Consule dicta ad* 18. *Januar. ad Translationem* S. *Joannis Abbatis Reomaensis pag.* 865.

B

Imagines SS. Trudonis & Eucherii lo novo collocatæ.

9 *Auctor Chronici Trudonensis cap.* 5. *describit capellam ab Abbate Wirico triennio proximo post Translationem SS. Trudonis & Eucherii illustri structura erectam, in cujus* operis medio Majestatis *divinæ* effigiem collocans, ad dexteram ejus S. Trudonis, ad lævam vero B. Eucherii imaginem statuit, quasi genua ipsi curvantes, eamque capitibus eorum singulas coronas imponentem, manibusq; eorum prorsus suppliciter orantes, supra quos, ideſt, extra ipsam Majestatis imaginem gemellos Angelos obliquo jacentes collocavit, singulos thuribula in manibus tenentes, & intenta oculorum acie ipsam imaginem aspicientes.... Indicto itaque tam Fratribus quam populo celebri jejunio, eos circa civitatem solenor processione ferri fecit, & post Missarum solennia de eis rite celebrata,

Corpora reposita

post altare capellæ volæ inclusos ad perpetuum nostri monimentum reconditit: *uis hæc ultima cap.* 6. *narramur.*

10 *Demum in eodem Chronico legitur catalogus præcipuorum festorum, in quibus Magister cum suis scholasticis ad divina officia debet in choro abbatis comparere: & quidem*

Solidoitas festorum

ad utrasque Vesperas & summam Missam 20. Februarii in festo S. Euchern, & 11. Augusti in festo SS. Trudonis & Eucherii, & 23. Novembris in festo S. Trudonis, *quando debet etiam interesse supplicationi. Alius item catalogus indicat Fratres Minores debere concionari in templo S. Trudonis a prandio hora prima in festo* S. *Eucherii, si in Dominica venerit, & requisitum fuerit.*

Chronici MS. Trudonensis

C

11 *Postremo de auctoribus ipsius MS. Chronici, ex quibus hæc damus excerpta, in hunc locum rejecimus, qua occurrebant disceptanda. Ac primo Abbas Rodulphus conscripsit ea, qua in secunda parte Chronici continentur libris* 13. *ad quorum calcem hæc legimus:* Expliciunt gesta Rodulphi Abbatis, qui conscripsit secundam partem compilationis hujus de gestis Abbatum, paucis superadditis, *scilicet qua capitulo* 13. *libri* 13. *referuntur de ipsius Rodulphi Abbatis obitu, addita ab auctore partis tertia, ut mox lib.* 1. *cap.* 1. *scribis. Ipse autem Rodulphus in prafatione, cujus primo verba supra dedimus, recenset quindecim priorum Abbatum nudo nomina, quorum ne quidem annos, quibus præfuerunt, potuit reperire: subdit dein nomina quatuor Abbatum, de quibus legit, quos illo annos in ea dignitate vixerint, non autem quibus annis Æra Christiana, ac mox incipit librum primum ab Adelardo Abbate creato anno* 1034. *Mortuus est autem Rodulphus pridie Nonas Martii, anno* 1138. *De trium Abbatum, qui eum secuti, gestis pars tertia libris quatuor distincta, ab auctore anonymo sed coævo, conscripta est, complectens annos* 42. *quibus præfuerunt Folcardus, Gerardus & Wiricus. Et auctor prafatur:* Visum est memoriæ posterorum committere, quæ diebus nostris acciderunt. *Hujusmodi sunt a nobis jam relata n.* 5. invenimus sarcophagum, erupimus in vocem confessionis & laudis, *& num.* 8. miles pœnitens ad nos divertit. *Et*, nobis inchoantibus hymnum, Te Deum laudamus. *Huic parti tertia imponitur finis cum obitu Wirici Abbatis mortui anno* 1180. 3. *Idus Decembris. Sequitur Chronici quarta pars complectens annos* 286. *quibus præfuerunt Abbates* 12. *quorum ultimus Robertus vita functus est anno* 1366. *Hic auctor Chronicon in quatuor partes digessit, ex quibus ipse primam & quartam confecit, secundam vero & tertiam verbis Rodulphi & alterius anonymi scriptoris inserit: ut par.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *refert, qua ex Rodulphe diximus de primis Abbatibus tantum nuda nomina sciri, citato libro* 1. *partis* 2. *a Rodulpho scripta. Et cap.* 17. *meminit Translationis corporum SS. Trudonis & Emberii sub Wirico facta, addens,* ut infra patebit, *scilicet Chronici parte* 3. *Idem ad partem quartam ita prafatur:* Expletis pridem tribus partibus compilationis in gestis Abbatum hujus monasterii, conveni saltem in hac quarta parte colligere quæ restant pauca, quia plurima memoriæ digna prætermisit annotare negligentia *&c. Vixit autem hic auctor, ut ex prafatione generali constat, post annum* 1366. *quo Robertum Abbatem e vita decessisse diximus. Qua posteriores gesserunt Abbates, ab aliis adjuncta sunt.*

D

pars 2. *scripta est a Rodulpho Abbate.*

mortuus an. 1138.

3. pars ab auctore coævo facta an. 1180.

4. pars facta an. 1366.

E

quam scripsit anonymus, ait & primum partem.

12 *Unum ex hoc Carole Sausseyo lib.* 5. *Annal. Eccl. Aurel. num.* 20. *annotatum:* Porro, *ait*, os S. Euchern nobile per Reverendum in Christo Patrem, D. Leonardum Betteo Abbatem, & conventum Trudonensem in Hasbania ad Ecclesiam nostram Aurelianensem transmissum est, & quo decuit honore susceptum die 30. Martii anno Domini 1606. & die 26. Maji eodem anno in theca argentea cum reliquiis Sanctorum Innocentium inclusum, quorum omnium acta suo loco inferius, si Deus dederit, referemus. *At tam Jubilæo anni* 1600. *Annales suos finivit.*

Os reliquiarum S. Eucherii an. 1606. Aurelianensi Eccle. sia datum.

F

DE S. LEONE THAUMATURGO

EPISCOPO CATANENSI IN SICILIA,

Commentarius prævius.

I. B.

IRCITER AN. IↃCCLXXX. XX. FEB.

1 *Catane, urbe celebri Siciliæ, circa an. Chr.* 600. Leo *Episcopus fuit, cujus frequens mentio est in* 1. *Gregorii Magni epistolis, tum ad ipsum, tum ad alios, datis. Secundus eamdem Ecclesiam tenuit circa* 170. *post illum annis administravit* Leo, *sanctitate & miraculis clarus, eoque in Cœlitum tabulas relatus. Ravenna natus, illiusq; Ecclesia Presbyter fuisse traditur in Anthologio Græco Antonii Arcudii, & Philippi Ferrarii Catal. SS. Italia, indeq; ad Catanenses insulæ vocatus. Mirum est, acturas tantum historiarum Ravennatium scriptorem Hieronymum Rubeum illius non meminisse: qui alium tamen memorat hujus æqualem* Leonem *Ravennatem Archiepisc. anno* 777. *vita functum.*

S. Leo Ravennæ,

2 *Roccus Pirrus in Notitia Ecclesia Catanensis pag.* 7. *scribit,* LEONEM II. *ob insignem miraculorum multitudinem cognomento* THAUMATURGUM, *monachum fortassis Benedictinum.....in finibus Ravennatum ortum esse, & Cyrilli Rhegyensis Episcopi sanctitatis fama permotum, ad eum inscius parentibus profectum*

esse

esse, ab eo benigne susceptum, ac Sacerdotem effectum, verbo & exemplo plurimum profeciſſe: cum autem Catanæ, Sabino defuncto Antiſtite, tota civitas indicto triduano jejunio deligendum Epiſcopum a Domino poſtularet; ſingulorum mentes divino afflatu ſubiſſe Leonis nomen: qui licet invitus ad Epiſcopatum aſſumptus, Rhegyo Cataoam maximo cum honore deductus eſt, *Hæc Pirrus, qui Breviarium citat, neſcio quod, ne quam antiquum. Vita* ea celeberrima Ravennatum Metropoli ortum *tradit*, ubi rerum etiam Eccleſiaſticarum curam ſibi commiſſam ſtrenue adminiſtrarit.

[an Rhegyi edoctus?]

fit Catanæ Epiſcopus;

3 *Eſt ea Vita, vel potius ſcripta in ejus laudem oratio, miſſa huc Catanæ anno* 1626. *ad Heribertum Roſweydum a Franciſco Blanditio noſtro, ex Græco verſa; ab ipſone an alio, haud ſcio. Deſiderantur quandoque verba nonnulla, quæ reor ab ipſo codice Græco abfuiſſe. Ceterum ſcripta videtur ea oratio ante annum* 787. *quo habita eſt ſeptima Synodus Oecumenica, ſive ſecunda Nicæna. Nam in Exordio ita loquitur*: Nos orthodoxi Prophetarum Apoſtolorumque doctrinæ adhærentes, fidemque integram juxta ſacras ſeu Synodus firmis animis conſervantes. *Non ergo tunc niſi ſex habita erant Synodi. Et n.* 8. *ait*: Accepta relatione Impetatores noſtri Leo & Conſtantinus *&c. Cum* noſtros *vocat orator, oſtendit ſe ſub iis vixiſſe.*

laudatus oratione coævi ſcriptoris

ante an. 787.

4 *Atque hinc quoque de ætate conſtat* S. Leonis, *qui imperante* Leone *Conſtantini Copronymi filio Eccleſiam Catanenſem tenuerit, ab eoque & filio ejus* Conſtantino Porphyrogeneta *Conſtantinopolim ſit evocatus. Nec eſt quod ſub Iſaurico Leone filioque Conſtantino Copronymo id contigiſſe quiſquam ſuſpicetur, cum* S. Jacobus, *qui ante n. Sabinum* t. *Leonis deceſſorem Eccleſiæ Catanenſi præfuit, ſub Copronymo martyrium dicatur ſubiiſſe: quo de agemus* 28. *Martii. Copronymo die* 14. *Septemb.* 776. *infeliciſſime mortuo, Leo filius imperium capeſſivit, ac ſequenti anno, ipſo die Paſcha filium ſuum Conſtantinum coronari Imperatorem curavit. Idem poſtea Leo Imp. menſe Septembri anni* 780. *deceſſit. Conſtantinus decem natus annos ſub frene matris tutela Reip regimen ſuſcepit. Ante eum igitur annum Conſtantinopolim evocatus fuerat* S. Leo Epiſc. *Mortuus vero hic eſt ante annum* 787. *quo Septima Synodo Oecumenica, ſive Nicæna ſecunda adfuit (ut in Actis videre eſt)* Theodorus Epiſcopus Catanæ, *ejus ſucceſſor.*

B

circa 780. *vivit;*

5 *Colitur* S. Leo *die* 20. *Februarii, ut ex Græcorum Menais patet, e quibus vitæ illius epitomen orationi coævæ (ut diximus) ſcriptæ ſubnectemus, ac minorem aliam ex Anthologio Græco Antonii Arcudii. Celebratur quoque hoc elogio in Martyrologio Romano*: Catanæ in Sicilia S. Leonis Ep. qui virtutibus atque miraculis coruſcavit. *Franciſcus Maurolycus*: Catanæ in Sicilia Leonis Ep. qui Chriſti virtute armatus, Heliodorum magum inſignem flammis deſtruxit. *Eadem habet Conſtantius Felicius. At Petrus Galeſinius*: Catanæ in Sicilia, S. Leonis Epiſc. & confeſſ. vitæ innocentia, religione, ſacrarum litterarum doctrina, & rerum divine mirabiliterque geſtarum laude clariſſimi. *Agunt quoque de eo Caniſius in Martyrol. Germanico, Conſtantius Ghinius in Natalib. SS. Canonicorum, Molanus in auctario ad Uſuardum, Oſtuvius Cajetanus noſter in Idea operis de SS. Sicilia; Ferrarius item in Catal. SS. Italiæ ex Anthologio & alii: ſed illud perperam addit*, ignem, qui ad preces Leonis magum conſumpſit, cœlitus demiſſum *fuiſſe.*

C

inſcriptus Martyrologiis;

Heliodorum, ſeu Liodorum, aſſyrium magum,

6 *Meminit quoque* S. Leonis *Thomas Fazellus de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 59. *ita ſcribens*: Diodotus quoque, quem vulgo Liodorum vocat, vir magica arte imbutus, miranda præſtigiorum machinatione Catanæ floruit. Is namque potenti carminum ſuorum vi homines in bruta animantia convertere, omniumque ferme rerum formas in novas metamorphoſes transfundere, longiſſimiſque a ſe ſpatiis diſſitos repente ad ſe attrahere poſſe videbatur. Catanenſes præterea adeo crebris laceſſebat injuriis, & contumeliis dehonestabat, ut vaniſſimæ credulitatis laqueis circumventi ad cultus ei pendendi ſtudium concitarentur. Qui cum capitis reus crucis tradandus eſſet, electorum carminum præſentiſſima arte, e Catana Byzantium, cujus imperio eo tempore Sicilia ſuberat, & rurſus e Byzantio Catanam, lictorum manibus dilapſus, parvo temporum interſtitio per aera ſe devehi juſſit. Quibus veneficiis adeo populo factus eſt admirabilis, & eo laudem pervaſit, ut in ipſo quamdam Nummis potentiam eſſe rati, errore ſacrilego cultum ſacris debitum ei exhiberent. Sed tandem a Leone Catanenſi Epiſcopo, divina virtute, ea improviſo captus, frequenti in media urbe populo, in fornacem igneam injectus, incendio conſumptus eſt.

AUCTO. Rᵉ l. 8. D

luctando tradit;

profana ſimulachra precibus ſolvertit;

7 *Ita ille, in majora nonnulla, qua in Vita habentur, efferens: e quo Pirrus antea citatus aliqua tranſcribi, atque hoc addit, ſuccinctè in Vita & Menais expreſſum*: Illud quoque memorabile invenitur, quod Leonis precibus delubrum ſummæ ſuperſtitionis, in cujus culmine duo iogentia ac miro artificio elaborata ſimulachra, magica ibi arte locata, extabant; neque unquam a prædeceſſoribus Epiſcopis everti potuerant, terræmotu & ſolminum vi, dum id tentarent, exoriri ſolitis, in quatuor ſciſſum eſt partes, ſimulachra vero in fruſta contrita ſunt minutiſſima. *Citat alios quoſdam auctores, qui de rebus a* S. Leone *præclare geſtis meminerunt: nondum eos vidimus.*

Reliquiæ ejus jam ignotæ,

8 *Addit Pirrus*, ſepultum eſſe S. Leonem in monaſterio ſuo non procul a muris civitatis, 10. Kalend. Martii. *Quod illud monaſterium? Cur ſuum, ſive Leonis vocat? Denum ſubnectit*, adhuc ſacras corporis reliquias non eſſe inventas. *Celebrem olim ejus fuiſſe tumulum, ſaltem ante occupatum a Saracenis Siciliam, patet ex Menois, quæ in quodam cantico aſſerunt*, Ἔκαινε βίβλε, μὴ ἐκ πυγὸς κρούου, Βλαστανὶ σοι ἄκανθαι ἐκ ταφίας λάρνακος σὺ σορὸ ἀρχιποίμενος. Oleum divinum, velut ea ſonte manans, ſcaturiente aſſidue ſacra urna ſapientis paſtoris ſummi. *Quæ verba an ſolum ſignificent egritudinum variarum curationem impetrari ad ejus ſepulchrum ſolere, an ex eo, ut aliorum multorum Sanctorum, aliquantum oliquod ſalutiferum effluere, haud ſatis liquet. Nonnulla de virtutibus ejus prædicant Menæa, ex quibus conjici poſſe videntur, aliam olim extitiſſe vitæ ejus ac miraculorum hiſtoriam.*

E

ultima miraculoſa narratio.

VITA AUCTORE COÆVO,

ex Græco Codice MS.

EXORDIUM.

PAtres, filii, ac fratres, hortatur nos Catholica & Apoſtolica Eccleſia, dulcis illa ac ſpiritalis mater noſtra, ut abjectis gentilium hæreticorumque profanis ſententiis, a Deo miſſam ad nos ſapientia amplectamur: novique ac veteris teſtamenti codices, ut Chriſtianis convenit, evolvamus. In his enim fons reſidet vitæ noſtræ: quo ea fonte myſticus Eccleſiæ hortus ſacræ piſcinæ fluentis irrigatur. Unde & naturæ noſtræ antiquus hoſtis diabolus, & Satanæ diſcipuli ac ſatellites hæreſiarchæ, Manes, Arius, Neſtorius, Sabellius, *a* Matcellus, Baſilides, ceteriq; omnes, ſanctorum Patrum indefeſſo ſtudio, vigilantia, laboribus proſtrati, ac penitus oppreſſi ſunt. Sic igitur & nos orthodoxi Prophetarum, Apoſtolorumque doctrinæ adhærentes, fidemque integram juxta ſacras *b* ſea ſynodos firmis animis conſervantes, ſpem noſtram ſemper in eodem figere debemus, qui per Evangeliſtas ad petendum nos provocat, & dicit: Quærite & invenietis; pulſate & aperietur vobis.

F

Deo fidendum contra hæreſiarchas.

a

b

Luc 11. 9.

a Quaquidem ſpe fretus ego facundiæ capcis, in medium prodii ad laudandum Leonem, ſua ipſius laude clariſſimum, ea celeberrima Ravennatum Metropoli ortum, ubi rerum etiam Eccleſiaſticarum curam ſibi commiſſam ſtrenue adminiſtravit. Defuncto autem e Sabino Epiſcopo, cum in ſucceſſione, qui ſacerdotii munc-

Leo Ravennas.

AUCT. COEVO, EX MS. GRAECO.

munere dignus eſſet, inveſtigando hujus urbis incolæ tumultuarentur, unum huc aptiſſimum delegavit B. Leonem, virtutum omnium columnam, nec nomine ſolum illuſtrem, ſed factis multo magis, ac moribus, d S. Beryllı Archiepiſcopi noſtri Cathedram illuſtraturum. Deus enim, a quo electus fuerat, præcepta ſeduloſo exſequi ſtudens, nullam officii partem omittebat. In primis vero aſſiduam pauperum curam gerebat, viduas, & orphanos complectebatur, illud ſæpe orando repetens: Sint, Domine, oculi tui aperti, & aures intentæ ad preces eorum, qui ad te veniunt.

3 Fuit ergo ejus tempore magus quidam Heliodorus, Barbaræ Patriciæ filius, verbis factisque neſandus dæmonum cooperator: e Chriſtianus quidem, & Chriſtianis progenitus; ſed cum præfecturæ f adipiſcendæ deſiderio flagraret, nec eloqui auderet, ne invifus ob ambitum redderetur, Hebræum quemdam magicis artibus nobilem ad ſe advocans, quæſivit ex eo, num poſſet, quod veller, efficere. Cui Hebræus, Si vis, ait, quidquid animo ſedet exſequi, en tibi ſchedam offero. Abi intempeſta nocte ad Heroum ſepulchra, magnam columnam conſcende, ibidem ſchedam in auras diſcerpe. Nec eſt præterea quod cures aliud, niſi cum ad te venientem quempiam conſpexeris, nihil pertimeſcas, & ſi deſcendere te juſſerit, ne deſcendas: mox enim obſequetur illud tibi, quidquid ab eo flagitaris. Nec mora: paruit Heliodorus, columnam inſcendit, ſchedam concerpit, ſtatimque ſe ejus oculis ſpectandum præbet dæmon, &, Quorſum, hæc, inquit, ardes, o juvenis? Et ille: Tua cauſſa reſpondit. Tum dæmon cervo inſidens, Si modo, ait, Chriſtum ejuras ea animo, jubeo tibi unum e famulis meis Gaſparem adeſſe, qui tibi aſſiduus ſit, & obſequatur in omnibus. Infelix vero Heliodorus, ejurato Chriſto, deſcendit, lamonis deteram e oſculatur: qui, Gaſpare illi deſtinato, confeſtim evanuit.

4 Operæ pretium autem eſt in B. Leonis laudem aliqua referre ex iis, quæ dæmonis ope poſtea geſſit Heliodorus. Ignorans enim miſer dona gratiæ, & quoniam Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit Dominus; non veritus eſt eadem in beatum virum artes ſuas teatare. Sed quemadmodum adverſus conditorem ſuum exſultans ſe ipſius myſtagogus cum diceret, Ponam thronum meum ſuper columnas cæli, ſibi ipſi ſuperbia ſua ruinæ auctor fuit; ita Heliodorus malum ſibi accerſens, ſocidit in foveam, quam fecit. Quodam ergo die cum Circenſia, ut mos eſt Catanæ, celebrarentur, Chryſin alloquitur S. Leonis conſobrinum, Poſſum, inquit, ſi tibi cordi eſt, equum dare, qui curſu omnes antevertat coram Præfecto. Chryſis autem de magica ejus arte nihil ſuſpicans, optare ſe dixit, ſtatimque ſiſtitur ipſi equus candidus: quo juvenis inſcenſo, ceteros omnes lógo intervallo vicit, adeo ut ſtuperent univerſi, atque ipſe eumprimis Præfectus. Qui protinus milites duos mittit, qui equum una ſeſſoremque ad ſe adducant. At equus peracto ludicro repente ab oculis ſubductus eſt: erat quippe dæmon. Juvenis vero elinguis ſolus manſit. Hunc igitur ad Lucium Præfectum ducunt. Quem ut vidit, Age, inquit Præfectus, cedo equum illum, ut in urbem mittatur ad Auguſtos: neque enim decet equum tam bonum retinere, ſed ad Imperatores mitti, ut ipſorum Circenſibus inſerviat. At juvenis hæc audiens, mente conſternatus obmotuit, & carceri mancipatos eſt.

5 Interim cum ad B. Leonem fama perveniſſet, Præfectum adit, docetque juveni illi nec arrum onquam, nec candidum equum fuiſſe: ſed auctorem omnium horum eſſe Heliodorum. Quo cogniro, Præfectus hominem accerſit, interrogat an Chryſin ſeduxerit, equumque dederit. Cumque magum illum eſſe pro certo comperiſſet, ac juveni impoſuiſſe, juvenem B. Leoni mox reddi jubet, magum vero in vincula compingi. Cum autem a militibus duceretur Heliodorus, pactos cum eis auri libras tres ſe daturum, ſi liber dimitteretur, lapidem e via ſublatum, arte ſua clam mauravit, & pro auro dedit, liberque dimiſſus eſt. Milites ad Præfectum reverſi, fabulamque commenti ſunt, Heliodorum equo ſibi per magiam fabricato aufugiſſe. Et quoniam id Præfectus, ut de mago, veriſimile judicabat, innocentes illos pronunciavit, & innocuos eſſe juſſit. Ubi ergo aurum, quod acceperant, penitus inſpiciunt, lapidem eſſe deprehendunt, & trutinæ impoſitum tres libras pendere.

6 Talia vulgo faciens Heliodorus, non Catanenſium tantum civitatem, ſed & Sicíliam univerſam conturbavit. Tanta enim erat io eo vis præſtigiarum, ut Simónem magum ſuperaret, quem Petrus & Paolus indivifi comites oratione ſua proſtravernnt. Cum obviæ aliquando factæ eſſent mulieres, aſtantibus impuris ſodalibus ait: Quid ſi, amici, facio, ut denudentur iſtæ in oculis omnium? Atque illico neſariam artem adhibens, quaſi fluvium præterlabentem eorum ſeoſibus oſtendit, ita ut velut aquam ingreſſuræ tunicas geno tenus attollerent. Neque hæc tantum, quio propulas etiam, emptoreſque fraudavit, lapidem plerumqoe, aut tale quid aliud auri ſpecie porrigens: quo poſtmodum ad priſtinam formam redeunte, jacturam ſoam miſeri damnumque deplorabant: adeout nec vendere jam amplius, nec emere præ inopia poſſent. Quæ omnia cum Heliodori fraude fieri cognoſcerent, eum graviter apud Præfectum accuſarunt, addentes ab eodem clariſſimorum virorum filias amoris philtro ita percitas fuiſſe, ut paternis ædibus profilirent, & quo vellent, & ad quoslibet convolarent.

7 Hæc itaqoe audiens Præfectus, relationem in hæc verba miſit ad Imperatores: Magnificentiſſimis Imperatoribus & Dominis noſtris Lucius Præfectus. Æquum eſt, Domini, quæ apud nos geruntur, ſacras aures veſtras minime celare; ſed patefacere omnia diligenter, quæ ſub felici imperio veſtro nobis contigerunt. Eſt ſiquidem in hac civitate noſtra magus quidam, Heliodorus nomine, filius Barbaræ Patriciæ, adeo peſtilens & efficax, ut Simoni Mago nihil cedat. Hic univerſam civitatem miſere aſſidixit. Vidimus clariſſimorum civium filias ejus artibus ad philtrum incitatas paterois domibus exſilire, ac paſſim vagari. Alias item iter facientes, falſa fluminis ſpecie objecta, indeeore nudari compulit, & per æcum pulverem quaſi aquam ambulare: lapides aorum eſſe perſuaſit. Quin & populum ad idololatriam inſtigavit. Præſens enim ſtatua elementum aeris eſt, nequando prorumpens Ætnæ flamma urbem aeceudat, quia igneus mons eſt .... Vulcani. Hæc ſunt, quæ ſacris auribus ſuggerenda erant, Imperatores, valete, Domini noſtri.

8 Accepta relatione Imperatores g noſtri Leo & Conſtantinus æque maxime indigoati, quod Eccleſiam ipſam attentaret, Heraclidem h Protocurſorem in Sicíliam mittunt e veſtigio, Heliodorumque intra dies triginta Conſtantinopolim perducere jubent: Vide, ajunt, rem ſedulo agas. Nullam ab eo cauſam admittas, quin hic illom ſiſtas præfiao die. Solveus ergo cum comitatu Heraclides, ad inſulam appulit eodem menſe. Tum forte ipſo in littore obambulabat Heliodorus, & nautas conſpicatus, Salvete, inquit, fratres. Numquid Heliodorum quemdam quaritis? Ne veaemini, ego ipſe ſum, nec alium profecto reperire eſt Heliodorum. Ac cette mori malim ad pedes Imperatorum, quam vivere ipſis adverſus. Ideo fugere oolui, cum facile potuerim: ſed ultro vobis occurri.

9 Quæ audiens Heraclides, miratus qood ſpoute occurrerat teneri eum mimme juſſit, ſed oblata ſecuritate quadam in urbem redire, ac vinum, panem, aquam, & cetera neceſſaria comportare. Hærente ioterim Heraclide, ac ſub dubitante num revera is eſset, quem

qurre-

Heliodorus ambitioſus Hebræi magi fraude.

dæmoni manicipatus.

in S. Leonem inſurgit;

Iſa. 14.

ejus confeſſio ad laudes

equum ſibi Circenſem emit;

qui diabolus eratl

a S. Leone arcaſatur;

D

liberos ſacro auro eludit;

flumini ſpectum inducit lo ſuos;

propulas deponerat;

E

puellas philtro demouet;

ex per Præfecti literas cognoſcitur;

g

h

Imperatores eum comprehendi jubent;

altro diſſimulans ſe effert.

AUCT. COÆVO, EX MS. GRÆCO.

A quærebat, Dicite mihi, ait.... Heliodorus, ſecuritatem veſtram, & Imperatorum, ſaciamque ut unu die Byzantium illo ipſo die, ut dixi, perveniemus. Cui Heraclides, Triginta, inquit, dies præſtituti nobis fuerunt, & jam quindecim exacti ſunt. Tum ille, Quieſce igitur reliquis bis diebus, & cum ultimus illuxerit, ſolvemus hinc una, & Byzantium illo ipſo die, ut dixi, perveniemus. Cui Heraclides, Atqui, ait, niſi hoc ita, ut dixiſti, præſtiteris, demergam te in profundum. Deinde Heliodorus: Ingrediamur ergo, ſi libet, io balneas: cumque eſſent ingreſſi, juſſit omnes in imam cellam deſcendere, veritque ne Chriſtum ullo modo nominaret. Mox capita eorum in aquam depreſſit. Quo facto repente vident ſe in regiæ urbis thermas translatos eſſe: ſeduloque circumſpicientes Heraclides regium balneum prorſus id eſſe cognovit. Egreſſi ergo veſtes ſuas repererunt, nullo cuſtode intactas. Profectique e veſtigio ad Imperatores, Heliodorum ſiſtunt, omniaque enarrant, & quemadmodum, cum pridie Catanæ adhuc eſſent, Byzantium eo die perveniſſent.

Ex Catana Conſtantinopolim transfert ſe.

inquit,

10 Quibus omnibus adeo indignati ſunt Imperatores, ut ne inquirendum quidem amplius cenſerent, ſed hominem capitali ſtatim ſententia damnarent, & capite plecti præciperent. At Heliodorus Cæſares per Chriſtum obteſtans, aquam ſaltem ſibi dari petiit. Dari jubent Imperatores, & quia ſatiari aliter bibendo non poterat, pelvim afferri. Ut autem allata eſt, continuo in eam ſe conjecit, & ex oculis abit cum hoc dicto: Salvus ſis Imperator, quære me Catanæ. Attoniti tanto prodigio Imperatores, laudemque ad ſe reverſi, quia Catanam nominarat, Heraclidem in Siciliam redire jubent. At ille vix ad littus iterum appulerat, cum obvius pariter ſit Heliodorus. Et ne dubites, inquit, ipſum me eſſe, cape argumentum, uno die faciam iterum ut Byzantium attingas. Quod quidem Heraclides ita facturum nihil dubitans, hæſit uſque ad extremum diem in Catanenſium civitate.

e conſpectu Imperatorum diſparet.

B

11 Et jam adveneral dies præſtituta, cum primus advolat ad portum Heliodorus: inſectabantur enim illum cives univerſi, ac flammis tradere cupiebant. Quod juvenis Heraclides, Abſit, inquit, non decet eum, in quem Reges ipſi judicium exercent, ab aliis pœna multari. Arrepta igitur virga laurea Heliodorus navigium in mari effingit, ac remiges ad puppim, proramque diſtribuit, viaticoque omni, & ſi quid præterea ſecum adduxerant, illato, ultimus ipſe cum Heraclide ingreſſus eſt: ſtatimque nullo impellente in altum ferri maris cœpit. Jam ad navarchum, ubinam ſumus? inquit. Et ille, In conſpectu *i* Rhegii, reſpondet. Mox iterum: Ubi nunc ſumus? Ad Crotonem, inquit. Et rurſum: Ubi? Et ille: Ad Hydruntem. Atque ita unius diei ſpatio Byzantium navigarunt. Cumque *k* Bucoleontem portum navis intraſſet, excenſione facta, ſtatim evanuit.

Ipſa Catanenſium eripiens.

i phares ſtatuam aeneam formans.

C

k

Et die uno navigat Conſtantinopolim.

l

12 Ut vero ad Heraclidis viri ſui conſpectum e *l* triclinio ſuo exiens Stratoniſſa Thalia, unaque cum illo vidit Heliodorum, ſalvum ore compreſſam egerit illi, atque faciem conſpergit, dicens: Videte qualis hic mendax, qui virum meum bis in Siciliam navigare compulit. Excanduit hac injuria Heliodorus, & examinam intuens, Niſi re, inquit, infamem in urbe hoc facio, non ſum ego. Ac protinus magicis ſuis technis ignem omnem tota urbe extinxit. Poſtquam ergo audierunt Imperatores, qua de cauſſa extinctus ignis eſſet, Heliodorum fame conſici juſſerunt. At populus.... tum quantocyus rogabar, quod civitas ipſa fame vexaretur. Producto itaque ad Imperatores Heliodoro: Tune, inquiunt, hoc feciſti, ut civitas fame tabeſcat? Utique, ait magus. Et ſi quidem me adverſus injuriam iſtam publice vindicaveritis, faciam ex ea ignis erumpat; alioqui enim ignem viſuri non eſtis. Quibus vobis graviter commoti Cæſares obtruncati ſtatim eum jubent. Sed cum dextera ſuſtuliſſet ſpiculator, ut gladio ictum inferret, repente velut globi duo exiliérunt, tectum bifariam diſſecuerunt, elatuſque inter utrumque Heliodorus abſceſſit, hoc repetens: Salvus ſis Imperator, quære me Catanæ.

omnem totam urbem ignem concitaſſe.

Iterum ſe jubenti.

13 Cives autem cum ægreferrent ad ignem uſque proceſſiſſe magi præſtigias, Stratoticſſam Thaliam in medium protrahunt. Quid porro de ea ſtatuerint, ſupervacaneum ducu cummemorare. Quin hæc ipſa non alia de cauſſa retulimus, quam ut B. Leonis virtus eluceſcat. Sæpe enim conatus eſt hominem ad mentem reducere: atque ob eam rem cum mortem illi Lucius inferre pararet, dehortatus eſt vir ſanctus, expectans ut reſipiſceret. Tantum vero abfuit, ut conſiliis pareret, ut Sanctum ipſum ſuis artibus aggredi non dubitarit. Aliquando enim cum ſacra myſteria perageret, eccleſiam ingreſſus, utpote Chriſtianus, Heliodorus in conferta populi turba malorum more calcibus impetere cœpit, partim quidem riſum quibuſdam movens, partim dolorem in aliis & indignationem.

ſupra e S. Leone monitus.

in eccleſia ſiſtunt ſe.

14 Imo jactabat etiam, facturum ſe ut Epiſcopus cum Presbyteris ſuis chorum ducem publice ſaltaret. Quod ubi animo cum tractare ſenſit B. Leo, genibus ad aram advolutus, precibuſque peractis, ad Heliodorum feſtinat, eique *m* orarium ſuum in collum injecit, dicens: Per Chriſtum Dominum meum, nihil hic valebunt magicæ artes tuæ: deduxitque ad locum, cui nomen Aebilleus, ibique flammis adurendum dedit. Nec manum ſuam, quæ illæſa cum oratio manſit, ante ſubduxit, quam miſer ille in cineres redigeretur. Sic itaque nos vir ſanctiſſimus præſenti ope ab illius importuniſſimi magi periculis eripuit.

ſtola vinctus a S. Leone

comburitur.

E

15 Minime vero prætereundum eſt, quod ſenatorii cujuſdam viri uxori contigit, quæ cum in Syracuſarum metropoli ſanguinis fluxu laboraret, magniſque in meditos facultatibus impenſis, ſanari nuſquam poſſet, Dei admonitu ad ſanctum hunc Paſtorem Leonem contendit. Sed cum ad portam Arianam perveniſſet, ſignumque in eccleſia dari audiens, percontata cauſſam, eſſe obitum cognovit divini miraculorum opificis Leonis, graduque feſtino properans, ſimul ac ſacra ejus ipſiſana eum fide attigit, lethali ex morbo Dei gratia, ſtatim convaluit.

S. Leonis reliquiæ ſanatum ſanguinis fluxum.

16 Sed neque illud etiam ſub ſilentio tegatur, quod mirabiliter geſtum eſt a B. Leone. Precibus quippe ſuis ac lacrymis deteſtandum *n* idolum, quod impius Decius colebat (erat quæ in eo, quod olim quidem Gentilium delubrum, nunc vero venerabile fanum eſt ſanctiſſimorum *o* Martyrum quadraginta) minimo negotio diſturbavit ejuſque loco vivificam ac ſalutarem Crucem impoſuit.

ipſe vetus idolum everſtat n

n

Philipp. 1. 21.

F

17 Ut autem ad exitum veniat oratio, quoniam, ut Paulus ait, memoria juſtorum eum laude eſt, & memoriale eorum in generatione & generationem, quibus ſcilicet vivere Chriſtus fuit, & mori lucrum, obdormivit admirabilis Leo Præſul ac parens noſter 20. die Februarii, ſanctam & undequaque collucentem animam reddens Domino, cui gloria, & imperium in ſecula ſeculorum.

mortuus 20. Febr.

a Marcellus *hic Ancyræ in Galatia Epiſcopus fuit: de ejus ſcriptis & hæreſibus egit poſt antiquos Gabriel Prateolus. Cæteri, qui hic nomen invenêre hæreſiarchæ, vulgo noti ſunt.*

b *Hinc ſupra n. 3. conſtare diximus de ſcriptoris ætate, tum habita fit 7. Synodus an. 787.*

c *Colitur S. Sabinus Ep. Catanenſis 15. Octobris.*

d *S. Beryllus primus Epiſc. Catanenſis colitur 21. Martii.*

e *Fallitur ergo Rerum Vrbium ipſa ſcribens:* Ibi Heliodorum quemdam Judæum inſignem magum interemit.

f *Sacra an profana, nuſquam explicatur.*

g *Hinc quoque de ætate ſcriptoris diximus conjici poſſe.*

h *Inferius videtur Protoſtratorem facere, cum uxorem ejus vocat Stratoticſſam, non Cortoſſam: erat Ὑπατικὸς ἀπὸ, Protoconſul, Conſervum Præfectus, ut obſervat Meurſius in Gloſſario. Πρωτοστράτωρ autem Exercitibus Imperatoris præerat.*

i *Ut mirabiliter eſſet navigatio, loca hæc Italiæ prætervehi impoſtor voluit, cum poſſet e Sicilia directo in Orientem curſu, Peloponneſum circumnavigare, ac per Ægeum Conſtantinopolim verſus fluctus ire. Sed neque navis fortaſſe illa fuit, nec*

AUCT. COÆVO, EX MS. GRÆCO.

non ipſi per mare vecti, ſed a demonibus tranſportati.

k *Diximus 11. Februarii in Vita* S. Theodoræ *Auguſtæ* §. 2. n. 12. *portum illum eſſe ad regiam*: ubi nuvei calotis marmor ingenioſe ſculptum vaccam ingentium lateerum repræſentabat, & leonem in vaccam inſilientem, eamque cupide necantem: ex qua ſculpturæ nomen loco datum eſt.

A

Bacolæon

l *Locus indicari videtur, ubi Stratoriſia hæc, ſeu fortaſſe melius,* Πρατοτερατοφόρια, *morabatur, cum in regia erat ad Irenes Auguſtæ obſequia. Nomen a ſitybo deſtum fortaſſe, quod vigiliis exembiaſve ſignificet; unde & Βηλαμπτικὸν, ſtipendium excubitorum.*

Biclinioſi,

m *Orarium hic videtur ſtola ſacerdotalis, vel Epiſcopalis, eſſe. De etymo variiſque ſignificationibus ejus vocis lege Gerardum Joannem Voſſium lib. 3. de vitiis Gloſſematis cap. 3. & Meurſium in Gloſſario, qui teſte docet, ea Subdiaconos uti non ſolere, ſed Sacerdotes ac Diaconos, uti nunc quoque Stola. Menaa Ἐπιτραχήλιον vocant, ab amplexando collo. Nos ſolam vertimus.*

Orarium

n *De hoc ſimulachro varie ſcripſerunt alii, antea vitaſi.*

o *De quibus agemus 9. Martii.*

p *Non ſunt hæc omnia S. Pauli.* Nam Memoria juſti cum laudibus, *Salomonis eſt* Prov. 10. 7. *Davidis vero* Pſal. 101. 13. Memoriale tuum in generationem & generationem, *quæ Deo ipſi dicuntur. At poſtremum illud Pauli eſt.* Mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Philipp.* 3. 21.

VITÆ a EPITOME

ex Menæis Græcorum.

B

r SAnctus hic patria Ravennas fuit, nobilibus ac piis natus parentibus: ac propter vitæ innocentiam, morum integritatem, omnibus ſacrorum Ordinum gradibus legitime tranſcurſis, tandem divino ſuffragio Pontifex eſt in Catanæorum metropoli conſtitutus, quæ civitas in clariſſima inſula Sicilia ſita eſt, in quam Ætnæus ignis, etiam nunc quandoque, defluere ſolet. Hic igitur b pro nominis ſui ratione magnanimum quendam ac leoninum ſpirans, & velut ſidus effulgens, omnium mentes, quarum curam gerebat, illuſtravit, vi luas propugnans, proſpiciens pauperibus. Quin & ſolis precibus idoli ſimulachrum in terram proſtravit. Inclytæ Martyri c Luciæ templum magnificum conſtruxit, ipſe formæ ejus inventor & architectus.

2 Helhodorum nefarium magum in cineres redegit. Nam cum hic omnibus moleſtus eſſet, & præſtigiis ſuis paſſim hominum oculos ac menes faſcinaret, jamque ipſam Dei Eccleſiam ſuis incantamentis impurus veterator aggredi auſus eſſet; ſanctus vir cum induſtrie apprehenſum, ſacra ſua ſtola alligat, jubetque intercta rogum maximum in medio urbis excitari. Tum omnibus illius maleficiis publice proclamatis, ſibi collo adſtrictum trabens, in medias flammas ingreſſus eſt, neque prius exivit, quam inſelia ille in cineres eſſet redactus. Ea res obſtupefecit univerſos. Non ſolum enim Magnus ille ambuſtus non eſt, ſed nec ſacras illius veſtes ullo modu flamma attigit.

3 Miraculi fama quaquaverſum vulgata, ad ipſos etiam pervenit Imperatores d Leunem & Conſtantinum: qui ad ſe eum accerſiverunt, atque ad ejus proſtrati pedes, ut pru ipſis ad Deum preces funderet rogarunt. Is autem non ſolum dum viveret, maximus in edendis miraculis fuit, ſed poſtquam rerræ mandatus eſt, plura etiam perpetrat ſtupenda.

S. Leo præ omnes gradus ad Epi. ſcopatum vectus;

b ſolis præſph. eſt;

templum ſtruit;

pulſſimum magum ſe cum in igem tradit,

D

ex ſombuſto illæſus;

d vocatur Conſtantinopolim, e mortu miraculoſa ſtola.

a *Eadem extat apud Maximum Cyther æum.*

b *Gr.* Φῶς εἶναι τοῦ λαοῦ ὑπερθέν,

c *De qua* 13. *Decemb. agimus.*

d *Copronymi filium, ut diximus ſupra.*

ALIA EPITOME

ex Authologio Græco Arcudii.

E

S. Leo dei ſtus,

miracula facit quodam ſacerdoi;

a jam Epiſcopus confotat barbiſ, eos;

magum preſtigias confutat imperat;

SAnctus Pater noſter Leo Thaumaturgus, in urbe Ravenna natus eſt, nobilibus ac religioſis parentibus. Cum jam omnem ſacram Scripturam didiciſſet, tantumque in virtutum ſtudio proceſſiſſet, ut & miracula ederet, conſecratur Sacerdos Eccleſiæ Ravennatis: deinde Epiſcopus fit urbis Catanæ. Tantas adverſus hæreticos dimicationes ſuſcepit, ut omnes ſuperaret, ac pudore obrueret; non ſolum vi ſermonis, ſed & a depromptis e Scriptura demonſtrationibus. Erat & miraculorum effector: nam Helhodorum magum ſuis præſtigiis multos decipientem, & gloriantem ſe omnia poſſe, neque ignem metuere, incendio conſumpſit, vi precum. De hoc Sancto cum audiſſent Romani Imperatores, admirati ſunt, & ad ſe eum evocantes, rogarunt ut pru ſe Deum precaretur. Quod cum eſſent aſſecuti, eum cum honore domum remiſerunt. Reverſum jam ad ſuam Eccleſiam, in cœlum Deus ſuſcepit.

a *Gr.* γεγονὼς ἀπὸ ἐτῶν.

DE B. ULRICO, SIVE ULFRICO,

PRESBYTERO EREMITA IN ANGLIA,

C F

Commentarius prævius.

AN. CHR. CIↃCLIV. XX. FEB.

Anglia ſecula Chriſti duodecimo mirifice illuſtravit, vita auſteriore & ſanctimonia, futurorum prædictionibus, ac multiplicibus prodigiis, S. Ulricus *Presbyter eremita, cella juxta eccleſiam quondam rure incluſus; aliis* Wlricus, Wulricus, Wolricus, Ulfricus, Wlfricus, Wilfricus *dictus. Is* 20. *Februarii an.* 1154. *deceſſit. Quo die eum Martyrologio Anglicano. Joannes Wiljaus inſcripſit in priori editione an.* 1608. *In poſteriori anno* 1640. *publicatu od* 16. *diem menſis ejuſdem retulit. Ferrarius itidem duobus diebus adſcripſit*, 20. *Februarii*, & 22. *Aprilis; ſed priore* Ulfriccum, *poſteriore* Vubricum *appellavit. An diverſos tradiderit, an eu erratio librarii ſit, haud conjicio. Anſam alioquin hallucinandi prabere MS. codex potuit: e quo Vitam illius damus; dum obiiſſe* 10. Kalend. Maji *tradit, manifeſto errore, quem e Joanne Capgravio & aliis correximus, reſtituimuſque* 10. Kalend. Martii. *Et firmat eam lectionem ex Vita charakter alius: nam ipſe* Sabbato *mortuus aſſeritur, in quod anno* 1154. *dies* 20. *Februarii incidit*, 22. *Aprilis in feriam* 5. *cum littera Dominicalis eſſet C*, *Paſcha* 4. *Aprilis ngeretur. Ad eumdem* 20. *Februarii diem Vitam ejus Anglicum collocavit in Floribus Sti. Anglia Hieronymus Porterus.*

2 *Die eodem in Kolendorio Ordinis S. Benedicti iſtu de illo ſcribit Benedictus Dorganius:* S. Uulfrici eremitæ, magnarum virtutum viri. *Eodem die Chryſoſtomus Henriquez in Menolog. Ciſtercienſi:* In Anglia natalis B. Ulrici anachoretæ & Confeſſ. vitæ ſanctimonia, revelationibus, ac multis miraculis illuſtris. *Monet deinde in Annotationibus*, illum ſub Ciſtercienſium norma & obedientia vitam egiſſe, *idque* Ordinis antiqua monumenta teſtari. *Citat Guillelmum Avalonienſem, qui nec nobis, nec Balæo Piſſæoque notus. At non video, qui potuerit, ſaltem ab ipſa arctioris vitæ exordio, Ciſtercienſin inſtitutu completi Ulricus, eum, ut in Monaſtico Anglicano ex annalibus Petroburgenſibus dicitur,*

non videtur fuiſſe monachus a

anno

A anno 1128. Ordo Ciſtercienſis primum veuerit in Angliam; *ipſe autem* Ulricus *anno* 1124. *ſe incluſerit, qui, ut auctor eſt Matthæus Paris, cum initio anni* 1154. *deceſſit, jam* 29. annis contra hoſtes humani generis confligens, feliciſ marte victoriam reportarat. *Neque in tota Vita ejus hiſtoria quidquam eſt, unde conjicere poſſimus, vel Ciſtercienſis vel ullius alterius Ordinis inſtituta ſectatum. Scribuntur quidem cap.* 3. *num.* 22. monachi Montisacuti, *qui congregationis Cluniacenſis erant*, ei portionem quamdam victus ſingulis ſeptimanis mittere ſoliti; *ſed nec illis ſubditus fuiſſe dicitur. Nec quiſquam eorum ſcriptorum, quorum de Ulrico præclara teſtimonia ciu abimus, illum fuiſſe monachum tradit. Solum Nicolaus Harpſfeldius hiſtoriæ Eccleſ. Anglicanæ ſeculo* 12. *cap.* 29. *ubi elegantèr & ſuccinctè univerſam ejus vitam complectitur*, monaſticæ & ſolitariæ vitæ athletam atque ſectatorem *vocat, usi & Porſtrus in prolixiore Vita Anglice ſcripta. Verum ad primogeniam notionem vocis* monachi *reſpexit Harpſfeldius, quia mirum ſolus agebat; ideoque vocem* ſolitariæ *addidit, velut* monaſticæ *ſynonymam.*

ordem Ciſtercienſis;

3 *Quanto autem Ulricus, propter vitæ ſanctitatem & miracula, totâ Anglia in honore & nomine eſſet, conſtat ex Henrici Archidiaconi Huntingtonienſis libro* de Sanctis
B Angliæ, *ſive, ut in Prologo fatetur, penultimo operis ſui, quem numen conſulto omiſit, quo reliquum opus edidit Henricus Savillus. In eo igitur ita ſcribit Henricus:* Quæret aliquis, cum priſcis temporibus tot Sancti tot innotuerint miracula, miramur obmixe, quod temporibus noſtris nec aliqua miraculorum ſcintilla interlucet, nec famæ tenuis aliqua ſuper his agilitas intervolat. Unde videtur, vel quod plura dicantur quam fuerint, vel omnino modus a Deo jam ſit apoſtatatus. Cui reſpondemus: omnino quidem a Deo apoſtatatara tempora non concedimus noſtra, ſed valde pejorata, & vitiorum caligine flebiliter obnubilata. Novit tamen Dominus, qui ſuat ejus; & in humilibus, qui pauciſſimi ſunt, Excelſus habitat. Fiuot igitur miracula tempore noſtro rariſſima, ſed quandoque ſanctiſſima. Unum de quodam, cui adhuc vitalis ſupereſt ſpiritus, memoriæ clariſſimum communicabo.

celebre olim ob miracula,

4 In provincia, quæ vocatur Dorſeto, apud villam quæ vocatur Haſelberge, degit quidam Dei ſervus, Wlricos nomine, officio Sacerdos, converſatione anachoreta. Hic loricam ferri proximam ſemper adhibens, ut ejus motui intempeſtos eohiberet, a domino ſuo terreuo novam poposcit, quia ſua ſudore ſuo jam pene *demollita & differrita videbatur. Quam cum eo præſente indoſſet, longitudini ejus iuſe uſus, ne ſub veſte quidem compareret, arrepta forſice ſub gyris & io manicarum
C veſtibur ferrum compaginatum quaſi lineam texturam diſſecuit; rurſumque forſicem apponens, ſi quid inæquale erat, ſine mora, ſine difficultate, Dei ſervus ubſcidit. Quod videns dominus ejus, inæſtimabili gaudio repletus, ad pedes Sancti corruit. Vir Domini erectum conjuravit, ne alicui viſa revelaret. Rei tamen celari non potuit: nam plerique religioſi ejuſdem loricæ ſanctiſſimæ annulos habere ſe gaudent, & fama celebris regni totius partes circumquaque perluſtravit.*

loricam ferream ſanctus diſſecuit;

** Gervaſius dempſit,*

** ita MS. at Gervaſius habuit.*

5 Quod mirandum huic operi tanto & exquiſito non interpoſuiſſem, niſi quia ſanctus Papa Gregorius, quæ de Patre Benedicto vel aliis Sanctis narrat, partim ab aliquo Sancto religioſo ſe audiviſſe eommamorat, partim ſe a pluribus valde probatis. Hoc autem non ſolum reſtantur, qui loricæ ſectiones viderunt, vel qui ejus ſermonem optabilem præſentiamque delectabilem petierunt, vel qui vitam religioſorum libenter ipſi religioſi perquirunt; verum etiam omni populo divulgatum eſt.

ex ſuorum mentibus ſcripſit

Huntingtonienſis,

6 *Hæc Huntingtonienſis, ipſo adhuc vivente Ulrico. Gervaſius monachus Doroberuenſis in Chronicis Regum, qua uſque ad annum* 1149. *perduxit; ita ſcribit ad* 1146. *Chriſti annum:* Degebat his diebus in provincia Dorſetenſi, in villa quæ Helesberge dicitur, Sacerdos quidam, Wlfricus nomine, converſatione anachorita, ſanctitate plenus & gratia Spiritus ſancti. *Tunc qua de ſciſſa ferrea loricæ habet Huntingtonenſis, ipſe fero verbis iiſdem repræſentat, uſque ad illa,* Quod miraculum, *uterque* forcipe *inciſam loricam uit, pro* forſice. *Nicolaus Harpſfeldius ſec.* 12. *cap.* 29. *eo miraculo narrato, iſta adjecit:* Quam hiſtoriam, tamquam exploratiſſimam, & iudubitatam ſui temporis miraculum, Henricus Huotingtonienſis illius temporis æqualis, ſeverus alioqui recentium miraculorum arbiter, præter ceteros qui ex profeſſo illius Vitam deſcripſere, recenſet. Particulaque illæ poſtea, ita diſſectæ, multis adverſus graves & exitiales morbos ſalutares fuerunt. Quod de catenis Petri & Pauli & multorum ſuperioribus temporibus Martyrum proditur.

AUCTORE I. B.

poſtremis ejus locis morbi jocati,

7 *Quod porro ic ait* Vitam S. Ulrici *ab aliquibus* ex profeſſo deſcriptam, *exiat tu in codice MS. Canonicorum Regularium monaſterii S. Pauli in Rubea valle juxta Bruxellam, eademque in Legenda Sanctorum Angliæ Joannis Capgravii. Ea ſubnectemus, quæ de illo ſcripſit Matthæus Paris in Hiſtoria majore ad annum Chriſti* 1154. *Quæ ſi quis cum Vita exulte contulerit, judicabit, opinor, aliam pleniorem exſtitiſſe Vitam, cujus epitomi ſit ea, quam Capgravius recitat, ſive eam ipſa compoſuerit, ſive centum circiter annis eo antiquior, Joannes Tinmouthenſis, quem* Opus ſervorum Dei, ſeu Sanctilegium majus & Sanctilegium minus *ſcripſiſſe tradit Joannes Piſeus num.* 611. *ad an.* 1366. *Paris certe quidem nonnulla narrat longe aliter atque Capgravius, quale illud eſt miraculum de eo, qui ſe demoni devoverat, ubi & nomen Presbyteri ab Ulrico miſſi & alia adjuncta exprimit, apud Capgravium omiſſa: quo non videtur famo ſolum didiciſſe, qui centum & quinque annis poſt S. Ulricum obiit, ſed ex alterius cujuſpiam commentariis hauſiſſe, Matthæus quoque Weſtmonaſterienſis, qui Pariſiis facile* 130. *annis junior fuit, multo ſeſe hebuiſſe oſtendit, quæ poſſet de S. Ulrico infuſis Floribus hiſtoriarum commemorare, niſi brevitati ſtudniſſet. Ita tam ad annum* 1154. *ſcribit:* Eodem anno ſanctus unachorita Wilfricus de Heſelberga, cujus vita & tranſitus ſpeciales exigeret tractatus, migravit ad Domioum.

Vita S. Ulrici e MSS. edita,

& Pariſiis.

eſtam alia plenior;

8 *Gervaſius Dorberuenſis Pariſiis longe ſenior, qui circa annum* 1200. *obierit, illud de S. Ulrico, ſive (ut ſcribit) Wilfrico, ſcribit, ut cæteris prætermiſſum, ad annum* 1146. Hic in Spiritu prædixit Henrico puerulo ſecum loquenti, quod Rex Angliæ futurus erat. *Id antea quoque Stephano prædixerat, ejuſdem Henrici II. avunculo.*

prophetica ejus prædictio;

9 *Vicum illum, ubi B. Ulricus vitam degit, omnes in* Dorſeteoſi Comitatu, *Wilſonus in* Wiltonia *locat, vocatque* Haſelburton, *alibi* Haſelbug. *Eſt quidem hujus nominis pagus in tabula chorographica Wiltoniæ per Joannem Speedum edita; ſed ſtare antiquiorum ſcriptorum auctoritate ſatius eſt: cui ea quoque ratio adſtipulatur, quod monachi Montis-acuti Ulrico* portionem quamdam victus ſingulis ſeptimanis mittebant, *ut jam diximus, atqui in tractu auſtrali Somerſetenſis provincia erat illud cœnobium, haud longe a Dorſetenſis Comitatus limite: Haſelburg Wiltonia, propius a Bathonia abeſt, in boreali parte ejuſdem Somerſetenſis Comitatus ſita urbe, ut plus quam triginta millibus paſſuum a Monte-acuto diſtare videatur. Accedit, quod, teſte Pariſio, ab* Exonia verſus Orientem 30. milliaribus diſtabat Haſelberga: *at multo longius illa* Haſelburg *Wiltonia, magiſque ad Septemtrionem quam Orientem ab* Exonia, *ſive* Exceſter, *primaria Devoniæ urbe recedit. Nec eſt quod* Oxoniam *pro* Exonia *legendum quis velit, uti habent gemina Pariſii editiones: nam & longius abeſſe videtur Haſelburg Wiltonia ab* Oxonia, *ſive* Oxforde, *quam* 30. *milliaribus, & non verſus Orientem, ſed Occidentem potius.*

ubi olim vixit

VITA

A

VITA INCERTO AUCTORE,

ex MS. Rubeæ-vallis & Capgsavio.

CAPUT I.

S. Ulrici converſio, vita auſteritas, miraculorum manifeſtatio.

1 BEatus Wlricus, de mediocri Anglorum gente originem ducens in *a* Contana, octavo *b* Buſtullia milliaribus diſtante, natus, altus, & converſatus eſt, ubi & Sacerdotis officium per aliquot annos adminiſtravit: canum & avium venationibus Presbyter non abſtinuit. Tandem apud *c* Halesbergiam, ab *d* Exonia triginta milliaribus diſtantem, migravit: ubi in cellula conſigua eccleſiæ, nulla Epiſcopi introductione, nulla benedictionis ſolennitate, ſed familiari Spiritus ſancti noctuitate, Chriſto ſe conſepelivit. Multo jejunio mortificabat membra ſua, & vigiliarum labore vexabat, ut pellis via oſſibus hæreret.

a b *Ulricus Sacerdos obtento vanas, c d* *ſe includit,*

2 Erat enim ei pro cibo delicatiori panis avenaceus, & pulmentum de avena factum. Vinum & omne quod inebriare poteſt, oſſi in præcipuis ſolennitatibus ob reverentiam feſti magis quam carnis refocillationem, non guſtavit. Vigiliarum vero tam pervigil, & indefeſſa aſſiduitas erat, ut inſomnes prorſus duceret noctes; niſi cum naturalis interdum infirmitas perurgeret: & tunc non tecto quidem, ſed capite ad parietem reclinato, non tam capiebat ſomnum, quam incipiebat; & continuo velut ad injuriam factam ejulans, eo fortior, quo recentior ad conſueta redibat. Cervical quoque de fæni ſuuibus intextum, capiti ſupponere conſuevit. Ciliciu primo ad carnem, deinde lotica uſus eſt. Noctibus vero in frigore & uuditate, in vas quoddam frigida aqua infuſum deſcendebat, pſalteriumque ea integro Domino decantabat. Eaiens veto de aqua luticam induit, ut iu hymnis & orationibus, cum csebris genuflexionibus, quod reliquum esat Vigiliarum, devotus & alacer eapendebat.

B *& manebat jejunio, vigilia, ſubeadi modo, cilicio, lotica, oratione in aqua gelida,*

3 Incentiva earnis ſuæ, cujus acerrimus ſtimulos patiebatur, in aquis vehementiſſimis mortificavit. Quadam enim nocte, dum ea more de aqua aſcenderet, manu aquam uacutiens, ſerpentem a femore dependentem invenit. Expavit illicu vir ſanctus, & nihil moratus violeoter arreptum in terram cacuſſit: uumque diligentius ad lumen lucernæ intuitus, capite truncatum adſpexis, & ſe præ ſtupore rei geſtæ mos in extaſim ſolvit: a qua exſuſcitatus, venenum omne, quod tabidus ille anguis infuderat, multum eluctatus evomuit, & inflicti vulneris curam agens, ſanitati poſt modicum ſeſtitutus uſt: cicatrices tameu vulnerum, quibus dentes impreſſerat, uſque ad mortem non evaſit.

tra ſtimulos carnis ſuæ perurgens; ab augmo maſſus

C *orationem cuevit;*

4 In colloquendo, perſonas potentum nullatenus accipiebat: ſed unumquemque puro nomine appellare contentus, majorum titulis, vel judiciu vel ſimplicitate abſtinebat; Reges & Principes ad eum veiuentes mendacis vocabuli ſpolians, & tacite prædicans quoniam homines ſuut.

nemini titulos tribuit;

5 Cum autem loricæ longitudo in diutina genuflexiune ſua eum impediret, multum hujus rei conſcium, cui primo ſervierat, advocat: de nimia loricæ longitudine cauſſatur, dicens: Forfices *e* accipe, & coram Deu loricam reſcinde. Cumque ille obſtupeſceret, & velut delirantem reſpiceret; Wlricus forfices de dumo militis allatas, ſiloque in annulos loricæ inducto, quo finem reſciſſionis ſignificavit, in feneſtra coram ipſu poſuit, dicens: Conſtans eſtu, & inde ne trepides. Ecce ego vadu orate Dominum meum. Inſtans ergo miles inciſioni putabat non ferrum, ſed veſtem incidere, tanta facilitate in ferro non ferreo forfices cucurrerunt.

orans, ferlcum ferream forfi-cibus præcidi curat; *e*

D

6 Cum autem dæmonium u curpore obſeſſo ejeciſſet, præcepit ſanatu, & qui cum eo erant, ne miraculum cuiquam revelarent. Egreſſis illis, vir Dei ſomno corripitur divinitus, videtque perſonam vultu venerabilem aſſiſtentem ſibi atque dicentem: Quid hôc facere voluiſti, ut prohiberes homiuibus illis narrare opera Dei? Cave ne id ultra feceris: ſed virtutes Domini, quas facturus eſt in manu tua, & ipſe confidenter loquere, & alus ut loquantur injunge. Evigilant ergu vir Dei miſit puerum poſt viros, qui diceret: De quibus mandavi vobis, ne fileatis, ſed gloriam Dei, quam vidiſtis, palam prædicate. Deinceps enim vir Dei opera, quæ per cum Dominus faciebat, religiuſis damaxat autibus humiliter enarsabat.

a dæmone poſſeſſum liberat; *divinitus admonetur ea ſilere nihi occaſione narrare;* *ea religioſis narrat.*

u *Ita MS. & Capgravius. Forte* Comtona. *Harpſfeldius, apud vicum Lemonum. Perperam* Lenton aut Liston *vocat.*

b *Eſt* Briſtollia, *ſive* Briſtolia, *&* Briſtolium, *Anglis* Briſton, *urbs nobilis ac dives, partim in Somerſettenſi agro ſita, licet proprie nonnisi ſit. Mediam Avona fluvius interfecat. Tertia tenus Angliæ hoc tempore conſtruit, poſt Londinum & Eboracum.* Areſtulia *pubi.*

c *Cæteri* Heſelbergam, *ſeu* Haſelbergam *vocant. De ea egimus in Prolegomenis num. 9.*

d *Ita legendum hoc citatis offendimus, quomodo & Harpſfeldius legit. MS. & Capgravius, ac Matthæus Paris ab Oxonia habent. Eſt* Exonia *Devoniæ metropolis, vulgo* Exceſter, *olim (ut probat Cambdenus) Iſca Dammoniorum dicta, ad Occidentalem Iſeæ fluminis ripam ſita.* E Exonia *pubi.*

e *Conſtanter Paris, ut ſupra videre eſt, Harpſfeldius & antea citati* Hemingfordenſis *& Gervaſius, ipſummet Ulricum ſecuiſſe loricam ſcribunt, quia ejusmodi meritis ejus & juſſu id ab altero factum.*

CAPUT II.

S. Ulrici cum dæmonibus luctæ: multiplex de eis victoria.

7 VVLricu itaque medio noctis ſilentio uratione vacante, conveuiunt ad eum ſpiritus maligni in multitudine gravi: & velut judicio rem acturi undique obſident innocentem. Conquirunt inter ſe quidoam fieri oporteat de homine, qui ipſis ita totis viribus adverſetur, coofilia diſſipat, diripit ſpolia, quæ ædificant deſtruit, quæ deſtruunt ædificat. Nec mora: judicium tuiquorum unanimi ſentaotia definitum eſt, quia hic homo reus eſt mortis, dignaſque pro meritis debet dare pœnas. Injectis itaque manibus capitut, rrahitur, primum in eccleſiam, deinde per eccleſiam, ſine miſeratione ulla tractatur. Cumque foras Eccleſiam jam eſſet ejciandus, adveniens Virgo revesendiſſima, & interrogans, cur ita innocentem vexare præſumerent, manica caplicata omnes pariter eventilavit. Fecerat unim die illo primo beatæ cujuldam Virginis iu miſſa commemoratiunem, & ipſa erat quæ judicavit cauſſam cjuade manu inimicorum ſuorum.

B. Ulricus a dæmonibus di u vexatur, F *per Eucharſtiam quidam liberatur;*

8 Aliu quoque tempore infirmante Viro Dei, introvit inimicus, & terribilibus oculis intuens eum, baculum, quem manu tenebat, levavit in altum, enmque tertio valide percuſſit. Ad quem uihil motus ſervus Dei reſpondit: Jam nunc recede, maligne, quoniam umpliorem in me poteſtatem non habes: ſed nec hanc omnino haberes, uiſi tibi deſuper data fuiſſet. Tentus eſt enim ſemel inimicus u viro Dei, & diutius flagellatus: nec prius ut abire poſſet obtinuit, quam ſe ultra non reverſurum ad eum, jutejurando pſomitteret.

perſecutor a dæmone, eum obligat, aliis eum flagellans;

9 In aquilonatibus Angliæ partibus homu quidam erat valde miſerabilis, qui fortunam paupertatis nou æque ferens, diabolo manus dedit, & homagium ai fecit. Tandem miſer ille intelligens reatum, pœnitere cœpit, & cum cuidam caſum ſuum & propoſitum revelaſſet, adſtitit ei diabolus in effigiu conſueta, & nota illum

quendam dæmonem manet ſpectrum;

A illum proditionis arguens, caſtigatione crudeli ſe ipſum
doin puetentia dactum, punire minatur, ſi quid tale de cetero attentara præſumeret. At homo ille videns, quod inimicus ejus cogitationer cordis ſui non cognoviſſet, niſi prius per verbum vel ſignum prodidiſſet, diſſimulato aliquamdiu pœnitentiæ ſuæ propoſito, ad Wlricum Dei amicum iter tandem arripuit, & ad vadum quoddam illius fluvioli, quod extra Helerbergiam ſitum eſt, acceſſit: & cum vadum fuiſſet ingreſſus, ſupervenit diabolus ira magna ſucceſſus,
Idco in fomine derivatio demon & manus in hominem immittens, infremuit, & ait: Quid eſt, inquit, proditor, quod facere voluiſti? Moliris pactum noſtrum diſſolvere, ſed fruſtra; quia proditionis, qua olim Deo renuntiaſti, & qua nunc mihi renuntiare cogitas, ſolvere pœnas modo debes, quia jam miſerabiliter ſubmergeris. Et tenens eum diabolus, ita immobilem fecit, quod nec procedere, nec in aliquod latus valuit declinare.

pus Angelo egnoſcit, 10 Dum hæc agerentur in finmtoc, vir Dei Wlricus Angelo revelante cuncta cognoſcens, vocavit ad ſe Presbyterum, & ait: Acceleta, inquit, & aſſumpta eruce cum aqua benedicta, occurre homini, quem diabolos in vado, quod extra villam eſt, captivum tenet, & aqua benedicta adſperſum adduces ad me. At ille
B pergens invenit hominem ita in aqua immobiliter ſtantem, quod de loco ſe movere non potuit. Quem aqua benedicta perfundens, prædonem fugavit, & ad virum Dei hominem ipſum adduxit. Apprehendit autem ſervus Dei manum hominis dextram, & diabolus ſiniſtram tenens omni virtute trahebat. Wlricus enim una manu captivum tenuit, & altera aqua benedicta contra faciem inimici aſpergens, ipſum valde confuſum ab ædibus effugavit.

aqua benedicta aſperſum ad ſe oddacti fatis, damonem aqua benedicta pellit

& eirum illum confeſſum, 11 Vir autem ille pœnitens, & puram confeſſionem faciens, corpus Domini ſibi oblatum in ſpecie carnis vidit. Et interrogatur, Si ea toto corda crederet, Credo, inquit, Domine, quia corpus & ſanguinem Domini mei in manibus tuis ſub ſpecie carnis ego miſer & peccator adſpicio. Cui Wlricus ait: Deo gratias. Sed oune ſimul oremur, ut in ſpecia confueta *a* illud recipere mereamis. Sicque communicatum hominem, & in fide confirmatum dimiſit in pace.

mirabilitas communicatio monis, & a

a domon egnatur, fudo vicino, 12 Data eſt autem inimico poteſtas in carnem ejus, pereuſſitque eum in brachii ulcere peſſimo, adeo ut caro ejus humero tenus putrefacta ſcateret vermibus & ſanie ebulliente defluerer. Vir autem Dei judicium cœleſte cum gratiarum actione amplexatur, patienter ſuſtinuit, lætatuſq; eſt in his, ſicut qui invenit ſpolia multa. Et poſt paullulum convaleſcens, Leviathan igne quodam inviſibili, &, ut creditur, infernali carnem ejus inflammavit,
C
horribili ſolore, ut ſupra omnem humanum modum flammæ inſanientis incendio ſe eremari diceret, & velut in favillas & cinerem moa reſolvendus Sacerdotem vocaret, & animam Deo commendaret. Poſt aliquot tamen horas inviſibilis carnifex mutavit tormentum; ſed vir Dei patientiam non mutavit, ſubito enim, ſicut advenerat, ablata eſt, & confeſtim a quodam gelidiſſimo frigore comprehenſus
deis frigore, totus rigeſcere & congelaſcere cœpit, & hujus horæ exitum cum patientia præſtolari. In hac ſupplicium permutatione caro in manu impii data a mane uſq; ad veſperam defudavit, quamdam futuri judicii dans metuentibus Deum ſignificationem, in quo ab aquis nivis tranſitur in calorem nimium.
Jub 24 19.

pollutione in ſomnis a demone tentatum, 13 Comque illuceſcerer paſchalis ſolennitatis nox ſacra, immundus ſpiritus viro Dei ſomnum incuſſit, & per ſomnum de carnis lubrico triumphavit. Mane facto omni Eccleſia congregata, de cella ſua ad publicum proceſſit, aperienſq; os ſuum, dimiſit adverſum ſe eloquium ſuum, ſic ait: *b* Miſero huic Ulrico ſic hac ſacratiſſima
b palam humiliter confeſſus, nocte peccatis meis exigentibus accidit: ſic inimicus meus mihi ioſeliciter illuſit. Peccatum meum Deo & vobis confiteor: veniam a Deo vobis intercedentibus depre-

cor de injuria hac coram Deo & vobis conqueror, qua me inimicus meus in tam reverenda feſtivitate dehoneſtare non pepereit. Ita humiliter ſectator ſortis, non parcens aliquatenus pudori ſuo, non aſtantium verecundiæ, non denique eaſtimationi ſanctitatis, quæ de eo longe lateq; ſpirabat. His dictis in cellam regreſſus eſt. AUCT' ANON. EX MSS. D

14 Vir eamque Dei frigore abundantiori plerumque rigeſcebat, adeo ut homo quidam de finibus Briſtolliæ per viſionem admonitus, opertorium novum de vulpinis pellibus, quo ſe opernetur, tranſmitteret. Ait enim illi in viſione Dominus: Servus meus Ulricus frigore cruciator, tu vero calide hic foveris. Surge quantocius & opertorium hoc ei cum feſtinatione tranſmitte, & ita factum eſt. *divino monito donatur et opertorium.*

a *Nam ſi omnino illic eſſe deſerent ſpecies panis, jam non erat Sacramentum Euchariſtiæ communionis, quod ſub illis ſpeciebus a Chriſto inſtitutum ac proinde ex illis apparentis carnis ſumptione gratiam, quæ effectus eſt Sacramenti, non percipiſtet. Credibile eſt tamen eas ſpecies non deſiſſe, cum carnis ſpecies aut Sanctus ipſe, alii profitentes vidiſſe indicarent, ſed ille ſolus, cujus credendi cauſſa id contigerat.*

b *Hæc ex eorum genere videntur, quæ plurima in Sanctor. hiſtoriis occurrunt miranda magis quam imitanda. De re Harpfeldius.* Quæ mihi, *ingaie*, tam admirabilis animi dejectio.... lotiocam illam & quidquid in eo, ut ſunt certe complurima admiratione & laude digna, ſuperare videtur. E

CAPUT III.

Divina illuſtrationes B. Ulrici, occultorum cognitio, morborum curatio, alia miracula.

15 CUm ſemel in cella ſedens cappam a mure corroſam videret, air: Pereat mus, qui ita cappam meam lædere præſumpſit. Et ecce dicto citius mus de muro proſiliens corruit ad pedes ejus & mortuus eſt. Vir ergo Dei Presbyterum vocavit, & quia murem incantæ maledictionis verbo interfeciſſet humiliter confeſſus eſt. Cui Presbyter ait: Utinam ſimili anathemate mures omnes hujus regionis perderet digneris. Abſit, inquit ille, hoc a me, nimis hac una vice in hoc uno erratum eſt. Vere ſi id non diſplicere credetem Domino meo, pro iſto etiam orarem, ut priſtinæ reſtitueretur vitæ. *B. Ulricus dolet ſe mortem muſculum ſibi illatam ei oldiſſe,*

16 Lumen lucernæ ſuæ bis extinctum, divinitus accenſum eſt. Accidit autem ut Presbyter quidam Osberni in ipſo noctis crepuſculo, quieſcendi gratia, ad eccleſiam feſtinaret. Et ecce vidit Eccleſiam immenſo lumine coruſcantem, ut a facie flammæ per feneſtram erumpentis cœmiterium omne reſplenderet. Expavit homo, & ſubſtitit, & pſalmos decantavit. Poſt paullulum vero Angelus in flamma ignis per feneſtram
F
ipſe divino lumine collaſtratus, & Angeli accuſo; ingreſſus eſt. Mane facto vocavit eum vir Dei, & ait: Quænam illa viſio fuit quam ſero vidiſti Osberna? Cui ille: Flammam ignis non modici, air, intra eccleſiam vidi. Bene, inquit dixiſti, quia Dominus meus adfuit, & conſolatus eſt ſervum ſuum, & conſolationes hujuſmodi ſubminiſtrabat. Proinde oravi Dominum meum, ut aperiret oculos tuos ad contemplandum hæc, viaque id impetrare valui. Sed & hoc novi, quia hos, & hos pſalmos interim decantaveris, & extra cœmiterium viſionis finem exſpectaveris. *Imitatio ejus divinationis accepta,* *ut quidam id videat obtinet, aſſumpto organiſſit,*

17 Presbytero quodam in menſa aſſiſtente, ſibi aqua in vinum converſa eſt. Alia vice aqua ab ipſo populo oblata, vini ſaporem induit, colore priſtino nullatenus mutato. Aqua ab ipſo benedicta in vinum convertitur, & quaſi ad mortem ægrota inde ſumens continuo ſanatur. *aqua et ſapor vertia in vinum, ægris ſalutiferum,*

18 Nobilis Domina cum omni comitatu ſuo cum viſitans, ſolo pane a ſancto Dei ſervo benedicto laute refecta eſt: ea cujus reliquiis turba virorum non mo- *pane ano multos ſatiat.*

AUCT. ANON. EX MSS.

dica præ foribus adſtans, cum videre & alloqui & ab eo benedici quærens, ſatiatur: quadragenarium, ut ferebatur, numerum exceſſerunt.

A

agram, in ſomnis apparens ſanat,

59 Virgo quædam uſq; ad mortem infirmata, de ſomno vigilans, ait matri ſuæ: Ecce gratia Dei & S. Ulrici famuli ejus, ſanata ſum. Ut enim in ſomnis viſum eſt mihi, veni ad eum, & ſuſceptam ab eo aquam benedictam in ſcypho continente guſtavi, & viſceribus meis & corpori meo ſalus effecta eſt. Et ut facilius credas, talis & talis eſt vir, & talis, & talis eſt locus.

20 Mulier quædam interim inter cetera munuſcula, tres panes ſingulis furnaturis viro Dei mittere ſolebat. Et die quadam per quemdam puerorum ſuorum tres panes ei deſtinavit. Qui quidem unum ſibi reſervans panem &

panem ab puero furto in lapidem vertit,

abſcondens, duos Sancto obtulit, & reverſus eſt, productumque panem de latibulo incidere molliebatur. Sed nihil proficiens panem omnino inviolabilem comprobavit: a fure enim ſe pollui vel lædi panis non ſuſtinuit, ſed pro pane lapidem in manus prævaricatoris exhibuit. Quo viſo ad virum Dei rediens, & rem geſtam aperiens, miſericordiam imploravit. Venia autem puero data, panem benedixit, & facilitate ſummæ frangens, de pane calido & vaporante comedit, & puero dans portionem, ædificatum eum benedictione remiſit.

benedictam ſuæ formæ reſtituit

B

21 Cum quidam panem vitu ſancto miſſum in domo pauperis cujuſdam hoſpitandi gratia deficiens divertere-

puer, ejus. ſero obedit. filium dorſi pauperibus, ideo ſanguine manantem;

tet, & parvulis panem petentibus nullum porrigentem videret, de ſacculo productum panem incidere parat. Et quidem incidi panem ſenſit, ſed quia opus miſericordiæ extra contraque obedientiam præſumebatur, ſanguine manare cœpit, quem cum timore & tremore ad Sanctum detulit. Auditis autem quæ acciderant, vir ſanctus ait: Fili, non debuiſti etiam pium opus contra mandatum præſumere, acceptumq; panem benedixit; & a ſanguine emundans, ait: Accipe nunc panem, & defer parvulis illis, quibus præparaſti eum, & ita factum eſt.

benedictione mundat;

a

22 Monachus quidam de *a* Monte-acuto Cellerarius, puero viri Dei Ulrici infeſtus, & injuriis afficiens,

a monachis ad ſi miſſa febre obtri mortuus eſt;

quadam vice acceſſit ad domum ſervi Dei. Cui Ulricus ait: Tu, inquit, hactenus ambulaſti mihi ex adverſo & exacerbaſti ſpiritum meum: & nunc judicet Deus inter me & te. Ille vero exiens & parvipendens monita ejus & verba, contemnere non metuit. Conſueverunt enim monachi Ulrico portionem quamdam victus ſingulis ſeptimanis ea conſuetudine mittere, quam Cellerarius ille auferri procuravit. Et audiens Ulricus eor ejus induratum, ait: Auferat ei, inquit, hodie Deus victum ſuum, qui meum mihi abſtulit. Eadem vero

qui ſobo meggitur;

C

die monachus ille ab aquis interceptus & ſubmerſus vitam finivit.

b

23 Quidam magnos Princeps de domo Regis *b* Henrici, audita beati Ulrici fama, ait: Bene faceret Rea, ſi

quendã ob ſalomoniam a Deo patratam,

mitteret ad cellam illuſoris hujus ad accipiendas pecunias ejus, quia fieri non poteſt ut multa ſibi non theſaurizaverit, ad quem tam multi conveniunt. Adhuc verba in ore ejus erant, & ecce elifus in terram, ore ad aurem retorto, volutabatur ſpumans. Quo audito Rex, habita occaſione, declinavit ad cellam ſervi Dei, & ſtudioſe precibus ejus ſe commendans, & pro milite cuncta refetens ſupplicavit. Non imputo, inquit, ei peccatum hoc, & præſto ſum quidquid debuero facere. Unus itaque aſſiſtentium apprehenſam Ulrici manum, ægroti facie

Henrici I. regis

tangens fo ruit;

applicuit, & ſtatim reverſum eſt os ejus in locum ſuum, & mente recepta ſana loquebatur, recte magnificans Deum.

24 Dum ſacris aſſiſteret myſteriis, Dominicaque oratione completa atque perfecta, ſuborta eſt ei hæſitatio, ſi aquam calici infudiſſet. Multa in animo revolvens, toto

vidit ſan guinem in calice

corde tandem ad Deum converſus, cum cordis puritate Deum exoravit. Completa oratione, vidit in calice roſeum ſanguinem velut agni immaculati Jeſu Chriſti uſque ad labium calicis redundantem: perceptoq; Sacramento, ſanguinem deoiq; bibit uvæ meraciſſimum.

D

25 Servus Dei Ulricus cuidam muto in ſomnis apparens, digito ori ejus impoſito, os ejus aperuit, & linguam

loquelam ſolidem impetrat aliquis viſum.

reſeravit. Latrotu oculorum effuſione punito, oculos novos & viſum ſua prece reſtituit.

a De Montis-acuti monaſterio egimus in Proleg. n. 9. De fundatione ejus forte agitur in Monaſtico Anglicano pag. 628. & ſeq. inq; Somerſettenſis Comitatus deſcriptione apud Cambdenum pag. 122.

b Henricus I. Anglia Rex Guillelmo Ruſo fratri ſ. Aug. 1100. mortuo ſucceſſit, 5. Aug. coronatus: obiit 2. Dec. 1135. in Gallia.

CAPUT IV.

S. Ulrici prædictiones, mors.

26 *a* Milles quidam duos pueros cum panibus, paſtellis, & duobus vaſis vini, ad B. Ulricum miſit, qui portionem aliquam ea ſingulis reſervantes apud pauperem quemdam in via depoſuerunt. Illis igitur ad januam pulſantibus, vocato Ulricus puero, ait: Vade, & ſuſcipe de manu hominum ipſorum ea quæ tulerunt, ſed eos ad me introire non permittas. Sed ne de his guſtent quæ defraudaverunt, & depoſuerunt ſibi, ſub mortis interminatione eos prohibe. Quo audito cum multa confuſione reverſi, vinum enim plenum geomine ranarum venenatarum inveneruni; & quod de pane & paſtillis reſervaverant, plenum ſcaturigine vermium viderunt. Percutientes ergo pectora ſua, ad virum Dei qualia erant celerius detulerunt. Quibus confeſſa culpa ſua veniam conſequentibus, B. Ulricus vinum & panem ſua benedictione formæ priori reſtituit, & ut pauperi, apud quem ea depoſuerant, illibata reportarent, imperavit.

Puerũ puerorum abſtinere cogebat,

E

reſtituit ſuæ formæ,

27 Ulricus enim nocturnis vigiliis fatigato, cum membra ſopori daret, vidit in ſomnis quaſi tres pueros ultra altare ſuum ſuſpenſos, & laqueis quibus adſtricti erant, jam quaſi ſuffocandos. Quorum unus ad illum converſus

per ſomnũ puerorum converſam ſibi docuit.

ait: O Domine mi Ulrice, cur pigritaris ſuccurrere, & eruere nos? Cui cum vir ſanctus, non invenire ſe dicetet, quonam modo id faceret; reſpondit: Aſcende ſuper altare hoc, & ſtans mitte manum tuam, & ſer opem morituris. Qui continuo acquieſcens manu extenta, a morte eos & a ſuſpendio liberavit. Dum tractaret ſecum vigilans de viſione hac, venerunt ad eum Presbyteri tres, pro peccatis pœnitentes & gemeotes, & ab eo peccatorum veniam & conſilii ſanioris formam expetentes reperiebant. Quomodo autem hi tres uſque ad tempus illod ultra altare pependerunt, dum ſanctis non ſancte aſſiſterent, adverti facile eſt.

F

28 Ordinabat Rex Anglorum Henricus primus profectionem in partes tranſmarinas. Et cum hoc famulus Dei audiſſet, ait: Ibit quidem, ſed non redibit; ſed & ſi redierit, non totus tamen, nec integer. Nuntiatum eſt hoc Regi, & dure accepit Rex ſermonem hunc, & miſit ad eum, qui quæreret ſi verbi hujus auctor ipſe fuiſſet. Si dixi, ait, non me pœnitet, quia ex me non ſum locutus. Itaque Rege profecto *b* & aliquanto tempore elapſo, vocavit ſervus Dei dominum

Regis mortem prædixit,

b

dolo abſcedere cogeſſit.

villæ ejuſdem, & ait: Rex heſterna die mortuus eſt, tu vide quid agas. Porro milite obſtupeſcente, & imperante ſileotium. Mihi, ait, ſilere perfacile eſt, ſed tu proximo eſt ut omnes loquantur. Denique quia miſericordiam Rex conſecuturus eſſet a Domino, eo quod pacis & juſtitiæ militaſſet in vita ſua, & domum de e Radinges, regali munificentia edificaſſet, prophetavit.

rumpet ob bonã operã ſalutarem.

c

29 Venit ad virum Dei *d* Comes Stephanus, qui poſtea regnavit in Anglia, & jam tunc cum Regis cognatus eſſet, multis & magnis poſſeſſionibus in Anglia

abun-

A abundavit. Venit autem & frater ejus e Henricus Wintonienſis Epiſc. cum eo. Reſpicieus itaq; in Comitem vir ſanctus, ait: Salve Rex. Illis ad alterutrum reſpicientibus, & optnantibus ne forte vir ſanctus humanæ opinionu falleretur incerto; Tibi, inquit, dico, o Stephane, Salve Rex, tradidit eoim Deus regnum Angliæ in manu tua: ru paci & æquitati intendere ſtude, & Eccleſiam Dei tueri & honorificare curato. Igiur cum Stephanus regnarer, & aliis ecquirentibus regnum de manu ejus, pax omnino de Anglia eaturbata foit. Quam quidem turbationem vic ſanctus prophetaverat, & ait ejuſdem villæ domino: Rea Stepbanus f craſtina die dabitur in manus inimicorum ſuorum, & captivus ducetur: liberabitur tamen, & g qui captivar eum conſequenter de eodem calice bibet. Poſtremo venienti ad eum Rege Stephano, poſt objurgationes plurimas & exhortationes ſalutiferas, hoc inter cetera repromiſit, quod eum oporteret regnare h quoad viveret: Regemque cujuſdam peccati ſui, quod etiam nomine tenus expreſſit, pœnitentiam agere exhortatus eſt, adjiciens, quouſque pœniteret impoſſibile erat firmare ſolium ejus, & pacem rebus dari. Quibus auditis Rea ubertim flere cœpit, & peccati ejuſdem confeſſionem ex animo faciens, percu-

B tienti & conſpuenti Prophetæ maxillam dedit.

30 Cum eoim annus ei vel eo amplius adhuc ſupereſſet ad vitam, ſedenti quadam die iocella ſua, lotica ab humeris divinctus diſſuta ad genua ejus ſubito concidit, & ſtatim loricam ad ſcapulas reducens corrigiis cam fortioribus recollegit. Et ecce corpus ejus omne veſicis turgeſcere cœpit, & caro paullo ante ferrea ea ſpiritu Dei, jam ea ſe ipſa caro inventa eſt. Sic lorica ſimul & caro ſimili præſagio militiæ ſuæ tempus impletum præſignabant: dixitq; Osberno Presbytero, Hora, inquit, vocationis meæ eſt, & die ſabbathi in veſpere paratum me eſſe oportet. Ego eoim ad Dominum meum vado: cui ſecvivi, & dies, quæ nunc inſtat, dies illa eſt quam olim deſideravi. Igitur hora, qua prædixerat, junctu directiſque in cœlum manibus, migravit ad Dominum anno gratiæ 1154. to. Kalend. i Martii.

a *Cappgrav. habet:* Mulier quædam.
b *Profectus eſt Henricus in Normanniam an.* 1133. *obiit biennio poſt, ut ex Weſtmonaſterienſi diximus.*
c *De fundatione Redingenſis monaſterii agitur in Monaſtico Anglicano, & aliis ſcriptoribus.*
d Stephanus *Henrici ſororis filius, Comes Bononienſis, excluſa Mathilde Imperatr. Henrici filia, regnum invaſit ſub finem 1. poſtea an.* 1135. *a Cantuarienſi Archiep. coronatus.*
e Is *ex monacho Clunicenſi Abbas Giaſtonienſis factus, dein anno* 1129. *Epiſc. Wintonienſis, obiit 6. Aug.* 1171.
f *Captus eſt Stephan. Rex 2. Febr.* 1141. *cuſtodiæ traditus in turri Briſtolienſi; liberatus omnium SS. feſto. Prædictio igitur illa B. Ulrici falſa eſt, 1. Febr.* 1141.
g *Captus eſt a Matilde Imp. ſed per Guilielmum de Kahaynes, ut eum vocat Weſtmonaſterien. vel, ut Gervaſius Dorobernenſis, de Kahames, in prælio. Ipſa Mathildis poſtea multos caſus adverſos perpeſſa, tandem vocedere ex Anglia coacta eſt.*
h *Non ſolum quod ipſe Stephan. viveret ſed quod etiam Ulricus: octo enim poſt hunc menſibus mortuus quoq; eſt Stephanus, 25. Octob. ut habent Weſtmonaſterienſis, Gervaſius & alii.*
i *MS. habebat,* Maii, *vitioſe, ut ſupra oſtendimus.*

ALIA VITA

Ex Matthæi Pariſii hiſtoria.

1 EOdem anno (1154.) ſanctus anachocita & ſolitarius Ulfricus de Heſelberga migravit ad Dominum, poſtquam viginti & novem annis, contra hoſtes humani generis confligens, felici marte victoriam reportavit: de cujus vita & victutibus, ad hiſtoriæ decorem, vel parvam utile duximus facece mentionem.

2 Beatus vir Ulfricus ex mediocri Anglorum gente ortiuodus, in a Contona villa, a b Briſtollo octo milliaribus diſtante, natus, nutritus & converſatus, ibi etiam per annos aliquot Sacerdotis officium exercuit, quod in ætate juvenili, levitate potius mentis quam rationis deſiderio, creditur accepiſſe: quippe nondum cognoſcebat Dominum, unde carne magis quam ſpiritu ducebatur.

3 Nam cauum ſimul & avium curis ſollicitus incumbens, dum die quadam in hujus generis exercitio non ſegniter inſtarer, c affluit vir ſubito, vultum pauperis gerens & habitum, nummum novum ab eo ſupplex implens eleemoſynam poſtulans. Habebat autem tunc temporis Anglia novam monetam in diebus Henrici primi, ſed adhuc caram præ numiſmatis novitate. Cui cum Ulfricus ſe oeſcire diceret; ſi novum nummum haberet; Reſpice, ait, loculum tuum; & invenies in eo duos nummos & ſemis. Quo ille reſponſo obſtupeſcens, ioſpeait; & ita ut dictum ſibi fuerat ceperiens, quod petebatur devotus donavit. Homo autem ille, cum denarium accepiſſet, ait: Retribuat tibi is, pro cujus amore hoc feciſti. Ego ubi in nomine ejus dcountio, quia ea hoc loco in brevi ad alium migraturus es; & inde ad alium tranſiens requiem tandem invenies, ibi uſque in finem Dei ſervitio perſeveraos, & noviſſime eris ad Sanctorum collegium evocandus.

4 Deinde poſt paullulum, ut inops Sacerdos, Willielmo domino villæ, in qua natus fuerat, adhærens, pauem quotidie in menſa ejus comedit. Ubi & in fortitudine multa lumbos ſuos accingens, uſui penitus carnium ſe abdicavit. At vir Dei toto jam deſiderio ſolitudinem ſuſpirans, a domino ſuo, Milite ſupraducto, ad aliam directus eſt villam, nomine Heſelbergam, quæ ab d Exonia verſus Orientem 30. milliaribus diſtare videtur; Spiritu ſancto, ut videtur, hoc dictante. Ubi in cellula eccleſiæ contigua Chriſto ſe conſepeliens, multo labore multaque carnis ac ſpiritus afflictione, Chriſti ſibi gratiam comparavit. Nam tanto jejunio & abſtinentia, tantaque vigiliarum inſtantia, membra ſua mortificabat ſuper terram, ut pellis in brevi oſibus adhæreus, non jam carnalem vicum, ſed ſpiritualem in humano corpore incucutibus exhiberet.

5 Veſtitu ſimplici, cilicio intus inhærente, contentus erac. Quod cum ea conſuetudine infra dies paucos induraverac, uſum loricæ incepit affectare. Quod dominus ejus Miles præfatus cum cognoviſſet, loricam unam contulit viro Dei, & vas bellicum cœleſti militiæ conſecraverit. Noctibus in vas quoddam cum frigore nudus aqua plenum frigida deſcendere ſolebat, in quo pſalmos Davidicos Domino offerebat: & ſic aliquamdiu perſeverans, carnis incentiva, cujus acerrimos patiebatur ſtimulos, mortificabat in aquis. Humilis erat cunctis in eloquio & jucundus, cujus ſermones cœleſtem quamdam harmoniam audientibus redolebant: licet hominibus ſemper clauſa feneſtra loqueretuc.

6 Inter hæc vic Dei Ulfricus ſoli Deo cognitus, in notitiam hominum, ad eorum ſalutem, quaſi mane novum prorupit. Nam lorica, qua induebatur, cum ſe genibus ejus aſſideret, & genuflexionum ejus inſtantiam prædiret; Militem ſui conſcium ſecreti advocat, & apud cum de uimia longitudine loricæ cauſſatur. Ad quem Miles, Mittatur, inquit, Londonias, &, ſicut ipſe deſignaveris, incidatur. Reſpondens vic Dei diait: Nimiam moram haberet iſtud, nec poſſet oſtentationis nota carere. Sed tu, inquit, has forfices coram Deo apprehende, & manu propria hoc opus abſolve. Dedituque io manibus ejus forfices, de ipſius Militis domo allatas, & Militi hæſitanti, & ipſum dehirare exiſtimanti ait: Conſtans eſto, & vide ne trepides. Ego vadn pro hac re orare Dominum meum: & interim huic operi fiducialiter incumbe. Inſtat u-

EX MATTHÆO PARIS.

terque miles, unus orationi, & alter incisioni, & est opus in eorum manibus prosperatum. Putabat enim
A Miles non se ferrum incidere, sed pannum, dum tanta facilitate ferro forfices cucurrerunt.

7 Sed viru Dei ante operis consummationem ab oratione cessante, coactus est ab incisione cessare. Adstitit Ulfricus Militi, & qualiter res processerit percunctatur. Bene, inquit, hactenus: sed nunc, te adveniente, ruptæ forfices substiterunt. Et ille, Non te moveat hoc, inquit, sed cum eisdem forficibus perfice quod cœpisti. Miles itaque resumpta fiducia, facilitate qua prius, rem feliciter consummavit, & quidquid inæquale erat, sine difficultate aliqua coæquavit. Ex tunc vero vir Dei absque forficibus, cum digitis suis debilibus, non minori fide, annulos loricæ, ad varia sanitatis remedia, cunctis caritative petentibus dividens, ministrabat. Hane autem Miles virtutem videns, admiratione ineffabili stupefactus, corruit ad pedes viri Dei. Quo facto Ulfricus confusus, erectum Militem adjuravit, ne, dum viveret, alicui revelaret. Sed rei fama celebris celari non potuit, cum plures viri religiosi de eadem lorica annulos se habere gauderent: & fama celebrem viri Dei totius regni fines circumquaq; perlustravit.

B 8 In Aquilonaribus Angliæ partibus homo quidam erat valde miserabilis, qui fortunam paupertatis non æque ferens, diabolo manus dedit, & homagium ei fecit. Diabolus autem eum captæ prædæ suæ aliquamdiu incubuisset, misit ille, intelligens scatum, pœnitere cœpit, circumspiciens & deliberans, cui se patronu committeret, qui illum a morte animæ liberaret. Pestremu B. Ulricum adire deliberavit, in cujus manu salus quiescere dicebatur. Et de progressu suu valde sollicitus, cum cuidam suorum id ipsum revelasset, adstitit ei diabolus in effigie consueta & nota, illum proditionis arguens, & castigatione crudeli se ipsum punire minatur, si quid tale de ceteru attentaret. At homo ille sibi silentium imponens, vidit manifestum, quod inimicus ejus cogitationes cordis sui non cognovisset, nisi eas prius per verbum prodidisset vel signum.

9 Dissimulato itaque aliquamdiu pœnitentiæ suæ proposito, iter tandem præmeditatum arripuit, ut ad Ulfricum Dei amicum veniret: & transactu longo viæ spatio, ad vadum quidem illius flumenis, quod extra Hefelbergam situm est, accessit, iter suum Domino prosperaore. Vir autem ille cum vadum fuisset ingressus, & de B. Ulrici subventione spem certam concepisset, supervenit diabolus ira gravi succensus, & manus in homioem violentas
C immittens, infremuit, & ait: Quid est, inquit, proditor, quod facere voluisti? Moliris pactum nostrum dissolvere, sed frustra: quia proditionis, qua olim Deu renuntiasti, & qua nunc mihi renuntiare cogitas, solvere pœnas mox debes, quia jam miserabiliter submergeris. Et tenens eum diabolus, ita immobilem fecit, quod nec procedere, nec in latus D aliquod valuit declinare.

10 Dum hæc agerentur in flumine, vir Dei Ulfricus, rebus quæ fiebant, a Deo sibi per Spiritum prophetiæ revelatis, vocavit Presbyterum suum ad se e Brithricum, & ait, Accelera, inquiens, & assumpta cruce cum aqua benedicta, occurre homini, quem diabolus in vado, quod extra villam est, captivum tenet: & adspergens eum aqua benedicta adduces ad me. At ille cum summa celeritate ad imperata iter arripiens, invenit, sicut ei dictum fuerat, hominem in vado equu insidentem, ita & in aqua immobiliter fixum, quod de loco non potuit se movere. Quem ut vidit Brithricus, protinus in virtutem Magistri sui aqua benedicta hominem perfundens in nomine Jesu Christi, prædam excussit, & prædonem fugavit. Sicque captivum de aquis assumens, cum lætitia duxit ad vitum Dei, qui interim pru miseria ejus orans, manus habebat ad Deum.

11 Sequebatur a tergu dæmon quondam hominem suum: quem videns stantem ante virum Dei, apprehendit eum clamantem & dicentem: Serve Dei succurre mihi; ecce invadit me inimicus meus. E Sanctus autem apprehendit manum hominis dexteram, & diabolus sinistram tenens cum virtute trahebat. Et sic trahentibus illis, vir Domini una manu captivum tenuit, & altera aquam, quam benedixerat, contra faciem inimici aspergens, ipsum valde confusum abædibus effugavit.

12 At vir Dei hominem trementem de faucibus mortis correptum, in interiorem cellam suam duxit, tenens eum ibi, donec per confessionem pœnitens ille, virus, quod dæmon infuderat ei, ad pedes Sancti evomuit. Tunc homo viribus resumptis, corpus Domini a S. Ulfricu sibi oblatum in specie carnis *f*: & interrogatus, si ex totu crederet; Credo, Domine, inquit, quia corpus & sanguinem Domini mei in manibus tuis sub specie carnis video egu miser & peccator. Cui vir sanctus, Deo gratias, inquit: nunc simul oremus, ut in specie consueta illud percipere mereatis. Sicque communicatum hominem, & in fide confirmatum, dimisit in pace.

13 Obiit autem amicus Dei S. Ulfricus decimu Kalendas Martii, & in oratoriu suu sepultus est apud Hefelbergam: quo in loco, ad laudem Dei & gloriam Sancti, innumera fuerit miracula usque in diem hodiernum videre.

stolam fractæ forficis

suo digito parvulos evellit,

quas multi petebant.

Quidã miser se diabolo mancipat

de remedio locutus, abjungatur a diabolo,

& B. Ulrici adiutus,

in medio fluminis destitutus,

B. Ulricus eo discedente cognito

militi qui Crucem & aquam benedictam diabolum pulsat,

frequentum tamen & retinebant

ipse fugat aqua benedicta,

hominem mente Eucharistia,

f

se eo corpus Christi videntem,

Ipse a mortuis clarificatis miracula.

a *Supra diximus, ab aliis* Leuonam *dici.*
b *De* Bristolio, *sive* Bristolia *egimus ad c. 1. Vitæ Notas.* b
c *Prætermissum id in priore Vita, ab eo forsassis, qui eã contraxit.* F
d *In duobus Paris. editionib. quas vidimus,* Omnia habentur. *Mirandum supra declaratum.*
e *Tunc hoc Presbyteri nomen, cum alia hujus narrationis adjuncta, in Vita priore desiderantur.*
f *Videtur desse* videns, *vel quid simile.*

XXI. FEBRUARII.

SANCTI QUI IX. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

Sanctus Felix, Epiſcopus Metenſis in Belgica I.

s. Antbimus, Epiſc. Interamnas & Spoletinus in Umbria.

s. Mauricius, s. Photinus ejus filius, s. Theodorus, s. Philippus, & alii LXVII. milites, } Martyres, Amaſeæ in Syria II.

s. Verulus, s. Secundinus, s. Siricius, s. Felix, s. Servulus. s. Saturninus, s. Fortunatus, s. Jocundus, s. Julianus, s. Alexander, & alii XVI. } Martyres, Adrumeti in Africa.

s. Victorinus, s. Mappalicus, s. Puſitimus, s. Criſpinus, s. Secundiolus, s. Dinaris, s. Titus, s. Ruſticus, s. Tumulus, s. Maſtredus, s. Juſtus, s. Securus, s. Maſſerius, s. Glorioſus, } Martyres,

s. Altus, s. Juſtus alter, s. Amator, s. Secunda, s. Siricius, s. Petrus, } Martyres.

Ss. LXXIX. Martyres in Sicilia.

s. Claudius, s. Sabinus, s. Maximus, } Martyres in Sicilia.

s. Irene Virgo, ſoror s. Damaſi Papæ, in Hiſpania.

s. Vitalina Virgo, Artonæ apud Arvernos in Gallia.

s. Severianus, Epiſcopus Scythopolitanus Martyr.

s. Zacharias, Patriarcha Hieroſolymitanus.

s. Paterius, Epiſc. Brixienſis in Italia.

B. Pippinus, Dux & Major-Domus Regum Auſtraſiæ, Nivellæ in Brabantia.

s. Gumbertus, ſeu Gondebertus, Archiepiſc. Senonenſis in Gallia.

s. Germanus Abbas, s. Randoaldus Præpoſitus, } Martyres in Grandivalle apud Helvetios.

s. Petrus Majumenus, Chartularius & Martyr in Palæſtina.

s. Timotheus, anachoreta in Symbolis.

s. Georgius, Epiſcopus Amaſtrenus in Paphagonia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Sanctus Cedda *hoc die refertur in MS. Kalendario Ordinis S. Benedicti his verbis*: S. Ceddæ Abbatis in Lestingen in Anglia, fratris B. Eraddi Epiſcopi. *Et ipſe Epiſcopus fuit, frater S. Ceaddæ Epiſcopi, non Eraddi, fundator monaſterii in* Leſtinghen: *quod ipſe primum in Northumbrorum regno, in arduis montibus, locum ei donante Edilbalde Rege Deirorum, filio S. Oſwaldi, fundavit, ſed ſecundum ritum Lindisfarnenſium, qui Benedictini tunc non erant. Ejus Vitam ex Beda dedimus* 7. Jan.

S. Agathonem Papam *hoc die ſub a Gracis tradit Ga-*

leſinus, eumque ipſe inſigni elogio ornat: quem ſequuntur Wion & Bucelinus in Menol. monaſtico, ac Ferrarius in generali SS. catalogo. At Graci 10. *Februarii eum venerantur, ut illic ex Menais diximus: Latini* ; 10. Jan.

S. Gildæ Sapientis *meminit hoc die Dorganius in Kalendario Benedictino*, miraculis, *inquit*, clari, ut etiam mortuos ad vitam revocaret. *Vitam ejus dedimus* 30. Januarii.

Serena Martyr *nominatur, nullo alio addito verbo, in Greveni auctario ad Uſuard. Arbitror eam eſſe, de qua*

A *egimus* 30. Jan.

S. Bertulphi conf. *nomen hic idem exhibet Herman. Greven in auctario ad Usuard. mſ. Carthuſia Ultrajectina. Vitam dedimus* 5. Febr.

Colmanum in Ard-boi *coli hoc die tradit Colgan. ad 18. Febr. ubi & inſcriptam dicit Kalend. Caſſelenſi. Habetur quoq; in Martyrol. Tamlachtenſi, & Feſtologio Germani, quæ nobis idem communicavit Colgan. ut expendimus ad Vitam* S. Colmani Epiſc. Lindisfarnenſis eodem die 18. Febr.

S. Potamius Martyr *infra memoratur cum aliis Martyribus, qui ad hunc quidem diem ſpectant, ut patebit ex iis quæ de* S. Victorino *& ſociis dicemus, ſed ipſe Cyprius ille eſt, de quo actum* 20. Febr.

S. Falcodeus Epiſc. Trajectenſis *hoc die in mſ. quodam notatus reperitur. It eſt* S. Falco, *de quo egimus* 20. Feb.

S. Eleutherius Epiſc. Tornacenſis *refertur hoc die in auctario Uſuardi ab Hermanno Greven & Molano in 1. editione, item; a Canſio, Ferrario, & Renate Benedicto in Gallicis Sanctis. De eo fuſe egimus* 20. Febr.

S. Eucherii Epiſc. & confeſſ. depoſitio *conſignata hoc die in Martyrolog. Beda vulgato, Rabani, Notkeri. Aurelianenſem eſſe arbitramur, cujus dedimus Vitam* 20. Feb.

Ss. 79. Martyres Cæſarauguſtæ in Hiſpania *coli hoc die, tradit Ferrar. in gener. Ss. catal. ex tabulis* &

B Kalendar. Eccl. Cæſaraugoſtanæ: *ſed fatetur, de iis ſe nihil præterea apud aliquem reperiſſe. Quia & Cæſarauguſtam Hiſpaniæ & Syracuſas Siciliæ Hiſpani* Saragoſſa *appellant, ſuſpicari forſan licebat Kalendar. quod citat Ferrar. fuiſſe Syracuſanum, inq; eo mentionem fieri 79. Sanctorum Martyrum, ut infra dicemus hoc ipſo die, cum de illis erit ſermo. Quamquam enim nulli certa urbi aut loco Sicilia in Martyrol. tribuantur, non eſt id tamen novum in vulgaribus Kalendariis aut Ephemeridibus alicujus urbis recenſeri Sanctos, qui ſi non ad eam proprie pertineant, ſunt tamen in provincia illa aut regno palmam gloria conſecuti. De his ergo infra.*

Maximianus Epiſcopus Perufinus, *qui* S. Herculani *rr. deceſſor fuiſſe ſcribitur, a Ludovico Jacobillo Sanctis adnumeratur, ſtatuitq; hoc die. Ughel. in Italia ſacra, & Ceſar Criſpolus in Perufia Auguſta ejus meminerant ſed* Sancti *titulo abſtinent, quem alii, ut duobus* Hercu*lanis &c. tribuunt.*

S. Joannes Patriarcha Conſtantinopolitanus hoc die in pace quieviſſe *dicitur in Menæi Græc. atq; Ἀγιολογίῳ Maximi Cythereæ: utq; ab aliis ſecernatur, quibus nomen Joannes fuit, cognomen additur ὁ Ἀσχολαστικός,* Exſcholaſticas, *qui cum magna Antiochia Apocriſiarius, ſeu Reſponſalis eſſet,* S. Eutychio a *Juſtiniano Imper. die 12. April. anni 565. in exilium pulſo ſubrogatus eſt.*

C *Verum, cum annis 12. eam Eccleſiam rexiſſet, an. 577.* die 31. Auguſti *obiit, uti auctor eſt Theophanes: ut proinde videatur hic* Exſcholaſtici *vocabulum per errorem adjectum. Nam alius exſtitit* Joannes *genere Cappadox, Presbyter & Syncellus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qui an. 518. tertio Paſchatis die Patriarcha, Timotheo defuncto, conſecratus eſt: cujus induſtria effectum eſt tandem, ut Chalcedonenſis ſynodus pari ac tres priores in honore haberetur, quod etiam Theophanes ſcripſit, addiditque eo vita functo an. 520. die 25. Febr. ordinatum eſſe* Epiphanium: *ut exiſtimari poſſit* Joannes *ille die 21. Febr. deceſſiſſe, aut certe tunc ſepultus. Satis hic videtur, conjecturam in re dubia protuliſſe, quam non opus pluribus ſtabilire verbis. De* Exſcholaſtico Joanne *plurabus agetur 6. Aprilis ad Vitam S. Eutychii Patriarchæ.*

S. Aſcanius Epiſc. Tarraconenſis in Hiſpania ſub Leovigildo Rege Gothorum e Sede dejectus, in Sardinia Martyr æruminoſe *obiiſſe traditur in Martyrol. Hiſpanico Joan. Tam. Salazarii: qui & in Addit. a ſe concinnatis, ab ee eſſerit* S. Hermenegildum, qui Tarracone ineluſus cuſtodiæ erat, viſitatum, & cum no-

ctu patris juſſu ibidem trucidatus eſſet ſepultum. *Sed* D *quod hic aſſeruerat, de cade ea Tarracone perpetrata videtur 13. April. pag. 613. retractare. Si quis tamen, Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani chron. mixtus Tarraconæ id geſtum velit tueri, is quoq; ut Maximus, ab* Euphemio *Epiſcopo, non* Aſcanio, *Regis martyris ſublatum corpus, neq; Euphemium in exilio mortuum ſub Leovigildo, ſed Concil. Toletan. an. 590. interfuiſſe fatetur oportet.*

Cymbertus Abbes monaſterii, quod Reodford, ſive Vadi urundinis *dicebatur, ut* Sanctos *Martyrol. Anglic. ab Joan. Wilſono, & gener. catal. Ss. a Ferrar. ad hunc diem adſcriptus, Epiſcopi titulo: Vectæ tamen inſula, ut ex Wione & Trithemio Wilſonus ait. Nos 20. Febr. in ſyllabo Prætermiſſorum oſtendimus, neq; Epiſcopum ullum in Vecta fuiſſe, neque* Cymbertum Abbatem Reofordenſem *Sanctorum tabulis antiquitus aſcriptum videri.*

Benedictus *quidam in* Monte-Serrato *ſanctæ inter eremitas vixiſſe legitur. Antonius Yepeſius to. 4. chronicor. Benedictinor. ad ann. 888. c. 2. pag. 244. illius honorifice meminit, aſſeritq; ex Aragonia ortum. Georg. Cardoſus ad hunc diem Hagiologio Luſitanico inſcripſit, ut Luſitanum, &* ſanctum Eremitam *appellat, ejuſq; ut & Yepeſius, hoc recitat Epitaphium:*

Occidit hac ſacra Frater Benedictus in æde,
Inclytus & fama & religione ſacer. E
Hic ſexaginta & ſeptem caſtiſſimus annos
Vixit in his ſaxis, te, Deus alme, precans.
Uſque ſenex ſenio manſit curvatus & annis,
Corpus humo eccluſit, venerat unde prius.
Aſt anima exultans clarum repetivit Olympum,
Nunc ſedet in ſummo glorificata throno.

Ludolphus Abbas Corbejæ Saxonum *inſcriptus eſt ad hunc diem Menologio Benedictino Gabrielis Bucelini, &* Beatus *appellatus. Leibnerus in chron. Corbejæ creatum ait Abbatem anno 975. atq; ab Ottone Imper. fuiſſe in cuſtodia detentum, anno 993. mortuum, ſepultumque ante ſanctæ Crucis altare, abſque ulla cultus aliquando ei habiti mentione.*

Leodegarius *quidam* Comes, *dein* Canonicus Eyſtettenſis in Germania, *hoc die, magna opinione ſanctitatis, defunctus. De quo auctor anonymus a Jacobo Gretzero noſtro in catalogo Epiſcoporum Eyſtettenſium citatus, ita ſcribit, ut in Heriberto 15. Epiſcopo pag. 458. videre eſt:* Hic eſt ſanctæ memoriæ Leodegarius ille, qui eum eſſet genere & moribus divitiisque præpotens Comes, terrenum honorem, pro Chriſti amore dereliquit, & depoſito gladio, attonſaque barba, Canonicus S. Willibaldi factus eſt . . . . In hoc autem Dei Electo ſpecialiter hoc notandum eſt, quod cum eſſet tempore converſionis ſatis provectæ F ætatis, in accipiendis tamen Ordinibus tantæ diſcretionis exſtitit, ut non niſi unum una vice acciperet, & in eo aliquamdiu obedientiæ vellet miniſtrare. Eo promotionis tenore ad presbyterii dignitatem pervenit, & 40. prope annis in eodem Ordine Deo devotiſſime ſerviens, quinquennio ante obitum inſtar veteris Tobiæ, oculis captus eſt. Sed & Beati Job exemplo, earo ejus partim computruit. Quas tentationes ita patienter, itaque hilariter pertulit, ut ſua ſponte nullus, exceptis ſecretiſſimorum arbitris, omnino ſenſerit . . . Cujus anima exeunte, ut Presbyterum ſibi aſſidenter audiui veraciter dicere, flamma inſtar candelæ de ejus ore exivit . . . Cujus vitam, converſionem & obitum breviter eloquitur hoc epitaphium:

En Leodegari reddis terræ ſua matri,
Cœlis inde datam reddideras animam.
Presbytee ex Comite pro Chriſti factus amora,
Tunc tua Walpurgæ tradideras, modo te.
Ultima præſentis vitæ, ſed prima perennis,
Nona Kalendarum lua tibi Martis erat.

Oremus

A Oramus pro te, tu pro nobis Pater alme,
Ut te cum pace poſſideamus, Amen. *Ejus rurſum mentio fiet 25. Febr. ad Vitam S. Walburgis. An, præter hoc ab auctore ævo encomium, aliquis ei ſit bonus olim impenſus, qualis Cœlitibus ſolet, nos latet: vixit ante 600. circ. annos.*

S. Guntildis Virgo, Abbatiſſa monaſterii Bibelis, ſive Bilebis, aut Biblisheim, ſanctimonialium ordinis Benedictini, *ab ejus patre, Mompelgardia Comite, fundati*, in diœceſi Argeotinenſi, *ſcribitur a Trithemio in Chronico Hirſaugienſi ad an. 1131. miraculis clara in medio ejus cœnobialis eccleſiæ ſepulta. Non inde ſequitur*, Sanctam *abſolute ab Eccleſia declaratam, ut eam Menardus appellat ad hunc diem in Martyrol. Benedictino. Bucelinus ſolum* Venerabilem *nuncupat.*

Agnes Virgo ordinis Ciſtercienſis in Germania, (*cujus animam in cœlum magna cum gloria & ſuaviſſima Angelorum muſica deferri, ejus ſoror Hildegundis conſpexit*) *hoc die inſcripta Menologio Ciſtercienſi a Chryſoſtomo Henriquez, qui* Beatam *appellat, aſſeritque ejus mentionem fieri in Catalogo SS. & BB. Ord. Ciſtercienſis. Chryſoſtomum ſecuti Gelenius in Faſtis Colonienſibus, Laberius in Menol. Virginum, Bucelinus in Benedictino, etiam*

B Beatam *vocant. In citato Catalogo SS. & BB. ord. Ciſtercien. quem Menardus edidit, ineſt* Hildegundis, *ſive* Haldegundis *nomen, at non* Agnetis *ejus ſororis.*

B. Franciſcus monachus SS. Trinitatis Abeidoniæ, directo ab hæreticis monaſterio ſuo, per gradus ſacri loci tractus, eliſo cerebro triumphum duxit, *inquit totidem verbis Dempſterus in Menologio Scotico, ex collectaneis Gilberti Bruni, & Henrici Sinclari, qua non vidimus; neque remur adhuc ab Eccleſia Martyrem pronuntiatum.*

Petrus Toloſanus monachus Clarevallenſis, vir admirandis virtutibus, revelationibus & prophetiæ dono inſignis, *ad hunc diem inſcriptus eſt* Kalend. *Ordinis Ciſtercienſis, Menologiiſque Bucelini & Henriquez, qui* Beatum *appellant; Sanſojus ſolum Piis adſcribit.*

S. Maximianus Archiepiſcopus Ravennas *inſcriptus hoc die Martyrologio Romano, & Catalogo SS. Italiæ Ferrarii. Hieronymus Rubeus ait obiiſſe & Ravennæ coli 22.* Februarii.

S. Severus monachus } Martyres Sirmii *memorantur ad*
& ſocii 62. } *hunc diem in mſſ. Martyrologiis Aquiſcinctino & Marchianenſi: in aliis ſocii 72.* Severo *junguntur, & quidem* 23. Febr.

S. Polycarpus Presbyter, *qui Ethnicis ad fidem convertendis, converſi ad ſubeundum fortiter martyrium animandis, operam cum S. Sebaſtiano impendebat, in iiſdem duobus mſſ. hoc die locatur; in ceteris* 23. Febr.

S. Humburga Comitiſſa, alias Abbatiſſa, *refertur hoc die in mſ. Florario, prolixe in auctario Hermanni Greven, ubi diximus ignotam nobis eſſe, prædicari a Ferrarii* B. Humbergam *ſororem S. Theobaldi* 29. Junii.

S. Euſtathius Patriarcha Antiochenus ſub Conſtantio Imperatore Ariano in exilium pulſus, & Traianopoli in Thracia mortuus, *colitur a Græcis hoc die, ut ex Menologio, Menæis, & Maximo Cythereo patet: iteramque 6. Junii. In mſ. Martyrol. Coptico hoc die ponitur* Aſtanius Patriarcha Antiochenus, tempore Conſtantini Magni: *is idem* Euſtathius *eſt, quem Latini celebrant* 16. Julii.

S. Symmachus Papa *memoratur hoc die in Greveni auctario ad Uſuardum, Maurolyci, Galeſinii, Wiſfordi, Caniſii Martyrologiis, & Kalendario quod Breviario Eborenſi an. 1548. excuſo præfixum; colitur* 19. Julii.

S. Felicis Presbyteri & Martyris *corpus Salerni in Italia aſſervari, & anniverſaria celebritate coli 21. Feb. tradit* C *Baronius in Notat. ad 28. Aug. litt. F. Verum, ut infra oſtendemus, cum de* S. Felice Adrumetino *agetur, eſt is* S. Felix *ſocius* S. Adaucti, *colituruque* 30. Auguſti.

S. Hilarus, *ſive* Hilarius, Papa, *hoc die adſcriptus Florario SS. & Maurolyci, Galeſinii, Caniſii Martyrologiis, variiſque Kalendariis, & Greveni ad Uſuardum auctario, ubi mendoſe* Martyr *indigetatur. De eo agemus* 10. Sept.

S. Chunialdus, ſocius S. Ruperti Epiſcopi, *de quo agemus 27. Martii, ſcribit David Camerarius hoc die coli ſolere in Scotia, nec ullum auctorem allegat. Colitur Salisburgi cum* S. Giſilario 25. Sept.

S. Fintanus Corach Abbas & Epiſcopus Cluainfertenſis *memoratur hoc die a Colgano ex Faſtis Hibernicis, in quibus etiam referuntur* Cronanus Kill beggiæ, & Colmanus in Ardbo in Ultonia, *quos hic omiſit Colganus, licet* Colmanum *hoc die coli ſcripſerit ad 18. Febr. ut ſupra dictum. Vel non ſat memor antea ſcripterum hic fuit, vel Faſtas illos non tanti fecit, ut ſequi in omnibus vellet. Addubitat quoque, num forſan* Fintanos *hic ſucceſſor ſit* S. Fintani Presbyteri & primi Abbatis de Cluain-Ednech, Fintanus Morlduhh *dictus, ut in illius Vita 17. Febr. n. 26. indicatur, quem* Moelldubium Fintanum *idem Colganus coli tradit, quando forſan certio-* E *ra proferet monumenta,* 20. Octob.

S. Ambroſii *ope fertur Luchinus Vicecomes, Mediolanenſium copiarum ductor ab Azone patrueli ſuo conſtitutus, victoriam inſignem an. 1339. 21. Febr. die Dominica, de Leodriſio Vicecomite Azonis patruo retuliſſe: ejuſque rei anniverſaria ad poſteros conſecrata memoria. Corius ſcribit, dici ipſum ſanctum Antiſtitem ab omnibus conſpectum ſentica boſtes cadentem: ideoque Luchinum ei victoriam acceptam tuliſſe, & juſſa in loco Parabiaco dicto templi fundamenta, quod S. Ambroſii de victoria nuncupatum, decretumque ut quotannis eo celebris ſupplicatio duceretur, non ſine publicis donariis. Boſſius ſolum ait,* cum inita pugna maxima utrimque ſtrages ederetur, Luchinum ad religionem converſum, Divum Ambroſium urbis Præſidem ſuppliciter imploraſſe... Via finita prece, velut exaoditam orationem ſenſiſſet, cohortatum ad audendum militem, pugnam inſtauraſſe: milites ſeu numine imbutos, ſeu cohortatione Ducis animatos, tanto in hoſtem impetu illatos, ut ſuſtineri nequiverit *&c. Ac ſubdit:* Ex eo tempore religioſa civitas haud immemor meritorum, Divum Ambroſium cum flagello depictum in æternam rei memoriam habere voluit. *Malanus in auctorio ad Uſuardum ex propria Eccleſiæ* Martyrologio (Mediolanenſis, *opinor*) *ipſa* F *habet*: Mediolani feſtum S. Ambroſii, pro victoria ipſo invocato adepta ad Parabiacum anno 1338. *Ubi Cyclum ſuperioris temporis ſequitur Malanus, nam & illo anno ponit Boſſius, initium anni a Paſchate repetendo. Sed ſi Dominica fuit 21. Febr. ergo & littera Dominicalis C, qua ad an. ſequentem pertinet. Galeſinius ſic ſcribit hoc ipſo die:* Mediolani apparitio S. Ambroſii ad vicum Parabiacum. *Fatetur in Notationibus, olim celebratam eam ſolennitatem nomine* Victoriæ, cœleſti auxilio partæ: ſed cum in breviarii Ambroſiani recognitione verſaretur.... de aliorum, qui aderant, conſilio, appellari potius cenſoriſſe Apparitionis nomine. *De hac aliiſque victoriis ejuſdem Divi interventu relatis agere licebit ad illius feſtum* 7. Decemb.

S. Urſicinus monachus *hic recenſetur in Menologio Benedictino Gabrielis Bucelini, forſan quia* S. Germani *Abbatis Grandis-vallis & Martyris, qui hoc die colitur, in Luxovienſi cœnobio collega. Verum ejus celebritas agitur* 22. Decembr.

A D

DE S. FELICE

EPISCOPO III. METENSI IN BELGICA I.

I. B. **Commentarius hiſtoricus.**

CIRCA AN. C. XXI. FEB.

1 *TErtius Mediomatricum civitati in Belgica prima Antiſtes* S. Felix *fuit, cujus mentio eſt* 18. *Jann. in S. Leucoli Abbatis Vita ante an. fere* 700. *ſcripta; ubi c.* 1. *n.* 4. *iſta leguntur:* Juxta ordinem ſituum Metenſem opulentiſſimam urbem video non mediocriter decuſſatam, cui intactum Divinitas conſulere dignata, ut omnium Apoſtolorum ſuorum vocabula aureis ibi apicibus ruttilene, Angelica ſine dubio manu exarata. Promeruit autem felix ipſa primores Patres iſtos, Clementem, Felicem, Auctorem, Cœleſtem, Adelphum, Arnulfum; eacepiis quos Dominus ſolus novit remunerandos. *Primus fuit* S. Clemens, *Apoſtoli Petri, ut creditur, diſcipulus, qui* 23. *Nov. quo &* S. Clemens 1. Papa, *colitur, Secundus* S. Cœleſtis, *ſive* Cœleſtius, 14. *Octobris. Tertius demique* S. Felix.

S. Felicis nomen ex voce Florentii ab Angelo enunciatum.

B 2 *Hujus ad* 21. *Febr. conſignata eſt in plurimis Martyrologiis excuſis mannque exarata memoria. Metenſe, a Meurſſio citatum, ita habet:* Metis depoſitio S. Felicis Ep. & Conf. *Romanum:* Metis S. Felicis Epiſc. *Mſſ. monaſteriis S. Martini Treviris:* Mettis Felicis Conf. *Hermannus Greven Carthuſianus & Joannes Molanus in auctario ad Uſuardum, ubique Martyrologium Colonie an.* 1490. *editum, & mſſ. plurima:* Metis civitate natalis S. Felicis Epiſc. & Conf. qui ſedit annos 42. & menſes 6. *Idem habet mſ. Florarium, ſed ſea illos* menſes *omittit, additque anno* 128. *obiiſſe. Galeſinius, ex Calendario Metenſi, ut ait:* Metis S. Felicis Epiſc. & Conf. qui annis 40. & menſibus 6. cum Eccleſiam Metenſem ad Dei voluntatem vigilanter adminiſtraſſet, ſanctarum vigiliarum, Epiſcopaliumque virtutum, ac divinarum rerum, quas religioſe geſſit, laude florens, quievit in Domino. *Eadem, ſed brevius aliquamo, pradicat de eo Canifius. Meminit quoque illius Maurolycus. Prolixius longe elogium contexit in Martyrol. Gallicano Sauſſajus, &* S. Dionyſio Areopagitæ *adiutorem fuiſſe ait, eique ſuperſtitem,* multas perſecutiones ſuperaſſe, atque an. ſupra 40. *illam* Eccleſiam gubernaſſe. *Ac*

C *demum addit, ejus* colendæ memoriæ dicatam paullo poſt baſilicam fuiſſe, in qua Divinæ majeſtatis mirabilia claruerunt. *Quorum nobis nil certe exploratum: neque cur eum iterum Sauſſajus idem* 25. *Jann. colloces.*

Inſculptum Martyrologii Au. Fr.

3 *Annis* 42. *Epiſcopi munus geſſiſſe aſſeritur in monumentis archivi Metenſis, at Meurſſius teſtatur, qui tamen non uſquequaque offenderit audes. Nulli nobis ſuppetunt, quibus nitamur, ſolidi characteres. Unus eorum Antiſtitum fuit Felix, de quibus Paulus Diaconus in l. de Epiſcopis Metenſibus ſcribit, eorum ſtudiis certum eſſe creviſſe Dei Eccleſiam,* quamvis eorum nobis ſpecialiter occulta ſint geſta. *Succeſſor illi a S. Joanne Evangeliſta miſſus dicitur* S. Patiens, *ut in ejus vita retulimus* 8. *Febr. in qua nu.* 4. *ita eum alloquitur* S. Joannes, *poſtquam e Patmo ad Aſia Eccleſias vedierat;* Cariſſime, in Spiritu revelatum eſt mihi, quod Clemens quondam Patricius Urbis, atque ſui ſucceſſores, qui a Coapoſtolo meo Petro ad primam Galliarum Belgicam in civitate Metenſi ſunt directi, duobus defunctis, qui ſupereſt, ex noſtris ſibi præſtolatur ſucceſſorem, ſecundum revelationem. *Qua de revelatione poſtea iterum agit. Meurſſius ex iiſdem archivis Eccleſia Metenſis ſcribit* S. Clementem *biennio poſt martyrium S. Petri Apoſtoli obiiſſe, id eſt, anno Æra vulgaris* 69. *licet ipſe* 70. *ponat: ſediſſe deinde* S. Cœleſtium *annos* 15. *ad annum ergo, ſecundum noſtrum calculum,* 84. *Si* 42. Felicis *adiiciantur, efficietur* 126. *quem fere numerum auctor Florarii expreſſit. Qui ergo potuit ei ſucceſſor mitti* S. Patiens, *cum ipſe Joannes* ſexageſimo octavo poſt paſſionem Domini anno *mortuus ſit, ut S. Hieronymus l. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis c.* 9. *tradit, id eſt* 99. *anno Chriſti? Sed cum Vita illa S. Patientis poſt annum* 1050. *ſcripta ſit, nec ullas temporum notas proferat, nihil de vetuſtioribus illis Epiſcopis ſolide habere poſſumus. Edidimus illius partem, quam ſolam noſti tunc eramus. Reliquum poſtea ex codice Sereniſſima Reginæ Sveciæ deſcripſimus, ubi mentio ſit S. Leonis* 12. *Papæ, qui anno* 1049. *ad pontificatum evectus eſt.*

quamdiu ſederit, incertum.

Felix deceſſor S. Patientis.

E

4 *Quam ait Sauſſajus,* S. Felicis *nomini dicatam poſtea baſilicam fuiſſe, eo forſan eſt, quam Meurſſius pag.* 14. S. Felicis *Presbyteri Nolani honori poſtam ſcribit, ac deinde S.* Clementis *dictam. Illic tamen arcam ait extare variis Divorum exuviis refertam, inter quas eſt brachium unum hujus* S. Felicis Epiſcopi *Metenſis: ſuiſſe corpus ejus in crypta aut ſpecu S. Clementis tumulatum, juxta S. Cœleſtium; ſed poſtea ab S. Henrico Imperatore in Saxoniam tranſlatum.*

F *ejus reliquiæ.*

DE S. ANTHIMO

EPISCOPO INTERAMNATE ET SPOLETINO

IN UMBRIA,

G. H. **Commentarius hiſtoricus.**

CIRCA AN. C. LXXVI. XXI. FEB.

1 *INteramna urbe Umbriæ Epiſcopalis variis menſe Febr. inquilinos Sanctos celebrat: ac die quidem* 14. S. *Valentinum Epiſcopum, a quo ad pietatem inſtituta S. Agape colitur poſtridie, ſeu* 15. *Febr. at qui adſunguntur paſſim ſeu S. Valentino, ſive S. Agapæ pluret Martyres, duobus ſequentibus diebus ibidem venerationem in officio Eccleſiaſtice habent, uti ſingulis hiſce diebus diximus. S. Valentini deceſſor habetur S. Anthimus, quem Ferrarius, ſecuti monumenta Eccleſia Interamnenſis, refert in Catalogo generali ad* 22. *Febr. his verbis:* Interamnæ S. Anthimi Epiſcopi, *annotatque floruiſſe ſub Pio Pontifice, qui ſedit anno* 156. *ad annum* 165. *quo eſt martyrio affectus, die* 12. *Julii. Eumdem* S. Anthimum *coli* 21. *Febr. tradit Angelonius in Vitis Sanctorum Interamnenſium Italico ſermone, cum Hiſtoria ejuſdem urbis ediderit.*

Interamna S. Anthimus Epiſc. colitur 22. Febr.

2 *Ughellus tomo* 1. *Italia ſacra in Epiſcopatu Interamnenſi, ſecundum ejus Sedis Epiſcopum collocat S. Anthimum, & iſta narrat:* S. Anthimus Interamnenſium primum Epiſcopus, mox Spoletinam rexit Eccleſiam. Ejus profeſtus dies 22. menſis Febru. concelebratur. S. Petri templum extra mœnia Interamnæ erexit, ubi Cathedralis Sedes Epiſcoporum emineret, quod poſtea profanatum

S. Petri templum erexit.

A tum fuit. Ejus mentio celebris habetur in Vita S. Concordii. Hic per totam Umbriam Chriſti Domini Evangelium divulgavit, & præcipue Fulginii. *Idem Ughellus in Epiſcopatu Spoletino eumdem* S. Anthimum Epiſcopum Interamnenſem *ait* hanc *etiam* Sedem moderatum fuiſſe, *& in* veteriſſimis Kalendariis ejus memoriam cum Martyris titulo reperiri adſcriptam, plures ſub ejus nomine Eccleſias & imagines Spoleti & Interamnæ reperiri, ejuſque memoriam in lucem revocaſſe Laurentium Caſtruccium Epiſcopum Spoletinum, officiumque, eo petente, a ſancta Sede Apoſtolica conceſſum fuiſſe an. 1628. *Adduque ejus* Acta a Spoletina Eccleſia brevi hoc elogio perſtricta:

per Umbriam prædicat.

ſedem Spoletinam regit.

officio Eccleſiaſtico colitur.

AUCT. G. H.

1) mortuus circa annum 176. corpus ejus Eccleſiæ illius ſervat.

3 S. Anthimus nobili genere ortus, ſub graviſſima Chriſti fidelium tempeſtate, Imperatore Marco Aurelio, primo Interamnenſem, deinde Spoletinam rexit Eccleſiam, qui cum dexteritate morum ac doctrinæ gravitate, ſanctitatis vitam æque conjungeret, mirum in modum populorum calamitates ſolabatur. Hic quidem in occulta verbi Dei prædicatione, fidelium inſtitutione, atque in Eccleſiarum cultu ampliando, fideque propaganda non poſteriores partes ferebat, quandoquidem ſua induſtria ac ſumptu plura oratoria, non Spoleti modo,

doctrina & pietate excellit.

oratoria erigit.

B ſed etiam Interamnæ, dum eam regebat Eccleſiam, alia reſtituit, alia de novo erexit: in illis Clericos dignis moribus repertos Divino cultui mancipando, Hygini Romani Pontificis, cujus tempore floruit, veſtigia ſecutus, qui primus formam Cleri aſſeritur impoſuiſſe. Ita apud Torquatum Umbriæ Præſidem amicitia valuit, ut Concordium Romanorum civem primarium, quem ille Spoleti in vincula pro Chriſto conjecerat, liberatum apud ſe multo tempore retinere impetrarit. Cumque virum plane Apoſtolicum, vitæ ac morum integritate eximium, comperiſſet, ſacriſque ante a Pio Papa initiatum peerbyteratus honore cumulavit. Hic tandem præclarus Anti-

S. Concordium Martyrem pro tempore liberat.

ſtes multis virtutum præconiis cum omnibus diu præfulſiſſet, pluribuſque pro Chriſto laboribus egregie perfunctus, quinto Idus Maii feliciter in Domino obdormivit circa annum Domini centeſimum ſeptuageſimum ſextum, cui fideles tantorum meritorum memores tum Spoleti tum Interamnæ plures Eccleſias, quæ ad hæc uſque tempora ſuperſunt, ſub S. Anthimi nomine erexerunt. *Hactenus: quæ eadem habet in ejus Vita Angelonus.*

4 *Acta ſupra nominati S. Concordii Presbyteri Martyris dedimus Kalendis Januarii: in his dicitur* Torquatus Comes Thuſciæ in graviſſima perſecutione Antonini Imperatoris habitaſſe in civitate Spoletana, miſiſſe & accerſiviſſe ad ſe S. Concordium, *quem poſt varias de Chriſto propoſitas quæſtiones* juſſit fuſtibus mactari, & in cuſtodiam publicam recludi. Tunc, *ut refertur n.* 5. venit nocte ad eum B. Eutyches cum S. Anthimo Epiſcopo, & quia Anthimus amicus erat Comitis, rogavit Torquatum Comitem, ut eum ſibi concederet paucis diebur. Et permiſit eum B. Anthimo, & habitaverunt ſimul multis diebur. Tempore autem opportuno conſecravit eum Presbyterum, & cœperunt orationibur vacare. Poſt aliquantum vero temporis miſit Comes, & tulit eum.

amicus Torquati Comitis.

S. Concordium Presbyterum conſecrat.

E

5 *Jacobillus in Vitis Sanctorum Umbriæ celebrat S. Anthimum* 11. *Maii, quo die aliquam corporis translationem arbitratur peractam fuiſſe, & mortuum tradit die* 21. *Februarii circa an.* 176. *quo annus in elogio citato exprimitur, non dies* 21. *Febr. ſed* 11. *Maii, quo etiam die alter S. Anthimus colitur, ſed Presbyter, & Roma ſub Diocletiano Martyr effectus. Quem martyrii titulum ab hoc Presbytero ad S. Ambemum Epiſcopum perperam a Spoletinis olim delatum fuiſſe aſſerit Jacobillus, quod idem de* 11. *die Maii eſſe forſan dicendum. Demum addit, ut præcipuum Patronum a populo Stronconenſi coli, ejuſque patrocinium contra grandinem alaſque tempeſtates invocari.*

F

in aliquibus eâ S. Anthimus Presbyter Martyr non ſatis diſtinctus.

invocatur contra tempeſtates.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

MAURICIO, PHOTINO EJUS FILIO, THEODORO, PHILIPPO ET ALIIS LXVII. MILITIBUS.

C

APAMEÆ IN SYRIA II.

Commentarius prævius.

G. H.

SUB MAXIMIANO IMP. XXI. FEB. Theodoretus S. Mauricii comit. inter præclaros Martyres,

1 *Sanctiſſimorum horum militum Ducis Mauricii meminit Theodoretus Epiſcopus Cyri ſermone* 8. *de Græcarum affectionum curatione, ſive Evangelica veritatis ex Gentilium philoſophia cognitione: in cujus operis prologo aſſerit* Græcorum Gentilium fabulis addictos dicere, ridiculum eſſe, quod honore Martyres proſequamur, & inſignis ſtultitiæ, quod viventer ab iis, qui vita ſuncti ſunt, ullum ſibi commodum comparare contendant: *propterea in octava diſputatione ſui ſermone inquit, ſe* illorum obiectiones proferre, qui nos accuſant, quod honore Martyres proſequamur, ſimulque defenſionem complecti: *ita qua variis tormentorum generibus propoſiti, addit* immortalem illis Martyribus gloriam collatam, memoriamque nullo tempore finiendam. Ac generoſæ, *inquit*, animæ triumphatorum cœlum nunc obambulant & Angelorum choris interſunt: eorum vero corpora non ſingula cujuſque condunt monumenta, ſed urbes & vici hæc inter ſe partiti, animarum illos ſervatorem corporumque medicos appellant, veneranturque tamquam urbium præſides atque cuſtodes, & horum apud Deum univerſorum interventu divina per eor mucra conſequuntur. Sectir eorum corporibus integra & indiviſa gratia perſeverat: & tenues illæ ac cantillæ reliquiæ integro nullaſque in partes diſſecto Martyri parem habent virtutem. Quæ enim adſtat gratia, dona diſtribuit, & fide ſupplicantium libertatem metitur .... Hos autem Martyres non deor facimus, ſed tamquam Dei teſtes ſervoſque amantiſſimos honoramus, qui tanto amore Creatorem Servatoremque proſecuti ſunt, ut mortem illius cauſſa ſuſceptam optabilem duaerint, ſuaque ipſi corpora peo eo tradideruot, qui corpur ſuum pro nobir cruci tradidit ... Hi ſunt vere hominum duces & propugnatores & auxiliatores, malorumque depulſores, damna quæ a dæmonibur infliguntur, procul arcenter.

quorum corpora in quaeretion. ne fuere;

aut eſtam tenues reliquiæ;

a Victorum Martyrum templa clara & conſpicua cernuntur,

AUCT. C. H.

nuntue, magnitudineque præſtantia & omni ornatu genere illuſtria, & pulchritudinis ſplendoeem late fundentia. Neque ad hæc nos ſemel biſve aut ſenies quotannis accedimus, ſed ſequentes conventus celebramus: ſæpe etiam diebus ſingulis horum Domino laudes decantamus, & qui integra ſunt valetudine, hanc ſibi conſervaei, qui autem morbo quopiam conflictantue, hunc depelli petunt. Petunt & libeeos qui carent, & quæ ſteriles ſunt eogant ut matres fiant: qui donum adepti ſune, ſalvum id ſibi ſeevari poſtulant. Qui peregrinationem aliquam auſpicantue, ab his petunt, ut viæ ſibi comites ſint duceſque itineris: qui ſoſpites redieruut, non illos adeuntes ut Deos, ſed tamquam divinos homines eos orantes, interceſſoreſque ſibi ut eſſe velint poſtulantes. Quod vero voturum compotes fiant, qui fideliter petunt, palam teſtantue illorum donaria, cueationem indicantia. Alii enim oculorum, alii pedum, alii manuum ſimulacra ſuſpendunt, ea argento aueoque confecta. Accipit enim horum Dominus etiam paeva, proinque caigui, pro ferentis facultate donum merieus. Hæc autem morboeum depulſionem indicant, eoi teſtandæ ah iis poſita ſunt, qui ſanitatem eccepetunt. Quin & naſcentibus filiis Martyrum vocabula imponere ſtudent, ſecuritatem inde ipſis tutelamque comparantes.... Demum feſtis deoeum abolitis, nunc Petri & Pauli & Thomæ & Sergii & Marcelli & Leontii & Panteleemonis & Antonii & Mauricii aliorumque ſoleunitates peeaguntue, & modeſtæ celebrantue feſtivitates, divina camica, ſacroeumque ſeemonum auditioncm, & preces ornatas laudabilibus lacrymis eabibentes.

A quibus illuſtrata eccleſia templa in hiſque ad imperatoreadem eorum patrocinium

donaria oblata;

B & dies feſti inſtituti.

3 *Hactenus exceptus ex ſermone Theodoreti de Martyribus: qua ad* S. Mauricium *ejuſq; ſocios Martyres pertinere vel ideo magis arbitramur, quod hi glorioſum ſuum certamen inter majores æſtatis calores peregerint, & tamen alios feſtos dies nacti ſint, ſeu* 21. *Febr. ſeu* 27. *Dec. uti mox conſtabit: forſan quod reliquis illis diebus tranſlata ſint, aut templa ad illorum honorem dicata. Nam agere Theodoretum de* S. *Mauritio Apameenſi & gentili ſuo, aduatili ſupra ſocii ſit indicant*; ev *his in eodem Maximiani perſecutione paſſi ſunt,* Antoninus *cum ſociis Cæſarea in Paleſtina Idibus Nov.* Pantaleon ſeu Panteleemon *medicus Nitomedia* 27. *Jul.* Seegius 7. *Octobris provincia Euphrateſia, in qua & Sergiopolis ab hujus nomine dicta eſt, & Cyrus urbs Theodoretum Epiſcopum habuit. Poſſus etiam, ſed ſerius, in eadem Apamea eſt* 14. *Aug.* Marcellus Epiſcopus, *cujus nonnulla geſta idem Theodoretus narrat l.* 1. *Hiſt. Eccl. c.* 19. *et* Leontium *ſupra relatum, eſſe militem Tripoli in Syria paſſum,* 18. *Jun. obſervat in Notis Martyrologii Baronius, qui* 22. *Sept. quo die S. Mauricius Agaunenſis & Dux Thebæorum militum colitur, fatetur ſe aliquando non invitum adhæſiſſe ſententiæ illorum, qui utrumque Mauritium, pro uno eodemque Martyre cenſuerunt. Verum ob auctoritatem Theodoreti ſe coactum ab illa opinione recedere, neque verſimile videri, hunc in tam parvo Martyrum numero prætermiſiſſe innumeros fere perillustres in Syria paſſos, & exteruos tam longe poſitos in exemplum adducere voluiſſe.*

Ea intelligenda de ss. Martyribus Apameæ eſſe,

C non Agaunenſi & Duce Thebæorum militum

4 *Vitam S. Mauritii Apameenſis & ſeptuaginta ſociorum Græcum ex mſ. codice antiquo nactis ſumus eleganter atque accurate ſcriptam: quam nonnullis hinc inde immutatis ſuo operi de Vitis Sanctorum inſertis Metaphraſtes, ac Latinam a Genliano Herveto redditam edidit Lipomanus ad* 21. *Febr. & Surius menſe Julii; cum qua & nos hanc Græcam Vitam contulimus. Titulus in mſ. præfigitur ejuſmodi*: Ἀθλησις τῶν ἁγίων μεγαλομαρτύρων Μαυρικίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἑπτακαίδεκα μαρτύρων. *Qua apud Lipomanum ita Latine leguntur*. Maetyrium ſanctî & glorioſi Maetyris Chriſti Mauticii & ſeptuaginta militum, qui et anc etiam ejus diſcipuli.

Hiſtoria Martyrum Vita data in Mſ. Græco tollata tum Metaphraſte.

Epitome Vitæ in Menæis ad 22. Feb.

5 *Græci præcipuo eos cultu venerantur* 22. *Febr. & hoc elogio excellentiora eorum geſta attingunt*: Eodem die memotia ſancti Maetyeis Mauritii & ſociorum ſeptuaginta Martyeum. Viaerunt hi impeeante Maximiano, apud quem, dum urbem Apameam tranſiret, delati ſunt, quod Chriſtiani eſſent. Adducti eego ad eum, Chriſtianos ſe profeſſi ſunt: mox zonis militaribus privantur, ac caeceri includuntue: & poſt triduum ad tribunal citati examinantue. Cum autem iu fide conſtantes peeſiſterent, graviter cæſi, in ignem proiiciuntue: deinde in equuleo ſuſpenduntne, ac ferro latera eoeum radnntur. Cum autem Maximianus S. Mauricium geavius vellet affligere, jubet Photinum ejus filium capite plecti. Poſtquam vero vidit eos immotos in ſuſcepta fide conſervanda, neque impeeata facere, miſit eos in nemoroſum locum intee duo flumina & lacum ſitum, ae veſpis, muſcis, culicibuſque vaeis refertum. Carnifices ergo eum ad ſilvam peeveniſſent, eos veſtibus nudatos, ac vinculis conſtrictos palis alligarunt, & melle circumcirca unecrunt: ad quam pœnam infligendam eeat illa anni tempeſtas maxime opportuna. Coepus etiam S. Photini coram oculis pateis ſui Mauricii jaculis confixerunt, atque ita abiverunt. Sed beati illi ac geneeoſi ſthletæ decem diebus & noctibus intoleeabilibus afflicti ceociatibus & tormentis perdueeaut, ſed tandem inter preces ad Deum ſuſas finem vivendi fecerunt.

D

6 *Hæc Græci in magnis Menæis ad* 22. *Febr. ad quem diem eadem leguntur apud Maximum Cytherum ex Vitis ἀχίων. Metaphraſtes etiam, ut diximus, Acta horum Martyrum ad eundem* 22. *Febr. retulit, uti apud Lipomanum licet videre. Alter dies eorum veneratioui conſecratus eſt* 27. *Dec. ut loquet ex Menologio a Canſio edito, in quo hæc leguntur*: Eodem die commemoratio ſancti Maetyris Mauticii & ſeptuaginta ſociorum, qui ſub Maximiano Imperatore apud uebem Apameenſem paſſi ſunt. *Eodem die in magnis Menæis & apud Maximum Cytherum elogium ſupra relatum repetitur, ſed valde contractum.*

E

commemoratio 27. Decemb.

7 *De tempore autem anni, qua martyrium paſſi ſunt, hæc u.* 18. *in Actis leguntur*: Ὁ μὲν οὖν τόπος καύσωνος ἦν καιρὸς, Πέπτωκε γὰρ μὲν πανσελήνου τὰ καθ' ἡμᾶς. Eſt hoc quidem tempus maaimi æſtus, erat enim eunc menſis Panemus: *de quo aliiſque menſibus Orientalium varii ſcripſerunt, ac poſt Scaligerum aliiſque accurate Petavius noſter l.* 1. *de Doctrina temporum, qui e.* 29. *menſes Græci ſeu Syromacedonices tradit, quos arbitratur fixos a Julianorum Calendis exordium ſumpſiſſe, ac Panemum apud Syros, quod hoc quarimus, menſi Julio Romanorum reſpondiſſe. Quo menſe ad diem* 26. *in Menæis inter alias Sanctas nominatur Mauricius. Sed difficile ſcitu eſt, de quo ea verba ſint accipienda*: Eodem die commemoratio ſancti Patris noſtri Symeonis Stylitæ, Presbyteri & Aechimandritæ, & S. Ignatii Tzetoneti, & Encæniæ Archangeli Gabrielis teans fretum in Chaldis, & S. Joannis Paleolauritæ, & S. Mauricii, & SS. Appionis & Hieruſalem. *Hæc ibi. Colitur Joannes Paleolaurita in eoſdem Menæis* 20. *Apr. & aliquo elogio exornatur. An ſimili modo Mauricii Apameenſis dies natalis aliave ſolennitas indicetur, ex undo nomine non liquet.*

Mortem menſi Panemo, id eſt Julio,

ss. 26. Jun. F

8 *Laurentius Surius, quam reperiret martyrii s. Mauricii & ſociorum hiſtoriam a Lipomano ad* 22. *Febr. rejecit in Julium; ac tum poſt relatum ad* 28. *diem Vitas S. Philaſtri Epiſcopi Brixienſis, & S. Friderici Epiſcopi Ultrajectini, appoſuit Acta S. Mauricii & ſociorum cum hac nota marginali*: Paſſi ſunt hi Martyres menſe Julio, ſed inceetum quodie. *In tertia additione retenta eadem ſunt verba, ſed indicetur* 18. *Julii: quo die Guleſioius ex Mſ. inquit,* & Metaphraſte, ut eſt apud Sneium, *adſcripſit ſuo Martyrologio his verbis*: Apameæ ſanctorum Martyrum Mauricii & ſeptuaginta militum: qui, Maximiano Imperatore, per varia diverſaque eruciamentorum ſtigmata, nobile martyrum obtetunt, præclaris datis religioos Chriſtianæ teſtimonits. *Eoſdem refert Ferrarius in Catalogo generali, allegata Galeſinii auctoritate.*

unde adſcripſit 28. Julii.

VITA

A

VITA EX MS. GRÆCO,

collata cum Metaphraſte.

CAPUT I.

Iter Maximiani Imperatoris in Syriam. Horum Martyrum captivitas. S. Mauricii cum Imperatore diſceptatio.

1 UBI Martyrum memoria eſt, ibi ſolida in Deum pietas oſtenditur, ac mens ſapientiæ amans Deo conjungitur: res etiam corporeæ commeant ad hæreditatem ſpiritalem, & pax acquiritur immobilis, qua animorum perturbationes frænantur, dum cœleſtes ſpiritus & terrena corpora mutuo fœdere conciliantur. *Memoria Martyrum utilis.* Quis enim eorum certamen mentis intuens oculis, non erit remotus a carne & mundo, dum ſola in Deum pietate eorum carnem intelligit conculcatam? Non enim B caro his concupiſcit, neque pulvis terræ contra Dei imaginem rebellat, ſed quicumque arbitratus quodcumque detectius gubernari ab alio præſtantiore, mentem comparat immotam ad cœleſtem metam.

2 Tale certamen aliquando propoſuit ſepteuaginta Martyribus, quorum pretioſum & Chriſti amantem ſanguinem, Apameenſium excipiens metropolis, ſanctum & Deo gratum emiſit ſacrificium, pro pretioſo unguento totum corpus Chriſti, nempe ſanctam Eccleſiam, *uti 70. Apameenſium, poſtea Martyres ſub Maximiano, ait,* eorum ſanguine inungens. Maximianus enim imprimis impius & iniquus Imperator, quamlibet, quantumvis magnam, crudelitatem contendens ſuperare, ſtudebat ut omnes, qui ſubiecti erant ejus Imperio, offerrent exercandis & immundis dæmonibus: ut per eorum adorationem & decorum, uti falſo nominabantur, falſam religionem, ſuo Imperio acquireret præſidium & magnificentiam. Cum hoc ergo facere ſtatuiſſet, ipſe ſeipſum *oddilio initial dæmonum:* ad hoc ſedulum & induſtrium conſtituit miniſtrum. Nolebat enim, ut Imperatores qui eum præceſſerant, jubendo ſcribere ad locorum Præſides, ut idolorum cultus curam gererent: ſed ipſe impigre & diligenter obibat orbem terræ, effectus veloa miniſter altarium dæmonum, ſperans infelia per ſuum adventum ſe effecturum, ut, C qui deſeceraut ab ejus ſuperſtitione, & acceſſerant ad veritatis Chriſti cognitionem, transfugerent ad errorem ſuorum immundorum & exercandorum deorum.

3 Tali ergo animo Romam relinquens Maximianus impius tyranuus, & per Orientis partes iter faciens, pervenit Apameam, quæ eſt metropolis ſecundæ proviuciæ Syrorum. *apud quem Apameæ præfectum.* Quo iu loco idolorum facet dores ad eum accedentes, accuſabant Chriſtianos, dicentes ei: O divinisſime Imperator, eum dii nobis dederint loquendi libertatem apud tuam pietatem, deferimus ad ruam invictam potentiam, quod unuſquiſque eorum, qui ſunt apud nos, cum timore & deſiderio honorat maximos & patrios tuos deos; maxime autem Jovem patrem deorum, & Apollioem admirabilem, qui ſunt aliis dis ſuperiores, & imperium ruæ poteſtatis valde conſervant *decuſſantur Maximiano & militibus ejus 70.* & tuentur. Mauricius autem & qui ſunt cum eo ſeptuaginta milites tuæ potentiæ, in altum elati honoribus tuis & muneribus, & qui dicta & magnifica dona ex te perceperunt, deos habent contemptui, & adverſus magnum tuum & invictum imperium exercent tyrannidem abducti errore Chriſtianorum.

4 Hæc ergo cum audiſſet tyrannus Maximianus, animo valde fuit iratus, & præcordiis incenſus, ac mente magis arſit, quam fornax: præcipue cum accepiſſet, tales in ſuo exercitu eſſe milites. Die ergo aſſignato inſignI, & loco invento apto ad populi ſpectaculum, in medio portarum ſeptemtrionalium metropolis Apameenſium, quæ dicitur *a* Vicinia Hamaaica, juſſit illic parari judicium & duci inclytos Martyres. Cuio in alto autem tribunali impius ſediſſet tyrannus, concurriſſet vero univerſa civitas & omnis ætas ad eos ſpectandos, adeo ut nec virgines quidem, quæ degunt in thalamis, remanſerint in ſuis habitaculis; duaerunt facellites ſeptuaginta Chriſti milites. *EX MS. GRÆCO.* D *a* *eorum utilitatem ſpectat ſtatuitur.*

5 Hos cum adſpexiſſet Imperator, dixit eorum Duci: Nos ſpectabamus, o Mautici, quod noſtris ſruentes donis, & alimento glotiantes imperatorio, primoſque honores & dignitates a nobis conſecuti, inſiſteretis veſtigiis noſtræ tranquillitatis, & eos, qui conarentur reſilire a noſtra *b* religione, diis grata, fortibus factis & omne genus doctrinis converteretis ad ſanitatem, quod ægrotaret curantes, & quod claudicaret corrigentes, & quod bellum gereret pacificantes: & ut breviter multa dicam, quidquid ſe non ea noſtro haberet inſtituto, tamquam inimicum & hoſtile ſubiicientes. Sed de vobis, ut videtur, contrarium accepimus. Non ſulum enim non converteſtis eos, qui adverſus noſtram rebellarunt religionem, ſed etiam ipſi adverſus deos noſtros omnipotentes tyrannidem exercentes, & qui eis ſunt conſtituti honores & ſacrificia ac libamina abolentes, aliis ſuiſtis duces ad barathrum interitus: ſi vera ſunt, quæ de vobis ad noſtras aures pervenerunt. E *b* *aviter elongatur.*

6 Dixit Mauticius: Imperator, quæ a nobis exercetur tyrannis adverſus deos, qui ſunt nullo ſenſu præditi, nobis a vero Deo validam acquirit victoriam & coronam gloriæ. Non enim aſperuamur & nihili facimus Deum, *S. Mauricio incuſatio ſuæ Dei noſtri ſtatus* qui nos finxit, ut ſtulta eſt tua traditio: ſed glotificamus eum, qui eſt ſolus verus Deus, qui fecit cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis ſunt. Dæmones autem, qui hominibus afferunt exitium, non convenit deos vocare, o Imperator. Dixit Maximianus: Cum honorem a diis ſis conſecutus, & militiæ primum locum ſortitus, o Maurici, eis pulcbram refers gratiam. Mauricius dixit: Numquam honorem accepi a diis veſtris, neque volo eos honorare. Quis enim unquam ea hominibus, qui Dei habet cognitionem, ſuſtinuerit honorare materias nullo ſenſu præditas? Sed quibus non eſt mens, quæ rectis gubernatur rationibus, propterea quod jumentis comparati ſint inſipientibus, & ſimiles facti ſint eis, ti lapides & ligna in deos teferunt, mentemque eis tribuunt, & honorant ramquam deos. Dixit Imperator Maximisnus: Quoniam primas partes obtinuiſti F in ordinibus noſtræ adminiſtrationis, o Maurici, id ribi magnam præbuit confidentiam, & effecit audaciorem: adeo ut ſplendide & citta ullam conturbationem reſpondeas noſtræ ſerenitati.

a *Græce* Τοπαρχία Ἀμαξικὴ, *ita iterum n. 22. legitur. Gentianus* Amaxica, *&* Amaxica *habet.*

b *Apud Lipsanum & Surium* legione, *forte errore typographico,* Græce Στρατιᾶς Ὁμοιανῆς.

CAPUT II.

Inquiſitio fidei facta. St. Theodori, Philippi, Photini, aliorumque reſponſum. Zona militaris ablata.

7 TUnc jubet eo ſeparato reliquos ioterrogari, & eis dicit Imperator: Quis vobis tantam fecit injuriam, u fratres, ut deficeretis a diis ſervatoribus: accederetis autem errori hominum, qui adorant hominem crucifiaum tamquam unum homicidam? Non enim ſic vos eruditimus, neque in tali doctrina eduaimus. Tunc Theodorus & Philippus, tamquam ea ore ſanctorum ſeptuaginta Martyrum, diaecunt: Nos, u

tyranne

EX MS. GRÆCO.

tyranne Imperator Maximiane, tantum abſumus ab error̃e, ut te quoque optemus liberari ab errore, a quo nos ſumus liberati, unum & ſolum adoranter verum Deum, Patrem omnipotentem, & unigenitum ejus Filium Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui eſt Dei virtus & Dei ſapientia: & ſanctiſſimum ejus Spiritum, qui nobis inſpiravit cognitionem & intelligentiam, ut a confiteamur quidem Trinitatem, quæ eſt ejuſdem eſſentiæ; abominamur autem immundam tuam religionem: & hanc quidem abiiciamus perituram religionem; militiam vero militemus Deo, qui eſt Rex exercituum. Dixit Maximianus: Video, o Philippe, te ſenectutem quidem habere reverendam, intelligentia autem multum cedere juvenibus. Confuge ergo ad deos, & ſi bonus conſiliarius reliquis tuis militibus de diis adorandis, ut majora dona & honores a nobis conſequaris. Dixit S. Philippus: Ego non ſum futurus malus conſiliatius iis, qui ſua ſponte deducti ſunt ad timorem veri Dei. Scriptum eſt enim: Væ et, per quem malum venit,

Matt. 18. 8. 8 Dixit Maximianus: Lenitas noſtræ patientiæ te audaciorem effecit, Philippe. Nolite ergo in his inſiſtere, ne juſtas pœnas in vos irritetis, & evadatis exemplum noſtræ indignationis, audentes nominare hominem, qui a vobis eſt relatus in deos. Reſpondenter vero ſancti ſeptuaginta Martyres, dixerunt tyranno: Vanæ & inanes minæ, o Imperator, tuæ abominationis, virtutem nobis ex alto largiuntur. Non enim ingreditur aut inhabitat metus tormentorum in bona mente & ſtabili eorum, qui diligunt Dominum. Tunc Maximianus Imperator, juſſit auferri a ſanctis ſeptuaginta militibus habitum militiæ, & eis abſcindi zonas, & adduci eos cum magna ignominia. Cumque hæc magna celeritate executi eſſent fatelliter, dixit eis tyrannus: Videte, quale vobis obtigerit dedecus propter veſtram inobedientiam. Sancti dixerunt tyranno: Etiamſi tu, ut exiſtimas nos exuiſti, ſed eſt Deus noſter in cœlis, quem colimus, qui nos induit ſtola æternæ gloriæ, quam ipſe nos dignos audire propter ſatanam patrem tuum, qui io te loquitur.

9 Tunc valde iratus tyrannus, dixit: O execrandi & indigni deorum benevolentia, vos veſtram ignominiam vobis conciliaſtis. A nobis enim honore affecti, maximos deos affeciſtis contumelia, & noſtram contempſiſtis amiciciam. Reſpondentes autem Sancti, dixerunt Tyranno: Hæc militia tua, ut quæ nihil ſit, præterit: & qui adeſt honor, eſt tibi dedecus: quoniam obſtitus es Dei, qui hanc tibi dedit poteſtatem. Inanima vero ſimulacra, quæ ta nihil juvant, quod ea non cognoſcant eum, qui ipſa honore afficit aut contumelia, io deos ſtolide refers. Dixit tyrannus: Propter noſtri imperii clementiam vobis parcens, & volens vitam vobis eſſe ſalvam, adhuc vos patior: juſſitque eos tres dies includi in carcere, ut caperent conſilium, quod eis expediret.

10 Cum autem ſatellites impleſſent juſſum Imperatoris, & eos in cuſtodia inclauſiſſent cum collaribus, Sancti dixerunt inter ſe: Fratres, paremus omnes una eademque mente noſtras animas ad orationem, & intenſe oremus Deum noſtrum, ut det nobis ſapientiam & cognitionem per ſanctum ſuum Spiritum, & iniciat in os noſtrum, quid reſpondeamus: ut admiretur tyrannus veritatem noſtræ fidei. Et ſe ad precandum confitentes Sancti ſeptuaginta, tamquam ex una anima dixerunt: Deus omnipotens, cujus poteſtas æterna, & regnum non interit, mitte ad nos ſanctiſſimum tuum Spiritum, ut in ipſo exultemus & lætemur, & vincamus erroris nequitias, & extollamur in vera tua fide per ſanctum Spiritum, qui loquitur in nobis, ſecundum tuam veram promiſſionem & propter ablatam a nobis mundanam dignitatem efficiamur milites in ſancta tua civitate, b in qua tecum venient omnes congregati in fide Chriſti tui, cum quo tibi Patri debetur gloria & poteſtas cum ſancto & vivifico Spiritu in ſecula. Amen.

11 Completis autem tribus diebus, præſidam eurſus Maximianus, in eumdem locum portæ Hamaxicæ rurſus concurrente univerſa civitate, accerſiit Sanctos. Hi vero acceſſerunt tracti a miniſtris, & ſteterunt ante impium. Hic autem minas temperans clamentia, dixit eis: O viri: diſcite tandem quid vobis expediat: & accedentes, diis ſacrificate, & vitam accipite, & noo mortem acerbam. Dixerunt Sancti: De hoc bonum conſilium cepimus, o Imperator: odio habere hanc vitam, quæ eſt ad tempus; diligere vero mortem propoſitam, propter Chriſti deſiderium. Per ipſum enim vitam æternam ſperamus lucrifacere. Decetero ergo fac breviter, quod vis. Nos enim non negamus Deum noſtrum, neque dæmones tuos adoeamus. Nam in condemnatione hujus mortis, quæ eſt ad tempus, liberamur ab æterna condemnatione.

12 Hæc cum dixiſſent Sancti, vidciu tyrannus in medio eorum adoleſcantem dixit ei: Quod eſt tibi nomeu, & cujas es genere? Dixit adoleſcens: Nominoe quidem Photinus, a vera luce accepto nomine. Sum autem miles Chriſti, qui pudore affecit patrem tuum ſatanam. Et ſum genere quidem Romanus, filius vero & carnalis & ſpiritalis Mauricii clariſſimi. Ex eo enim ortus, & ab eo accepta Dei cognitione, in Chriſti fide ſum educatus: quem tu negans, o Imperator, comparatus es jumentis inſipientibus, & ſimilis factus es illis. Dixit tyranus: Stoltus es adoleſcens, & ſunt tua verba ætate indigna. At jam diſce, quod tibi conducit: & accedens, ſacrifica maximo deo Jovi, & parce tuæ juventuti. Dixit adoleſcens: Propterea quod non facio, quod vis, neque ſacrifico ſimulacris, dicis me ſtultum eſſe. Nam quod attinet quidem ad fidem Domini mei Jeſu Chriſti, valde ſapio.

a *Genticum vertit in ſecunda perſona, confiteatis, abominetis, abiicias, milites. Græce in infinitivo locumur, ſed qui a prima perſona plurali præcedenti regitur:* τὸ πατέρα τὸ μονογενὲς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ἑνὸς εἶναι, ὁμολογοῦμεν καὶ τριάδα &c.

b *Locu ſequentium hujus numeri ipſe legantur apud Lipomanum.* Et adſcribamur in numerum civium cum omnibus tuis Sanctis, qui tibi a ſeculo recte in fide placuerunt: Quoniam tu es ſolus Deus, & te decet gloria & potentia. Amen.

CAPUT III.

Verberibus, igne, ferreis unguibus afflicti Martyres. S. Photinus capite plexus.

13 TUnc rurſus dixit tyrannus Sanctis: Quouſque importunitatem veſtram ſuſtinemus, & tormenta differimus ex benignitate incomparabili? Sacrificate ergo diis, ne in vos armetis juſtitiam. Dixeruot Sancti tyranno: Siquid ingenii habeas aut ſcientiæ miniſter immundorum dæmonum, didiciſti a Photino noſtras viter. Si enim ille, cum ſit ætate juvenis, pudore uſſecit impiam tuam mentem & nullo ſenſu præditam, per ſinceram ſuam fidem & Chriſti cognitionem; quanto magis nos contendemur tormenta omnia ſuſtinere, ut padore afficiamus patrem tuum diabolum, & placeamos Chriſto? Tunc iratus tyrannur, juſſit Sanctos verberari erudiiboum nervis: & cœperunt miniſtri eos cædere, donec carnes eorum diſcerpſerunt: & cum valde emanaret eorum ſanguis, Sancti ſurſum adſpicientes in cœlum clamabant, Chriſto Deo ſupplicantes, ut eis vires adderet, & levaret eorum labores. Qui cum audiiſſet inteuſam eorum precationem, ad eos acceſſit poteſtate, quæ non cadit ſub adſpectum, & allevavit labores tormentorum, & corda eorum in caritate erga ſe confirmavit.

14 Cum defeſſi autem eſſaot tortores, tyranuur dixit Sanctis: Cognoviſtu, o audaces homines & temerarii, quam ſit mihi facile vitam veſtram perdere? Sacri-

omnes conſtanter ſuam profitentur

habita militari & zonis privantur

horum militarem conſtantiam

carceri mancipantur

ſe invicem exhortantur

& auxilio Dei implorant

b

Sanctis tortoribus Imperatoris argentur

cadunturque pradæ Sanctorum

a Chriſto confirmantur

A Sacrificate ergo diis, ne acerbiora tormenta ſentiatis. Sancti vero reſpondentes, dixerunt tyranno: Hoc cognoſce, o impie & aliene a vero Deo noſtro, quod quemodo tu Chriſti caritatem & ejus ſplendorem non ſentis propter tenebras, quæ mantem tuam operiunt ex errore dæmonum; ita neque nos tormenta tua ſentimus, propterea quod mens noſtra ſit illuminata a fide & caritate Chriſti Dei noſtri. Excogita ergo alias in nos novas machinas tormentorum. Sitit enim mens noſtra, & deſiderat quæ eſt ex Chriſto caritas, per quam in nos ſententiam contemplari Deum vivum & regnantem in ſecula.

capiamus alia tormenta?

15 Hæc cum audiſſet tyrannus & valde ſuiſſet iratus, jubet accendi rogum maximum, & in eum proiici Martyres. Cum impleſſent vero ſatellites inhumanum ejus juſſum, Sancti ſua ſponte acceſſerunt ad rogum, ſe invicem adhorrantes, ut ad ignem tamquam ad aquam accederent: neque ullam ducentes rationem carbonum cauſtionis, magno & conſtanti ſpiritu diaerunt tyranno: Nos, Maximiane, conſiderantes cæcitatem tuam & ſenſus egeſtatem, lapidei rui cordis miſeremur, quod fueris miniſter erroris immundorum dæmonum, non valens reſipiſcere aut *a* cognoſcere, quomodo omnem humanam ſuperet fortitudinem tanta tolerantiæ perſeverantia. Quis enim abſque divina refrigeratione adB verſus omnia exedentem flammam decertavetit? Qui autem ſpiritu fervent & Deum induerunt, ignis conſumens illos, qui ſicut tu ſunt impii, nequaquam pios lædere poterit. Flammæ enim non eſt a natura ingenerarum, ut conſumatur a flamma, quæ eſt ad tempus, & in quam cadit interitus. Quamobrem fruſtra laboras, o ſtolide tyranne, qui nos, qui Chriſti conflagramus caritate, igne contendis conſumere. Nos enim ignis candefecit, ſicut candefit argentum.

ſponte ſua occidunt ad ignem;

a

manent illæſi;

16 Cum omnes autem, qui audiebant, propter hæc verba admirarentur, tyrannus, qui erat vas interitus, perſeveravit velle Sanctos perdere, & neque perſuaſus fuit verbis glorioſorum Martyrum, neque rebus ipſis fuit obſtupefactus. Quamobrem jubet rurſus Sanctorum palis affixorum latera ferreis unguibus fortiter cædi. Cum ergo ſancti & genetoſi Martyres hoc quoque certamen ſtrenue decertarent, & omnes admirarentur hujus Imperatoris amentiam, præclarus Martyr Mauricius dixit tyranno: Non ſentis tuam imbecillitatem & miſeriam, o immonde & profane tyranne, quod Photinus parvus hic adoleſcens tui imperii fregerit audaciam? Talia enim & tam multa ſubiiſſe tormenta, eſt tui crudeliſſimi imperii confractio. Quomodo ergo univerſam noſtram phalangem frangere poteris, qui a tantillo adoleſcente fueris ſuperatus?

ferreis unguibus eorum latera cæduntur.

C 17 Propter hæc verba ira percitus ſceleratus Maximianus, & ardentibus cum intuens oculis, & ſtridens in eum dentibus, & volens ſanctum & beatum Chriſti Martyrem Mauricium acerbe ulciſci, jubet ſpiculatori, ut ante oculos patris filium conficiat & occidat. Eo itaque præſente, & filium adſpiciente, ejus caput abſcidit ſpiculator. Cum ergo hoc modo beatiſſimi Photini caput venerandum fuiſſet amputatum, iſque pulchre & glorioſe migraſſet ad Dominum, dixit præclarus Mauricius: Noſtrum deſiderium impleviſti, o tyranne, & de cetero firmum & ſtabilem habemus curſum cœleſtem. Quis enim ex noſtra multitudine ſuſtinebit ſuperari a Photino Chriſti milite, qui migravit in cœlum, & pudore affecit patrem tuum diabolum? Ad hæc majori ſtudio & contentione tormentorum in nos excogita cruciatus, & nihil a te prætermittatur eorum, quæ probaut, an firmam & immobilem fidem Chriſto ſervemus.

S. Photinus decollatur.

a *Gentiamus ita vertit*: Cognoſcere Deum cœli & terræ, qui tantam nobis fortitudinem dedit & tolerantiam.

CAPUT IV. D

Lenta mors Martyribus a veſpis & crabonibus illata. Reliquiæ ſepulta.

18 Quando autem vidit Maximianus ſanctos Chriſti Martyres prompto & alacri animo perſeverantes, & rectam ſuam fidem non deſerentes, convocato inhumano ſuo ſenatu, cum eis conſultabat, quemadmodum ſanctos Martyres morte afficeret acerbiſſima, per quos terrorem afferret Chriſtianis, qui erant in toto orbe terrarum, efficeretque ut ab inculpata religione deficerent. Unus igitur ex iis, qui in ſenatum convenerant, qui erat radix acerbitatis, & fructus nequitiæ, & cujuſvis alterius malitiæ & injuſtitiæ arbor feraciſſima, ſuaſit tyranno, dicens: Eſt hoc quidem tempus maximi æſtus, erat enim tunc menſis *a* Panemus: locus vero extra civitatem verſus occidentem interduos eam prætertabeotes fluvios & lacum ſitus eſt, conſtitutione quidem planus, ſæno autem & infinita alia materia plenus: quem, qui in eo loco habitant, vocant Rogam, propterea quod ſit *b* veſparum ac muſcarum acerbarum habitaculum ac ſpatium varii generis colicibus repletum, quos meridie ne facile quidem poteſt aliquis tranſire ſine periculo: Jube ergo eorum corpora ongi melle, & in eo alligari cum animalculis, ut in hoc cruciatu ſentiant interitum graviorem tormentis E omnibus, quæ præceſſerunt, & cognoſcant, non eſſe maledictis inceſſendos æternos noſtros deos. Et quid juverunt auſos contrariam, quam Imperatores petagaot, loire viam.

Conſilio habito ut ſanctus ad crabonibus lacerſcitorum dilaniandus tradatur.

b

19 Placuit verbum & conſilium hoc Imperatori & univerſo Senatui, & jubet Imperator eos tradi huic ſupplicio. Cum itaque meridiem obſervaſſent miniſtri iniquitatis, & tempus animadvertiſſent quietum, in quo flatu ventorum, infinita animalculorum multitudo eſt, quæ corporibus, in quæ inciduut, gravem & moleſtam efficiunt perforationem; catenis vinctos deduxerunt Sanctos in hunc locum: eumque elegerunt humidum, ſitum prope fontem perennem, ea quo enaſci ſolent limoſæ lacunæ & voragines, ubi etiam ſoler degere multitudo ejuſmodi animalculorum: Melle quidem ongunt Sanctorum veneranda corpora; lignis autem eos vehementer alligant in eo loco, projicientes etiam venerandum corpus inclyti Martyris Photini ante faciem patris ſui benedicti Mauritii, reputantes ſe ex eo majus allaturos ſupplicium. Hæc ergo cum feciſſent, quamprimum receſſerunt, ut qui venenatorum animalculorum mioime ferrent impetum.

Sanctis melle unctis animalculis expoſitis exponuntur;

mellis unctis animalculis expoſitis exponuntur;

20 Cum itaque Sancti decem dies & noctes hoc intolerabile & acerbum pertuliſſent ſupplicium, ſublatis ad F Deum oculis, precati ſunt, dicentes: Domine Deus noſter, qui nos creaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam, & deduxiſti nos ad agnitionem tuæ veritatis & divinitatis, & unigeniti tui Filii, & ſanctiſſimi Spiritus, apud te noſtras animas deponimus, & rogamus, ut eas colloces cum omnibus Sanctis, qui tibi placuerunt a ſeculo. e Hæc cum precati eſſent, Deo tradiderunt beatas & divinas animas, & ſic dignati ſuerunt coronis decertationis.

poſt decem dies ſollicitatis ſanctis decertationis;

21 Sceleratus autem & tyrannicus Imperator Maximianus, etiam poſt mortem iraſcens ſemper viventibus Martyribus (Deo enim vivunt, qui ſecundom Deum emigrarunt, & hinc exceſſerunt) cum audiviſſet eos emiſiſſe animas jubet carnificibus abſcindi venerauda eorum capita, & projici io eumdem locum. Hi vero cum e lignis depoſuiſſent venerandas eorum reliquias, non veriti ſunt amputare colenda eorum capira. Cum ea autem abſcidiſſeot, obique per illam ſilvam projecerunt ac diſſiparunt. Quidam vero fratres fideles noctu cum magno timore accedentes, colle-

capita poſt mortem abſcinduntur;

EX MS. GRÆCO.

gerunt veneranda eorum capita & ſanctiſſima eorum A corpora, & cum honore & multa odoris ſuavitate, diſpiritumur ſoſtin re- vinaque pſalmodia & intenſis precibus, in terra fodientes, depoſuerunt ipſa in eo loco, ubi decertaverunt præclari & fortes Chriſti milites. In quo etiam apparent tamquam luminaria in mundo.

d 22 d Lætare igitur Apamea, ſpirituali circumcincta corona ex diverſis lapidibus pretioſis compoſita, ac Epilogus ad Apa- mentes. cœleſti ditata theſauro confidente quamdam diviniſſimi ſplendoris concordiam. Variæ quidem divitiarum effulgent margaritæ, ſed ad illam, quæ lucem præbet ad unam eamdemque ioceratæ Trinitatis fidem, cœlum exultat: terra quoque ſole juſtitiæ illuminata, ac multiplicibus ſtellis ſelucens, in ſeptuaginta his Martyribus gloriam Dei divulgat. Quorum nos quoque omnes digne mur eſſe celebris conventus partieipes & gratiæ, uno animo & conſenſu fruentes, quæ ab eis proficiſcitur, curatione, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & potentia, cum Patre & ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. D

a *De Panemo menſe ſupra egimus, eumque convenire apud Syros cum Julio Romanorum divimus.*

b *Græce hæc ita leguntur: διὰ τὸ σφόδρα καὶ χαλεπαινόμενος τοῖς ἀστεργέσι γένεσιν, κατοικεῖ τε καὶ σκιρτᾷ πανηγυρίζων χαρᾶς.De quibus Aldrovandus lib. de Inſectis diſputat, ad l. 11. de veſpis, quæ σκῖνες Græce dicuntur, quos tamen nomine crabonum ejus non intelligi oſtendit pag. 198. 199. 223. & ſeqq. Loco χαλεπαινόμενος, in Manali μιξοῦ legitur. Sunt autem μὶξ μοσχεῖα, & χαλκῆ μὶξ ahenea muſca a colore aeris ita vocata, de quibus Aldrovandus lib. 3. cap. 1. pag. 346. At cuſides Græce κώνωπες & exiſtimat dici tradit cap. 5. pag. 382. & ſeq. hos etiam culices multorum Latinis dici. De cuſidibus ſilex Geneſianus.*

c *Apud Lipomanum addunter hæc verba: Quoniam te dileximus, & te deſideravimus ex toto animo noſtro, & pro te noſipſos ad mortem tradidimus. Tu es enim Deus ſolus benignus & clemens, & te decet gloria in ſecula, Amen.*

d *Hæc ad Apamenſes apoſtrophe deeſt apud Lipomanum.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS

VERULO, SECUNDINO, SIRICIO, FELICE, SERVULO, SATURNINO, FORTUNATO, JOCUNDO, JULIANO, ALEXANDRO, ET XVI. SOCIIS, ADRUMETI IN AFRICA, E

B

G. H. Sylloge hiſtorica.

XXI. FEB. 1 *TRia hic expendenda, quæ ſcilicet fuerit conſtituta hiſce athletis palæſtra victoria? quos in fuerint, quæque eorum nomina? quo potiſſimum floruerint tempore, ſeu quanam perſecutione caſi. Ac primo* Africam aſſignant omnia fere *Martyrologia, quorum aliqua nullam praterea memorant civitatem: alia addunt* Adrumetum, Hadrumetum, Adrumentum, Adrumitum, *& ex librariorum errore* Aſſumitum, Arimetum. *Urbs ea eſt Africæ propriæ, antiqua & celebris in Byzacena provincia, a priſcis ſcriptoribus vario etiam nomine inſignita: Ptolemæo lib. 4. cap. 3.* Α'δρύμητος πόλις Adrumittus Colonia. *Straboni lib. 17.* Α'δρύμη πόλις, ἐν ᾗ καὶ ῥίζαι ἰδ. Adrume civitas, in qua etiam erant navalia, *ob commodum ſinum, qui Adrumeticus appellabatur. Stephano de Urbibus* Α'δρύμαι, Α'δρύμητος, *quem tamen gentivum aſſerit etiam pro recto aſſumi. Aliter etiam nuncupari a Thucydide, Pauſania, Tacito, Plinio, obſervat Ortelius in Theſauro Geographico.* Adrumeticum Ma- C vilum *martyrem memorat Tertullianus lib. ad Scapulam cap. 3. quem cum Martyrologio Romano celebravimus 4. Januarii. At* Felicis Epiſcopi Adrumeti *meminit Victor Uticenſis lib. 1. &* Filolocius Epiſcopus Adrumetinus *interfuit Collationi Carthaginenſi anno 411.*

Sixti Martyris

In Africa,

Adrumeti poſiti,

Sirices, vel Siricius,

Jocundus,

Fortunatus,

a *Tres ex hiſce Adrumeti paſſi hoc die Martyribus ſuggerunt Uſuardus, Bellinus, Caniſius, Maurolycus, Felicius, item MSS. Martyrologia s. Richarii, Leodienſe s. Lamberti, Brugenſe s. Donatiani, Trevirenſe s. Paulini, Calonienſe Carmelitarum, Bruxellenſe s. Gudila, Ultrajectinum s. Mariæ, Adonis MS. Morinenſe & s. Laurentii apud Leodium, MS. Florarium, Martyrologium Colonia an. 1490. excuſum. In his eadem ubique fere verba leguntur:* In Africa, civitate Adrumeto, SS. Veruli, Secundini, Servuli & aliorum 20. Verulus, *alii* Verolus, Veronus, *&* Netolus *dicitur*: Secundinus, *in Uſuardo MS. Regina* Sveva Secundianus. *Martyrologium MS. Latienſe quatuor nomina Martyrum profert, & quidem tria a prioribus diverſa:* In Africa natale SS. Servuli, Juliani, Saturnini, Felicis, & aliorum decem & ſeptem. *Martyrologium MS. Tornacenſe s. Martini, quinum adjungit his verbis*: In Africa natalis SS. Secundi, Servuli, Juliani, Saturnini, Felicis, & aliorum ſeptemdecim. *Hic* Secundos *in Martyrologio Latienſi amiſſus, alii* Secundinus *eſt.* Julianus *ex his duobus MSS. ſed perantiquis, a nobis additur, ab aliis prætermiſſus. In MS. Marſyrol. s. Cyriaci Romæ ſex nominantur Martyres:* In Africa natal. SS. Veruli, Secundini, Servuli, Sirici, Felicis, Saturnini, *nulla facta anonymorum faciorum mentione: quos octodecim fuiſſe tradit Marſyrol. MS. Colonienſe s. Mariæ ad Gradus, præter ſex nominatos:* In Africa natale SS. Satusni, Secundi, Sesvuli, Sirici, Felicis, Jocundi, & aliorum octodecim. *Apud Bedam ſeptem ſuis nominibus exprimuntur:* Io Africa, *inquit*, SS. Veroli, Servoli, Secundini, Siricii, Felicis, Satusnini, Fortunati & aliorum ſedecim. *Eadem leguntur apud Rabanum, ſed* Sirici *reſumpto nomine, non* Siricii, *ſicut apud Bedam legitur.*

Fortunatus,

3 *In perantiquo MS. Richenovienſi, amiſſo* Secundino, *bi ſeptem exprimuntur:* In Africa Aſſumito civitate, Vexilli, Jocundi, Servuli, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati. *Olo recenſentur a Nuckera his vocabulis:* In Africa SS. Veruli, Secundini, Servuli, Syricii, Felicis, Jocundi, Saturnini, Fortunati & aliorum ſeptemdecim. Alibi Victorini *&c. Qui tamen* Victorinus *in MS. Aquiſgranenſi Afris illis jungitur:* In Africa natalis SS. Veroli, Servoli, Secundioi, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati, Jocundini, Victorini, & aliorum 28. *Legendum videtur &* aliorum 18. *niſi forte* Victorini, *qui tamen plures fuerunt, conjungantur. In pervetuſta & a mille prope annis exarata Martyrologia Romana, quod s. Hieronymi indigetatur, hæc leguntur*: 8. Kal. Martii. In Africa civitate Adrumitu, natalis SS. Veruli, Secundini, Servoli, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati, Jocundi & aliorum octodecim. Et alibi Victorini, Mippalici *&c. de quibus ſeorſim agemus. At relatis hiſce olio quia ſupra nominatum adjungimus* Julianum, *alii anonymi, non* octodecim, *ſed ſolum* ſeptemdecim *remanent: quos Beda & Rabanus* Sedecim *aſſerunt, quæ & nos in titulo poſuimus, pro decimo ſeptimo jungentes* S. Alexandrum, *cujus unius mentio fit in Martyrologio MS. monaſterii s. Maximini his verbis*: 9. Kal. Martii. In Africa natale

Julianus ex Martyrologio Polit.,

In aliis Martyrologiis non legitur,

non Victorinus hic annotandus

adjungitur S. Alexander,

A uatale S. Aleaandri. *Ita universim damus sanctos Martyres sex & viginti, quos etiam in antiquo Martyrologio Romano, sive s. Hieronymi, memorantur, sed pro duobus anonymis substituimus* Julianum & Alexandrum *ex aliis Martyrologiis.*

anno 16. Jan. alle antec. mus.

4 *Hæc de numero Martyrum, inter quos num aliqui fuerint Episcopi aut Presbyteri, in silentio tam variorum & illustrium Martyrologiorum, non conjectamus. Hermannus Greven in auctario Usuardi, præter tres hic ex eo relatos, addit sequentes:* Item Syrici, Saturnini, Fortunati, Jocundi Episcopi, Victorini, Petri. *De* S. Victorino *plurimorum Martyrum Duce, cui* Petros *adjungitur, seorsim altum iri jam nonnimm. Baronius in Notationibus ad 28. Augusti indicat litt. F apud Salernitanos* in ecclesia cathedrali corpora SS. Fortunati, Caji, & Aothes, *qui eo die coluntur*, asservari in fortiori crypta; in superiori autem sub altari majori positum esse corpus S. Felicis Presbyteri & Martyris, cujus anniversaria celebritas illic agitur 21. Februarii. *Verum in Officiis Salernitanis* anno 1594. *excusis colitur* S. Felix 30. *Augusti cum* S. Adaucto *via Ostiensi occisus, cujus* corpus in altari majori reconditum requiescere *ibidem legitur, nullu alicujus cultus ad 21. Februarii facta mentione. Bononia in ade s. Lucia aliquas* S. Secundini *reliquias esse in veneratione observat Masinus in Bononia perlustrata ad 21. Februarii, quasi* S. Secundini *martyris Adrumetini essent. Ita &* S. Servuli *hujus reliquias se habere Volaterrani, in suo ad nos transmisso scripto, indicarunt.*

de S. Jocundo Episcopo

S. Felix Presbyter?

S. Secundini reliquiæ Bononiæ S. Servuli Volaterris.

B

5 *De tempore martyrii apud citatos hactenus auctores altum silentium est. Passum esse* S. Mavilom *Adrumeti in persecutione Severi Imperatoris dictum est 4. Januarii: sed non continuo hi adjungendi. In Martyrologio MS. Trevirensi s. Martini hæc leguntur ad 20. Februarii:* In Africa Secundini Martyris & aliorum 24. qui jubente Diocletiano per diversa tormenta occisi sunt. *Quæ nobis non improbantur. Petrus Galesinius in suo Martyrol. necem horum adscribit Wandalis, his verbis* Adrumenti in Africa SS. Veruli, Secundini, Servuli & aliorum viginti, qui in Vandalica persecutione, corona insigniter donati sunt. De quibus, *ut in Notationibus ait*, scribit etiam Nicolaus monachus, sed breviter, ut ceteri. *Quis vero ille Nicolaus? Citarat ante Usuardum, quem in Prefatione etiam monachum appellat: an eum hic forsan citare voluit, calamo errante? Agit is de tribus iisdem Martyribus & 20 sociis Adrumeti passis, uti & ceteri, sed* Wandalicæ persecutionis *non meminerunt, quam sapius apponis absque antiquorum auctoritate Galesinius. Hunc interim secutus Baronius ista Martyrologio Romano adscripsit:* Adrumeti in Africa sanctorum Martyrum Veruli, Secundini, Syricii, Felicis, Servuli, Saturnini, Fortunati, & aliorum sexdecim, qui in persecutione Wandalica ob Catholicæ fidei confessionem coronati sunt. *In Notis hæc monet:* De his etiam Beda & Usuardus. Quod hic additum est, hos pallos esse in persecutione Wandalica, ex dicto vetere manuscripto scias restitutum. *Intelligit Martyrologium MS. monasterii s. Cyrici, in quo hoc solum verba contineri supra diximus:* 9. Kal. Martii. In Africa Natal. SS. Veroli, Secundini, Servuli, Sirici, Felicis, Saturnini, *absque mentione urbis Adrumetina, s. Fortunati & aliorum sedecim, aut persecutionis Wandalicæ, quam primus apposuit Galesinius, qui inserit in Prefatione sua ad Martyrologium, citata s. Augustini auctoritate, ais* plenam esse Africam, & refertam ubique terrarum provinciam Martyribus, neque fere locum usquam esse, ubi aliqua non extent monumenta generosæ cædis pro Christi gloria toleratæ: *qua tamen ad persecutionem Wandalicam referri non omnia possunt.*

E

AUCTORE G. H.

An Martyres hi passi sub Diocletiano?

an in Wandalica persecutione?

DE SANCTIS MARTYRIBUS

VICTORINO, MAPPALICO, PUSITIMO, CRISPINO, SECUNDIOLO, DINARE, TITO, RUSTICO, TUMULO, MASTREDO, JUSTO, SECURO, MASSERIO, GLORIOSO, ALTO, JUSTO, AMATORE, SECUNDA, SIRICIO, PETRO,

G. H.

XXI. FEB. *Martyrum Dux Victorianus,*

I *Llustris horum pugilum Dux & antesignanus est* S. Victorious, *quem* Wandelbertus *hoc versu celebrat:*

Victorine, tuo nonus de nomine fulget.

C *Idem* Victorious *memoratur in Martyrologio MS. Aquisgranensi, & cum* Petro *apud Hermannum Greven, sed consociatos Martyribus Adrumetinis, a quibus eum hic sejungimus. Quibus martyribus relatis ista addit Notkerus:* Alibi Victorini, Mappalici & plurimorum aliorum Martyrum: *qui post recensitos eosdem martyres Adrumetinos hoc ordine referuntur in antiquo MS. Martyrologio Romano, sive s. Hieronymi:* Et alibi Victurini, Mappalici, Pusitimi, Crispini, Secundioli, Dioaris, Titi, Rustici, Tumuli, Mastredi, Justi, Securi, Masserii, Glorioli, Alti, Atoris, Justi, Amatoris, Secundæ, Siricii. *In MS. Adonis Regina Suecia, qui fuit Ecclesiæ Telonensis in Provincia, ista leguntur:* Item Justi, Amatoris. *Pro his mendose in MS. recenti Carthusiæ Bruxellensis legitur*, Justi & Pastoris. *Quod mendum etiam refellitur ex MS. Richenovienſi, in quo post martyres Adrumetinos hi addantur:* Item Justi, Amatoris, Secundæ, Sirisi. *Ita duo* Siricii *leguntur in MS. s. Hieronymi & Richenovienſi, quorum alter inter Adrumetinos martyres est relatus. In MS. s. Maximini parvo, sed perantiquo, hi martyres variarum classium conjunguntur,* F Potamius, Jocundus, Justus, Crispinus, Petrus. *Ex his* Potamius *est martyr Cyprius, quem 20. Februarii retulimus*, Jocundus *inter martyres Adrumetinos hoc die recensetur. Huc spectant* Justus & Crispinus *ab aliis memorati, quibus* Petrus *adjungitur in MS. hoc antiquo. Ab Hermanno Greven in auctario Usuardi* Victorino *horum martyrum Duci socium eumdem* Petrum *additum esse diximus. Quod in MS. vetustissimo Romano habetur*, Atoris, *an peculiare martyris sit nomen, an dimidiatum* Amatoris *exaratum dormitante amanuensi, haud definimus. Malumus ergo incertum Sanctum non proponere, In MS.* &c. Vide Append. p. 758. col. 1.

cum Mappalico,

alii 18,

Secundo Siricius,

Crispinus,

adjungitur Petrus,

inter hos Justus, Amatoris,

DE SANCTIS SEPTUAGINTA NOVEM MARTYRIBUS IN SICILIA.

G. H.

CIRCA AN. CCC-III. XXI. FEB.

1 *Corona horum Martyrum Siculorum inſcripta eſt ad 21. Februarii quam plurimis Martyrologiis, e quibus Martyrologium MS. 1. Richarii hæc tradit:* Apud Siciliam Martyrum ſeptuaginta & octo ſub Diocletiano. *Verum in reliquis omnibus referuntur* ſeptuaginta & novem. *Ita Martyrol. MS. Trevirenſe 1. Martini & Florarium MS.* In Sicilia ſanctorum Martyrum 79. ſub Diocletiano. *Quæ fere eadem habentur in MS. Colonienſi Carmelitarum. Vetus Martyrologium Romanum a Roſweydo editum iſta tradit:* In Sicilia ſanctorum Martyrum 79 ſub Diocletiano diverſa tormenta paſſorum. *Conſonant quæ in MS. Colonienſi 1. Mariæ ad Gradus leguntur Ceterum Beda, Uſuardus, Ado, Bellinus, Maurolycus, Canſius, Viola Sr. Martyrologia MSS. Leodienſe 1. Lamberti, Trevirenſe 1. Paulini, Ultrajectinum 1. Mariæ, Bruxellenſe 2. Gudilæ, uti excuſum Coloniæ anno 1490. eiſdem hos Martyres exornant verbis:* Apod Siciliam, *inquiunt*, ſanctorum Martyrum ſeptuaginta novem, qui ſub Diocletiano per diverſa tormenta confeſſionis ſuæ coronam a Chriſto ſibi paratam percipere meruerunt. *His aſſentiuntur Martyrologium Romanum hodiernum, & Petrus de Natalibus lib. 3. Catalogi cap. 138. citato 1. Hieronymi Martyrologio, quod a noſtro eſt diverſum.*

Martyres 79. ſub Diocletiano in Sicilia 21. Febr.

diverſo tormentorum paſſi

2 *Galeſinius relatum encomium ſuis verbis amplificat:* In Sicilia, ſanctorum Martyrum ſeptuaginta novem. Ii Diocletiano Imperatore in crucem dati, inauditis ſupplicis affecti, confeſſionis, quam ſumma conſtantia adhibuerunt, palmam ſibi a Chriſto Domino paratam acceperunt. *Hæc Galeſinius, citato præter Bedam & Uſuardum Wandelberto, qui horum Martyrum haud meminit. Similia habet Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, nulla tamen crucis facta mentione: obſervatque neſciri, in qua Sicilia urbe paſſi ſint, cum id nec Martyrologia doceant, neque uſpiam in ea inſula colı credat. Octavius Cajetanus in Ideaoperis de Sanctis Siculis citato Martyrol. Romano hæc tradit in Martyrol. Siculo:* In Sicilia natalis SS. Martyrum 79. ſub Diocletiano & Maximiano. *In Indice chronico eoſdem ad annum Chriſti 303. refert, ſed in Indice topico aſſerit incerti loci Martyres eſſe.*

an in crucem actiſ?

3 *Ferrarius in Catalogo generali Sr. ex tabulis & Kalendario Eccleſiæ (ut ait) Cæſarauguſtanæ ad 21. Februarii iſta ſcribit:* Cæſarauguſtæ in Hiſpania ſanctorum ſeptuaginta novem Martyrum: *annotatque nihil præterea de illis apud aliquem reperiri. Qua eadem ante idem Ferrarius in Catalogo Sr. Italia tradiderat de ſanctis Siculis, qui eodem numero ſunt 79. eodemque 21. Februarii palmam ſunt martyrii adepti, unde aliquam locorum confuſionem veremur apud ſcriptores irrepſiſſe. Certe Joan. Tamaius Salazar diligens Sanctorum Hiſpaniæ indagator, plane horum Cæſarauguſtanorum Martyrum non meminit. Tabulas illas Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ nan vidimus: eo certi nihil poſſumus pronuntiare. Forſan Calendarium aliquod, ſive Ephemerides vulgares viderit Ferrarius, excuſat in Saragoſſa, quod Cæſarauguſtam Hiſpaniæ interpretatus ſit, cum eodem nomine Hiſpani Syracuſas appellent. In ejuſmodi autem ephemeridibus præ ceteris fere deſcribuntur, vel qui publicum ubique cultum habent Sancti, vel qui illius provinciæ ſunt, etſi non proprie ad eam urbem pertineant, in qua excuſa illa Calendaria ſunt. Unde ſuſpicari liceret 79 Sanctos Siculos, quorum eſt in Martyrologiis celebris hoc die memoria, tali Calendario Syracuſis extuſo inſcriptos, ut etiam ſupra in catalogo Prætermiſſorum monuimus.*

Cæſarauguſta omittuntur 79. Martyres 21. Feb. a Ferrario

qui iidem videantur.

G. H.

DE SANCTIS MARTYRIBUS SICULIS.

CLAUDIO, SABINO, ET MAXIMO.

CIRCA AN. CCC-III. XXI. FEB.

Res hoſce Martyres Sicilia adſcribit Octavius Cajetanus in Idea de Sanctis Siculis, citatiſſ. Breviario Panormitano MS. & alio Gallicano, hæc ſcribit in Martyrologio Siculo die 21. Februar. Eodem die SS. Claudii, Sabini & Maximi Martyrum ſub iiſdem Imperatoribus: *Diocletiano & Maximiano, ſub quibus ſcripſerat in Sicilia paſſos 79. Martyres, de quibus jam egimus. An hi eorum Duces & Anteſignani in glorioſo pro Chriſti fide defendenda certamine fuerunt? Certe cum eiſdem in Indice chronico poſſi tradit anno 303. item incerti loci Martyres aſſeris in Indice topico. Ferrarius in catalogo generali*, Apud Panormum, *ait*, ſanctorum Martyrum Claudii, Sabini & Maximi: *ſubnotatque eorum Acta in citato Breviario Panormitano enarrari, qua non vidimus.*

DE S. IRENE VIRGINE,

G. H.

SORORE S. DAMASI PAPÆ.

AN. CCC-LXXIX. XXI. FEB.

1 *Sanctiſſimæ Virginis* Irenes, *quæ aliis* Hirena, Erena *& Herta dicitur, aliqua Acta ex perveteri MS. Martyrologio Hiſpanienſi eruit Thomas de Herrera Auguſtinianus, provinciæ Caſtellæ Rector provincialis, a cujus calamo habemus Alphabetum Auguſtinianum magno judicio elaboratum. Hæc autem S. Irenes Acta ex dicto Martyrologio edidit Joannes Tamajus Salazar in Martyrol. Hiſpanico ad 21. Februarii, quod in Actis dicatur mortua die biſdeno cum alio Febroi, ſeu Februarii 21. unde & hoc ei texuit Tamajus elogium:* Romæ natalis S. Irenæ Virginis Deo dicatæ, & ſororis B. Damaſi Pontificis Maximi, quæ cum Patribus & fratre Hiſpanis Urbem pergeret, ibidem ſancti fratris doctrina & converſatione nutrita, relictis periculoſi ſeculi anfractibus, & devictis mundialis afflictationis laboribus, Chriſti, cui caſtitatem devoverat, inſequi veſtigia, recluſa conſtituit: ideo ſacro velamine amicta, inter ſolitudinis ſilentioſos receſſus, amœniſſimos æternæ beatitudinis campos adinvenit. *Hæc ibi. Franciſcus Labertius noſter in magno Menologio Virginum 12. Decembris, quo die S. Damaſus Papa colitur*, S. Irenem Virginem celebrat collecto ejus encomio ex Viridario Portugallix Ludovici dos Anjos, *qui cap. 34. & 35.* Acta S. Damaſi Papæ & ſororis ejus S. Irenæ *conjungit. Eumdem ſequitur Georgius Cardoſus in officiis Sanctorum Luſitaniæ pag. 18. & S. Erenam etiam appellat.*

ex Actis ab Febr.]

& 12. Dec.

2 *In Antiquarum inſcriptionum a Gruthero collectarum appendice extat pag. 1172. num. 10.* epitaphium S. Irenes ſororis S. Damaſi Papæ, *uti his verbis appellat Baronius in*

Epitaphium

A *in Addendis ad an. 384. & hæc adſcribit:* Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes ad ſanctam ſororem Virginem, Irenem nomine, a Damaſo ſcriptas fuiſſe putamus, quam & defunctam proſecutus eſt epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emerſit. *Mortua autem in Actis dicitur* ad biſſenum Pontificatus Damaſi annum: *ergo anno 379. cum hic legitimis ſuffragiis electus ſit 15. die Septembris anni 367. cujus initium fuit Urſicini ſchiſmate turbatum eſt, de quo & S. Irenæ patria ac parentibus plenior dicendi locus erit ad Acta s. Damaſi 11. Decembris.*

mortua eſt an. 379.

VITA

a Jo. Tamaio Salazario ex MS. edita.

1 INcipiunt Domino adjuvante actiones B. Hirenæ Virginis & ſanctimonialis, ſororis Damaſi Papæ, Hiſpani. Iſte qui ex patre Antonio nobili Hiſpano progenitus Romam adiverat, habuit germanam ſororem, nomine Hirenam, quæ de aliquibus etiam Heira dicebatur, & cum Romæ cum patribus, & Damaſo Virgo beata commoraretur, ſæpe ſæpius in Urbis cum pia matre ſanctorum Martyrum catecumbis pernoctabat in B oratione ad Dominum Jeſum Chriſtum, a quo, ut ſibi & patribus ac fratri concederet veniam peccatorum & vitam æternam, poſtulabat. Creſcebat in ea cum ætate ſanctitudo, cum hac in Deum & egenos caritas, tanto cautionis involucro, ut, licet quotidie aliquot famelicos ſaturaret, numquam patrum aut fratris iſta ad aures pervenerit miſeratio. Cum vero patre & matre orbata in Damaſi contubernio permaneret, mundi delicias fugiens, fratri promiſit, ſe vivituram in caſtitate, & reclusione apud ipſum; donec Deus cœleſtiſque Sponſus ipſius recordaretur ad gloriam. Damaſus ſororis Virginis intentionem auſcultans, non inveniſtæ puellæ propoſitum & demiranſ & laudans, illam in perfectionis promiſſæ caſtitatis verbo & opere perhortabat: cui non multo poſt, ut illam facilius retineret, libellum de Virginitate conſcripſit. In hoc ergo quotidie legebat Hirena, & maximus profectionis & continuationis fructus in ejus lectione cognoſcebat. In iſtis quippe ſanctis vitam glorioſam & Angelicam tranſigebat operibus, cum

In Hiſpania natus,

Romæ degit,

in operibus bonitatis,

caſtitatem amplexus,

ei libellum de Virginitate dicavit

frater Damaſus ad apicem Pontificatus Romani electus, ipſius cathedram aſcendit, non obſtantibus Urſicini & ſequacium moleſtiis; a quibus Deus, qui Damaſi fratris electioni præfuerat, Eccleſiam brevi tempore liberavit, non ſine beatæ Virginis magnis dolorum confiſtionibus, quia toto ſchiſmatis tempore ipſa in jejuniis & orationibus perſiſtens, ad benevolum Sponſum precibus, ut illud tanto ſanguine cruentatum a ſua Eccleſia ſchiſma depelleret, confugiebat. Quod obtentum eſt & orationibus Eccleſiæ, & iſtius Virginis Hirenæ veri Pontificis ſororis deprecationibus, humiliationibus & jejuniis. Quæ (jam pacifice Damaſus frater gubernabat Eccleſiam univerſalem) ad biſenum ſui Pontificatus annum, & die biſdeno cum alio Februi, febre correpta, illæſam & puram animam reddidit Redemptori. Cui Papa Damaſus hoc ſarcophago appendere carmen ſepulchrale curavit.

AUCTORE G. H. D

ut tollatur ſchiſma, follitur,

obit ex Feabruili.

HOC TUMULO SACRATA DEO NUNC MEMBRA QUIESCUNT.
HIC SOROR EST DAMASI : NOMEN SI QUÆRIS, IRENE.
VOVERAT HÆC SESE CHRISTO, CUM VITA MANERET.
VIRGINIS UT MERITUM SANCTUS PUDOR IPSE PROBARET,
BISDENAS HIEMES, NECDUM COMPLEVERAT E ÆTAS,
EGREGIOS MORES VITÆ PRÆCESSERAT ÆTAS,
PROPOSITUM MENTIS PIETAS VENERANDA PUELLÆ.
MAGNIFICOS FRUCTUS DEDERAT MELIORIBUS ANNIS.
TE GERMANA SOROR, NOSTRI NUNC TESTIS AMORIS,
CUM FUGERET MUNDUM DEDERAT MIHI PIGNUS HONESTUM.
QUEM SIBI CUM RAPERET MELIOR TUNC REGIA COELI,
NON TIMUIT MORTEM, COELOS QUOD LIBERA ADIRET.
SED DOLUI FATEOR CONSORTIA PERDERE VITÆ:
NUNC VENIENTE DEO, NOSTRI REMINISCERE VIRGO,
ET TUA PER DOMINUM PRÆSTET MIHI FACULA LUMEN.

Epitaphii. ei a S. Damaſo poſitum.

DE S. VITALINA VIRGINE

ARTONÆ APUD ARVERNOS,

C F

Commentarius hiſtoricus,

I. B.

CIRCA AN. CCC. XC. XXI. FEB.

1 ARtona oppidum eſt apud *Arvernos in Gallia, ubi & collegium Canonicorum, quorum in Eccleſia coli arbitror S.* Vitalinam *Virginem: cujus certe olim auctor eſt s. Gregorius Turonenſis lib. de gloria Confeſſorum, 5. cap. quod mox integrum recitabimus. De ea* Molanus *in prima editione auctarii ad Uſuardum*; In Gallia Vitalinæ Virginis ſanctiſſimæ. *Omiſit in poſteriori editione; qua cauſſa, neſcio. Eadem habet Canſius. Eam præclare elogio ornat hoc eodem die Sauſſajus in Supplemento Martyrolog. Gallicani, cujus hoc initium eſt.* Apud Arvernos vico Arthona quondam dicto, S. Vitalinæ Virginis Deo ſacræ, quæ ætate in puro Dei ſervitio confecta, Sponſo cœleſti ut pro meritis jungeretur, placida morte ac præmatura, hac ex luce migravit, ſepultaque eſt in eodem vico, cum multa ſanctitatis opinione apud incolas ſemper viveret, contigit ut eo tranſiret Claro-montem petens S. Martinus Epiſcopus Turonenſis.

S. Vitalina colitur Artonæ 16. Febr.

Virgo Deo devota.

2 *Cetera ex s. Gregorio audiamus:* Simile huic facto (*egerat cap. 4. de s. Gatiano Epiſc. qui s. Martino a tumulo reſponderat*) Simile *ergo* huic facto, *inquit*, apud Arthonam Arverneuſem vicum referre ſæpius ſenes viros audivi. Vitalina quædam religioſa in hoc loco quieſcit: ad cujus B. Martinus tumulum veniens, dedit ſalutationem, & illa ut ſibi dignaretur benedicere flagitavit. Poſtquam autem expleverunt orationem, converſus vir beatus, Dic, ait, ſanctiſſima Virgo, ſi jam Domini præſentiam meruiſti? Quæ ait: Reſtitit mihi una cauſſa, quæ facilis in ſeculo videbatur. Sexta enim feria, qua Redemptorem mundi paſſum novimus, aquis ablui caput. Recedens autem B. Confeſſor a tumulo Virginis, ait ſuis: Væ nobis, qui in hoc mundo verſamur! Si hæc Virgo Chriſti ſacrata hinc offendiculum meruit, quod ſexta feria abluit caput; quid nos faciemus, quos quotidie fallax ſeculum peccare perſuadet? Multa etiam in eo vico vit beatus operatus eſt, quæ inſequi longum putavi.

pitit a ſuo ſepulchro adiſtillaſſe a S. Martino,

eandem Dei miſeri ſervus,

ob lotum caput in Paraſceve;

AUCTORE L. B.

A S. Martini pompa frequentem deducens,

3 Egreſſus autem vir Dei ab Arthonenſi vico, ad urbem Arvernam greſſum direxit. Audientes autem Senatores urbis, qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ ſtemmate refulgebant, quod ſcilicet vir ſanctus appropinquaret urbi, egreſſi ſunt in occurſum ejus cum equitibus & carrucis, cum carribus atque rhedis. At ille aſello impoſitus, ſuper ſtratam vilillimam reſidens, eum advenilſet in cacumeo montis Belenatenſis, de quo vici Ricomagenſis poſitio contemplatur, vidit hos cum his pompis ad ſe accedere, dixitque: Quid ſibi volunt hi, qui nobis cum hoc apparatu appropinqaant? Reſpondit unus, qui prior acceſſerat: Quia Senatores Arverni veniunt in occurſum tui. Cui ille, Non eſt meam, inquit, ut eum hac jactantia ingrediar in orbem coram. Et confeſtim retortu rerrot ſum aſelli frano, viam, qua venerat, regredi cœpit. At illi conſequentes eum ſuppleiter deprecabantur, ut ad urbem accederet, dicentes: Audivimus famam ſanctitatis tuæ: malti ſunt enim infirmi quos te oportet viſitare. Cumque obtinere non poſſent, impoſitis manibus ſuper infirmos, qui advenerant, ſanitati reſtituit: & ad vicum Arthonenſem regreſſus eſt. Extat autem in hoc loco cancellus, in quo Sanctus dicitur ſteriſſe. Poſt hæc accedens ad tumulum Virginis ait: Gaude nunc, Vitalina ſoror beatiſſima: poſt triduum enim majeſtati Dominicæ præſentaberis, & diſceſſit ab eo locu.

egrit ſanantur,

ad tumulum, & poſt 3. dies Dei viſum hadicet.

B

4 Poſt hæc multis per viſum Virgo oſtenſa eſt, & beneficia petita præbuit, & diem obitus ſui, in quo commemoratio ejus celebraretur, edixit. Quod non aliter ſe tiendum eſt, niſi quia beati Antiſtitis obtenta Dominicæ majeſtatis præſentiam meruiſſet, ut hæc deinceps ugeret. Quodam autem tempore celebratis in ejus honorem vigiliis, cum Archipresbyter loci Eulalius Clericos convivio invitaſſet, Edarius vero alias Presbyter vidais ac pauperibus reliquis edulium præpararet; & uni piſces deeſſent, alteri vinum bonum; commonitus piſcator quidam per viſum a Virgine eſt, ut Archipresbytero piſcium copiam deferret, ſurrexitque e lectulo, inveuitque immanem piſcem in lapſum ſuom, quem ubi juſſus fuit exhibuit. Edatio autem Presbytero adparuit ſimiliter per viſum, dicens: Vade, & ſub una arbore atrii invenies unum trientem: ipſum donans, vinum dignum epulis pauperum comparabis. At ille nulli quæ viderat narravit: abiit, inquiſivit, & reperit, cnemptoque vino, pauperes Chriſti reſceir. Sicque virtus Virginis utrique apparens de ſpeciebus, quæ minus erant utroque loco, plantavit.

Piſcatus diem, qua eſſi debeat, in viſuno edulio;

D

ad epulas in die nocturna deſtinatas ſubminiſtrat ſ

5 *Hactenus S. Gregorius Turonenſis. Eadem ex ille narrat verbis aliis Sanctus:* eadem Gallice Franciſcus Laberius noſter in Menologio Virginum; *quæ conjicit lege aliqua eo tempore vetitum fuiſſe in Gallia, ne die Paraſceves caput quis lavaret. Quod enim aliqui delictum futurum fuiſſe* Vitalinæ? *Naſquam legi illius meminerem reperi. Adsit, non fuiſſe eam tunc pœna ſenſus cruciatam, ſed ſole videndi Dei deſiderio.*

quæ ejus culpa?

pœnæ?

6 *Subjungit Sanctus:* Colitur etiam Metis beata hæc Virgo ex avito more, ut ex majoris Eccleſiæ conſtat priſcis diptychis. *Eanos diptycha non vidimus. Ferrarius quoque in generali Catal. Sti. ita ſcribit:* Metis in Gallia S. Vitalinæ Virginis. *Citat Molanum, & tabulas Eccleſiæ Metenſis. Vixiſſe* S. Vitalinam *arbitror eo tempore ipſo quo Eccleſia Turonenſi præerat s. Martinus; mortuam menſe ferſan uno alterove prius quam Arthonam Sanctus idem veniret:* circa annum 390. *inquit Laberius.*

dictus & Metis coli. E

quando obiit?

DE S. SEVERIANO

EPISCOPO SCYTHOPOLITANO MARTYRE,

I.

Commentarius hiſtoricus.

AN. CHR. CCCLII. XXI. FEB.

1 *Abſoluta Chalcedonenſi ſynodo, quæ quarta œcumenica fuit, anno* 451. *habita contra Eutychetem, unicam in Chriſto naturam aſſerente ex divina humanaque commixtione conflatam; factioſi quidam monachi, Eutychiti obſtinate adhærentes, magnas in Paleſtina turbas excitarunt. Eas Cyrillus monachus, antiquus auctor & gravis, in Vita s. Euthymii Magni Abbatis, quem* 20. *Januarii dedimus, deſcribit cap.* 12. *eaque pauca excerpemus.*

Turbæ in Paleſtina an. 452.

2 *Cum Sanctus ille Abbas, jam* 75. *natus annos, ſynodo decreta a Stephano Jamnia & Joanne Saracenorum Epiſcopis, diſcipulis olim ſuis, ad ſe allata amplexus eſſet, ut conſentiria rectæ regulæ veritatis; pervalit repente fama totam ſolitudinem, quod Magnus quoque Euthymius ſequeretur ſynodum Chalcedonenſem. Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxiſſet, niſi quidam Theodoſius, habitu quidem monachus, moribus vero præſtigiator importuniſſimus & mente corruptiſſimus, veniens in Paleſtinam, cum de dicta ſynodo quædam improbe confluxiſſet, quod everteret quidem dogma rectæ fidei, introduceret autem, vel potius revocatet, dogmata Neſtorii; cepiſſetque Eudociam, quæ tunc verſabatur in Paleſtina; per ipſam induxit omnes monachos: & deinde etiam Sedem Hieroſolymitanam inverecunde (o juſtitia!) & impudenter invadit, & eum ex poteſtate accepiſſet facultatem, bellum gerit adverſus divinos canones & leges. Hinc que factum eſt, ut homines probi & moderati, a Sedibus & ſacris expellerentur, nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus ſceleratas Pontificum ſanguine (proh dolor!) polluerer: malefici autem & præſtigiatores, & peſtes & carceribus potius digni quam Sedibus, ſacrotam interpretes erearentur & Sacerdotes, & apud hunc ſceleratuo, & exitioſum hominem magnam aſſequerentur potentiam.*

contra concilium Chalcedonenſe,

tacitate a Theodoſio monacho qui Sedem Hieroſolymitanam invadit,

C

3 *Plura de iis moribus ſubdit idem ſcriptor, usque Eudocia Auguſta, Theodoſii junioris vidua, ſit ad Catholicas partes opera s. Euthymii revocata. Quod autem ſceleratus homines ait Pontificum ſanguine manus polluiſſe, id expreſſius declarat Imperator Marcianus in epiſtola* ad Archimandritas monachos & reliquos habitantes in Ælia & circa eam, *quæ habetur poſt concilium Chalcedonenſe, ubi inter alia ita loquitur:* Sed nihil horum, quæ rentata ſunt, noſtram latuit pietatem, quando & monumentorum geſtis & ſingulorum relationibus, nobis apertum eſt, quomodo & Ælienſiam civitas a vobis velut hoſtibus capta ſit, qui habitare in monaſteriis & ejuſmodi ſolam locis reſidere debuiſtis. Inſuper & venerandæ memoriæ Diaconi commiſſa cædes, & quod illius poſt necem etiam communi ſepultura privatum, inſenſibiliter tractum ſubdebatur injuriis. Quomodo etiam domus incenſæ & portæ clauſæ ſint civitatis, & quaſi legibus propriis civitatis cuſtodiebatis muros, & carcere violenter aperto, malorum peræſumptoribus remiſſio pœnarum, & periculoſæ fugæ præbebatur occaſio. Proficientibus autem ad pejora poſtremis, minora fuiſſe præcedentia demonſtrantes, Juvenalem ſanctiſſimum Epiſcopum, & alios reverendiſſimos Sacerdotes, per quemdam ad hoc deſtinatum interficere voluiſtis. Cum vero is qui miſſus fuerat, fuiſſet ſpe ſua deceptus, ſine effectu ſuam veſaniam, & eorum a quibus miſſus fuerat,

F

orbe per monachos capta auctore Dioscoro,

fugare Juvenalem Epiſcopo,

A fuerit, eſſe non ſinens, Severianum ſanctæ memoriæ Epiſcopum gladio percutiens, neque his qui cum eo erant pepercit.

4 *Hæc & alia plura religioſiſſimus Imperator. Quam Ælam vocat, ea eſt Jeruſalem, ab Ælio Hadriano Imp. condita. Diaconus a ſeditioſis illis occiſus, eſt* S. Athanaſius, *Martyrologio Romano inſcriptus* 5. *Julii. Meminit eorum tumultuum Evagrius lib.* 2. *cap.* 5. *tradit q; Theodoſium illum pſeudoepiſcopum antea* a proprio ſuo Epiſcopo in maleficiis deprehenſum expulſum fuiſſe e monaſterio, & dum Alexandriæ forte verſaretur .... multis, utpote ſeditioſum, verberibus dilaceratum, cameloque maleficiorum impoſitum, circum urbem ductum fuiſſe: eumdem maxime omnium concilium Chalcedonenſe perturbaſſe, & primum omniom monachis illis in Palæſtina quid in concilio ſtatutum eſſet, ountiaſſe: ab iis autem ipſo die ſancto Paſchæ Epiſcopum Hieroſolymorum eſſe deſignatum.

bonis improbis & hæreſmis,

5 *Nicephorus Calliſtus lib.* 15 *cap.* 9. *Theodoſium ſcribit menſes* 20. *in Sede Hieroſolymitana tyrannidem exercuiſſa. Seditionem autem illam ita exarſiſſe tradit:* Monachi quidam, qui ſynodo interfuerant, & diverſa ab ejus decretis ſentiebant, cum Hieroſolyma veniſſent, proditam eſſe fidem clamitarunt, lamentantes, & monaſticum ordinem ſatageotes concitare atque impellere, ut quæ in ſynodo rite acta erant, reſcinderent. *De* S. Severiani *cade iſta habet:* Cum Epiſcopi necdum a ſynodo reverſi eſſent, *Theodoſius* alios ordinans in urbes quaſque miſit. Severianum autem Scythopolis Epiſcopum, quod malevolentiæ illius ſuffragari nollet, oppido exactum interemit.

ſedit 20. menſes;

B *S. Severianem occidit;*

6 *Inſcriptum eſt* S. Severiani *nomen Martyrologio Romano his verbis:* Scythopoli in Palæſtina S. Severiani Epiſcopi & Martyris. *In nullis aliis Faſtis Baronii antiquioribus id reperi. Niſi is ſit de quo Kalendis Febr. MS. Florarium, Hermannus Grevenin auctario ad Uſuardum, multa mſſ. Martyrologia ad uſum variarum Belgii Eccleſiarum interpolata, ita meminere:* Ipſo die ſanctorum Epiſcoporum Polycarpi & Severiani. *Meminit* S. Severiani *Baronius iterum in Annalib.* 20. 6. *an.* 452. *nu.* 29. *Non conſtat, quo menſe ac die ſit interemptus: aliquin ſi conſtaret menſe Februario contigiſſe ejus martyrium, referendum eſſet ad annum* 453. *cum præcedenti Februario necdum in Cathedram Hieroſolymitanam intruſus eſſet Theodoſius.*

cadis impar;

7 Scythopolis, *cujus erat Antiſtes* S. Severianos, *in Cœleſyria ſtatuitur a Ptolemæo tabula* 4. *Aſiæ, band ſatis accurate, cum ejus Jordanem ſita ſuerit. Melius Strabo, ut qui* Παλαιστίνην Σκυθόπολιν, *inquit.* Scythopolis quæ juxta Galilæa. *Erat enim non procul a Jordane, ubi is e monte Galilææ, ſive Tiberiadis, emergit. Plinius lib.* 5. *cap.* 18. *in Decapolitana regione locat, aitq; antea Nyſam dictam fuiſſe,* a Libero patre, ſepulta nutrice ibi, Scythis deductis. *Fabula. S. Hieronymus de ea ita ſcribit:* Bethſan. Ea hoc oppido tribus Manaſſe accolas priſtinos non potuit expellere: & nunc appellatur Scythopolis, orbis nobilis Palæſtinæ, quam interdum Scriptura nominat Domum San, quod in lingua noſtra interpretatur inimicus. *Euſebius:* Σκυθόπολις ἐστὶν ἡ μητρόπολις τῆς Παλαιστίνης. Καλεῖται δὲ αὕτη πρότερον καὶ Βαὶθ Σὰν, ὅπερ ἐστὶ Οἴκος ἐχθρᾶς. *Jacobus Bonfrerius in Commentariis ad cap.* 17. *Joſuæ v.* 11. *quærit quando eam Scytha occuparint, tradit q; ad Chriſti uſque & Joſephi hiſtorici tempora eos illam tenuiſſe, ac proinde a Judæis Scythopolitas pro alienigenis habitos. Fuit autem, ut in Notitia Epiſcopatuum patriarchatus Hieroſolymitani ſcribit Carolus a S. Paulo, Paleſtina ſecunda Metropolis.*

Scythopolis ubi ſcita;

E

ejus in Martyrol. nomen;

DE S. ZACHARIA
PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO,
Commentarius Hiſtoricus,

AUCTORE L. D.

G. H.

AN. CHR. 1. CXXXI. XII. 1811.

C *S. Zacharias Presbyter & Conſtat ſecretarius Patriarchæ Conſtantinopoli;*

ſit Patriarcha Hieroſolymorum anno 609.

AUctor Chronici *Alexandrini, quod in Imperio Heraclii deſinit, exordium Sedis* S. Zachariæ *ad annum Phocæ* 7. *collocat his verbis:* Πεύτου δὲ τοῦ Γ' αὐτοῦ ἀπὸ Ὑπατείας τοῦ Λαμπαδίου, ἀφ' οὗ γέγονεν ἀντὶ ἀντῆ Ζαχαρίας ἀπὸ Πρεσβυτέρου καὶ Σκευοφυλάκων & ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. Mortitur vero etiam Iſacius Patriarcha Hieroſolymorum: in cujus locum ſufficitur Zacharias Presbyter ac Cuſtos ſactorum vaſorum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. *Annus hic Phocæ* 7. *convenit in annum Æræ Chriſtiana* 609. *quem etiam indicat in Chronico ille præfixa Indictie* 12. *Præerat tam Eccleſia Conſtantinopolitana Thomas Patriarcha, anno ſequenti* 610. *Indictione* 13. *die* 20. *Martii, feria ſexta mortuus, aé* 22. *ejuſdem menſis die Dominica terra mandatus: cui ſucceſſit Sergius* 18. *Aprilis Sabbato magno creatus. Qui characteres dictum annum* 610. *annotans, cyclo Lunæ & Solis* 3. *at littera Dominicali D. Imperavit Phocas annis fere octo: cœpit anno Chriſti* 602 *Indictione* 6. *die* 13. *Novemb. feria ſexta, qua a Cyriace Patriarcha coronatus eſt. Interfectus vero ab Heraclio eſt anno* 610. *Indictione* 14. *die* 5. *Octob. feria ſecunda, uti hæc in eodem Chronico Alexandrino obſervantur. Theophanes in Chronographia annos regni ejus fuiſſe ſeptem in tabulis adjunctis ſapius indicat, ac ſeptimo anno adſcribit initium Patriarchatus dictorum* Sergii & Zachariæ, *nec eos* Joannis Alexandrini, *unde & in Hiſtoria Anaſtaſii Bibliothecarii hæ legantur:* Anno Imperii Phocæ ſeptimo Sergius Conſtantinopolitanus, Zacharias Hieroſolymitanos, & Joannes Alexandrinus habeotur Antiſtites. *Potuit autem a Theophane, qui annos eum Indictione a Septembri ordiatur, ad eamdem annum referri initium Epiſcopatus & Sergii & 1. Zachariæ, ſi hic Septembri anni* 609. *aut poſt creatus Patriarcha Hieroſolymitanus, & Sergius, ut diximus, Conſtantinopolitanus menſe Aprili anni ſequentis* 610. *Sed Theophanem non exacte eam temporum rationem obſervare mox conſtabit. Magis autem ac vacillare videtur* 1. *Nicephorus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus in annis* 1. *Zachariæ ejuſq; ſucceſſoris Modeſti aſſignandis, dum in Chronographia brevi de Epiſcopis Hieroſolymitanis ſe vegetſſimum illum cenſet his verbis:* Ζαχαρίας πρὸ ἑνὸς καὶ εἰκοστοῦ ἔτους κβ'. 40. Zacharias ante captivitatem annis 22. & *in Breviario hiſtorico ſcribit Hieroſolymam captam (quod anno* 614. *contigiſſe mox dicetur)* Μοδέστου τοῦτον Ἱεροσολύμων προεστῶτος, Modeſto Hieroſolymorum jam tum gubernante Eccleſiam. *Qua ex dicendis uſtro corruunt.*

anno 9. Augſt. in meo ms?

F *non ſedit 22. annis ante captā Hieroſolymam;*

2 *Phocæ Imperatore, Indictione* 14. *die* 5. *Octobris feria* 2. *interempto, in Imperatorem a Sergia Patriarcha inauguratus eſt Heraclius: cui ex Imperatrice Eudocia Heraclius junior Conſtantinus natus eſt* 3. *Maii feria quarta, Indictione* 15. *anno Imperii Heraclii II Chriſti* 612. *anno ſequenti* 22. *Januarii a patre Imperatore conſtitutus: ejuſq; deinceps ac patris nomen rebus gerendis adſcribi juſſum, uti in Chronico Alexandrino ad annum ſequentem* 614. *quo Hieroſolyma capta, his verbis refertur:* Indictione 2. Heraclii 4. poſt Conſulatum Heraclii Auguſti 3. & Imperii Heraclii Junioris Conſtantini anno 2. Hoc anno menſe Junio, malum nobis accidit, æternis lacrymis proſequendum. Præter alias enim multas Orientis civitates etiam Hieroſolyma a Perſis capta eſt, multis millibus in ea, Clericis, monachis, ſacris Virginibus occiſis. Incenditur Domi-

eo anno 614. menſe Junio capta,

AUCTORE G. H.

A Dominicum ſepulchrum, nobiliſſimaque Dei templa, & &, ut verbo dicam, pretioſa omnia evertuntur. Veneranda Crucis ligna uoa cum vaſis ſacris, quorum innumerus fuit numerus, a Perſis auferuntur. Ipſe Zacharias Patriarcha captivus ducitur. Atque hæc omnia non longo facta ſunt tempore, ſed intra paucos dies acciderunt. *Hactenus Chronicon Alexandrinum, cum accurato calculo anni Imperatorum, Indictionis 2. & menſis Junii, anni ſcilicet Chriſti 614. Theophanes omiſſo menſe, reiicit in annum quintum Heraclii, forſan ab Octobri, anni 610. quo imperium auſpicatus Heraclius, ad Kalendas Januarii primum annum determinans, quintum ab iiſdem Kalendis ad Junium: ut ſic tres pleni anni ſint, duo vix dimidiati. Porro rem geſtam ita narrat idem Theophanes:* Hoc anno Perſæ Jordanis loca, Palæſtinam & ſanctam civitatem armorum vi ſubegerunt, & manibus, ut quidam aſſerunt, Judæorum plurimos, ad nonaginta videlicet millia, trucidarunt. Singuli etenim pro ſuis quique facultatibus Chriſtianos ementes, confeſtim occidebant. Capto vero Hieroſolymorum Patriarcha Zacharia, pretioſo etiam & vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Perſidem abduxerunt. *Hac Theophanes, quem deſcribit Cedrenus, Latine*

B *versit etiam Anaſtaſius, ediditque in Hiſtoria Miſcella Paulus Diaconus: qui omnes annum Heraclii quintum expreſſerunt, cum quartus ſolum eſſet; ea qua diximus ſuppoſitione uſi. Pro* multitudine hominum captivorum in Perſidem abductorum, *vertit Anaſtaſius* multam prædam. *Græce apud Theophanem & Cedrenum legitur,* οὐν διχηλασίᾳ νομῆς, cum captivitate multa.

3 *S. Nicephorus Patriarcha in Breviario hiſtorico paucis rem ita perſtringit:* At Choſroes rurſum contra Romanos exercitum mittens, Sarbarum ei Ducem præfecit: qui Oriente pervaſtato, ſalutaris Crucis vivifica ligna in ſanctis locis occupat, Modeſto tunc Hieroſolymorum Eccleſiam guberoante. Dux Sarbarus, *etiam* Sarbarazas *dicitur. In errorem incidit forſan Nicephorus, quod Modeſtus, dein s. Zacharia ſucceſſor, hoc in captivitate ad plures annos apud Perſas detente, præfuerit Vicarius Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Id teſtantur Acta antiqua s. Anaſtaſii Perſæ in Nicæno 2. Concilio laudata, & a nobis ex mſſ. Græcis Latine reddita, atque una cum aliis ex Latinis mſſ. edita ad 22. Januarii. In hiſce dicitur* S. Anaſtaſius *num.* 11. in ſancta civitate perductus ad Eliam ſanctiſſimum Presbyterum ſanctæ Reſurrectionis, qui eum tamquam a Deo prædeſtinatum ſuſcepit filium, & poſtea indicavit de eo Modeſto ſanctiſſimo Presbytero & Vicario Apoſtolicæ Sedis, & fecit eum baptizari. *In Græcis Actis legitur:* τῷ τιτικαῦτα τοποτηρήτῃ Ἁγιοπολιτῶν θρόνου. Qui eo tempore Vicarius erat Apoſtolici throni. *Baptizatus eſt s. Anaſtaſius* Indictione 8. anno Heraclii 10. *Chriſti* 620. *Erat autem eo tempore Modeſtus Archimandrita monaſterii s. Theodoſii, uti in Notis ad Nicephorum obſervat Petavius pag. 71. editionis regiæ, citatis nonnullis verbis Theophanis, qua in codice Peyreziano ſolum legi tradit Jacobus Goar in Notis ad Theophanem pag. 609. additurque, ab eo templum Reſurrectionis & xiuid in ſancta Bethleem a Perſis exuſtum, fuiſſe reparatum. Adſcriptas eſt S. Modeſtus Græcorum Menais ad 18. Decemb. Hinc capta s. Zacharia, adminiſtrationem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ injunctam fuiſſe probat ex Antiocho monacho Baronius ad ann. 616. n. 7.*

4 *Idem Baronius relata ad annum 614. lamentatione ejuſdem Antiochi monachi Paleſtinæ ob ſanctiſſimam Crucis ablatam, & captivos abductos, hanc num. 22. ſubiicit conſolationem:* Etenim, *inquit,* non ut olim, cum tempore Sedæiæ Regis factæ eſt Hieroſolymorum deſolatio, ad ſeptuaginta annos retardata eſt ejus reſtauratio, neque ut ſub Tito Imperatore facta eſt numquam reſarcienda vaſtatio; ſed paucos poſt annos contigit hoſtium præpotens debellatio, & captivorum qui aderant, nec non ſancti Epiſcopi Zachariæ & aliorum poſtliminio reverſio, atque ſanctiſſimæ Crucis cum triumpho ſolemnis D reſtitutio, eccleſiarumque, ut ſuo loco dicturi ſumus, integra reſtauratio. *Hac Baronius, qui ſingula quaque ad varios annos, quibus ea opinabatur contigiſſe, narrat: verum haud ſatis exacte calculos ab eo poſitos oſtendimus ad Vitam s. Anaſtaſii Perſæ, cujus martyrium & Choſrois necem adſcripſit anno 627. cum ille quidem martyrio coronatus dicatur in Actis 22. Januarii, anno 18. Imperii religioſiſſimi Heraclii, & 16. filii ejus Conſtantini; Chriſti nimirum 628) & conceptivos pridie obitus ſui ita allocutus:* Ego craſtino die vitam finio: vos poſt paucos dies liberabimini, & iniquus impiuſque Rex *Choſroes* interficietur. *Additur,* poſt decem dies prima Februarii Heraclium in Perſidem cum exercitu veniſſe. *Extat in Chronico Alexandrino epiſtola Heraclii Imperatoris* Indictione 1. anno Imperii 18. *a Perſide menſe Aprilis (cujus 3. dies dicitur Dominicus fuiſſe) Conſtantinopolim miſſa, ibique lecta 15. Maji, ipſa Pentecoſtes die, qua memorat Choſroem Regem a filio Siroe 24. Februarii ejuſdem Indictionis prima captam, & 28. occiſum. Qua nulli prorſus anno, quam 628 accommodari poſſunt Cyclo Lunæ 18. Solit 21. litteris Dominicalibus BC, quo Paſcha celebratum fuit 27. Martii, ac conſequenter* Pentecoſte 15. *Maji. Theophanes de Principum conſpiratione contra Choſroen hujuſque nece accurate ſcripſit, ſed* E *omnibus ſimul ad annum Heraclii 17. relatis, & qua per duas hiemes geſta, uni eidemque anno attribuit, at dein ad annum Heraclii 18. ſolum ea narrat, qua ab ſtate illius anni facta. Theophanem ſequuntur Cedrenus, Anaſtaſius, Paulus Diaconus, & poſt alios recentiores Baronius. Hac de ratione temporis. De liberato s. Zacharia hæc habet idem Theophanes:* Tum vero Siroes datis ad Heraclium litteris, æraque rabilis Choſrois necem nununtiat: paceque ære & ferro diuturniore cum eo compoſita, detentos cuſtodiis Chriſtianos & per univerſam Perſidem captivos cum Patriarcha Zacharia ac venerandis & vivificis lignis, Hieroſolymis, cum olim a Sarbaraza caperentur, ſublatis reſtituit. *Heraclius viciſſim, quotquot apud Chriſtianos detinebantur captivi Perſæ, liberatos in Perſidem remiſit, & magno cum triumpho Conſtantinopolim reverſus eſt. Quæ omnia anno* 628. *Heraclii 18. geſta ſunt.*

5 Anno *vero* Heraclii 19. *inquit Theophanes,* ineunte vere Heraclius Imperator venerandis & vivificis lignis ſecum latis, regia civitate ſolvens Hieroſolymam Deo grates perſoluturus perrexit... Dein Hieroſolymam ingreſſos, Patriarcha Zacharia Sedi ſuæ reſtituto, & venerandis vivificiſque lignis loco ſuo redditis, debitas gratias Deo perſolvit. *Qua eadem apud Cedrenum, Zonaram, Anaſtaſium, Paulum Diaconum aliosque leguntur. Annus is Chriſti erat 629. Heraclius dein nunc Imperii 24. Chriſti 634. cum Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanæ Eccleſiæ præeſſet, quaſi rebus jam deſperatis, Syria relicta, & venerandis vivificæ Crucis lignis ſecum Hieroſolymam aſportaris Conſtantinopolim receſſit, uti idem Theophanes, & poſt eum alii ad illum annum ſcribunt. At s. Nicephorus in Breviario hiſtorico temporibus permixtis ad Indictionem 11. ideſt, an. 629. illa tradit:* Ipſe *Heraclius* vivifica ligna, ita uti erant cum primum capta ſunt, obſignatæ ſecum deferens, Hieroſolymam perrexit & Modeſto Patriarchæ ejuſque Clero demonſtravit... Poſthæc erecta illic Cruce, Imperator eam illico Byzantium remittit. Cui Sergius Patriarcha ex Blachernis, quod templum Dei Matris eſt, cum litaniis obviam proceſſit, & ad maximam eccleſiam deducens, ibidem illam erexit. Hæc omnia ſecunda Indictione contigerunt. *Hucuſque s. Nicephorus, quem ſequitur Suidas verbo* Heraclius. *Sed Modeſtus in illud tempus ſolum Vicarius fuit, dein poſt obitum s. Zacharia, juſſu Heraclii Imperatoris Patriarcha ordinatus, præfuit duobus annis, quos Theophanes conſtituit anno Imperii Heraclii 22. ſequenti, Chriſti 632. ac ſequenti. At Nicephorus in Chronographia brevi de Epiſcopis Hieroſolymitanis unum ſolum Modeſto tribuit annum: & s. Zacharia 22.*

cum

90000. Chriſtianorum a Judæis occiſi.

Modeſto, non Patriarcha Hieroſolymitano,

ſed Vicario S. Zachariæ conſtituto,

Abbate monaſterii S. Theodoſii,

liberatur S. Zacharias

cum ligno SS. Crucis captivus in Perſidem abducitur

poſt martyrium s. Anaſtaſii Perſæ & anno Choſroe Regi 628.

a Theophane præpoſito ad annum 627. relatum,

reſtitutus Sedi anno 629. cum Cruce Chriſti,

Conſtantinopolim pulſus an. 634. dilatæ,

fruit 22. annos

A cum *Theophane*, quæ ab anno Chriſti 609. ad annum 631. numerari oportere cenſemus.

6 *Græci in Menæis, atq; Maximi Cytherei βίοις δγίων, natalem s. Zachariæ celebrant* 21. *Februarii his verbis* : Eodem die S. Zacharias Patriarcha Hieroſolymitanus quieſcit in pace. *In Menæis additur hoc diſtichon* : AUCTn. RE G. H. D

Μακάριος ἐ καὶ ἅγιος Ζαχαρίας,
Ζαχαρίου πρόδρομε μακάριε.
Sanctus es & a morte, Zacharia,
Zacharia Antiſtes terræ ſanctæ.

celebrat ad. Februarii.

DE S. PATERIO
EPISCOPO BRIXIENSI IN ITALIA.

Commentarius hiſtoricus. I. B.

INITIO VII. SEC. XII. FPā. S. Paterii Epiſcopi Brixiæ,

1 INter illuſtres Brixiæ civitatis Epiſcopos recenſetur Paterius *a Ramperto Epiſcopo in ſermone de tranſlatione s. Philaſtrii, qui a Surio editus ad* 18. *Julii. Eum plerique circa initium ſeptimi a Chriſto ſeculi vixiſſe conſentiunt. Nam falſi Eliam Capreolum lib.* 4. *hiſtoriæ Brixianæ certum videtur, dum* B. Paterium *refert ad tempora Marciani Imperatoris. Cui enim credibile, poſt s. Philaſtrium, ſui s. Ambroſio æqualis fuit, ad Marciani imperium, annis circiter* 60. *præmiſſe Eccleſia Brixiana* 17. *Antiſtites, (nam decimus ſeptimus a Philaſtrio eſt Paterius) ab hoc ad Rampertum per annos* 380. *vix totidem? At* Paterii *ſat certa erit ætas, ſi conſtiterit s. Gregorii fuiſſe diſcipulum ; de qua re poſtea.*

B

2 *Eum ſui cives die* 21. *Februarii ad aras venerantur : quo die ita illius meminit Martyrol. Romanum :* Brixiæ S. Paterii Epiſcopi, *addit Galeſinius*, & Confeſſoris. *Benedictus Dorganius in Calendario Benedictino* : S. Paterii Epiſcopi admirabilis ſanctitatis. *Arnoldus Wion* : Brixiæ S. Paterii ejuſdem civitatis Epiſcopi, diſcipuli S. Gregorii Papæ, admirabilis ſanctitate viri. *Menardus eadem habet, ſed & doctrina conſpicuum addit fuiſſe. Wion l.* 2. *Ligni vitæ* monachum : *lib.* 3. *pag.* 56. monachum S. Andreæ Romæ, *ait extitiſſe. Monachilis profeſſionis neque Ferdinandus Ughellus to.* 4. *Italiæ ſacræ, neque Joannes Franciſcus Florentinus in Antiſtitum Brixianorum Indice Chronologico* memineruntUterque *patria* Antiochenum *faciunt, Wion (cui libentius ſubſcribimus)* Romanum.

primus in Martyrologiis,

3 *De ejus reliquiis in hunc modum ſcribit Florentius* : Ejus cineres olim a S. Floriani in colle Digno, in ædem ejuſdem Sancti, quæ in pago S. Euphemiæ viſitur, C translatos, Patres congregationis Caſinenſis in S. Euphemiæ Brixiæ anno 1478. inruleruot. Cujus diem 9. Cal. Mart. feſtum facimus. *Ita geminam tranſlationem indicat ; unicam Ughellus* : Ejus oſſa, *inquit*, diuturniori mora conquieverunt in eccleſia S. Floriani in Colledigno, indeque tranſlata fuerunt in eccleſiam S. Euphemiæ, monachorum Caſſinenſium, anno 1473. *Idem* S. Antherium, ſeu Paterium, *eum vocat.*

reliquiarū tranſlatio.

4 *Antonius Poſſevinus in Apparatu, & jam citatus Wion, atque etiam Menardus, eumdem eſſe autumant, cujus extat Expoſitio novi ac veteris Teſtamenti ex libris s. Gregorii excerpta. Sigebertus, Honorius Auguſtodunenſis, Trithemius, cum de* Paterio *ſcriptore agunt, Epiſcopatus non meminere. Sigebertus lib. de ſcriptorib. cap.* 43. *ita ſcribit* : Paterius Romanæ Eccleſiæ Notarius & Secundicerius, colligens omnia divinæ Scripturæ teſtimonia, per quæ Gregorius obſcura ſuæ expoſitionis dilucidavit, tres libros edidit, duos de teſtimoniis veteris Teſtamenti, & unum de teſtimoniis novi Teſtamenti : ipſumque codicem appellavit librum Teſtimoniorum. *Eadem de illo, ſed paullo uberius, tradit Trithemius : brevius Honorius, ipſis Sigeberti verbis Poſſevinus. Meminit librorum ejus Beda lib.* 7. *in Cantica Cantic. ſub initium his verbis :* Audivi autem, quod Paterius, ejuſdem B. Gregorii diſcipulus, de tota ſancta Scriptura, quæque ille per partes in ſuis operibus explanavit, collecta ea ordine in unum volumen coegerit .... Verum necdum illud merui videre.

An idem, qui expoſitionem Scripturæ

5 *Addita eſt ea Expoſitio operibus s. Gregorii, ut a* Petro Tuſſinianenſi *recenſita, dicatq; Gregorio XIV. prodierunt ; ſed duo tantum ſunt nunc libri, prior in Pentateuchum, libros Judicum & Regum, Pſalmos, & Salomonem ; poſterior in novum Teſtamentum : videtur Expoſitio in reliquos veteris Teſtamenti libros intercidiſſe. Occaſionem ſuſcipiendi illius operis tempuſq; in proœmio auctor indicat* : Dum beatiſſimi atque Apoſtolici Gregorii, Pontificis noſtri, veſtri quoque (addam) nutritoris, dicta ſæpius lectione percurrerem, avidiuſque mihi eis aſſiduum eſſe ipſa lucuelentiſſima verborum ejus ſatisfactio ſuaderet ; quidam ineis reperi ſine comparatione potiſſimum, *ac poſt pauca* : Hujus ergo rei ardenti nimis deſiderio provocatus, quædam de eiſdem teſtimoniis coœperam ſub quadam brevitate decerpere, aliqua vero negligendo tranſire. Quod dum fieret, ſicut conſcientia mea mihi teſtis eſt, me nolente, atque hoc cautius providente, ne a quoquam aliquo modu noſceretur, per quoſdam ad ejuſdem Apoſtolici notitiam Pontificis noſtri uſque pervenit. Qui me verbis mox, quibus Beatitudo veſtra novit, ſuaſoriis, atque ad ſuperna trahentibus, hortando cœpit accendere, quatenus hoc quod neglecte cœperam, explere ſtudioſius debuiſſem, ita ut & opus, & librum, in quo teſtimonium poſitum legeretur, vel ea qua re ortum eſſet, in titulı ejus prænotatione deſignarem. Cujus rei pondus, meamque virium impoſſibilitatem penſans, in ſcipiti deprehenſus, ſicut nauta gravi fluctuum procella turbatus, ad orationum ejus portum, pavens, ſæveor, fidenſque confugi : ſciens impoſſibile non fore, quod a tanto mihi Præſule, & res ad multorum ædificationem profuturæ fierent, juberetur. Moxque hoc imperantis ſuffragio provocatus, aſſumens, quo valui ſtudio, veteris ac novi Teſtamenti in unum teſtimonia congeſta collegi.

E

F

scribit ad

6 *At ſub finem ejuſdem proœmii ita eum alloquitur, cui opus ſuum dicat, fortaſſis* Bonifacium IV. *an* Deuſdedit, *certe quidem (ut ego arbitror) Pontificem aliquem ex iis qui proxime s. Gregorium ſecuti ſunt* : Quæ Beatitudini Veſtræ, *inquit*, non temeritatis auſu, ſed amore veſtri provocatus ſtudii, quod in inquiſitione divini olim fervet eloquii, ſciens maxime in dictis prædicti Pontificis noſtri, quanta noſcendi veſtræ ſit aviditas mentis, ex multis voluminibus pauca componens, ſtudui deſtinare : humili obſecrans prece, qua valeo, ut dum vobis, vel quiſquis legerit, in hoc opere laboris mei cura placuerit, pro me ad Dominum interceſſores eſſe dignentur, quatenus hoc pondere corruptionis exoto, a meorum abſolutus inveniri merear vinculis peccatorum.

& aliud a proximis illius ſucceſſoribus dicunt ?

7 Hic *ſuam ſatis perſpicue indicat ætatem, cum ad hoc opus ſuſcipiendum, ſeſe ſcribat animatum a s. Gregorio, qui* a. *Martii,* 604. *Chriſti anno, pontificatus ſui* 14. *deceſſit. Circa idem tempus vixiſſe* S. Paterium *Brixienſem Epiſcopum ſatis perſpicue liquet ex Antiſtitum ejus urbis catalogo apud Ughellum : ut propterea credibile videatur, quod viri eruditi ſentiunt, unum eumdemq; fuiſſe. Nam procul vere eſt, quod Aubertus Miræus in c.* 43. *Sigeberti annotavit* : Paterium, ſub Cæleſtino I. Papa, legatione functum fuiſſe

Idem fere ſuiſſimuli poteſt

AUCTORE L. B. A ad Hibernos, conſtat ex Miſcellaneis Gerardi Voſſii to. 1. Bibliothecæ Patrum. *Imo* Patricius *it ſuit, in eu citata loce conſtat : Mirum ſolum indicem edinemis Colon. legiſſe videtur, ubi* Paterius *excuſum*,

an monachus fuerit ? 8 *Arnoldus Wion in Notationib. ad Martyrol. Benedictinum, fors ut validius probet monachum fuiſſe* Paterium, *iſtud ex Trithemio citat operis ejus exordium* : Cum beatiſſimi Apoſtolici Gregorii Pontificis noſtri, noſtri quoq; ad Deum nutritoris, ita ſæpius lectionem percurrerem *&c. At Trithemius ſolum habet*: Dum beatiſſimi atque Apoſtolici, *nullo amplius addito verbo. Et neque ipſe neque Beda, Benedictini ambo, monachum fuiſſe tradunt.* D

DE B. PIPPINO

DUCE ET MAJORE DOMUS REGUM AUSTRASIÆ,

NIVELLÆ IN BRABANTIA.

I. B.

Commentarius prævius.

§. I. Brabantia Ducatus. B. Pippini patria, genus, dignitas.

AN. CHR. 1 2 CXLVI XXI. FEB. B PRimum Brabantiæ Ducem B. Pippinum *prædicant recentiores Belgicarum rerum ſcriptores. Eſt* Brabantia *enimum Germania inferioris provinciarum haſtenus prima, ſex & viginti munitis vallo ac mœnibus urbes complexa, inq; iis nobiles illas, Bruxellam, Lovanium, Silvamducis, Bredam, Bergam ad Somam, & (quæ quondam regni Lotharienſis marka, limeſq; Imperii Germanici, peculiaris provinciæ titulo gaudet, quamvis a multis retro ſeculis cum Brabantia in leges ac jura eadem, ſub notis dominatu Principis coaluerit (divitiis ac magnificentia nulli reliquarum ſecundam Antuerpiam, Thonet denique, Nivellam, & alias : præterea 33 oppida nullis cinctæ muris ſeptemdecim : Meſe fere ac Scaldi fluviis concluduntur. Intra eas, quæ olim gentes conſederint, ubi dictum. Teutonica plerasque, ſeu Germonica, fuerunt : a quibus vicis Aboriginei, vel in alias Belgii eras ſeceſſerore, vel in idem cum advenit nomen convenere. Mox ſubacti omnes a Romanis, adoneſq; præſidiis coerciti, cum iis ſenſim conjugia ac ſocietatem, ut fit, miere; atque ab iis cultum humanitatis, linguam, & quod caput eſt, Chriſtianam poſtea religionem didicere. Regeſue ſui aut Duces fingulis hiſce populis, etiam ſub Romanorum imperio, præfuerint, haud liquet. Relicto fortaſſis principe Reges, ut alibi; & de Eburonibus manifeſtum eſt ex Cæſare: poſtea ſub Romanis Præfectis ac Præſidibus, provinciarum fuere propris magiſtratus. Seneſcente in Gallia, Germania, Britannia, atque alibi, Romana Reip. potentia & auctoritate, varia rurſus barbara nationes Rhenc tranſito haſce provincias populate ſunt. Sed a Francis, quorum antea pars precario in Taxandria (ea moda magnam partem ad Brabantiam ſpectat) a Juliane apoſtata ſedes obtinuerat, major dein vis incubuit : qui non, ut ceteri, ſolum vaſtato agro percurrere regionem, aliog; convehere ſpolia, ſed caſtra munire, præſidia arceſq; Romanorum expugnare aggreſſi, munit cladibus ſeptuaginta amplius annos eam Romanis in Belgica lucratis ſum. Ubi eam perdomuere, reliquam omnem Galliam, effuſo more amnis, ad Pyrenæos uſque Chlodovæo Duce pervaſerunt. Etſi vero eo tempore eadem immenſam factam hominum eſſe conſtat, non tamen omne penitus aut Belgicum genus aut Romanum exciſum. Sed eam nihil opis aliunde oſtenderetur, in Francorum jus nomenq; conceſſerunt. Hinc paſſim in Sanctorum Vitis, aliiſq; vetuſtis hiſtoriis, Romani, edeoq; ſenatorii ſanguinis Epiſcopos aut Duces licet obſervare; ipſumq; avum s. Arnulphi (cujus Arnulphi filias Anſegiſus B. Pippini gener fuit) ſenatoria ortum ſtirpe prædicant.*

Brabantia ampla Belgii provincia,

occupata olim a Germanis,

Romanis,

Francis :

2 Pippinus *igitur noſter, Francus fuerit, an Romanus, an Belgica Germanicave originis, puta Admatica aut Tungrica, ingenue fatemur nos ignorare. Conſule, ſi libet, Petrum Divæum l. 3. rer. Brabanticarum. Sunt qui nobiliſſimis inter Francos majoribus, ſunt qui vetuſtis Tungrorum Regibus ortum aſſerant : genealogias etiam contexant ; ſed ejuſmodi ut viris eruditis riſum moveant, gerre mora. Author coætaneus, qui Nivella agebat, matura jam ætate, eam s. Gertrudis octodecim poſt Pippinum patrem annis mortua eſt, in hujus Vita ita breviter de ejus proſapia loquitur* : Sed quo ordine de terrena origine genealogiam aſſumpſerit, huic ſermoni inſerere longum eſt. Quiſnam in Europa habitans hujus progeniei altitudinem, nomina ignorat, & luceat ? *Alia plura de his adiicere. Qui s. Genulphi Epiſc. miracula, e nobis 17 Januarii edita, ante annos fere 700 conſcripſit, c. 2. n. 4.* virum egregiæ nobilitatis *appellat*. Carolomanni & Emegardis filius fuit, *de quibus nihil fide dignum apud antiquos ſcriptores legi. Recentior Pippini Vita, de qua infra, Carolomannum* Principem *vocat. Divæus vult Majorem Domus fuiſſe, nec auctorem producit. Vir illuſtris fuiſſe ſolum conſtat. Videtur in Hasbanio luculentas poſſeſſiones habuiſſe, ac Landas fortaſſis, unde recentiores ſcriptores ipſi* Pippino *cognomen fingunt, antiquis ignotum*, Landenſis, Landenſis, Landini, Landiſii, a Landis, Landinienſis; *& volunt regnum tunc urbem fuiſſe. Ita mſ. Martyrol. Eccleſiæ s. Gudila Bruxellis ad 21. Februarii* : Apud Landen Brabantiæ tunc civitatem grandem, depoſitio Pippini Ducis *&c. Ædificatam a Landone Rege barbaritur Chriſtianus Maſſæus, & alia eque futilia de Pippino majoribus tradit. Tenue nunc Brabantiæ oppidum eſt ad Getam amnem : quæ tamen illic ſepultus fuiſſe Pippinus memoratur, ut infra dicemus, id ipſe ſtruxiſſe aut excoluiſſe exiſtimari poteſt, uti alter Pippinus Herſtallum, nepotes ejus Leptinas, Jupiliam, aliaq; præſertim circa Moſam, loca.*

nobiliſſimo genere,

E

Landen oppidum antiquis :

3 *An ergo Brabantia Dux Pippinus? Dux fuit, triumq; bellicoſiſſimorum Regum Clotarii, Dagoberti, s. Sigeberti, latuloro hanc poſſidet, palatio in Auſtraſia præfuit; ac ſub iis res bellicas ſumma auctoritate adminiſtravit. Idem in eo terrarum tractu, qui nunc* Brabantia *dicitur, amplas poſſeſſiones vel a majoribus accepit, vel Regum munificentia obtinuit. Ducatus Brabantiæ aliquot poſt ſeculis nominari cepit. Ducem fuiſſe in iis partibus, eoncum fere poſt Pippinum annis, Chrodobertum, ex s. Eucherii Vita 20. Febr. patet. An eum præcipue Ducatum adminiſtrarit Pippinus, an Comitatum fortaſſe unum alterumve, aut etiam plures, jure proprie poſſederit, incertum. Nam in Hasbonie, ubi Landæ, Comitatus olim tempore Caroli Calvi, altero poſt Pippinum ſeculo, quatuor fuiſſe conſtat : totidem in Brachante.*

obt poſſea Ducatus Brabantiæ a

F

4 *Et in Brachante quidem, ejuſdem Pippini fereris maritus aut gener Witgerus opimas habuit fortunas, de quibus ita loquitur Vita s. Reyneldis Virginis & Martyris, 16 Jahi a nobis edenda* : Igitur beatiſſima Virgo Rayneldis nobiliſſimis natalibus, Condacenſi caſtro, quod ſuper Scelt fluvium ſitum eſt, extitit oriunda. Nam regnante Pippino Duce, patre ſanctiſſimæ Virginis Gertrudis ..... pater illius Comes Wigerus nomine, totius Lotharingiæ Ducatus officium gerebat, & inter Palatinos Principes primatum tenebat .... Fuit autem poſſeſſio ejus ſupra prædictum caſtrum nomine Condacum, & Aminaeum, Uginiacumque, eum aliis prædiis multis, quorum nomina non expedit hic recitari. Conjunxit ergo ſibi in matrimonio puellam regiam, ſupradicta

aut & B. Pippini ex ea ſoboles

Ducis

A Ducis ſororis filiam, nomine Amelbergam .... Ex hac ergo dedit ei Deus ſobolem ſanctiſſimam, Emebertum, poſtea ſanctæ Cameracenſis Eccleſiæ Paſtorem beatiſſimum: treſque filias, quarum una Gudila, altera Rayneldis vocabatur, & tertia Pharaildis, ut in Vita beatiſſimæ Gudilæ habetur. *Geminam s. Gudila Vitam dedimus 8. Januarii, quarum prior poſt annum* 1048 *ſcripta, ut ibi oſtendimus: unde conſequens eſt, hanc s. Rayneldis multo eſſe recentiorem. Quare nec mirum, ſi mendis aſperſa ſic: quale illud, quod Witgerus Comes dicatur totius Lotharingiæ Ducatus officium geſſiſſe, cum non niſi annis* 100. *& amplius poſt Pippini hujus obitum Witgeriq; nomen Lotharingia, ſive regni Lotharienſis cognitum fuerit, quando Lotharii, Lotharii Imp. filio, Ludovici Pii nepote, anno* 869. *ſine liberis defuncto, ditionem ejus inter ſe patrui ejus Ludovicus Germanicus & Carolus Calvus, ac deinde hic idem Calvus & Ludovicus Germanici filius partiti ſunt, non ſine bello. Nec in eo ſolum mihi videtur Vita illius ſcriptor hallucinatus, ſed perperam quoque* Condacum eaſtrum ſuper Scelt fluvium *collocare, ratus* Condatum *eſſe Hannonia oppidum ad Haina Scaldiſq; confluentes: cum* Conatacum *eſſe videatur, pagus inſignis, medio inter Mechliniam & Antuerpiam ſpatio, aliquot millibus paſſuum a Scaldi. Nam eâ patrimonium ſuum s. Rayneldis, Witgeri Comitis filia, Lobienſi monaſterio tradiderit, fatentur Lobienſes ſe ἀπλῶς bona* Contacti *(quod vulgo nunc* Contick *dicitur) poſſediſſe, & jura etiamnum quadam retinere, cæteris Cardinali Granuellano venditis: Condati vero negant ſe quidquam poſſidere, aut meminiſſe a majoribus ſuis poſſeſſum.*

B *Lobienſes* Contacti, *nunc* Contick, *& pagi* Scaldos

5 *Fidem Lobienſes* Sanctas *pagum veteris Brachanti, ubi corpus aſſervatur s. Rayneldis, etiamnum tenere ex ejus donatione, licet parte jurisdictionis alienata. Et in Brachante fuiſſe Witgeri poſſeſſiones, ſive avitas, ſeu dotales uxoris, cõiicare eſt ex ejuſdē s. Gudila Vita, in qua c. 1. n. 3. iſta legun-*tur: Beata igitur Gudila Virgo dignißimum habuit ortũ in Brabantenſi pago .... parentibus ſecundum ſeculi dignitatem excellenti inſignitis proſapia, & io adminiſtrationem reip. adeptis honorum faſtigia. Pater ſiquidem ejus extitit Witgeros, quem in faſcibus Comitatus egiſſe accepimus: genitrix vero ejus generoſiſſima Amulberga conſtat nuncupata .... Copulabatur enim ſanguine S. Gertrudæ, quæ filia Pippini, connubia viriliter contempſit in terris, ut eſſet apta cœleſtibus thalamis. *In altera ejuſdem Gudila Vita c. 1. n. 1. iſta habentur:* Igitur Sigiberti Regis temporibus, qui fuit Dagoberti Regis filios, exortus quidam Comes, Witgerus nomine, in pago Brabantenſi, probabilis moribus: cujus thalamis inhærebat conjux digniſſima, cujus furrat nomen Amelberga, Majoris-Domus inclyta Pippini ſorore peogenita. *Baldricus Tornacenſis in Chronico Cameracenſi, a nobis citatus §. 2. Vita s. Emebrti, ſive Ableberti, t. 5. Januarii, ita ſcribit:* Hicex Brachateuſi pago oriundus, parentibus ſiquidem & vitæ & generis dignitate cleriſſimis, patre videlicet Witgero Comite, ſancto viro, atque Amulberga matre editus eſt. *De* S. Amelberga, *ſive* Amalberga, *aut* Amulberga, *&* B. Witgeri *ejus marite, egemus to. Julii, ubi dicitur ipſa* Sanctas oppidum, *quod a filia Reynelde Lobienſibus donatum,* excoluiſſe.

C

6 *Erat autem* Brachantum (*ſic fere olim ſcripſerunt*) *ea præcipue regio, qua nunc Scaldis Senuaq; concluditur, & ab Aldenarda, Gandavo, Teneramunda, Bruxellam uſque & Hallas, altiuſq; protenditur. Pars illius in Flandrenſium, pars in Hainoenſium Comitatu poſtea jure conceſſit: pars a Comitibus Lovanienſibus retenta, qui ſe ſuperioris Lotharingiæ Duces, & Brabantiæ (a Brachante dicta nomenclatura) appellarunt, ditionis ad Moſam & Batavia limites producta: quæ ad limites Pippini quoque olim fuere poſſeſſiones, cum ibi etiamnum oppidum exſtet,* Mons S. Gertrudis, *ſive* Gertrudenbergh, *cujus Otto I. in diplomate, a Miræo in Notitia Eccleſiarum Belgii edito, ita meminit:* Hæreditas S. Gertrudis ſita in pago Teſſandria ſuper fluvio Struona, in villa quæ dicitur Bergom, cum integritate ſua illic aſpicicore: inſulæ tres, prima Bievelaot, ſecunda Spriesant, tertia Gerſelre. *Hilfundis quoq; Comitiſſa Strienſis, inter bona, qua monaſterio Thorenſi a ſe in gratiam filiæ ſuæ Benedictæ fundato donarat, nominat* Montem littoris, *qua eadem eſt Gertrudenberga;* Ubi, *inquit,* beatiſſima Gertrudis corporaliter converſata eſt, & cellam habet a B. Amando conſecratã.

pater S. Gudilæ & Rayneldis

in veteri Brabantia

7 Brachanti *porro, quo de agimus, etymologiam inveſtigant nunc viri docti. Juſtus Lipſius Lovanii l. 1. c. 13.* Bant, *inquit,* limitem ſignificat: ſic Oſterbant & Weſterbant appellata, quæ Auſtrovantiam & Weſtrovantiam non bene efferunt aut ſcribunt. Et fuit ſane limitanea hæc regio inter utraque regna; (*Lotharii ac Caroli, ut antea jam expoſuerat, ac deinceps Francorum ac Lotharienſium, ſive Germanorum*) ideoque BRAC, A craſſo, fortaſſe dicta, quia ſæpe ceſſabant in agri & inculti erant: quod nos BRAAKERAN, & BRAECKLANDT vocamus. *At multo ante eam regnorum partitionem nomen id regioni fuit. S. Bonifacius in Vita s. Livini* terram Brachantiſiam *vocat, aut, ut alius codex habet,* Brachentiſiam. *Ipſe s. Livinus, annum ante s. Bonifacium annis, ducentis unte eam diviſionem, in carmine ad s. Floribertum Abbatem Gandenſem, ita ſcribit:*

unde Brachanti nomen?

Impia barbarico gens ea agitata tumultu
Illic Bracbaota ſurit, neque cruenta petit.

Alii id nomen formant a Baot, *quod fodas aut vinculum ſignificat, &* Brack *ſaltum: quia ad* Brachanti *fines, inde a Selandia Scaldis fluvius æſtum marinum patiatur, ſalſaſq; ab eo aquas volvat. Factum inde fortaſſis, ut fœderata, qua ad Scaldim colebant gentes, ditionem ſuam eminem* Brackbant *appellarint, aut Brack-kant. Quid ſi ab incolarum ſagacitate, & pernici ad prædas indole, nomen regio acceptit? Nam* brack *etiam canem venaticum ſignificat.*

E

8 *Qua autem* Brachantorum, *B. Pippini ætate fuerit indoles, ex citata s. Livini perſpicere Vita licet, ubi ita ſcribit s. Bonifacius:* Quo ingrediente ſalutiferis greſſibus venerando Pontifice, admirabatur amœniſſimam terram ſpatioſam, & delectabilem nimis, & benignitate Domini exuberantem, lacte & melle, & diverſarum frugum atborumque fertilitate, omniumque bonorum abundantia affatim affluentem: incolas quoque perſonali forma corporum micantes, cultu veſtimentorum compoſitos, loquela & morum gravitate honeſtos, magnanimos viros, egregios prælatores, regali militia idoneos, & omni exercitatione ſtudiorum ſuorum huic ſeculo digniter coformatos. Sed quia juxta pſalmodicem vocem, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, in chamo & fræno conſtricti ſunt, Satanæ inſtinctu legem Dei prævaricantes, adulteriis, rapinis, furtis, perjuriis, homicidiis fœdati ſunt, ut feroces canes peſtifera robie invicem ſe mordentes, ſua quæque alternatim dolo fraudentes, mutua ſe cæde proſternentes *&c. Ii tunc Brachantorum mores, non omnium fortaſſis ſed Gandavo propinquorum, apud quos Evangelium s. Livinus prædicavit, & martyrii coronam adeptus eſt. Non eſt reliqua Brabantiæ, præſertim ubi Turandri olim habitavere, eadem quæ veteris Brachanti fertilitas. At quæ hujus incolarum virtutes prædicat s. Bonifacius, eæ nunc toti reliquæ genti communes: vitia cultus religionis abolita, ut non facile nunc Brabanti morum comitate, niſi armorum, ſtudio civilis prudentiæ, ac manſuetudine, alli Belgicorum populorum concedant.*

incolæ ævo ſuo inſignes

F

9 *Hæc igitur cra-in terrarum, atq; ejuſmodi inter populos, quas diximus, Pippinus peculiares poſſeſſiones habebat: ac præterea ſumma in regno Auſtraſiæ auctoritate polebat. Nam, ut habent Annales Metenſes a Chesnio to. 3. Scriptorum Francicor. editi,* populum inter Carbonariam ſilvam & Moſam fluvium, & uſque ad Fecſioum fines veſtis limitibus habitantem, juſtia legibus gabernabat. *Uberius ea tradit auctor antiquus, qui primam s. Gertrudis Vitam, a coætaneo conſcriptam, interpolavit:* Pippious, *inquit,* nobiliſſimi quondam Karlomanni Principis filius, qui cum B. Arnulpho ſub Lothario & Dagoberto Regibus populum

Pſ. 31. v. 9. *ſed virtio dicitur*

furtus in Belgio imperat Pippinus,

inter

AUCTORR. I. B.

inter Carbonariam ſilvam, & fluvios Moſam & Moſellam, uſque ad Friſonum fines vaſtis limitibus habitantem; juſtis legibus gubernavit. *De Carbonaria ſilva, quæ nunc Hannonia pars maxima, accurate agit Ægidius Buchevius noſter Belgii Romani lib.* 12. *cap.* 11.

A

10 *Vitam habemus quamdam* S. Arnulphi, *ex antiquo codice Cancellariæ Vicenſis deſcriptam a Franciſco Laberio noſtro. In ea dicitur* Anchiſus, *ejuſdem Arnulphi* patris conſultu, filiam Principis Germaniæ ſecundæ Pippini, Beggam nomine, duxiſſe in matrimonium. *Ac paullo poſt inſinuatur quid nomine* Germaniæ ſecundæ *auctor intelligat*: Toringorum, *inquit*, regionem intraverat, quæ non modica provinciæ pars eſt Germaniæ ſecundæ, in qua eſt Colonia Metropolis.

& Germaniæ

11 *Eidem 1. Arnulphi Vitæ (ut obiter hic indicemus quod alibi erit attentius examinandum) de* Waldrada B. Pippini *ſorore, ejus amita, iſta habet*: Ex hujus Pippini ſorore, Waldrada nomine, natus eſt Gualchiſus, qui Sanctum genuit Wandregiſilum Chriſti Confeſſorem. *Bouchetus in Stemmate Regum Francorum pag.* 62. Waldradam *ait ipſi* Walchiſo *nuptam, matrem fuiſſe* S. Wandregiſili. *Waſſebergius fol.* 17. *idem aſſerit, eamque fuiſſe* Pippini Herſtalli majoris-domus *amitam: unde ſequeretur Pippini filiam, Sanctarum Beggæ & Gertrudis ſororem exitiſſe. Certior fides eſt ejus, qui* 1. *Wandregiſili Vitam* 1. *Lamberto Epiſcopo Lugdunenſi dedicavit, atque eorum quæ ſcribit, nonnulla a ſe ipſo viſa, pleraque etiam venerabilium monachorum ejus, qui ei per prolixa adhæſerunt tempora, aſſertione veriſſima prolata cognoviſſe profitetur. Hæc ergo ita ſcribit*: Denique genitor ejus, Walchiſus nomine, ea nobiliſſima proſapia ortus, conſobrinus exiſtebat Pippini excellentiſſimi Principis Francorum. *Unde conſequens eſſet Waldradam matrem fuiſſe Walchiſi, Pippini non ſororem, ſed amitam. Verum iſta ad* 1. *Wandregiſili Vitam* 22. *Julio diſcutientur.*

uxor Gualchiſi 1. Wandregiſili 1

B

12 *Vetus ſcriptor de Majoribus Domus regiæ ab Andrea Cheſneio to.* 2. *ſcriptorum Francicor. editus, tradit* Majorum-Domus primum apud Auſtraſiam Pippinum *fuiſſe. Quod hactenus nobis probatur. Nam Childebertus Rex Auſtraſiæ* Majorem Domus regiæ Florentianum *habuit, quem* 1. *Gregorius Turonenſis lib.* 9. *hiſtor. Francor. cap.* 30. *ſcribit cum* Romulfo Palatii ſui Comite, *anno Regis ejuſdem* 14. *Chriſti* 589. *miſſum ab eo in Picta vos ad cenſum exigendum. Quin & 2. Arnulphum ſcribit Regino ad nonnulli alii, ipſaque adeo Pippini Vita, quam infra dabimus, ante pontificatum hanc eamdem dignitatem irreprehenſibiliter adminiſtraſſe. Quod tamen ipſiſmet Arnulphi Vitæ auctor, qui ſe laudabilia facta, quæ geſſit, nonnulla a familiaribus illius narrantibus, pleraque per ſe met ipſum*

an primus in Auſtraſia Major-Domus?

C

cognoviſſe teſtatur, (ac proinde, ut poſtea patebit, annis amplius ducentis antiquior illo Vitæ B. Pippini, ſive 1. *Gertrudis, ſcriptore fuit (minime affirmat: ſed ſolum* Domeſticum atque Conſiliarium Regis *Theodeberti appellat, ea tamen gratia & potentia prærogativa, ut ſea provinciæ, quas ea tunc & nunc totidem agunt Domeſtici, ſub illius adminiſtratione ſolius regerentur arbitrio. An* Pippinus *ante Major-Domus fuerit, quam Auſtraſiæ Clotharius ſubjiceretur, & totius Auſtraſiæ, an ſolum inferioris, infra quæremus. Theodericus Abbas* 1. *Trudonis in Vita* 1. *Landradæ Virginis ſimul Majores-Domus fuiſſe ſub Clothario Arnulphum & Pippinum ſcribit*: Pippinos, *inquit*, Carlomanni filius, cum viro Dei Arnulpho, poſtea Metenſi Epiſcopo, Majores erant Domus. *Uterque tamen Auſtraſius erat. An pariſimul poteſtate geſſerint id munus, an diverſa parte regni, deſiniat qui aſſerit, Pippino Arnulphoque, ſecutis quatuor, & quod excurrit, poſterior.*

§. II. *B. Pippini Vita, ab eo geſta vivente Clotario II. uſque ad an.* 628.

13 DUæ extant typis editæ *Vitæ* B. Pippini, *una a Surio ad* 21. *Februarii, altera a Cheſneo to.* 1. *ſcriptorum Francorum a pag.* 594. *ex codice MS. Claudii Doremieux Atrebatis. Hæc ad verbum excerpta eſt ex libro primo Vitæ tripartitæ S. Gertrudis, quam* 17. *Martii dabimus. Auctor Nivellenſis monaſterii alumnus fuit, ut patet ex iis quæ eadem Vita habet de* 1. *Ita, ſive Iduberga, ejuſdem Gertrudis matre, Pippini conjuge*: Uxor igitur ejus, *inquit*, venerabilis Ita, ex clariſſima nobilitate Aquitaniæ oriunda, ſicut ea poſſeſſionum ejus traditione ad nos facta indubitanter cognoſcimus. Quas quidem per multa tempora, quamdiu pia viguit, Eccleſia noſtra tenuit, multamque inde pecuniam per annos ſingulos ejus auctores noſtri referre ſolebant. Sed domum invaleſcente bellorum tumultu, quia res longe remota erat, & ſine legatorum periculo adiri non poterat, paullatim negligi cœpit, donec tandem in jus alienum ceſſit. *Scripta autem videtur poſt* 900. *annum Chriſti. Nam cum lib.* 1. *ca. ultimo de filiis Ludovici Pii* Lothario, Ludovico, Carolo *egiſſet, iſta ſubnectit*: Sed quid ultra alios Reges vel Imperatores de hac gloriosa ſtirpe memorare laborem cum & eorum multiplex ſit numerus, & idem nominum ſimilitudine confuſus, ut tot Carolos, Carlomannos, Lotharios, Pippinos, Ludovicos, nec narrationis brevitas commode explicare queat, nec memoriæ anguſtia complecti ſufficiat.

D

Duæ ſeu Vitæ

una a quodam Nivellenſi ſcripta

poſt an. 900.

14 *Fuit tamen ea Vita conſcripta multo ante annum* 1100. *circa quem annum Stephanus Abbas eamdem* 1. *Jacobi Leodii tres libros de Vita* 1. *Modoaldi Trevirenſis Epiſcopi compoſuit, & Thietmaro Helmwardenſi Abbati dicavit. Sub initium autem libri primi ita loquitur*: Fuit ſoror ejus, Ita nomine, mulier admodum venerabilis, ac Deo devota in fide & operibus bonis. Quæ quidem matrimonio juncta clariſſimo Duci Pippino, genere & opibus, quod in potentibus tanto eatur mirum, quanto rarum, ſublimitate ſcilicet honorum & humilitate morum, æque nobiliſſimo, Divina providentia in omni pietatis ſtudio ſibi unanimem ſortiri meruit thori legalis conſortem. Cujus exemplo ut diſcant potentes humiliari, qui de inani ſolent potentia gloriari, non dedignentur, quæſo, audire, quod de ipſius mariti laudibus repertum, huic operi non indiguum duxi uniter inſerere. Tempore quo Dux egregius ac veriſſimus Pater patriæ rebus humanis exceſſit, tanto Auſtriam totam dolore perculit, ut planctui ejus planctus Regum nequaquam conferri poſſit. Fuit namque probatiſſimæ vitæ, ac puriſſimæ famæ, &c. *Et lib.* 2. *paullo poſt initium*: Clarebant hunc temporis in palatio viri ſtrenuiſſimi, iidemque eeligioſiſſimi: inter quos eminebat Pippinus, Carlomanni filius, Dux clariſſimus & Major-Domus ſub Clotacio, Dagobeto, & Sigeberto potentiſſimis Regibus: cujus laudum præconia, quæ in ſuperiori libello brevitee perſtrinximus, nunc, ubi res exigit, de ipſius conſiliu & æquitate, prudentia & fortitudine paullo latius diſſeramus. Ea tempeſtate Dagobertus totam potiebatur, ſub quo idem Dux, dignitate modicum a ſublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat, præſtabatque tam in bello fortitudine, quam juſtitia in pace. *Et quæ ſequuntur num.* 2. *Tum quadam ex num.* 5. *ac plura ex* 6. *ſubjungit. Nec mirum, quod in Auſtraſia Epiſcopus factus* 1. *Modoaldus, ſoror ejus* 1. *Ita ibidem Pippino nupta, ex Aquitania oriundi: quoniam, ut* 1. *Februarii ad* 1. *Sigeberti Vitam dictum, nuba in Aquitania provincia Auſtraſiorum Regibus erant ſubjecta.*

E

duo ante 1100.

quando ſcripta & Stephano Abbati Vita S. Modoaldi

15 *Prima ergo capita Vitæ illius tripartitæ, quæ alibi ſub titulo Vitæ B. Pippini edita, hic ex* 2. *MSS. monaſterii Rubea-vallis Canonicorum regularium prope Bruxellam dabimus, cum MSS. monaſteriorum* 1. *Maximini ac Bonifontis & Cheſnai editione collata.*

excerpta ex Vita S. Gertrudis.

F

altera ex extremitate

16 *Vita altera a Surio edita*, ex codice MS. gravitet, ut apparet, conſcripta, *ut ipſemet in titulo annotavit, ex priore contracta eſt, poſt annum ſaltem* 1040. *quando jà ſe Comites Lovanienſes Brabantiæ Duces appellabant. Ita enim orditur*: Venerabilis Pippinus Dux Brabantiæ, ex

patre

A patre Carolomanno Principe & matre Emegarde, fuit Major-Domus Franciæ ſub Clotario Rege Francorum & Dagoberto ejus filio. Qua dignitate parum a dominatione ac ſublimitate regia differente præditus, nimia prudenti diſpoſitione ordinabat. *Alia ſubnectit, qua in priore Vita uſque ad n. 4. totidem fere verbis narrantur. Tum iſta interponit*: Beatus igitur Pippinus primo Regum Auſtraſiæ, poſtmodmum ipſius Auſtraſiæ inferioris Præpoſitus & Dux glorioſus, erat lingua & natione Teutonicus. Decus etgo & gloria Teutonicorum, ſpeculum & norma Brabantinorum, via & exemplar morum. Beatus iſte Pater patrum Pippinus, egregius Dux, poſtquam Domum regiam, & inferiorem Auſtraſiam, ſuæ fidei commiſſam, ſtrenuiſſime gubernaſſet, vocatus eſt ad patriam ſine fine duraturam, recepturus ſuæ fidelitatis mercedem condignam. Cujus mors tanto luctu totam Auſtraſiam perculit. *Et quæ ſequuntur uſque ad nr. 9. Quibus ex verbis patet auctorem Teutonem fuiſſe, ſive ex ea ortam parte Brabantiæ, qua Teutonico ſermone utitur: eſt autem ea multo maxima, Nivella ſolum & tracta qui* Romana Brabantia, *ſive* Gallica *appellatur, linguam Gallicam retinentibus. Qua idem narrat de Pippini tranſlatione, infra repreſentabimus. Quod autem præcipue* inferiorem Auſtraſiam *ab*

B *eo adminiſtratam prædicat, id propterea dici arbitror, quod in inferiore Auſtraſia avitas poſſeſſiones habuerit, ex eaortus, atque, ut antea diximus, Dux tam in ea geſſiſſe videatur, etiam priusquam Major-Domat renuntiaretur, eamque defenderit contra Friſones vicinos hoſtes, ac Saxones Tranſrhenanos. Alioquin Regum Auſtraſia ſedes Metis fuit, ut alibi oſtendimus, quorum ibidem palatio præerat. Sub initium tamen regni an Dagobertus Metis habitaris, an Colonia aut alibi, ambigi poteſt.*

17 *Agunt de* B. Pippini *rebus geſtis plerique alii rerum Gallicarum Belgicarumque ſcriptores, uti & fuſe Chriſtophorus Brouverus noſter in Anaal. Trevirenſibus. Nemo tamen ejus ætatem diſerte conſignat. Natus videtur circa annum* 580. *ant non multo poſt, quandoquidem an.* 613. *cum, mortuo Theoderico Burgundiæ & Auſtraſiæ Rege, monarchiam regni Francorum adeptus eſt Clotharius, magna jam præditus erat auctoritate. Teſtatur id Fredegarius c.* 40. *his verbis:* Chlotarius factione Arnulfi & Pippini, vel ceterorum Procerum, Auſter ingreditur. *Enſins id narratur in Erchanberti fragmento apud Chefaanum to.* 1. *pag.* 780. *in hunc modum*: Chlotarius Rea de Auſtris, poſtquam Theodericus & Theodebertus Reges & germani mortui ſunt, receepit regnum eorum, conſilio & adjutorio Pippini ſenio-

C ris, qui tunc temporis Major-Domus erat.

18 *At quomodo is Major-Domus, cum Fredegarius ſcribat c.* 40. *Segebertum, Theoderici filium, ab avia Brunechilde in Tharingiam miſſum cum* Warnachario Majore-Domus? *Quin & Clotarius, ut idem tradit auctor c.* 42. *Sigeberto* obviam eum exercitu venit, multos jam de Auſtraſiis ſecum habens factione Warnacharii Majoris-Domus. *An prius ſub Theodeberto Major-Domus erat Pippinus, ſed, quod ei fide ſumma adhæſiſſet, a Theoderico victore de ea dignitate dejectus, & Warnacharius, qui jam ante in Burgundia Major-Domus fuerat, id munus in utroq; regno geſſit? Interfecta Brunichilde, idem* Warnachatius, *ut Fredegarius ſcribit*, in regno Burgundiæ ſubſtituitur Major-Domus, ſacramento a Chlotario accepto, ne unquam vitæ ſuæ temporibus degradaretur. In Auſter Rado hunc gradum honoris aſſumpſit. *Quid ergo Pippino factum? An ita præclare de Clotharío & regno meritus, ipſemet* degradatus? *An forſan inferioris Auſtraſia Major-Domus manſit, veteri Ripuariorum Regum Palatio Colonia præfectus, dum ſuperiorem Auſtraſiam, Alſatiam nimirum vicinaſque ditiones* Rado *adminiſtrat? An potius Erchanbertus, quo tempore Majoris-Domus dignitatem præcipue meritus eſt Pippinus, Auſtraſios Clotharío concilians, eam tunc geſſiſſe illum exiſtimavit, quæ aliquanto tamen poſt ei ſit delata?*

19 Poſt non multum *certe, ut idem ſcribit Erchanber-*

tus, Rex præfatum Pippinum in Auſtris cum filio ſuo jam adulto Dagoberto miſit, ibidem eum Regem conſtituendum, ipſumq; ei in Majorem-Domus ac pædagogum conſtituens. *Contigit illud anno Chr.* 622. *aut præcedenti. Fredegarius c.* 47. Anno, *inquit*, 38. (*alias codex habet*, 39.) regni ſecit, eumque ſuper Auſtrafios Regem inſtituit: retenens ſibi, quod Ardenna & Vuſogus vet ſus Neuſter & Burgundiam excludebant. *Quantam præclara Dagoberti indoles ſapientiſſimorum ſanctiſſimorumque virorum Arnulphi Pippinique præceptionibus ad omnem virtutem regiarum laudem confirmata, ipſi gloriam, Auſtraſiis utilitatem pepererit, in Pippini Vita n.* 5. *ac nu.* 11. *ipſis Fredegarii verbis, perſpicere eſt. Quæ eadem ab aliis auctoribus exaggerantur, & alibi a nobis commemorata.*

20 *Bella adverſus vicinos Saxones ac Friſones, utroſque armis exercitatiſſimos, & quietis pro inolita barbaris impatientes, geſſiſſe Regem adoleſcentem, manu ſtrenuam capidumq; gloriæ vix dubium eſt, & in his duce potiſſimam uſum Pippino. Verum ea non ſunt enucleate mandata literis. In Geſtis Dagoberti c.* 14. *inque Regum Francorum Geſtis c.* 41. *atq; apud Aimoinum l.* 4. *c.* 18. *illuſtris memoratur cum Bertoaldo Duce Saxonum pugna: quæ ſi vere contigit, ductu conſilioque Pippini inita eſt, etſi illius citati auctores non memnerint. Sed qua Fredegarius tacitus eam præterit, haud ſatis triam illorum ſcriptorum, ſeculis aliquot Dagoberti ætate poſterioram, teſtimonio firmari cenſent viri quidam eruditi. Brow erus l.* 7. *Annal. Trevirenſium ad an.* 628. *pag.* 411. *eam videtur pro inquiſita planeque ſibi explorata minime afferre audere*: Dagobertum interea ferunt, *inquit*, rem impigre cum gente Saxonum geſſiſſe. *Ac deinde*: mares omnes deleſſe *Clotharium* traduut, quos gladio ſuo reperiſſet longiores. *Miuus adhuc pro vero conſtat, quod in noſtratibus Chronicis traditur, Ritzardum Friſonum Regem, Francici ac Chriſtiani nominis hoſtem acerrimum, neſcio quo in prælio, Pippini ipſius manu obtruncatum, opima illi ſpolia ceſſiſſe.*

21 *Interea de ſcelerato homine ſumpſit Dagobertus ſupplicium: ad quod eum ſtimulaſſe Pippinus atque Arnulphus dicuntur, ſed non ad perfidiæ, qua interciderit videtur, infamiam. Rem narrat Fredegarius c.* 52. *quod caput abeſt tamen a nonnullis mſſ. exemplaribus*: Anno, *inquit*, 41. Chlotarii Regis, cum Dagobertus jam utiliter regnaret in Auſter, quidam ea Proceribus de gente nobili Ayglinfinga (*ime* Agilolfinga, *ſive Boio*) nomine Chrodoaldus, in offenſam Dagoberti cadens, inſtigantibus beatiſſimo viro Arnulphn Pontifice, & Pippinn Majore-Domus, ſeu & ceteris prioribus ſublimatis in Auſter, eo quod eſſet ipſe Chrodoaldus rebus plurimis ditatus, ceteterum ſaeultatum cupiditate pervaſut, ſuperbiæ deditus, elatione plenus, nec quidquam boni in ipſo reperiretur. Cumque Dagobertus ipſum jam veller pro ſuis facinoribus interficere; Chrodoaldus ad Chlotarium terga vertit, ut ſuam cum filio vitam obtinete dignaretur. Chlntarius cum Dagobertum vidiſſet, inter ceteras cooloculiones Chrodoaldi vitam precatur. Dagobertus promittens, ſi id quod male geſſerat emendaret Chrodoaldus, vitæ periculum non haberet. Sed nulla extante mora, cum Chrodoaldus cum Dagoberto Treviris acceſſiſſet, juſſu Dagoberti interfectus eſt. Cui Bertharius, homo Scarponenſis, evaginato gladio ad oſtium cubiculi caput truncavit. *Videtur Brouverus priora illa Fredegarii verba ita legiſſe in quopiam exemplari, ita certe intellexiſſe, at inſtigantibus beatiſſimo Arnulphn Pontifice & Pippino Majore-Domus, ſeu & ceteris Prioribus, (aut forte* Primoribus) ſublimatus in Auſter *dicatur* Chrodoaldus: *ita enim ſcribit*: Rodoaldum Bojum illoſtri apud Auſtrafianos bonoque genere, Arnulphi Præſulis ac Pippini Majoris-Domus conſilio hortatuque, in amicorum numerum adſcripſerat Dagobertus, &, quo carum ſibi vitam oſtenderet, haud mediocres honores impertierat. *Quod autem ſtatim ut Treviros revertis, contra datam fidem interfectus dici-*

AUCT. L. B. D

ab primis an. 621. cum datus moderator Dagoberto R.

qui ſub eo egregius evaſit,

ejus dolus bello gentis,

E

ejus conſilio do Auſtro Innovationem opprimere ſupplicium jamis,

F

AUCT. I. B.

tur, *argumento eſt, in priſtina eum perſeveraſſe arrogantia, quod nec a Pippino Arnulphove, nec a Clothario patre reprehenſum Dagoberti factum legatur.*

22 *Anno inſequenti, Chr. numerum 626. 42.* regni Chlotarii, *ut c. 53 ſcribit Fredegarius*, Dagobertus cultu regio, & juſſu patris, honeſte cum Leudibus, in Clippiaco non procul Pariſius venit, ibique germanam Sichildæ Reginæ, nomine Gomadrudem, in conjugium accepit. Tranſactis nuptiis, die tertio, inter Clotharium & filium ſuum Dagobertum gravis orta fuit intentio. Petebat enim Dagobertus cuncta, quæ ad regnum Auſtraſiorum pertenebant, ſuæ ditioni velle recipere. Quod Chlotarius vehementer denegabat; eidem ex hoc nihil velle concedere. Electi ſunt ab his duobus Regibus 12. Franci, ut eorum diſceptatione hæc finiretur intentio. Inter quos & Dominus Arnulphus Pontifex Metenſis, cum reliquis Epiſcopis, elegitur, ut benigniſſime, ſicut ſua erat ſanctitas, inter patrem & filium pro pacis loqueretur concordia. Tandem a Pontificibus, vel ſapientiſſimis viris Proceribus, parer pacificatur cum filio: reddeque ei ſolidatum, quod aſpicient ad regnum Auſtraſiorum, hoc tantum eainde, quod citra Ligerem vel Provinciæ partes ſitum erat, ſuæ ditioni retinuit. *Eadem habet Aimoinus l. 4. c. 72.* B *Quas urbes ac provincias trans Ligerim poſſederint Auſtraſiæ Reges, declaratum eſt 1. Febr. ad Vitam S. Sigeberti. Satis autem conſtare videtur, inter duodecim illos regiarum controverſiarum arbitros fuiſſe* Pippinum, *cujus erat & ſumma apud Auſtraſios dignitas, & fides erga utrumque Regem egregie plurimis in rebus perſpecta.*

alterum regni partionem a patre obtinet,

23 *Aliud Dagoberti pium factum, cujus iidem Pippinus & Arnulphus auctores extiterant, commemoratum eſt in Diatriba de tribus Dagobertis l. 1. c. 5 ex Marquardi Freheri l. de veteri Lupoduno ſive Laudemburgo, quod Eccleſiæ Wormatienſi idem Rex donavit. Diploma datum* Moguntiæ, ſub die 31. Kal. Oct. an. regni 6. *Auſtraſiani nimirum, nam ante ſextum an. regni Weſtrici, ſive occidentalis Franciæ, jam Epiſcopatuſeſt Arnulphus abdicarat, & in eremum ſeceſſerat. Ita orditur illud diploma:* Dagobertus Rex Francorum. Cunctos noſſe volumus, qualiter nos de remedio animæ noſtræ, & de futurum retributione cogitantes, omnino propoſuimus in animo noſtro Eccleſias Dei de allodiis noſtris cohæredes facere, & loca Sanctorum augmentare. De hoc tulimus bonum conſilium Procerum noſtrorum, Pippini, qui eſt Major Domus, Arnolfi Metenſis Epiſcopi, Huniberti Colonienſis Archiepiſcopi: & inde miſericordiam Dei conſequi, & ejus Sanctorum ſuffragia prometeri confidimus. *Reliqua fat eſt legere loco citato,* C *& qua ad eam firmandam donationem a poſterioribus Regibus atque Imperatoribus relata ac ſtatuta ſunt.*

bona largitio Eccleſiæ.

§. III. *Geſta a Pippino, ejuſve conſilio, ab anno 628. ad 639.*

Idem Dagobertus anno 628. movere parat,

24 ANno 45. regni Chlotarius moritur, *inquit Fredegarius c. 56. is erat Chr. 628. Dagobertus autem, ignarus quibus Procerum & populorum ſtudiis Legati, quos in Burgundiam & Weſtraſiam mittere cogitabat, eſſent expiendi, exercitum ad Auſtraſiæ fines promovit. Quæ his omnibus in rebus B. Pippini potiſſimum conſilio operaque eſt uſus, lubet qua inferius in Vita n. 5. & 11. paullo brevius perſtringuntur ipſis Fredegarii verbis hic recenſere.* Dagobertus, *inquit*, certicis genitorem ſuum ſuiſſe defunctum, *Burgundos & Weſtraſios procedere ſibi ſubjicit,* univerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, jubet eum exercitu promovere. Miſſos io Burgundiam & Weſter (*excuſa mendoſe* Auſter *habent*) direxit, ut ſnum deberent regimen elegere. Cumque Remis veniſſet, per ſuggeſtiones accedens, omnes Pontifices & Leudi de regno Burgundiæ ſibi ſe tradidiſſe noſcuntur. Sed & Neuſtraſiæ Pontificum & Procerum plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe. Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet, regnum adſumere: ſed ejus voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Produlphus (*Sichildis* D *Reginæ frater*) velleos nepotem ſuum ſtabilire in regnum, adverſus Dagobertum muſcipulare cœperat; ſed hujus rei viciſſitudinem probavit eventus.

25 Cumque regnum Chlotarii, tam Neptricii quam Burgundiæ, in Dagoberto ſuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ ditioni redactis; tandem miſericordia motos, conſilio ſapientum uſus, citra Ligerem & limitem Spaniæ, qui ponitur partibus Waſconiæ, ſeu & montes Pyrenæos, pagos & civitates fratri ſuo Chariberto ad tranſagendum, quod ad inſtar privato habitu ei vivendum potuiſſet ſufficere, noſcitur conceſſiſſe: pagum Toloſanum, Cturcioum *&c.*

partit Aquitaniæ Charibertofratri conceſſit.

26 *Eodem fere tempore accidere, qua in Vita S. Magni, ſive Magnoaldi 6. Sept. narrantur, quamquam Pippino Regi B. Karlomanni fratri tribuantur, qua manifeſtum eſt ad hunc Pippinum ſpectare. Cum ergo tribus annis poſt S. Galli obitum, ipſo anno quo Chlotarius Rex deceſſit, aut non multo poſt,* Otwinus peſſimus Dux & Etchonaldus præfectos *cœnobium S. Galli diripuiſſent, multis monachorum interfectis, Magnoaldo & Theodore flagellatis ac vulneratis;* non poſt multum temporis miſit Pippinus (qui, *ut paullo ante dicitur*, Major-Domus vocabatur) exercitum copioſum E ad devaſtandam Alamannorum provinciam, ſuæque ditioni & Francorum ſubjugandam. Cumque tota terra hoſtili repleretur incurſu, Otwinus & Erchonaldus neſcientes qua parte ſe flecterent, ſemetipſos gladio interfecerunt, quatenus ultio divina in eos permixta collata ſigna manifeſtent. *Hunc in Alamanniam exercitum miſiſſe Pippinus dicitur, quod apud Dagobertum ſumma polleret auctoritate, eumque ad id bellum in ſacrilegii ultionem Alamannis inferendum inſtigaſſet.*

Pippinus Alamannos debellat.

27 *Paullo poſt in eadem Vita iterum mentio fit ejuſdem Pippini. Nam S. Wiltherpus Auguſtanus Epiſcopus de loco ubi Faucenſe ab eodem S. Magno ædificatum cœnobium eſt, ita loquitur:* Locus ille valde anguſtus eſt & inhabitabilis, & jam diverſæ feræ ibi morantur, id eſt, cervi, npri multi, plurimi urſi, & propter illorum multiplicationem Dominus Rex Pippinus ad ſunm venationem exercendam illum ſaltum ad opus ſuum tenet. *Inferius deinde:* Profectus *eſt* ſupradictus Epiſcopus Wiltherpus ad glorioſum Regem Pippinum, qui tunc temporis Germaniam totamque Galliam regebat, cum epiſtola B. Columbani, F quam ad Lotharium direxit flagitans pro ſanctis viris Gallo & Magno conſiſtentibus in regno ſuo, ut eos benigne in amore Domini foveret, eiſque familiaria locu, prout opportunum foret, in ſua ditione tribuetet. Sed quoniam Lotharius Rex minime adimplere voluit hoc propter diverſorum inimicorum Dei infeſtationes, præfatus glorioſus Rex propter amorem & petitionem fratris ſui cariſſimi Karolomanni, qui propter Deum relinquens temporalem regni gloriæ pompam monaſterio ſe tradidit, & eleemoſynæ ſuæ largitatem, necnon & petitionem præfati Epiſcopi, ipſum locum ſublimare in aliquo largitionis ſuæ ſolatio dignaretur. Cumque glorioſus Princeps præfatus accepiſſet epiſtolam, compunctus ea petitione fraterna, diligenter interrogare cœpit ſuos Proceres ea Alamannia, qualis ille locus eſſet, quam præfatus Epiſcopus poſtulabat ſublimari. Tunc Dux Gunzo ex provinciis Auguſtenſis Rætiæ reſpondens dixit: Vere, Domine Rea, ille locus tenuis quidem eſt facultate, ſed optimus, ſi impeditio verminm deeſſet, ad venandum: quia plurimi cervi, damulæ, & hinuli, ibiceſque diverſi ibi morantur, urſorum quoque ac luporum multitudo plurima.

In Rætia locum ſal jacit, venationi aptum,

Iterum S. Columbani ad Chlotarii Regem

ſibi reddidit.

28 Wiltherpus vero Epiſcopus cœpit narrare de virtutibus beati viri, quomodo Domino adjuvante draconem interfecit, & ceteras virtutes, quas Dominus per merita ipſius & orationes oſtendere dignatus eſt, vel quomodo ille locus purificatus ſit, ubi B. Magnus morabatur. Et hæc audiens glorioſus Rex Pippinus,

latelle ſibi S. Magni monaſtia.

A nus, commotus valde animo dixit: In veritate comperi, quia quamvis ille locus tam tenuis ſit facultate, tamen pro meritis tanti viri celebri erit diffamatus rumore, ſicut auditum habemus jam locum eſſe, ubi corpus B. Galli requieſcere videtur. Inquiſivit ergo a præfato Genzone, ubi vitiois locis potuiſſet tributarios iovenire de eodem pago, qui vectigalia annuatim reditibus regiis inferte debeant. *Plura deinde ſubjungit de illuſtri illa donatione, ac dein iſta*: His regiæ poteſtatis Præſul Wictherpus adornatus ſolarus, & ſublimatus hoooribos, impertitiſque donis optimis B. Magnoa Rege Pippino, lxtus ad patriam regreditur, injungens beato viro ea omni diligenria &c. *Et hæc quidem certum eſt ad B. Pippinum pertinere, atque ab eo qui Vitam S. Magni, a Theodoro ejus ſocio ſcriptam, aliquot poſt ſeculis interpolavit, illa de Karolomanno Pippini Regis fratre imperite infarta, cum S. Magnus & Wictherpus centum fere annis prius mortui ſint, quam Rex fieret Pippinus Karolomanni frater, filius Martelli. Sed de his plenius ad S. Magni Vitam, & indicata quadam 16. Janu. ad Vitam S. Tezzonis, quo S. Wictherpo in Cathedram Auguſtanam ſucceſſit. Nunc ad Dagobertum revertamur, B. Pippini obtemperantem ſapientiſſimis conſiliis.*

B 29 *Anno* 634. (*aut forte ſub exitum præcedentis*) *Burgundia regnum peragrare, ac ſtabilire ubique juſtitiam aggreſſus eſt Dagobertus, quod citatus antea ita c.* 58. *narrat Fredegarius*: Dagobertus cum jam anno 7. (*aliqua exemplaria ſexto habent*) regnaret maxima parte regni patris, ut ſupra memini, Burgundias ingrediror. Tanto timore Pontifices & Procetes in regno Burgundiæ conſiſteotes, ſeu & ceteros Leudes, adventos Dagoberti cooocſſerat, ut a cunctis eſſet mirandus. Pauperibus juſtitiam, habentibus gaudium vehementer inrogaverat. Cumque Lingonas civitarem veniſſer, tantam in univerſis Leudibus ſuis, tam ſublimibus quam pauperibus, judicabat juſtitiam, ut crederetut omnino fuiſſe Deo placebile, ubi oullum intercedebat pœmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabatur juſtitia, quam diligit Altiſſimus. Deinde adgreſſus Divionem, imoque & Latona reſcdens aliquaotis diebus, tantam intentionem ad univerſum regai ſui populum juſtitia judicandum poſuerat. Hujus benignitatis deſiderio plenus, nec ſomnũ capiebat oculis, nec cibo ſatiabatur, intentiſſime cogitans, ut omnes cum juſtitia recepta de conſpectu ſuo lxti remearent.

30 *Ad eum uſque annum, Chr.* 634. *apud Auſtraſios regni ſedem retinuit Dagobertus, & Pippini præcipue conſilio, qua commemorata ſunt, geſſit. Teſtatur id Fredegarius*: Uſque eo tempore (*uſque nempe, quem diximus, annum regni Weſtrici ſeptimum*) ab initio quo reguare cœperat, conſilio primitus beatiſſimi Arnulfi Mettenſis urbis Pontificis, & Pippini Majoris-Domus uſus, tanta proſperitate tegale tegimen in Auſter regebat, ut a cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timorem vero ſic fortem ſua concuſſerat utilitas, ut jam devotiune arriperent ſuæ ſe tradete ditioni: ut etiam gentes, quæ circa limitem Avarorum & Sclavorum conſiſtebaot, com prompte expeterent, ut ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Avaros & Sclavos ceteraſque gentium nationes, uſque manu publica ſuę ditioni ſubiicicndum fiducialiter ſpondebant. Poſt diſceſſum B. Arnulfi (*qui contigit anno* 630.) adhuc conſilium Pippini Majoris-Domos & Humberti Pontificis urbis Colonię utens, & ab ipſo fortiter admonitus, tanta proſperitate & juſtitiæ amore complexus univerſas ſibi ſubditas gentes.... regebat, ut nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſua laude ſuiſſet præellentior.

31 *Et hæc quidem*, uſque dum ad Patiſius (*ut idem interiicit Fredegarius*) pervenit *Dagobertus, eodem an.* 7. *regni Weſtrici*, 634. *Chr. quo pereranſita, ut diximus, ſumma cum juſtuia commendatione, Burgundia, interfecto Cabilone Brudulfo avuncula fratris ſui Chariberti*, per Senonas Pariſius veuit, ibique Gomadrudem Reginam, *Bruduſi ſororem*, in Romiliaco villa, ubi ipſam in matrimonium acceperat, relinquens, eo quod eſſet ſterilis, cum conſilio Francorum (*Weſtraſiorum credo, quorum tunc capite deliniri obſequiis, & a virtutis tramite ſeduci*) Nanthildem unam ex puellis de monaſterio, in matrimoonum accipiens, Reginam ſublimavit. *Mſ. quoddam Regina Sveciæ, quod Goldaſti ſuerat, habet*, Nanthidem unam ex puellis de miniſterio *fuiſſe, ſcilicet Gomadrudis Reginæ. Ita & S. Barbildis*, ex Erchinoaldi, qui tunc Palatium gubernabar, miniſterio *ad Clodovæi* 11. *auptias evecta, ut in utraque ejus Vita* 26. *Janu. dicitur. Anne ſequenti, Chr.* 635. 8. regni ſui, cum Auſter regio cultu circuiret *Dagobertus*, quamdam puellam, nomine Ragnertudem, ſtratui ſuo adſcivit: de qua eo anno habuit filium, nomine Sigibertum. *Sed priuſquam hic naſceretur*, revertens in Neptrico *Dagobertus*, ſedem patris ſui Chlotarii deligens, aſſidue reſedere diſpoſuit. Cum omnis juſtitiæ, quam prius dilexerat, fuiſſet oblitus, eupiditatis inſtinctu ſuper rebus Eccleſiarum & Leudium ſagaci deſiderio vellet omnibus undique ſpoliis novos implere theſauros, luxuriæ ſupra modum deditus. *Ita c.* 60. *Fredegarius, qua & ita B. Pippini Vita n.* 6, & 12. *narrantur.*

32 *S. Amandum Epiſcopum ſupra* 6. *Febr. vidimus*, *vetut alterum Joannem Baptiſtam, Regis publica flagitia intrepide arguiſſa, ideoque ab illo proſcriptum, ut his verbis Baudemundus ejus diſcipulus c.* 4. *Vitæ ipſius n.* 16. *teſtatur*: Ipſe Pontifea, dum pro capitalibus et iminibus, quod nullus Sacerdotum facere auſus eſt, ipſum redargueret Regem, jubente eo, non abſque injuria, de regno ejus fuerat expoſſos. *Quid Pippinus interea? An regia libidini aſſentatus, ipſe quoq; juſtitia tramitem deſernit? Quid egerit, qua animi magnitudine flagitia Regis caſtigarit, qua prudentia amulorum machinationes fregerit, n.* 6. & 7. *in Vita, & præſertim* 12. *Fredegarii verbis declaratur. Cui ita conſonat Aimoinus l.* 4. *c.* 20. Averſum, *inquit*, cor *Dagoberti* a Deo fuiſſe æſtimabatur, protſuſq oe abalienatum, niſi in ſemer reverſus, peccata ſua clemoſynis redimere daliberaſſet. Erat in regno ejus Pippinos, de potentiſſimis Auſtraſiorum, familiaritati ejus inh.erens, qui oderat improbos, nec ſe miſcebat flagitioſis. Hunc quidam maligoantium Dagoberto adorſi ſunt facere odioſum. Sed Domioi protectus clemeotia, (cujus in obſervanda juſtitia ſectabatur præcepta) & inſidias paratas evaſit, & Regi utilia ſuadendo fidelitſimus appstuit.

33 *Sed qua cauſſa* Auſtraſiorum *præcipue adverſus eum, ut Fredegarius ait, exarſit* zelus? *Multi ac pleriqua* Leudes, *ut idem habet ſcriptor*, Dagoberti nequitiam gemebant: *atque ii præſpue qui admirabilem in eo vitæ integritatem ſuſpexerant Auſtraſii: quos & illud aniverſim urebat, quia Aulam regiam in Weſtraſiam tranſlatam videbant, magno regni Auſtraſiani detrimento & dedecore: atque hoc forteſſis Pippini conſilio tribuebam, quem videbant Regi in Weſtraſia quoque adhærere. Eoque progreſſa illorum rabies eſt, ut clada non una affecti a Sclavis Winidis ſint, cum eos vincere poſſent, anno præſertim Dagoberti nono. Ita Fredegarius c.* 68. Iſtamque victoriam, quam Winidi contra Francos metuerunt, non tantum Sclavinorum fortitudo obtinuit, quantom dementatio Auſtraſiorum, dum ſe cernebant cum Dagoberto odium incurriſſe, & aſſidue expoliareotut.

34 *Conſulebat tamen etiam in Weſtraſia commodis Auſtraſiarum Pippinus. Qui anno* 635. *natam Dagoberto filiam, Auſtraſiis divinitus deſtinatam Regem, ipſo annuente patre, baptizari Aurelia ſolemni pompa curavit. Qua de re Fredegarius*: Ipſe vero *Pippinus* eo anno cum Sigiberto filio Dagoberti ad Chariberturn Regem acceſſit. Charibertus Aurelianis veniens, Sigibertum de ſacto lavacro excepit. *Collatum ei baptiſma eſt a S. Amando Epiſcopo, qui regno Dagoberti, ut diximus, expulſus*, remotiora perquirens loca, *ut ſcribit Baudemundus*, verbum Dei gentibus prædicabat, *in regno (ut ad ejus Vitam conjecerimus) Chariberti*

AUCT. l. B. D

Pippinus reſpondet, & ollam dat.

Pippini reſpondet, & ollam dat.

quæ mala Pippino Regi adſolpsit.

averſitia & lavaria deditus.

E

obſervator a S. Amando.

Dagobertus an 634 *juſtitiam in Burgundia adminiſtrat,*

mirari eum coegerit B. Pippinus,

ſumma diligentia, & populi approbatione.

ut pudenter ſe gerat,

qua cauſa gentis B. Pippini conſilio,

C

in Auſtraſia habitabat,

uſque ad mortem gentibus imperaverit.

anno 634. *migrat Peronnam.*

F

invitus Auſtraſii,

qui altro je vinci ſemper abhorrebat.

Sigibertum Regis filium an. 633. *ſuo Auſtraſiam,*

AUCT. l. B. *viberti apud Voſcanes. In multis precibus ab ipſo Dagoberto, quoſque is deprecaretur adhiberat, a S. Eligio & Audoeno, vix tandem exoratus, annuit id ſe officii ſalutaris præſiturum.* Accepit igitur vir ſanctus, *aut idem Baudemundus*, in manibus puerum, & benedicens cum catechumenum fecit. Cumque finita oratione, nemo ex circumſtante multitudine reſpondiſſet, Amen; aperuit Dominus os pueri, atque audientibus cunctis, clara voce reſpondit, Amen. Statimque eum regenerans ſacro baptiſmate, impoſitoque nomine Sigeberto, Regem atque omnem ejus exercitum tunc S. Amandus magno replevit gaudio. *Aderat ei ceremonia ipſe Dagobertus, ut ex toto Baudemundi contexto patet. Aimoinus, qui circa an. 1000. ſcripſit, ita rem exponit*: Filium anno 8. regni ſui ſuſcepit *Dagobertus*. Quem dum poſtmodum in Aurelianenſi urbe venerabilis vir Amandus Trajectenſium Epiſcopus juxta morem fidelium præſignaret, aſſiſtente genitore, pariterque Ariberto Aquitaniæ Rege, finita oratione, & nullo e tanta exercitus multitudine Amen reſpondente, aperuit Dominus os pueri, qui non plus quam 30. (*Baudemundus habet*, circ. 40.) a nativitate expleverat dies, ac audientibus cunctis reſpondit, Amen. Statim igitur ſanctus Antiſtes eum regeneravit, quem Aripertus Rex de ſacro fonte levavit. Magnus ex hoc facto ſtupor eum exultatione non tam Reges quam univerſos replevit circumaſtantes. *Aimoinus parachroniſmo uſus, dum a S. Amando* Trajectenſium Epiſcopo *baptizatum ſcribit S. Sigebertum. Erat tunc quidem Epiſcopus Amandus: at nondum Trajectenſis, ſed ad gentium converſionem ordinatus, nulla certa aſſignata Sede. Magis etiam fallitur Guilielmus Rebrevicenſis, qui in Vita Gallica S. Gertrudis c. 4. pag. 35. ait fuiſſe tunc Epiſcopum Pariſienſem.*

35 *Pippinat porro, ut invidiam tantiſper cederet, Sigebertum nutriendum ſuſcepit, eumque, ſumma Dagoberti voluntate in Aquitaniam, ubi dotales S. ſuæ uxoris ejus poſſeſſiones erant, aſportavit. Narrat hoc Sigebertus Gemblacenſis in S. Sigeberti Vita, ex antiquioribus monumentis concinnata, c. 2. n. 6. his verbis*: Aut via, aut numquam invidiam effugit gloria. Pippinus Major-Domus, qui caute & prudenter ſe agebat in cunctis regni vel palatii negotiis, bonus in conſiliis, fortitudine terribilis, cultu juſtitiæ & fidei propoſito per omnia laudabilis, quo magis omnes gratias anteibat, eo majorem omnium pene Auſtraſiorum contra ſe invidiam conflaverat; obſervantibus æmulis, ut amoveretur eum a latere Regis: ut aut diſjungerent eum a Regis corde, aut facerent eum plecti morte. Sed ille callens moderari animo ſuo, noluit vinci a malo, ſed vicit malum in bono. Nam, ut ſe & omne regnum abſolveret diſcordiæ ſcandalo, arrepto ad nutriendum Sigeberto Regis filio, invidorum factioni ceſſit, & ad Charibertum Regis fratrem in Aquitania morantem contendit. Non multo poſt, tranſeunte nubecula hujus tempeſtatis, lætior redit per concordiam aura ſereenitatis. *Mortuus eſt anno 636. Charibertus, totaque Aquitania ad Dagobertum redit.*

36 *Cum trimulus jam eſſet Sigebertus, Rex eſt datus Auſtraſiis, at vel ſic ad finem ſuos tutandos excitaretur. Ita c. 75. Fredegarius*: Anno 11. regni Dagoberti, cum Winidi juſſu Samonis fortiter ſævirent, & ſæpe tranſeenſo eorum limite, regnum Francorum, vaſtando Thoringiam & reliquos pagos, ingrederentur; Dagobertus Metis urbem veniens, cum conſilio Pontificum, ſeu & Procerum, omnibuſque Primatibus regni ſui conſentientibus, Sigebertum filium ſuum in Auſter regnum ſublimavit, ſedemque Metis civitatem habere permiſit. Humbertum Coloniæ urbis Pontificem, & Adalgiſelum Ducam Palatii, ad regnum gubernandum conſtituit. Theſaurum, quod ſufficeret, filio tradens condigne (ut decuit) eum hujus culmine ſublimavit: & quodcumque eidem largitus fuerat, ſigillatim præceptionibus roborandum decrevit. Deinceps Auſtraſii eorum ſtudio limitem & regnum Francorum contra Winidos utilitèr defenſare noſcuntur. *Eadem commemorat Aimoinus l. 4. cap. 26.*

37 *In Vita B. Pippini inferius danda, n. 11. ubi videtur hoc Fredegarii caput citari, iſta habentur*: Cuniberto Pontifici & Adagiſilo Duci & Pippino Majori-Domus regnum gubernandum conſtituit *Dagobertus. In quam ſententiam plura dicuntur n. 8. & 9. In Geſtis Regum Francorum c. 42. iſta leguntur*: Habuit prædictus Rex ex Regina ſua Nanthilde, de genere Saxonorum, filios duos, Sigibertum & Clodoveum. Sigibertum vero majorem filium ſuum in Auſter, una cum Pippino Duce, direxit in regno ſtatuitum, Chlodoveum quippe juniorem ſecum retinuit. *Ab non erat adhuc natus Chlodoveus, quando Rex creatus eſt Sigebertus, neque eadem ambo matre geniti ſunt. Qua duo, et quod de Pippino dicitur omnem derogant fidem. Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad an. 640. ita ſcribit*: Dagobertus Rex Sigibertum filium ſuum Auſtraſiis Regem mittit, ſub tutela Pippini & Chuniberti Epiſcopi. *Idem Gemblacenſis in Vita S. Sigeberti Regis c. 3. n. 7. iſta habet*: Tutelam vero Regis, cujus puericiæ timebat, commiſit Cuniberto Archiepiſcopo Colonienſi & Adelgiſo Duci: curam vero regni Auſtraſiorum & providentiam omnium impoſuit Pippino Principi. *Diſcrepat ab horum narratione, qui multo antiquior eſt, Pippini ipſius ætati ſuppar, Fredegarius, qui c. 85. quod infra recitabimus*, Pippinum Majorem-Domus *ſcribit* & cæteros Duces Auſtraſiorum, qui uſque in tranſitu Dagoberti ſuæ fuerant ditioni retenti, Sigibertum unanimi conſpiratione expetiſſe *&c. In Fredegarii ſententiam ita concedit Aimoinus l. 4. c. 36.* Pippinus, *inquit*, qui ſub Dagoberto, cum aliquibus ex Auſtria Primoribus, Palatium incoluerat, eo obeunte, ad Sigebertum ſe confert.

§. IV. *B. Pippino filia Gertrudis Chriſto deſponſa: theſauri Dagoberti dimidium Sigeberto ab eo vindicatum: extructum Meldarii monaſterium ad ſepulcrum S. Hermelindis.*

38 *EO tempore illud evenit, quod Vita S. Gertrudis coætaneus ſcriptor narrat in hunc modum*: Igitur cum eſſet in domo parentum ſancta Dei puella Gertrudis, ſecus pedes beatæ memoriæ genitricis ſuæ Ittæ, die ac nocte, verbo ac ſapientia meditabatur Deo cara & omnibus amata, ſuper ſuas coætaneas ereſcebat. Hoc primum electionis ſibi in Chriſti ſervitio initium fuit, ſicut per juſtum & veracem hominem comperi, qui præſens ſibi adeerat. Dum Pippinus genitor ſuus Regem Dagobertum in domo ſua ad nobile prandium invitaret; advenit ibidem unus peſtifer homo, filius Ducis Auſtraſiorum, qui a Rege & a paeentibus puella pollulavit, ut ſibi ipſa puella in matrimonium jungeretur ſecundum ſeculi dignitatem. Propter ambitionem & mutuam amicitiam placuit Regi: & patri puellæ ſuaſit, ut in ſua præſentia illa cum matre ſua evocaretur. Illis autem ignorantibus propter quam cauſſam vocaveeit infantem, interrogatur inter epulas a Rege, ſi illum puerum auro fabricatum, ſericis indutum, voluiſſet habeee ſponſum. Illa autem quaſi furore eepleta, reſpuit illum cum juramento, & dixit: Nec illum, nec alium terrenum, niſi Chriſtum volo habere ſponſum. Ita ut ipſe Rex & Procetes ſui valde mirearentur ſuper iis, quæ a parva puella Dei juſſione dicta eraot. Ille veeo puer receſſit confuſus, iracundia plenus: ſancta Dei puella ad ſuam ſe conveeit genitricem. Ea illa dic pareores ejus cognovetunt a quali Rege amata fuerit. Poſt annos vero 14. cum pater ejus Pippinus de hac luce migraſſet *&c.*

39 *In tripartita Vita S. Gertrudis lib. 2. cap. 3. & aliis quæ ex priori illa a variis conſuta ſunt, dicitur* beevi interejecto tempore hujuſmodi ſaſpicionem veucrabili Pippino

Google

A pino patri ejus injeciſſe *damon*, ut illud conſervandæ virginitatis propoſitum erederet puerilis eſſe levitatis, nou Divinæ inſpirationis: *ideoque* voluiſſe eam petenti juveni matrimonio conjungere. *Sed occultatam eam a matre, deinde in partes Orientales Franciæ cum Adalongo Presbytero & Bernardo Diacono, conſcia matre profectam, in loco qui poſtea* Carleburg *dictus habitaſſe, donec procam mortuum intellexit. Verum iſta haud ſatis erubida videri, 2. Febr. ad Vitam S. Hadelogæ § 3. oſtendimus: qua denuo expendenda erant 17. Martii ad Vitam S. Gertrudis. Cum illa expetita ad nuptias eſſet, nondum 12. erat annorum: obiit enim 33. an. ætatis, Chriſti 664. unde conſequens eſt, quod & in Vita ejus dicitur, 24. fuiſſe annorum, cum potiri ejus Pippinus deceſſit an. 646. Contigit autem amplius duobus annis ante obitum Pippini, cum Dagobertus ipſe 2. annis menſæ, ac diebus 2. ante Pippinum ſit mortuus. Abiit ergo tam tenera ætate, prudentiſſima matre Itta conſumente, in tam longinquam regionem, ubi adhuc graſſabatur idololatria, ut ex Vita patet S. Kiliani, qui anno 40. poſt B. Pippini obitum illic martyrio coronatus eſt? Quid, quod tempore c. Bonifacii, circa circ. poſt obitum ejuſdem Pippini annis, revelata dicantur reliquiæ S. Kiliani eidem Adalongo, qui* ignorabat Kilianum, forſitan ut via ejus audiverit famam, quæ paullatim ignorantia obſoleverat, *ut ea ipſius S. Kiliani Vita S. Julii dicitur? Qui vero poterat, qui tanto tempore aut illic habitarat, non vidiſſe Evangelium illic prædicantem non audiſſe martyrio coronatam? Sane ſi nulla eo venit, at auditas fugeret, Gertrudis Pippini filia, cum ſocio illo Presbytero, alterius Pippini fuit, ut illic ex aliorum quoque ſententia indicavimus.*

40 *Anno ergo regni ſui Weſtrici & Burgundici 16. Chr. 644. 19. Jan. mortuus eſt Dagobertus: ac* filius ſuus Chlodoveus, *ut c. 79. ſcribit Fredegarius*, ſub tenera ætate regnum patris adſcivit. Omnes Leudes de Neuſter & Burgundia cum Maſſolaco villa ſublimant in regnum. Ægа vero cum Regina Nanthilde, quam Dagobertus reliquerat, regebat Palatium. *Tum demum ia Auſtraſiam reverſi Pippinus, efficiquo ut pars theſaurorum Dagoberti Sigeberto filio cederet. Ita c. 85. idem Fredegarius:* Cum Pippinus Major-Domus poſt Dagoberti obitum, & ceteri Duces Auſtraſiorum, qui uſquin tranſitu Dagoberti ſuæ fuerant ditioni retenti, Sigebertum unanimi conſpiratione expetiſſent; Pippinus cum Chuniberto, ſicut & prius amicitiæ cultu in invicem conlocati fuerant, & nuper ſicut & prius, amicitia vehementer ſe fitniter in perpetuo conſervaoda obligant: omneſque Leudes Auſtraſiorum ſecum uterque prudenter & cum dulcedine adtrahentes, eos benigne gubernantes, eorum amicitiam conſtringuot ſemperqua ſervandam. Igitur diſcurrentibus Legatis, partem Sigoberto debitam de theſautis Dagoberti, u Nanthilde Regina & Cblodovæo Rege ad Sigebertum requititur. Ad quod seddendum placitus inſtituitur. Chunibertus Pontifea urbis Coloniæ, & Pippinus Major-Domus, cum aliquibus Primatibus Auſtraſiæ, a Sigiberto directi, Compeudium villam uſque perveniunt: ibique theſaurus Dagoberti, jubente Nantbilde & Chlodoveo, inſtantia Ægauæ Majoris-Domus, præſentatur, & æquilancia dividitur. Tertiam tamen partem, de quibus Dagobertus adquæſierat, Nauthildis Ragina receperat. Cbunibertus & Pippinus bunc theſautum, quæ pars fuit Sigeberti, Mettis faciuut peducere, Sigiberto præſentare & deſcribere.

41 *Eadem, ipſis fere Fredegarii verbis, in Geſtis Dagoberti narrantur. Aimoinus l. 4. c. 36. oſtendit ſuggeremeque potiſſimum Pippino, tam partem hæreditatis creviſſe Sigebertum.* Igitur Pippinus, *inquit*, qui ſub Dagoberto aſſidue, cum aliquibus ex Auſtria Primoribus, Palatium incoluerat, eo obeunte ad Sigebertum ſe confert: junctoque cum Chuniberto Pontifice (ut pridem) amicitiarum fœdere, utilia cum eo Regi memorato miniſtrabat conſilia. Ea quorum ſententia Sigebertus ad Chlodovæum dirigit fratrem, qui debitam ſibi poſtionem ex paterois poſcerent theſauris *& c. Gemblacenſis in Vita S. Sigeberti c. 3. 4. 5.* Cum in omnibus, *inquit*, inter ſe Deo placita vigeret concordia, pſo uno tamen negotio pene voluit introrepere diſcordia. Sigebesto enim Rege repetente ſibi debitam partem paterni theſauri, nitebaotur ei contraire Proceres qui erant ex parte Clodovei. Sed Pipino Principe & Cuniberto Archiepiſcopo fortiter & rationabiliter inſtantibus, pro ſui potentia ab invitis Neuſtriæ Primatibus extorſerunt, mediante juſtitia, ut ea condicto ad villam Compendium veniretur, ibique theſaurus Regis æqua lance divideretur, ſuaque cuique pars competeuter daretur. Ventum eſt *& c.*

42 *Per boſce dies, quantum aſſequi conjectura datur, repertum S. Hermelindis Virginis corpus, cujus honori monaſterium B. Pippinus conſtruxit. Vitam illius dabimus 29. Octob. e qua hæc afferemus nunc qua ad Pippinum, eamque inventionem ſpectant. Ea nobilibus nata parentibus*, beatiſſimæ Gertrudi, *ut in Vita ejus dicitur*, conſanguinitate propinqua *fuit. Vita minor a Surio e Trajectenſi monaſterio habet:* De nobili ejus proſapia deſcendiſſe dicitur Pippinus pater S Gertrudis. *Odenem villam, vulgo nunc* Ter Donck, *juxta Lovenioium vicum, ſive* Loveniooul, *quam parentes illi ad famulatus ſui uſum* tradiderant, *relinquent, ad vicum Bevecum ſeceſſit: iadt Angeli monita in locum tunc ſolitariam, quam* Meldricem *tum, ſive* Meldrisbem, *ac* Meldradium, *aunc ſtre* Meldatiam, *vulgo* Meldert *vocant: ibi curſu vitæ ſanctiſſime peracto, ab Angelis tumulata dicitur, &, ut habet Vita*, quadraginta & octo annis latuit a cultu ſeculi. *Tandem hac ratione inventam ejus corpus, multiſque & mortalium donariis & cæleſtibus prodigiis honoratum narrant ſcbeda Meldarica-ſta, & codices Corſeadoncani.*

43 Erat vis quidam in villa Wareloos nuncupata, qui commiſſis ſibi a domino ſuo omnibus bonis ſuis, ipſo domino procul abſiſtente, parabat ſe ad eum ire. Cumque iter faceret per præfatum locum, Angelorum viſitatione dicatum; contigit ut longius abire nequiret, ſed interveniente nocte totam vigiliam ipſius noctis ſuper equum ſuum reſidens cuſtodiret. Mediæ autem ipſius noctis hora, reſplenduit inſula luce mirifica. Subito homo pavore concutitur, ejuſque genua timoris gratia invicem colliduntur. Cæcio tamen eum noo caigui fuiſſe meriti, qui tam inſigne miraculum cernere meruit obtutibus proprii luminis. Cum luce eoim auditi ſunt ab eo pſallentes chori medicibili dulcedinis affamine, ſummi Patris venerantes Prolem in tantæ Virginis caſtitate. Cumque abſcedente luce lua enituiſſet diuina, prædictus vir ſiguis propriis locum davotus notavit: gratiaſque referens Altiſſimo pro ineffabili miraculo, aſtripiente itinete cœpto, pervenit ad domiuum ſuum: ibique famulatu ejus feſtinanter, prout valuit, explcito, impetrata itineris licentia, reverſus eſt ad prædictam eremum. Jam enim cordis ejus iotima penetraverat lux divina. Nou enim immemor luminis, quod viderat, ad monumentum ſui ſigni ſollicitus excubabat ac devotus.

44 Igitur illi excubanti, & Divinæ illuſtrationis ſpectaculum præſtolanti, lux luciditſima euituit, & ob monumentum ſuæ fidei locum ineffabili miraculo inſignivit. Qui certus de viſione ſacra, lætus redit ad propria, lætior revertſurus ad divinæ ſervitutis obſequia. Nam ad ſuæ poſſeſſionis ut pervenit jura, domus valde bonæ pretium aſſumens in auxilii ſui ſuffragium ibidem evexis, & ad honorem ſacræ Virginis ſupes ejus tumulum capellam fabricavit, ibique cum ſobrietate vivens finem dierum in pace ſortitus eſt. Dignum quidem viri ſanctitatis meritum, & admirabile fidei firmamentum, cujus ſolius in hoc opere placuit obſequium. Erant enim plures in illius ævi diebus, qui majoris ſervitutis ſamulatū valerent præſtare. Sed ſi audeo fateri vesidica ratione, digni non fuere tam mirifica manifeſtatione. Tali ergo modo revelata,

ante poſtea a patre ut adjuvet fullitatore,

ante in Prol. eodem idoo fugit.

poſt alia ſervaſſe?

Dagoberto an 644 19. Jan. mortuo

ordit in Auſtraſii Pippinus

cum aliis Proceribus procurat Sigeberto R. medium paternæ obſequii,

præcipuus ejus aſſeſſor,

AUCT. l. 8. D

rebellantibus ſubito Weſtraſiis

5 Hermelindis ter gnata ejus

E

corpus ab Angelis tumulatum,

poſt 40. annos,

luce per noctem ad illud unicum apparens.

F

ibique tre cento,

qui ſacellum illic ædificat,

AUCT. I. B.

pro operibus præfati viri longe lateque eſt divulgata. Ad cujus ineffabile donum gentes venere omnium ſeculorum, quidam grado inferiore, quidam vero prælucida nobilitate pollentes venerunt, nuptæ & virgines, matronæ ſupplices & viduæ continentes: univerſæque, ut ita referam, nationes ad auditi ſigni miraculum venerunt, Chriſti mirabilia referentes. Creſcente itaque magnitudinis gloria, creſcere etiam cœpit laus humana: quantoque devotius quærebatur, tanto glorioſius in miraculis inveniebatur. Nam ut fidelium amplius ſolidarentur mentes, ceedulitatis ſuæ monumentum ſumpſere venerantes. Erupta enim telluris ſolliditate, apparuit ſarcophagus, in quo jacebat inviolatæ Virginis corpus.

45 Eo tempore Pippinus Dux inter Francigenas poſt Regem principatum regebat egni, glorioſus in conſpectu populi, glorioſior in conſpectu Domini, qui & ipſu genuerat filiam videlicet S. Gertrudem, privilegio ſummæ benedictionis inſignitam. Hic prædictus Princeps res geſtas comperiens, & novam beati rumoris famam percipiens, ad locum celer ac devotus pervenit: ſaceumque corpus levatum e tumulo, digno honore condidit, prædivumque permaxima multitudine locum ditavit, jacieus fundamentum monaſterii, ubi Chriſtum reculeret B plebs Dei. Ob reverentiam igitur ſummi Dei, meritumque beatiſſimæ caſtitatis, idem Dux perfecit aulam Virgini Sanctorum conſortio coæqualis; inſtituens illic ſanctarum Virginum chorum, quæ indeſinenter debitæ laudis perſolverent ſacrificium. Servorum etiam dedit tuebam non minimam, qui totius ſervitutis conſtanter impenderent jura. Tamlem petfecto pretioſi ſempli oraculo, ac ſaceis muneribus ar miniſtris redimito, Eccleſiaſtica religionis firmavit mnrem, ſanctæque regulæ ſtabilivit auctoritatem: quam ut devotiori imbi degeneri impleeent certamine atque conamine, ſubiecit eis Clericoeum cnhortem, qui alternis vicibus inſtarent ſacris Miſſarum ſolemnis. Erat enim congregatio vicioa monaſteero B Bavonis Confeſſoris in monte qui Teutonice dicitur Calſiberghe, qui in nnſtra lingua dicitur Mons virtuli. Interea conſummatis omnibus, quæ ibidem de opere Dei conſtruenda erant, receſſit Dux nobiliſſimus gratia Dei nun minime eefectus.

46 *Hic in Vita S. Hermelindis ex mſſ. Meldarienſi & Corſendoncano, quam ſuo loco integram dabimus. Monaſterii utriuſque tum Meldarienſis quam Calſmontani, negant ullum jam ſupereſſe veſtigium. Ideo in mſ. Meldarienſi, ubi de ædificato a Pippino monaſterio agitur, adſcriptum margini eſt*, In Nivella: *imperite, non enim a Pippino Nivellenſe conſtructum cœnobium eſt, ſed poſt ejus mortem a S. Ita viduâ, ac Gertrude filia. Nulla monaſterii Meldarienſis mentio eſt in breviori Vita ejuſdem Sanctæ a Surio edita ex mſ. codice Eccleſiæ Trajectenſis. Sed de Pippino iſtac. 3. habentur*: De nobili ejus proſapia deſcendiſſe dicitur Pippinus patre S. Gertrudis, cujus meritis B. Ermelindis ſtuduit eſſe coæqualis. *Sed corrigendum*, quæ meritis Beatæ Ermelindis. *Fuit enim facile 30. an. poſt mortem S. Hermelindis nata S. Gertrudis. Ceterum mentio ſit illius monaſterii in Miraculis Ss. Marcellini & Petri, quæ Eginardus Abbas conſcripſit, extantque in ultima editione Surii ad 11. diem Junii. Nam l. 4. c. 22. dicitur ad eorum reliquias in æde S. Servatii Trajecti ad Moſam puce quidam, nomine Folchardus, de monaſterio quod Meldradium vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miſerabili contractione diſtortus.... coram omni populo curatus. Everſum arbitror id monaſterium & Calſmontanum cum poſtea eum Belgii tractum populati ſunt Normanni. Calſmontani bona, ajunt Meldrienſes, ab Eccleſia S. Bartholomæi Leodii nunc poſſideri, Virginum a Begghinis Lovanienſibus. Id ſi verum eſt, ſancitum olim forte inter Ducem Brabantiæ & Epiſcopum Leodienſem, occaſione bellorum Hasbanienſium inter duos illos Principes.*

47 *Cardinalis Baronius to. 8. Annal. ad annum 631. n.* 8. *aliud tribuit* Pippino *hoc ſanctiſſimo Principi decus, quod ad ejus nepotem* Pippinum Herſtallum *pertinet, quod* S. Wironem *Epiſcopum, ut peccata ei confiteretur, nudis pedibus adire ſit ſolitus. Venerat e Scotia* Wiro, *cum* S. Plechelmo *itidem Epiſcopo & Odgero Diacono, in Franciam, & benigne a Pippino excepti, in iis partibus, qua nondum ſatis erant fide Chriſtiana exculta, (ad confinia, ut reor, Friſonum, Saxonum, Germanorum) Evangelium prædicarunt. Demum in* monte S. Petri, *ut tunc accebatur, nunc* S. Odiliæ *mons eſt, ad Ruram flumen, haud procul Ruromunda, poſtea ædificata urbe, qua nunc Epiſcopalis eſt, ſedem eodem annuente Duce ſi verunt, monaſterio adificato. Quod antea indicavimus Chriſtiana ſubmiſſionis ac pietatis facinus, narratur in* S. Wironis *Vita od diem* 8. *Maii edenda*: Tantæ, *aquit*, veneretionis apud præfatum Francorum Ducem habebatur, ut Præſulem animæ tutorem, ob vitæ ſanctitatis inſigne, inter ſuos eum venerabatur. Nam ſolitus erat illi lubrica lapſui humani detegere: nec dedignatos eſt, gratia Confeſſionis diſcalceatus eum adire, ejuſque oris imperio parere. Conſultis etiam natu majorum intereſſe ſæpius aceitue, quandoquidem habilis conſilio, nec futilis eloquio. *Similia habentur de S. Plechelmo in ejus Vita* 15. *Julii*. Sed Pippinus, *inquit*, Francorum Rex incomparandus in tanta veneratione eum habebat, ut E ſingulis annis initiante quadrageſimali tempore de ſuo palatio deſcendens, nudis pedibus & regali depoſita pueepura, ad præfatum locum, quem Sanctus incoluerat, ire properat, & cum eo renuit conſilium, quomodo regni gubernacula ſecundum Domini voluntatem gubernaeet, & ſanctæ fidei magnitudinem in ſeipſo ſuiſque ſubiectis adaugeret. Ibi quoque cum ſummo Sacerdote Domini confeſſione criminum facta, & accepta pœnitecotia, de humanitatis parte deflet contracta.

48 *Hæc a* Pippino Herſtallo *eſſe geſta ſcripſit Joannes Gerbrandus a Leidis Chron. Belgic. l. 2. c. 16 Joannes item Molanus in Natalib. Ss. Belgii. Diffuſe quoque id confirmat Willebrordus Boſcharius in l. de Apoſtolat Friſia. Baronius loco citato, quia Herſtallum, poſt quam e pellice filium ſuſcepit, (fors & plures) prorſus averſum a Deo & pietate animum habuiſſe exiſtimavit, nihil ab eo tam ſublimis humilitatis ſuſceptum credere potuit: ſed ad avum tranſtulit, matris ejus Begga patrem* B. Pippinum: *cum tamen alibi* S. Wironem *faſeatur ad annum uſque* 700. *& longe ultra vitam produxiſſe.*

49 *Necdum vetcrem alium ſcriptorem legimus, qui factum illud narraris, præterquam in S. Wironis Sanctique Plechelmi Vita. Eſt illa longo poſteriorem B. Pippino fuiſſe S. Wironem oſtendit, quem affirmat ſibi mirandos propoſuiſſe*, admiranda meritorum virtutumque magnitudine præcellentes, Patricium, Cuthbertum, Columbam, patrix columnas, terræ lucernas; eorum exemplis cupientem inniti, religionemque ſanctimoniæ anhelantem æmulari. *Erat, cum mortuus eſt* B. Pippinus *an.* 646. *adhuc puer Cuthbertus: qui anno* 651. *eum ovei paſceret, S. Aidani animam vidit ab Angelis in cœlum deduci, ac tunc monaſticam vitam adhuc adoleſcens amplexus eſt: obiit vero anno* 685. *non admodum provecta ætate. Inde ergo factum poteſt, S. Wironem, qui S. Cuthberti virtutes dicitur imitatus, non videri natum fuiſſe adhuc quando B. Pippinus deceſſit. Non eſt autem* (quod quidam temere crediderunt) S. Plechelmus, *S. Wironis ſocius, idem, quem Venerabilis Beda c. ultimo hiſtoriæ gentis Angl.* Pechthelmum *vocat, eique tunc, anno nimirum* 731. *Candida Caſa Epiſcopum fuiſſe: nam* 17. *tunc anni ob obitum Pippini Herſtallo eſſluxerant. Sed ad B. Pippinum revertamur.*

§. V. *B. Pippini mors, translatio, habiti in qui Beatis honores.*

50 TAndem ergo plurimis clarus beneſtallis migravit e vivis Pippinus 21. *Februarii, an. Chriſti* 646.

ſua

ad quod ſit populorum concurſus

reperitur

Pippinus illic mona. ſterii Plectrudem dilexit & fundat.

quod jam non exiſtat

ſua ſepulchrum apud Eglcortam

Qui Pippini ac Dan Franciæ,

ad monaſterium S. Odiliæ in Gallia

S. Wiro ſuis pedibus, confeſſionis cauſa,

Herſtallus fuit.

non ibi ejus avus

qui impoſterum prædicatores Wironis ſanctitatis

Pippinus moritur 21. Febr. 646.

A *Ita Fredegar. c. 85. memorata theſaurorum Dagoberti, quam ante retulimus, diviſione, ſubdit:* Poſt vero anni circulum Pippinus moritur: nec parvum dolorem ejuſdem tranſitus cunctis generavit in Auſtrea, eo quod ab ipſis pro juſtitiæ cultu & bonitate ejuſdem dilectus fuiſſet. *Eadem habentur in Geſtis Dagoberti c. 47. at ; apud Aimoinum l. 4. c. 38. Amplificat luctum illum Auſtraſior. Sigeberti Gemblacenſis in Vita S. Sigeberti Regis 1. Febr. c. 4. n. 10. his verbis:* Sequens annus luctum maximum intulit Regi Sigeberto ejuſq; regno, Pippino Majore-Domus ex hac luce ſubtracto: qui ipſum Sigebertum nutrierat a puero, & imbecillitatem pueritiæ & adoleſcentiæ ejus validi ſui auxilii ſuſtentaverat brachio. Hic omnimodis regno utilis, genere, potentia, prudentia & fortitudine ſupereminentibus omnes nominabilis, Grimoaldum filium ſuum rerum ſuarum hæredem fecit: duas quoq; filias Gertrudem & Beggham, ad laudem & gloriam generis ſui poſt ſe reliquit. *Colitur S. Begga 17. Decemb. Joann. Chapeavil. Annal. ad c. 54. Hartgerii Ab. ex marginali annot. mſ. cod. Aurea-vallis, addit* Viventiam, quæ, *inquit*, Coloniæ in cœnobio ſanctarum Virginum quieſcit. *De hac agemus 17. Martii quo colitur, eodem quo S. Gertrudis die, ideoq; forſan ejus habitu ſoror, B. Pippini filia: quod ut adſtruamus, nullum adhuc nobis argumentum ſuppetit.*

megnus P. Sigeberti R. & popul. ille dolere,

ejus liberis

an in hb S. Vivente?

B 51 *Tumulatus eſt Pippinus, non Nivellæ, ut l. 14. chron. ſcribit Chriſtianus Maſſæus, ſed Landis, unde eſt poſtea Nivellam corpus ejus translatum. Quo ea tranſlatio tempore comigerit, nuſquam comperi. Haud dubitem, quin a pluribus jam ſeculis. Translationis modum Pippini Vitæ, quo a Surio editus eſt, ita commemorat:* Hujus autem beati viri corpus, eo honore quo decuit, in civitate ſua Landis conditum eſt, ibique diu jacuit: donec divino inſtinctu viri fideles illud ad locum eminentiorem & celebriorem tranſtulerunt; non patientes theſaurum tam pretioſum humillimi vieuli loculo occultari; ſtatuentes præclaram lucernam non ſub modo, ſed ſuper candelabrum reponendam, ut luceat meritis & ſignis, omnibus qui in domo Dei ſunt, ut cernere datur uſq; in præſentem diem. Ue autem offenderetur quanti meriti eſſet apud Deum, tale fertur in die tranſlationis ejus contigiſſe miraculum. Nã cum veneranda ejus oſſa de tumulo, ubi dudum repoſita erant, levarentur, ut ad civitatem Nivellenſem, locum videlicet ejus reverentiæ competentiorem, transferrentur, cum copioſis id actum cereis, ſicut decuit, ardentibus. Cumq; de Landis uſque Nivellam populus fidelis per tantum terræ ſpatium venerandas reliquias cum luminaribus proſequeretur, & aura eſſet multum ventoſa, ne unus quidem cereorum vi extinctus ventorum eſſe prohibetur, quouſq; perventum eſt ad locum optatum. Ipſius itaq; ſacræ reliquiæ collocatæ ſunt, ut decuit, in capſa decenti juxta feretrum filiæ ſuæ S. Gertrudis: quæ ſingulis annis in diebus Rogationum circumferuntur a Clero, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt laus & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Nivellam tranſlatum Matth. 5. 15.

cereis per 30. M. P. orate multum anhelitis,

publice in proceſſione circumferuntur

52 *Meminere hujus Tranſlationis multi e recentioribus, qui Belgic. antiquitates illuſtrarunt. Mirum illud, quod de Pippino ſcribit Joan. Molan. c. 13. libelli de martyrolog. ſive præfationis ad martyrol. Uſuardi:* Iduberga, *inquit*, mater B. Gertrudis elevata eſt quidem cum Pippino & nuteice B. Gerteudis, Nivellę in filiæ ſuę quondam monaſterio, a quadringentis autem annis Canonicatum collegio; & tamen ibidem pro ea & Pippino anniverſariæ Miſſæ de defunctis celebrantur. *Quod auctore didicerit Molan. an coram ita fieri viderit, non audeat. Si is illius ævo mos viguit, nunc antiquatus eſt. Idem in ipſo auctario ad Uſuard. edito an. 1568. die 21. Febr. ita habet:* Libee anniverſariorum apud Canonicas Nivellæ: Vigiliæ diſperſæ S. Pippini: *Qui fieri poterant anniverſaria pro ea. Miſſa, ſi Sanctus ſcribebatur etiam in veteri Necrologio? Falla minimum olim fuerant, priuſquam vel Eccleſia publica auctoritate, vel unanimi populorum pietate Sanctorum aut Beatorum ullo inſcriberetur.*

quale ejus alibi mentio occurrat?

AUCT. l. a. D Beatus appellatus

53 *De eo Franciſc. Haraus, egregie in Sanctor. rebus verſatus, neq; ſane numium mollis cenſor, unitio Annal. Ducum Brabantiæ, ita ſcribit:* Beatus Pippinus (ita vocatur ob inſignem ſanctimoniam virtutibus ejus bellicis, quod earum eſt, conjunctam) *&c. Ac paullo poſt:* Ad melioremvitam tranſiit Landis oppidulo Brabantiæ, prætorio tunc Auſtraſiæ inferioris ſeu Ciſmoſanæ: ſed tranſlatus, non ſine opinione eximiæ ſanctitatis, ornat ounc una cum filia ſanctiſſima Gertrude & conjuge Itta civitatem Nivellenſem. *Ante ea monumus non videri prætorium fuiſſe Auſtraſiæ Landas ſed in Pippini fundis oppidum, aut vicum, ut in cit. Translationis hiſt. appellatur. In recentioribus Martyrol. ſemper* Beati *aut* Sancti *titulo ornatur. Balduin. Willotius noſter in Martyrol. Belgico, Guilelm. Gazæus in hiſt. Eccleſiaſt. Belgii, Aubert. Miraus in Faſtis Belgicis, Ægidius Gelenius in Faſtis Agrippinenſib.* Beatum *vocant: ſed quem hic citat* Ducis Agrippinenſium ai *titulum tribuentem S. Ludgerum, is non de hoc agit Pippino, ſed Martelli filio, qui dein Rex fuit, ut videre eſt ad vitam S. Swiberti Kalendis Martii.*

54 *Heribert. Roſw. noſter in Vitis St. quas Belgice ſermone edidit,* Sanctum Pippinum vocat. *In & Ferrar. in generali eat al.* SS. Landis in Brabantia S. Pippini primi Ducis. *Andreas Boeju noſter in Flandrico martyrol.* Nivellæ natalis S. Pippini Ducis Brabantiæ patris SS. Gertrudis & Beggæ. Sanctum *quoque indigetat Sanſſ. in martyrol. Gallic. at , inſigni decorat elogio. Denique Molan. in poſteriori editione Uſuardi an. 1583. aſt a addit:* Eodem die obitus S. Pippini. Et, Vigiliæ diſperſæ S. Pippini, cujus corpus Nivellæ quieſcit in tumba portatili, & circumfertur in Litaniis: ſicut & Iduberga, & nutricis S. Gertrudis. *Idem Molan. in Indicule St. Belgii de ejus exuviis ita ſcribit:* Quieſcit Nivellæ in capſa, juxta altare filiæ ſuę S. Gertrudis. Quæ capſa etiam in Litaniis circumfertur, licet non ſit inſcripta in Sanctorum numerum. *De illo honore reliquiarum iſta habet Sanſſ.* Quiecit Nivellis in Brabantia, ubi & honore Sanctis debito colitur: corpus enim ejus pridem elevatum, ac deinde ob clara merita in capſa portatili collocatum, ad venerationem cum ipſius Iduberga ſanctiſſimæ conjugis hierotheca quotannis a Claro in diebus Rogationum circumferri ſolet magna celebritate. *Et hic ſane honos eſt, qui non niſi* Sanctis *aut* Beatis *haberi ſolet, quamvis Officio Eccleſiaſtico non colatur. Mirant quoq; reliquias ejus, Iduberga conjugis, S. Gertrudis in ſingulis cupſis circumferri tradit.*

& Sanctus

E

55 *Matthia Hoviì Archiepiſcopi Mechlinienſis ac Belgii Primatis auctoritate editum eſt an. 1602.* Proceſſionale *ritibus Eccleſiæ Romanæ accommodatum*, ut omnibus Belgicæ Eccleſiis, quæ uſum Romanum recepecant, aut in poſterum recepturæ erant, uſui eſſet. *In eo præſcribitur* Litania major *feria ſecunda Rogationum cantanda, in qua plerique Sancti, qui in Belgio floruerunt, invocantur, interque ceteros* S. Pipinus. *Verum quatenus illud Proceſſionale vel Romanæ congregationi de Ritibus probatum, vel ab ceteris Eccleſiis Belgicis receptum ſit, haud habeo compertum.*

In Litaniis lanoscam,

F

56 *In mſ. Florario St. inſcriptum eſt 20. Febr. B. Pippini nomen his verbis:* Apud Nivellam depoſitio Pippini I. Ducis Brabantiæ patris S. Gertrudis. Oout anno ſalutis 647. *Eodem anno ejus obitum conſignat Sigebertus in chronico, & recentiores complures. Obiit anno priore, tertio Clodovei 2. Nam eo anno Æganem Majorem-Domus ejuſdem Regis obiiſſe conſtat ex Fredegar. c. 83. & alii. At Geſtis Dagoberti, narratur cap. 47. morte Pippini, hæc ſubnectere:* Ega quoque anno tertio Hludovii Regis Clippiaco villa ſobre vexatus, & ipſe moritue. *Quibus verbis clare indicatur prius mortuum eſſe Pippinum. Annus autem primus Clodovei fuit 644. a 19. Januarii, ergo tertius, 646.*

mortuum eſſe an. 646 probatur.

A

VITA AUCTORE ANONYMO,

Ex Actis S. Gertrudis filiæ.

PROLOGUS.

NOtiſſimum eſt, ac celebri fama pervulgatum, patrem beatiſſimæ Dominoque dilectæ Virginis Gertrudis PIPPINUM extitiſſe. Sed præter nomen cetera vitæ geſturumque ejus cunctis pene hiſtoriis *a* ignorantibus manent incognita. Nos quidem pauca in geſtis Francorum ſparſim inventa colligentes, noſtro ſtylo continuatam facere narrationem curavimus. Quam ideirco volumus in propoſiti noſtri operis exordio præmittere, ut ſi quis nobiliſſimæ Virginis genus noſſe cupiat, de ipſius hoc Vita ſatisfactus, quam aliunde petat.

a

b *c* *B Pippinus Major-Domus,*

2 Fuit igitur Pippinus Carolomanni filius, Dux & *b* Major-Domus ſub *c* Clothario, Dagoberto & Sigeberto potentiſſimis Regibus. Qua dignitate, modice differente a ſublimitate regia, præditus, omnia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat, præſtabatque tam in bello fortitudine, quam juſtitia in pace. Erat erga Regem fidei ſervantiſſimus, erga populum vero tenaciſſimus æquitatis, & indiſceptanda utrorumque cauſſa *d* firmiſſimo animi judicio perſiſtens. Nec munera populi ad ſubvertendum jus regium reſpiciebat, nec gratiam Regis ad obruendam populi juſtitiam attendebat. Siquidem Regem Deum Regi homini præferebat: cujus mandato prohibitum noverat, vultum potentis honorare, vel perſonam paupetis in judicio attendere. Tam ergo quæ plebis erant, plebi deſendebat: quam quæ Cæſaris, Cæſari reſtituebat. Studebat ad lineam Divinæ juſtitiæ omnes judiciorum ſententias dirigere.

B

d *Juris regii ac populi æqui defenſor. Leo. ep. 17.*

3 Quæ rectum totius plebis teſtimonio, ut poſt docebimus, tum vero vel maxime hinc arguitur, quod B. Arnulphum Metenſium Pontificem, quem in timore & dilectione Domini noverat exercuiſſe, omnium conſiliorum ſuorum vel negotiorum ſocium aſſumebat. Si quid enim ipſe litterarum ignorantia minus cerneret, ille quaſi fidelissimus Divinæ voluntatis interpres rectiſſime enuntiabat: qui & ſacrarum ſcripturarum ſententia eruditus erat, & ante pontificatum hanc eamdem e dignitatem irreprehenſibiliter adminiſtraverat. Hoc adjutore fretus, Regem ipſum æquitatis fræno cohibebat, ſi quando neglecto jure, poteſtate regia abuti voluiſſet. Defuncto quoque prædicto viro, *f* B. Cunibertum Colonienſium Auriſtitem, pari ſanctitatis fama illuſtrem, curabat in hac negotiorum adminiſtratione participem habere. Perpendere potes, quo æquitatis ardore accenſus fuerit, qui tam circumſpectos cuſtodes, tamque incorruptos arbitros conſilii delegerit. Quia enim a pravitate averſus, rectis & honeſtis ſtudiis attentiſſimus extitit, ſemper uſus eſt in exercitio ſancti operis ſanctorum virorum conſiliis.

adjutore uſitur S. Arnulpho Ep. Metenſi.

e *datis S. Cuniberto Ep. Colon.*

f

C

4 Primum ergo hic egregius Princeps ſub Clotharlo Rege, patre Dagoberti, Major-Domus effectus præcipuam poteſtatem ſummumque venerationis lucum apud ipſum obtinuit: eo quod eum idem Rex erga Dominum Deum pietate, erga ſe vero devotiſſimum fide cognovit. Qui cum propoſuiſſet filium ſuum Dagobertum in amplioris regni parte Regem ordinare, ſed infirmis annis, & immaturis ſenſibus parum fideret, hunc talem virum præ cunctis Principibus credidit, quem teneræ ætatis rectorem, ac regiæ adminiſtrationis proviſorem ſtatueret. Commiſit ergo adoleſcentem in manum ejus, ſtrictumque conſiliis & induſtria prudentiſſimi monitoris cum ad regnandum in Auſtriam direxit. *g*

Dagoberti adoleſcentis Regis moderator conſtituitur.

g

5 Suſceptum itaq; juvenem ſtuduit Pippinus quam optimis moribus adornare, timorem Domini & amorem juſtitiæ inculcare, docens quod ſcriptum eſt: Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus firmabitur in æternum. Ejus vero prudentia Dagobertus non ſolum hanc partem proſpere adminiſtravit, ſed totum patris regnum, quod latiſſimum erat, poſt deceſſum ejus obtinuit: cum ram frater ejus Charibertus, *h* quam plerique Principes, ſummo ſtudio niti vellent, ac poteſtatem regiam in ſe quiſque reflectere certarent. Sed eito uppreſſa eſt factio illorum ſanæ conſiliis prudentiſſimi Dueis. Dagobertus igitur brevi confirmatus in regno, liberalitate, juſtitia, manſuetudine, aliiſque artibus, quibus Regem decebat, *i* cunctos ſibi arctiſſimo amore devinxit, ac boni monitoris induſtria, eo celebritatis ſplendore enituit, ut cunctis ante ſe Regibus nobiliore fama præcelleret, omneſq; eum immenſis laudibus prædicarent.

Prov. 29. 14. cum ſeq. lectione ſtatuit,

ne fallatur exegeris.

h

ut rectum meritò genitor omnibus i.

i

D

6 Sed hanc regiam viam, hanc virtutis lineam tenuit, quamdiu ſanam doctrinam ſapientiſſimi præceptoris ſuſtinuit, & non ad ſua deſideria coacervavit ſibi magiſtros. Feliæ ſi ſecundum viri ſapientis monitum de mille pacificis ſuis unum hunc elegiſſet Conſiliarium. Sed demum Salomonis exemplo depravatum eſt ad tempus cor ejus per mulieres: utq; ſolet in magna rerum copia & ſoluta libertate prona eſſe in conſenſum peccati natura mortalium, ob divitiarum affluentiam ac ſecundos rerum ſucceſſus, a bono honeſtoq; in pravum abſtractus, ſalubribus monitis aures occluſit. Cœpit ergo tam avaritia, quam libidine æſtuare, rebus Eccleſiarum *k* novos theſauros implere, & præter concubinas, quarum moltiplex erat numerus, contra jus Canonicum, & regium decus, trium Reginarum *l* inceſtis abuti ampleatibus. Quo dolore Pippinus permotus, eum libertimo ore increpabat, exprobraos, quod maxime Domini beneficiis ingratus exiſteret.

poſtea in adulterio. Cant. Script. Eccl. 6. 6. 3. Reg. 11. 4

E

k *& rapinâ bonorum Eccleſiæ proſequens*

l *regnis Pippini.*

7 Sed ille obſcœnis libidinibus potius, quam ſanis monitis obtemperans, maledebat more phrenetici medicum quolibet modo extinguere, quam a pravitatis ſuæ furore reſipiſcere. Ad quod ſcelos non parum incitabatur perverſis ſuggeſtionibus reproborum hominum, virtuti Pippini invidentium malitioſe. Sed Pippinus in modum ſancti animalis habentis oculos ante & retro, undique circumſpectus, prudenter agebat in cunctis. Verumtamen ut ipſis verbis hiſtoriæ Francorum utar, amor juſtitiæ, ac timor Domini, quem *m* diligebat, ipſum liberavit a malis. Nec mirum, ſi, depravante tanta rerum gloria, Rea minus in via Domini adhuc perfectus, ab ejus magiſterio in domum foroicationis, & homicidii cupiditatem incidit, cum ipſe David, qui ſecundum cor Domini electus fuerat, quique Prophetas ſoos eruditores habebat, mox ut præſſuræ pondere caruit, ea laſcivientis animi levitate captus eſt, ut in illicitos ampleaus alienæ conjugis primo rueret; poſt ad obruendam infamiam perpetrati flagitii devotum militem extinguens, adulterium homicidio cumularet. Sed benignus Deus, qui David acommiſſo ſcelere per pœnitentiam purgavit, hunc quoque ab effuſione juſti ſanguinis deſperata opportunitate innoxium ſervavit. Nam videns Dagobertus minime eum inſidiis capi poſſe; ſimul etiam ſanore conſilio reputans dignitatis ſuæ ſtatum labefactari, ſi virum nobilem, potentem, fide & juſtitia popularibus acceptum, perimeret; paullatim animum reflexit, cœpitque egregium Ducem magis te-

Prov. 19. 14. cum ſeq. lectione ſtatuit,

ejus & æmulorum inſidias acute detexit.

Prolog. 61.

m

F

priſtinum apud eum gratiam obtinet.

a

vereri.

8 Denique cunceptam malitiam ita in pacem & gratiam commutavit, ut filium ſuum Sigebertum illi abſque ſuſpicione commendans, in Auſtriam ad regnandum mitteret, *n* expertus in ſeipſo fidem ejus, & efficacem induſtriam, qua proſpere hanc ipſam regni partem, adhuc patre ſuo ſuperſtite, adminiſtraverat, eoque defuncto, ad totius regni obtentum, revictis omnibus adverſariis, perveuerat. Tranſuſa eſt ergo

n *Auſtraſiam cum S. filio Rege adhuc puero feliciter regit.*

per

per ejuſdem rectoris prudentiſſimum conſilium eadem proſperitas in filium: ita ut Sigeberto regnante, ſed Pippino regente, & accommodante uperam ſuam, deinceps Auſtraſii terminos ſuos contra barbaros ſtrenue defenderint, quorum creberrimis incurſibus eateous impugnari ſolebant.

9 Sed & mortuo poſtmodum Dagoberto, omne regnum Francorum ad Sigebertum tranſtuliſſet, niſi prius facta deſcriptione totius regni, pater cum Sigeberto pactum fecmſſet, ut ipſe Auſtria contentus, juniori fratri Clodovæo Franciam permitteret. In hujus vero Clodovæi poteſtate, matriſque ejus Nantbildis Reginæ copioſiſſimi theſauri Dagoberti Regis indiviſi fuerant relicti. o Quorum diviſionem Pippinus cum Cuniberto Pontifice eapoſtulans, ea arbitrio ſuo obtinuit, juſtamq; partem receptam Sigeberto Regi Mettis deportari fecit.

partit iberſauri patris ol obtinet o

9

10 Sed eodem anno expleto, egregius Dux ac veriſſimus Pater patriæ, rebus humanis exceſſit. Cujus mors tanto dolore totam Auſtriam perculit, ut planctoi ejos planctus Regum nequaquam conferri poſſit. Fuit namque probatiſſimæ vitæ, ac puriſſimæ famæ, ſapientiæ domicilium, conſiliorum theſaurus, deſeoſio legum, controverſiarum finis, munimentum patriæ, Cutiædecos, via Docum, & diſciplina Regum. Qui profecto ſi beati Job exemplo ſuas laudes prædicare voluiſſet, ex perſona ſapientiæ, quæ eum ubertime repleverat, veriſſime & abſque vitio dicere potuiſſet: Per me Reges regnant, & conditores legum juſta deceruunt.

moritur o

mgno o mnium lu ctu.

Prov. 8. 15.

11 Sed ne videat de vita beatiſſimi Ducis novum attuliſſe figmentum, non abs re erit, ſi in teſtimonium ſanctitatis ejus eadem verba, quæ in geſtis Francorum diverſis io locis inſerta ſunt, hic in unum collecta ſub oculis poſuero. Sunt ergo in hunc modum ſeſe habentia. Uſque ad id tempus ab initio quo regoare cæpit Dagobertus, conſilio beatiſſimi Arnulfi Metenſis urbis Pontificis, & Pippini Majoris-Domus uſus, tanta proſperitate regale regimeo iu Auſtria regebat, ut a cunctis gentibus immenſam laudem haberet. Et paullo inſra poſt deceſſom B. Arnulfi, adhuc conſilio Pippini Majoris-Domus, & Cuniberti Pontificis urbis Coloniæ utens, & ab ipſis fortiter admonitus, tantæ proſperitatis & juſtitiæ amorem complexus, univerſas ſibi gentes ſubditas ſic regebat, ut nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſoa laude fuiſſet præcallentior. Item poſt narrationem de tribus Reginis & coocubinis Dagoberti: Hæc cernens Pippinus, eum eſſet cautior cunctis, & conſilioſus valde, pleniſſimus fide, ab omnibus eſt dilectus pro joſtitiæ amore, qua Dagobertum inſtruxerat, dum ſuo uſus fuerat conſilio, ſibi tamen nequaquam oblitus juſtitiam, neque recedens a via bonitatis, cum ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum ſe in omnibus oſtendebat. Zelus Auſtraſiorum vehemeuter in eum ſurgebat, utetiam ipſum conarentur Dagoberto facere odioſum, ut potios interficeretur. Sed juſtitiæ amor, & Dei timor, quem diligenter amplexatus fuerat, ipſum liberavit a malis.

Dicta verbis Fredegarii confirmantur,

cap. 18.

mp. 61.

Et aliquanto inſra: Dagobertus Mettis urbem veniens, cum conſilio Pontificum ſeo Procerum, Sigebertum filium ſoum in Auſtriæ regno ſublimavit, & Cuniberto Pontifici, & Adagiſilo Ducis, & Pippino Majori-Domos regnum gubernandum conſtituit: quorum ſtudio deinceps Auſtraſii limitem & regnum Francorum contra Winidos utiliter defenſaſſe noſcuntur. Item poſt pauca: Cum Pippinos Major-Domus, poſt Dagoberti obitum, & ceteri Duces Auſtraſiorum eum Sigeberto unanimiter conſpirationem eapetiſſent; Pippinus cum Cuniberto, ſicut & amicitiæ cultu invicem colligati fuerant, & nupet ſicot & prius amicitiam perpetuo ſe firmiter conſervaturos obligaverant, omneſque laudes Auſtraſiorum ſecum uterque prudenter & cum dulcedine attrahentes, benigne gubernabant. Ae deioeeps: Cunibertus Pontifex & Pippinus Major-Domus a Sigeberto directi villam Compendium uſq; perveniunt, ibique theſaurus Dagoberti, jubeote Nanthilde & Clodoveo, præſeotatur, & æqua lance dividitur. Cunibertos & Pippinus partem Sigeberti Mettis faciunt perduci, & Sigeberto præſentatur & deſcribitur. Ultimum vero laudabilis & honeſtiſſimæ vitæ præconium eadem Hiſtoria his verbis concludit: Poſt anni circulum Pippious moritor, nec parvum dolorem ejuſdem tranſitus cunctis generavit io Auſtria, eo quod ab ipſis pro juſtitiæ cultu & bonitate ejuſdem dilectus foiſſet. Quis plora teſtimonia induſtriæ, potentiæ, ac bonitatis ejus deſiderer?

EX ACTIS S. GERTRUDIS.

cap. 25.

D

E

a *Non igitur ulla tunc extabat B. Pippini Vita, cum hæc ſcripta eſt.*

b *An primus fuerit, ut dicitur in libello de Majoribus-Domus, ſupra in quiſtum.*

c *Videtur Erchanbertus ſupra citat. indicare, jam cum Majorem-Domus fuiſſe, cum Clothar. regnum Auſtraſiæ ſibi vindicavit, mortuo an. 613. Theoderico, qui anno præcedente illud invaſerat, Theodeberto fratre victo.*

d *Stephan. in Vita S. Mdoaldi 1 a. Maij, hanc citans, legis fortiſſimo.*

e *Non habet Vita ipſius Arnulphi a coætaneo ſcripta, ut ante monuimus: habent tamen alii poſteriores ſcriptores.*

f *Colitur S. Cunibertus 12. Novembr. Sedit 40. annis. Anno 624. vel 625. concilio Romenſi ſub Symmacho interfuit: vitaque ultra 220. Quare corrigendum quod in ejus Vita MS. habetur, adoleſcentem eum Dagoberto Regi ejuſq. uxori in aula ſervivisſe, cum Epiſc. factus ante quam uxorem duceret Dagobertus.*

g *Fallum id anno 621. vel 622. ipſius Clotharii an. 38. vel, ut habet Petavianus Codex Regina Sveciæ, & mſ. Jacobi Sirmondi noſtri, 39. coperat autem regnare anno 584.*

h *Geſta Dagoberti apud Chefn. to. 1. pag. 577. ita habent c. 12. Haribertus frater ejus nitebatur, ſi poſſet, regnum aſſumere. Sed illius voluntas pro ſimplicitate parum fortitur effectum. Brunulfus vero, qui frater fuerat Sichildis Reginæ, volens nepotem ſuum Haribertum ſtabilire in regnum, adverſus Dagobertum muſcipulare cæperat.*

i *Fuſius hæc narrantur apud Fredegar. c. 58. & in Geſtis Dagoberti c. 42. hujuſq; gloria laus conflic Pippini, Arnulphi, & Cuniberti tribuitur.*

k *Et Leudium, inquit Fredegar. c. 60. id eſt clientum, præſertim Procerum.*

l *Nanthildis, Vulfgundis, Berthildis, ut ſcribit Fredegar.*

m *Fredegar. c. 21. habet, quem diligentes amplexerat.*

n *Fallum id anno 638. de eo Geſta Regum Francor. c. 45.*

o *De hac diviſione antea actum iterumq; inferius ex Fredegar. c. 85. De eodem agitur in Geſtis Dagoberti c. 47.*

A D

DE S. GUMBERTO, SEU GONDEBERTO;

ARCHIEPISCOPO SENONENSI IN GALLIA,

FUNDATORE MONASTERII SENONENSIS IN VOSAGO,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

SEC. VII. XXI FEB. In Voſego ſalto

1 VOſagus *mons ſaltus ſilva, eremus*, Voſaga, Voſega, Vaſega, Voſagom, Vageſum, Vogeſum etiam, Voceſum, Vogeſus, Vegaſum, *appellatus, late per confinia Burgundiæ, Alſatiæ ac poſſimum Lotharingiæ extenſus, illuſtrium præbuit olim domicilia variis ſanctis eremitis & cœnobitis, quorum Acta Gallico commentario complexus eſt Joan. Ruerus. Ad hanc Voſagenſem eremum plures Epiſcopi relicta Sede ſua confugerunt* e quibus ſunt *S. Arnulphus Metenſis, S. Hildulphus Trevirenſis, S. Deodatus Nivernenſis, S. Gumbertus ſeu Gondebertus, aut Gondelbertus Senonenſis: quos B. Petr. Damianus n. 3. operum, ppuſc. 19. de Abdicatione Epiſcopatus c. 7. laudat, & de S. Gumberto iſta tradit:* Quid Gondebertum, præclariſſimum videlicet Archiepiſcopum Senonum? Hic plane cœleſti deſiderio æſtuans, commiſſam dimiſit Eccleſiam, & in loco, qui Grandiavium dicitur, cœnobium Senonenſe conſtruxit, quod ſcilicet ex relictæ Eccleſiæ vocabulo denominavit. *Hujus Senonenſis cœnobii hiſtor. ſcriptam fuiſſe a Richerio monacho Senonenſi tempore S. Ludovici Regis Francor. tradunt Ruerus, Claud. Robert. in Gallia chriſtiana, Andreas Cheſn. in biblioth. hiſtor. Francor. c. 20. qui aſſerit in hac mſ. hiſtor. contineri Abbates Senonenſes, Epiſcopos Tullenſes & Metenſes & aliquot Lotharingiæ Duces.*

plures Epiſcopi relicta Sede

olim relicta Epiſcopatu

B

aut S. Gumbertus an Archiep. Senonenſis

Abbas Senonenſis ignobilis a ſe exturbatus.

2 *De Epiſcopis Tullenſib. Metenſib. Trevirenſib. qui ſec. Chriſt. ſeptimo & octavo floruerunt, egi in Diatriba particulari de tribus Dagoberti Regibus l. 4. c. 5. & 6. ac feciſſem S. Arnulphi ad eremum Voſagi relicto Epiſcopatu Metenſi referendum aſſendo ad an. 630 aut ſequentem. Secutus eodem ſeculo eſt S. Deodatus Epiſc. Nivernenſis fundator monaſterii Vallis-Galilææ ad Mortam fluvium, cujus fundationis tabulas a Childerico Rege falſi ſignarum Namerianus Archiepiſc. Trevirenſis, & Epiſcopi Chlodulphus Metenſis, Giſlebertus Virdunenſis & Ebrinus Tullenſis, qui ſimul ſub initium regni Childerici, qui an. 664. regnum cœpeſſivit, illic Eccleſiæ præfuerunt. Succeſſit Namerianus S. Hildulphus, qui privilegia immunitatis; S. Deodato conceſſa confirmavit, ac relicto Epiſcopatu Medianum monaſterium extruxit, cui ſimul & Vallis Galilææ Deodati morte præfuit, mortuus circa an. 692. Cujus interim Epiſcopatum ad tempora Pippini Regis & ann. 754. multa rejicium, ex ejus aliis fœde interpolatis in errorem abducti: inter quos forſan ſunt cenſendi, qui S. Gumbertum ad tempora Pippini & Caroli Regum tranſtulere. Ita Robertus monach. Altiſſiodorenſis in chronol. inter ann. 760. & 777. ejus Epiſcopatum collocat his verbis:* Senonenſi Eccleſiæ poſt Lupum præfuit Viricarius, & poſt eum Godeſchalcus, cui ſucceſſit vir digniſſimæ vitæ S. Gumbertus, quo Dominum Petrum virum venerabilem habuit ſucceſſorem. Hæc ibi. *In chron. mſ. anonymi Senonenſis Canonici, a Nativitate Chr. uſq. ad ann. 1295. cujus meminit Cheſn. in Bibloth. hiſtor. Francor. c. 19. ita tabulæ 19. leguntur:* S. Leo IV. Romanorum Pontifex. Karolus Magnus Imperator Romanorum, & Rex Francorum. Sanctus Gumbertus confeſſor Senonenſis Archiep. *Præponuntur deinceps dicta tabulæ hoc modo:* De morte Pippini. De morte Karlomanni. De S. Gumberto &c. *Quibus dein repetitis hæc de iſto addunt:* Sanctus Gumbertus, vir juſtus, laudabilis & honeſtus, illo tempore virtutibus reſplendebat, fulgens miraculis & exemplis. *Hæc in codice mſ. Senonenſi, qui olim fuit Alexandri Petavii, nunc Regina Sveciæ, n. 677. Eodem modo Goteſcalcus an. 773. mortuo ſucceſſiſſe Gumbertum, & an. 778. obiiſſe ſub Carolo Magno ſcribunt Demochares & Chenu in Archiepiſcopis Senonenſib. nulla facta ejus in eremum receſſus mentione. At Claud. Robert. hos ita conjungit:* 39. Goteſcalcus obiit 773. 40. S. Gumbertus, vel Gaudebertus, abdicato Archiepiſcopatu eremitam egit in monte Voſaco, vel Vogeſo, ut notat Servatius Lairveltz in Optica Religioſorum. Obiit anno 778. De quo etiam Petrus Damiani l. 1. epiſt. 9. Virum digniſſimæ vitæ chronicon S. Mariani, & miraculis clarum chronicon S. Petri Vivi vocat. *Hæc ibi. Verba Petri Damiani, & chronici S. Mariani auctore Roberto monacho Altiſſiodorenſi dedimus. Chron. S. Petri Vivi convenit cum Senonenſi. Hoſ ſecuti &c.* Vide Append. p. 758. col. 1.

C

S. Gumbertus tranſlatus ad tempora Pippini Regis & Caroli Magni,

3 *Lairveltz in Indice cœnobiorum Ord. Præmonſtratenſis in Circaria Lotharingiæ iſta ſcribit:* Stivagium, filia Flabonis montis, cœnobium inter montes Voſagiæ ſuper Mortam fluvium ſitum. Fuit olim Ordin. S. Benedicti tempore onbiliſſimi viri Gaudeberti, qui abdicato Archiepiſcopatu Senonenſi primus fuit eremi de Voſagu habitator & Senonienſis monaſterii Ordin. S. Benedicti, quod conſtruxit & dotavit, primus Abbas. *Hæc Lairveltz. S. Maria Majoris apud Muſſipontanos in Lotharingia Abbat. Hunc adſentitur Ruerus & ipſe apud S. Deodatum Canonicus, qui S. Gundelbertum inter primos eremi Voſagenſis habitatores cenſet, dum ſub finem partis 2. Antiquitatum Voſagenſium tradit eum abdicaſſe Epiſcopatum Senonenſe, quo tempore bello inteſtino a Reginis Brunechilde & Fredegunde excitato ardebat Francia, quando ſcilicet dolo Fredegundæ confoſſus eſt Sigebertus I. Rex Auſtraſior. maritus Brunechildis: quod factum an. 575. Aut certe addit ex aliorum opinione id evenuiſſe, dum Theodebertus & Theodericus fratres (quod via Brunechildis imputatur) mutuis uſq; in eo exarſerunt odiis, ut Theodebertus a fratre præ invidia victus, vita ſimul & regno ſit exutus, quod anno 612. contigit. Eadem forſan monaſteriorum ſitus poſſunt confirmari. Eſt namq; ad Murtham fluvium, poſtquam hic relicto S. Deodati oppido deſluit, ſupra memoratum Stivagium cœnobium, vulgo Eſtivay, ante quod volunt Senonenſe monaſterium a S. Gumberto extructum in loco Grandiavio olim dicto, nunc Valle Senonenſi, ad fontes fere vivi, qui ſupra Stivagium Murtha miſcetur, nec procul inde exoritur Bruſchius, qui Alſatiam vicinam perlabitur. Fundi Senonenſis monaſterii eum agris ſituiſq; adjunxit deſcriptionem ex Richerio monacho tradit Ruerus pag. 194. Inter utramq; monaſterium Stivagium ſcilicet & Senonam extruxit ad eumdem rivum S. Hildulphus tertium monaſterium, quod a ſitu Medianum dictum eſt, & ab utroq; æquali intervallo disjunctum; ut illa ante hoc Medianum, quod poſt ann. 670. coptum erigi, videantur conſtructa fuiſſe.*

D

aliis primus locus Voſagi inſig. alii babitus,

aut falſum ante S. Hildulphum qui mona-ſterii Medianenſis poſt an. 670. fundavit.

E

4 *Demum Senonenſe hoc monaſterium ante tempora Pippini Regis & Caroli Magni extitiſſe colligimus e primis Abbatibus, quos ejus commentar. Richerii monachi edidit Ruerus l. 1. par. 3. c. 7. hoc ordine* 1. S. Gondelbertus Archiepiſc. Senonenſis, fundator monaſterii. 2. Magneranus. 3. Agericus. 4. Magenranus. 5. Boonolus. 6. Stephanus. 7. Angilramus Epiſc. Metenſis, *cui præfecturam hujus monaſterii a Carolo Magno collatam diximus 6. Febr. ad Vitam S. Symeonis Epiſcopi Metenſis, cujus corpus ad hujus Senonenſis monaſterii eccleſiam volunt transferre, ſed repugnantibus*

S. Gumberti ſucceſſores

hoc ſepulmus Angilramus Epiſc. Metenſis tempore Caroli Magni.

A *monachis in extructa in vicino colle adicula depoſuit. Dein cum Epiſcopatus ſui cura & Palatinis officiis ni nimum premeretur Angilramus Archicapellanus Regis Caroli conſtitutus, Senonenſibus Abbatem præfecit Horgantum ejuſdem inſtituti monachum, atq; an. 791. mortuus eſt. Reliquos ejuſdē monaſterii Abbates ad noſtra uſq; tempora addit Ruerus, qui tam conſtantem per mille circ. annos diſciplina monaſtica ſecundum regulam S. Benedicti obſervationem attribuit ſelicibus auſpiciis S. Gondeberti, ut ipſe eum vocat. Idem &c.* Vide Append. p. 758. col. 2.

5 *Natalis ſanctis hujus Epiſcopi aſſignatur ad Kal. Martii in Florario Sanctor. mſ. his verbis:* Senonis S. Gumberti ejuſdem orbis Epiſcopi. *At 21. Febr. eumdem celebrant Menardus in martyrol. monaſtico, & Sanſſ. in Gallic. Illius hæc verba ſunt:* In monte Voſego B. Gumberti Archiepiſc. Senonenſis, qui relicto Epiſcopatu, monaſterium Senonenſe de numine ſui epiſcopatus in eodem monte ædificavit. *At longiore hoc elogio a Sanſſ. exornatur:* In monte Vogeſo depoſitio S. Gundeberti Epiſcopi Senonenſis, quē eum variis virtutibus ornatus, potiſſimum vero religione effulgeret, poſt Goteſcalcum ad Metropoliticæ hujus Sedis gubernacula ſubvectus, ſanctis moribus ſubditos informans, Domino lucra animarum plurima fideli vilicatione comparavit. Deinde ſolitariæ vitæ deſiderio ineenſus, quod humilius atque ſecurius Chriſti obſequiis inſiſteret, relicto Epiſcopatu ad hanc ſolitudinem ſe contulit: ubi monaſterium de ſui Epiſcopatus nomine ædificavit: cujus eccleſiam Divina juſſione ſacravit in ſanctiſſimæ Deigenitricis Mariæ memoriam & honorem. Ille vir ſanctus religioſa congregatione collecta, tis pietatis radiis emicuit, ut aſcetis de ipſum de cœlo ſidus ſibi ad æternitatis iter monſtrandum per eximia totius religionis opera merito videretur. Cujus ſanctimoniam cum miracula etiam maxima prodidiſſent, tandem vita in Chriſti famulatu egregie conſummata, cœleſte ad præmium pertranſivit, atq; magis poſt mortem clarificatus eſt divinæ gloriæ, qua fruitur, iudiciis. *Hæc ibi. Prater memoratam Deiparæ Virginis ædem aliud ab eo erectum fuiſſe multo amplius templum, ac S. Petro Apoſtolor. Principi dicatum addit Ruerus: a quo Senonenſe S. Petri monaſterium ab aliis nuncupatur. Eumdem hoc 21. Feb. celebrat Bucelin. in Menol. Benedictino, atq; ad ann. 778. ejus obitum refert, quod diximus nobis non probari.*

Colitur S. Gumbertus 21. Martii

& 21. Feb.

AUCT. G. H. D

extructis in monaſterio eccleſiam S. Mariæ

aliam S. Petri.

B

DE SANCTIS MARTYRIBUS

E

GERMANO ABBATE ET RANDOALDO PRÆPOSITO

GRANDIVALLE IN DIOECESI BASILEENSI.

1 B.

SUB FINEM VII. SEC. XXI. FEB.

1 *Est in Rauracorum regione vallis prope ad Helvetiorū fines porrecta, Birſa fluvio irrigua, qui pluribus auctus rivis Rheno juncta Baſileam miſcetur. Vallis ipſa Epiſc. Baſileenſi paret, ab antiquo* Grandis-vallis *dicta: quod Galli nomen retinent, Germani* Granfel *vocant, atq; inſtitutus* Monſterthal, *id eſt,* Monaſterii-vallem, *a pago qui* Monaſterium *etiamnum appellatur, quia monaſterium illic celebre fuit, quod S. Waldebertus Abbas Luxovienſis ſec. Chriſti ſeptimo inſtituit, fundum largiente Gundonio, ſive Gundoino Duce, ejq; primum Abbatem* S. Germanum *præfecit. Multorum dein Regum atq; Imperator. favore floruit, præclaris munitum privilegiis. Poſtea in poſſeſſionem ceſſit Epiſcopi Baſileenſis, ac demum in collegium Canonicor. verſum, ab annis amplius quingentis. Canonici ſeculo ſuperiore in oppidum Telsbergam, ſive Delemontem, migrarunt, hæreſes hac per univerſam Grandem-vallem graſſante, quam Bernates Helvetii afflarant.*

S. Germanus Ab. Grandivallenſis

C

ſui Chron.

2 *Vixit* S. Germanus *ante ann.* 1000. *Litteris quippe eruditus a S. Modoaldo Trevirenſi Epiſc. qui ſynodo Remenſi ſub Sonnatio habita an. 624. aut initio ſequentis, interfuit. Dein ann. natus 17. Germanus S. Arnulphum adiit jam in eremo verſantem, in quam ſub ann. 630. ſeceſſerat. Demum Luxonis ſub S. Waldeberto 3. Abbate monaſticam vitam egit, una cum* Nomeriano *fratre, eo, opinor, qui S. Modoaldo in cathedram ſucceſſit, colitur q. Julii.*

(cujus Vitæ a Babelono contextæ ſcripſere, & alii)

3 *Vitā* S. Germani *ſcripſit Babolenus Presbyter, rogantibus Grandivallenſibus monachis, quorum nonnulli, rerum ab illo præclare geſtarum teſtes oculati, adhuc in vivis erant, cum eam Vitam ederet Babolenus. Petrus Franciſc. Chiffletius noſter eam e veteri cod. deſcriptam ad nos miſit. Henricus Murerus Carthuſian. Germanice vertit, atq; in Helvetia ſacra edidit. Brevius eam perſtrinxit, citato Babolono, Chriſtianus Urſtiſius chron. Baſileen. l. 1. c. 2. Dicitur Sebaſtian. Brantius ſuperiore ſeculo eam elegiaco complexus poemate, quod non vidimus.*

4 *Celebratur in diœceſi Baſileenſi ritu duplici memoria* S. Germani, *Sanctiq; Randoaldi Præpoſiti Grandivallenſis, qui ſimul cum eo ab impiis interfectus martyris lauream retulit, 21. Febr. Lectiones propriat ex novis officiis illius diœceſis Vitæ ſubnectemus. MS. Florar. ita eo die illius meminit:* Germaoi Abbatis. *Nihil in aliis Martyrol. de eo adhuc legimus.*

colitur 21 Febr. S. Randoaldus

5 *Solere olim ad ejus venerandas reliq. confluere peregrinorum turbas ajunt. Cum vero ante 200. fere annos dubitatio quadam de iis reliquis mota eſſet, num ea in ſaxeo ſarcophago adhuc eſſent incluſa, an. 1477. feria 4. poſt feſtum S. Margaritæ, Henricus Ampringius Præpoſitus ac reliqui Canonici magna cum reverentia ac religioſo cantu tumulum aperuerunt, & non ſine ſenſu pia voluptatis ſacra oſſa in eo repererunt. Nec videtur antea unquam per 777. annos reclauſus is tumulus fuiſſe. Ita Murerus, quæ ut verbis innuere videtur, an. 700. ſanctorum Martyrum eadem contigiſſe. Nos prius aliquanto falſam cenſemus. Nam ex ætate S. Arnulphi, quem in eremo convenit, cum ipſe ſeptemdecim eſſet annorum, ſatis conſtat ante ann. 620. natum fuiſſe, & vigor ille animi & corporis, quo impium Ducem adiit libros ſecum ac reliquias ferens, decrepitum ſenem non fuiſſe videatur, octogenario majorem: quare videmur conjicere poſſe circiter ann. 677 eſſe occiſum.*

ejus reliquiæ eo. 1477 viſebat ur

F

tempus martyrii;

6 *Nobis tamen haud probatur, quod de S. Germano refertur in vita quadam S. Arnulphi, quam ex antiquo cod. mſ. Cancellar. Vicenſis deſcripſit, & ad nos an. 1647. Muſſiponto miſit Franciſc. Laberius noſter; nam §. ultimo iſta leguntur:* Conſtat præterea, quod hic vir beatus monachi habitum eremo ſuſcepit, & B. Germanum in Abbatem conſecravit, & in Baſileenſem regionem ad prædicandum miſit. Qui B. Germanus congregationem religioſorum, in loco qui dicitur Grandis-vallis, adunavit. Sed dum incolarum vitia increparet, odium incurrit: perſeverans martyrium promeruit, & in prædicta Grandi-valle requieſcit in Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. *Sed his refragatur Babolenus auctor coævus. Et qui credibile ſit, Abbatem a S. Arnulpho conſecratum, cum adhuc eſſet juvenis? Cujus autem monaſterii Abbas conſecrari ab anachorita potuit? Miſſus ſolum ab eo eſt ne vita monaſtica in cœnobio S. Romarici initiaretur.*

An Abbas conſecratus a S. Arnulpho?

VITA

A

VITA

Auctore Boboleno coævo,

Ex veteri MS. eruta a Pet. Fran. Chiffletio S. J.

Bobolenus unde acceperit quæ ſcribit? a b c

1 DOmiuis caimiis & ſacris eulminibus decoratis, religioniſq; copia fultis, & io ſanctitate ſemper ubique polleotibus, *a* Deicolo, *b* Leudemundo, & *c* Ingefrido Patribus, Bobolenus caiguus omnium Preſbyterorum. Pauci admodom dies ſunt, quod a quibuſdam ſanctis Fratribus flagitatus, ut S. Germani Abbatis Grandivallenſis meo ſtuderem ſtylo reaere geſta, præſertim qui eum eo fuerunt in tempore, & penes ipſum parrata viderunt: a quibus etiam & nos per venerabiles viros Chadoaldum & Aridium didicimus, qui nunc ſuperſtites ſunt.

S. Germanus Trevirenſis nobilis, d e B

2 Igitur Sanctus Germanus Abbas & Martyr, natali ſolo Trevirenſium urbis incola fuit, ea genere Senatorum genitus, ſed nobiliov ſanctitate. Pater ejus Optardus, fratres vero ejus Opthomarus & Numerianus. Opthomarus ſub Dagoberto Rege quondam regia elegantia *d* & a mondana ſcieutia inclytus ſub Rege Sigeberto, idemque auulio ſultus Domini ecteris Proceribus ſublimior ſuit. Cum eſſet S. Germanus infantulus, traditus eſt B. *f* Modoaldo, qoi & ipſe illis diebus Trevirorum urbis eatbedram arce ſanctitatis tenebat: qui eum audiſſet eum elegantem, & ſagacis ingenii cerneret puerum, litteris liberalibus eum erudire cœpit.

f a S. Modoaldo recreatur.

3 Tandem cœpit vir Dei ſanctitate & ſcientia pollere, ita ut omnes mirarentur conſtantiam ejus: & audiebat a legentibus B. Pauli ſeotentiam dicentis; Præterilit enim figora hajus mundi: raſtat enim ut qui utuntur hoc mundo, tamquam non utentes ſint. Evangelicæ verba ſenteotiæ conſideraba t, dicentis; quod dives difficile intrabit in regnum cœlorum. Tantam itaq; viro Dominus gratiam ab hominibus dedit, ut non ſolum a clericis, ſed ab omnibus nimio diligeretur affectu: nihil in eo ſuperbiæ, vel arroganciæ, ſed omnibus benevolus habebatur: in terris poſitus, cœleſtibus ſe ſecretis aptum oſtendebat; erat enim adſpectu angelicus, ſermone nitidus, opere ſanctus, corpore integer, ingenio optimus, conſilio magnus, fide catholicus, ſpe patientiſſimus, caritate diffuſus, & omni ſuavitate conſpicuus: meditabatur apud ſe in ætate puerili, quod poſtea juvenis implevit.

1. Cor. 7. 31 Matt. 19. 23 conſilio docet, ejicitur omnibus ipſi placens,

4 Cum vero eſſet annorum ſeptemdecim, anhelanti C animo cœpit tacitus intra ſemetipſum cogitare, qualiter mundanas illecebras, & delectationes hujus ſeculi, blaoditia ſq; evadere poſſet. B. Modoaldum Epiſcopum flagitare cœpit: O venerabilis Pater, permitte me, ut omoibus prius poſitis, ad monaſterium, quo me juſſerit Divina pietas, pergam. At vero B. Modoaldus mirari cœpit adoleſcentis animum, quod tam utiliter ageret, ut eremum deſideraret; ait ad eum: O juvenis, magnum & altum petere deſideras; ſed juvenibus lubricum eſt iter, per quod terenre pede ire feſtinas; dixitque ad eum: Non ſum auſus tibi dare *g* peomiſſum, propter regnum poteſtatem, quia ſcriptum eſt: Noo eſt enim poteſtas, niſi a Deo: Et iterum: Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

subit ad vitam monaſticam. g Rom. 13. 1. & 2.

5 Ille vero, ut erat audax, confidens in Domino, omnia ſua diſtribuens, dedit pauperibus, juxta Evangelii vocem: aſſumpciſque ſecum tribus pueris comitantibus eum B. *h* Arnulphum Epiſcopum expetit, qui in illis diebus in eremo, cui vocabulum eſt Horeobergo, vitam ſanctam ducebat. At vero B. *i* Arnulphus eerneneum, ovanti animo, gratias agens omnium conditori, cæpit lætus & hilaris, & *k* comam capitis tondebat, & apud ſe aliquandiu commorari feeit; ut eſſet imitatus vitam & morer viri Dei. Deinde ad monaſterium B. Romatici, quod vulgo vocant *l* Caſtellum, in cacumine montium ſuo opere conſtructum venit: mittens duos e ſuis, qui fratrem ſuom, Numerianum nomine, *m* parvuli adhoe ætate, ad ipſum adducere deberent: eupiens eum de ſeculi actibus ad inſtituta ſanctorum Patrum, vel regulam monachorum & ſanctam vitæ converſionem adducere.

suo dat pauperibus. h i k l

habitat S. Arnulpho locorum. l mittitur ad monaſterium

6 Beatum vero Germanum ad ipſum monaſterium venienteé omnes, una cum fratre ſuo ovantes eacipiunt, referentes Conditori gratias, quod de tantæ peoſapiæ genere ſibi Dominus ad ſuum vocaret ſervitium. Totum corpus ſuum aſſtigens jejoniis & vigiliis & orationibus, ſemper Deo vacans, nihil amplius præter quotidianum victum reſervabat. Veſtitus ejus vilitas erat: eaemplum humilitatis & caritatis omnibus eahibebat; ita ut ad ligna cædenda cum *n* collega ſuo ad ſilvas pergeret, & ſuis humeris deferet: ſermonum B. Pauli conſiderabat ſententiam, dicentis, Qui non laborat, oon manducet.

quo Numerianum fratrem accerat, ſanctis & humiliter ſe gerit. n 2. Theſſ. 3. 10.

7 Tantam autem Domious gratiam ei dedit, ut nullus eſſet, qui non cuperet vitam & mores illios imitari. Tum deinde aſſumpſit ſecum *o* B. Cbuanem magnæ religioois virum, ex genere Burgundionum: & accipiens ſalubrios conſilium, monaſterium antiquorum opere conſtructum, cujus vocabulum eſt *p* Luxovium, ambo pariter eum ſuis *q* ſodalibus eapetunt. Erat autem Pater monaſterii illius *r* Waldebertus nomine, vir egregius, ex genere *ſ* Sicambrorum, & magnæ converſionis vitæ. Cumq; eos aſpeariſſet *t* Sacerdos Dei, omnes unanimiter hilari vultu intra monaſterii ſepta recepit ovans. Ingreſſus vero homo Dei cum ſuo fratre monaſterium, mortificationem earnis, & ſanctæ religionis vitam, & obedientiam ambo ſpontanea voluntate depromunt. Cumque cerocret eum B. Waldebertus virum eſſe induſtrium, eum Presbyterum fieri juſſit, omnii chorus Fratrum in ejus veneratione elamaverunt, dicentes, Germanum dignum eſſe presbyterio. Sancto itaque ordinato Presbytero, omnem gratiam tranſcendebat io Clero.

It Luxovium ad S. Waldebertum cum fratre. o p q r ſ t fit Sacerdos

8 Cernens vero Deo plenus, & Spiritu ſancto repletus Saeerdos Dei Waldebertus, certatim undique eatervas tnonachorum coadunari, cœpit de eam plurima multitudine, ſi forte ubiubi poſſet, loca uberrima, ubi de ſuis mooachis ad habitandum aduoaret, eaquireret. Audiens autem *u* Gundonius vir illuſtru, quod B. Waldebertus Abba ſagaci intentione requirebat loca, ubi monachi ſui reſidere, & vitam ſanctam degere deberent, miniſtros ſuos ad eum direxit, ut ad ipſum quaotocyus properatent. Tum vero B. Waldebertus abſq; ulla ambiguitate ad ipſum Gundoniom accedit, daus conſilium. Illuſtris vir Gundonius dedit illi loca opportuna; & licet difficilis ſit introitus eorum, aditus eorum inveniri queunt. Tuec cœpit Waldebertus leoibus verbis mulcere animum ejus, ut ſi vellet pro Dei intuitu, vel peo remedio animæ ſuæ, vel pro abſolutione peccaminum ſuorum, firmitatem de ipſis locis manibus ſuis, ſeu bonorum hominum roboratam manibus eahiberet.

u Grandivalle a Gundonio dato S. Waldeberto.

9 Deinde Waldebertus, cum timore Dei, & oratione Fratrum, ad ipſum locum acceſſit: & ioveoit locum uberrimum, infra ſaorum concava, vallem, quam ouneupavit Grandem vallem: & eſt *x* amnis io ea, cum moltetudine piſcium; hortans fratres ſuos, ut ibidem conſiſtere deberent. Accerſivit itaq; ad ſe unum de Preſbyteris ſuis, nomine Fridoaldum, de paucis monachis Domini Columbani Abbatis, admoneus ut ad ipſum locum accedat. Ille vero de obedieotiæ bono, oihil dubitans, cum aliquot Fratribus ad ipſum locum cum timore Dei acceſſit: eaercens ſe in labore cum ſuis cœpit ligna eædere, qualiter victitare deberent.

x monachis ab eo ibi conſtitutis.

10 Poſt

A 10 Poſt hæc cœpit Waldebertus Sacerdos Dei intra ſemetipſum tacitos cogitare, ſi poſſet ſeperire de ſuis Fratribus, ex genere nobili, & facsis apicibus, vel litteris erudirum, in ſanctitate conſpicuum, qui ipſos monachos ſecundum tenorem regulæ guberuare, & regere deberes. Quid plura? Deo jubente, vel inſpiraote, S. Germanus eligitur Abbas. Igitur venerabilis vir, Sacerdos Dei, cum ipſo Germano, ad ipſum monaſterium Grandem-Vallem veniunt: cepit eum cum ſuis monachis exhortari, ut nihil formidaret, ſed ut vir ſanctus lumbos ſuos accingeret. Ille vero de obedientiæ bono nihil dubitans, accedens cum timore Dei laborem arripuit. Waldebertus vero Fratres exhortabatur, ut eos de ſua obedientia abſolutos reddat, & S. Germano, pro Dei intuitu, obedientiæ colla ſubmittere ot: quod & ita fecerunt. Accepta igitur benedictione, tria monaſteria, ſcilicet y S. Urſicini, atque z Verdunenſe, necnon & Grandis-vallenſe, in ſuo recepit dominio. Tantam autem ei gratiam Dominus dedit, ut non ſolum a ſuis, verum etiam ab omni ætate & ſexo, nimio diligeretur affectu. Cernens ergo S. Germanus Abbas, quod difficilis eſſet introitus eorum, cœpit ſaxorum dura manibus quatere; & ſuot intrantibus patefacta uſq; in præſentem diem.

fit Abbas:

y

z

adiit Waldebertus aperti

B 11 Contigit autem ut moreretur Gundonius Dux, & Bonifacius Dux, *aa* ſive Cathicus, in locum ejus ſuccederet: qui cœpit nequiter opprimere populum illum vicini monaſterii, cœpitq; imputare quod ejus anteceſſori ſemper rebelles fuiſſent. Illis vero proteſtantibus, quod nefas erat quod eis impotabatur, multis modis affligere eos conabatur. Et quia Deo omnipotenti cura eſt de his qui certant pro eo, volens athletam ſuum laureare, quem præſcivit pro ſuis laboribus coronandum, tandem excitatus eſt Cathicus in ſcelas. Igitur homines hos, neque audientes tunc, jubens ad ſe venire *bb* centenarios illius vallis, eos in exilium ire præcepit. Tunc Cathicus quod iniquo conſilio cœperat explete, ſeu quod venenata meote tractaverat, omnino cupiens adimplere, aſſumpſit ſecum phalanges Alamannorum gentis bellicoſæ: orto jam ſole ingreſſus eſt ſuper valle.

a a

Cathicum incolæ vallis perſequuntur

b b

C 12 Quod cum nuntiatum eſſet B. Germano *cc* ..... Salmundus a partibus Aquilonis cum magno exercitu ingrederetur ſuper valle illa, & Cathicus ab alia parte cum ingenti exercitu adveniret; tunc B. Germanus, accepta ſecum pignora Sanctorum, cum libris, & *dd* Præpoſito monaſterii, nomine Randoaldo, ad cum properare ſtudet. Sed antequam pervenitet ad eum, homines inimici, diabolo impleti, projecerunt eum in terram: qui tandem perveneruot ad Cathicum, & iovenit eum in baſilica S. Mauritii cum Erico Comite, conſiliantes in invicem. Cœpit autem B. Germanus alloqui eum, & dicere: Inimice Dei & veritatis, cur ingreſſus es ſuper homines chriſtianos? Cue non pertimeſcis ad naufragium perducere monaſterium meum, quod ipſe ædificavi? At ille veniam de commiſſo ſcelete, falſa humilitate vadimonium ſuum in manum ejus dare voluit. Sed ille renuit eum accipere, promittens ſe de omnibus ſatisfacturum eſſe. Egreſſus inde reliquit eum in baſilica S. Mauritii, eum uno tantum comite, numine Randoaldo.

d d cum reliquotis adit, remitt. Randoaldo,

& monet e

K 13 Ille vero videns, quod nihil proficeret, ſed per totam vallem cernens tamquam a luporum morſibus vicinos monaſterii laniari, & domus eorum incendio concremari, flevit diutiſſime, & manus palmaſq; in cœlum tendens, dicebat: Vide Domine, ne fileas, quia gens barbara ingreſſa eſt ſuper nos. Quem repedare volentem ad monaſterium ſuum, cum collega ſuo, in via ſecuti ſunt homines plem dæmonio: quos videns S. Germanus Martyr & Sacerdos Dei, verbis pacificis eos alloquebatur, dicens: Nolite, filii mei, tantum nefas perpetrare in populo Dei. Illi vero, ut eraot repleti dæmonio, eum expoliaverunt veſtimentis ſuis. Cumque cerneret

Deum precatus orat;

eudatur ab impiis;

B. Germanus martyrium ſuum prope adeſſe, Fratri ſuo Randoaldo loquebatur, dicens: Simus pacifici, Frater mi, quia hodie fructum bonorum noſtrorum conſequimur. Cumque expoliaſſent eum, una com collega ſuo, ajebat, dicens: Gratias ago tibi, Paſtor bone, quia non me fraudaſti bonis tuis. Dignare me recipere cum Fratre meo in conſortio Sanctorum tuorum. Poſt hæc, vox ei de cœlo venit, dicens: Veni fidelis diſpenſator, a pertì ſunt tibi cœli: congaudent tibi Angeli mei, ut perducant te in cœleſtem Jeruſalem. Et hæc dicens, unus ex iis, qui erat audacior, repletus dæmonio, *ee* lancea perfodit eum, ſimulque & Randoaldum. Corpus remauſit exanime, anima illius penetravit cœlos.

AUCT. SOBOLENO CUETANEO, EX MSS.

D

ut ante confirmatus, occiditur

e e

14 Cumque hæc acta fuiſſent, Fratres ejus requiſebant, huc atque illuc circumeuntes. Fere hora tertia noctis inveneruot *ff* eum jam defunctom una cum collega ſuo: & levantes corpus ejus cum ejulato magno, deferunt in baſilicam S. Urſicini ſuo opere conſtructam, proſternentes eum oudum ante conſpectum Dei. Acta ſunt ipſa nocte, in vigilia Cathedræ S. Petri. Cum Fratses ad vigilias excubstent, nuntius venit, qui diceret, Patrem monaſterii ab hoſte iniquu interfectum fuiſſe. Illi veto cum ejulatu magno deſerunt eum in baſilicam S. Petri, & ſepelierunt eum: ubi præſtantur beneficia orationum, ipſo præſtante, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Factum eſt autem eedeunte anni ciſculo, dies natalis Domini advenit: taotom lumen coruſcans referunt in ipſa vigilia natalis Domini, *gg* ubi interfectum corpus B. Germani ſuit, de cœlo venit, ut omnes mis areotus, & repletentur timore magno.

ff

21 Febr.

E

Illuſtratur miraculi;

loca cælo lucentia

g g

15 Unus autem e Fratribus ipſa die interfectionis ejus, inter hoſtium cuneos, cingulum, quod vulgo bracile vocatus, inter manus trahentium invenit, & monaſterii veſtiario dedit. Tunc omnes Fratres tamquam munus de cœlo prolatum ovantes excipiunt, & illud in eccleſia inter pignora Sanctorum ſoſpendunt. Poſt hæc contigit, ut aliquis homo vicinus monaſterii magnis febrium detineretur infirmitatibus: vix a ſuis deportatus in monaſterium venit: cumque eccleſiæ limen attigiſſet aſpexit cingulum almi Germani pendere. Tum cœpit cum ejulatu magno precari, ut illud contingere liceret. Tunc unus de Diaconibus replevit calicem, & immerſit, & dedit bibere ægroto: & ſtatim ut bibit, ad priſtinam reſtitutus eſt ſanitatem. Adeo plura ſunt a B. Germano facta miracula, ut via verbis eoocipi queant.

ejus elogium potuit immorſo donato febres.

F

a *Maurus* Deicolam *vocat, Urſiſius* Deicolum.

b *Maurus hic eſt* Landemundus. c *Ille utriq;* Nigofridus,

d *Hic videtur* Numerianus, *qui poſtea Trevirenſis Epiſc. fuit, colitur* 5. *Julii.*

e *An hæc fecerunda, ut ſub Dagoberto regia elegantia floruerit Upsbemarus, adhuc juvenis; mundana ſciearia ſub Sigeberto? Maur. in Dagoberti ac deinde in Sigeberti aula ſpectabili fuiſſe ait. Ejus fortaſſis commendatione* Numerianus *Epiſc. factus.*

f S. Modoaldum *autea diximus circiter an.* 622. *Trevirer. Epiſc. eſſe factum. Colitur* 12. *Maii.*

g *Videtur legendum,* permiſſum.

h *Colitur* S. Arnolphus *Epiſc.* 16. *Aug. ſucceſſit in eremum circiter an.* 630. *diximus alibi.*

i *Urſiſius* Herrenberg *vocat, uti & Lectiones infra.*

K *Addit Maur.* (*qui tamen ad verbum ſe Vitam hanc Germanice reddere profitetur*) monaſtico more habitum S. Benedicti dediſſe Germano Arnolphum.

l *Maur. & Urſiſius ſcribunt locum jam* Romelsberg *appellarit Ruevus* Romberg. De S. Romatico *agemus* 8. *Decemb.*

m *An parvulum?* n *Fratre ſolitet, ut vertit Maur.*

o Chumianum *vocat Urſiſ.*: *Maur.* Chumianum vel Cumnom.

p *De Luxovio plenius agetur in Vita S. Columbani* 21. *Nov.*

q *Atq; inter hos Numeriano fratre, ne habet Maur.*

r *Maur.* Wandelbertum *vocat, non reſte. Colitur* 5. Waldebertus, *ſive* V Valbertus, 2. *Maii.*

ſ *Vita ipſius auctor ait* inclyta profapia clariſſimum, in pago qui Pontivus dicitur, honoribus & rerum dignitate ditiſſimum fuiſſe, *nulla Sicambrica originis mentione facta.*

A t *Addit Mabill.* Waldebertum *divina revelatione didicisse, quæ causa priorem locum Germanus & socii reliquissent.*

u *Ita etiam vocant Mabill. & Ursisius. Erat aliquando ea tempore Gundonus, S. Salabergæ parens, uti illustris, & S. Vandelbertus amitam, uti in Vita S. Salabergæ 22. Septembr. dicemur. Mabill.* Gundonium *in Alsatia Ducem fuisse ait.*

x Birsa, *ut ante dictum*,

y S. Ursicinus *monachus Luxoviensis S. Columbani discipulus, eremiticam deinde circa Dubim fluvium vitam egit, ac pluros discipulos collegit. Illud monasterium aliquando Abbati Grandivallis subjectum fuisse tradit Ursisius l. 1. chron. Basileen. pag. 11. Dein Basileensi Episcopo datum, in quo collegium mutatum 12. Canonicos, quibus Præpositus præsit. Oppidum nunc est, Germanis S. Ursitz dictum. Colitur S. Ursicinus 20 Decemb.*

S. Ursicinus *app.*

z *Mabill. utrumq; hoc monasterium S. Ursicini & Verdunense omittit. Ursisius* Verdunense *vocat S. Paul zu Werd. id est, S. Paulus ad insulam.*

aa *Ursisius & Mabill. scribunt Bonifacium Gundonii successorem de monasterio quoq; Grandivallensi hunc meritum : sed qui ei successit, Cathisum, tyranni animum induisse.*

bb *Utrique scriptor* Majorem, *sive Præsulem*, et *alios primatios in exilium pulsos scribit.*

cc *Videtur legendum*, quod Cathelmundus. *Ita hunc barbarorum ducem vocant Ursisius & Mabill.*

dd *Mabill.* Priorem vocat, *Ursisius* Conventualem Fratrem.

ee *Mabill. ait caput S. Germano amputatum, S. Randoaldum ob alia hasta transfixum. Idem habent Lectiones infra.*

ff Non procul a pago Reinendorff, *inquit Mabill. & Lectiones.*

B gg *Mabill. ait supra sepulchrum S. Germani ecclesiæ tunica splendidissimæ.*

Bractile. hh Bractile *cingulum est, ut hic dicitur, & forte interius, q. que beatæ & caligarum corrigia dependebat. Quarum prior zona, qua succingitur tunica, accipitur. Pulchre de ea voces differentias Isidorus Distinction. monasticar. l. 3. tract. 4 dist. 4.*

LECTIONES

Ex Officiis Eccl. Basileensis

DE SS. GERMANO ET RANDOALDO.

LECT IV. GErmanus Trevirîs natus, patrem habuit Optatum Senatorii ordinis virum. Puer S. Modoaldo ejusdem urbis Episcopo erudiendus traditus est : quo doctore tantum in omni virtutum & scientiarum genere profecit, ut annos natus 17. Evangelicæ perfectionis amore, de seculi deliciis & voluptatibus deserendis serio cœperit cogitare. Modoaldo proinde animi sui sensus aperit, qui monet ne temere novum vitæ genus suscipiat. At Germanus Deo fretus perstat in sententia : fortunas suas egentibus distribuit, & tribus comitatus sociis ad B. Arnulphum Metensem olim Episcopum in Herrenbergensem eremum proficiscitur. D S. Germanus pio studiosus, suo dat pauperibus

Hic pro more tonsus, monasticum habitum induit. LECT. V. fit monachus fratres. Edoctus a B. Arnulpho religiosæ vitæ instituta ad S. Romarici monasterium perrexit. Quocum minorem fratrem Numerianum evocasset, persuasit ut idem vitæ genus secum sectaretur. Mox corpus jejuniis & vigiliis affligens, orandi studio, vestium vilitate, & laboris manuum, omnibus erat hominibus & caritatis exemplo. Inde venit Luxovium, cum ei monasterio præesset Abbas Walbertus. Is explorata Germani virtute, cum jussit fieri Presbyterum : & aliquanto post tempore præfecit Fratribus in Grandis-vallis monasterio ; quod haud procul Delsperga Gundonius ejus regionis dominus pia benignitate extruebat. Curavit res ejusdem monasterii magna cum prudentia & sanctitatis laude. Socordes, Abbas.

E Defuncto autem Gundonio, Cathicus successor monasterii clientes indignis modis afflixit, tandemq; immissis militibus, vallem flamma ferroque vastavit. Quem S. Germanus cum Randoaldo comite accedens, pro officio libere munuit, ut ab innocentium Christianorum cladibus abstineret. In reditu a barbaris militibus intercepti prope pagum Rhennendorff, vestibus spoliantur. Germanus comite ad constantiam excitatus, capite truncatus occubuit. Randoaldus lancea perfossus, una cum Abbate suo, 9. Kalend. Martii, martyrii coronam adeptus est. Quorum corpora a Fratribus in monasterium delata, ibidem in S. Petri ecclesia honorifice sunt sepulta. LECT. VI. improbe monet. occiditur cum Randoaldo.

DE S. PETRO MAJUMENO

CHARTULARIO ET MARTYRE IN PALÆSTINA.

I. B.

Commentarius historicus.

C F

AN. DCCXLIII, XXI. Feb. 1 MAjuma urbs *est Palæstinæ primæ, 20. fatum stadiis Gazæ distans, quam Constantinus Magnus, quia christianam complexa erat religionem, civitatis honore ornavit, & de filii sui nomine* Constantiam *appellavit. Julian. apostata eamdem ob causam & nomine ea privavit, dicitq; Ἡμᾶϊα τῆς Γάζης,* Portum Gazæ *justis, & Gazæis subjecit. Sed post ea a christianis Imperatoribus in pristinam dignitatem, quam ei Constantinus contulerat, restituta est. Quæ plenius narrat Nicephor. Callist. l. 10. c. 4. aliiq; antiquiores. Hic vel natus est vel martyrii etiam palmam adeptus,* S. Petrus Majumenus, Πετρὸς ὁ ἐν ἁγίοις & Μαϊουμᾶ, *ut habet Theophanes. Baron.* Mavimenum *vocat, & Damasci coronatum tradit, illius memoria ita Martyrol. Romano inscripta:* Damasci S. Petri Mavimeni, qui cum diceret Arabibus quibusdam ad se ægrotum venientibus ; Omnis qui fidem christianam catholicam non amplectitur, damnatus est, sicut & Mahumet pseudopropheta vester ; ab illis necatus est. S. Petrus Majumenus. colitur 18. Febr.

alibi 9. Febr. 2 *Baronio præisse videntur* Menæa, *quæ & Maximus Cyberæus secutus, 9. die Febr. his verbis :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἁγιώτατος ἱερομάρτυς Πέτρος ὁ Δαμασκηνὸς ἐξεστέλλετο. Eodem die sanctus Hieromartyr Petrus Damascenus gladium fodit. *Addunt* Menæa :

Ὁ διπλάγχνος υἱὸς παρανάλωμα Πέτρος,
Θήκεν μαθητὴς τῷ διὰ ξίφους τέλει.
Argeos insanos Petrus
Occumbit ictu uno, finem esse ausecutus.

Licet autem S. Petrus Damasci Metropolita, *ut dicemus 4. Octobris, gladio quoque finierit vitam, quod tamen de insanorum Mahometanorum reprehensione dicitur, proprie in* Majumenum *convenit : quem fortassis ideo* Menæorum *auctor* Damascenum *appellat, quod Theophan. narrata S. Petri Damasceni nece de Majumeno mox subdit :* Τότε ζηλωτὴς ἡ ὁμώνυμος Πέτρος, ὁ ἐν ἁγίοις & Μαϊουμᾶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς μαρτύριον χάριτι, μᾶρτυς ἀντὶ μάρτυρος ἀνεστέλλετο. *Quæ ita vertit doctissimus Jacob. Goar Ord. FF. Prædic. Congreg. S. Ludovici Vicar. Gener.* Ejus æmulus & ejusdem nominis confors Petrus apud Majumam, insigne pro Christo martyrium sub hæc tempora sponte tulit. *Anastas. antè Bibliothecar. sic ea verba interpretatur :* Hujus æmulator & Omonymus Petrus apud Majumã eisdem temporibus ostensus est pro Christo martyr ultroneus. *Ipse quoq; Baron. annal. to. 9. an. 742. n. 3. ista ex Theoph. profert :* Hujus æmulator homonymus Petrus apud Mavimenã isdé tempori-

diversos a S. Petro Ep. Damasc.

bus

bus uſtenſus eſt pro Chriſto Martyr ultroneus. *Nec movere quemquam debet, quod ejus encomium ſcripſiſſe S. Joan. Damaſcenus dicitur: non enim tantaintervallo abeſt Majuma Damaſcus, ut non eo pertingere mox potuerit tam celebrit rei fama. Propius etiam abeſt Majuma Laura S. Sabba, in qua tunc Joan. monachum agebat: ac forſan Petri martyrium ei ſtatim nantiavit S Coſmas Majumenus Epiſc. cum eo & litterit domi eruditus & poſtea monachus factus. Sed Theophanem audiamus idem martyrium aarrantem ad ann. 2. Conſtantini Copronymi, qui Leoni Iſaurico patri, 18. Junii 741. mortuo, ſucceſſerat.*

3 Ejus, *inquit, ideſt, Petri ſanctiſſimi Damaſci Metropolita, jubente Valid Arabum Principe, interfecti, æmulus & ejuſdem nominis conſors Petrus, apud Majumam inſigne pro Chriſto martyrium ſub hac tempora ſponte tulit.* Morbo quippe detentus, Arabum Proceres, ceu ex Chartulario publicorum vectigalium munere ipſis notus, ſibi familiares, ad privatum colloquium invitavit. Tum is ad illos, Veſtræ hujus, ioquit, ad me viſitandum profectionis mercedem a Deo recipiatis, precor: licet enim fidei luce privati, amici tamen eſtis cenſendi. Teſtamenti iraque mei, quod hujuſmodi eſt, vulo vos eſſe teſtes: Qui non credit in Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, conſubſtantialem & vivificam in unitate naturæ perſonarum Trinitatem, is animæ oculis occæcatus eſt, & æterno ſupplicio dignus. Muamed falſus veſter vates & Antichriſti præcurſor, ejuſmodi extitit. Quamobrem ſi mihi nunc cœlum & terram coram vobis obteſtanti aliquatenus fidem adhibetis, fabuloſam & deliram ejus doctrinam ejurata. Hoc neceſſitudinis erga vos meæ præſens argumentum; benevolum hoc admittite conſilium: ne parem cum eo ceueiatum ſuſtineatis. Arabes ſacros iſtos & pares alios ſermones explicantem audientes, & una ſimul ſtupore & inſania correpti, virum bene valeré juſſerunt, tamquam in meutis delicium eum lapſum arbitrati. Is ubi vires ex infirmitate recepit, valida voce publice vociferari cœpit: Anathema Muamed & fabuloſæ ejus doctrinæ, credentibuſq; in eum omnibus. Exemplo gladii pœnæ ſuppoſitus, Martyr declaratur. Eum orationum ſuarum encomiis ſanctus Pater noſter Joannes, ob eloquii ſanctitatiſq; velut aureu fulgore radiantem ſpiritualem gratiam, Chryſorrhoas recte cognominatus, celebravit.

ubi Chartularius erat

eger Arabes monet

& Muhumetem execratur

AUCT. l. II. D

ſua ut ea dſſ reperiens auditor

laudatus a S. Joan. Damaſceno

4 *Hæc Theophanes ex nova Goaris interpretatione. Qui hic* Chryſorrhoas, *ab χρυσὸς quod* aurum *ſignificat, & ῥοὴ fluxus, cognominatus dicitur, eſt* S Joannes Damaſcenus, *de quo agemus 6. Maii. Fors* Chryſorrhoæ *cognomen ideo tulit, quod* Chryſorrhoæ *amni Damaſceno ſimilis, libris variis, velut doctrina ſuarivis, lætc animos irrigaret. De eo amne ſcribit Strabo l. 16. in hac verba:* Chryſorrhoas ab urbe & regione Damaſcenorum incipiens, totus fere in rivos conſumitur, multa enim loca & profunda irrigat. *Et ipſe fluvius forſan hoc nomen ideo adeptus, quod magna fertilitatis atq; opum cauſſa accolis eſſet, eoſq; velut aureo fluxu ditaret.*

Chryſorrhoas dictus

5 *Qui Theophani dicitur* Valid *Princeps Arabum, Ὀυαλὶδ υἱὸς Ισὰμ, Anaſtaſio eſt* Hualid, *vel* Uhalid, filius Hiſan: *auctori Miſcellæ, ex editione Gruteri,* Uhalid filius Iſam: *ex Henrici Caniſii,* Gizid filius Habdimelich. E Chartularium (*quod manus gerebat* S. Petrus) *exponit Goar,* Sceiniarium, *ſive* qui in chartas & codices acta vel eationes receuſet. *Anaſtaſius ita explicat:* Cum Chartularius eſſet, & publica tributa facta ratione conferret. *Idem de* Chryſorrhoæ *cognomine ita ſcribit:* Qui bene cognominarus eſt Chryſorroas, propter aureum & fulgidam ſancti Spiritus gratiam, quæ in ipſo, tam in verbo quam in vitæ actu, efflorait.

Chartularii munus

DE S. TIMOTHEO
ANACHORETA IN SYMBOLIS HABITANTE.

I. B.

XXI. FEB. 1 PLures *in Vitis Patrum* Timothei *memorantur, inq; variis Faſtis. Diverſus ab iis omnibus videtur ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Τιμόθεος ὁ ἐν συμβόλοις.* S.P.N. Timotheus qui in Symbolis habitavit. *At quis hic ſit locus, nobis haud ſatis exploratam. Strabo l. 7. Geographiæ Συμβόλων λιμὴν in Taurica Cherroneſo locat,* Symbolorum portum, *uti & Ptolemæus aliiq; Circa hunc portum habitaſſe in monte aliquo* Timotheum *non eſt unde certo conjicere liceat: nam & alibi illius nominis loca. Apud Surium* C 26. *Decembr. Vita extat S. Platonis confeſſoris, in qua iſta habentur:* Longius aufugiens ad Olympi partes, ad eum pervenit locum ac virum, qui divinitus monſtratus ei fuerat: ad quemdam, inquam, Archimandritam, ex eorum numero, qui erant in regione illa. Locus, quem dicimus, Symbolus appellabatur: vir autem Theoctiſtus, cujus mores boni, genus perſpicuum, & finis ſanctus fuit. *Vanc fortaſſis erat* Timotheus *ex eorum quoque numero, qui degebant in ea regione, aut etiam Theoctiſti diſcipulus. Vixit autem hic Theoctiſtus ſeculo Chriſti octavo, ſub Conſtantino Copronymo ejuſque filio Leone. Non eſt autem, quod ſuſpicetur quiſquam* Timotheum *hunc noſtram illum eſſa, qui S. Simeonem Stylitam, ut 5. Januarii relatum, in cœnobium ſuum admiſit; nam is Archimandrita erat, ſive cœnobii præfes, noſter anachorita.*

1. Timothei manſio in Symbolis ubi?

nomen in Martyrologiis.

2 *Quacunq; vel ætate vel loco vixerit* Timotheus, *a Græcis colitur 21. Februarii. Quo die ex Latinis Molanus in auctario ad Uſuardum in ſecunda editione an. 1585. iſta habet:* Die 21. S. P. Timothei, qui fuit in Symbolis. *Ferrarius quoque in generali catal. Sanctor.* Apud Græcos S. Timothei Eremitæ. *At Menæa multis cum celebrant canticis & antiphonis, in quibus ejus prædicant continentiam, precum aſſiduitatem, rerum divinarum ſcientiam, paſſionum mortificationem, morborum quorumlibet curationem, de dæmonibus humana corpora infeſtantibus victorias. Tam vita ejus epitomen per modum* P *Lectionis exhibent, quæ & apud Maximum Cytherum extat & in Anthologio novo Antonii Arcudii, Clementis VIII. auctoritate edita. Ita ergo habent:*

aſcetica virtutes

3 Sanctus hic a teneris unguiculis religioſam vitam ſectatus, multa abſtinentia & aſſidua precatione, vitioſorum deſideriorum & affectuum petulantiam repreſſit atque extinxit, ut omni motu paſſionum ſuperior quodammodo videretur, ſancti Spiritus domicilium effectus. Virginitatem corporis animique ad finem uſque vitæ ſervavit, nec fœminam ullam in conſpectum venire unquam paſſus eſt. In montibus ac deſertis locis verſabatur, ac coro lacrymarum animam ipſe ſuam irrigabat: unda & curationum gratia donatus, dæmones ex humanis corporibus expellebat, & alias quaſvis ægritudines ſanabat. Cum ea ratione vixiſſet, in ſenectute bona, decedens, ad Dominum migravit.

mortificatio paſſionum

virginitatis cura

gratia curationum

DE S. GEORGIO
EPISCOPO AMASTRENO IN PAPHLAGONIA,

I. B.

Commentarius prævius.

INITIO IX. SEC. XXI. FEB.

1 *Amastris urbs eſt Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum, cujus ſitum, atq; originem, ut facilimi quæ poſtea dicenda erunt intelligantur, viſum ex Strabone declarare. Ita is ſcribit l. 12. Geographiæ*: Poſt amnem Parthenium Amaſtris eſt, urbs ejuſdem cum ea a qua condita eſt nominis. Sita eſt in peninſula, cujus iſthmus utrimque portum habet. Fuit autem Amaſtris uxor Dionyſii Heracleæ tyranni, filia Oxyathræ, qui Darii frater fuit ab Alexandro debellati. *Properare Strabonem legit Cland. Salmaſius in Exercitationibus Plinianis pag. 889. ita ſcribens*: Amaſtrim civitatem ex quatuor pagis compoſitam fuiſſe tradit Strabo ab Amaſtride Dionyſii tyranni Heracleæ uxore, Darii ſorore quem devicit Alexander. *Non ſororem Darii facit Strabo, ſed illius fratris filiam. Pergit Strabo.* Ἔκτισε μὲν δὴ ἐκ τεττάρων κωμῶν τὴν πόλιν, ἣν Σπάρμυρις ὁ Κύταρος, ἢ Κρώμνη (ἐστὶ δὲ καὶ Κρώμνη ἐπὶ τῇ Παφλαγονικῇ παραλίᾳ) συνῴκισε δὲ καὶ Τέον, ἀλλ' ἄνυδρον μὲν τὸ ἀρχαῖον καὶ χειροπρίατον, ἀπὸ δὲ ἄλλων συνῳκίσθη. *Xylander ita vertit*: Hanc uebem e quatuor pagis compoſuit, Seſamo, Cytoro, Cromna, (quorum etiam in Paphlagonum recenſione meminit Homerus) ac Teo: verum hic cito defecit a ſocietate, reliqui in uno corpore permanſerunt. *Vereor ne qui illa legunt homines ſemidocti, vicos quatuor muro circumdato in unam urbem coagmentatos exiſtimem, aut certe pagorum quatuor incolas e ſuis abditos ſedibus intra mœnia arbi uniius jaſſos ſedem figere. Non ea videtur ſcriptoris ſententia, ſed quatuor oppida, aut colonias eo antea ductas, aut pagos, id eſt, multitudinem hominum certam regionem habitantium ſocietatem invicem iiſdemq; inſtitutis devinctam*, (*qua apud Cæſarem, Tacitum, alioſq; Pagi nomen*) *civitatem dein unam, cujus caput Amaſtris, effeciſſe. Ita* Civitatis *vocabulum explicare Livius videtur dec. 3. l. 6. de Capua loquens*: Ceterum habuit tantum, tamquam urbem, Capuam, frequentariq; placuit: corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe: ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros. *Talem erge civitatem ex quatuor illis urbibus Regias conſtitit, cujus arx, aut caput, ſive, ut Strabo idem ſcribit, ἀκρόπολις Seſamus eſſet, qua Amaſtridis nomen indit. Nam Plin. l. 6. c. 2. ita ſcribit*: Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris, Cytorum *vero olim* emporium fuiſſe Sinopenſium *Strabo auct. Plin. 64. M. P. a Tio diſtare. Hoc ordine recenſentur a Ptolemæo*; Τίον Παφλονίας πόλιν ἐπίσημοι, Ἀμαστρις, Κρώμνα, Κύταρον. *At Stephan. Amaſtrida ait prius* Cromnam *appellatam*: *cum tamen conſtet ex Arriano Æra chriſtiana ſec. oppidum fuiſſe* Cromnam celeberrimæ urbi Amaſtridi propinquum, *ut infra c. 2. Vitæ n. 3. dicitur. Tium autem, ut Ptolem. appellat, ſive* Τίον, *ut Stephan. aut* Τέϊον, *ut Strabo, hujus ævo oppidum erat, nihil habens memorata dignum*; πολίχνιον, *inquit, ἀδόξον ἔχον μνήμην ἄξιον ... Paulo ante dixerat* Κώνωπα, *qui oram maris accolens a Mariandynis uſq; ad Parthenium fluvium*, τόπον ἔχειν τὸν Τέϊον, urbem habere Tejum. *Et vero Epiſcopali ſolio ea urbs ornata erat jam ab initio quinti poſt Chriſti ortum ſeculi, ſub Claudiopoli metropoli Honoriadis.*

2 *Ipſa quoq; Amaſtris Epiſc. habuit 3. ſec. Euſeb. extat l. 4. c. 22. de S. Dionyſio Corinthior. Epiſcopo ita loquitur*: Καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Ἀμαστρίν ἅμα πᾶσι τοῖς κατὰ Πόντον, ἐπισκόπαις, βακχυλίδου μὲν τῆς Ἑλπιστοῦ, ὡς καὶ αὐτὴ ἐπὶ πολλοῖς προτρεψαμένου μέμνηται, γραφὰς τε θείας ἐξηγήσεως παρέσχεν, Ἑτέροις δὲ αὖθις ἑτέρωθι Γαλήνου ὑποσημαίνων. *Quæ ita vertit l. 4. c. 23. Ruffin.* Scribit & aliam Eccleſiæ Amaſtrenorum, ceteriſq; cum ea Ponti Eccleſiis, in qua Bacchilidis & Helpiſti meminit, tamquam, qui eum cohortati ſint ad ſcribendum: & multa in ea ex divinis Scripturis explanat, ſimulq; Epiſc. eorum, nomine Palmeç. *Epiſcopus hic* Palmas *eſt plenius; ut videatur in Græco textu Euſebii, quem edidit Chriſtophorſon. error irrepſiſſe ex ſimilitudine duarum literarum*, Π & Γ, *P & G. De eodem Nicephor. Calliſt. l. 4. c. 8.* Ἀμάσριδι δὲ τῇ κατὰ Πόντον ἐκκλησιαστικῇ, Βακχυλίδου τῆς Ἑλπιστοῦ, ὡς προτρεψαμένου, μνεῖαν ποιεῖται τῇ γραμματι, Παλμᾶ τε ἑτέρωθεν ἐπισκόπου παρασημαίνεται. Amaſtridi porro & Ponticis Eccleſiis ſcribens, Bacchilydæ & Elpiſti, qui eum ad ſcribendū ſint cohortati, & Palmæ Epiſc. mentionem infert. *Quibus ex teſtimoniis conſtat, quod & Stephan ſcripſit, ab Amaſtri caſum genitivum eſſe Amastridos, licet Strabo Amaſtrios formet*: Σὺν ἀμφὶ ἀκρόπολιν Ἀμάστριος. *Idem Gentile* Ἀμαστριανὸς *facit.* Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη πύξος φύεται τῇ περὶ Ἀμαστριανὴν, ἡ μάλιστα κατὰ τὸ Κύταρον. Plurima autem & optima buxus in Amaſtriana regione naſcitur, maxime ad Cytorum. *Amaſtridis quoq; ſub ſuam patam fuiſſe patet ex Ruffino, qui* Amaſtrenum *vertit. Nec mirū cum urbs ipſa Amastris a multis medii ævi Græcis ſcriptoribus appelletur. Quin & Amastrior dicitur in civili diſpoſitione provinciarum & civitatum orientalis imperii, quam ex mſ. Vaticano edidit Carol. a S. Paulo in Parergo ad Geographiam ſacram. S. Hieron. lib. de Scriptor. Eccleſ. c. 27. ſcripſiſſe S. Dionyſium Corinthior. Epiſc. tradit* ad Eccleſiam Amaſtrenam.

3 *Illic porro Epiſcopus, ſub finem ejus ævi ſeculi noni, ejusque initium, fuit S. Georgius*: *qui eam alia plurima maximaq; in ipſam civitatem beneficia contulit, tum ne Eccleſia ſub Metropolita Gangrenſis poſtea eſſet, ſæpius. Edita eſt ex mſ. Vaticano ab cit. jam Carolo a S. Paulo* Notitia Patriarchatus Conſtantinopolitani, *in qua 46. autocephali Archiepiſcopi recenſentur, trigeſimus nonus eſt, ὁ Ἀμάστριος ἐξ τῆς ἐπαρχίας παφλαγονίας. Altera Notitia ab eodem edita eſt, ſive* Τάξις προεδρίας &c. Ordo ſedium Patriarchalium Metropolitanorum &c. *in qua trigeſimus ſeptimus eſt, ὁ Ἀμάστριδος, ἐπαρχίας παφλαγονίας*, Epiſcopus Amaſtridis, provinciæ Paphlagoniæ. *Utraque ea Notitia poſt ann.* 800. *concinnata, cum circa id tempus primum illud adepta ſit decus Eccleſia Amaſtreaa, ut c. 6. Vita S. Georgii refertur.*

4 *Vitam hanc auctor anonymus compoſuit, inſtigatu Joannis cujuſdam*, inclyti & virtutis ſtudioſi, *ut cap. 9. n. 48. profitetur, inq; exordio oſtendit ſe aliena auctoritate eam ſcribendam ſuſcepiſſe. Eſt illa porro ararythoricis quidem vacua pigmentis, ſed verboſior ſabinde quam neceſſe ſit, & nimiis amplificationibus exaggerata. Scriptam conjicio circa tempora Baſilii fortaſſe Macedonis, aut Leonis Sapientis. Meminit certe interſtionis Ruſſorum, qui Michaelis III. ac Bardæ ejus avunculi temporibus, imperii Romani fines infeſtaſſe leguntur. Eam Vitam olim ex codice Græco bibliotheca Regii Chriſtianiſſimi deſcribi curavit Paulus Petavius, donavitq; Frontoni Ducæo noſtro, verſaq; a ſe Latine priora hac cepita: Frontoni Heribertum Roſvv. miſit, qui & aliud nullius erat exemplar, ſed manuſcriptum: an ex eodem codice, dubito, cum in quibuſdam verbis diſcrepantia inſit, ſed exigua. Nos integram de Græco vertimus.*

5 Sanc-

Amaſtris ſtatim Paphlagoniæ,

a Darii fratris filia fundata,

oppidis aliquot ei ſubjectis,

Epiſcopus habuit 3. ſeculo S. Georgium,

parem ſedem autocephalo,

Illius Vita ſcripta ſub finem 9. ſeculi,

hic ex Græco nunc edita.

A 5 *Sancti ipſius atas perſpicue indicatur, cum S. Tarafii Patriarcha Conſtantinopolitani auctoritate ſit ad ſolium Epiſcopale evectus: factus autem eſt Patriarcha Tarafius an. Chr.* 784. *mortuus* 806. *Præterea fuiſſe dicitur S. Georg.* Irenæ Auguſtæ, *ejuſq; filio* Conſtantino, & Nicephoro Logothetæ, *dein Imperatori, familiaris. Aſſ, ut ex Theophane conſtat* 6. Id. Septembr. Indictione 4. *an. Chr.* 780. Irene piiſſima cum filio ſuo Conſtantino glorioſe imperium divinitus accepit. *Anno* 790. *pulſa matre ſolus imperare cœpit Conſtantinus: cui anno* 797. *evulſi oculi ſunt, matriq; reſtitutum imperium, quod an.* 802. *Ind.* 11. *pridie Kal. Novembr. Nicephorus generalis Legatheta invaſit, Irene relegata: hic an.* 811. *ab Crumo Rege Bulgarorum interfectus eſt, filiuſq; ejus Stauratius, an.* 803. *ex patris voluntate, a S. Tarafio Imperator coronatus, acceptis in prælio eodem, in quo Nicephorus perierat, vulneribus, & ipſe non multo poſt deceſſit.*

6 *Quo S. Georgius obierit anno non indicatur. Perveniſſe ad imperium Nicephori ex cap.* 8. *n.* 35. *conſtat, cum illud ei, obſcure licet, paullo ante prædixerit,* γυναικὸς γὰρ καὶ χορτύσεως ἔτεσι ὑπερβάλλουσι κακῶς καὶ κληρονόμον ἄνωθεν ἀμηχάνως γενέσθαι ὁ ἅγιος ἀνιχνεύσας. Declaravit enim ille Sanctus, brevi cum vidua cujuſdam, ampliſſimas ædes poſſidentis, hæredem fore: *quod contigit quando Irene pulſa ejus palatium imperiumq; occupavit. Quid deinde? Imperium adeptus eumdem Præſulem, adhuc ſuperſtitem, ſummo honore proſecutus eſt.* οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλικῶν δεδώκει, οὐδὲ πόσα ὁ Θ' ῥαμμένος ἀρχὴ, πρὸς τῷ ἰκανῷ συνδιατρίβειν τε καὶ συνεῖναι καὶ συναυλίζεσθαι. Non tanti regium diadema, ipſumq; Romanum imperium faciebat, quanti cum illo colloqui, commorari, convivere poſſe. *Quæ ſequuntur, fortaſſis poſt viri ſancti mortem acciderunt, quando dicitur idem Imperator ſolitus* λάβρα τε ἐκείνου παρεβάλλεσθαι χιτῶνι καὶ τριβωνίῳ, καὶ ἅπερ ἀγροῖκοι καὶ βρασκαῖοι φυλακτήριον καὶ κρατίδιον. Clanculum ejus indui tunica attritoque pallio, illudq; imperii ſui tutelam & firmamentum exiſtimare. *Has fortaſſis ſancti Pontificis reliquias, cum ejus obitum nuntiarunt Amaſtreni, ad ſe deferri volvit, ſeu ſincera pietate, & cæleſti auxilio per eum demerendi fiducia, ſeu ut religionis famam eo facto aucuparetur, verſutus ſimulandi artifex, ut Theophanes ſcribit.*

7 *Nuſquam hactenus in Latinorum Faſtis hujus S. Georgii nomen reperimus. Venerantur eum Græci hoc die, ut ex Menæis conſtat, ubi & laculentum ejus elogium legitur eadem quamdam Vitæ epitomen complectens, quæ & apud Maximum Cyſiberam extat.*

C V I T A

Sive de ejus geſtis oratio,

Auctore anonymo,

Ex MS. Græco Regis Chriſtianiſſ.

C A P U T I.

Auctoris Exordium, Propoſitio.

1 QUi ſe ad gymnica in ſtadio incunda certamina offerunt, non prius a moderatoribus ad profeſſionem nomina admittuntur, quam experimento aliquo idoneam ſibi ad illa habilitatem a natura inſitam demonſtrarint. Nos vero, etſi neque uſu adhuc probati ſimus, neque quidquam præſenti digoum certamine præ nobis ipſi tulerimus, tamen ſpirituales agonothetæ præſideſq; certaminum in ipſum dicendi ſtadium campumq; compellunt: adeo ut dilatio mihi ac tergiverſatio omnis notam aliquam effugere nequeat. Nam & ils, qui me ad illa excitant, morem gerere periculoſum eſt, & non minor ex taciturnitate ac ſilentio pœna eſſe propoſita videtur. Illud enim quamdam temeritatis ſpeciem habet: quoniam quidquid, præter quod conſentaneum eſt, audemus, temeritate plenum eſt: in hoc vero negligentiæ ineſt aliqua ſuſpicio. Sed cum hæc ita, ut revera habent, habere ſe perſpicue ſermo noſter declararit; atque ea rebus fugiendis ea potius eligenda ſit, quæ minus habeat malitiæ; temeritas autem minor quam negligentia habere periculi videatur, (nam illam quandoq; generoſior quidam ardor efficit, & ioflammatus animi impetus excitat; negligentia vero ſupinæ abjectæque mentis eſt, & deſperationi proximæ:) cum hæc, inquam, ita ſe habeant, nos eorum quæ ex ambobus ſequuntur, alterum, hoc eſt dicendi munus, optabilius rati, ad orationis campum certamenque ipſum procedere geſtimus. Ita tamen ut ipſo dicendi initio, Deum eaoremus, ne quod aggredimur, alacritate voluntateq; noſtra multo ſit infectius.

2 Verum ne dum purgare nos diligenter contendimus, præfationis prolixitas tædium ac moleſtiam auditoribus afferat, cupientibus quam citiſſime ipſam audire narrationem; argumentum, cujus illi deſiderio tenentur, velut laxatis repagulis in medium prodocamus: & ſancti viri egregia facta ſummatim perſtrictis, jucundam præſentibus narrationem inſtituamus, eoſdemq; ad reliquam auſcultandam orationem promptiores alacriores; reddamur. Sed quis magnam illam ac vere cœleſtem *a* agriculturam ignorat? Divinum dico Georgium, veræ viris palmitem ac germeo, cujus ad extremos terrarum fines gloria perſonuit? Cujus quamplurima quidem extant miracula, ſed multo plura egregie ac laudabiliter ab eo geſta. Eum, inquam, quem *b* Imperatores ob prophetiæ gratiam in honore habuerunt: quem Satrapæ ob inſignem prodigiorum edendorum vim cultu & reverentia proſecuti ſunt: qui apud Patriarchas ante ſacerdotium ob virtutis ſplendorem clarus & illuſtris fuit, & ante experimentum catus omnibus ac venerandus. Illud dico aſcetarum exemplar, Sacerdotum ornamentum, eorum qui communem ac promiſcuam vitam agunt præſidium, hoſtibus terribilem, optabilem ſuis, periclitantium auxilium, afflictorum ſolatium, ægrotantium medicum ac remedium quacumque premerentur ægritudine, peccatorum converſionem, exemplum temperantiæ, juſtitiæ trutinam, demum omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret, aut certe quamplurimos, ſecundum magnificum Pauli dictum, ad optimum iter virtutis ſuis cohortationibus traduceret. Sed cum paucis illis verbis promiſſo meo ſatisfecerim, vobis ex ipſis fimbriis de totius veſtis textura conjiciendis poteſtatem faciens, jam ipſam narrationem divino præſidio fretus aggrediar.

a Γεώργιος. Alluſio eſt ad ipſius Georgii nomen.

b Nicephorum intelligere videtur propter ea quæ c. 8. de ea narrat ſors & Staurationem ejus filium. Fuit tamen Georg. ab Irene Auguſta, ejuſq; filio Conſtantino in majore gratia quam ab illis, honoratus ſed quod hic eis auctor fuiſſe videatur, non ita tum ab Græcis, ὡς ἐπιστάτου χάριτας καὶ Νικηφόρου προφήτου τυγχάνοντος.

c Græce, ὡς ἀναστατικὸς ἀγρότης.

C A P U T II.

Ortus S. Georgii ex ſterilibus parentibus. Ejus ſanctitatis & ſacerdotii præditiones.

3 IGitur Sancti hujus parentes præ nobiles & clariſſimi fuere, qui Deo magis viverent, quam carnis

AUCT. ANON. EX MS. GÆCO.

nis curam haberent. Pater Theodoſius appellatus eſt, mater Megetho, *a* ut vel ante, quod ſunt poſtea, vocaretur; aut fierer, quod ante vocata eſt, quę victurum maximum haud dubie templum extitit. At ſane congruum eſt, ne ipſa quidem nomina ſine inquiſitione præterire. Nihil enim (ſi quis recte conſideret) ſive venerandis parentibus, ſive eximiæ illorum proli, temere obtigit, non nomen ipſum, non factum, non ſtudium aliquod: ſed cuncta a Divina providentia antea cognita & definita ſunt. Quos enim præſcivit, inquit divinus Apoſtolus, hos & prædivinavit. Quare & illi nomen cebus ipſis conſentaneum ſortiti ſunt. Et cum gratiæ magnitudine divinum donum conveniens, fructum protulit: quemnam alium dixerim, quam *b* divino illo munere dignum? Illi igitur, illi, inquam, *c* Cromnenorum oppidi erant incolæ, quod propinquum eſt Amaſtridi urbi celeberrimæ, per illos magis quam ullam opum copiam, aut præfecturæ poteſtiam celebratum. Quotidie hi virtutum ſuarum fructum Deo reddebant, juſtitiam in omni vita ac temperantiam ſervantes.

A S. Georgii pater Theodoſius,

a mater Megetho. Rom 8. 29.

b

c Cromna habitantes,

ſanctè obſervant,

4 Sed cum diu liberis caruiſſent, aſſidue jejuniis ac precibus apud Deum inſtabant, ut ſibi prolem aliquam ad generis ſucceſſionem concederet. At quamdiu cum B uocationis illo veluti ſuffitu, infimi ac terreni ſenſus concretum aliquid ſuit, qui cuncta ad utilitatem noſtram moderatur Deus, diſtulit quod rogabatur largiri. Cumque juſtam illam ſententiam, longo jam tempore quod peterent abnuentem, Abrahamæ illæ animæ vidiſſent, nec quidquam ſe precibus profeciſſe, num tandem turpe aliquid & abjectum cogitarunt? aut ſux illa indignum virtute dixerunt? aut illud animo ſuo ac mente finxerunt, quaſi ſibi juſte id poſtulantibus, injuſte negatum, neq; ad exitum perductum eſſet? An vero nulla providentia regi hæc inferiora ſuſpicati ſunt? an forte aliud quippiam cogitatione ſuſceperunt, qualia inſeerre imbecilliboribus mentibus nequam ſpiritus ſolet? Minime vero: ſed dilationis hujus cauſſam ad ſele potius tranſtulerunt. Qui enim ſecundum Dei voluntatem vivunt, divina judicia rationis momento ac trutina ponderare ſolent, & ſi qua in re errarint, magna cum celeritate corrigere. Quamobrem deinceps alter Abrahamt ſibi exemplum ante oculos ponebat, uti nimirum patet in ſenectute ſit factus: alteru Saram & Annam intuebatur; quemadmodum in illa, propter Abrahami erga peregrinos hoſpitalitatem, longiſſimi temporis ætate tranſacta, extremo jam ſenio, Divina providentia vim generalem eedingrarit, quxſique innovarit naturam; hanc vero juſta obſecratiu diuturnis ſterilitatis vinculis eC aolvetit: utq; ambæ ea ſterilibus fœcundæ factæ ſint, atq; illa quidem figuram veritatis, altera Sacerdotem & Prophetam ediderit. Tunc religioſa animi cogitatione ad ea exemplaria reſpicientes, velut communi conſenſu, petitionis ſuæ formulam mutarunt: nec jam aut ſucceſſorem generis, aut bonorum ſuorum hæredem, aut ſenectutis baculum impetrare ſtudebant; ſed ſi filius ipſis concederetur, ſe eum addicebant ante faciem Domini oblaturos, & velut factum quoddam donarium largitori Deo repenſuros. Quæ cum hoc modo rite atque ea ordine concepta eſſet obſecratio, qui timentium ſe voluntatem facit Deus, petitionisq; eorum aures accommodat, divino utcu ſterilitatis vincula confregit: & quæ ſteriliserur, concepit utero prolem, nec ſpe excidit ſua. Ubi uutem poſt eatinctam ſterilitate virtutem generandi matee appellata eſt Sara, ipſe quoq, Abrahamus votis fruſtratus non eſt.

diu illoris torquet,

patiantur id ferunt,

tum oraſſe ſe filii Deo oblaturos,

poſtea vota ſolvit,

5 Sed ne illa quidem præteemittenda ſunt, quæ Sancti noſtri nativitatem præceſſerunt prodigia: quu videlicet ratione a Deo electus fuerit, utq; vocationem non ab hominibus, nec per homines ſortitus, ſed priuſquam ex maternis proditet viſceribus, Sacerdos & unctus ſit & denominatus. Etenim cum ſancta mater præguans cum utero geſtaret, ipſa Eliſabethæ ſimilis, cum qui di- D vinum Præcurſorem vitæ inſtituendæ ratione erat imitaturus; eaq; ad templum aſſidue adiret, ac precibus vacaret, uti a prima ætate conſueveeat; quibuſdam urbis illius primoribus, qui in templi veſtibulo confederant, id manifeſtari contigit. Hi eam conſpicati, nihil amplius quam ut fœminam honorarunt. Illa celeriter templum ingreſſa, ſolitas Deo preces obtulit. Ipſi ſub veſperam domum reverſi, qualia per nocturnam viſionem perpeſſi ſint, nunc declarabit oratio. Vidit unuſquiſq; illorum homines quoſdam terribiles, qui fuſtibus deateas aemati, ac truculentum vibrantes oculorum obtutum, nihil ſe atrociſſimorum in eos ſupplicium omiſſueos minabantur. Quibus horrore pereuſſis, & dira illa comminatione attonitis planeq; conſternatis, (ſolet enim, ſi quid in ſomnis inuſitatum acciderit, metus eſſe vehementior, ut ii norunt qui inſomnium periculum fecerunt) & cupientibus quam ob cauſſam iſta pati eos oporteret, noſſe; Quia, inquiunt illi, Pontifici veſtro debitum honorem minime habuiſtis, iſtis vos malis affici oportet. Aſt hi ea minime intelligentes, juraruot, nihil ſe ſcire ejuſmodi a ſe factum. Verum cum & illi minas vehementius intentarent, & hi enixius orareot, ægre tandem precibus moti, cauſſam aperiunt, & rem omnem declarant. Eam E nempe mulierem, quæ pridie per medium illorum tranſierat, ſanctum in utero infantem ferre dixerunt. Atq; ita omnibus pet ordinem expoſitis, ſubducti aſpectibus ſunt. Illi vero diluculo ſurgentes, velut ea condicto, eorum quæ viderant metu concitati ſinguli, mulierem ſedulo adeunt, atque ad ejus pedes proſtrati, veniam poſcunt, & cum lacrymis peccatum ſuum fatentur: eaque cauſſam ſciſcitante cur iſta agerent, ipſi quæ ſibi acciderant cuncta exponunt. Et factum eſt, ut illis rei geſtæ narratio gaudium ac voluptatem pareret, quod non vigilantibus ſibi minæ illæ damnum atq; exitium attuliſſent, ſimulque quod tantum patriæ ſuæ Divina providentia munus impertiretur; huic veto cum gaudio admirationem.

id ſe potius

quod eum illo utero geſtabat, Epiſcopum non bonoraſſent,

ab eo veniã petunt,

6 Exurgens vero generoſa illa mulier, ad ſanctum quemdam virum proficiſcitur, cui pro ſumma vitæ integritate ac munditie datum id erat divinitus, ut futura prænoſcerer. Huic illa, quod factum erat exponit, atq; ab eo quæ eventura erant, tamquam præſentia accipit, pueri videlicet nomen, ſacerdotii ſuſceptionem, præclaros ejus in virtute progreſſus, quantiſq; Divinæ gratiæ donis aſſer cumulandus. In quo Divinæ providentiæ inſcrutabilia judicia licet intueri. Etenim quotieſcumq; ſterili muliere fœtus oritur, magnas humanæ vitæ opportunitates & commoda conciliat. Revoca nunc tibi in memoriam Iſaacum, Samuelem, Joannem: ut prior Domini figura extitit, & eorum quæ promiſſa a Deo erant, complementum; alter Propheta ac Sacerdos, Reges inungens: poſtremus denique, lucerna ſolis, gratiæ præcurſor, initium pœnitentiæ. Vacum quod mihi hic occurrit, dicere non abs te fortaſſis alienum ſit: nimirum qui e non ſterili matre orti ſunt, non omnes illuſtres extitiſſe: ſed alium hoc, illum alio modo, unumquemq; ut novimus, pro virtutis incremento divinum in ſe ſplendorem attruaiſſe: eorum vero, qui ex ſterili matre prodieeuut, neminem fuiſſe, qui non inſigne quoddam omen ac famam adeptus ſit. Quid iru? un quia ex ſterili? Minime vero. Sed qui omnia novit untequam fiant, quoties ejuſmodi aliquid ut mundo uppaeeat decrevit, vinculiu ſterilitatis velut affixam de preeutionem profeer, ut oratione donum illud, non temeee & utcumque obtentum eſſe appareat. Atque hæc ideo diai, uon ut ei amplius quidquam ud gloriam ac celebritatem conferam; (neque enim ſolis faciem illam uc ſplendorem clariorem efficere quiſquam poteſt, neque magnitudine cœli uut fideeum diſpoſitioni, uut vi alierr earum rerum, quæ aſpectu ipſo ſtupendæ ſunt,

quæ eu ori: ro ſanctã, qualis futura eſſet diſcit.

Ex ſterilibus non nati ſæpe illuſtres

exempli ſegnetur,

cogi-

A cogitatione vero multo magis terrificæ, quidquam poteſt adiicere) ſed ut illud agnoſcatis, qualiter priuſquam in lucem prodirer, electus a Deo fuerit, quantiſque a Divina gratia ornamentis ditatus.

a *Eſt enim μέγεθος* magnitudo.
b *Reſpicis ad* Theodoſii *nomen, quod Dei donum ſignificat.*
c Κτεμωνη, *ut antea dictum, oppidum ſub Amaſtrena civitate.* Κτέμωνα *Stephano, quæ gentile inde deducit* Κτεμώνιος, Κτεμωνίτης, Κτεμωνιεύς, *hæc* Κτεμωνίτις *eſt.*

Cromna opp.

CAPUT III.

S. Georgii educatio, ſtudia, in ſacrum ordinem cooptatio.

7 SEd ne a propoſito ſuo aberrare videatur oratio, ad ipſum ejus argumentum redeamus. Formatur igitur fœtus, creſcit, editur in lucem: qui etſi infans videbatur, erat tamen divina gratia plenus, eaque magis quam lacte nutriebatur, & Spiritu potius quam carne confirmatus adoleſcebat. Verum animadverte, hoſtis, qui ab initio homicida fuit, inſidias. Obſervabat omnia ſedulo, nec quieſcere poterat. Cogitabat pretibus impetratam ejus generationem, meminerat quæ per ſomnium de infante acciderant prodigia. His omnibus angebatur: omnia conſiderabat. Eſt enim nequitia ſua ad proſpiciendum & conjectandum acutiſſimus, ad invidendum bonis omnibus & inſectandam honeſtatem propenſus. Meminerat omnium, quæ ea ſterilibus matribus nati, ipſius vim ac potentiam calcaverant. Ad Iſaacum reflectebat cogitationem, tranſibat ad Samuelem, reminiſcebatur Joannis: eos cogitatione revolvens, affligebatur ac diſcruciabatur. Et priuſquam is perfectus evaderet miles, tendebat nervos, aciem inſtruebat, jacula expediebat: priuſquam indutum armis videret, nitebatur cum vulnerare, aut potius occidere tentabat. Et ille quidem ita agebat, neque ab improbitate ſua ceſſabat. Mihi vero (quoniam eo devenit oratio) illud incidit Pauli exclamare: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Quomodo hoſtem finit adverſus infantem ſuam malitiam exerere? Quomodo, qui militem ſuum nondum armavit, necdum præ ætatis imbecillitate ad ſcutum ac tela capeſſenda habilem, ab hoſte lædi patitur? Sed hæc uſque ad miraculum diſquiſitione egent. Permittitur hoſtis ſolita ſua adverſus puerum machinamenta adhibere. Quem ſolum repertum, tertium jam ætatis annum agentem in ignem impellit, ambaſque illi manus & pedem alterum aduxit. Neq; id inconſulto factum arbitror. Præſagiebat ferus ille draco caput ſibi ab eo aliquando conculcatum iri, ideoque pedibus ejus inſidiabatur: ſentiebat opera ſua ab eo diſſolutum iri, atque igne ei manus mutilare parabat. Et ille quidem ita ſecum cogitans, hæc moliebatur. At Deus ideo ſorraſſis vulneraſti militem ſuum permiſit, ut oblata certaminis occaſione virilius dimicaret, utque cicatrices ea inſidiis ſibi ab hoſte inflictorum vulnerum circumferens, genetoſius depugnaret, & iram omnem in ſolum hunc ſerpentem concitaret.

Invidia dæmonis.

Deo permittente, Rom. 11. 33.

Georgius trimulus in ignem tentatus,

ſibi pes manus & pedis adimit;

8 At puer ea igne abſtractus, opportunisque remediis curatus, creſcebat ingenii perſpicacia magis quam ætate. Utque ad litteras condiſcendas idoneus fuit, magiſtris traditur, & omni ſcientia tam noſtrate quam externa, ſacra, inquam, & profana, perfecte eruditur; ea hac quod utiliſſimum eligens, illius argumenta omnia ad Chriſti obſequium pertrahens; alterius fucum adulterinum pura atque integra mente diſpelleus, fructus percipiebat uberrimos. Ac ceruere licebat, naturæ quadam felicitate atque acumine mentis, exiguo tempore ea ab illo præclare geſta, quæ aliis etiam longiſſimum temporis ſpatium minime afferret. Quibus enim ineſt quidem ad condiſcendas diſciplinas promptitudo, ſed carnales appetitiones nullo videntur ſtudio ut coerceantur egere, ne quidem infructuoſi & inutiles ſunt omnes ingenii conatus, qui carnalium cupiditatum intemperantia illico intercidantur: at quibus carnalium appetitionum coercitio conjuncta illi hauriendarum diſciplinarum habitudini eſt, quanta inde ipſis progreſſio exiſtat, omnino complecti oratio non poteſt. Talis erat a prima ætate Joſephus hic, pudicitiæ norma, liber ab omni puerili vivendi ratione, ab efferatis animi cupiditatibus liber, juvenilia devitans lenocinia, ab inanibus blanditiis, ludicriſque oblectamentis, & omni, ut æquum eſt, malitia alienus, inque primo illo flore adoleſcentiæ ſeniorum mores & gravitatem exprimebat. In infirma ea ætate, quando natura minime ad id quod honeſtum ſolidumq; eſt, propendet, ſed ad malum potius ferrur; ipſe bonum eligens expetenſque, a juvenilibus voluptatibus longe refugiebat, & proportione quadam profectum virtutis corporis incremento declarabat, alterum altero decentiſſime exornans. Abhorrebat quidquid molliem ac luxum ſapit: non colorum in corporibus elegantiæ, non membrorum competentiæ intendebat. Sermones de rebus humanis audire non ſuſtinebat, qui ſilentium ac quietem munditiei animarum eſſe principium duterer. Cantilenas ad voluptatem factas, aut verba facetorum ac ridiculorum hominum, quibus robur animæ diſſolvi maxime ſolet, ne ad aures quidem ſibi patiebatur accedere. Quare per fœculenta illa concurſi ſibi animum minime patiebatur, neque ad externa per ſenſus diſtrahi; quem potius ad ſeipſum convertere ſatagebat, ut ad Dei cognitionem perveniret, ejuſque ſplendore illuminatus, pulcherrima immutatione in dies transformaretur.

AUCT. ANONYMO, MS. GRÆCO. D

& moribus,

abhorret a vitiis

& omni luxu vitiato;

E

9 Atque hæc illius fuerunt etiamtum adoleſcentis decora ac lucra. Ubi autem in virum evaſit, atque in actuoſa philoſophia haud mediocriter profecit, evocatus eſt eſt ab eo qui tunc in patria ejus thronum ſacerdotalem tenebat, ut in ſortem Eccleſiaſticorum adlegeretur, atque ad ſacra officia confereretur. Dehinc & Deo carus extitit, & toti congregationi illius Eccleſiæ multo cartor, quoſdam verbis, alios moribus ad meliora pertrahens. Etiam ante ſacerdotium Sacerdos, & nondum percepta ordinis gratia velut Antiſtes a puero habebatur. Multa namque ei aderant, quæ illum honorem ei conciliarent: morum compoſitio, manſuetudo, taciturnitas, ſuavitas indolis, animi conſtantia, benignitas ſermonis, operum magnificentia. Ad hæc jejunium ſibi familiare fecerat: temperantiam velut innatam habebat, humilitatem unice ſibi coagmentatam, caritatem contubernalem: per quæ motus iræ refrænabat, atque adverſus ſolum peccatum armabatur, res fluxas contemnebat, & omne deſiderium ad vera & ſolida bona excitabat: ac penitus appetitione omni, quæ promiſcua per udum, omnique terreſtrium rerum ſenſu abiecto, ſeipſum in ſublime evehens, templum divino Spiritui præparabat.

In Clericorum ordinem coopratus,

carus amabilis & venerabilis

ob obſervantiam

F

CAPUT IV.

S. Georgii vita anachoretica, monaſtica.

ro ATnequa in his ſubſiſtere generoſi militis ardor potuit: ad ſolitariam vitam cogitationem adiecit, extra turbas degere cupiens, idque quotidie obſecrans, ut ſibi daretur, cum Deo quieta & imperturbata mente converſari: memor aſſidue Eliæ, Moyſis, Præcurſoris; qua ratione ille in Choreb divina ſit apparitione dignatus; alter in Syoxo monte tabulas acceperit Dei digito exaratas; hic vero mundi peccata tollentem baptizarit. Gaudet enim animus in ejuſmodi hiſtoriarum recordatione

adſpirat ad vitam ſolitariam

egregie profuit in litteris

AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

cordatione verſari, & divino inceſſus amore plura repetere exempla. Deinclam diſcedit e patria, minime de ſumptu ad profeſſionem ſollicitus; non peram, non baculum, non æs in zona deferens, non ſervorum multitudinem, non aliud quidvis ad peregrinationem accommodatum. Sed famulus unicus, unicumque jumentum illius ad profectionem miniſterio ſufficit. Non eum devexæ jam parentum ætatis ſollicitudo angebat: quod eſſe frequentiſſimum, & vero rationi conſentaneum, melioris vitæ impedimentum ſolet. Difficulter enim ab hujus ſeculi rebus homines avelluntur. Plerique vel parentum commiſeratione, vel fratrum, aut certe conſanguineorum, propriam negligentes ſalutem, ad honeſti ſtudium permoveri non valent. Quarum rerum nullam hic, vehementi virtutis deſiderio inflammatus, rationem ducebat. Parentum ſenectuti ſuſtentandæ neceſſaria ſuppeditatum iri ab eo qui eos condidit non ignorabat: conſanguineorum quoque curam habitutum ipſorum factorem. Eremum Eliæ & Joannis exemplo amplectitur, ut nullis tumultibus obnoxium animæ propugnaculum cuſtodiens, Spiritus radios plenius excipiat.

ſtatim diſcedit e patria,

ſolis vetitis,

a in Agriofericam, montem baviam, ſecedit.

B

52 Ubi vero ad montis cacumen pervenit, (*a* Agriofericæ monti nomen erat) famulum cum jumento domum remittit. Ab omni vero ſejunctus terrena converſatione, animæ munditia, ſummaque tranquillitate, Deo familiarius propinquat, inque montis intectiora deducitur. Silva circum eum montem ultro enata, vacuarum cujuſvis generis arborum, fere valli inſtar eſt, nam aliis ex partibus undique inacceſſis rupibus cingitur. Eſt vero mons ille non ſolum ab omni urbano ſtrepitu remotus, ſed qui ne viatorem quidem ullum admittat. Cum ad montis cacumen evaſiſſet, antrum reperit, veram virtutis officinam. In hoc vir quidam, omni projecta mundana vanitate, per ſummam vitæ integritatem Deo familiariter utebatur, tantoſque in virtute progreſſus fecerat, ut & prophetiæ gratia eſſet donatus, atque ex intima cum Deo conjunctione futura rerum eventa prædiceret. Ad hunc Moyſis aut Eliæ moribus ſimilem, acceſſit Ille Aaroni atque Eliſæo minime diſpar. Deus enim (quod vulgo dici ſolet) ſimilem ſimili jungit. Subſcribitur ab eo magna cum animi alacritate. Quid ni vero, qui antea ſemi propter virtutem prægnitus erat? Eumdem cum illo init vivendi rationem: & cum in virtutis ſtudio jam aliquo uſque antea proceſſiſſet, reliquum ab eo perdiſcebat. Neque enim fugam ſeculi in eo dumtaxat poſitam exiſtimabat, ut corpore ab eo quis recedat, ſed ut animæ ad corpus inclinatio abrumpatur, fiatque homo ſine civitate, ſine domo, ſine re ulla propria, ſine amicitia,

C ſine tractatione negotiorum, ſine humanarum ſcientiarum cognitione, ac ſic paratus ſit, impreſſas ex divina doctrina formas prompte animo excipere. Talis ac tantus cum eſſet in ſtudio virtutis, attonſus a venerabili ſene, & *b* monachorum habitu indutus, ſibi ipſi lex ſit & regula æquitatis, ac veluti peregrinans a Domino, Angelis evadit familiaris.

ibi ſanctum eremitam reperit,

in cujus ſe diſciplinâ tradit.

b

53 Non multo poſt cœleſtes chori ſenem evocavere, jam que hora migrationis inſtabat: cum divina illa anima gnata imminentis ſui deceſſus, generoſum hunc pugilem accerſit, ac pias cohortationibus exſuſcitat, & quæ eventura eſſent prædicit, jubetque ad monaſterium quoddam, quod accolæ *c* Bonyſſam appellant, accedere, ibi benigne abſque mora recipiendum. Erat autem locus ille ſanctimoniæ laude late celebratus, ubi monachorum cœtus Angelorum in terris vitam agens, ab omni terreſtri commercio liber. Et ſenex quidem, vitæ exitu velut Eliæ curru uſus, ad deſideratum ſuum aſcendit, duplici gratia per ſuam cohortationem, ut Eliſæum ille per meloten, diſcipulum impertitus. At magiſtri hic precibus confiematus, ab extrema illa ſolitudine recedit, & celertime ad cœnobium ſe conferr, recipitueque ignotus atque ſi pridem notus fuiſſet, hoſpes velut qui

ab eo jubetur jam mox ire, ad monaſterium Bonyſſam migraturo.

c

ſemper illic habitaſſet. Habet enim hoc virtus, ut & tota in eo cui inſit permaneat, & fulgorem ſuum in proximos emittat; addat poſſeſſori ornatum quemdam invisibilem, ſed neque lateat eos qui ſimpliciter & incallide perſpicere voluut: atque ante ullum experimentum venerabilem faciat eum qui illa præditus, ut ex ſolo cognoſci poſſit aſpectu. Ut enim agricolam agricola, miles militem, ſi velis, ex facie agnoſcit; ita ſpiritalibus viris evenire ſolet. Conniciebant ergo hi ex ea, quæ in vultu elucebat, hilaritate, quæ animæ intrinſecus conſtitutio eſſet, neque aliud habebant quod perconctatentur, quam ut prompte eum admitterent, ut fieret cœtus illius Patrum illuſtre ornamentum, ac veluti ſol quidam congregationis illuminans firmamentum.

D

ibi ſtatim admiſſus

54 Hic tandem ſtupendæ illius vivendi rationis, corporis experrem in corpore nitentis æmulari ordinem, particeps fit admirabilis ille vir, ſubitque exercitationis agones, & omnem ſeculentæ ac terreſtri vitæ accommodatam occaſionem procul repellens, ac nulla terrenarum rerum, quamvis neceſſariarum, cogitatione diſtrahi animum ſinens, ſtudium omne ad æterna acquirenda bona transfert. Qua vero ratione juſtitiam ac temperantiam ſibi compararit, prudentiæ item ac fortitudinis partes implevit, ac ceterarum virtutum quæ ſub hiſce generalibus apte ſubdividi in ſuas ſpecies ſolent? Divinarum Scripturarum meditationi aſſidue vacabat, ut inde

E documenta rerum agendarum, & ſanctorum hominum Vitas deſcriptas poſteriſque traditas, velut vivas quaſdam imagines divinæ inſtitutionis ad imitationem bonorum operum erucret. Aſſidue hiſtoriam Joſeph revolvens, atque ab eo continentiæ exempla condiſceus ac hauriens, ut qui non ſolum fortiter voluptatibus repugnaret, ſed & habitum virtutis aſſecutus fuerit. Quos autem inde fructus decerpſerat, ad eos æmulandos ferebatur: ſuſcitabat in animo eoſdem aſſequendi deſiderium, ac ſecundum eorum normam mores ſuos conformabat. Si in Jobi luctationes incidiſſet, non ſolum robur & conſtantiam ab eo diſcebat, ſi adverſa quælibet, ut illi, evenirent, ut nimirum ſi a divinis in egeſtatem eecideret, aut qui liberis abundaſſet, ſubito orbus exiſteret; verum & proximorum exprobrationem, ſi quando incidiſſet, modeate ferre doceretur, eumdem ſibi & in hoc imitandum proponens, qui cum io ſimeto ulceribus obſitus ſederet, amicis inſultantibus crebroque eum arguentibus, non eſt perturbatus, nec vocem ullam emiſit, quæ commotionem animi ſignificaret. Atqoe ita ex ceteris quod utile eſſet decerpebat; a Davide manſuetudinem, a Salomone juſtitiam ac prudentiam: alias ad Abrahæ redibat atque ab ipſo ſumebat exempla, ejuſque in Deum fidei firmiter inhærebat.

collegit e Scripturis exempla quæ imitaretur, præſertim exempla Joſephi,

Job patientia,

fidei Abrahæ ac Dei.

F

55 Denique, ut ſummatim dicam, is erat vitæ illius tenor, ea ſublimitas myſticæ exercitationis, ea morum integritas in omni pene diem ac noctem actione, ut diceodo ſcribendove haud ſatis explicari poſſit. Quemadmodum enim per mortem ita ſolvuntur a corporibus animæ, ut ſimul omnibus vitæ curis liberentur; ita mens ſejuncta erat, quaſique emigrarat ab omni procul vitæ ſollicitudine, ac compoſita ad imitandum ſtatum Angelorum eſſe videretur. Adeo io ipſo, quemadmodum in illis, non ira, non invidia, non odium, non ſuſpicio, neque aliod quidquam ejuſmodi cernebatur. Sed caducarum rerum cupiditatem, honoris, gloriæ, arrogantiæ, ſplendoris, ac ſimilium, penitus ex animo expuleeat. Delicias illi tempeeantia erat, gloria ignotom hominibus eſſe, divitiæ inopem eſſe, & omnem terenanem rerum copiam velut pulverem excoſſiſſe. Quæ igitur hanc vitæ rationem ſatis ſubiicere oculis humana facundia poſſit? In his certe vita illi erat velut humanam inter incorporeamque naturam media.

perfectiſſima mortificationis doctrina.

A à *Ita Græce*, Ἀγγειοφορικὴν ἀνῆρ ὄρει ἔκρυψε. *Menæa* μεταλαμβάνει ἀγγεῖ ἀγγέ Σιμεῶνος, Secedit in montem Syriæ. *Ita & Maximus Cyphoranus appellat.*

Agnoſcitur à matre.

b *Græce* μεγαλοφ χάρμα ἐπιδεικνύμενος. *Menæa*, λαμβάνει τὸ Ἀγγελικὸν σχῆμα. Suſcipit Angelicum habitum. *Ita legitur etiam Maximus.*

c *Gr.* Βιθυνὸν. *Menæa quoque* τὸν Βιθυνὸν *vocant, Cyphoranus* τὸν Βιθυνικὸν.

CAPUT V.

S. Georgius Amaſtrenus Epiſcopus electus, vi abſtractus cœnobio, a S. Taraſio Patriarcha CP. inauguratur.

15 NOn exiguo illic tempore commoratus ampliora in dies benefacta accumulabat, virtutum gradibus ſurſum enitens. Cumque ita eſſet ſublimis, latere minime poterat. Quis enim lucernam ſupta montem poſitam abſcondat? Neque innatus unioni fulgor celari poteſt. Diffundebatur late claritas, erumpebat ſplendor, arcano Divinæ providentiæ decretu. Ad patriam

a fuis civibus in Epiſcopum poſtulatur,

B tatem cummutavit, ac deſperationis reliquias penitus abraſit. Et quoniam Eccleſiæ illius Antiſtes jam e vivis exceſſerat, divino afflati inſtinctu conſilium ineunt cives, religioſum & rempori maxime accommodatum, ut is Epiſcopos eligatur, qui ante nativitatem jam erat Sacerdos deſignatus. Decernitur legatio, quæ eum precetur ut annuat, ſummumque ſacerdotium capeſſat. Lecti ad eam rem primarii quique tam ex ordine Eccleſiaſtico quam urbanis magiſtratibus.

miſſi ad eam legatio.

16 Quicum ad eum veniſſent, in hunc fere modum locuti ſunt: Quæ te nutrit civitas, quæque lactavit Eccleſia, amplam a te nunc ſperant remunerationem: illa quidem, ut pro præmio educationis per te clara evadat, & ceteris urbibus illuſtri gloria celebretur, hæc vero ut præclare gubernetur, nihilque eorum, quæ pencs illam inſtituta ſunt, factorum negligatur. Ambæ, quia adhuc ſpe ſua deſtituuntur, mœrent ac plangunt. Nunc

qui ut affectatores perſpectos ſecludat,

igitur accinge te itineri, & debitum caulve, ac nutricibus tuis educationis mercedem redde, quæ juſta ſunt exequens. Percipiat patria tuu reditu dignitatem, inauguratione decus Eccleſia, utraque ipſu tuu ingreſſu lætitiam. Imitare mores antiquiſſimorum ab omni retro memoria Sanctorum, quorum æmulatus es vitam. Imi-

C tare eos qui ante gratiam vixerunt, quique poſt Chriſtum: ut ea cunctis operibus tuis Divinorum magnalium proveniat præconium, & peccatorum converſio. Non enim ut teipſum ſerves, in eo virtutis perfectio conſiſtit. Sed in multorum procuranda ſalute, uniuſcujuſque Sanctorum conſilii ſublimitas perſpicitur. Ideo Paulus ab Hieroſolymis uſque in Illyricum diſcurrit, ideo tam crebras ſuſtinuit perſecutiones, tot terra marique pericula

aliam ſuſcipio Chriſti, &c.

adiit. Ideo Petrum alia ex alia excipiebant vincula, angustiæ, & ſexcenta id genus; ne ſingula recenſeam. Hac eadem cauſſa Chriſtus ſervi formam induit, ſuſcepit alapas, ſputa, culaphos, crucem denique ac mortem, & ad inferos deſcenſum.

17 Hæc cum legati aliaque in eam ſententiam eſſent proloeuti; Magnus ille, ac vere Pacifici diſcipulus, mitl voce iis reſpondit: Mihi, u viri, mundus crucifixus eſt, *crucifixit* & ea quæ in mundo ſunt. Regimen pupuli, ſacrumque adminiſtrationem, ea ambientibus lubens dimitto, quibus præſertim ſuperna providentia ſuffragatur. O animum ſublimem! o vere liberam mentem, cujus quæ pars uptima a deteriori negoaquam eſt ſauciata, ſed invicta prorſus & libera ab omni commixtione cum pejori, per honeſti intentionem cunſtitit, quæque nullius retrangebarur ſtudiu, niſi ur viæ inſiſteret quæ ad eatremum bonorum ducit, nec ad aliud umnino quidquam reſpiciebat. At cum cernerent Legati eum a propoſitu dimoveri minime poſſe, (o miraculum!) faciuus aggrediuntot temerarium: (ſi ira fas eſt appellare, & non potius divini cujuſdam impulſus operationem concere) conſilium ineunt plenum pietatis ſimul & audaciæ. Virum ſanctum per vim abducunt, quantumvis repugnantem. Soler enim inflammatus ardor animi, opportunitatem nactus, quidlibet audere ac machinari. Carete tamen probro iſta mihi audacia videtur, & cum reverentia eſſe cunjuncta. AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO. D *ei abducunt,*

18 Et ille quidem præclaram hanc patiebatur tyrannidem: illi vero, ut ſpei primi reſpouderant ſucceſſus, quantom poterant verſus regiam urbem properabant, im minuente viæ longitudinem alacritate animorum, ſpe vero laborem itineris ſublevante, fide demum curante ne quid grave ac moleſtum occurreret, ſed ut cuncta facilia eſſent. Er videre erat, umnia occaſioni illi cuugtuere, & ad propoſitum ſcopum mire eſſe accummodata, commendationem etiam a Patriarcha (is *a* Taraſius dicebatur) iis quæ ſuis ſuffragus jam antea decreverant maxime conſentaneam: recognovit quippe eum in ipſo primo congreſſu. Contracta vero hunc in modum antea notitia erat. Priuſquam magnus Tarafius pontificalem conſcenderet thronum, cum in eam eſſet claſſem adlectus, qui E arcana Imperatorum miniſteria obeunt, (*b* A SECRETIS eos Latina voce appellant) & populo ad eam rem mercede conductu, noctutnam pſalmodiam inſtituiſſet; acci- *olim puer oleorem miraces,* dit ut magnus Georgius adhuc puer, uri ſemper templa adire ſolebat, forte etiam adeſſet, patſque fieret ſat ram pſalmodiam concinentium. Finito cantu, cum iis qui cecineranr petſolvi merces deberet; & ſingulis, quod conſtitutum etat, pretium adnumeratetur, ubi ad eum ventum eſt, renuit quidquam accipere, dicens ſatius eſſe mercedem in ſututa vita cunſequi. Et hic quidem ita tunc ſe geſſit. Ille veru contemplatus quod acciderat, & pueri virturem admiratus, animo ſuo eam velut ſomiti cuidam indidit, quæ demum memoria ſuta denuo exarſit. Solet enim præclara quælibet actio, per corpo- *eam agnovit,* reos oculos ſpiritalibus conſpecta, indelebilem & ineatinguibilem imprimere ſui memoriam. Viro igitur ſuper his palam examinato, id velut divinæ providentiæ & voluntatis opus accepir, itaque cenſuit, velut ſuperno re- *& ſtoffiſtimonio comprobatum*, Sacerdotem declarandum, & *um eam babuit,* Legatis quod ita diu expetierant annuendum.

19 Verum ſive Imperaturis allegatiu, ſeu potius invidiæ inſultus quidam paullulum Patriarchæ propenſum ſtudium viſus eſt ſtiriſſe. Ad eamdem euim Epiſcopalem F Sedem alius Imperatoris ſuffragio deſignatus eſt. At ne- *& alteri* quaquam divino Autiſtiti Impetatoris mandatum per- *ab Imperatore propoſitus,* ſuadere potuir, ut mendaciu vetitarem poſthaberet, aut regii vultus reverentia moveretur, metueret ve tyrannicam dearetam, aur deliniretur blanditiis: neque id Divinotum præceptorum ſincera obſervatio permiſit. Igitur Eccleſiaſtico cœtu convocato, ambos illos produxit, velut Matthiam & *c* Nicanorem, atque accurata conſi- *c* deratione & diſſimilium facta contentione, tum ceteris *Clerl accuſato jocilio,* in rebus tum præſertim iis quæ ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſervationem ſpectant, is demum exitus ſuit, ut quemadmodum aurum plumbo collatum multo ſplendidius pretioſiuſque apparet, ſic illius virtus longe illuſtrior eaſteret. Etgo Sacerdotum & Cleri univerſi conſenſus ac commune ſuffragium in Georgium, velut ulim *Epiſcopum confecrauit,* in Matthiam, cecidit. Tum veto pontificall unctione inauguratur, & in patriam remittitur. Reverſus ex ſublitudine in regiam urbem, brevi tempore omnibus innotuit, ita ut deſiderabilis ac reverendus fieret ipſis Impe- *plaudentibus Conſtantinopolitanis,* ratoribus ac præfectis, populoque, potentibus juxta ac tenuioribus, ſimul tamen cognitus avulſuſque; ut non eorum animos vehemens viri deſiderium inceſſerit, niſi ut deſunctorie illud teſtarentur. Et iſta quidem

Byzan-

AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

Byzantium. Cives quod optabant adepti, neque ſpe ſua fruſtrati, illum diu capetitum ſecum aſſumentes diſcedunt.

A 20 Sed veluti frænis excuſſis tranſverſa vagatur, ſupraque quod conceſſum eſt ſeſe provehit oratio: & arcana quædam proferre geſtit, atque explicare verbis, velut ſi occulta ea curam ſpectaſſet: nimirum ſuper hoc præclaro eventu plauſum laudationemque in cœlo exitiſſe ſauſtamque acclamationem ſuperne illius urbis incolarum, totique adeo cœleſti choro gaudium ingens obortum. Et merito quidem: nam quod geſtum erat, ad multorum pertinebat ſalutem, ut deinceps exponemus. Multa enim ab eo præclare geſta, calamitates, quæ animis quoque periculum afferebant, depulſæ, animæ expurgatæ, alhaque id genus benefacta innumera. Lætantur autem hominum ſalute Angeli, cum ſint ſingulorum cuſtodes conſtituti. Merito igitur cum mortalibus in ejuſmodi celebritate gaudant & exulsaot. Jam ſi in manu Dei ſunt animæ Sanctorum, gaudet aotem Deus peccatorum converſione & ſalute; æquum eſt ut & illæ exultent videntes genetis ſui ſalutem viri tanti virtute & prudentia promotum iri. At de his hactenus.

Angelis præſes & animabus ſanctis.

B

a *Colitur S. Tarſius 24. Febr. ubi ſuſe de eo agimus.*

b *Ante 7. ſynodum œcumenicam anno* Apologeticus ad populum a TARASIO a SECRETIS compendioſe dictus, die qua intimaverunt imperantes Irene & Conſtantinus populis ut fieret Patriarcha: qui & promotus eſt Indictione octava, anno a creatione mundi 6293. *Qui titulus ita conformatus videtur ab Anaſtaſio Bibliothecario, qui eam ſynodum ipſi interpretatus. In Græco nequo officium a Secretis expreſſum, neque Augeborum nomine.*

c *Hic videtur* Nicanor *appellari qui in Actis Apoſtolorum c. 6. ab* Joſeph Barſabas cognomento Juſtus. *Eſt hic Martyrologio Romano, Bedæ, Adonis aliorumque inſcriptus 20. Jul. Menaia cum ceteris Apoſtolis & nonnullis diſcipulis 3 c. Ioo. S. Nicanor, nunc 7. Diaconis colitur a Latinis 10. Jann. a Græcis 28. Jul. iterumque 28. Decemb. dicitur in Menæis.* Nicanor Apoſtolus in pace quieviſſe: *nuſquam invenitur eundem fuiſſe* Nicanorem ac Barſabam.

S. Nicanor ac Barſabas.

CAPUT VI.

Amaſtrenæ Eccleſiæ autocephalæ, præclare a S. Georgio adminiſtratæ. Saraceni præcibus pulſi.

C 21 DUcebatur in patriam magnus ille theſaurus, brevi conſpicuam & celebrem illam redditurus: qui tum alia in eam contulit beneficia, tum illud, ne cui ejus Eccleſiæ ſubeſſet Archiepiſcopo impetravit, inſigni apud Imperatorem libertate uſus. Nam qui eo tempore a Gangreoſium regebat metropolim, mirum in modum ſeſe faſtu & arrogantia efferebat, aut potius inhumanitatem exercebat, neque divini hujus Patris gratiæ quidquam tribuebat. Pietatem enim (ut eſt in proverbio) abominatur peccator. Nam virtus ab eo qui virtute præditus eſt, ut fas eaigit, laudari & coli ſolet, adverſari vero ei quod ejuſmodi non eſt, palamque obſiſtere. Repulit is aliquando magnum illum ſuperne Jeruſalem Metropolitam, obſervantiæ ſtudio ad eum viſentem. Fuit id fortaſſis opus cuncta præclare ordinantis providentiæ, propter illius animi duritiem: ne deteriori quod melius erat ſubeſſet. Quod & præclare ceſſit. Nam inde evenit, ut ejus civitatis Cathedra nulli alteri deinceps ſubiiceretur, jure marito, ad ſancti viri poſtulationem regiæ manus accedente decreto. Et hæc non ideo dixi, quaſi ordine prima fuerint, & in ipſo Epiſcopatus exordio acciderint, quæ a contra multo poſt tempore facta ſunt, ſed quia in illa incidit oratia, velut recaſans eadem ſecundo recenſere.

a *Is poſtea obtinuit ſee Eccleſiæ Amaſtrianæ ſubeſſet Metropoli, ne Gangreenſi.*

22 Verum ad propoſitum eadem nunc revocetur oratio, ejuſque commemoret ingreſſum. Vehebatur ad patriam ſacrum illud ornamentum, vas electionis, altar Paulus, ſimplicitatis & innocentiæ ſpecimen, vita inculpatus, ſermone affabilis, moribus integer. Nuntiatur urbi ejus adventus. Cernere erat communem concurſum, & plenum miraculi ſpectaculum: ſenes ſuæ oblitos imbecillitatis, ac ſi iis vigor juventæ ineſſet, in ejus ruere occurſum: infirmos robur induere, præque deſiderio ortam ea invaletudina debilitatem excutere: fœminas quoque, velut abnegata naturæ teneritadine, viriles animos accipere: pueros pari ac ſenes deſiderio exardeſcere: omnes denique, ut maxime ſitientes cervi ad fontes ſolent, ita ad ſancti viri præſentiam accurrere, atque in vicem velle prævenire. Plenæ erant viæ publicæ, plena compita: generales feriæ erant. Quid vero attinet ſingillatim quæ tunc facta ſunt recenſere, quorum poteſt argumentum paucis perſtringi? Introducitur Sanctus in eccleſiam matrem: claves, ut Petrus Apoſtolorum coryphæus, divinitus accipit: clavum capeſſit peritus gubernator, gnarus abſque ulla diſcrimine mare vitæ hujus tranſmittere.

ſumma ſolemnitate concurſu & lætitia.

introducitur in ſuæ Eccleſiam.

23 Talis igitur fuit patriæ erga ipſum caritas. An iſta forſan civium caritate minor generoſo huic viro ad munus recte exequendum fuit contentio? aut ſi par contentio ac ſtudium fuit ad res Eccleſiæ conſtituendas, haud tamen adeo fortaſſis adfuit eruditionis? An doctrinis quidem egregie inſtitutus, ac quid decori ratio poſceret non omnino attendebat? An vero his quidem omnibus ita cumulate excelluit, ut nec explicari dicendo queat, ac remanſit in eo aliquod abiecti paſillique animi indicium? Minime vero. Simul omnia ſummo ſtudio accurata ab eo perfectaque: ſacræ conſtitutiones, ornatus & ordo altaris, Cleri compoſitio. In ipſum enim velut in depictam polirſſimæ arte tabulam intuentes, formas virtutum perquam elegantes effingebant: atque apere eruditi potius quam ſermone, indelebiles honeſti imagines animæ inſculpebant. Inda diſcebatur fides, ſpes, caritas: inde juſtitia, temperantia ac reliqua virtutum ſeries: inda moderatio, manſuetudo, animi ſubmiſſio: inde pupillorum ac viduarum patrocinium, mendicorum ſuſceptio, reſectio uſuræ, debitorum condonatio, commiſeratio proximorum, præſertim indigentium, denique, quod caput eſt, adverſus Deum pietas, caducarum rerum contemptus, ſtudium futurorum, inque omni virtutis genere progreſſus.

E *ejus cura & ſtudioſiſſima gerit,*

omnibus præbens exempla virtutum.

24 Curæ vero ac patrocinii quod patriæ impendit, multa alia extant documenta: acceſſus ad Imperatores, libertas adverſus præfectos, tum alios, tum qui publica negotia curabant, tributorum abrogatio, injuriarum inhibitio, auxilium inopum, ut plurimam ſpiritale, ſæpe etiam corporale, atque alia, quæ vir optimus Deoque intentus populo beneficia contulit. Unum vero maximum & celebratiſſimum fuit. Facta erat hoſtium incurſio, longe quam ulla ab omni hominum memoria traculentior. Omnes cujuſvis condationis atque ætatis, ſi ad pugnam idonei videbantur, impiorum manibus abripiebantur in ſervitutem, ſenes autem ac pueri, gladio perimebantur: & illi quidem ita abducebantur, ne quid forte viriliter ac ſtreoue muliri poſſent; hi vero trucidabantur, quod inutiles & ad nullum apti quæſtum forent, vel jam ſenio fracti, vel ætatulæ infirmitate impediti. Ceteri ad pugnandum quidem inepti, non tamen inutiles ad miniſterium, ignobili ſervitati addicti diſtribuebantur. Terra ſanguine redundabat, reſonabant ejulatibus pagi, plena omnia lamentis, Judæorum a Perſis in ſervitutem abductorum ſpeciem quamdam exprimentibus. Neque enim crudelitate Perſica minorem violentiam Agarenorum gens exerees: imo eo etiam majorem multoque immitiorem, quod longe iis ſunt fortitudine infertures. Quo enim minus virium eſt, hoc ferocior oſtentatio major, ſi quando victoria

F *cæteris bona fecit*

Saracenis regionem illam crudeliſſime vaſtantibus,

victoria obtigerit: quemadmodum pro fortitudinis modo uberior commiseratio ast. Iu matrum manibus cara pignora immaturam mortem enſe ſibi inferendam expectabant: illæ vero cervices mucroni offerebant, ne oculis ceruerent miſeram prolem hoſtili manu diſcerpi. Quis multiformem calamitatem digne deploraric? hoſtium ſævitiam, immunitatem, belluinam rabiem? Quomodo infans uberibus matris inhærens, per viſcera lethalem plagam accipiebat? quomodo infelia mater mamillam infantis admovens ori, ejus ſanguinem gremio excipiebat? Sæpe etiam hoſtis violenta manu unico gladii impetu ſimul matrem cum prole transfodiebat. Quis patrum explicet querelas & luctus, ultimoſque natorum compleaus? Ea genitorum manibus violente abſtracti liberi miſerandam iis tragœdiam axentabant.

25 In illis vero ac ſimilibus nequaquam ſancti viri animam in diverſa paſſio timoris diſtrahebat: nec qua ratione ipſemet captivitatem effugeret, diſpiciebat: nihil humile & abiectum aut volvebat animo aut actitabat. Sed ſurſum caput attolleus, Crucis tropæo munitus, vicinos percurrebat pagos, omnes congregabat adverſus hoſtium velut luporum incurſus; uſque velut in caula, in urbe B ſecure collocatis, ipſe foris diſcurrebat, ſolus, inermis, pro patria periculum adiens, animam ponens pro ovibus, Paſtoris, Domini ac ſummi Sacerdotis exemplo. Quid vero mirabilium Dominus, qui unom ad mille fugandos, duos ad multa millia proturbanda inſtruere ſolet? Qui ſeptem Sacerdotum circuitu, inflatis pari numero buccinis, ſublimiora machinis omnibus Hierichontina mœnia proſtravit; is nunc Sacerdotis unius circuitu urbem populoſam ſervavit, gentam plenam furore, ac voluntate omnem obterendi hæreditatem Chriſti, repulit, precibus velut telis ictam fuſamque, & cum infamia in patriam fugavit. Vere, ut dicitur, viri virtutem hoſtis, ſi non volens, at vel invitus reveretur. Nam videre tunc licebat fugientes nemine perſequente, cadentes nemine percutiente.

per pagos diſcurrit,

& homines in urbem compellit,

hoſtes divina virtus in fugam egit,

26 Quid contra ipſam veritatem fingi magis inopinatum poteſt? Quæ admirabilior eſſe narratio? Olim fugavit Moyſes Amalecitas Dei decreto, manibus in altum ſublatis, myſterii majoris imaginem ac præſignationem portendans. At non ſine luctu & ſanguine tropæum erexit. Multis aguit ferro armatorum virorum turmis: ego it auailio ſuſteotantium ſibi manus, cum pugna diuturnior eſſet. Jeſus quoqua filius Nave ſtitit ſolem contra Gabaou, & lunam *b* contra valles: hic autem nec armatum exercitum adverſus inſtructam hoſtium aciem miſit, non equites, non jaculatores; nequa alia re ulla ad pugnam opportuna opus habuit, non opera eguit ſuſtinentium catenſas ad Deum manus, non diei productione, nec ulla re alia earum quæ ſunt enumeratæ & in hiſtoria referuntur. Sed ſolus, inermis, manus ad Deum protendens, veaillum ſuſtulit, patriam ſervavit, inſuperabilem eſſe virtutem oſtendit: hoſtibus perſnaſit, na omuino de Chriſti grege reportare victoriæ inſignia deinceps ſperent, ſed quod illis tunc contigit, nosint divinæ opus providentiæ fuiſſe, quæ occidit & vitam reddit, percutit & ſanat: percutit vero, ut magnum quid operetur, ut per caſtigationem procuret unimarum ſalutem, quemadmodum olim Iſraelitas in captivitatem redigi permiſit, & ad ſervitutem abduci, ut ne alienos deos deinceps venerarentur, ſed ad veritutem converterentur.

in hoc major Moyſe & Joſue,

b

C

a Gaagiam *Stephanus vocat hanc Paphlagoniæ urbem, fatetur tamen ab Eratoſthene Gangra dici noſtro tempore. Aliam ipſe Arabiæ inſulis urbem Gangra vocat, unde gentile deduci ait* Γαγγρῆνος, & Gangra *priore* Γαγγρηνὸς. *Ita & hic dicitur* † ἡ Γαγγρῶν περίοικος μητρόπολις. *Latini* Gangrenſem *vocant* ſynodum Gangris habitam *S. Silveſtri Papæ tempore.*

Gangra urbs.

b *Joſue* 10. v. 12. *dicitur*, contra vallem Aialon. *Septuaginta habent*, κατὰ πρόσωπον, κατὰ ἀπέναντι. *Εἰς φάραγγα vallis, vel vorago, aut hiatus.*

D

CAPUT VII.

Trapezunte facta a S. Georgio miracula: captivi liberati.

27 NOnne magna hæc ſunt? nonne plena miraculi? Nullum profecto tale ſtratagema proferunt Græcorum hiſtoriæ. Quis Ulyſſes ejuſmodi ſtatuit tropæum? Qui *a* Heraclidæ aut Pelopidæ, quorum facinora nihil amplius habent, quam ut pudore ac dedecore plena appareant? Præ his ac talibus longe admirabiliora, quæ ſecuta ſunt, aſpice. Ea nunc declarabit oratio. Capti aliquando fuere uthis ejus mercatores *b* Trapezunte, de publicis criminibus per calumniam falſo accuſati. Grave omnino flagitium calumnia, invidiæ ſoboles: utriuſque vero finis eſt cædes. Capti igitur illi, & in publicam euſtodiam a Præfecto traditi, mortem ſibi enſe inferendam expectabant. Vulere erat vitorum, velut maleficorum jam necem oppericotiom, mutsos vultus, collapſam faciem, ſpeciemque omnem obſcuratam, E ac naturale robur exhauſtum, quaſique ſuſtinendi virtute orbatum, cor confractum, labaſcentia genua, voces ſingultu intercuptas, pihilque perfecte ſignificantes, oculos lacrymis oppletos, ac vi aſpiciendi deſtitutos: audire voces lugentium orbitatem liberorum ſuorum & cognatorum, Deum inclamantium, invocatium Sanctum: ac veluti audientem appellarent, Feſtina, inquiebant, ad opem nobis ferendam, eripe nos ab injuſta morte, liberta nos æramnoa qua premimur, ne ſinas nos mactari ſuppliciis, quæ ſceleratis debentur. Ne in nos invidia conſueta cæde debacchetur: ne in alieno ſolo noſter proſuſus cruor, patriæ opprobrio ſit: ne nos patiaris calumnia opprimi.

a

Amaſtelaſis matertertius Trapezuntem cepit.

b

corpus in certo mortis periculo lo levocabilibus.

28 Hæc & his ſimilia mœſto animo vociferantium, veſteſque lacerantium, ac cinere capita aſpergentium, miſertus Dominus, rem omnem famulo ſuo manifeſtat, ut proximi commiseratione ſplendidiores ille ſibi virtutis nectar coronas. Quid igitur? Proficiſcitur e patria, non viæ ſpatio deterritus, non multa ad iter poſtulans, non corporis ægritudinem eacuſans, non hibernom tempus, non infeſtam ventorum turbine navigationem, non aliud quidquam, qualibus multis ſolent puſillanimes retardari. Sed ſimul audiit, ſponte iter capeſſivit: ſimul ac præclarus hic paſtor & magni illius paſtorum principis imitator ovibus ſuis didicit interitum imminere, ad F defenſionem accurit, ac navi conſenſa, ut injuſte oppreſſis opitularetur, quam celerrime oavigavit. Omnia autem ejus propoſito obſecundare videbantur: ſecunda navigatio, mari placato, & fluctuum impulſu leniter navim provehente, & tantom non vocam emittente, exultante cerre quidem in Juſti miniſterium. Nec erit qui non dictis fidem habeat, ſi primum hominem recogiter, ejuſque ante lapſum dignitatem; qua ratione univerſus hic aſpectabilis mundus ad ejus erat famulitium præparatus, ipſeque omnium ſub Conditore dominus conſtitutus, ac veluti paterfamilias, rebus omnibus ut ſervis ancilliſque nomina naturæ cujuſque conſentanea impoſuit: quæ cum ita ſe haberent, inobedientia peopriam amiſit dignitatem. Si præcepto paruiſſet, omnino eam retinuiſſet, & mare quoque ei obtemperaſſet. Aſtipulantur Propheterum prodigia, & Apoſtolorum Martyromque opera admirabilia, ne ſingillatim cunctos enumerem. Et ille divino nutu omnia propoſito ſuo obſecundantia nactus, tranſmiſit, opem latutus iis quos extrema jam manebat ſententia.

Violatus id invitis fit.

cogor celerior tamdiu,

ſecunda ejus navigatio.

29 At veritatis adverſatius, hoſtis juſtorum, ſemper odio perſequens honeſta, malumque inſeminans, & omne

AUCT. ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

& omnes nequitiæ genus excogitans, præcurrit, & ad malum viam præparat, ac Ducis aſſeclam, aulæ Vicarium, ut Latina lingua dicitur, ad hoc adjutorem aſciſcit: qui ſimul atque intellexit, qua cauſſa vir ſanctis eo eſſet appulſus, linguam velut novaculam adverſus captivos illos eaacutam commovere cœpit, calumniam integrans, & crimina exaggerans, atque malignis verbis invidiam fovens, improbiſque argumentis nitens demonſtrare vitos non uni lecho obnoxios eſſe, quippe maximis obſtrictos ſceleribus: vociferans everti leges, depravari mores, ſi nou eorum quæ ſcelerate egerunt pœnas dederint, aliaque inculcans, quæ perverſa mens ſuggerere, & doloſa lingua effutire ſolet. Et ille quidem hoc modo miſeris inſtabat. Dua autem in eamdem quoque ſententiam inducebatur, partim volens, quia ſtolida uſus ratiocinatione, partim nolens, ſed improbo illi conſiliario acquieſcens. Eſt enim humanæ mentis aſperitas ut ad virtutem flectatur intractabilis, & quæ difficillime ſibi meliora perſuaderi patiatur, ad deteriora maxime ſit flexibilis.

Cunctatione quadam laudabili nocentium eadem ulciſcitur,

& Ducis aſſentatio,

30 Quid ad hæc is qui Pharaonis primogenita ſuſtulit, & multis ſignis Ægyptum percuſſit? *d* Ducis vaori oculos cæcavit, qui fidem habere Dei ſervo nolebat, ut cor ejus durum emolliret, ac rigidom inflecteret, indomitumque cicuraret, atque impetum ſiſteret invidiæ, cædis abrogatione, dolique arma retunderet, & veritati loquendi libertatem tribueret. Ille ubi audiit quod evenerat, ipſe jam miſerabilis, orat, ſupplicat, flet, lamentatur, confitetur dictum, emendationem pollicetur, tam nunc ad benevolentiam gratiamque compoſitus, quam antea ad animi durtiem. Solent enim qui affluente proſperitate inſolentius ſeſe efferebant, rebus in contrarium mutatis, gravius deiici, & qui incidere caſus, eos intolerabiles eaſtimare, ſpiritu poſillani miratis male ad utrumque comparati. At hic, diſcipulus illius ſeptuagies ſepties coordinari quę in nos peccata eſſent mandavit, vere cummiſerationis pelagus, fons caritatis, humilitatis exemplar, ut contumaciam hominis vidit humilitate eſſe mutatam, ut ſuperbos ad pœnitentiam redeuntes jamque ſupplices vidit; nou multis opus verbis fuit, illico ſuſis ad Deum precibus, depulit cæcitatem. Illi vero cum oculis minime errantibus, & non dubio aoditu, talium miraculorum experimentum cepiſſent, ob ſigna conſpecta metu ac tremore correpti, Sancto viros ſiſtunt, & criminis ſui veniam precantur.

d Bojus unor cæcitate percuſſitur.

ß mitumque cicuraret, atque impetum ſiſteret invidiæ,

oui Sanctus, marito veniam poſtulante,

Matth. 18. 22.

poſtillos oſſeus reſtituit,

& ſapientes correpti libertus.

31 Mulier autem quædam divino amore inflammata, pia mulier, & fructibus ipſis pietatem demonſtrans, Sanctum rogat, ut in ipſius domeſtico ſacello ſacram offerat liturgiam. Ecce autem miraculum, omnibus, quotquot nuquam acciderunt, miraculis exæquandum. Ubi mulieris fides, ibi divina celebrantur miracula: ubi vero iracundia, ſemper malitia aliqua erumpit. Utrumque in uno Propheta declaratum. Elias cum ipſum Jeſabel perſequeretur, in ſolitudine commoratur, terribilis ille Propheta, qui verbo unico ignem e cœlo elicuit, & infames ſacerdotes combuſſit, qui cœlum clauſit, & ficcitate totum orbem caſtigavit. Idem hoſpitio receptus a vidua *f* Saraphtha, farinæ pugillum auget, multiplicatque oleum in lecytho, ac filium ejus mortuum ad vitam revocat matrique reſtituit. Eliſæus quoque ad Sunamitidem diverſatur, ac ſimile patrat miraculum. Raab meretrix caploratores hoſpitio accipit, & ſalvatur. Et, ne ſi omnia proferam, faſtidium afferat oratio; Meretria profert unguentum pretioſum, & Jeſum ungit, qui erat ipſemet verum unguentum, Deus ſimul ac homo: & ipſa malt odoris actionibus liberatur. Maria quoque *g* Lazari ſoror ad Jeſu conſidet pedes, ſalutari doctrinæ mentem applicans. Vere admirandæ fœminæ admirabile ſtudium. Accipit hoſpitio amicum, nec hoſpitalitatem exercet, ſed pro humili miniſterio animum ad ſublimium rerum contemplationem erigit. Sciebat

C

Ubi mulierum fides, ibi miracula,

f ut patet in Sarephthana, Sunamitide,

Magdalena,

enim eum, qui in ſolitudine manna pluit, & aquam e petra elicuit, ac quinque panibus quinque millia ſatiavit, nulla corporearum rerum premi inopia, quamvis nonnumquam, ſecondum leges corporis, pro noſtræ ſalutis curatione ac diſpenſatione, eſurierit, ſitierit, ſatigatus ſit. Mulier eadem, a ſorore incuſata, audit ea ipſo Verbo, bonam ſe partem elegiſſe, quæ in æternum permanſura ſit.

D

Trapezuntius,

32 Eam mihi admirabilis hęc mulier imitata videtur, aut etiam ſuperaſſe. Nam cum in domum ſuam Sanctum accepiſſet, non ſolum quæ ad corporalem pertinebant neceſſitatem negligit, ſed ea etiam, quæ ad divinam liturgiam neceſſaria erant, panem, inquam, & vinum; ac totam ſe ad ſancti Pontificis doctrinam transfere, omnium terrenarum rerum oblita. Quamobrem quod ei nunc accidit miraculum, acclamare videtur, bonam ei partem electam, quæ ab ea non ſit auferenda. Nam abſoluta adhortatione, quæ audientium animos a terrenis curis ad cœleſtia tranſtulerat, & præſentia, velut fluxa & peritura, contemni debere, ſullicitudinem vero omnem ad æterna, quæ permanent, nec viciſſitudinem admittunt, converti, perſuaſiſſet; ac jam reliquum eſſet, ut myſticum ſacrificium peragereiur, cum nondum eſſent ad manum quæ ad oblationem erant neceſſaria, ut dictum, miraculum ab Sancto factum, aut potius per ipſum a Deo, qui Prepheram in lacu, alterius Prophetæ miniſterio, ut corvi Eliam, nutrivit, & diſcipulis ultro divinum illud prandium præparavit, cum tertia apparitione ſuam reſurrectionem declaravit, ex immortali ſua penu, quam ipſe largitor nutat, panem & vinum deprompſit, in typum divini illius corporis & pretioſi ſanguinis, ut & ſervum ſuum honoraret, & religioſum fidelis illius mulieris ſtudium omnibus declararet.

quæ Georgii exhortationi tribuat fundum,

E

neglexit neceſſaria ad ſacrificium,

coq; divinitus ſuppeditato.

33 Qualibet vel maxima ſonora lingua clarius, ex abundanti non iis ſolum qui tunc hæc ſpectarunt vel audiverunt, ſed & poſteris omnibus confirmetur, eum eſſe qui diait nullam rerum ad vitę uſum ſpectantium curam eſſe habendam, niſi ſolius regni cœlorum, ac tum cetera ultro adiectum iri. Si enim quæ rem talem ac tautam, præ vehementi ad cœleſtem doctrinam hauriendam attentione animi, neglexit, non ſolum non delicti alicujus rea, ſed etiam laude digna fuit, ut ingenti illo miraculo declaratum eſt; quam multis malis eruendos, boniſque cumulandos homines cenſebimus, ſi conicere in Dominum curam voluerint? Utinam nunquam cœptæ eſſent terra marique negotiationes, curæ intempeſtivæ, diuturni labores, ſarigationes, vigiliæ, quæ amariſſimi ſunt fœtus avaritiæ, unde invidiæ, cædes, naufragia; unde latrones, fures, raptores, unde mendacia, juſiurandum, perjuria, abaque innumerabilis multitudo malorum? Utinam cogitationem ſuam omnem in Dominum conjeciſſent, qui volucres cœli, neque ſerentes neque merentes, nutrit: qui a principio primum hominum parentem beato illo & immortali vitæ ſtatu ornavit, licet ob inobedientiæ lapſum, ut terram ſpinis horrentem coleret, panemque in ſudore comederet, damnatus ſit.

Matth. 6. 33.

Divina ſolam curanti, totam adjicientur.

F

Trapezus urbs.

Κέρυς. nuncupata.

a Heraclidæ *ab Hercule oriundi*, Pelopidæ *a Pelope. Hi Argos & alia Peloponneſi connexa, illi in eodem Peloponneſo & Attica dominati. Vide de his Strabonem variis locis aliaſque Græcarum rerum ſcriptores.*

b Τραπεζοῦς *nobilis etiamnum Cappadociæ ad Pontum Euxinum civitas, verſus Colchidem & Iberiam. Longius multo Trapezunte diſtat Amaſtris, quam Conſtantinopoli.*

c Græca, ἐκκαυσίωσις ἢ λύσις, ὅταν τῷ ὑγρῷ ἐπιλάβῃ λιγυρόν. *Ita verbo Κέρας uſi alii. Cornu Itali, Galli Cout, Curtia medii ævi ſcriptores quidam, licet alii pro villa aut prædio ponunt. Aliisquin Κέρατα oculos oſſ Græci quibuſdam, ἐπειδὴ ἐκφύονται, ut videre eſt in Meurſii Gloſſario Græcobarbaro.*

d *De eo videtur accipiendum potius quam de Vicario, quod in Græca dubie offertur, ni de utroviit intelligi poſſe: Περὶ ἑνὸς τοῦ ἐκείνης τοῦ ἀνδρὸς. Cæcat ipſius conjugis oculos.*

e *Ita Græce, καὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ὀφθαλμῶν. Haud ſcio an non ſcripſerit hanc memoriæ ſuſſilleris. Occidit quidem Elias l. 4. Reg. 1. cap.*

Digitized by Google

A *1. cap. 1. binos quinquagenarios, ab Ochozia Rege miſſos, cum quinquagenis militibus, igne e cœlis evocaſſe: at non dicuntur ii fuiſſe ſacerdotes. At lib. 3. ca. 18. cum prius precibus impetraſſet a Deo, ne miſſo e cœlis igne holocauſtum, quod obtulerat, abſumeretur, dein 450. ſacerdotes Baal ad torrentem Ciſon interfecit, ibidem v. 40. ubi nulla ſit mentio ignis, ſed ferro potius jugulati videntur.*

f *Græce, σεμὶθ τῆς τυριδὸς χίεν. Vulgo* Sarephtana *dicitur, a* Sarephta Sidoniorum, *ut ſcribitur 3. Reg. 17. 9. in Græco* Sarepta. *& Luce 4. 26:* Sarephta Sidoniæ.

g *Hic auctor, uti & alii quidam, Mariam ſororem Lazari diſtinguunt ab ea quæ fuerat peccatrix. Quæ de quæſtione agemus ad 22. Julii.*

CAPUT VIII.

Alia S. Georgii miracula, prædictiones, beneficia.

34 VErum ne a ſcopo exerret oratio, ad propoſitum revocetur. Poſtquam ejuſmodi miraculorum fructum Trapezus percepit, in patriam rediit Sanctus, quos ſervarat, velut donum ſingulare, ſecum reducens. Inde vero profiſciſci ad urbem regiam debuit: ita enim Imperatrici a Irenæ, ejuſque filio Conſtantino carus erat, ut non diu illius præſentia carere poſſe, ſed perſpicue cogere eum velle viderentur, ut ipſis perpetuo adeſſet, & in ſocietatem publicarum curarum veniret, atque Imperii habenas præclare regeret. Verum quia præ animi demiſſione, longas in palatii moras nectere, & familiariter cum Imperatoribus agere, velut probro ſibi ducebat, inde receſſit.

a S. Georgius evocatur ad aulam.

B Auguſtæ gratiſſimus.

35 Cum igitur, ut dictum eſt, Byzantium pervenit, mirandum quiddam evenit, ex quo, præter cetera, apparuit, eum eſſe prophetico Spiritu plenum, perfectiſſimæ adminiſtrationis reip. exemplar, regulam rectiſſimam eorum qui divino Spiritu inſtincti eventura prænuntiant: ut & ſimul ſignificent, ſimulque obſcuris indictis rerum futurarum exitum involvant, atque eorum qui languidioris animi ſunt, quique audaces & temerarii, affectionem temperent, ne cujuſpiam repentinæ calamitatis cauſſa ſit prædictio, ſed obſcura permaneat ejus expoſitio; poſtquam vero res evenerit, & vere prænuntiata fuiſſe agnoſcatur, & gratiæ agantur Deo, qui cuncta novit priuſquam fiant. Eo igitur tempore Logotheta erat quidam, publicis vectigalibus præfectus, nomine Nicephorus, vir ſancti in paucis amicus ac familiaris, quique eum ſibi non in iis ſolum rebus quæ ad animam pertinent, ſed & in reliqua vitæ inſtitutionis ratione *b* ducem ac magiſtrum adoptaſſet, ut ejus conſilio vitam, verba, actiones omnes regeret. Domum is emere quamdam cum vellet, id eum rectore hoc ac moderatore rerum omnium ſuarum communicat, & mox inhiberi præcipitem illum ſuum ad emptionem impetum ſenſit, ſimulqi imperii adipiſcendi indicium accepit: atqi idem prope illi evenit quod Sauli, in quantum viſus uterq; acceſſionem præ principali opere, magis negotiatus. Declaravit enim illi Sanctus, brevi eum viduæ cujuſdam, ampliſſimas ædes poſſidentis, hæredem fore. Id autem de Irene Auguſta dicebat, *c* poſt quam imperii gubernacula ſuſcepit. Interea tamen rei obſcure prænuntiatæ veritatem, minime ille aſſecutus. Poſtquam vero quod prædictum erat evenit, & prophetiæ donum, quo præditus erat Sanctus, agnovit; non tanti regium diadema, ipſumque Romanum imperium faciebat, quanti cum illo colloqui, commorari, convivere poſſe: adeoque ipſam etiam purpuram contemneret, & *d* clanculum ejus induceretur tunica atritoque pallio, illudque imperii ſui tutelam eſſe duceret ac brmamentum: ut etiam lectos ſperneret, ſeque in pavimentum abiceret, atque exceſſæ illius humicubationis & vigiliæ particeps fieret.

Nicephoro Logotheta prædicit imperium.

b

C

Sed obſcure,

c

qui poſtea cum ejuſdem reliquiis plurimi fiebant.

d

36 Et hæc quidem ita ſe habuerunt. Reliquum unum adhuc e multis eommemorabitur, ac tuue ad terminum orationis accedam. Is aliquando per Pontum Eoxinum navigabat: eumque perveniſſet ad locum ubi e Sangarii amnis per Galatiam fluentis, alveus in mare evolvitur, & ad ipſum oſtium applicaret, illic inter undam fluvialem ac maris æſtum quadam velut pugna exorta eſt; cum & illa magno impetu delaberetur, & mare ea aſperatum, fluctus ſuos in terram exſpueret. Adhæc ventus flare a terra cœpit, nec levi pavore nautas perculit, velut quos eum navi videretur in profundum demerſurus, cum tunc ex ſiniſtri cujuſpiam dæmonis impulſu vehementius ſpiraret, ut & fluctus diſſecater, quaſique cachinnans, ſtrepitum velut bullientis æſtus exciatiet. At paullo poſt remigio ad terram appulſa eſt navis, e qua egreſſus vir ſanctus, inque littoris aggere ſtans, ſublatis in cœlum manibus, ventum increpuit, ac tempeſtatem ſedavit: nec unquam deinceps violenti ejuſmodi flatus eum locum infeſtarunt, Sancti imperio velut inevitabili quopiam vinculo cohibiti. Quænam vero ad noſtram ſalutem edita jam olim miracula non iſtud magnitudine longe exuperat? quæ prodigia non antecellit? Nam dæmones fugare, ſanare morbos, atque alia innumera miracula patrare, quibus omnis hiſtoria ac poeſis plena, haud difficile eſt Sanctis, qui intaminatam in ſe divinitatis imaginem conſervarint, & proximi commiſeratione iſtiuſmodi miraculorum gratiam fuerint conſecuti. Ipſa vero elementa firmare, ventorum incurſibus imperare, increpare maris procellas iſque velut firmiſſimum frænum imponere ac limitem præſcribere, quem prætergredi fas non ſit, hue vero divinæ naturæ eſt opus, quæ cœlum inſtar pellis extendit, & terram ſuper aquas firmavit, & arenis mare compeſcuit.

poſtibus tempeſtas fudat,

& aquis loco motos imperavit in perpetuum mari,

quod maximum miraculum

E

37 Hanc divinæ naturæ, quantum conjici poteſt, eximia quadam humanarum affectuum vacuitate animiqi puritate, ejuſmodi edendorum miraculorum gratia ita erat locupletatus Georgius, ut nemo non eorum particeps fieret. Nam qui jam naſcendo vitam hauſerant, iis tunc illuſtribus ejus miraculis copioſe frui datum eſt. Qui autem nondum nati erant, ſed futuro tempore ſuſcipiendi, iis quoqi in futurum illius beneficentiæ copia, donec depromatur, velut in penu recondita eſt. Auſit etiam fortaſſe dicere quiſpiam, etiam in Sanctos, qui jam olim vita functi ſunt, partem aliquam beneficiorum ejus fuiſſe derivatam. Ex eorum enim imitatione ſimilem vivendi modum uſurpans, & quotidie, ut cum Davide loquar, aſcenſiones in corde ſuo diſponens, ac præclara quadam ratione mores quotidie in melius varians, cum quibuſdam eorum certavit, aliot ſuperavit, & velut unam ea omnium præclare factis ſpeciem componens, eam in ſe accuratiſſime expreſſit: ut ipſi quidem magnum fuerit in talia reſpicere exempla, majus illis, talem natos eſſe imitatorem. Nam & optimus pictor, & miles in acie Imperatoris ſui robur imitari contendens, in prius ea exemplar ſolent gloriam referre.

de omnibus beate moriturus, præſertim bonis, ſanctis.

F

uterthae etiam Sanctis, Pſal. 83. 6.

dum eos imitando bonorum

38 Præclare enim veru omni verborum operumque armatura, velut aliis vernaculis inſtructus atque egregie propietate caſtris eommunitis, velut alterum Lot, gregem ſuum nulla ſaucium plaga ſervavit, tum promptiſſimam uſque ad ſanguinem Deo omnium parri obtemperandi voluntatem retinens, tum evidentiſſime id re ipſa docens, & quotidie libera voluntate rem ſacram factitans, neveque ſeſe incruenti ſacrificii myſten declarant, Dei filios & hæredes, ex Eccleſia ad divinam normam ab ipſo ordinata, velut ex altera Rebecca ſapienter procreavit: & gregem multiplicans, non noxa carentibus, ſed inſignitis & rationalibus ovibus, (quod omnino ex arte paſtoritia probarum) ſortitus eſt: quæ Abrahæ, Iſaaco, Jacobo fuere divitiæ. Temperantiam ſumma cura exercens, verſutam nequitiam, velut alteram Ægyptiam, terrenarum rerum ea poliatione facile fugavit. Et novi Iſraelis dua

Gen. 14. 14.

a patribus Abrahamo.

Moſe,

Jacob,

Joſeph,

AUCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

D

e

AUCTORE ANONYMO, EX Ms. GRÆCO.

A

Moyſem,

Aaron,

Phinees,

Davidem,

Eliam, Joannem, Apoſtolos,

B

Martyres,

Item nonnullos pariter cum poſteritate ſervaſſe,

ad ſuorum obitum ſuos ſæpe direxit,

spiritualis deſignatus, ex peccati velut caliginoſa Ægypto cum abſtractum, in terram myſticam promiſſionis traduxit, amara doctrina quaſi ſalſa maris Erythræi aqua abſtergens quidquid Ægyptiacum & peregrinum adhuc adhæſerat. Illud autem venerabile ſacerdotium adeptus, non Moyſem ſtabuit, qui quæ ad Deum pertinent ea poneret, ſed ipſemet immediate cum Deo ſermonem miſcens, proque populi ignorantia ac peccatis quotidie hoſtias offerens, Joſephum, Moyſem, Aaronem exacte imitabatur. Zelum Phinees generoſe conſequi nitebatur, avaritiam & mendacium invicem maguam ad perniciem commixtas, &, quæ ab illis doloſe progignuntur, invidiam, libertatis gladio cædens, probroſiſſimam alvum interſecans, & priuſquam compleretur, fœdum abortum manifeſtans. Davidis quoq; in re paſtoritia, priuſquam inungeretur, robur egregie æmulatus, urſinam rabiem ac leoninos paſſionum impetus, rationis virtute fortiter ſuffocavit, tectoremq; animum munditiæ ubarmans, inviſibilem Goliad ſecum congreſſum funda proſtravit. Eliæ & Joannis exemplo cum ſolitudinem adamaret, magis etiam quam illi impietatem reprehendit. Petri & Pauli ardorem in fide diſſeminanda ac magnanimitatem imitatus eſt: ac ceterorum denique diſcipulorum Verbi in obeunda Apoſtolici muneris ſunctione accuratiſſimam ſolertiam in ſe quoq; effinxerat, omnibus aperiens eorum arcanæ ac myſticæ doctrinæ oracula, tum quæ ad vitam inſtituendam pertinent, tum quæ a Deo inſtituta. Martyrum pro veritate uſque ad mortem in conſcientia declarabat inſtantiam, omnem malitiæ ſpeciem fortiter evertens.

39 Patres antiquos, qui in paſtorali munere celebres extiterunt, longe antecellit. Quis enim ita unquam diſperſasoves congregavit, perditas quæſivit, claudicantes ſublevavit, infirmas curavit? Et has quidem accommodatis ad conſervandum modis, illæſas veru purgationi aptis tuebatur remediis, nequaquam virga in ſermone uteus, moribus potius quam verbo pleroſque corrigens. Quomodo odioſam acerbitatem repulit, & benignitatem ſublimi humilitate iotexuit, cum avaritia ſimul commoditates relegans, introducens paupertatem & miſericordiam, omnes juſtitiæ connexuit, atque ut temperantia exornarentur providit, & ad fortitudinem pulchre erudit, aſſuefaciens adverſus inviſibiles hoſtes generoſe depugnare? Nihil enim tantam vim habet ad virtutum acquiſitionem, atque majorum inſtitutis exercendis manum ſedulo admovere.

a *Hinc antea conjecturam diximus, hæc ante annum 790. ſcripſiſſe, quando ſimul imperabant Irene & ſub ejus tutela Conſtantinus: cum enim anno illi abrogatum ab exercitu imperium eſt, quod anno 797. refumpſit, filio exacato.*

C b *Erat* Nicephorus, *ut ex Theophane patet, homo vaferrimus, & feriatſſi ſanctum virum, quem ob ſanctimoniæ ejusdem obſervari ab Imperatoribus, a populo ſibi ſervabat, ſimulata benevolentia demereri ſibi conabatur: aut ſi quando fingere eam cauſabat, nec in transverſum ſua ambitione, ceteroſi ſpinnatis viciis abſtinebatur.*

c *Imo piſſimam Augoſtam ſubdole & evadiliter a ſolio exturbavit, bonis exuit, relegatam confecit variis calamitatibus.*

d *Hæ aſſuti venatoris erant artes, ut pene crederetur, qui a lio quin vix ſani velle de religione ſentiebat, ut ex Theophane & aliis patet.*

Sangarium fl.

e *Græce hic* Σαγγάριον ῥεῦμα, *&* Σάγγαρις ποταμός. *Apud Ptolemæum lib. 5. cap. 1. tabula 1. Aſiæ,* Σαγγαρία ποταμὸς ἐκβάλλει. *Sangarii fluminis oſtia. Saagarius quoque Strabonis & Stephani eſt.*

CAPUT IX.

S. Georgii mors, ſepultura, ad tumulum miracula. Auctoris peroratio.

40 VErum quia oportebat eum, cum homo eſſet, ea quæque ſubire, quæ naturæ ſunt, & exuſſa materiali concretione ad melioremſortem tranſire, Deoque perfecte adhærentem corona pietatis redimiri; cum in poſtremam ægritudinem incidiſſet, agnovit terminum adeſſe, eumque lætus excepit, gratias agens Deo, qui eum creaſſet, & per reſolutionem a corruptione eripi nunc vellet, rurſus ſublimius cum quibus cenſuiſſet judiciis coagmentaturus, a Emigravit e tabernaculo ſuo 8. menſis Dyſtri, & ad Deum tranſiit anima Deo plena, per mortem ſummis votorum potita. Videre erat b lacrymantium Imperatorum & Antiſtitum concurſum: Magiſtratuum ac ſubditorum luctum inconſolabilem: illi recte gubernandi exemplar, hi præclare obediendi normam ſibi ereptam lamentabantur. Sacerdotum manibus pie ac religioſe ſepelitur: apponitur Archiepiſcopis Archiepiſcopus, Apoſtolis Diſcipulus, Prophetis, prævidere futura ſolitus; Martyribus, qui quotidie ſibi moriebatur propter Chriſtum.

D

martior,

a

b

magno omnium luctu ſepelitur,

41 Er humanis quidem more tumulo conditur, minime tamen (neque Sanctum decebat) oblivione numen ejus ſepelitur, ſed miraculorum divina quadam luce ſplendeſcit. Quorum paucula ex multis delibabimus: nam ſi univerſa complecti oratione velimus, quam multi ab immundis ſpiritibus veuati, ſolo ſepulchri ejus attactu, liberati ſint, membris fractis eu advecti, ſanati domum ſuis pedibus redierint: oculorum privati lumine ab aliis adducti, viſo adeptu profundam noctem effugerint; id perinde ſit ac ſi vel exiguo cyatho uceanum metiri, vel numerum mariuæ arenæ ſubducere, vel ſpatium quod a terra ad cœlum portenditur, determinate aggrederemur. Sed velut ex unguibus (quod eſt in proverbio) leonem deſcribemus: ejuſque apud Deum gratiam & familiaritatem, etiam poſtquam e vita migravit, upere ipſu manifeſtum reddemus, atque uno alterove ejus miraculo in medium allato, finem orationi imponemus.

innumera ad ejus ſepulchrum fiunt miracula,

E

42 Tanta vis aliquando cecidit imbrium, ut homines pene aquarum copia obrueret, ac ſecundum quodammodo diluvium videretur, prolatis late montibus, campis ſtagnantibus: plenæ aquis erant domus ac templa, partim quæ ſuperoe ea tecto deſtuebant partim quæ inferne per uſtia irrumpentes omnia implebant. Urbs tota undique incurrentibus aquis quaſi in medio mari agitata & concuſſa ruinam minabatur: niſi quæ omnia ad mortalium utilitatem dirigit cœleſtis providentia, vibrans quidem ultionis romphæam, at non inferens plagam, ſed pœnitentiæ nobis viam aperiens, fluxum aquarum ſtitiſſet, & ſalutem lætita eſſet viri ſancti deprecatione, ut facto ad ejus tumulum miraculo declaratum eſt. Nam cum templum aquarum copia exundaret, nequaquam ejus ſepulchrum attigit: ſed qui olim mare rubrum diviſit, ac Jordanem repreſſit, idem iſthic quoque per famulum ſimile prodigium exhibuit. Cernere erat mollem ac liquidam naturam in duritiem mutari, hinc inde a tumulo abſiſtere firmi & immobilis muri inſtar, neque ei quidquam humoris aſpergere. Vere mirabilis Deus in Sanctis ſuis, faciens prodigia & mirabilia ſupra nnmem ſermonem ac poteotiam.

æquæ vim obtundebant,

F

ejus ſepulchrum ſingulare, eam attingant,

43 Et illud quidem ita geſtum eſt. Nec mious quæ poſtea evenerunt ſtupenda. Barbarorum irruptiu facta eſt, e Ruſſorum nempe, gentis (ut omnes norunt) immitis ac ferocis, cuique nihil humani ineſſe reliquum videtur. Sunt enim moribus efferatis, ab omni humanitatis cultu alieni, ipſo aſpectu oriſque ſpecie ad diritatem & immanitatem compoſiti, ac nulla re, qua ceteri mortales, oblectari videntur, ſed ſolis ſe paſcere cædibus. Sævi igitur illi hoſtes, & nomine ipſo, noo re ſola exitiales, a Propontide cladem aulpicati, omnemque oram maritimam depaſti, tandem Sancti hujus patriæ appropinquarunt, paſſim exdentes, omnem ſexum atque ætatem, nulla ſenum infantiumve commiſeratione, ſed promiſcue contra umoes ſanguinolentam armantes manum, perniciem

e

Ruſſi barbari prædantur Aſiæ ad Euxinum ſitas,

ipſumq; Amaſtrin mœnibus

inferte

A inferre quam citiſſime conrendabant : templa ab iis everſa, ſacra profanata, dejecta altaria, proque iis neſariæ libationes & victimæ. Taurica illa verus hoſpitum cædes ab his renovata, Virginum cædes, virorumque ac fœminarum. Nemo erat qui ſuppetias ferret, qui hoſtibus ſe opponeret, nemo. Prata, arbores, fontes ſtupebant. Ipſa connivebat cœleſtis providentia, forſan ut malitia compleretur : ut eveniſſe ſæpe Iſraelitis ex Scriptura diſcimus.

44 Egregius hic Paſtor etſi corpore abſens, ſpiritu tamen præſens aderat Deo, & incomprehenſibilia ejus judicia velut præ oculis habens, eaque intime pervadens, nec ſuis auxilium ferebat, nec adhibebat ad Deum pro iis preces. Tandem tamen ulterius diſſimulare non valuit. Miraculum igitur edidit ceteris ibi factis nihilo inferius. Barbari enim in templum ingreſſi, & tumulum conſpicati, theſaurum eſſe ſuſpicati ſunt, (& erat revera theſaurus) eumque ſuffodere aggreſſi, manibus ac pedibus diſſoluti apparuerunt, atque inviſibilibus vinculis ligati, immobiles conſtiterunt, miſerabiles, ſtupore ac metu perculſi, nihil aliud niſi loqui valentes.

quidd mirum id ſepulchrii ſubtraxerit

manus immobiles ;

45 Horum Dux, obi id prodigium vidit, & ipſe metu ac pavore correptus, quemdam captivum accerſit, ſcitaturque ex eo, quid illud ſibi velit quod evenerat, aut cujus id numinis fiat potentia ? aut quid tandem ibi defoſſum ſit ? quave ratione ac modo iſta militer patiantur ? Dei, inquit captivus, qui ex nihilo cuncta creavit, ea potentia eſt, qui quidquid vult facit, cui contradicere nemo poteſt, non Rex, non tyrannus, non Præfectus, non barbarus, nec quemcumque nominaris, non ratio integra. Per ipſum enim Reges regnant, & tyranni terræ imperant. Quid vero ? ait barbarus, oonne & nos quotidie ſacrificia offerimus diis, altaria inſtruentes, & libationes petagentes ? At nequaquam, ait alter, dii veri ſunt, quibus immolaris ; neque ejuſmodi Deo noſtro hoſtiæ placent. Nullo enim indiget, cum omnium ſit dominus. Aliane, inquit, hoſtia eſt, qua gaudeat Deus veſter ? Quomodo autem re nulla eget, ſi hoſtia ſaltem illa opus habet ? Nulla, inquit captivus, illi re opus eſt, ſed, quia bonus eſt, actiones bonas ſuſcipit, ex pura conſcientia oblatas. Qui vero in ejus conſpectu per bona opera purus apparuerit, is ab illo maximo honore decoratur, vivus ac mortuus. Quiſnam vero, ait, hic bonos ? Omne quod voluerint, inquit captivus, facere in ejus nomine, ſibique honorem exhibentibus beneſacere, dadeus irrogantes ulciſci. Atque eam ob rem cum tui hi milites, ut vides, effringere ejus tumulum auſi ſunt, quia injuria eſt ejus qui illic ſitus eſt, profanis barbarorum diſcuti manibus, qua apud Deum valet gratia, pedes eorum manuſque ita alligavit. Si autem voluetis dictorum meorum veritatem explorare, age, profer donaria, ac per nos Chriſtianos eum placa ; ſtatimque viri iſti a moleſtia, qua diſtinentur, liberi evadent. Quærit alter, quibus gaudeat donariis, qualiaque ſuſcipiat munera ? Oleum, ait, & ceram, ea enim offerre Chriſtiani ſolent, itemque captivos in libertatem reſtitui, eccleſiis reverentiam ſervari vult. Hæc omnia ſi agere atque ſervare volueris, videbis milites tuos valentes ut prius.

Deus ex captivo conſſam laudibus,

B

C

& remedium ;

46 Attonitus dictis barbarus, cuncta ſe quam primum facturum pollicetur : & Chriſtianis illis in plenam libertatem reſtitutis, Dei Sanctique deprecandi curam committit. Srarim perquam luculente accenduntur luminaria, ſtatio per omnem noctem & pſalmorum concentus inſtituitur : barbari ultione divinitus inflicta ſolvuntur. Initur deinde reconciliatio gratiæ ac fœdus cum Chriſtianis : neque deinceps illi injurioſi in ſacra eatitere : non ſuffodéra divina altaria, non ſunt ſacrilegis manibus religioſa depeculati cimelia, non ſanguine eccleſias contaminarunt. Ita ſepulchrum unicum barbarorum arguit inſaniam, cædes multas compeſcuit, immaniſſimos lupos in agnorum manſuetudinem commutavit, & prata prius ſaltuſque venerantes, divina revereri & colere templa docuit.

Chriſtianis Deum ac Sanctam orantibus,

militus liberantur,

ſit pax.

AUCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

D

Magnus illius ſepulchri honos ; Iſa. 11. 6.

47 Vidiſti vim ſepulchri, qua gentis integræ proſtrata potentia eſt. Vidiſti vim ſepulchri, quæ ut lupus cum agno paſceretur effecit, ſecundum quod Eſajas vaticinatus eſt, utque pardus cum hœdo accubaret. Vidiſti tumuli gloriam, miracula velut ſolares radios ſpargentem. Vidiſti pulverem multis miſſilibus haſtiſque validiorem. Vidiſti reliquiarum virture cordis refractarii durities molleſcere. O ſepulchrum apparens, ſed myſticus theſaurus ! O ſepulchrum ſpolians ſepulchra, multiſque vitæ munus elargiens ! O tumulus, cujus gloria ad ipſos uſque Oceani limites pertigit ! O pulvis, barbaros diſſipans, eorumque gladios, arma-

magna vis ſanctorum reliquiarum

que reliqua & caſtra conterens ! O reliquiæ abſconditæ, auro pretioſiores, exquiſitis lapidibus lucidiores, byſſo & purpura ſplendidiores, Regibus potentiores, Chriſtianorum robur & gloria ! O divina ſeges, d (hanc enim Græci Γονὴν vocant) tu terra quidem ſata Spiritus agricultura, aucta vero uſque ad cœlum, tempeſtive demeſſa, inque cœleſtibus horreis recondita, & ſuo tempore large diviſa, nec exhauſta ; confracta, nec vilior facta ; erogata, nec evacuata ; conſumpta & multiplicata ! O arbor procera, plantata ad decurſus ſpiritalium aquarum, & in tempore admirabiles proferens fructus, cujus foliorum gratia, decor, & copia nunquam defluet.....

d

E

48 O ſuperne Jeruſalem civis ! o veti tabernaculi Sacerdos, & inexplicabilis illius pulchritudinis contemplator, reſpice nos e ſublimi, tuarumque laudum præcones protege : libera nos a peccatis ac lapſibus : eruc a preſſura, calamitatibus, neceſſitatibus, periculis, quovis denique incommodo. Ex miraculis tuæ cum Deo familiaritatis evidentia habemus argumenta. Non dubia gratia, non erubeſcenda deprecatio. Audaciæ, qua encomia tua aggreſſus ſum, ignoſce : ſuſcipe propoſitum hoc meum, quando id & Deo acceptum. Non enim impetus temeritatis hic eſt, ſed fidei inflammatæ ſtudium & conatus ad id impellentis amicitiæ, Joannis illius inclyti, ac virtutis ſtudioſi : cujus & adhortatione inductus, ne inobedientiæ culpam incurrerem, in hoc me tuarum laudum pelagus immiſi : tamque gaudeo his me eſſe inferiorem, quam ſi in aliis palmam ferrem. Nam cum inferior rebus prædicandis oratio eſt, re ipſa earum indicat magnitudinem, & tum ſublimitatem virtutis oſtendit, tum Deo proxime adſtantis fiduciam. Eſto igitur nobis patronus, vindex, defenſor : da nobis amphorem laudum materiam, nova miraculorum acceſſione, quam rua apud Deum familiarirare efficias. Defende urbem tuam, gregem tuum conſerva, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Aoſte S. Georgium laudat.

Joannis ejuſdem laudes ſe hac ſcripſiſſe profitetur.

F

Iterum ejus rogat laudatorem ſuum.

a *Græce οβ, ἐνδιαῦθ τὸ σκάφος τῆ περὶ Δύτε & Σκάφου τῆ Δύτερ μοῖρ. Reſpondet Martio Δύτερ. Sed non ab eodem die ducebatur ſemper ejus initium. Evagrius in hiſtoria Eccleſ. ſemper cum Kalendis Martiis diem primum Dyſtri componit.*

b *An forſan circa Amaſtridem erat tunc cum filio Nicephorus ? Haud aliquin video, qui hæc eſſe vera poſſint : neque enim Conſtantinopoli dicitur obiiſſe Georgius. Et tunc ejus fortaſſe ſibi χαῦσιν nai τριβῶνα accepit, de quibus actum cap. 5. num. 33.*

c *Græcis ſunt, atque ita ſcriptoribus Græcis medii ævi ſemper appellari leguntur, Ρῶσοι. Roſſi & Ruſſi paſſim a Latinis, imperite a quibuſdam recentioribus Ruteni. Alterum poſt Georgii ætatem ſeculo fidem complexa eſt gens Ruſſorum, Duce Wladomiro, & Catholicam quidem, ſumere poſſet a Græcorum erroribus ſimplexa.*

Roſſi,

d *Interjecimus quia quæ hæc verba, ne ſententia intelligeretur.*

XXII. FEBRUARII.
SANCTI QUI VIII. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

SANCTI PETRI APOSTOLI CATHEDRA ANTIOCHENA.

s. Ariſtion, antiquus Chriſti diſcipulus, Salaminæ in Cypro.

s. Abilius, Patriarcha III. Alexandrinus.

s. Papias, Epiſcopus Hierapolitanus in Phrygia.

s. Anthuſa, xii. famuli ejus, } Martyres.

s. Gallus, Conſul, Martyr Antiochiæ.

s. Victorinus, s. Eucirus, s. Paulus, s. Donatus, s. Fortuna, xxviii. ſocii. } Martyres in Africa.

s. Euterius Palatinus, s. Victorina, s. Paula, s. Emerita, s. Antonina, s. Dativa, s. Rogatiana, s. Antiga, s. Urbana, s. Maxima, s. Marina, s. Matrona, s. Peregrina filia, s. Secundula, } Martyres Nicomediæ in Bithynia.

s. Juſta, s. Caſtula, s. Florentius, s. Victor, s. Marcellina, s. Caſta, s. Donatula, s. Liboſa, s. Flavia, s. Dora, s. Furnata, s. Lucianus, s. Amicus, s. Regina, s. Cyriacus, s. Galatius, s. Valerius, s. Gorgianus, } Martyres Nicomediæ in Bithynis.

Martyres plurimi in Arabia.

s. Paſchaſius, Epiſcopus Viennenſis in Gallia.

s. Thalaſſius, s. Limnæus, } anachoretæ juxta Cyrum in Syria.

s. Baradatus, anachoreta in Syria.

s. Maximianus, Epiſcopus Ravennas in Italia.

s. Athanaſius, Confeſſor in Bithynia.

B. Margarita Pœnitens, tertii Ordinis S. Franciſci, Cortonæ in Etruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

THeleſphorus Papa *hoc die colitur a Græcis in Menais, & apud Maximum Cytherium. Vitam ejus dedimus die, quæ Latinis eum venerantur,* 5. Januarii.

S. Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis Reliquiæ *Hildeſium in Germaniam hoc die translatæ: de qua Translatione poſt ejus Vitam egimus* 21. Januarii.

S. Polycarpus, Epiſcopus Smyrnenſis *refertur in Martyrol. MS. Marchianenſi, a Græcis pluribuſq; Latinis die ſequenti. Acta dedimus* 26. Januarii.

S. Luparia ſenior, S. Claudia Luparia filia, } *ineſcripta ſunt ad hunc diem martyrologio Hiſpanico Tamaii Salazarii, qui ſenioris* Converſionem S. Jacobi Apoſtoli *prædicationis tribuit. De ea in carmine ſepulchrali Aulus Halus, ab eodem citatus, iſta habet:*

Colitur octavo Martis nunc ſæpe Kalendas.
Et merito. Noſtrum condidit illa Patrem.

Miram interim non indicari Breviaria aut Martyrologia, in quibus cultus illi aſſignetur. Filiam Tamajus idem matri jungit, quod dies natalis ingeretur, & tamen in hymnes. Iſidori mulier ſancta, *&* ſancta Dei fœmina *appelletur. Plura de iis ex Dextri poſtiſſimum & Juliani Petri Chronicis congeret, quæ lector apud illum videre poteſt. De iis opportunior agendi locus erit ad Acta & Translationem s. Jacobi Apoſtoli: de hac quamplurima adfert Tamajus.*

Fechinus Presbyter, Mailanus Achadenſis, Cainanus filius Dodoni, Midabarius Rinndrochidii, Garnimia Virgo, filia Congali, Moelbrigidus, *ſeu* Brigidianus, Archiep. Ardmachanus, } *referuntur hoc die in Feſtilogio mſ. Hibernico Mariani Gormani, & martyrol. mſ. Tamlactenſi, ſed in hoc deeſt,* Moelbrigidus, *quem* B. Malbrigidum, ſive Brigidanum, Abbatem Derenſem & Primatem Armachanum *appellat Colganus, deq; eo ſolo, reliquis omiſſis, agit, adjunctis nonnullis ex Annalibus mſſ. Hibernicis. Verum quomodo reliquos omittat, hunc referat, haud ſatis aſſequimur, ac certiora nobis exhiberi monumenta optamus: maxime cum eum, qui* Midabarius *in citatis mſſ. appellatur, ipſe exiſtimet* Midabariam *eſſe, ſororem* S. Betachii Abbatis & Epiſcopi, *de qua agitur in hujus Vita II. ex Hibernica Colgano, dein a nobis ad* 15. *Februarii edita, ditiurque ea ec-*

ta ec-

A ta eccleſia de Buinlinn, *id eſt, interprete Colgano*, Riundroichit. S. Malbridium, *ſon* Brigidiauum, *inſcripſit Monologio Benedictino Bucelinus, ſed ſolum Colganum ſecutus.*

Thecla Virgo, ſanctimonialis Benedictina, *dicitur in Chronicis Lmuprandi & Juliani Petri* ſanctitate floruiſſe *circa annum* 930. *Inſcripta eſt ad hunc diem martyrologio Hiſpanico Tamnii Sulazerii, & Menologio Benedictino Bucelini. Citatur martyrologium Maurolyci, ſed hic de* S. Thecla *diſcipula t. Pauli agit, quam etiam hoc die referunt plurima, & aliquot ſeculis ante aratem hujus* Theclæ *conſcripta martyrologia, ut mox conſtabit.*

Marnokdubus Eremita in Bauzeuoch *adſcriptus Menologio Scotico Dempſteri, eoq; citato relatus in Catalogo Ferrarii, dicitur, de eo agi in Scotichronico a Magno Macullone exſcripto, quod non vidimus. Nulla ejus mentio uſpiam ſit a Camerario in Menologio Scotico.*

S. Oliverii Epiſcopi Cajetani Translatio *conſignata exſtat in quodam mſ non admodum vetuſto. Ughellus in Italia ſacra inter Epiſcopos Cajetanos hujus Oliverii non meminit, nec Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.*

S. Joannes Abbas miraculis clarus Lucæ in Italia. *Menardus & Bucelinus, in Benedictino ille martyrologio, hic Menologio. Nonnulla ab eo patrata miracula narrat Deſiderius Abbas Caſinenſis, dein Victor III. Pontifex Romanus, in Dialogis. Inter alia miracula illud eſt, quod aqua, qua manus in ſacrificio Miſſæ ablueret, depulſa ſit febris Alexandri Papæ II. Cujus miraculi meminit Baronius ad an.* 1070. *n.* 30. *nulla cultus ac veneretionis* Joannis *facta mentione. Silent Ferrarius in ſuis Catalogis & Franciſcus de Sanctis Lucenſibus. Joannes Baptiſta Marus in Notis ad Dialogos Deſiderii pag.* 16. *ſolum ait* inter Beatos adſcribi in Martyrol. Benedictino ſub die 22. Februarii; *apud Memordum nempe.*

Quadratus, Abbas Bonæ-Vallis in diœceſi Rutenenſi, revelationibus & vitæ ſanctimonia illuſtris, *inſcriptus eſt ad hunc diem Menologio Ciſtercienſi Henriquez & Benedictino Bucelini*, ac Beatus *appellatur. Sauſſajus in martyrol. Gallicano ſolum Piis annumerat.*

Henricus Hemmenrodenſis monachus & Sacerdos (*quo ſacrificium offerente, a Converſo quodam Salvatorem in effigie hominis in manibus ejus conſpectum ſcribi, Caſarius lib.* 9. *Hiſtor. cap.* 28.) *inſcriptus ad hunc diem iiſdem Menologiis Chryſoſtomi Henriquez & Bucelini, & Faſtis Colonienſibus Gelenii: illi* Beatum *indigetant, hic ſolum* venerabilem *vocat.*

Angelus de Porta-ſolis Peruſinus ex Ordine Dominicano Epiſcopus Salcitanenſis in Sardinia, translatus eſt
C ad Sedem Groſſetanam in Etruria anno 1330. prope Groſſetum defunctus anno 1334. *Ughellus tomo* 3. *Italia ſacra in Epiſcopis Groſſetanis. Jacobillus Sanctis & Beatis Umbria ad hunc* 22. *Februarii adſcribit, potiſſimum motus hac inſcriptione ſepulchrali, quæ Peruſii, ubi jacet apud Patres Prædicatores ſepultus, infra effigiem ejus legitur:* B. F. Angelus Peruſinus ob eximiam virtutem ac vitæ ſanctitatem a Joanne XXII. Romæ Pœnitentiarius electus, & ab eodem Epiſcopus Groſſetanus creatus.

Henricus Harphius Ordinis Seraphici S. Franciſci, eximiæ eruditionis & contemplationis vir, fama ſanctitatis & obſervantiæ regularis celebris, *floruit ante ducentos annos, ſcripſit myſtica ſatis elarus, Mechliniæ in Belgio apud Franciſcanos ſepultus in medio chori, & lapide albo tectus. Ex Arturo in Monaſterio in martyrol. Franciſcano ad hunc diem ticulum* Beati *tribuit.*

S. Martha Virgo Martyr ſub Decio in Hiſpania paſſa, *hoc die inſcripta Menologio Virginum Labierii & alteri Calendario Gallico: quo etiam paſſam illam martyrium ab aliquibus tradi aſſerit Trugillo: ac colitur* 23. Febr.

Sereni & aliorum 53. natale Sirmii. *Ita mſ. martyrologium t. Hieronymi. At* Severi & aliorum 71. *legitur*

in mſ. Richenovienſi, mſſ. Latienſe & Tornacenſe Serenam *appellant*, quæ, *inquiunt*, tempore Maximiani plexioue capitis ſuſcepit martyrium. *Inſcriptus poſtridie martyrol. Romano & aliis* S. Sireuus ſub Maximiano capite cæſus. *Jungantur alii* 72. *etiam Sirmii paſſi, de quibus hic agi opinamur, & remittimus ad* 23. Februarii. D

S. Doſitheus monachus Ecbatanis in Media. *Ferrarius in Catal. Sanct. Iſ. eſſe videtur t. Dorotheo diſcipulus, de quo, cum Galeſinio, agemus* 23. Februarii.

B. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, Prior eremi ſanctæ Crucis Fontis Avellani, *& illuſtris ſcriptor, hoc die Faventiæ in Italia mortuus eſt, inſcriptuſq; martyrologiis Benedictinis & aliis. Colitur Faventiæ die ſequenti, quo & Vitam dabimus*, 23. Februarii.

S. Joſeph ab Arimathia, qui corpus Chriſti de cruce depoſitum, & aromatibus conditum in monumento ſuo novo ſepelivit, *memoratur hoc die in martyrologio Leodii anno* 1624. *oxenſe. in Romano* 17. Martii.

S. Abronculus, *ſive* Aprunculus, Epiſcopus Trevirorum *refertur a Ferrario & Sauſſajo in Supplemento martyrol. Gallicani, recte tamen hic anatos præcipue eum honore coli* 22. Aprilis.

SS. Andronici & Juniæ (*quorum meminit Paulus ad Romanos cap.* 16. *v.* 7.) reliquiarum inventio *celebri memoria recolitur hoc die in Menæis & apud Cytheraam, at dies natalis eſt apud eoſdem Græcos* 17. Maii. E

S. Gregorius Papa VII. prius monachus Cluniacenſis, exinde Abbas S. Pauli in Urbe, *memoratur in Calendario mſ. t. Saloatoris, & altero recentiori. Colitur* 25. Maii.

S. Guduvali Archiepiſcopi Translatio *aliqua contigit hoc die, inſcripta martyrologiis monaſticis Wionis, Menardi, Durgantii, Bucelini, Anglicano Wilſoni, Germanico Canſii, generali Catalogo Ferrarii, Molani auctario ad Uſuardum. Annua memoria corporis Gaudavam deportati ſit* 3. *Decemb. quam ad hunc diem nonnulli referunt. De ea Translatione agitur* 5. *Februarii in Vita t. Bertulphi cap.* 7. *num.* 30. *Dies natalis celebratur* 6. Junii.

Brinius Epiſcopus Moravienſis ex *Chronico Scotico refertur a Camerario in Menologio Sanctorum Scotorum. Si qua certiora monumenta occurrant, poterimus eam referre cum Dempſtero ad* 12. Auguſti.

S. Concordiæ natalis Romæ. *Ita mſſ. t. Hieronymi, Richenovienſe, Colonienſe t. Mariæ ad Gradus. Via Tiburtina ad S. Laurentium, additur in mſ. Tornacenſi t. Martini*; quam Decianæ perſecutio trucidavit, *ut Beda*, F *Rabanus, Notkerus, & mutata phraſi Galeſinius, qui addit eam eſſe* nutricem S. Hippolyti. *Eſt hæc domi quidem occiſa, ſed ſocii via Tiburtina, ubi & cœmeterium eſſa* S. Hippolyti *tradit Aringhus lib.* 4. *Romæ ſubterranea cap.* 16. *Num* S. Concordia *ibidem cum* S. Hippolyto *in prædio t. Cyriacæ ſepulta fuerit, examinabitur ad ejus Acta* 13. Auguſti.

S. Thecla Virgo *inſcripta hoc die martyrologiis t. Hieronymi, t. Cyriaci, Mourolyci, Greveni, aliiſq; Eadem in mſſ. Richenovienſi & Latienſi attribuitur* Nicomediæ, *ac prateren* diſcipula S. Pauli *dicitur in mſ. Tornacenſi & Aquigranenſi, uti etiam apud Bedam, Rabanum, Notkerum, cum longo ejuſdem elogio. Ea colitur* 23. Septembris.

Piatus Presbyter Martyr Turnaci in Belgio *memoratur in martyrologio Wiſtordi. Dies ejus natalis eſt* 1. Octob.

S. Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis corporis elevatio *refertur hoc die in Menologio Benedictino Bucelini, & Ciſtercienſi Henriquez. De ea agendi ad Vitam* 16. Nov.

S. Theodorus Martyr ſub Maximiano, *hic locatur in Coptico Calendario mſ. Dedimus* 7. *Februarii Acta* S. Theodoti Ducis, *qui Heracleæ in Ponto palmam martyrii tulit, ſed* ſub Licinio. *Hic videtur* S. Theodorus

A miles *eſſe, qui & ipſe celeberrimi nominis,* ſub Maximiano *Amaſeæ coronatus, colitur* 9. Novemb.

Vel forte S. Theodorus *Ægypti Epiſcopus, qui* ſub Galerio Maximino, *cum* 1. *Petro Alexandrino & aliis agonem conſummavit* 26. Novemb.

Siricius Papa, cum ſediſſet annos tredecim, menſem unum, & dies quatuordecim, octavo Kalendas Martii ex hac vita migrans, ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria. *Baronius in Annal. Eccl. ad an.* 398. *n.* 1. *allegans* ita *haberi* apud indices omnes, licet apud Bedam ſexto Kalendas Decembris ponatur obitus. *At quinam illi* indices omnes, *aut quanta ſint auctoritatis, neſcimus. In codice mſ. peramtiquo Ptolemaiano, nunc Reginæ Sveciæ, de Pontificibus Romanis, deducto uſque ad Felicem III. ſive annum circiter* 530. *cum adjectis nominibus ſequentium Pontificum uſque ad Pelagium deceſſorem* 1. *Gregorii Magni, dicitur* Siricius ſediſſe annos quindecim, dies 25. *ac mortuus* 7. Kalendas Martias. *Apud Anaſtaſium bibliothecarium de Vitis Pontificum, dicitur* Siricius ſediſſe *etiam* annos quindecim, *ſed* menſes undecim, dies viginti quinque, *mortuus* nono Kalendas Martias; *& quidem* anni Sedis quindecim *aſſignantur in omnibus codicibus mſſ. quorum varia lectiones adjecta in regia editione anni* 1649.

B Quindecim *itidem* Sedis annus *probat Andreas Chesnes in Hiſtoria Pontificum ex antiquo epitaphio eidem Siricio erecto. At* 8. *Kalendas Martias mortuum eſſe legitur in nonnullis codicibus mſſ. Anaſtaſii inter varias lectiones obſervatis. De cultu ac veneratione S. Siricii ſilent Baronius, & Ciaconius in Vitis Pontificum, licet ambo referant* apud Bedam 6. Kal. Decembris poni obitum. *Quod ad hos Februarii dies attinet, pauca admodum venerationis veſtigia reperimus. In antiquo Calendario mſ. quod Pſalterio monaſterii S. Maximini apud Treviros ætate præfixum, hæc leguntur*: 8. Kalend. Mart. Nat. S. Siricii Papæ. *At nulla mentio ſit in duabus antiquis mſſ. martyrologiis ejuſdem monaſterii S. Maximini, ad hunc diem*: *quo tamen inſcriptus eſt martyrologio Germanico Canuſii, & Greveni ad Uſuardum anctario, ſed ita hoc non abſque mendo* Martyr *appellatur. Dedimus* 22. *Februarii duos* Siricios Martyres, *ex antiquiſſimis aoſtris monumentis, martyrologio ſolitos mſ. Romano, quod* S. *Hieronymo tribuitur, & altero martyrologio mſ. Richenovienſi. Horum alter* Siricius *eſt* Martyr Adrumetinus in Africa, *alter* ſocius S. Victorini *adjunctus, quorum locus martyrii non indicatur. Alius* Siricius *Martyr in Aſia colitur* 23. *Februarii. An horum Martyrum occaſione obeas* Siricii Papæ *ad hos Februarii dies relatus ſit forſan in dubium poſſet vocari. Cultum antiquum & venerationem S. Siricii Papæ ad ſtrum maxime veluſta & optima fidei Martyrologia, ſed ad* 26. *Novembris, quorum nonnulla hoc lubet ad tanti Pontificis firmandam exiſtimationem proferre. Martyrologium mſ. Romanum, ſive S. Hieronymi jam citatum, uti & Richenovienſe eum diem (quod ſane notandum) ita auſpicatur*: 6. Kalend. Decemb. Romæ depoſitio Sirici Epiſcopi, & in Aquileja Valentini Epiſcopi, & in Capua Nicandri, Caſſiani, & Feliciſſimi, Saturnini *&c. Eadem leguntur in mſ. Aquiſgranenſi, ſed* Cyrici *ſcriptum. In mſ. monaſterii S. Cyriaci, quo potiſſimum ad martyrologium Romanum recognoſcendum uſus eſt Baronius, hæc leguntur*: 5. Kalend. Decemb. (*ubi* 6. *dies ſubſtituendus, uti & præcedentibus diebus*) Romæ S. Sirici Epiſcopi, & Saturnini. In Aquileja Valentini Epiſcopi & Confeſſoris, *mſ. Lateaſe*: 6. Kalend. Decemb. Romæ natale SS. Sirici Epiſcopi & Saturnini. *Mſ. Toraacenſe* 1. *Martini addit*, & Martyres. *Hallenus illuſtria & probatiſſima martyrologia mſſ. quibus conſentit Beda excuſus & mſ.* Romæ Syricii Epiſcopi, & in Capua Nicanoris, Caſſiani & Feliciſſimi, *nulla Saturnini facta mentione. Rabanus iſta his verbis exprimit*: 6. Kalend. Decemb. Romæ depoſitio Sirici Epiſcopi, & Saturnini, & in Aquileja Valentini Epiſcopi, & in Capua Nicanoris, Caſſiani & Feliciſſimi. *Molanus, ex Beda, ut iudicat*: Romæ Sirici Epiſcopi. *Omiſſis aliis, qui ad diverſas claſſes ſpectant*: *quamvis Epiſcopi dignitate non expreſſa, in addario Greveni, in mſ.* 1. *Maximias mſſ. Leodienſibus* 1. *Lamberti &* 2. *Laurentii, & Florario Sanctorum, hæc ita conjungantur*: Romæ SS. Sirici & Fortunati: *quibus in alio mſ.* 1. *Maximini* Valerianus *adjungitur. Hac modo de cultu & veneratione S. Siricii Epiſcopi ſeu Pontificis Romani indicaſſe ſufficiat*: *reliqua ejus Acta, ac reliquorum martyrologiorum teſtimonia referenda erant* 26. Novemb.

Conceptio B. Mariæ Virginis *hoc die inſcripta martyrol. mſ. Colonienſi* 1. *Maria ad Gradus. Eſt ibhic forſan votiva aliqua ſolemnitas*: *uti per univerſam Eccleſiam* 8. Decembris.

S. Dionyſia Virgo & Martyr. *Greven in Auctario Uſuardi. Nobis ea ignota eſt. Forſan eſt Alexandrina, qua cum aliis colitur* 12. Decembe.

S. Synetius Martyr, gladio occiſus *celebratur in Menæis Græcorum & apud Cyberaum hoc die, ac deinde longiori encomio* 12. *Decembr. &* Romanus *dicitur, qua die etiam inſcriptus eſt Menologio Græcorum. Illum eumdem arbitramur, qui in martyrol. Romano aliiſq; appellatur Syneſius, colturq;* 12. Decemb.

S. Decta Abbatiſſa Winbrunnenſis & ſoror Regis Angliæ *memoratur hoc die in Menologio Rucelini. De Winbrunnenſi cœnobio eviraſto & Tecta Abbatiſſa, qua hic* Detta, *aliis etiam* Tecla *dicitur, egimus* 6. *Februarii ad Vitam* 1. *Ina Regis eam.* 5. *Colitur* 1. *Tetta* 17. Decemb.

Mathuſalem Patriarchæ obitus, quo ſenior in annis nemo fuit eorum, quos Scriptura commemorat, *refertur hoc die in Florario mſ. Græci in Menais juſtum appellant & filium Enochi a Deo ereptum*: *ejuſq; & aliorum primorum pareatum memoriam recolunt* 19. Decembris.

C D E F

I. B.

DE CATHEDRA S. PETRI ANTIOCHENA

AN. CHR. XXXVII. XXII. FE.

1 *Antiochia, Syriæ totiuſq; Orientis metropolis, primus* Chriſtianorum *nobiliſſimum cognomen Chriſti diſcipulis tribuit, prima ſupremo noſtræ religionis ſolio nobilitata, ut merito poſtea, licet aliam ob cauſſam,* Theopolis *ſit a Juſtiniano Aug. appellata. Hoc Petrus Princeps Apoſtolorum, cum tegentem populi multitudinem Chriſto dediſſe nomina audiſſet, venit, ſedemq; regalis ſui pontificii iſthic ad tempus locavit. Teſtis Euſebius in Chronico, Olympiad.* 205. *an.* 2. Petrus Apoſtolus, cum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur: ubi Evangelium prædicans 25. annis ejuſdem urbis Epiſcopus perſeverat. *Spacium temporis, quo Antiochia ſedit, indicat liber de Romanis Pontificibus in Petro*: Primus ſedit cathedram Epiſcopatus in Antiochia annos 7. *S. Gregorius quoque lib.* 6. *ep.* 37. *Ind.* 15. *ad* 1. *Eulogium Alexandrinum Patriarcham*: Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum Principis ſedes in auctoritate convaluit, quæ in terris locis unius eſt. Ipſe enim ſublimavit Sedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decoravit Sedem, in qum Evangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmavit Sedem, in qua ſeptem annis, quamvis diſceſſurus, ſedit. *Iade jam colligi poteſt, quo anno Antiochia Petrus Sedem collocarit. Nã cum* ſecundo Claudii anno, *ut ſcribit* 1. *Hieronymus lib. de illuſtr. Eccleſia ſcript.* Romam

S. Petrus Antiochia ſedit 7. annis.

Cathedræ illius locum vid. an. 37.

A Romam pertenerit, *vulgaris nimirum epocha* 42. *exeunte vel ſub initium* 43. *hinc ſi annos ſeptem, ſive ſex annos, & partem aliquam ſeptimi, dempſeris, ſequeretur ejuſdem epocha anno* 36. *ad finem vergente profectum fuiſſe Antiochiam, ibique ſedem ſtatuiſſe initio* 37. *qui fuit Tiberii Imp. ultimus, u Chriſti morta ſecundum exactiorem calculum ſexius. Vide accuratius hac diſputata apud Petavium noſtrum tom.* 2. *de Doctrina temporum.*

qua dela generandi 22. Febr. celebrata,

2 *Extat Sedis illius memoria in Martyrol.* S. *Kal. Martii. Martyrol. MS. t. Hieronymi, ſive vetus Romanum:* Cathedra Petri in Antiochia. *Conſentiunt vetus Roman. a Roſweido editum, Uſuardus, Ado vulgatus, & pleraq; Miſſ. etiam Bedæ nomen præferentia. Alioquin ut pis excuſum Bedæ Martyrol. ita habet:* Cathedra S. Petri, qua ſedit apud Antiochiam, ubi & primum cognominati ſunt diſcipuli Chriſtiani. *Eadem leguntur in hodierno Romano Martyrol. & Rabani. Vandelbertus quoque in metrico Martyrol. ita habet:*

Octavoque Petri Cathedra & doctrina coruſcat,
Urbs læta Antiochi quo primum Præſule vernat.

Martyrolog. Colonia an. 1490. *edit. & plurima MSS. Uſuardi nomine inſignita, itemque Adonis MS. in monaſterio* S. *Laurentii Leodii:* Apud Antiochiam Cathedra S.
B Petri Apoſtoli, qui ab Antiochenſibus pulſo Simone Mago, qui eos ſeduxerat, ut ſibi crederent, & Petrum lapidarent, ipſe Petrus ſuſceptus eſt, & cathedrali pontificatu exaltatus. *Martyrol. Eccleſiæ* S. *Gudilæ Bruxellis:* Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apoſtoli; qui poſt aſcenſionem Chriſti, Cathedram Sacerdotalem in partibus Orientis tenuit annis quatuor; deinde venit Antiochiam, & pulſo Simone Mago Cathedram pontificalem ſuſcepit, quam ibi tenuit per annos ſeptem. Quibus expletis, Petrus, ut Simonem Magum expugnaret, venit Romam, & ibi annis 25. menſibus 7. diebus 8. Eccleſiæ Romanæ digne præſedit, nullumque poſtea habuit ſucceſſorem, qui tantum temporis in regimine ſummi apoſtolatus expleret. *MS. Florarium:* Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apoſtoli (9. Lect.) ubi videlicet pulſo Simone Mago, Petrus ſuſceptus eſt, & in Cathedra pontificali exaltatus anno ſalutis 38. ubi ſedit annis ſeptem, & inde profectus eſt Romam. *Galeſinius:* Antiochiæ Cathedra S. Petri Apoſtoli, qui vinculis liberatus, cum Theophili Præfecti filium mortuum ad vitam revocaſſet, Eccleſiæ Antiochenæ ſeptem annis præfuit, pulſo Simone Mago. *Eadem fere habet Canſius, & Maurolycus aliis verbis.*

[ceſſi Adonis ſubito modoque quadam apocrypho]

C 3 *Hauſta hæc ſunt ex lib.* 10. *Recognitionum* S. *Clementis: quas Recognitiones, cum conſtet vel legitimum Clementis fœtum non eſſe, vel turpiter profecto depravatum, neque fidem habere iis quæ geſta narrantur licet, nec libet reſutare, quandoquidem nonnulla fortaſſis eorum evenerint. Plura in quibuſdam manuſcriptis codicibus habeantur, ſub titulo* Cathedræ, *ſed ex eodem turbido fonte derivata: quæ Jacobus quoque de Voragine, Petrus Equilinus, & alii ſua hauſere. De ritu feſti hujus breviter, poſt alios, agit Bartholomæus Gavantus Comment. in Rubr. Breviar. ſect.* 7. *cap.* 4. *Quanta cura ac religione peragi anniverſaria Cathedra ſolennitas ſoleret, oſtendimus* 18. *Januarii, eum de Romana Cathedra eſſet ſermo.*

AUCTORE I. B. D

4 *Opera pretium eſt hic promere, quod de hac Cathedra cap.* 83. *Explicationis Divinor. Officior. ſcribit Joannes Beletus, qui ante* 400. *annos vixiſſe traditur, citaturque ab ipſo Jacobo de Voragine qui a* 350. *annis deceſſit:* Dicitur, *inquit,* feſtum B. Petri apolarum. Fuit enim conſuetudo veterum Ethnicorum, ut ſingulis annis menſe Februarii, certo quopiam die, epulas ad parentum ſuorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones conſumebant, eum inde non minus falſo quam ridicule animæ refici credebantur. Putabant enim hujuſmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus abſumi. Hæc autem conſuetudo atque hujuſmodi falſæ opinionis error a Chriſtianis vix extirpari potuit. Quod quidem cum viri ſancti animadvertiſſent, ac penitus illam conſuetudinem extinguere voluiſſent, inſtituerunt feſtum de Cathedra S. Petri, tam de illa quæ fuit Romæ, quam quæ Antiochiæ, idque illo E eodem die quo abominanda illa ab Ethnicis fiebant, ut ſolenni hoc feſto pravæ illius conſuetudinis feſtum omnino extingueretur. Unde etiam ab illis epulis feſtum hoc appellatum eſt B. PETRI EPULARUM. *Hæc Bletus. Alibi quoque religioſa aliqua inſtituta feſtivitate, Ethnicorum profana ſuperſtitiones abolita: uti* 1. *Auguſti de feſto ejuſdem* S. *Petri ad Vincula in Lectionibus Divini officii refertur.*

feſtum epularum S. Petri dictum

5 *Hinc porro confici poſſe videtur, quod* 8. *Kal. Martii agatur hoc feſtum, non ideo certum eſſe, vel appulſſe eo die Antiochiam Petrum, vel in parata ſibi (ut dicitur) a populo cathedra conſediſſe; cum propterea ad agendam illius Cathedræ memoriam it lectus ſit dies, quo ejus nova & ſacra ſolennitate vetuſta ſuperſtitiones, eodem die celebrari ſolita, penitus ex animis eraderentur. Silvii certe Laterculus anno anno Chriſti* 448. *ſcriptus, uti in Prafat. gener. ad Januar. cap.* 4. §. 3. *diximus, ad hunc diem iſta habet:* Depoſitio S. Petri & Pauli. Cara cognatio, idco dicta, quia tunc etſi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur. *Tunc igitur agebatur ſolenniter Roma, Depoſitio Apoſtolorum, cujus ad* 3. *Kalend. Julias, quo nunc celebratur, nulla in eodem Laterculo mentio: at nec alio die Cathedræ. An ad feralet illas Ethnicorum epulas ſacratioribus permutandas, primum Natalis ſeu depoſitio Apoſtolorum celebrata; deinde, hac in ætatem rejecta inſtitutus Cathedra ſolennitas? At Silvio antiquior eſt* 1. *Auguſt. cujus de* 1. *Petri Cathedra ſermonē citavimus* 18. *Jan. miſſa forte is alterius eſt.*

olim tamen Depoſitio SS. Petri & Pauli.

F

DE S. ARISTIONE
ANTIQUO CHRISTI DISCIPULO,
SALAMINÆ IN CYPRO.

I. B.

1. SECULO. XXII. FEB.

1 *Nulla in Menais Græcorum* S. Ariſtionis *mentio ſit. Apud Latinos Februarii* 22. *conſecrata ejus memoria eſt. Quo die iſta habent Uſuardus, Beda vulgatus, Ado & alii;* Item S. Ariſtionis, qui fuit unus de 72. Chriſti diſcipulis. Ariſtionem *quidam nuncupant; MS. Adonis exemplar in bibliotheca Reginæ Sveciæ,* Ariſtippum. *Vetus MS. monaſterii Centulenſis, Bedæ nomine præinſcriptum, ita habet:* Ipſo die Ariſtionis, antiqui Chriſti diſcipuli. *Locum, ubi vel præcipue in Evangelii ſemente defudarit, vel deceſſerit e vita, indicavit Equilinus lib.* 3. *cap.* 142. *hiſ verbis:* poſt peractum prædicationis officium apud Salaminam in Cypro inſula in Domino requievit, 8. Kal. Martii, ut dicit

S. Ariſtion 22. Febr.

in Cypro mortuus,

Ado. *Diem indicat Ado, non locum. Expreſſus hic in Martyrol. Rom. hac formula:* Salaminæ in Cypro Ariſtionis, qui (ut idem Papias, *de quo immediate actum erat,* tellatur) fuit unus de 72. Chriſti diſcipulis. *Paria habent Maurolycus, Galeſinius, aliique recentiores.*

2 *Ejuſdem ita meminerunt* 17. *Octob. Beda vulgatus,* vultur & *Ado, Notkerus:* Item B. Ariſtonis, qui fuit unus de 70. 17. Octob. Chriſti diſcipulis. *Congruit vetus Martyrol. Romanum a Roſweydo editum. MS. Centulenſe, uti & 22. Febr. illic habet:* Natalis B. Ariſtionis, qui unus fuit ex antiquis Chriſti diſcipulis. *At Hermannus Greven ſic ſcribit:* Item ſecundum Adonem hic B. Ariſtionis, qui fuit unus de 72. Chriſti di-

AUCTORE I. B.

A

ſti diſcipulis. Uſuardus habet eum 8. Kal. Martii. *Ado ipſumtroque die eum locat.*

3 *MS. Florarium eodem 17. Octob. iſta de eo prædicat:* Eodem die natale S. Ariſtionis, qui fuit unus de 72. diſcipulis, vir excellenti ingenio, magnæ probitatis, & miræ ſanctitatis. *Quæ congruunt cum iis quæ infra de eo traduntur. Papias dicitur. Nam ahoqui Acta* S. Ariſtionis *nulla reperimus. Mentio ejus fit in Actis* S. *Barnabæ, quæ tamen apocrypha eſſe oſtendimus 19. Febr. in Auxibio, plenioſque declarabimus 11. Junii, quo ipſe Barnabas colitur: ea tamen quicumodi ſint, extant in veteribus MSS. codicibus, ſtatuque de Ariſtione memorant:* Navigantes autem inde pervenimus Cyprum, ibique invenimus Timonem & Ariſtionem famulos Domini. Timon autem arcebatur magnis febribus *&c.* De Ariſtione *nil amplius addunt.*

doctus.

In Cypro laborat.

4 *Apocrypha ſynopſis 72. Diſcipulorum, nomine Dorotbei Tyrii edita in veterum PP. Bibliotheca*, Ariſtionem *inter eos non recenſet: at nec Chronicon Alexandrinum a Radero noſtro editum. Euſebius hb. 3. hiſtor. Eccleſ. cap. 33. diſerte eum &* Joannem Presbyterum τῶν τοῦ κυρίου μαθητῶν Domini diſcipulos *appellat, refertque 1. Papiæ verba, quibus fatetur, ſe ab iis plurima didiciſſe, qua repræſentabantur, cum mox hoc ipſo die do 1. Papiæ agetur. Ita Euſebium interpretatur Ruffinus lib. 3. cap.* 28. Ipſe vero *Papias* de ſe ita indicat, tamquam qui non ab Apoſtolis, ſed ab eorum diſcipulis, ſuſceperit fidem, per hæc verba: Non pigebit autem nos tibi omnia, quæ quondam a Presbyteris didicimus & bene retinemus recordantes, exponere, cum interpretationibus ſuis, & ut ſe eorum veritas habeat, explicare. Neque enim multa dicentibus, ſed vera tradentibus auſcultavimus: neque his qui homiolum præcepta, ſed qui Domini mandata memorabantur ab ipſa veritate ſuſcepta. Quod ſi quando adveniſſet aliquis ex his qui ſecuti ſunt Apoſtolos, ab ipſo ſedulo expiſcabar, quid Andream, quid Petrus dixerit, quid autem Philippus vel Thomas, quid vero Jacobus, quid Joannes, aut quid Matthæus vel alius quis ex diſcipulis Domini: quæve Ariſtion vel Joannes Presbyter ceterique diſcipuli dicebant. *Ac pluribus interjectis:* Alia quoque quæ plurima ſupra memoraci Ariſtionis refert, tamquam ex verbis ei Domini tradita. *Eadem fere habet* S. *Hieronymus cap. 18. libri de illuſt. Eccleſ. ſcriptoribus, atque iſtu ex Papia citat.* Conſiderabam quid Andreas, quid Petrus dixiſſent, quid Philippus..... quid etiam Ariſtion & ſenior Joannes, diſcipuli Domini, loquebantur. *Similia habet Nicephorus Calliſtus lib. 3. cap. 20. ubi & quæ in Euſebio habentur: Papiæ verba recitat, illa præſertim:* ἐὰν δέ ποτε καὶ ὁ πρεσβύτερος ἐλθοι παρά τινος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν. Quæque Ariſtion & Joannes Presbyter, qui & ipſi fuerant diſcipuli Domini, dicerent. *Sed iſta uberius infra in Papia.*

a Papiam multo doctiorem.

5 *Monologium Græcorum ab Henrico Canſio editum, ad 3. Septembris iſta habet:* Eodem die natalis S. Ariſtionis Epiſc. Alexandriæ, qui igne probatus migravit in cœlum. *Uberius ejus martyrium exequitur Galeſinius* τῇ Septemb. e Græcis acceptum, *ut ait. Verum in catalogo Patriarcharum Alexandrinorum, ſive antiquo, quem Nicephorus confecit, ſive recentiore, quem Abrahamus Ecchellenſis Maronita nuper Latine vulgavit, nullus* Ariſtion *reperitur. Plura vetera MSS. eodem 3. Septem. die* Ariſtionem *Ep. referunt, ſed Alexandriæ non tribuunt: tribuunt quædam* Ariſtippum, *ſed diverſum ab* Ariſtione, *ſive* Ariſtione: *de quibus agemus ſuo loco. Fuerunt noſter hic* Ariſtion *Epiſc. quemadmodum multi antiquorum Diſcipulorum, qui non præpropero martyrio, ut Stephanus, ſublati, haud nobis conſtat. Apud Papiam, Euſebium, Hieronymum, Ruffinum, Nicephorum Calliſtum ortatos,* Joanni Presbytero *ſemper proponitur, ut qui forſan in ſeſſoris gradu locatus fuerit,*

B

C

D

E

F

an Episcopus perfuerit

DE S. ABILIO

I. B.

PATRIARCHA III. ALEXANDRINO.

AN. CHR. XCVII. XXII. FEB.

S. Abilius Ep. Alexandr. creatus an. 4 Domitiani. Chriſti 84.

1 *Tertius poſt S. Marcum Evangeliſtam Eccleſiæ Alexandrinæ profuit* S. Abilius. *Ita Euſebius lib. 3. hiſt. Eccl. cap.* 12. Quarto anno Domitiani, Anianus, qui primus Alexandrinæ Eccleſiæ præfuit, cum annos 22. compleviſſet, moritur. Succedit Abilius. *Græca ſic habent:* Τεσσαρᾳ μὲν δὴ ἔτει Δομετιανοῦ, ἐπ' αὐτ' Αλεξάνδρειαν παροικίας ὁ πρῶτος Ἀνιανὸς, ἐνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐπισκοπήσας ἔτη, τελευτᾷ, διαδέχεται δ' αὐτὸν διάδοχος Ἀβίλιος. *Quæ non recte interpretatur Chriſtophorſonius in hunc modum:* Quarto anno Domitiani, Anianus, primus Eccleſiæ Alexandriæ præfuit, qui cum annos 22. in eo munere compleviſſet, exiit e vita. In cujus locum ſecundus ſuffectus eſt Abilius. *Baronius in Notat. ad 22. Febr. hiſt. F, una tantum mutata dictione ſic reſtituendum ſententiam monet:* Quarto anno Domitiani, Anianus, qui primus Eccleſiæ Alexandrinæ præfuit, cum annos 22. *&c. probat correctionem, tum quia idem Euſebius lib. 2. cap. 23. Aniani initium ſtatuit anno 8. Neronis, qui erat Chriſti 62. a quo ad 4. Domitiani, Chriſti 84. ſunt 22. anni tum quia in Chronico ejuſdem Euſebii ad 4. Domitiani ita ſcriptum:* Secundus Alexandrinæ Eccleſiæ conſtituitur Epiſcopus Abilius, qui præfuit annos 13. *Et Ruffinus lib. 3. cap. 12. ita priorem Euſebii locum vertit:* Quarto igitur anno Domitiani Annianus, viginti & duobus annis miniſtraro ſacerdotio, defunctus eſt. In cujus locum ſecundus ſuccedit Abilius. *Zonaras quoque tom. 2 Annalium in Domitiano ita ſcribit:* Quarto autem anno ejus imperii, primus poſt Marcum Apoſtolum Alexandrinorum Eccleſiæ Pontifex mortuus eſt: & Abilius ei ſucceſſit, ſecundus Epiſc. Alexandriæ deſignatur. *At Nicephorus Calliſtus lib. 3. cap. 2.* Poſt hunc, *inquit, Anianum videlicet,* Abilius Sedem eam ſuſcepit: qui cum eam 13. annis egregie rexiſſet, Cerdoni eam ſucceſſori reliquit.

2 *De rebus a* S. Abilio *præclare geſtis nihil hactenus legimus, niſi quod in* hiſtoria Patriarcharum Cophitarum Alexandriæ, *quæ ab Abrahamo Ecchellenſi Maronita Latinitate donata, excuſa eſt Pariſiis in typographia regia an. 1651. iſta de eo habentur:* 3. Melianus. Scriptum eſt in Vitis Patriarcharum: Aſſumpſerunt hominem nomine Melianum, & ordinaverunt eum Patriarcham ſuper Sede Marci: creviteque numerus fidelium in Ægypto, Pentapoli & Africa, fuitque Eccleſia ejus tempore in pace. Obiit autem die Lunæ prima Turi, vacavitque Sedes tribus annis abſque Patriarcha, quoniam eo tempore contigit deſtructio Jeroſolymorum. *Poſtremo hæc inepta: nam Hieroſolyma capta anno 2. Veſpaſiani, Chriſti 71.* Abilius *anno demum 84. Epiſcopus factus. Ipſeque errorem ſuum auctor mox corrigit, eque abſurde: nam cum a morte Meliani, ſive Abilii, vacaſſe Sedem Alexandrinam ſcribat tribus annis; in eam deinde evectum Cerdonem ſcribit primo anno imperii Traiani, qui erat ſecundum vulgarem Æram 98. Chriſti. An is tertius quartuſve a capta Hieroſolymis? Aliquam, ut habet Euſebii cal. ubi ad Æram noſtram accommodatur, obiiſſe videtur* S. Abilius *anno 97.*

3 *Quod in epiſtola 3. 2. Anacleti nomine edita aſſeritur, 1. Marco ſucceſſiſſe* venerabilem Abilium, *an & alia quædam ejuſdem epiſtolæ capita, diximus 1. Februar. ad Vitam 1. Ignatii § 3. repugnare veterum hiſtoricorum ſcriptis, ac, eam proinde epiſtolam haud ſatis certo fidei eſſe. Veteribus aſſentitur Nicephorus in Chronologia, ante annos circiter 800. concinnata, ubi Patriarchas Alexandrinos ita enumerat:* a Μάρκου ὁ Εὐαγγελιστὴς ἔτη ιβ'. β' Ἀνιανὸς ἔτη κβ' γ'

S. Papiam multo doctiorem.

an Episcopus perfuerit

idem pugnat

non ſucceſſiſſe immodo dicit S. Marco

A Aſiæ *ann* 18. Marcus Evangeliſta annos 2. 11. Anianus an. 22. 111. Abilius an. 12. *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, annos S. Abilio tribuit 12. dies 286. Si S. Anianos obiit 25. *Aprilis*, ad quem diem tabulis Martyrologii inſcriptus eſt, ſequeretur S. Abilium ordinatum fuiſſe circiter 11. *Maji*, a quo ad 22. *Februarii* dies numerantur 286. Computati ab aliis anni 12. pleni, neglecto quod ſuperaverat: ab aliis 13. etſi non omnino pleni. Ita crebro ab auctoribus diſpari modo ordinari ratiocinium annorum regni ſacerdotiive animadvertimus.

ſubi S. Anianus,

ſubi annus 13. non integros;

4 *Inſcriptum eſt Latinorum Faſtis* S. Abilii nomen 8. *Kalend. Martii*. *In Græcis nondum reperi*. *Beda vulgatus, Uſuardus, Ado, Notkerus, item habent*: Alexandriæ S. Abilii Epiſcopi, qui poſt B. Marcum ſecundus Epiſcopus, 13. annos ſacerdotium virtute conſpicuus miniſtravit. *Eadem fere habet Martyrol. Romanum, & phraſi variatu Guleſinius*. Abylam, *ſive* Abylen *vocat Maurolycus*: Alexandriæ, *inquit*, S. Abylæ Epiſcopi, qui tertius a S. Marco, 13. annis ſacerdotium virtute conſpicuus miniſtravit. *Breviſſime ejus memimit vetus Martyrol. Romanum a Roſweydo editum, & MSS. quadam*: Alexandriæ, Abilii Ep.

AUCTORE I. B. D

Ioſcalpius, Martyrologiis 22. Febr.

DE S. PAPIA
EPISCOPO HIERAPOLITANO IN PHRYGIA,

Commentarius hiſtoricus: G. H.

§. I. Cultus ſacer S. Papiæ. Num fuerit auditor S. Joannis Evangeliſtæ, an ſolum Joannis ſeniores?

SUA INITIUM SECULI II. XXII. FEB. *Colitur S. Papias 22. Febr.*

1 Hierapolim Phrygiæ urbem ab ſancto Apoſtolo Philippo fuiſſe fidei Chriſti colluſtratam, ac deinde S. Papiæ, Abercio, & Claudio Apollinare excultam, diximus 7. Februarii, quo 1. Apollinaris potiſſimum colitur; qua nolumus repetere ad hunc 22. Februarii, veneration S. Papiæ dicatum. De eo apud Bedam excuſum & MS. monaſterii Richenbergenſis illa habentur: In Hierapoli S. Papiæ Epiſcopi, auditoris Joannis Apoſtoli. *Conſentit MS. Trevirenſe*: *at Notkerus & Ado multa parum phraſi eadem item referunt*: Apud Hierapolim S. Papiæ Epiſc. auditoris S. Joannis Apoſtoli. *In Adone MS. Eccleſiæ Morinorum, MS. Colonienſi Carmelitarum, MS. Leodienſi S. Lamberti, & antiquo Centulenſi, quod nomen Bedæ præfert, dicitur*: auditoris S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ. *In MS. Adonis S. Laurentii adſcriptum erat recentiori manu*: & B. Polycarpi condiſcipuli & ſodalis. *Quæ ex Uſuardo deſumpta ſunt, in cujus exemplaribus MSS. quam pluribus & pruciput, uti & excuſis, ita traduntur*: Eodem die B. Papiæ Hierapolitanæ civitatis Epiſcopi, qui Joannis Apoſtoli auditor, Polycarpi autem condiſcipulus & ſodalis fuit. *Eadem habent MS. Antverpienſe Societatis Jeſu perantiquum, quod Bedæ etiam nomine indigetatur, Bellinus item in Martyrol. ſecundum morem Eccleſiæ Romanæ, Maurolycus aliique*. *In MS. Florario additur*: Claruit anno ſalutis 105. *Galeſinius uberiore ſtylo hæc exornat*: Hierapoli, *inquit*, S. Papiæ Epiſc. Is Aſianus, B. Joannis auditor, Apoſtolorum diſcipulus, Divi Polycarpi familiaris, Hierapolitanorum Epiſc. conſecratus, multos annos illi Eccleſiæ ſumma cum laude præfuit. *De hodierno Martyrologio Romano mox agemus*. *Iterum ſolennis memoria ejuſdem 1. Papiæ ſit 17. Maji in MSS. Martyrologiis Centulenſi, Leodienſis, Lamberti, & 1. Laurentii aliiſque his verbis*: Apud Hierapolim B. Papiæ Ep. qui Joannis Apoſtoli auditor, Polycarpi autem condiſcipulus & conſodalis fuit. *Ejuſdem illic quoque meminit Maurolycus*. *At 22. Januarii aſſignatur in Florario MS.* Translatio S. Papiæ Epiſcopi Conf. *ubi ago de hoc Hierapolitano Epiſcopo videri ad eum diem ſufficiat*.

B *& auditor S. Joannis Apoſtoli dicitur;*

C *colitur 22 & 17. Maji.*

& ſuſpicatur 22. Jan.

2 *Quod in his omnibus pene Martyrologiis habeatur* Papias *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ diſcipulus, haudquaquam arbitramur nos S. Hieronymo. Num primo hæc verba in Chronico Euſebii ab eo nullo habentur ad 3. annum Trajani apud Pontacum, aut 2. apud Mirnum*: Joannem Apoſtolum uſque ad Trajani tempora permanſiſſe Irenæus Epiſcopus ſcribit, *quæ in Chronico Euſebii Græce habentur: quibus addit S. Hieronymus*, Poſt quem, *ſcilicet S. Joannem mortuum*, auditores ejus inſignes fuerunt Papias Hierapolitanus Epiſcopus, & Polycarpus Smyrnæus, & Ignatius Antiochenus. *Dein idem Hieronymus de Scriptoribus Eccleſ. cap. 9. de S. Joanne Evangeliſta hæc ait*: Nonnulli putant duas memorias ejuſdem Joannis Evangeliſtæ eſſe, ſuper qua re, cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, differemus, *ne poſtea cap. 18.* S. Papias, *inquit*, Joannis auditor, Hierapolitanus Epiſcopus in Aſia, quinque tantum ſcripſit volumina, quæ prænotavit: Explanatin ſermonum Domini. *Denique idem 1. Hieronymus epiſtola 29. ad Theodoram in epitaphio Lucinii mariti, dum de Marco hæretico agit, hæc de S. Irenæo & Papia memorat*: Refert Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, & Papiæ, auditotis Evangeliſtæ Joannis, diſcipulus, Epiſcopus Eccleſiæ Lugdunenſis, quod Marcus quidam, de Baſilidis gnoſtici ſtirpe deſcendens, primum ad Gallias venerit, & eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculaverit. *Quin & S. Irenæus ejus diſcipulus, idem de Magiſtro ſuo prædicat lib. 5. adverſus Hæreſes cap. 33.* Hæc autem, *inquit*, & Papias Joannis auditor, Polycarpi autem coetubernalis, vetus homo, per ſcripturam teſtimonium perhibet in quarto librorum ſuorum: ſunt enim quinque libri illi conſcripti. *Hæc ibi, qua Euſebius lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 33. ita citat*: Τοῦτον ὁ αὐτὸς Παπίας, Ἰωάνου μὲν ἀκουτὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν κατ' αὐτὸν βιβλίων. *Ubi dum* Joannis auditor *dicitur*, Apoſtolum & Evangeliſtam *intelligi, jam ex 1. Hieronymo diximus. Secus nullores tam Latini in prudilit Martyrologiis; quam varii Graci. Andreas Cæſarea Cappadocia Epiſcopus in commentario in Apocalypſin, ex quo Aretas Cæſareenſis ſunum compendium decerpſit, cap. 34. ſeu ſermone 12.* Papiam B. Joannis diſcipulum *appellat*; *ut plunis verbis S. Anaſtaſius Sinaita, Patriarcha Antiochenus lib. 7. in Hexaemeron*, celebrem Papiam Hierapolitanum *confirmat* Joannis Evangeliſtæ diſcipulum *fuiſſe*. *Occumenius denique in Act. Apoſtolorum cap. 2.* Hoc autem clarius, *inquit*, enarrat Papias Joannis Apoſtoli diſcipulus, *Græce*, Τῶν ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀνὴρ ἀρχαῖος, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Λογίων ἐξηγήσεως.

Ado ex Caſſiodoro,

S. Anaſtaſio Sinaitæ,

Occumenio,

3 *S. Maximus martyr ad cap. 7. magni Dionyſii de Hierarchia Eccleſ.* Papiam Hierapolem in Aſia Epiſcopum *aſſerit* cum S. Joanne Evangeliſta floruiſſe, *Græce* συνεκμάξαντα τῷ θείῳ Εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ. *Plura addit Petrus Epiſcopus Equilinus in Catalogo lib. 3. cap. 141. his verbis*: Papias Hierapolitanus Epiſcopus, Joannis Apoſtoli auditor, Polycarpi quoque condiſcipulus & conſodalis fuit. Hic ab eodem Apoſtolo Hierapoli prædicante ordinatus Epiſcopus ejuſdem civitatis, poſtquam gregi dominico pluribus annis laudabiliter præfuit, beato fine in Chriſto quievit 8. Kalend. Martii. Hic quinque libros de verbis Domini compoſuit. *At Petrus Halloix tom. 1. ſanctorum Scriptorum Orientis in 1. Papiæ Vita cap. 2.* Non dubitaverunt, *inquit*, pro vero recipere, illi a S. Joanne Apoſtolo, eum Aſiæ Eccleſias partim fundarer, partim

eum S. Joannem ſeſſe ſtudiose legiſſe apud S. Maximum,

ab eo Epiſcopo ordinatum, apud Equilinum,

AUCTORE G. H. partim fundatas regeret, curam epiſcopatur, quemadmodum & Polycarpo, eſſe commiſſam. *Ceterum* S. Polycarpum annuente univerſo cœtu Eccleſiaſticorum a laicis electum *eſſe*, & ordinariam conſecrationem ab Epiſcopis mxuum impoſitione peractam *tradit* a6. *Januarii antiquus auctor Vitæ ejus cap.* 5. *Quæ ita explicat Euſebius lib.* 3. *Hiſt. Eccl. cap.* 30. Iiſdem temporibus, *inquit*, Polycarpus, qui mxgna fuit cum Apoſtolis familiaritate & notitia conjunctus, in Aſia floruit, & Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſcopatum, eorum ſuffragiis, qui Dominum vidiſſent, quique ejus ſuiſſent miniſtri, obtinuit. *Et de S. Papia & Ignatio iſta jungit*: Cujus ætate Papias, Eccleſiæ quæ eſt Hierapoli Epiſcopus, magna fama & celebritate: vir plane cum aliarum omnium artium ſcientia diſertiſſimus, tum cognitionis ſacrarum litterarum non ignarus. Ignatius item, qui eſt ad noſtram uſque memoriam multorum ore & ſermone prædicatus, poſt Petrum ſucceſſione ſecundus epiſcopatum Antiocheuum ſortitus eſt.

Ante vera Epiſcopatus commiſſa ut apud Hollobi,

aliuſs ætate SS. Polycarpi & Ignatii, apud Euſebium

4 *An autem ordinaria illa electio & conſecratio, qua S. Polycarpus ad Epiſcopatum vocatus, etiam in epiſcopatu S. Papia & Ignatii adhibita fit, non legimus. Refragari videtur Baronius in hodierno Martyrol. ubi Joannes, cujus Papias auditor fuit, non Apoſtolus & Evangeliſta, ſed Senior appellatur.* Hierapoli, *inquit*, in Phrygia, B. Papiæ ejuſdem civitatis Epiſcopi, qui S. Joannis Senioris auditor, Polycarpi autem ſodalis fuit. *Et in Annalibus ad an.* 118. *n.* 6. *aſſerit in Martyrologia* irrepſiſſe errorem, ut, qui dicendus eſt Joannis Senioris diſcipulus, dicatur Joannis Apoſtoli: *uti hactenus accurate ideo a nobis expoſitum eſt, ut modo qua potiſſimum de cauſſa Baronius ab aliis ſecedat, videamus. Ac primo n.* 3. *ex Euſebii lib.* 3. *cap.* 33. *ſive ultime, iſta adferuntur*: Ipſe quidem Papias in prœmio librorum ſuorum ſe neutiquam auditorem aut adſpectorem fuiſſe ſanctorum Apoſtolorum demonſtrat; ſed ex, quæ ad fidem ſpectant, ſe ab iis accepiſſe, qui illis noti & familiares erant, docet. *At Petrus Halloix quæſtione ad Vitam S. Papiæ negat id verbis ejus contineri, aut etiam ex illis colligi poſſe. Sunt autem hæc a Papia ſcripta, & ab Euſebio relata:*

auditor Joannis Senioris dicitur a Baronio;

non Joannis Apoſtoli.

neque Apoſtolorum ab Euſebio

5 Non grxvabor tibi, quæ olim a Senioribur recte didici, & quorum memoriam recte retinui, ea cum ſuis expoſitionibus, ad confirmandam eorum, quæ xb illis tradita ſunt, veritatem conte xere. Neque enim ego, ut plerique, multa dicentibus, ſed vera docentibus delectabar: neque iis, qui extraneas præceptiones, ſed qui a Domino per fidem traditas, & ab ipſa profectas veritate commemorant. Ac ſi forte quiſpiam advenuſſet, qui Senores fuiſſet aſſectxtus, de eorumdem Seniorum ſermonibus ſciſcitabar: Quid Andreas aut quid Petrus dixit? aut quid Philippus, aut quid Thomas, aut Jacobus, aut quid Joannes, aut Matthxus, aut alius quiſpiam diſcipulorum Domini, & quæ Ariſtion & Joannes ὁ πρεσβύτερος, Domini diſcipuli dicunt? Neque enim tantum emolumenti e libris, quantum e viva manentique voce me percepturum exiſtimabam. *Hæc S. Papias: quibus relatis iſta infert Euſebius*: Unde operæ pretium eſt cognoſcere, Joanois nomen bis eſſe ab eo recenſitum; ſemel quidem eum illum Petro, Jacobo & Matthæo & aliis Apoſtolis xnnumerat, manifeſte ſignificat Joannem Exngeliſtam: alterum autem variata oratione aliis extra Apoſtolorum numerum adſcribit, Ariſtionem ei præponens, & clare eum πρεσβύτερον nominat: ita ut per hæc eorum vera oſtendatur eſſe narratio, quidixerunt duos fuiſſe in Aſia eodem nomine nuncupatos, & duo eſſe Epheſi monumenta & uteumque ad hoc uſque tempus Joannis appellari. Atque his mentem advertere eſt neceſſarium. Nam probabile eſt Joannem illum poſteriorem (niſi quis priorem mxlit) Apocalypſin eam vidiſſe, quæ ſub nomine Joannis fertur. *Hæc Euſebius. Eodem modo ex relatis S. Papiæ verbis iſta infert S. Hieronymus de Scriptor. Eccl. cap.* 18. *in Papia*: Ex quo apparet in ipſo

ſed male ex hoc prœmio S. Papia probatur;

an is eosdem duos Joannes fuiſſe, Evangeliſtam,

& Presbyterum,

catalogo nominum, alium eſſe Joannem, qui inter Apoſtolos ponitur, & alium Seniorem Joannem, quem poſt Ariſtionem enumerat. Hoc autem diximus propter ſuperiorem opinionem, quam a pleriſque retulimus teaditam, duas poſterinres epiſtolas Joannis non Apoſtoli eſſe, ſed Presbyteri: *quem ante ipſe Seniorem, Graci πρεσβύτερον appellant, quo etiam uſus Chriſtophorſonus in verſione Euſebii. De opinione aliquorum Joannis Presbytero, ſeu ſeniori attribuentium & librum Apocalypſeos & duas epiſtolas Joannis, conſule prœmium Cornelii a Lapide & aliorum interpretum ad illas tractatus.*

ſeu Seniorem ſ

6 *Hic ſolum, poſito utroque Joanne, Apoſtolo ſcilicet & Presbytero, dicimus non eſſe ex verbis S. Papiæ inferri, eum non vidiſſe Apoſtolos, aut non fuiſſe diſcipulum S. Joannis Apoſtoli: quo ſi quis redibat a comitatu Apoſtolorum aut Diſcipulorum Domini, eque inquirebat, quæ Ariſtion & Joannes Presbyter, quam quæ Andreas, Petrus, Philippus, Thomas, Jacobus, Joannes, Matthæus dicerent. Quæ tamen aliter videtur intelleviſſe Euſebius, dum poſt ſupra relata verbo addit hæc ſequentia*: Καὶ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ ἑτέρας παραδόσεις τῶν μετὰ τῆς Ἀγγέλων λόγια παρὰ τοῦ Πετρίου τοῦ μεθ' ἡμῶν ἀποστόλου παραλαβὼν ὁμολογεῖ παραλαμβάνειν. Ἀξιοῦμεν δ' ἂν καὶ τοῦτον τὸν πρεσβύτερον ἐνταῦθα ἐφ' ἑτέροις γενέσθαι. διόπερ γὰρ τοὔνομα δεύτερον μνημονεύουσι, καὶ τοῖς ἄνωθεν συγγράμμασιν ἐπλησίασεν ἂν τὴν παράδοσιν. Quin etiam Papias, de quo jam egimus, Apoſtolorum dicta ab iis, qui ipſos aſſectati ſunt, ſe accepiſſe confitetur, Ariſtionis & Joannis τῶν πρεσβυτέρων auditorem fuiſſe dicit: nominatim proinde illorum ſæpe mentionem faciens, eorumdem traditiones ſcriptis ſuis inſerit. *Ac nonnullis interpoſitis addit*, Papiam ſuis libris non ſolum Ariſtionis in ſermones Domini explxnationes, verum etiam trxditiones Joannis τῶν πρεσβυτέρων complexum eſſe. *Hæc Euſebius de Papia: cujus opere deperdita teſtimonium illi nequeunt conferre. Sed eſto, S. Papias olicubi ſcripſerit ſe Joannis Presbyteri, aut ſenioris, auditorem fuiſſe, iis verbis non* demonſtrxt ſe neutiquam S. Joannis Apoſtoli auditorem aut adſpectorem fuiſſe, *quod ante ex prœmio librorum Papiæ male apud Euſebium inferri diximus. Nicephorus Calliſtus Euſebium fere deſcribit, additque* eumdem Papiam uti teſtimoniis & auctoritatibus ex priore Joannis, & itidem ex priore Petri epiſtolis. *De S. Ariſtione hoc etiam die egimus.*

vn aliis & deperditis libris auditorem ſeſſe S. Ariſtionis & Joannis Presbyteri tradit Euſebius,

§. II. *Errori Millenariorum S. Papias adhæret. An fuerit Epiſcopus Pergami? An ſocius S. Oneſimi?*

7 IDem *Euſebius de ſcriptis S. Papiæ iſta deinde jungit*: Alia præterea idem auctor quaſi traditione non ſcripta ad ſe delata apponit & novas quaſdam Servatoris parabolas & doctrinas, & aliqua quædam fabuloſiora; in quibus & mille annos poſt reſurrectionem a mortuis, ſubſiſtente Chriſti regno corporaliter in hac terra. Quæ ego illum accepiſſe exiſtimo male interpretanti narrationes Apoſtolicas, nec penetrantem, quæ ab illis myſtice per ſimilitudinem dicta ſunt. Valde enim exiguo ſenſu erat, quemadmodum ex ejus ſcriptis capere licet conjecturam. *Hieronymus etiam de Scriptor. Eccleſ. cap.* 18. *eadem confirmat*: Hic dicitur mille xnnorum Judaicam ediditſe *Reſurrexit*, quem ſecuti ſunt Irenæus & Apollinxris & ceteri, qui poſt reſurrectionem ajunt in carne Dominum cum Sanctis regnaturum. Tertullianus quoque in libro de ſpe fidelium, & Victorinus Pictavienſis, & Lactantius hac opinione ducuntur. *Similia habes S. Hieronymus in prœm. lib.* 18. *in Iſaiam, & in cap.* 36. *Ezechielis lib.* 11. *& cap.* 14. *Hieremiæ lib.* 4. *ubi iſta addit*: Quæ licet non ſequamur, tamen damnare non poſſumus, quia multi Eccleſiaſticorum virorum & Martyrum iſta dixerunt, & unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, & Domini judicio cuncta reſerventur.

ſa ſcripta S. Papiæ non millenariam obſervaſſe ab Euſebio,

S. Hieronymo,

S Qui-

A 8 *Quibus relatis in Notis ad 22. Februarii addit Baronius*: Hæc S. Hieronymus, quo tempore nihil adhuc ab Baronio. Eccleſia de ea re fuiſſe definitum apparet. Paullo poſt autem, eum Apollinaris hæreſiarcha hanc de millenario ſententiam niteretur adſtruere, totiſque nervis defendere conaretur, atque ut dogma Catholicum ſtabiliret, ſcriberetque (ut ait S. Hieronymus in proœmio lib. 18. in Iſaiam) duo volumina adverſum Dionyſium Alexandrinum, qui ea de re contra Irenæum librum edidiſſet; moa in eum atque alios millenarios zelus ſanctorum Patrum exarſit, ita ut in hæreſim ac patronum ejus liberius inveherentur: cum præſertim ille adderet alias ad eam opinionem impietates, diceretque homines reſurrecturos eſſe ad Legem, Circumciſionem, & ſabbata ſervanda, ad cibos electos, ut olim, & templum materiale conſtructuros. Id de eo ſcribit S. Baſilius in epiſtola 74. ad Occidentales. Tunc autem, ſicut cæteræ pravæ opiniones Apollinaris, ita hæc de millenario a Damaſo Papa Romæ putatur eſſe damnata. *Hæc Baronius. At ſententiam eam S. Papiæ de millenario* ob magnam hominis æſtimationem complures magnos viros eſſe ſecutos *tradit idem Baronius in Annal. an.* 118. *num.* 2. *Inter quos ſunt celebres Martyres Juſtinus Philoſophus, inſcriptus martyrologio Romano ad* 13. *Aprilis, Irenæus ad* 28. *Junii, & Victorinus ad* 11. *Novemb. quando iterum erit occaſio agendi de hoc millenario errore. Quæ ab Iſaaco Caſaubono contra S. Papiam exercitatione* 16. *ad Annales Baronii num.* 16. *congeruntur exaggerata calumnia & mendacia, reiicienda & perſtringuntur a Petro Halloix in Notis ad cap.* 1. *Vitæ S. Papiæ lit. d.*

Juſtini cum SS. Juſtino, Irenæo, Victorino.

B 9 *Idem* Halloix *ad cap.* 2. *Vitæ lit. b reiicit fatilem conjecturam* Antiochi Brondi auſi aſſerere S. Papiam fuiſſe Angelum Pergami, *cui Apoc.* 2. *hæc dicuntur*: Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt ſatanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam ..... Sed habeo adverſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam age: ſi quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei *&c. Ad quem locum Brondus ait* poſſibile eſſe Joannem hanc Eccleſiam Pergameoſem Papiæ auditori ſuo commendaſſe, & poſtea ſucceſſu temporis Hieropolitanam Eccleſiam in Phrygia poſt exilium Joannis gubernaſſe, electa Pergameni alicui Paſtori. *Hæc ille ex nuda conjectura, quia potuiſſe fieri aſſerit: quod nobis non ſufficit.*

non fuit S. Papias Epiſcopus Pergami, in Apocalypſi reprobatus.

C 10 Halloix *cap.* 3. *Vitæ* 1. *Papiæ narrat perſeverantium ejus in adverſis & felicem e mundo exceſſum, atque illa ſcribit:* Eſt in Actis B. Oneſimi diſcipuli S. Pauli, in eadem Aſia tum Epiſcopi, & Papiæ noſtro æqualis, perductum eum Romam, ibique cum Romulo adjutore & Papia ſpirituali commilitone (ſic videtur noſtrum Papiam ob dignitatis & certaminis paritatem appellare) oblatum Tertullo Urbis Præfecto, qui examinatos, & fidem in Chriſtum conſtanter confeſſos, in tenebroſum abdi carcerem, & tormentis excruciari juſſerit: ſed eaactis in afflictione totis octodecim diebus, ob frequentem populi ad eos concurſum, colore lenitatis urbe eapuleeit. Igitor Ooeſimus eum Apitione Puteolos teiendit: quooam autem Papias cum Romulo, non eſt ibi perſcriptum. ... Sed de aliis ut taceam, certe de Papia hoc videor poſſe dicere, vel integram martyrii palmam, morte pro Chriſto fortiter obita, aſſecutum eſſe (quandoquidem a nonnullis non Epiſcopos, ſed Epiſcopus & Martyr appelletur) vel certe in cauſſa fidei ſuſtinenda, admodum multa toleraviſſe. Nam & hoc titulo datum eſſe aliquibus palmare nomen Martyris, multorum ſcripta Sanctorum fidem faciunt. *Hæc ibi. Qui vero martyrium attribuit S. Papiæ, eſt Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium in Bibliotheca Cod.* 232. *in.* 52. Quod ea, *inquit*, quæ dicta fuot de inſtauratione rerum a S. Gregorio Nyſſæ Epiſcopo, non probet, ſed nec Papiam Hierapoleos Epiſcopom & Martyrem, nec S. Irenæum Lugduni Antiſtitem admittat: ubi quidem dicunt eegnum cœlorom eſſe fruitionem qoamdam ciborum ſenſibilium. *Hæc ibi, & forſan per errorem nomen Martyris attribuitum S. Papiæ, quod S. Irenæo ejus diſcipulo dandum erat. Ceterum de B. Oneſimo S. Pauli diſcipulo, ac poſt obitum S. Timothei Epiſcopo Epheſino, egimus* 16. *Februarii, omiſſis Actis Græcis, quæ a Gentiano Herveto Latine reddita, apud Lipomanum, Suriam aliosſ; extant, quod ea Acta plane confaſa ſint, & præcipua ſua parte ſpectent ad S. Oneſimum, Magiſtrum Ss. Alphii, Philadelphi & Cyrini, ſub Decio comprehenſum, & Puteolis pro fide Chriſti interemptum* 31. *Julii. Hinc* Papias ſpiritalis *ejus* commilito *nhas ab hoc S. Papia eſt, cenum & triginta aat quadraginta annis junior.*

non fuit S. Papias Epiſcopus Pergami, in Apocalypſi reprobatus.

non fuit eſt Papias ſpiritalis commilito in Actis S. Oneſimi.

Oneſimus Puteolis ſub Decio interemptus.

D AUCTORE G. H.

11 *Idem* Petrus Halloix *citato capite* 3. *aſſerit* ſanctimoniam S. Papiæ *commendari, primo* quod us rem potibus e bona ferveotium Chriſtianorum copia ſelectus, atque ad Epiſcopi dignitatem provectus ſit, quibus longe pluris ad ejuſmodi munia æſtimabatur Chriſtiana ſimplicitas, quam mundanæ ſtirpis nobilitas, & Spiritus divitiæ, quam terræ theſauri, & modeſta divinæ legis cognitio, quam ſuperba plurimarum ſcieotiarum acervatio. *Deinde*, quod apud viros ſanctitate juxta & eruditione claeiſſimos, taota fuerit ob antiquam ac venerandam morum probitatem auctoritate, ut tum etiam, cum ab ejus ſenteotia in aliquo puncto diſcederent, ejus tamen magni facerent ac eevereotur ſanctimoniam. *Denique* inſignis Papiæ ſanctitatis argomentum, *inquit*, eſſe poteſt, & merito debet, illud tam vehemens atque incitatum animi ſtudium, quo Apoſtolos & viros Apoſtolicos proſequebatur, & quo ardeotee, ſi quis alius, æſtuabat de ipſorum dictis & factis audiendi atque ſciſcitandi. *At cultum ac veneratinem ejus ſacram ex antiquis martyrologiis probavimus.*

ſanctimonia S. Papiæ a quibus vebus colligatur.

E

F

12 *Quamdiu Eccleſia Hierapolitana Epiſcopus præfuerit, aut quo ætatis, Sedis ac Chriſti anno obierit, non legimus. Fuit poſtmodum S. Abercius ejuſdem Sedis Epiſcopus, qui ſub Marco Antonino & Lucio Imperatoribus potiſſimum floruit: cujus Acta Græca habemus ad* 22. *Octob. illuſtranda.*

tempus Gradi poſuiſſe.

DE S. ANTHUSA
ET XII. FAMULIS MARTYRIBUS.

G. H.

XXII FEB. *Græci in magnis Menæis* 22. *Februarii hæc habent*: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἁγία Ἀνθοῦσα, σὺν δώδεκα αὐτῆς οἰκείοις ξίφει τελειοῦται.

Εἶτα ἐφησὶ, Ἀνθοῦσα, τίς ὀνείδισε,
Ξίφει δικαίᾳ συνδιάνυσας σὸν ξίφος.

Eodem die S. Anthuſa & duodecim ejus famuli gladio vitam finiunt.

Benevolos reperiſti, Anthuſa, hos famulos,
Qui te gladio moriente, etiam gladio commoriuntur.
Menæa deſcribit Maximus Cytherenſis. *Ceterum latent. Celantur varie* Anthuſæ *aliis diebus*: 22. *Auguſti* Antbuſa *cum duobus domeſticis* Cariſſimo & Neophyto, *qui ambo ſub Valeriano Imperatore gladio percuſſi ſunt, ſed ipſa* Anthuſa, *ut in eiſdem* Menæis *legitur,* εὐ ἡμέρᾳ τῇ διώκτου τετάδυτο, in pace ſpiritum Deo reddidit: *quæ alia ab hac Martyre eſt, quæ gladio occiſa fuit.*

DE S. GALLO CONSULE MARTYRE ANTIOCHIÆ.

G. H.

XXIII. FEB. *Magnum Conſulari dignitati ornamentum confert ſanctitas* Galli *Conſulis, majus allatura, ſi ejus Acta olim & conſcripta forent, & ut hic ederentur, reperiri a nobis potuiſſent. Sacram ejus memoriam reducit nunquam ſatis laudatum Martyrologium MS. Romanum veteriſſimum, quod ſub s. Hieronymi nomine citari ſolet, & hæc continet:* 8. Kalendas Martii Cathedra Petri in Antiochia, & Romæ natale Concordiæ. In Antiochia natale Galli Conſulis. *Sequuntur dein* 40. *aut plures Martyres in varias claſſes diſtributi: unde & Gallum martyrio coronatum colligimus, temporibus Romanorum Imperatorum, quando plures viri illuſtres* Galli *appellati. Nam ſeculo Chriſti primo Conſulatum geſſerunt* C. Pompejus Longinus Gallus, & L. Aſinius Gallus *ille anno* 49. *iſte anno* 61. *Seculo ſecundo Conſules fuerunt* Gallus & Flaccus *anno* 174. *ſeculo tertio* Fauſtus & Gallus *anno* 298. *Imo inter Imperatores Romanos Deciis anno* 251. *pereuntibus ſucceſſit* Gallus Hoſtilius *tum Dux humanei exercitus in Mæſia. Seculo etiam quarto floruit* Conſtantius Gallos *Cæſar, ac ſepius Conſul conſtitutus, frater Juliani & Conſtantini Magni fratris filius, & filio ejus ducta gener. Hæc de illuſtri Conſulari & Cæſareo munere quod Galli geſſerunt, & ob quam dignitatem Syria, qua Conſularis provincia erat, potuerunt ſummo cum poteſtate præeſſe.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

G. H.

VICTORINO, EUCIRO, PAULO, DONATO FORTUNA, ET ALIIS XXVIII.

B

XXII. FEB. SS. Victorini, Donatus, Fortunæ, Paulus, Eucirus, & al. Quæ Palatinus

1 *Qui horum athletarum principem obtinet locum, ſolus Martyrologio MS. Richenovienſi inſcriptus eſt his verbis:* In Africa Victorini. *In MS. Aquigranenſi, & apud Hermannum Greven in altario Uſuardi, aliqui ſuis nominibus exprimuntur ſocii:* In Africa Victorini Palatini, Donati, Fortunæ & aliorum 29. *Jacobus Pamelius in Notis ad epiſtolam Luciani, quæ eſt* 20. *apud s. Cyprianum, ex Martyrologio MS. bibliotheca Guilelmi tarum Brugenſiam, quarti Martyris nomen indicat:* S. Kalend. Martii. In Africa ſanctorum Martyrum, Victorini Palatini, Pauli, Donati, Fortunæ, & aliorum viginti novem. *Quæ eiſdem verbis leguntur in Martyrologio Galeſinii, atteſtantis ſe ex codicibus MSS. accepiſſe. At* Paulo *omiſſo alius ſubſtituitur in antiquo MS. Martyrologio Romano, ſive s. Hieronymi, in quo hæc leguntur:* In Africa SS. Victorini, Eucirі Palatini, Donati, Fortunæ, & aliorum 28. *An forte* Palatinus *vir cenſendus, ab aliis Martyribus diſtinctus? An* Eucirus, *qui infra* Euterius? *At Nicomedia unus, in Africa alter paſſus dicitur, ſi mendum abeſt. In Martyrologio s. Hieronymi jungitur* Palatinus (*ſeu viri nomen cenſeri debeat, ſeu dignitas, de quo infra*) Eucиro, *in aliis* Victorino: *niſi id vitio amanuenſium adſcribendum.*

C 2 *Arbitratur Pamelius de his Martyribus agere Lucianum in dicta apud s. Cyprianum epiſtola, dum iſta ad Celerinum ſcribit:* Et ideo, cariſſime frater, ſaluta Numeriam & Candidam, quæ ſecundum Pauli præceptum & ceterorum Martyrum, quorum nomina ſubjicio, Baſſi 10 pejerario, Mappalici in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli a quæſtione, Fortunæ, Victoris, Herenei, Crediulæ, Herenæ, Donati, Firmi, Venti, Fructi, Juliæ, Martialis, Ariſtonis, qui, Deo volente, 10 carcere necati ſunt. *Hæc ibi:* Paulus, Donatus, Fortuna, *ii poſſunt exiſtimari, qui hoc die in Martyrologiis nominantur: ſed in ea epiſtola nullo* Victorini, Eucirі, Palatini *mentio. De nonnullis a Luciano enumeratis Martyribus egimus* 11. *Februarii, de aliis aſſurs* 25. *ejuſdem menſis &* 17. *Aprilis, quibus locis eum plurimi etiam nominentur ſocii, quorum non meminit Lucianus, argumento id eſſe diximus* 11. *Februarii, potiſſimum indicatos illos eſſe, qui velox familia Celerini, Numeria aut Candida, vel eis erant ſpecialius noti.*

E

num illorum mentio in epiſtola Luciani?

3 *S. Cyprianus epiſtola* 23. *ad Clerum Romanum reprehendit ante memoratum Lucianum, quod* manu ejus ſcripti libelli nomine Pauli multis darentur, & Lucianum non tantum Paulo adhuc in carcere poſito, nomine illius libellos manu ſua ſcriptos paſſim dediſſe, ſed & poſt ejus exceſſum eadem facere ſub ejus nomine perſeveraſſe, dicentem hoc ſibi ab illo mandatum. *Quæ forſan de s. Paulo jam memorate ſunt accipienda.*

num Pauli apud Cyprianum?

4 *Aliqua* S. Victorini *Martyris reliquias aſſervari Bononiæ, tam in eccleſia s. Stephani, quam s.* Bartholomæi, *quæ eſt Clericorum Regularium Teatinorum, tradit Maſſinus in Bononia perluſtrata ad* 22. *Februarii, ſed num diſti ante* Victorini *ſint, num alterius, non liquet.*

F

Reliquiæ S. Victorini Bononiæ.

DE

A D

DE SANCTIS MARTYRIBUS NICOMEDIENSIBUS

EUTERIO PALATINO, VICTORINA, PAULA, EMERITA, ANTONIANA, DATIVA, ROGATIANA, ANTIGA, URBANA, MAXIMA, MARINA, MATRONA, PEREGRINA FILIA, SECUNDULA, JUSTA, CASTULA, FLORENTIO, VICTORE, MARCELLINA, CASTA, DONATULA, LIBOSA, FLAVIA, DOTA, FURNATA, LUCIANO, AMICO, REGINA, CYRIACO, GALATIO, VALERIO, GORGIANO. G. H.

XXII. FE. 1 B *Nicomedia Bithyniæ metropolis, illustre innumeris Martyribus theatrum præbuit: in qua æmpe arbe degebat Diocletianus, dum savissimam in Christianos persecutionem excitavit: atque illic, ut alios alibi deforatos a so Præsides exemplo suo provocaret, immanissimam de Christianis exercuit carnificinam. Hinc Tabulis Martyrologii Romani ad 18. Martii adscriptæ sunt decem Martyrum millia, qui Nicomedia pro Christi confessione gladio percussi. 13. Junii celebrantur plurimi sancti Martyres, qui in montibus & spelæis vicinis latentes, martyriam lato animo fasceperunt, quos Græci in Menologio ad 4. Sept. numerant tria millia sexcentos viginti octo. At 25. Decemb. memoratur multa millia Martyrum, qui ecclesia inclusi, accenso circum igne consumpti sunt.*

Nicomedia exemplo illius Martyres passa.

2 *Qui 22. Febru. referantur ibidem passi, solis adhuc nominibus cogniti: qua ipsa quasi naufragio erepta exhibet antiquum ms. Martyrologium Romanum, quod S. Hieronymo adscribitur. In hoc relatis variarum classium Martyribus, dein illa postremo loco habentur:* Item Nicomediæ, Euterii Palatini, Victorinæ, Paulæ, Emeritæ, Antonianæ, Dativæ, Rogatianæ, Antigæ, Urbanæ, Maximæ, Marinæ Matronæ, Peregrinæ filiæ, Secundulæ, Justæ, Castulæ, Florentii, Victoris, Marcellinæ, Castæ, Donatulæ, Libosæ, Flaviæ, Dotæ, Furnatæ, Luciani, Amici, Reginæ, Cyriaci, Galatii, Valerii, Gorgiani.

Eidem urbi & iisdem adscripti.

Quinam Palatini?

3 *Qui velut primipilus flatuitur* Euterius, *Palatinas dici videntur. Ita 4. Martii colitur* S. Cajus Palatinus *cum aliis 17. in mare demersus: ubi Baronius annotat omnes, qui in Palatio ex familia Imperatoris militabant*, Palatinos E *dictos, & præterea peculiarem ordinem* militiæ Palatinæ *fuisse. In Notitia dignitatum Imperii frequenter occurrunt* Vexillationes Palatinæ, Legiones Palatinæ, Auxilia Palatina. *At nam vel se* matrona *adiungatur* Marinæ, *ejusque filia censeatur* Peregrina; *num vero &* Matrona, *& forsan* Filia, *fiat propria persona ceasenda, dubitari potest.*

4 *Scrupulum cuipiam movere majorem potest Nicomedia urbis nomen, cum præter* Euterium *Palatinam, Martyrum nomina sint Latina, & plurima faminarum. Verum & Latina nomina in provinciis usurpata, & ad urbem in qua Augustus esset multi undique, præsertim ex Italia militia, mercatura, alteriusve negotii causa, confluere soliti. Alioquin celebris hoc die in plerisque Martyrologiis antiquis,* S. Thecla Virgo, *quæ in mss. Richenoviensi, Latiensi, & S. Cyriaci, ati & apud Bedom, Rabanum, Notkerum adscribitur* Nicomediæ. *In mss. S. Hieronymi hæc leguntur:* Antiochiæ Natale S. Galli Consulis. Natale S. Theclæ Virginis. *Incorrigendum fortasse verbum* Nicomediæ, *per incuriam librariorum ad eos Martyres translatum. At nihil ob levem hanc conjecturam immutari posse arbitramur: imo vim quæ* item Nicomediæ *legitur.* Ut hi Martyres alibi passi?

5 Victor Martyr *refertur 23. Febr. a Felicio, &* Maximus *in ms. perantiquo S. Maximiani, forsan sunt, qui his Martyribus annumerantur* Victor *& Maxima. Qui &c.* F Vide Append. pag. 758. col. 1.

DE PLURIMIS MARTYRIBUS IN ARABIA PASSIS. G. H.

CIRCA AN. CCC. IV. XXII. FE. 1 *Eusebius libro 8. Historiæ Ecclesiasticæ immanem a Diocletiano motam in Christianos persecutionem describit, & præcipuorum per universum Imperium Martyrum certamina enarrat: sed tandem quasi ob tot cædes tædio affectus, cap. 23. ita exclamat:* Quid opus est multa persequi & novas piorum Martyrum per orbem dimicationes, alteras alteri succedentes proferre? *Et indicato S. Adauci & omnium Antandri urbis in Phrygia incolarum certamine (uti 7. Februarii diximus) ad alios Martyres cap. 23. progreditur, his verbis:* Quid jam reliquos Martyres nominatim commemorare attinet, aut virorum multitudinem enumerare, aut varia plagarum aut suppliciorum genera, quæ insignes Martyres perpessi sunt, oratione depingere? qui partim securibus percussi interierunt, sicut his qui erant in Arabia contigit, partim cruribus confractis divexati, veluti his qui in Cappadocia versabantur accidit; partim etiam pedibus in sublime appensis, capiteque in terram demisso, igne paullatim succenso, & leniter exardescente & fumo e materia accensa suffocati, quemadmodum illis, qui in Mesopotamia morabantur, evenit.

Martyres in Arabia passi referuntur ab Eusebio.

AUCT. G. H. *Hæc ibi, quæ etiam Ruffinus l. 8. c. 11. deſcribit.* Sed uode, *inquit*, ſufficimus propria unuſcujuſque Martyris per ſingulos enumerare ſupplicia? Quis enim poſſit vel illa repetere, quibus apud Arabiam ſancti Martyres ſecuribus percuſſi ſuot? *Nicephorus etiam l. 7. c. 11.* Sed quid attinet, *ait*, ſingulatim Martyres ipſos recenſere, aut etiam numerum eorum inquirere, ſuppliciorum denique tam varias ſpecies ſtylo proſequi? Cum plerique eorum ſecuri percuſſi, quod eis in Arabia accidit *& c. O* ſito qua de *Martyribus Cappadocis & Meſopotamis* addantur: *quorum ſacra memoria dic 23. Maii quot annis recolitur. Alii in Arabia paſſi fallis Martyrologii Romani adſcripti ſunt ad 12. diem Febr. his verbis:* In Arabia commemoratio plurimorum ſanctorum Martyrum, qui ſub Maximino Imperatore ſæviſſime cæſi ſunt. *Martyres Cappadocia & Meſopotamia, uti & Adaucus cum ſociis dicuntur in eodem Martyrologio ſub Maximiano Galerio coronati. At nec tam 7. Febr. S. Adaucum, quam 4. ejuſdem Ss. Phileam & Philoromum diximus potius ipſo adhuc imperante Diocletiano, cum Maximianus Galerius Cæſar eſſet, interemptos, quod & de his Martyribus etiam videtur dicendum. Conſule §. 2. Alterum S. Adauci, & Ss. Philea & Philoromi §. 1. n. 5.*

Rufinus, Nicephorus. A

D & in Martyrol. Romano. quo tempore obierint?

DE S. PASCHASIO

I. B. EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

CIRCIT. AN. CCC. XIII. XXII. FEB. S. Paſchaſius Epiſcopus. 1. B

1 *Viennenſium Antiſtitum duodecimus memoratur* S. Paſchaſius, *in Catalogis, quos Joannes a Boſco in Bibliotheca Cluniacenſi, & Joannes Lieurans in l. de antiquitate & ſanctitate urbis Viennenſis vulgarunt. At Joannes Chenu Biturix ex mſ. codice quem ei Petrus Villarſius Archiepiſcopus communicarat, Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, Antonius Demochares de divino Miſſa ſacrificio 1. 29. undecimum ſtatuunt. Deceſſor ejus fuit* S. Simplides, *ſive* Simplidas, *de quo 11. Febr. actum. Demochares* Paſcium, ſive Paſchaſium *vocat.*

tempore Diocletiani, 2 *Diocletiani ac Maximiani Aſtemporibus illi Eccleſia præfuiſſe plerique conſentiunt, atque adeo S. Mauricii & Maximiano interfecti reliquias cæleſti oſtento confecutus: cujus rei in Actis vulgatis S. Mauricii, in que hiſt. de ejus martyrio a Guilielmo Baldeſano edita, nullam mentionem reperio. His verbis factum id recenſet in Martyrologio Gallicano* S. Sanſajus: Eo tempore, quo Thebæa legio apud Agaunum pro fidei conſtanti aſſertione agonem glorioſum explevérat, S. Mauricii, glorioſi hujus agminis Principis, pretioſas exuvias, Rhodani immerſas fluctibus, revelante Angelo indicatas & inventas colligere promeruit: quas magna veneratione in cryptæ S. Petri ſacrario condidit. Unde & tanti athletæ patrocinia, urbs illa, quibus hodie gloriatur ac fruitur, adepta eſt. *Lucubentius id Gallice narrat cap. 5. Lieurans. Summa eſt. Cade Martyrum perpetratæ multorum truncæ corpora ac capita, ſanguine manantia, in Rhodanum amnem, cujus haud procul inde ſcaturigo eſt, projecta, interque ea S. Mauricii corpus, ac ſcorſim caput clypeo ejus ſuperpoſitum, Vienuam uſque adnataſſe. Hic admonitum ab Angelo* Paſchaſium *Præſulem, cum Clero ad flumen veniſſe, extraxiſſe ex undis venerabilem eum thſaurum. Ita majores tradidiſſe, atque ex S. Eucherio Lugdunenſi, Sanctoque Adone Viennenſi in Legendariis Eccleſiæ Viennenſis, & antiquis pluribus conſtare. Ea Legendaria non vidimus. An qua extant Acta S. Mauricii a S. Eucherio ſcripta ſint, alibi quæremus: in iis certe* Paſchaſii *hujuſque miraculi nulla mentio extat. Teſtatur tamen Lieurans, metropoliticam adem, qua prius ſanctorum Machaburum honori erat dicata, S. Mauricii nomine cœpiſſe celebrari: nunc caput ejus ibi aſervari, gemmiſque ornatum, (ut nec illud quidem integrum) & clypeum.*

reliquias Mauricii adoptantis Auguſti munificentia ſuſcipit, 3

ex iis traditis Eccl. Vien. deſcribit

3 *Quot deinde annis, poſt Diocletianum, qui an. 304. imperium depoſuit, Eccleſiam Viennenſem gubernarit* Paſchaſius, *ita fere colligi poteſt: Synodo Arelatenſi,* Vuluſiano & Aniano Coſſ. *an. Chr. 314. habita, adfuere inter alios* Verus Epiſcopus, Bedas Exorciſta, de civitate Vienneoſi. *Ergo jam obierat* S. Paſchaſius. *Omnes Epiſcoporum Catalogi ſupra citati* S. Claudium *ſucceſſiſſe* S. Paſchaſio *tradunt*; S. Verum 1. *qui Kal. Auguſta colitur, Trajani viviſſe temporibus, ſecundum S. Gregorii* Magni *æqualem fuiſſe. Aſt hic tertius fuit, at Baronius quoque in Notat. ad Martyrol. ſcribit, & nos 13. Janu. annotavimus, quo die ejus agitur memoria.* Verus 11. *is fuit, qui illi Arelatenſi ſynodo interfuit, forſan* Claudius Verus *appellatus, ac prioris nomine celebrior apud poſteros, ut a duobus aliis* Veris *diſtingueretur. Ado certe, & ipſe Viennenſis Epiſcopus, in Chronico ita ſcribit:* Uno eodemque tempore & illod ſacratiſſimum concilium apud Arelaten 600. Epiſcoporum colligitur, Marino tone Epiſcopo ejuſdem civitatis exiſtente: apud Vienuam Claudio 10 Catholico dogmate clariſſimo Epiſcopo.

Joannes Verus & Verus & Claudius dicitur, intereſt 300. illio Arelatenſi an. 314. E

4 *Obiit ergo anta illud concilium* S. Paſchaſius, *de quo idem paulo anta S. Ado:* Floruit tunc temporis Melciades Romanæ Eccleſiæ Pontifex. Floruit & tunc temporis vir diſertiſſimus Paſchaſius, Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus. *Mortuus eſt* S. Melchiades 10. *Decemb. an. 313. cui ſuffectus an. ſequenti S. Silveſter Kal. Febr. Recitant Lieurans ac Boſcius 1. Silveſtri ad* uuiverſos Epiſcopos per Gallias *epiſtolam, quo ſtatuiſſe dicitur, ne quis ordinis Eccleſiaſtici ad ſe veniret aut alio proficiſceretur*, niſi Metropolitani Viennenſis Formatas acceperit, quibus ſacerdotium ſuum, vel locum Eccleſiaſticum, quem habebat, ſcriptorum ejus adſtipulatione perdoceret. *Ac deinde ita ſubnectit:* Hoc autem privilegium formatarum Fratri & Coepiſcopo Paſchaſio, & polteris ejus, meritorum illius ſpeciali contemplatione conceſſimus. Provinciæ veto ſeptem ad Viennenſem Eccleſiam pertinentes, ſicut Romanus Catalogus teſtatur, hæ ſunt: Viennenſis 1. Narbonenſis 1. quæ eſt ſecunda; Narbonenſis 11. quæ eſt Aquis, tertia; Aquitanica 1. quæ eſt Biturix, quarta; Aquitanica 11. quæ eſt Burdegala, quinta; Novempopulana, quæ eſt Auaia, ſexta; atque Alpes maritimæ, quæ eſt Ebredunum, ſeptima. ante quem ſynodum martyrio Paſchaſius, dictum primatus privilegio donatus a S. Silveſtro F

5 *Quam epiſtolam qui accuratius expendere voluerit, adeoque refellere, legere poterit qua in concilio Taurinenſi Canone 2. decernuntur, quaque in epiſtola prima Zoſimi Papa ad Epiſcopos Galliæ, & Leonis quinta ad Epiſcopos Provincia. Illud nobis hic ſat eſt, quod* Novempopulaniæ metropolis eo tempore non Auſciorum civitas, *ſed* Elusatium *fuerit. Cumque S. Silveſter Pontifex ſit factus Kal. Febr. S.* Paſchaſius 22. *menſis ejuſdem, vel an. præcedenti, eum adhuc viveret Melchiades mortuus; aut ſi 314. an. diebus a creatione Silveſtri; non videatur cum Silveſtro tam arctam contrahere notitiam potuiſſe, ut hic meritorum illius ſpeciali contemplatione impelli potuerit, ad hoc illi imperticudum privilegium, quod ſapientiſſimi deinde Pontifices ignorarint, certe ratum eſſe minime voluerint. Senſit id, nec penitus reſpuere voluit, Sanſajus, dum ita de S.* Paſchaſio *ſcripſit:* Idem beatus Epiſcopus S. Silveſtro ob egregiam ſanctitatis laudem fuit percarus, ex cujus gratia nonnulla Eccleſiæ ſuæ decora adjunxit. haud facile ſolidos

6 *Agitur* S. Paſchaſii *anniverſaria memoria in Eccleſia Viennenſi* 8. Kalend. *Martias, creſtumque illi eſt altare, ac ſacellum, in metropolitice tamplo, ut Lieurans teſtatur. Ejus complura ad eum diem meminere Martyrologia. Bodu vulgatus & Mſs. varia ita habent:* Viennæ S. Paſchaſii

ſolitur 28. Febr.

Confeſſ.

A Confeſſ. atque Pontificis. *Ado, Galesinius, & va ia Uſuardi nomine inſignita exc[illegible]* admirandæ ſanctitatis viri. *Martyrol. Ro[illegible]* Vienna S.Paſcha- ſii Epiſcopi, eruditione & morum ſanctitate præclari. D *Alii breviùs ejus meminerunt.*

DE SS. THALASSIO ET LIMNÆO
ANACHORETIS JUSTA CYRUM IN SYRIA,

Commentarius prævius.

G. H.

SEC. V. XXII. FEB.

1 *Theodoretus Cyri, urbis provincia Euphratenſis in Syria, Epiſcopus, ollingentarum Eccleſiarum paſtoralem curam in ea diœceſi ſortitus eſt: quam cum viginti & ſex annis rexiſſet, nullum aſſerit labem hæreſeos relictum, ſed gregem univerſum omnibus erroribus ereptum, ſupra mille animas Marcionis morbo liberatas, multaſque alias ex Arrii & Eunomii partibus ad Chriſtum Dominum perductas. Illuſtre hujus rei teſtimonium tradit in epiſt. ad S. Leonem Pontificem Romanum, qua eſt inter epiſt. ejus n. 113. In Philotheo etiam, ſeu Religioſa hiſt. c. 21. ait execrandum* B *Marcionem multas impietatis ſpinas ſeminaſſe in regione urbis Cyri, quas cum ipſe conaretur radicitus evellere, omnem ſubiſſe laborē, & omnibus aſſidue machinis fuiſſe uſum. Eum Theodoreti laborem feliciter excepit* vicus Tillima, *Græce* Τίλιμα, *Longo* Tillina, *Roſweydo* Helimna *dictus, religioſa* SS. Thalaſſii & Limnæi *exercitatione celebris. At S. Limnæus alio dein uſus magiſtro eſt S. Marone, cujus Vitam ad 14. Febr. illuſtravimus. Quo tempore condiſcipulus illius fuit S. Jacobus, ab Roſweydo* Hypæchrius *cognominatus, a Nicephoro Calliſto & in Concilio Chalcedonenſi* Niſibeous *appellatus, uti mox in Vita S. Baradati dicetur, ac plenius 16. Nov. quo eum Græci colunt.*

Expurgata Cyri regio de Marcionis hæreſi.

Ubi quiet SS. Thalaſſius & Limnæus in vicinia Tillimæ.

2 *Alius a* S. Limnæo *inhabitatus locus eſt in vico* Targa- la, *ſeu* Targalla, *in eoque diſcipulum ejus fuiſſe S. Joannem referunt Menea prexime die 23. Febr. quo eum cum SS. Moyſe, Antiocho & Antonino, ſive Antonio, celebrant, his verbis: Ὁ μετὰ δύο τοὺς ὁσίους Ἰωάννης ὁ μαθητὴς καὶ φοιτητὴς γέγονε Λιμναίου, τοῦ ἐν ὄρει τῷ κώμῃ Ταργάλα πλησίον ἀσκήσαντος. S. Joannes per ſe notus, ſectator fuit Limnæi, qui in monte vico Targala imminente vitam ſolitariam egit. Eadem habet Maximus Cytherus. Hinc erroris typographico imputandum eſt, dum hoc die vicus ille non Targala, ſed Galgala, Græce* Γάλγαλα, *appellatur, quem errorem etiam Cytherus expreſſit.*

S. Limnæus habitat in vico Targala.

C

3 *Græci ergo in Menæis hæc habent 22. Febr.* Eodem die memoria ſanctorum Patrum noſtrorum Thalaſſii & Limnæi, *ad quorum nomina in adjuncto diſtichon ita alludunt:*

Celebrantur 22. Febr.

Λιμνὶν Λιμναῖον Θαλάσσιον φίλῳ
Σὺνναῳ θάλασσαν ἐκφυγόντας τὸν βίον.

Portus Limnæum & Thalaſſium accipit,
Qui tamquam e mari, ex hac vita effugerunt.

Hæc dein adjungitur Vitæ epitome:

Vitæ eorum epitome e Menæis.

4 Ex his Thalaſſius in monte quodam domicilium monaſticum cæpit habere, qui morum candore & ſubmiſſione animi facile omnibus præſtabat. Limnæus vero & ipſe vitam aſceticam præcipuo in amore habuit, atque ad eumdem Magnum Thalaſſium admodum adhuc juvenis venit, & ab ullo in religioſa vita inſtitutus, contulit ſe ad celeberrimum virum Maronem, cujus virtutem æmulatus, cœpit ſubdialem vitam agere. Occupato ergo vertice montis, qui vico Galgala dicto imminet, vitam ſolitariam docens, in eo permanſit: neque ullam caſam, nec tabernaculum, nec tugurium fixit, ſed ſepto confecto ex ſiccis lapidibus ſe incluſit, cœlo pro tecto uſus. Hinc a Deo tanta gratia faciendorum miraculorum exornatus eſt, ut Apoſtolos imitatus, & dæmones eapulerit, & morbos curarit. Cum aliquando Sanctus iter faceret, a ſerpente ictus eſt, ſed ſolis precibus viſus eſt mortem

Thalaſſius ſimplicitate morum & mſuetudine ſingulari.

Limnæus Thalaſſii diſcipulus, F

ſibi ſodalitium

a Marone inſtructus, ſub dio degit

ſuperare. Laborabat aliquando morbo colicu, gravi ſane atque admodum moleſto, ſed Deo invocato ſanus evaſit. Ocolis captos & ſtipem petere coactos congregavit, & in cellulis extructis juſſit degere, ac pro ratione numeroque miſerorum alimenta iis neceſſaria, ab his qui ad eum veniebant, emendicavit. Cum ita totos triginta octo annos ſub dio vixiſſet, ſpiritum Deo reddidit.

Vita ubi ſcripta ex Theodoreto. E

5 *Hæc Menæa, & ex illis Maximus Cytherus ea ſolus ſcripſerunt. Excerpta ea ſunt ex Hiſtoria religioſa ſeu Philotheo Theodoreti, qui S. Limnæum ſæpius inviſit. Ejus hæc narratio eſt.*

V I T A

Ex Philotheo Theodoreti c. 22.

1 TIllimum eſt apud nos quidam vicus, qui olim quidem excepit ſemina impietatis Marcionis, nunc autem evangelica fruitor agricultura. Ejus ad meridiem eſt quidam collis, neque valde aſper, neque admodum acclivis. In eo monaſticum ædificavit habitaculum Thalaſſius vir admirabilis, qui eſt multis quidem aliis quoque bonis exornatus, ſed motum ſimplicitate manſuetudineque & moderatione omnes homines ſui temporis ſuperavit. Hoc autem dico, non ut qui ſoli credam auditui, ſed qui ejus etiam fecerim periculum. Ad virum enim ſæpe acceſſi, & ejus ſum ſæpe uſus ſuavi conſuetudine.

2 Ab eo in hoc loco fuit initiatus, qui nunc ab omnibus decantatur Limnæus, & cum admodum juvenis ad illum perveniſſet palæſtram, polchre in hac ſumma inſtituebatur philoſophia. Et primum quidem cum linguam ſciret eſſe lubricam, adhuc adoleſcens hoc ſibi conſtituit ſilemium: manſitque longiſſimo tempore cum nemine quidquam loquens. Poſtquam autem divini illius ſenis doctrinæ ſatis fuit particeps, & ſe oſtendit expreſſam illius virtutis imaginem, acceſſit ad magnum illum Maronem, cujus prius quoque meminimus. Acceſſit autem eodem tempore quo divinus quoque Jacobus. Cum autem ea eo quoque magnam percepiſſet utilitatem, & quæ ſub dio agitur vitam eſſet æmulatus, occupavit aliod montis cacumen, quod imminet cuidam vico, quem nominant Targalam. In eo degit uſque in hodiernum diem, non habens domunculam, non tabernaculum, non tuguriom: ſed ſolo contingetur ſepto quod eſt ædificatum ex lapidibus ne luto quidem compaginatis. Habet autem quoddam parvum oſtiom luto aſſidue obſtructum: quod advenientibus quidem aliis numquam aperit, mihi autem ſoli accedenti hoc permittit facere. Eade cauſſa undiquaque congregantur plurimi, cum meum adventum ſenſerint, deſiderantes eſſe mei ingreſſos participes. Com iis autem, qui aliquando ad ipſum veniunt, loquens per parvam quamdam feneſtram, illis impertit benedictionem, per eam plurimis ſanitatem largiens. Servatoris cuim noſtri utens nomine, & morbos ceſſare facit, & dæmone expellit, & apoſtolica imitatur miracula.

morbi & dæmones ejecti

EX PHILOTHEO THEODORETI

3 Non ſolum autem iis qui ad ipſum veniunt ſuppeditat curationem, ſed eam quoque ſæpe humero præbuit ſuo corpori. Eum enim jam pridem invaſerat morbus colicus. Quam ſint autem acres qui ex eo oriuntur dolores & cruciatus, optime quidem ſciunt qui illum ſunt experti: ſciunt autem ii quoque qui ejus lucce ſpectatores. Provolvuntur enim ſimiliter atque ii qui rapte agitantur, huc & illuc ſe vertentes, & crebro pedes extendentes & contrahentes: nonnumquam autem ſedent & ſurgunt & ambulant, aliquam quietis viam quærentes: & ideo aſſident baliteis, ſæpe ex eo aliquam accipientes conſolationem. Et quid opus eſt longiori uti oratione in iis enumerandis, quæ ſunt aperta & manifeſta omnibus? Cum hoc morbo colluctans, & tot tantiſque cruciatus doloribus, non medicinæ accepit auxilium, non lectum ingredi ſuſtinuit, non a medicamentis aut cibis eſt recreatus, ſed in tabula humi jacente ſedens, oratione & Crucis ſignaculo eſt curatus, & carmine divinæ appellationis ſopiit cruciatus.

oratione & ſigno Crucis ſolitum morbum pellit.

4 Porro autem cum is quoque noctu aliquando ambulares, calcavit dormientem viperam. Ea vero apprehendens plantam pedis, in eam dentes infixit. Cum autem pedi conaretur opem ferre, ſe quidem inclinavit, ei manum admovit; os autem beſtia in eam converſit. Cum autem rurſus ſiniſtra eſſet uſus ut ei ſuccurreret, in eam quoque traxis iram beſtiæ. Poſtquam autem ſunt ejus furor exſatiatus (illi enim plus quato decem morſus intulit) tuoc quidem receſſit, & ſuam cavernam repetit. Ille autem undique maximis cruciabatur doloribus. Sed neque tunc paſſus eſt uti arte medicinæ: ſed vulneribus adhibuit ſola fidei medicamenta, Crucisque ſignaculum, & orationem, & Dei invocationem. Ideo autem, ut exiſtimo, Deus univerſorum permiſit illam beſtiam in illud ſacrum corpus fuccec, ut divinæ illius animæ omnibus apertam oſtenderet tolerantiam. Nam ejus quoque, quod generoſi & fortis animi Job, idem videmus fuiſſe conſilium. Sivit enim cum maximis uſque omnis generis agitaci fluctibus, cum ſapientiam gubernatoris vellet omnibus oſtendere. Undenam enim alias cognoviſſemus vel illius fortitudinem, vel hujus tolerantiam, niſi in eos quævis tela conniteudi datus eſſet locus inimico pietatis?

D vitam venerandi Apollii.

5 Atque ad viri quidem toleraotiam docendam hæc ſufficiuut, clemeotiam autem & benignitatem aliunde oſtendemus. Nam cum multos viſu privatos, & qui mendicaee cogebantur congregaſſet, & utrimque ad Orientem & Occideutem eis habitacula ædificaſſet, juſſit in eis degere, & Deum laudare, alimentum eis neceſſarium præcipiens ſuppeditari ab illis qui ad ipſum veniebaut. Ipſe autem medius inter eos incluſus, & hos & illos incitat ad hymnodiam: & licet eos audire Deum aſſidue laudantes. Tanta eſt ejus perpetua benignitas in eos qui ſunt ejuſdem genteis. Eorum autem quæ ſub dio ſuſcipiuntur certaminum, ipſi & magno Jacobo eſt idem tempus. Jam enim complerunt trigeſimam octavum annum.

benignus in cæcos & pauperes.

38. annos Job dio obiit.

DE S. BARADATO

ANACHORETA IN SYRIA,

G. H.

Commentarius prævius.

CIRCA AN. CCCCLX. XXII. FE.

1 *Inter illuſtres Orientis anachoretas, imperantibus Theodoſio juniore, Marciano ac Leone Thrace, floruit S. Baradatus, ſive Varadatus, cujus longævam admodum exercitationem varia indicant. Cum enim cellæ ſtatura ſua humiliori incluſus, longum tranſegiſſet tempus: poſtea egreſſus eſt obtemperans monitis Theodoti Epiſcopi Antiocheni, ut infra Adalex Theodoreto habent, qui l. 5. Hiſtoria Eccleſ. c. 37. ſcribit*, Alexandro Antiochiæ Epiſcopo vita functo, Theodotum, continentiæ velut margaritam, Eccleſiæ præfulatum obtinuiſſe, vitam mauſuetudioe inſignem & accurata vitæ inſtitutione egregie exornatum. *Sediſſe eum an. quatuor tradunt Nicephorus & Theophanes in ſua ſinguli Chronographia, ſed non videntur ejus anni a Theophane recte diſponi, afferente aliquot eum an. ante S. Atticum Conſtantinopolitanum obiiſſe. Verum cum S. Attici ſucceſſorem Siſinnium, pridie Kalendas Martii an. 426. Epiſcopum factum, una cum Theodoto Antiocheno interfuiſſe Synodo contra hæreticos Maſſalianos collecta tradat Photius in bibliotheca tmemate 52. cum hoc poſt S. Attici obitum vixiſſe eum neceſſe eſt. In Menais infra Theodoretus pro Theodoto appellatur: quem etiam errorem Maximus Cyberaus amplexus eſt. De tempore, quo ante* Theodotum ſedit *Alexander egimus S. Joan. ad Vitam S. Attici §. 6. & 10. Febr. ad Vitam S. Leonis monachi pag. 390.*

S. Baradatus vixit ſub Theodoſio juniore,

& Theodoto Patriarcha Antiocheno.

2 *Mortuo Theodoſio juniore an. 450. ſucceſſit Marcianus, cui anno 457. item defuncto ſubſtitutus Leo eſt, qui ſanctitatem Baradati adeo ſuſpexit, ut ep. quam Imperii ſui præcipuis Epiſcopis ac Patriarchis & Pontificibus Romano S. Leoni miſit, eidem etiam inſcribi communicarique voluerit. Extat ea Epiſt. tertia parte Concilii Chalcedonenſis n. 21. to. 9. Conciliorum pag. 165. inſcripta Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, eaque relata enumeratur Epiſcopo quinquaginta novem, quibus eadem miſſa fuit, uti etiam tribus his monachis* Jacobo Niſibeno, Simeoni & Varadatu. *Edita eadem ep. Græce eſt ab Evagrio l. 2. c. 9. qui hæc ſubjungit:* Illæ ſunt quidem litteræ ad Anatolium. Similes prorſus ſcripſiſſe etiam ad alios Epiſcopos, & ad viros illuſtres, qui per id temporis, ut ſupra demonſtratum eſt, vitam mopem, & rebus omnibus ad victum neceſſariis deſtitutam egeeuut: ea quorum numero Simeones fuit, qui omnium primus cœpit in columna habitare, illudque domicilii genus iuvenit, de quo ſuperior noſtra mentionem fecit hiſtoria. His annumeratur Baradatus & Jacobus, ambo Syri. *Græce* Βαραδάτος *eſt, poteſque Latine Baradatus & Varadatus ſcribi. De S. Simeone Stylita altum eſt 5. Jann. de Jacobo agit Theodoretus in Philotheo c. 21. Graci in Menæi & Menologio 26. Nov. & Nicephorus l. 15. Hiſt. Eccl. c. 22. de eo & S. Baradato hæc pauca tradit:* Iutet monachos clari etiam maxime fuere Baradatos & Jacobus Niſibenus. *Mallet hunc Roſweydus noſter in Notis ad Theodoretum n. 52. non* Niſibenum, *ſed* Hypatbriam *cognominari, ut a celebri Epiſcopo Jacobo Niſibeno, qui Concilio œcumenico Nicæno primo interfuit, diſtinguatur, ſed is Epiſcopus fuit, atque integro ſeculo, aut amplius: hoc monacho ſenior, coliturque 15. Jabi.*

scripta epiſtola a Leone Imperatore.

celebris habitus cum S. Simeone Stylita,

& Jacobo Niſibeno junctus.

3 *S. Baradatus accepta Leonis Imperatoris epiſtola humaniſſimum remiſit reſponſum. Extat illud quoque par. 3. Concilii Calchedonenſis n. 61. dictatum 9. Conciliorum a pag. 391. cum hac inſcriptione:* Terræ mariſque & totius generis humani Domino, orbis terrarum Victori, & piiſſimo Auguſto Leoni Imperaturi pauper Varadatus io Domino ſalutem. *Ac deinde exorditur epiſtolam:* Terribiles hiteras Imperii veſtri ſuſcipiens per Eutropium Magiſtrianum, veſtræ devotitatis famulum, valde gaviſus

reſcribit Leoni Imperatori.

A visus ſum (ſemper enim gratiam tranquillitatis veſtræ ſuſcepimus) eo quod ſit poteſtas veſtra ſollicita pro ſanctis Eccleſiis Domini Jeſu Chriſti, cunctiſque pauperibus ſub veſtro Imperio conſtitutis. *Adhortatur Imperatorem, ut pro defenſione Incarnationis Chriſti & Concilii Chalcedonenſis, contra adverſarios fortem ſe inſtar leonis præſtet, ac tandem ita concludit:* Hæc cum tremore ſcripſi veſtræ pietatis Imperio ſeptima & viceſima die Auguſti menſis, anno Imperii ſecundo, Indictione decima. Saloto veſtram divinitatem, & omnes diligentes tranquillitatem veſtram, & deprecor omnipotentem Deum, ut ſtatuat veſtrum Imperium longævis in hoc mundo rempotibus, & in futuro ſeculo coram Deo. *Annum illum Æræ Chriſtianæ numeramus 457. Quamdiu poſtea vixeris Baradatæ, non conſtat.*

anno 457.

4 *Græci in Menæis & apud Maximum Cyrherum annua celebritate colunt S. Baradatam* 22. *Febr.* Eodem, *inquiunt*, die memoria ſancti Patris noſtri Baradati: *de quo hoc additur diſtichon.*

colitur 22. Februarii.

Ἐν γῇ πεπόνται, ἀλλ' ἄγει Παῦλος, μέλη,
Ζωὴν μέτοχον οἱ τόλμ᾽ Βαραδάτου.

Coloſſ. 3.

Cum mortificaſſet, ut Paulus ait, membra ſuper terram,
Vitæ particeps ſuit in cœlo Baradatus.

B *Additur elogium elegans, ſed quod totum e Philotheo Theodoreti deſumptum eſt, qui c. 27. de eo adhuc vivente agit, utpote ante eum etiam vita functus.*

Vita ex Theodoreto.

VITA

Ex Philotheo Theodoreti *cap.* 27.

1 ET communis hominum hoſtis invenit multas vias vitii, univerſam humanam naturam ſtudens penitus perdere; & pietatis veræque religionis alumni multas & diverſas excogitavere ſcalas, quibus in cœlum adſcenderetur. Alii quidem per claſſes decertantes (ſunt autem hi cœtus innumerabiles) incorruptis fruuntur coronis, & deſideratum adſenſum conſequuntur. Alii autem vitam amplectentes monaſticam, & cum Deo ſolum loqui meditantes, & nullam conſolationem humanam participantes, ſic victores publice renuntiantur. Alii autem in tabernaculis, & alii in tugurris degentes, Deum laudibus celebrant. Alii vero amplectuntur vitam in antris & ſpeluncis. Multi autem, ea quibus aliquorum meminimus, non aortum, non tabernaculum,

Varia vitæ monaſticæ vitæ ſtadia,

C non ſpeluncam, non tugurium habere decreverunt, ſed nudo aeri ſua corpora mandantes, contrarias qualitates toleraot, aliquando quidem ſummo gelu concreti, aliquando autem igne radiorum exuſti. Jam vero eorum quoque rurſus eſt vita diverſa. Nam alii quidem ſtant aſſidoe, alii vero in ſeſſionem & ſtationem diem dividont: & alii quidem ſeptis quibuſdam incluſi, fugiont moltorum congreſſionem; alii vero nullo hujuſmodi utentes tegumento, peopoſiti ſunt omnibus, qoi eos volont cootemplari. Unumquodque autem horum in præſentia neceſſe habui perſequi, com admirabilis Baradati vellem vitam conſcribere. Is enim excogitavit novas rationes exercendæ tolerantiæ.

ex Theodoreto.

D

2 Nam cum primum quidem longo tempore ſe incluſiſſet in domuncula, ſola divina fruebatur contemplatione. Illinc cum rupem occupaſſet immineatem, & parvam quamdam arcam, nec juſta quidem ſymmetria corpori congruentem, ex liguis cooſtruaſſet, inea vitam degebat, deorſum aſſidue incurvari coactus. Non habebat enim altitudinem ejus longitudini juſta proportione convenientem. Non erat autem ea compacta aſſeribus, ſed erat aperta ſimiliter atque cancelli; & erat ſimilis feneſtris quæ latiores habeot ingreſſus luminis. Quocirca nec a pluviæ erat impetu libera, nec erat tecta a ſtatioma ſolis: ſed utraque non minus admittebat, quam ulia quæ ſunt ſub divo: in hoc autem ſoloea ſuperabat, quod accederet labor incluſioois.

accum ædificandi genus ample-ctens S. Baradatus.

vitæ ſtatus ſuo humiliori ſtatui dilectus.

3 Cum autem longum tempus hoc modo tranſegiſſet, E poſtea egreſſus eſt, cedens precibus divini Theodoti, cui obtigerat pontificalis Sedes Antiochena. Stat autem aſſidue manus in cœlum extendens, & univerſorum Deum laudaos: totum corpus tunica pellicea cootegens: circa naſum autem ſolum & os reliquit modicum ingreſſum ſpiritui, ut reſpiret, commune aerem excipiens, quoniam humana natura non poſſet aliter vivere: omnem autem eum laborem ſuſtinet, cum non ſit corpore valde robuſto, ſed valetudinario & multis morbis obnoxio. Fervens autem animi alacritas, & divino umore incenſa cogit ut laboret qui noo poteſt laborare.

ſtat aſſidue pellibus tectus,

corpore ſimpſi laſſimo.

4 Jam vero ſapieotia qooque & intelligentia oruatus, optime & interrogat & reſpondet, & ratiocinatur nonnumquam melios & potentius iis qos Ariſtotelicos legere labyrinthos. Cum ſit aotem in ipſo ſummo virtutis faſtigio, non ſinit ut arrogantia ſimul efferatur ſpiritus, ſed jubet eum deorſum repere circu ipſum latus montis. Scit enim quantum ſibi damnum mens conciliat quæ tumet & ardet inſolentia. Hæc eſt in ſumma ejus philoſophia.

melius Ariſtotelicis ratiocinatur.

5 Cui concedatur ut creſcendo poſſit metam curſus F attingere. Eſt enim communis piorum lætitia, horum qui victoria potiti ſunt gloria. Mihi autem detur, ut eorum ſuffultus precibus, non ſim procul ab hoc monte: ſed paullatim conſcendam, & me eorum contemplationis voluptate expleam.

Auctor ſanctorum preces implorat.

DE S. MAXIMIANO
EPISCOPO RAVENNATE IN ITALIA.

I. B.

An. DLVI. XXII. Feb.

1 *Viceſimus nonus Eccleſiæ Ravennatis Antiſtes fuit* S. Maximianus, *aut trigeſimus, ut vult Ferdinandus Ughellus tom.* 2. *Italiæ ſacræ, qui duodecimum, inter Sanctum Marcellinum & Severum*, Agapitum ſecundum *ſtatuit, quem Hieronymus Rubeus omittit, aut certe S. Severi ſucceſſorem facit, cum hic Ughello* Agapitus tertius *ſit*. S. Maximiani *nomen Martyrologio Romano ad diem* 21. *Februarii inſcripſit Baronius, his verbis:* Ravennæ S. Maximiani Epiſcopi & Confeſſoris. *Eodem die natalem ejus confecrat in Catal. Sanctum Italiæ Philippus Ferrarius, ejuſque Vitæ epitomen exhibet, ex fuſiori narratione Rubei, quem & Baronius in Notis citat. Ipſe tamen Rubeus l.* 3 *hiſt. Ravenn. pag.* 160. *ita diſerte ſcribit:* Sub id tempus Maximianus Ravennas Archiepiſcopus moritur, octavo

S. Maximianus Epiſcopus Ravenn.

colitur non 21. ſed 22. Febr.

Kal. Mart. Hoc enim die, non autem nono Kalendas, in Vita ipſius (quæ vetuſtiſſimo charactere mauuſcripta, apud ſacras Virgines Divi Andreæ hacteuus ſervatur) legimus, & in Ravennati Eccleſia ejus dies feſtus agitur.

ejus Vita MS.

2 *Citat Vitam eamdem paullo poſt Rubeus pag.* 172. *his verbis:* Divi Maximiani acta, quæ vetuſtiſſimo charactere in pergameno exarata, adhuc apud Divi Andreæ ſacras Virgines ſervantur, adducunt me *&c. Alia quoque S. Maximiani, & aliorum Ravennatium Epiſcoporum conſcripſiſſe Andream Agnellum teſtatur idem infra, ſed eum illius commentarium periiſſe: quem tamen ipſe identidem citat; uſus forſan ex illo excerptis. Scripſit autem Agnellus, ut l.* 5. *pag.* 238. *& alibi Rubeus oſtendit, circiter annum Chriſti* 830. *Qua alia de S. Maximiano tradit*

alia ab Agnello ſcripta deperdita ſunt.

AUCT. I. R.

A ex variis collecta a Rubeo hic editur

Rubeus, ex variorum temporum veteribus inſcriptionibus, aliiſque monumentis, diligenter collegit. Nos ex ejus hiſt. accepimus, quæ ad hunc ſanctum Antiſtitem proprie pertinent, & in quatuor capita diſtribuimus, quo lectoris tædium levaremus.

ejus ſtudii tempus.

3 *Anno* 546. *Chriſti* Maximianum *ſcribit Rubeus ad inſulas Ravennatis Eccleſiæ inauguratum a Vigilio Papa, & quidem Conſtantinopoli, qui eo tamen non niſi an. ſequenti pervenit: migraſſe e vita anno* 556. *die* 22. *Febr. Ex antiquis inſcriptionibus ternos temporum charactères depromit idem ſcriptor, ex quibus conſtet Eccleſiæ illi præfuiſſe annis* 547. 549. 550. *Primus expreſſus c.* 2. *n.* 51. *ubi dicitur B. Vitalis Martyrit baſilicam conſecraſſe* die 14. Kal. Maii Ind. 2. P. C. Baſilii VI. *qua annum* 547. *deſignant. At c.* 3. *n.* 14. *traditur Claſſenſem S. Apollinaris ædem conſecraſſe* die Nonarum Maii, Indictione XII. P. C. Baſilii VIII. *anno videlicet* 549. 550. *annum indicat n.* 18 *templum S. Stephani*, 3. Id. Decembr. Indictione 14. (*a Sept. ſcilicet inchoata*) P. C. Baſilii 9. *dedicatam*.

V I T A

B ex hiſt. Ravenn. Hieronymi Rubei.

C A P U T I.

S. Maximiani ortus: adeptus Epiſcopatus.

1 MOritur *Archiepiſcopus Ravennas an.* 546. 15. Kal. Martii ſepultus in ſacello Divorum Nazarii & Celſi juxta eccleſiam, cum parum diu Ravennati Eccleſiæ præfuiſſet. In ejus locum Maximianus ſubrogatur, admirabili eventu. Nam *a* Polæ ortus; quæ urbs eſt Japidiæ, Colonia a veteribus vocata, tametſi Plinius ſua ætate Juliam Pietatem appellari ſcribat; facriſque ibidem initiatus, vitæ ſanctitate ad Sacerdotis munus adſpirans, Diaconus cum eſſet, ſoderetque tetram, ſementem facturus, vas ingens auri plenum reperit. Ille primum novo caſu, quid ageret incertus, mox bove interfecto & exenterato, ventrem ipſius numiſmatibus implet: accerſitiſque ſutoribus, cutavit ex horum pelle magnas confici ſoleas, quas item aureis nummis implevit. Quod reliquum fuerat, *b* religione tactus, ad Juſtinianum affert. Sciſcitanti autem Cæſari, an aliquam ſibi partem retinuiſſet, reſpondit: Deum teſtor, Auguſtiſſime Cæſar, nihil mihi ſervatum, niſi quantum in ventrem ac ſoleas expoſui. Accepit Juſtinianus petinde ac de victu & veſtitu dictum, cum tamen de eo intelligeret Maximianus, quod occultum ſuppreſſerat.

a Pola *urbs Epiſcopalis Iſtriæ, antiquiſſima. De qua Plinius, hic a Rubeo citatus, l.* 3. *c.* 19. *ſcribit*: Oppida Iſtriæ tivium Romanorum, Ægida, Parentium, colonia Pola, quæ nunc Pietas-Julia, quondam a Colchis condita. *Quod Rubeus aic a veteribus* Coloniam *vocatam, recitius ſcripſiſſet, ea olim civium Romanorum celeberrima dicta*. De Japidum regione *agit Plinius eodem l. c.* 18.

b *Quod jus Principi in ubſervat ſervato invenies, diſputant Theologi ac Juris interpretes, etiamque Evangeliorum. od id quod Matthæi c.* 25 *v.* 44. *dicitur*.

c *Solum id volui forſaſſis, aut debuis ſcripſiſſe dicere, quia Ravennæ fides erat Ravennatum, quæ terræ Italiæ præſcribebat Imperator, hanc nuntiatam eſſe Epiſcopi mortem; ſi quid juris forte ad nominandum ſucceſſorem arrogare ſe ſibi ſolebat: uti etiam in Romani Pontificis confirmationem arrogaſſe oſtendit Baronius ad an.* 556. *n.* 6. *&* 2. *Ceterum de* Pallio *ab Imperatoribus dato Epiſcopis Ravennatibus, quale illud fuerit, quatenus eo uti illis licuerit, & an certa quæ de eo traduntur, diſputat Baronius* 20. 3. *ad an.* 452. *n.* 91. *& ſeqq.*

d *De* Vigilio Papa *ſuſius alibi agemus, nam eum quoque Sanctorum catalogo multi adſcribunt*.

e Anthimum *volunis ſcribere: quem quidem excommunicavit Vigilius, at non ideo in exilium depoſitum, ſed ob Trium capitularum controverſiam, nunc, ut habet Baronius*, 555. *mortuum perhibet Theodora Auguſta*.

f *At non niſi anno ſequenti*, 547. *pervenille Conſtantinopolim Vigilium videmus, ut Baronius ad eum annum n.* 26. *oſtendit*.

g *De his* Valerii *ædificiis ipſa habes Rubeum idem l.* 5. *pag.* 255. *ad annum* 809. Demoliendas curavit baſilicas Divorum Georgii & Euſebii, Arrianorum ritate, ut ſcripſimus, exædificatas, extra Divi Victoris portam. In iis autem omnibus everſis templis, egregias ædes, Agnello teſte, exſtruxit, cognomento Valerianas.

2 Dum autem ſecum volveret quid muneris homini daret adeo fideli, nuntiatum eſt Victorem Ravennatem Archiepiſcopum diem obiiſſe. Quocirca, Ravennatibus *c* pallium ab Cæſare per legatos petentibus, juſſit Maximianum in eorum Archiepiſcopum ab *d* Vigilio Pontifice Maximo conſecrari. Is tum Pontifex apud Patras Achaiæ urbem exulabat, Theodoræ, uxoris Juſtiniani, juſſu: quæ cum *e* Arthemium foveret virum hæreticum, Vigilium ei in hoc aſſentiri recuſantem, ad ſe Byzantium deduci curavit, & carcere, mediaque miſere cruciatum, Patras relegaverat. Aechiepiſcopus itaque Ravennatum faceatur ab Vigilio Maximianus, pridie Idus Octobris, Baſilii Junioris quinquies P. C. Indictione decima, quod incidit in annum a partu Virginis 546. *f* eum annum ætatis ageret octavum & quadrageſimum, acceptoque pallio Ravennam venit.

c a quo Epiſcopus Ravennas deſignatur, & d

e obſervatur a Vigilio Papa.

f

3 Ravennates, qui interea alium in Archiepiſcopum ſuffecerant, & Maximiani ignobilitatem ſpernebant, urbe hominem excluſerunt. Ipſe, uti ſumma vir moderatione, ac Chriſtiana innocentia, ne longius ab grege abeſſet, extra portam Divi Victoris, haud procul a flumine, quod Foſſaſconti appellatum Agnellus ſcribit, juxta Divi Euſebii templum, iis in ædibus, quas Unimundus Arianus Epiſcopus Theoderici Regis tempora ædificaverat, habitavit; necnon & apud Divi Georgii: quas omnes ædes ac domus ædificatas ab Arianis Agnellus memoriæ prodit; Epiſcopiaque vocata fuiſſe, quod illas Epiſcopi incolerent; eatitiſeque omnes ad ſua tempora, quibus temporibus Valerius, *g* Ravennarum Auctiſtes, eas eſt demolitus, ex earumque ruinis domum arexit, quæ Nova ac Valeriana dicebatur.

D cuſtoſes a Ravennatibus, prope eorum digit.

g

4 In tanta diſſenſione Ravennatum & Archiepiſcopi, non deſuete, qui per legatos ſuperbiam ac contumaciam Ravennatum ſignificare Cæſari rentarent. Sed cum id reſciviſſet Maximianus, retexit eorum conatum, & ſe totum Dei providentiæ tradidit: cœpitque interea & blandioribus verbis & muneribus animos reluctantium mollire; Deumque aſſidue precari, ut quod ſibi eſſet honori, & populo uſui, id efficeret. Ravennates tandem, virtute hominis perſpecta, eum libenter in Archiepiſcopum recipiunt.

non ſinis de ſe quæ relata ad Imp. deferebat.

eadem a civibus ad. miniſtri

E Polam urbs.

C A P U T II.

Templum S. Vitalis Martyris Ravennæ a S. Maximiano conſecratum, ornatum.

5 HUjus Archiepiſcopatus initio abſolutum eſt auguſtiſſimum Divi Vitalis templum, ingenti quidem, ſed credito ſumptu. Nam totum orbiculare eſt, duplici ordine columnarum: alter ſuperior, qui teſtudinem ſuſtinet, & porticum efficit, e quo, quaſi ad theatri ſimulacrum, in rempli pavimentum, quod erat teſſellati & vermiculari operis, deſpectatur. Inferiores columnæ, ſuperiores & theatrum fulciunt, ſectoque lapide pretioſo veſtiuntur: quod eodem genere lapidum univerſi pariates inceuſtabantur; nunc aliqua in parte non abſunt. In iis lapidibus natuea admirabili luſit opificio, efformatis animalium, earumque præterea diverſarum imaginibus, & Sacerdotis præſertim ſacris veſtibus induti, perinde ac ſi eſſet rem divinam factuus. Quod ſi graviſſimus ille philoſophus Albertus Magnus

abſolutis S. Vitalis templum obſervatur.

mormora mirabiliter mentagato orna-tum.

A Magnus vehementer miratur Regis caput, quod Venetiis, dum ſecarentur lapides, ad parietes templi inſtruſtandos, viderat; quid de hoc diaiſſet, quod univerſum eſt abſolutum, & chriſtianæ religionis pallio ac veſtibus indutum?

aram B. Virgini dedicat.

6 Aram maaimam Divæ Mariæ Virg. ex alabaſtrite mirè perſpicuitatis, dicavit, cujus teſtudinem quatuor columnis ſuſtulit: quæ cum pretioſæ eſſent omnes, earum tamen una longe omnes nobilitate ſuperabat. Hanc aram, cum ſuperioribus aonis Caſſinenſes cucullati, qui modo templi incoluot, e medio ſacelli ad parietem propius admoviſſent, columnas in ipſo ſacelli ingreſſu collocavere; & marmoreo pariete adjecto, ſacellum intecluſerunt; quo a populo magis ſecreti, rem divioam faciaot. Quæ omoium præſtantiſſima columna eſt, dextrorſum ingredientibus apparet: io eaq; ſpectantur Porphyritis, Ophitis, Jaſpidum omnis generis, Carbunculi, Chalcedonii, Achates, compluriumque hujuſmodi pretioſorum lapidum matrices; &, quod voluptatem auget, humanorum capitum integre eapreſſa ſimulacra, diverſaramq: hujuſmodi rerum. Inter has columnas quod eſt ſpatii, ſtatuæ ea marmore geminorum utrimq; puerorum, & cochlea marina, aut certe buccinum, & B ſerpens, qui Æſculapium referre creditur, eompleot, adeo inſigni arte præcellentium artificum, ut, eum auctor ignoretur, tamen vel ipſius Phidiæ, ac Praxitelis opera æquare credaotor.

inſignibus e marmore columnis ornatam.

7 Eo loco ubi ſanctum cadaver Divi Vitalis tumulatum erat, foveam eaca varunt, cujus pavimentum pari artificio, quo & templum, eaornatom. Iode ad hæc uſq; tempora aqoa emanat. Foveæ aram impoſuit, teſtudine columnis quatuor preiioſiſſimis ſuffulta, contectam: quas columnas univerſamq; aram, ac teſtudinem, argenio bracteato veſtiit: adjeciteque otrimque ſpecula, e quibus uuiverſi eempli ſimulacrum redditur, quæ adhuc eatant; ſed reliqua ſunt ſublata. Porta ad occideotem ſtructuræ ſpecie univerſo operi cooſentiens, octo columnis præſtantibus ſuffulta erat, ornamentiſq; alabaſtrite & candidiſſimo marmore, multoque paſſim ophite exlata ſpectabatur: quamquam e regione uniuſcujuſque columnæ, jnouæ minores, adapertæ, poſtibus multijuga hiſtoria ſculptis aderant. Nunc nihil omnino ſupereſt: aliundeque, a meridie ſcilicet & oriente, ingreſſus in ædem paret.

aliis ſupra ſepulchrum S. Vitalis.

ſplendida quæ ex ſepulchro.

a

8 In ſacelli majoris teſtudine, *a* Eccleſii, & Maximiani, Joſtioioiq; Cæſaris imagines vermiculato opere conſpiciuntur. Nam Eccleſius, ot diaimus, ædificatioo, C donec viait, præfuit; Maaimianus ædificatam ædem ſacravit. Cum autem conſecraretur, (cujus cooſecratioois dies fuit 14. Kalend. Mart, anno quadrageſimo ſeptimo ſupra quingeoteſimum ab ortu Chriſti), interfuiſſe Juſtinianom atque Theodoram o aorem ferunt, *b* cootigiſſeque ut, cum io templum Theodora ingrederetur, accurriſſentq; poellæ, aquam luſtralem in faciem illius ot de more ſpargerent, dimovenres carbaſea vela, quibus contegebatur atque circumdabatur aquæ vas, ue quid in eam impurum decideret, viſa fuerit columba candidiſſima cœlitus demiſſa, ioter vela ad aquam ſe conferens, & Theodoram alarum io aqua concuſſione aſpergens, ſomma omnium, qui aderaot, admiratione. Hujus rei teſtimonium pictura facit, in teſtudine majoris ſacelli, vermiculato opere elaborata, quæ nunc viſitur.

templi conſecratioai adſuiſſe Juſtinianum dicitur, id aoore,

& hac aqua laſtrali aſperſa a volatili columba,

9 Quamquam, quod in me eſt, adduci nulla rationu poſſum, ut id credam Theodoræ contigiſſe, fœminæ improbæ; quæ & Anthemiom hæreticum tueretur, & Vigilium Pontificem, ob id, uti ſupra, ſummis cruciatibus, carcere, & exilio impie affecerit. Et de pictura columbæ quod dicitur, ego eam non ob myſterium ſignificandum, ſed ornamenti cauſſa putaverim adjectum, quod ſcilicet ſcolptores ad ornatum in vaſis medio eam avem, qua ſigoificari ſimplicitatem ac puritatem ſcribitur, apoſuerint. Pictora vero ejus vaſis ſimulacrum refert. Niſi forte, ſi tamen aſſentiri vulgatæ iſti famæ ac inveteratæ velimus, id eo tempore factum potemus, quo Vigilius eſt in Sedem reſtitotus: conjicere q; fortaſſe poſſumus, Theodoram reſipuiſſe; Deo commonſtrante hoc exemplo, quam procul ab vera religione abfuerit.

EX HIERON RUBEO.

D

conſecratio a S. Maximiano peracta.

10 Cum itaque intereſſent ſacris Juſtinianus & Theodora, ut ferant, una com innumeris Proceribus, ac matronis frequentiq; præterea populi moltitudine, Maximianus Archiepiſcopus, ſumma pompa ædem ſacravit; atq; inter cetera, Divis Nazario & Celſo ſanctiſſimum illud ſacellum, de quo diximus, quod valvis ea ære mire ſculptis ac cælatis claudebatur. Sacello hæc erant inſcripta,

Ardua conſurgunt venerando culmine templa,
Nomine *c* Vitalis ſanctificata Deo:
Gervaſiuſq; tenet ſimul hanc Protaſius arcem,
Quos genus atque fides, templaq; conſociant;
His genitor natis, fugiens contagia mundi,
Exemplum fidei, martyriique fuit.
Tradidit hanc primum Julianus Eccleſius arcem,
Qoi ſibi commiſſum mira peregit opus;
Hoc quoque perpetua mandavit lege renendum,
Hoc oulli liceat condere membra loco.
Sed quæ Pontificum conſtant monumenta priorum,
Fas ſibi ſit tantum ponere, vel ſimile.

c opus ob ſanctitatem Epaoreti.

E

11 In Divi autem Vitalis porticu, quam Ardicam appellabant, hæc legebantur: Beati Vitalis baſilicam, mandato Eccleſii Epiſcopi, Julianus Argentarius ædificavit, ornavit, atq; dedicavit: conſecrante vero Reverendiſſimo Maaimiano Epiſcopo ſob die 14. Kalend. Man, ſexies P. C. Baſilii Juo. V. C. Indict. 10. Quo loco cum nulla fiat mentio Juſtiniani; neq; Procopius rhetor eorum temporum æqualis libello, quem edidit de Juſtiniani ædificiis, ubi omnia vel minima diligentiſſime perſequitur, quidquam de his Ravennatibus afferat; ego nihil certi, quod ſcribam, habeo: fides eſto penes horum auctores, qui conſecratum templum Juſtinianum & Theodoram egregiis muneribus eaornaviſſe, & confeſtim Julianum Argentarium cooſecrationis myſterium, quod eatat adhuc, vermiculato opere pingendum curaviſſe, tradunt. In ejus teſtudinis centro, agnus tanta arte pictus eſt, ut, quocumq; te recipias, converſam ad re faciem habere videatur, quod noo minimam in pictora laudem habet. Siquidem ſcribit Plinius, Amulium pictorem, gravem ac ſeverum, eomdemque floridum fuiſſe, cujus eſſet Minerva ſpectantem aſpectaos quacumq; aſpiceretur. Controverſiſſe Maaimianum Archiepiſcopum ferunt hoc tempore cum Imperii miniſtris de ſilva, cognomeoto Juſtrum appellata: & Juſtinianum, Maximiano, quem unice diligebat, edicto uc publicis tabulis mandaviſſe, uti Eccleſiæ Ravennatis perpetuo eſſet.

per Julianum Argentarium.

dona a Juſtiniano collata.

lib. 35. c. 12.

F

& ſibi Eccleſiæ data.

a *Colitur* 1. Eccleſius *Ep. Ravennas* 17. *Julii: creatus dicitur Epiſc. anno* 514. *ſeliſſe annis* 22.

S. Eccleſius Ep.

b *Marius hac poſtea refellit Rubeus, qua conſtat veteri hiſtoria repugnare.*

c *Colitur* 2. Vitalis *Martyr, &* 2. Valeria *ejus conjux,* 28. *Aprilis* St. Gervaſius & Protaſius, *eorum filii,* 19. *Junii.*

CAPUT III.

Templa alia a S. Maximiano ædificata, dedicata, inſtaurata, ornata. Reliquiæ Sanctorum tranſlatæ.

12 ÆDificavit Maximianus apud Polam etiam patriam templum Divæ Mariæ Virgini, quod Formoſum vocavit; eique Sacerdotis, qui templo præeſſet, domum adjunxit: & opes ſuas omnes Ravenna-

Maximianus Polæ templum ædificat,

ti Ec-

EX HIERON. RUAEO.

ti Eccleſiæ dono dedit, quas Agnellus refert ſuo etiam tempore ſervari, Divi Andreæ templum, quod *a* Chryſologus ædificaverat, pretioſis ex marmore columnis & variegatis, jucundo naturæ luſu, ſuffulſit. Quo tempore Divi Andreæ Apoſtoli ſanctum cadaver oblatum Maximiano refert Agnellus; in Orientemq; Patras illum profectum, ut Ravennam cadaver deveheret. Sed cum hæc Juſtinianus reſciviſſet, juſſiſſe uti ad ſe Maximianus Byzantium veniret; deferret eadaver Apoſtoli, quod ingenti deſiderio videndi illius teneretur. Id cum Maximianus eſſeenſſet, Cæſarem ajunt pluribus apud eum egiſſe, uti Byzanti ſanctum cadaver relinqueret; decere enim, ut, cum primam orbis Sedem, Romam ipſam, Petrus frater Eccleſiæ caput teneret; Byzantium, quæ ſuccedere illi ob Imperii dignitatem videbatur, haberet Andreas. Tum Maximianus, Fac, inquit, ut lubet: id tantum mihi des, ut liceat cum meis Sacerdotibus nocte ad Apoſtoli ſanctum eadaver hymnos decantare. Cui cum annuiſſet Cæſar, ipſi totam noctem inſomnem ducentes, precibus ad Deum fuſis, arrepto Maximianus gladio, cadaveri barbam abſcidit; unaq; cum aliis ſanctorum virorum reliquiis, eam, aſſenticnte Juſtiniano, Raveunam invexit, & ſub ara maxima templi Divi Andreæ, cujus templum columnis ſuffulſerat, collocavit.

a erant templum S. Andreæ, cujus partes Patris abſolſiſſe dicitur.

& Conſtantinopoli reliquiſſe,

B

13 Hæc, quæ ab Agnello ſcribuntur, non videntur conſentire cum iis, quæ alii tradunt ſcriptores non ignobiles, *b* Ricobaldus præſertim & Platina in Cleto, affirmantes Conſtantii Cæſaris, qui Conſtantini primi filius fuit, tempore, Apoſtoli Andreæ, Lucæ Evangeliſtæ, & Timothei *c* reliquias Byzantium importatas, magno populi plauſu & ingenti veneratione exceptas. Utcumq; ſit, omnium conſenſu conſtat, barbam Divi Andreæ Maximianum ſub ara ejus templi maxima collocaviſſe. Atque hinc patet, turpiter eos errare, qui putant Maximianum Divi Andreæ templum ædificaſſe, cum id Petro Chryſologo ferendum ſit acceptum . . . .

b quo 300. annis prius erat translatum,

c barbæ adſciti Reverendum,

14 Maximianus Archiepiſcopus conſecravit etiam ædem illam præclaram, quam Divo Apollinari in *d* Claſſe Argentarius, hortante Urſicino archiepiſcopo, & Juſtiniano Cæſare aſſentiente, extruxerat. Cujus rei argumentum tabella extat ex marmore, quæ ejus ſæculi characteribus, & dicendi modo Latine ſculpta, in ejus templi medio nunc cernitur. In templi autem porticu magnis characteribus: Beati Apollinaris Sacerdotis baſilicam, mandato beatiſſimi Urſicini Epiſcopi, a fundamentis Julianus Argentarius ædificavit, ornavit, atq; dedicavit: conſecrante vero Beato Maximiano Epiſcopo, die Nonarum Maii, Indict. 12. octies P. C. Baſilii. Quod tempus in annum cadit a partu Virginis quadringenteſimum quadrageſimum nonum.

d Caſſianeſe S. Apollinaris templum nonnihil ornat,

C

15 Maximianus cadaver Divi *f* Probi cum ceteris ſanctorum Antiſtitum cadaveribus, unguentis delibutum, optimo loco poſuit: ac in frontiſpicio templi Divi Probi, in quo ſancta cadavera locaverat, quod erat ad mare, (modo ne veſtigium quidem ſervat) Divorum Probi, *g* Eleocadii, & Caloceri imagines teſſellato opere pingendas euravit; ædemq; illam oniverſam inſtauravit & ornavit. Graviſſimus poſt Divum Hieronymum, atq; Otoſium hiſtoriarum ſcriptor; quarum mihi ſupeteſt, præter pancula verba, quæ quoniam veteriſſimus illius vitæ ſcriptor Andreas Agnellus apoſuit, nos ad tanti viri memoriam pro viribus conſervandam, carere illis hanc noſtram hiſtoriam noluimus, hæc autem ſunt:

f S. Probi templum inſtauret, reliquias tranſtulit

g

hiſtoriam ſcribit,

16 In Alexandria vero nulla extrinſecus malitia, ſed quod ſeditioſum ſemper genus inquietum eſt, civile inter ſe motum eſt bellum, non virtutis medio, neque ob defenſionem, ſed ob necem atq; interitum civium. Commoti univerſi Præfectum ſuum intra eccleſiam occiderunt: qui jam ante aliquot annos ſimiliter Epiſcopum ſuum, accuſantes hæreticum, interfecerunt. Quo comperto Impetator, in iram verſus, ſunditus civitatem juſſit everti. Denique miſſo alio Præfecto, Lauditio nomine, intra ipſam civitatem quadraginta viror per ſingulas regiones ſuſpendit in ligno. Sed tunc elaboravit Dioſcorus ejuſdem urbis Epiſcopus, & manifeſte poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis, electiq; ea eremo monachi apud Imperatorem properant, atq; pro exceſſu civium veniam eorant. Ceſſit Sacerdotibus Imperator, & inpoſterum ut ab hujuſmodi caverent, juſſit. Hunc Epiſcopo apud Alexandriam *h* Timotheus ſuffectus eſt, quem ego in Orientem navigans, recte adminiſtrantem in ſua civitate vidi, ſed ante parva Nazamba civitas Ciciliæ, terræ motu facto, concidit, in quo periſſe ferunt millia hominum amplius triginta.

D

h

17 Hactenus Maximianus: qui Ravennæ ædificavit ad memoriam obtruncationis Divo Joanni Baptiſtæ eadem extra urbem, quam nunc ædem in marmorario appellamus. Tricollum, quam vulgari nomine Canonicam vocabat, abſolvit; adjectis ſua, & aliquorum ſuperiorum Archiepiſcoporum, imagine, huſque carminibus.

templi S. Joannis deſcribit ædificati,

i

Hic *i* Petrus junior Chriſti præcepta ſecutus,
Ut decuit, ſacris moribus exilit:
Hic quoq; fundavit mirandis molibus arcem,
Nominis ipſe ſui hæc monumenta dedit.
Hujus poſt obitum Aurelianus geſſit honores,
Poſt hunc Antiſtes, extitit Eccleſius.
Hinc ſoit Urſicinus, ſequitur poſt ordine Victor,
Temporibus junior Maximianus adeſt.
Is Polenſis erat, Chriſti Levita profundus,
Lege Dei miſerans, & pietate bonus:
Quem Deus ipſe virum decoravit culmine ſacro,
Eccleſiæque ſuæ Pontificem ſtatuit;
Ipſe autem factis propriis ſe non metuiſſe
Culmen Apoſtolicum, ſed pietate Dei.

E

de ſi & deceſſoribus inſcriptionem ſtatuit

Hæc carmina eo etiam libentius deſcripſi, quo Archiepiſcoporum ordo clarius eluceat . . . .

18 Sub id fere tempus Maximianus Archiepiſcopus Divo Stephano templum Ravennæ exeitavit, haud procul ab Opthonis poſterula, quod teſſellato opere, multiſque Divorum reliquiis ornavit, dedicavitque, ut hæc oſtendit inſcriptio, quæ in illius templi porticu legebatur. In honorem ſancti Protomartyris Stephani, ſervus Chriſti Maximianus Epiſcopus hanc baſilicam ipſo juvante, a fundamentis conſtruxit & dedicavit die tertia Id. Decembr. Indict. 14. novies P. C. Baſilii Jun. V. C. Adſcripſit & hæc carmina ſupra arcum teſtudinis extrinſecus:

S. Stephani templū ædificat, & conſervat,

Templa micant Stephani *k* Martyris & nomine ſacra,
Qui prius eximium Martyris egit opus.
Omnibus una datur ſacro pro ſanguine palma,
Plus tamen hic fruitur, tempore quo prior eſt.
Ipſe fidem, votumque tuum nunc, magne Sacerdos
Maxime, te juvans, hoc opus explicuit.
Nam ſalem ſubito fundatis molibus aulam
Sola arte hominum facere non poterat.
Undecimum fulgens renovat dum luna ſecurſum,
Et cœpta, & pulchro condita fine nitet.

k

F

Inciderunt autem hæc in annum a partu Virginis quingenteſimum quinquageſimum . . . .

19 Prodigia complura ſub id tempus Ravennæ viſa Agnellus ſcribit, multiſq; in ipſa clariſſima meridiei luce ſecum colloquentes homines os ad os vitos; ingentemque omnibus terrorem incuſſiſſe: & octavo Kalend. Sextil. hora diei tertia aeres in aere inter ſe pugnaviſſe. Maximianus interea Ravennatum Archiepiſcop. vaſcula duo ex auro, pondu octo & viginti, in quibus ſanctum Chriſma ſervaretur, Ravennati Eccleſiæ dono dedit: quorum alterum paullo ante ſua tempora petiiſſe Agnellus teſtatur, alterum exſtare, cui ſic erat inſcriptum: Servus Chriſti Maximianus Archiepiſcopus hoc Chriſmatarium ad uſus fidelium fieri juſſit. Donavit

multa dona Eccleſiæ Ravennati vaſa,

& con-

A & *I* endothyn byſſinam præſtantiſſimam, omnem Chriſti Dei hiſtoriam continentem: qua in die feſto Epiphaniæ aram maximam eaornari conſueſſe teſtatur Agnellus. Eam tamen Maximianus non perfecit, ſed Agnellus, qui illi in Archiepiſcopatu ſubrogatus eſt. Adjunxit & ea auro aham endothyn, in qua auro teatili pictæ erant omnium, qui illum præceſſerant, Archiepiſcoporum Ravennatum imagines. Fecit & geminas altas, in quibus margaritis & unionibus ſic erat deſcriptum: Parce Domine, parce populo tuo, & memento mei peccatoris, quem de ſtercore exaltaſti in regno tuo. Crucem quoq; auream majorem, quæ Agnelli tempore ea tabar, faciendam curavit, & gemmis ac margaritis pinxerat: in cujus medio ligni crucis, cui Chriſtus Deus ſuffixus fuerat, ſtruſtulum concluſit. Divinos omnes libros, qui duo & ſeptuaginta numerantur, Sacerdotum ſuorum & templi uſibus, deſcribendos elegantiſſimo charactere curavit, & ipſemet perdiligenter emendavit. Pauca de multis referuntur, cum in eo, optimi Archiepiſcopi munere ſuncto, quicquam numquam fuerit deſideratum, quod ad ſalutem ſui populi, Eccleſiæque adminiſtrationem facere videretur. Opes ſuas omnes Ravennati Eccleſiæ reliquit . . . .

I erasmio.

libros.

B a *De* S. Petro Chryſologo, 21. *Epiſcopo Ravennate, egemus* 3. *Decembr.*

b Gervaſius Richobaldus *Ferrarienſis, Canon. Ravennas, circa annum* 1290. *floruit, ati l. 6. ſeſtatur Rubeus, qui & ſcripta ejus recenſuit. Platina in manibus eſt.*

c *De hac tranſlatione egimus* 24. *Jan. ad* S. Timothei *Acta.*

d *De Claſſe oppido actum* 31. *Jan. ad Vitam* S. *Gemuliani Mutinen. Ep. & 7. Febr. ad* S. *Severi Ep. Ravenn. Vitam. De* S. *Apollinari monaſterio agemus ad ejus natalem* 23. *Jul. cujus & monaſterii facta 7. Febr. ad Vitam* S. *Romualdi.*

e S. *Eccleſii, de quo* 2. *actum, ſucceſſor fuit* Urſicinus, 27. *Ravennatium Epiſc.*

f *De* S. Probo *Ep. Ravennate agemus* 10. *Novemb.*

g *De* S. Eleocadio *actum* 14. *Febr. de* S. Caloceto 11. *ejuſdem.*

h *Hic hæreticus fuit, uti & deceſſor. Nec mirum,* S. Maximianus *noſtis Epiſcopatum adminiſtraſſe ſcribat: ita ſoſſan ab hoſpite accepit, cum eſſet civis ploriq; Eutychia ai.*

i S. Petrus 11. *ſive Junius,* 24. *Ep. Ravennas colitur* 31. *Jul.*

k *Fortaſſis mris aut quid ſimile ſcripeum, ut metitio aut alia vox indicaretur, quod litteſ aram compendium non aſſecutus ſuiſſet, Martyris poſuit, contra legum carminis, & ſententia vernaculam, cum verſus ia ſignati verſu Martyris apte locetur.*

l *Arbitror* Endytin *ſcribere voluiſſe. In Euchologio Græco, quod Jacob. Goar edidit, in* Ordine fieri ſolito magna feria quinta ablutione ſanctæ menſæ, *inter cetera iſta habentur: ἐπὶ τὸ ἅγιον τῆς μετὰ ταῦτα μετὰ τὰς ἀναγνώσεις ἐκβάντες, ποιοῦσι τὰ καταρχὰς τῶν ἀνιψῶν τόπων.* Tam vero velamen, Ad cænam dictum, altari apponunt & alia deinceps operimenta, Patriarcha hanc mutationem faciente. *Notes Goar a quibuſdam τῶν ἀνιπτων in feminino efferri: eſſe mantile, ſeu mappam altaris majoris. Rubeus videtur ſumere pro ea veſte, qua non laſternitur altaris, ſed anteriorem ejus partem tegit, aut ſupra illud ad ornatum erigitur, ut paſſim hic fit.*

ἐξ ἁγίου τόπου.

C

CAPUT IV.

S. Maximiani obitus, tranſlatio.

20 SUb id tempus Maximianus Ravennas Archiepiſcopus moritur octavo Kal. Martii. Hoc enim die, non autem nono Kal. in vita ipſius, quæ veteriſſimo charactere manu ſcripta, apud ſacras Virgines Divi Andreæ hactenus ſervatur, legimus, & in Ravennati Eccleſia ejus dies feſtus agitur. Sepultus eſt ad aram maximam in Divi Andreæ, ubi illius barbam collocaverat. Inde ſublatus tempore Petronacii Archiepiſcopi, uti narrabimus.

Moritur 22. Febr.

21 Quod vero hunc in hæreſim aliquando lapſum fuiſſe, plerique recentes auctores ſcribunt; & id omnino a veritate longe abeſt, & quod *a* Maximiano Iſtriæ Epiſcopo eſt adſcribendum, Ravennati falſo imponunt. Quia enim multis propter inſitiam viſum fuerat, concilium Conſtantinopolitanum de Chalcedonenſis auctoritate plurimum diminuiſſe, tribus ejus, ut rebantur, Capitibus infirmaris; Liguriæ, Veneriæ & Iſtriæ Epiſcopi, quorum erant principes, in Venetia Macedonius Aquilejenſis, in Liguria *b* Honoratus Mediolanenſis, & in Iſtria Maximianus; convenerant Aquilejæ, & concilium illud minime obſervandum ſtatuerant. Itaq; ubi Pontificatum iuiit Pelagius, ſcriptis ad Narſetem litteris, Petroque & Projecto illuc miſſis, Thracium, & Maximianum Epiſcopos, ac potius, ut ipſe inquit, nomina eorum Epiſcoporum habentes, ad Romanæ Eccleſiæ auctoritatem revocare, & ne res Eccleſiaſticas ad proprios uſus converterent, uti faciebant, curare contendit. Sed cum eorum Epiſcoporum nemo præceptis Pontificiis obedientem ſe præbuiſſet, novas ſcripſit ad Narſetem litteras, ut ad Juſtinianum illos Conſtantinopolim mitteret: ſic autem deinde addit: De Liguribus, Venetiis & Iſtris Epiſcopis, quid dicam? quos idonea eſt Excellentia Veſtra, & ratione, & poteſtate reprimere. Ne dimittatis in contemptum Apoſtolicarum Sedium, de ſua ruſticitate gloriari: cum ſi quid eos de judicio univerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per *c* primam nuper elapſam Indictionem actum eſt, forte movebat, ad Sedem Apoſtolicam, quod ſemper factum eſt, electis aliquibus de ſuis, qui dare, & accipere rationem poſſent, dirigere debuerunt; & non clauſis oculis, ſanctam Eccleſiam lacerare. Cum igitur in Iſtria nequaquam Ravenna ſit, neque ab ullo poſita ibidem unquam fuerit, prorſus dicendum eſt, Maximianum Archiepiſcopum Ravennatem, virum ſanctitate inſignem, illum non eſſe, de quo ſcribit Pelagius, & a noviſſimis ſcriptoribus, injuria, hæreſeos aliquando damnatum.

EX HIERONYMO.

Diverſus a Maximiano Iſtria Epiſcopo ſubſcribente.

c

22 *d* Petronax decimum quintum jam annum Archiepiſcopus, cum omnes illum Ravennates hortarentur, uti S. Maximiani Archiepiſcopi cadaver ea humo eductum, qua ignobiliter conſegebatur, honeſtiore loco poneret, multis precibus ſatigatus, tandem ad Divi Andreæ ſe conferens, precatione prius adhibita, fabris mandavit, ut tabulam e marmore, quam appellabant Græca voce e Platoniam, tollerent. Quibus minus accurate agentibus, confracta eſt, quam ob rem Petronax, ut erat irritabilis naturæ, vehementer commotus, acriter illis minitans, Andream Agnellum Sacerdotem, in ordine Sedis ſuæ decimum præſtantiſſima aste, ſummoq; in omnibus rebus ingenio præditum, illis præfecit. Cujus præſcripto cuncta cum agerentur, & jam ſublatus eſſet lapis, quo ſepulchrum operiebatur, ſub aqua Divi Maximiani oſſa ſe in cuuſpectum dederunt: erat enim plenum aquæ monumentum. Oboriæ hic omnibus lacrymæ implorareque ſupplices omnes ſancti Archiepiſcopi opem ingenti veneratione, ejus vitam, mores, religionemque recenſentes, ac ſuam ipſorum miſeriam, atque calamitatem lamentantes & deplorantes. Ea aqua extracta ſacra oſſa exſiccantur, involvuntur limeo, & obſignantur, dum ipſum monumentum in liberiorem auram educereetur.

d Circa ann. 811.

ſepulchri operimenta ejus in aqua reperta

e

f

23 Quæ integra inventa ſunt oſſa, tenuia erant, ſed procera & adeo artienis conneaa, ut vix annum ſpoliata carne viderentur: nihil, extra unicum maxillæ deatera dentem, deerat. Itaque generoſo vino, odoribus variis atque aromatibus permiſto abluta diligenter, ſupplicatione omnium ordinum indicta, ſumma totius populi religione & reverentia, eodem in monumento locantur, & ingenti lacrymarum imbre, qui ex omnium oculis large defluebat, clauduntur. Plures deinde dies veneratio & timor in animis omnium inſedit, perinde, ac Maximianum præſentem intuerentur.

vinc ablutendem, & tranſferuntur.

24 Hæc ex Andrea Agnello deſcripſimus, qui his non ſolum interfuit, ſed præfuit, ſummaque doctrina eruditus, de Ravennatibus Archiepiſcopis volumen graviſſime ſcriptum reliquit: quod cum diu in Archiepiſcopatus bibliotheca fuiſſet, ſuperioribus annis cum mul-

Ejus & aliorum geſta ab Andrea Agnello deſcripta.

A multis aliis ſublatum, nullibi invenitur, magna quidam certe jactura.

a Maximilianus vocatur ſchiſmaticus hic Epiſcopus in epiſt. 2. Pelagii ad Narſetem in editione Binij; & apud Baron. ad an. 556. n. 13.

b Fuſe hoc vindicavimus 8. Febr. in S. Honorati Vita §. 2. & 3.

a Anne ſcilicet 553. ſive poſt conſolatum Baſilii 12. 4. Non. Majas. D

d Hac l. 4. vocibus Rubeus pag. 238. qui Petronacem ſtatuit 49. Epiſcopum Ravennatem, Ughell. 50. qui Petronacem vocat & Petronaciom, & 817. an. Chriſti Eccleſiæ præfectum ſcribit, uti & Rubeus. Facta igitur hæc S. Maximiani elevatio an. 831.

e De voce Platonio actum 20. Jan. ad Acta S. Sebaſtiani §. 3. n. 10. Dulia a Græcis λατρεία, quod latum expenſumve ſignificat.

DE S. ATHANASIO

G. H.

CONFESSORE IN BITHYNIA.

SEC. IX. XXII. FE. B. Athanaſius colitur 22. Febr.

1 *Paulopetrium religioſorum hominum paleſtra fuit, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo dicata, ut innuunt Menæa ad hunc diem in verſibus.*

Ἄθωνιε & ὑψίμμα Παυλοπετρίου
Ἀνθοῦλοι σύστεγε Παύλῳ καὶ Πέτρῳ.
Athanaſius alumnus Paulopetrii
Simul eſt cum Apoſtolis Paulo & Petro.

Hoc autem texitur S. Athanaſii elogium in ejuſdem Græcorum Menais, & Βίοις ἁγίων Maximi & Cyrilli.

2 Eodem die ſancti Patris noſtri & confeſſoris Athanaſii, qui in Paulopetrio quieſcit. Sanctus hic Conſtantinopoli puer, religioſis ac locupletibus parentibus natus, ab ipſis teneris unguiculis pietatem coluit, & ad monaſticum ſtatum ac habitum adſpiravit. Profectus ergo ad Nicomediæ partes, prope ſinum maris in monachum attonſus eſt, adeoque in virtutibus excelluit, ut fama ejus ad imperatores deferretur. At Leone Iconomacho imperante de cultu incontaminatarum imaginum acculatus, multis cruciatibus tortus, & acerbiſſimis exiliis & malis afflictus, in orthodoxa tamen fide ad mortem uſque conſtantiſſime perſeveravit, ac demum ad Dominum migravit.

B Conſtantinopoli natus;

prope Nicomediam monachus;

ſub Leone Imp. multa & verbera paſſus, multimus

3 *Hæc Menæa: in quibus qui memoratur Leo Iconomachus, eſt Armenius, qui an. 813. Imperium invaſit, Michaele cedere coactus, nec omnino invito: occiſus eſt Leonoſte Natalis Dominici an. 820. in ſacras Imagines & Catholicos, præſertim in monachos, omni atrocitate bacchatus. De ejus perſecutione egimus 4. Febr. in Vita S. Nicolai Studita c. 3. & 4. ubi exilium, cruciatus & verbera S. Nicolao ejuſque Præpoſito S. Theodoro Studita inflicta narrantur. Fuit que forſan S. Athanaſius, de quo hic agimus, ſocius S. Nicolai in primis vitæ monaſticæ exercitiis, qua ita in ejus Vita c. 2. n. 12. deſcribuntur:* Habebat ſane communis Pater noſter ac Dei famulus Nicolaus, ipſam vitam ſuam, tacentem quamdam cohortationem: habebat & fratrem, C ecu accuratam quamdam virtutum ejus imagioem: quin omnes tandem, ceu alium quempiam medium ſolem virtutum radiis cullucentem, a Deo datum illud munus animis utilem ac præclarum convivam, Magnum Theodorum habebant: eratque revera virtutis ſchola, nuvus quidam paradiſus, multiplici florum genere vernans. Ecenim ad iſtos accedebant, Joſeph quoque ſapientiſſimi Patris noſtri frater, ac poſtmodum celebris Theſſalonicenſium civitatis factus archiepiſcopus, quin & Timotheus, Athanaſius quoque, & Naucratius, ac alii plures, quos brevitatis cauſſa omitto, in terreſtri illo cœlo agebant. Quos enim mores conjungunt, locus quoque in unum cogit. *Hæc ibi, qua Conſtantinopoli geſta ſunt, unde tū S. Athanaſius in Bithyniam fortaſſis migravit, ſi quidem is eſt Confeſſor ille, de quo hic agimus, ut omnino videtur.*

ſub Leone Imp. multa & verbera paſſus, multimus

ab S. Theodoro Studita;

E

4 *S. Theodorus Studita ad memoratum jam Naucratium, carceri incluſum, ſcripſit epiſtolam a Baronio ad an. 809. n. 44. relatam, in qua Athanaſii ejuſq; fortis certaminis meminit in exordio his verbis:* Tria hæc in me effecerunt litteræ tuæ, fili deſiderate: ſimul enim obſtupui, admiratus ſum, & cantavi. Primum propter impios, alterum propter pios, tertium propter Deum, qui corroborat eos, qui ejus lege innituntur. Ac de ſacro quidem Athanaſio, ejuſque ſociis deſideratiſſimis, ac de fortiſſimo item meo Theoſtoto, & de ſeptemdecim ejus ſtrenuiſſimis comitibus, cum ſatis dictum ſit in meis ad illos epiſtolis, omittendum eſt hoc loco, quamvis longiore digni ſint oratione ac laudibus, qui divinitus ac fortiter decertarunt. *Hæc Theodorus in illa Epiſt. qua ſub Leone Armeno ſcripta patet videtur. An epiſt. ejuſdem Theodori ad Athanaſium fratrem, relata a Baronio ad eumdem ann. 809. n. 30. eidem Athanaſio ſcripta ſit, non conſtat. Certiora indagari poſſent ſi omnia S. Theodori Studita opera typis mandarentur, aut S. Athanaſii Vita exſtares.*

an S. Theodorus ſcribat hoc Naucratio de ejus certamine?

F

DE S. MARGARITA

POENITENTE TERTII ORD. S. FRANCISCI,

CORTONÆ IN ETRURIA,

I. B.

Commentarius prævius.

AN. MCCXCVII. XXII. FE. B. Margaritæ, poſt 350. annos adhuc incorrupta,

§. I. *B. Margarita de Cortona publica veneratio, ab Apoſtolica Sede ſancita.*

1 COrtona *urbs eſt Etruriæ veteriſſima, haud procul ab Traſymeno lacu ſita, Epiſcopali cathedra a Joanne XXII. Pont. Max. ante 300. ann. ornata. Illic ab an. 1277. ad 1297. eximia ſanctitudinis fama vixit Margarita, qua inde vulgo de Cortona cognominata, tertium ordinem S. Franciſci profeſſa. Adhuc ejus corpus, pulchrum, vegetum, & illæſum viſitur, ut ſcribit Lucas Wadingus ad an. Annal. Minor. ad ann. 1297. §. 28. & alii infra citandi. Conceſſit Leo X. Pontifex, ut anniverſaria celebritate colleretur in urbe & diœceſi Cortonenſi, ipſo quo deceſſit die 22. Febr. & corpus omnibus venerandum proponeretur. Dein Urbanus VIII. eam facultatem extendit ad omnes Ordinis S. Franciſci viros ac mulieres. Extat de ea re in Bullario Angeli Mariæ Cherubini, bulla Urbani, data Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominica 1623. Idib. Decembr. Pontificatus ejus anno primo; qua incipit:* Cœleſtis aquæ flumen: *e qua hæc tranſcripſimus.*

2 §. 1.

A 2 §. 1. Alias ſiquidem fel. rec. Leo Papa X. prædeceſſor noſter, ex præclaris atteſtationibus a piæ mem. Bonifacio VIII. & Eugenio IV. Romanis Pontificibus etiam prædeceſſoribus noſtris, de B. Margarita de Cortona monali tertii Ord. S. Franciſci de Pœnitentia prolatis, motus, quod feſtum ipſius B. Margaritæ, cum Officio nec Virginis nec martyris, in eccleſia S. Margaritæ civitatis Cortonenſis, ſingulis annis die 22. menſis Febr. celebrari, eademq; B. Margarita a quibuſvis Chriſti fidelibus in civitate prædicta, & illa diœceſi, privatim & publice venerari, licite & libere valeret, Apoſtolica auctoritate indulſit, prout in ſuis exinde confectis litteris plenius continetur.

Iudoco Leonis X. celebr. Cortonæ.

confirmato Congreg. Rituum poſt permiſſ. ab Urbiqui ſalumn. a PP. Miſſ. ſcribi,

3 §. 2. Nuperrime vero Congregatio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper ſacris Ritibus deputatorum, conſiderata ſanctitate prædictæ Margaritæ, quæ a trecentum annis & ultra, continuo miraculorum ſplendore coruſcat, necnon mirabilis illius corporis integritate, quæ his etiam diebus ſupra naturæ vires odorem efflat ſuaviſſimum; ad inſtantiam non ſolum cleri & populi Cortonenſis, ſed etiam Fratrum Ord. S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, dilectorum filiorum; ad omnes ejuſdem Ord. S. Franciſci viros & mulieres indultum prædictum extendi poſſe, habito ſuper hoc fel. mem. Gregorii Papæ XV. ſimiliter præ-
B deceſſoris noſtri beneplacito, ac omnibus ejuſdem S. R. E. Cardinalibus unanimiter conſentientibus, decrevit.

Ipſa id petentibus,

4 §. 3. Quare pro eorumdem cleri & populi ac Fratrum parte, Nobis nuper fuit humiliter ſupplicatum, quatenus pro eorumdem deſiderio, ut infra, annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur attendentes, quod ſicut ipſa B. Margarita coruſcat in cœlis, ita quaſi multiplici rutilantium

permiſerit Urbanus VIII.

honore gemmarum corona decora, cœli univerſo præfulgeat . . . . hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de voto ejuſdem congregationis S. R. E. Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiæ depuratorum, indultum, & deſuper confectas litteras hujuſmodi, ad omnes & ſingulas perſonas, tam viros videlicet quam mulieres, nunc & pro tempore exiſtentes ejuſdem Ordin. S. Franciſci, earumque eccleſias, tam intra Italiam, quam extra eam ubicumque conſiſtentes; ita quod ex nunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, poſſint hujuſmodi feſtum dictæ B. Margaritæ in earum eccleſiis hujuſmodi quoranuis dicta die 22. Febr. cum Officio nec Virg. nec martyris celebrare, & eamdem B. Margaritam privatim & publice venerari libere & licite poſſint & valeant; Apoſtolica auctoritate prædicta extendimus &c.

C 5 *Philippus Ferrar. in cuer. catal. SS. ita 22. Febr. breviter ejus meminit:* Cortonæ B. Margaritæ Pœnitentis. *Memnit & in cat. Sanctor. Italiæ, ut infra dicemus. Arturus a Monaſterio in martyrol. Franciſcano, tribus commemoratis ſui inſtituti viris illuſtribus,* Electo, Henrico Harphio, Alphonſo Roderico, *qui non ſunt tamen in catalogum Sanctor. relati, de B. Margarita ſcribit in hac verba:* Cortonii in Tuſcia, B. Margaritæ Tertiariæ, vitæ ſanctitate & multis illuſtribuſque miraculis celeberrimæ. *Ac multa dein ſuggerit in Notationibus, de ejus vita, ſanctitate, laudatoribus. Extra Cortonenſem civitatem ac forte & diœceſim ob S. Petri cathedram Antiochenam, qua die 22. celebratur feſte duplici majore, ut vocant, colitur* B. Margarita poſtridie, id eſt, 23. Febr. *ut patet ex Officiis propriis Sanctorum Ordinis Minorum, & annotat Antonius Maſſinus in Bononia perluſtrata, ubi altare eſſe ait* B. Margaritæ *dedicatum in ædc Annuntiatæ, quæ eſt Minorum de Obſervantia extra portam.*

Inſcripta Martyrol. 22. Feb.

23. colitur a FF. Minoribus.

§. II. *B. Margarita Vita a Confeſſarie ſcripta, & aliis.*

AUCT. I. II. D

6 *Scripta eſt Vita* B. Margaritæ *a F. Juncta Bevegnate ſive Mevanate, Mevania nempe oriundo, quod eſt Umbriæ infra Fulginium ad Tinia Clitumnique confluentes oppidum, vulgo nunc* Bevagna *dictum. Fuit hic Juncta rerum ſpiritalium apprime callens, cui* Margarita, *quod ei deliſta ſua confiteri ſoleret, & ab eo præclaris monitis ad abſtinentiam virtutis ideatidem inſtrueretur, debere ſe plurimũ declarabat, ac Deum frequenter pro eo orabat. De ea Vita, ejuſq; ſcribendæ occaſione, ac poſtea approbatione, ita tradit Wading. ad an. 1297 §. 28.* Scripſit ejus Vitam accurate & diffuſe F. Juncta Bevegnatis, ſanctæ fœminæ Confeſſarius, 12. capitulis diſtinctam, quam penes me habeo miſſam qua vel quæ ipſe viderat, vel quæ ex ore ipſius famulæ Dei, vel ab ejuſdem Confeſſariis perceperat, fideliter & ſincere enarravit. Provinciam hanc ei impoſuit Fr. Leo de Caſtillione hæreticæ pravitatis Inquiſitor in Hetruria: quam recte & rite obiiſſe, & Vitam veridice ſcripſiſſe dixerunt; & ſuis ſyngraphis comprobarunt Fr. Joannes etiam Inquiſitor, Fr. Tarlatus Sacræ Theologiæ profeſſor, Fr. Philippus Cuſtos de Caſtillione, F. Ubaldus de Colle Guardianus, & Fr. Paulus de Socio, qui alternis vicibus fuerunt omnes beatæ fœminæ Confeſſarii. Eamdem Legendam approbarunt Ic. Raynerius Senenſis, Fr. Bartholomæus, Fr. Thomas, & Fr. Antonius, ſucceſſivi Provinciales Tuſciæ Miniſtri. Legerunt eamdem & commendarunt plurimi viri docti utriuſque ſtatus, Eccleſiaſtici & ſecularis: ſed & prædictus Cardinalis Legatus voluit ſibi dari unum exemplar, quod devote aſſervabat, & ultro pro quibuſq; viris legendam & tranſſcribendam offerebat. *Hæc Wading. Cujus hic meminit Cardinal. Leguti, is fuit* Neapoleo Urſinus *ſub Clemente V. Apoſtolicæ Sedis in Italia Legatus, qui an. 1288. a Nicolao IV. in ſacrum collegium adlectus, obiit Avenione ſub Clemente VI. anno 1347.*

Vita ejus ſcripta a F. Juncta, ejus confeſſario,

fideliter & ornate,

E

approbata a viris doctis & Legato Apoſtol.

7 *Hanc Vitam, necdum Latine vulgatam, quod quidem compertum nobis ſit, primi hic edimus, ſed Prologo carentem, qui alibi extare dicitur* (a) *hoc initio:* In nomine Jeſu Chriſti Nazareni crucifixi. Incipit devotionis Legenda. Satis ferventibus animis fructuoſum eſſe putavi, non totum, quia non erat poſſibile, ſed flores quoſdam eligere de vita mirabili Deo devotiſſimæ Margaritæ agentis auſteram pœnitentiam in Cortona. *Deeſt & capus duodecimum,* per decem, *ut infra c.* 11. *dicitur,* diviſum capitula, de ſignis, quæ Deus omnipotens ad ipſius honorem, per propinqua remotaque loca peregit & agere non deſinit. F *Perfruatur interea pius lector iis, quæ hic damus. Sunt enim profecto ejuſmodi, qua non ſolum ſcelerum deteſtationem ingenerare animis, ſed eximiam quamdam caritatem erga Deum, ac zelum ſalutis mortalium, præcipueq; ſanctiſſimæ Euchariſtiæ crebro ſuſcipienda deſiderium, excitare poſſint. Leviter ſubinde mendis, nec paucis, aſperſum noſtrum apographum fuit: nec omnia corrigere ex ſola conjectura licuit. Quatenus autem pre divinis revelationibus accipiendus ſint, qua Margarita, in mentis præſertim extaſi divinitus intelleXiſſe memoratur, viderint myſtici Theologiæ doctores; quale illud n. 146. de Magdalena in antro pœnitentia. Laudet in Ordin. Seraph. paſſim congeſta, veriſſima ſunt. Quod ſubinde videatur omnibus Ordinibus doctrina & ſanctitate, tunc in Eccleſia florentibus præferri, vel verum eſt, ſaltem de pleriſque, vel intelligi eo ſenſu debet, quo illud Eccleſiaſtici 44. v. 20. de Abrahamo pronuntiatum, Eccleſia non minus vere quam religioſe ſingulis fere Pontificibus Confeſſoribus tribuit:* Nou eſt iuuentus ſimilis illi, qui conſervavit Legem Excelſi.

ple & utiliter.

(a) Vide Append. p. 758. col. 2.

8 *Scripſere poſtea de* B. Margarita *non pauci. Marcus Ulyſſiponenſis, Portuenſis in Luſitania Epiſcopus,* parte 2. *chronicor. Ord. Minor. lib. 1. c. 29. & 8. ſequentibus ſermone*

Alia ab eo ſcripta.

Lu-

AUCT. l. B.

Luſitani geſta ejus narrat. Et cap. quidem 37 ſcribit, in eccleſia S. Baſilii, novo tumulo conditam, magna celebritate, concurſu cleri ac populi, & magnis deinceps illuſtratam miraculis, quæ illic circum ejus tumulum picta cernuntur. Juncta Bevagnas non S. Baſilii ſed Bloſii eadem fuiſſe ait, in qua ſepulta Margarita. Cum Cortonam venifſet Leo X. PP. vidiſſetq; miracula, & populi erga Margaritam pietatem, indulſit bulla de ea edita, inquis, ut de illa officium Eccleſiaſt. recitari, ac celebrari feſtum in ea ade tota; urbe liceret, die Cathedræ S. Petri: quo die ſancta matrona corpus populo, qui undiq; eo conſtuit, oſtenditur integrum ac ſolidum, formoſumq; & grandis ſtaturæ. Refellit hoc Ferrarius in catal. S. Italiæ, utq; partum fuiſſe, ut ipſemet vidit. Addit Marcus, eadem illam, in qua ſepulta eſt Margarita, *egregie paſſim inſtauratam, inſigni adjecto ſacello, in quo ejus aſſervatur corpus: tandem Minoribus, qui de Obſervantia vocantur, Eng. IV. auctoritate traditam, ex vetuſtate quaq; illis monaſteria.*

9 Italice Vitam eandem ſuccinctius aliquanto deſcripſit edidit q; in Vitis fœminarum ſanctitate illuſtrium, ac deinde in Vitis St. Etruriæ, Silvan. Razz. Camaldulen. qui & ipſe utrobiq; magnifacturam fuiſſe tradit, ex fide nempe diſtorum chronicor. quæ citat. Vitam quoq; Margaritæ Italice ſtylo eleganti, Bononiæ edidit Gaſpar Bombaſius an. 1638 una cum Wenefrida Virginis ac martyris Vita, ac B. Lucie de Siſonte Virgin. Bononienſis: quorum libellum inſcripſit Scenam ſacrorum & profanorum amorum. *Ex eo libello quædam inferius excerpemus. Breviorem ejuſdem* Margaritæ *Vitam Latine vulgavit Ferrar. in catal. St. Italiæ, ex eoq; licet non citato, Abrahamus Bzovius tom. 13. Annal. ad an. 1297. §. 18. Luculentur de ea egit Wading. antea cit. tom. 2. Annal. Ord. Minorum. Sed in narranda ejus converſione a ceteris diſcrepat: ita enim ad an. 1277. §. 13 ſcribit:* Eodem anno illud ipſum inſtitutum (*Tertii Ordinis de Pœnitentia dicti*) amplexa eſt B. Margarita Cortonenſis, ita dicta a ſepulturæ loco, licet Alviani Cluſinæ diœceſis oppido progenita. Hæc prius vanam & lubricam vitam ducens, vagis thoris affluens, etſi proprium habuerit virum e Monte Politiano, ex quo filium ſuſcepit (alii amicum volunt) egregia forma & laſcivo ornatu multorum poſt ſe corda trahebat: donec interemptum virum, & in foveam occulte projectum vidit fœde vermibus ſcaturientem, & facta manu Domini ſuper eam, cœpit ſecum cogitare mundum & quæ in mundo ſunt arbitranda ut ſtercora, & carnis delicias, vere ſordidiſſimas eſſe ſpurcitias. Rediit itaque vultu confuſa, doloribus attrita, & lacrymis irrigata, in domum patris ſui, ad vitam ejus confuſibilem offenſi, a quo precibus & lacrymis meruit admitti. Crine toſo & neglecto capite, quod antea ſummo cultu curabat, pullis & humilibus veſtibus utebatur &c.

11 Ita maritum ei tribuit, quem Vita per Junctam Bevagnatem deceptorem, *ac* hoſtem ſalutis *ejus appellat: neque ea Vito indicat eam aliis corpus ſuum proſtituiſſe ſed illi uni per novem annos adhæſiſſe, ſeu ſpe nuptiarum, ſeu mundo muliebri copioſo, (cujus mirum quantum cupida erat) aluiſq; muneribus illectam, ut conjicit Bombacius: qui natam ſcribit Laviani, diœceſis Cluſinæ caſtello, ſive pago, poſſeſſione antiqua nobiliſſima Odderum familia, cui eum Baldonis olim de principatu Perufino lis fuit. Converſionem eandem ita narrat Ferrarius:* Margarita Laviani, agri Perufini pago, nata, carnis illecebris dedita, nobili cuidam, illi ſerviens, adhæſit. Cum is domo ſecederet catellam ſecum duxiſſet; illa ſola domum poſt aliquot dies rediens, ac gemens Margaritam, veſte deutibus apprehenſa, extra domum protrahere conabatur. Quæ admirans, catellam ſequitur, donec ad quamdam lignorum congeriem veniens catella ſubſtitit, ligna reſpiciens & attingens, quaſi dominam ut ea amoveret moneus. Margarita itaque cum aliquot ligna amoviſſet, dominum ſuum mortuum, jamq; vermibus ſcatentem, videt. Quo ſpectaculo adeo commota eſt, ut auteactæ vitæ pœnitens, domum paternam repericrit. Sed a patre, novercæ perſuaſione, domo ejecta, ad orationem, qua ſe Deo commendabat, confugiens, interius ut Cortonam ad Fratres Minores ſe conferat, admonetur. *Ita Ferrar. Concordant qua apud Bombacium & alios leguntur. Quod autem ait Ferrar.* ſervuiſſe *ſervitii certe, & turpiſſimam quidem ſervitutem, ſed non ut ancillaria miniſteriis obiret, cui ſplendorem veſtium ceterumq; ornatum etiam nobilem matronæ invidirent. Domo ejectam a patre, Juncta ipſe ſcribit.*

12 Margaritæ *ita meminit ante an. 1250. Bartholomæus Piſanus l. 1. Conformitatum, fructu 8. par. 4. de tertio Ordine, fol. 107.* Sancta etiã Margarita de Cortona, quæ multis claruit & claret ſignis, Soror de tertio Ordine fuit. *Petrus Rodulphius Taſſianenſis, qui de ea Senogallienſis Epiſc. fuit, l. 1. hiſtoriar. Seraphica religionis fol. 140. ita habet:* B. Margarita Cortonenſis, magnis miraculis illuſtris, ex Alviano oppido Cluſentinæ diœceſis, pulchra quidem corpore, ſed pulchrior mente, primo a teneris vitiis dedita, deinde (Deo inſpirante) ſe Chriſto conſecravit: cujus vitam & ſingularia miracula quidam Confeſſarius ſcripſit: quam probaverunt quidam Theologi, & Cardinalis Urſious Legatus Apoſtolicus in tota Italia: aſſumpſit habitum S. Claræ anno 1277. ab imagine Crucifixi admonita, multaſq; & varias perturbationes paſſa eſt.

13 *Franciſcus Gonzaga, de origine Seraphica religionis 1. par. pag. 100. in Beatis, hoc eam elogio decorat:* B. Margarita a Cortonio, magnis illuſtribuſq; miraculis celeberrima. *Et 2 parte, conventu 2. qui eſt* S. Margaretæ Cortonii, *ita de ea ſcribit:* In quo frequentius 20. Fratres commorantur, requieſcitque corpus B. Margaretæ a Cortonio, de tertio beati Patris Franciſci Ordine, quæ plurimis miraculis claret. Ejus corpus aliunde exhumatum, anno Domini 1580. ad novum ſepulchrum, ſibi prope ſummum altare erectum translatum eſt. *Demum Odoricus Raynaldus tom. 14. Annal. Eccleſ. ad an. 1297. n. 68. ita ſcribit:* Nunc ad Margaritam Cortonenſem, quæ adeo anteactæ vitæ luxit crimina, ut plurium ſanctarum Virginum merita ipſam æquaſſe incorruptæ ipſius reliquiæ ac miracula teſtentur, orationem convertimus. *Ac pergit §. 69.* Traductam ex impura vita ad meliorem frugem, inſigni Divinæ miſericordiæ prodigio, ac triſti amatoris ſui cadaveris putridi aſpectu, narrat Ferrarius. *Tum ea ſubjungit quæ in Ferrario habentur, ac de celebritate a Leone X. permiſſa, ab Urbano VIII. ſancita, ex Wadingo meminit. Demq; pluret alii recentiores ſcriptores honorificam Margaritæ mentionem faciunt.*

VITA EX MSS.

Auctore F. Juncta Bevagnate.

CAPUT I.

a De converſatione ipſius in habitu ſeculari. *a*

1 CHriſto Deo devota, mente pura, corde ſervida, Margarita anno a Chriſti nativitate milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, quo ſe Ordini B. Franciſci manibus junctis, cum lacrymis, coram Fratre Raynaldo bonæ memoriæ Aretino Cuſtode, gemibus flexis humiliter obtulit, & ſponte in corpore & anima eſt oblata; aſſumptis etiam Ordinis tertii beati Patris Franciſci cum magna precum inſtantia indumentis; dum ſemel devota oraret coram imagine Chriſti, *b* quæ nunc eſt in altari inferiori dictorum Fratrum, & diceret ſibi, Quid vis paupercula? ſancto illuſtrata Spiritu, ſtatim reſpondens ait: Non quæro, nec volo aliud, niſi vos, Domine mi Jeſu.

Margarita anno 1277. habita pro Ordinis ſtudente.

b

ſolet Jeſum aperiſſe, quæ ſibi tunc alloquitur.

2 Item

jam anno 1250. tanquam Sancta habita.

multos in vita perfectionis poſſe.

manifeſtata an. 1580.

per Virgi nibus.

a ſuſtivo vitæ ſuæ curſu

alſo patrio de corpori ſui fœditate,

cum marito,

d ſi tranſlo acone,

e patre domo ejectus.

A 2 Item alias dum oraret, audivit Dominum recitantem, & ad ejus gratam memoriam revocantem ſuæ gradum vocationis, in quo vitæ priſtinæ ſtatus evidenter includitur, ordine ſubſequente: Recordare, inquit, paupercula, multiformium gratiarum quas animæ tuæ conceſſi, & luminum ut revertereris ad me. Recordare, quod hoſte *e* tuæ ſalutis defuncto, ad patrem tuum Laviniam, cuiſcecta doloribus, lacrymis irrigata, facie lacerata, nigris induta veſtibus, valdeque confuſa rediſti. Recordare, quod tua ſuggerente noverca, de paterna te pater expulit domo, paternæ penitus miſerationis oblitus. Sed velut ignorans quæ te agere oportebat, omni conſilio & auxilio deſtituta, ſub ejus, quæ in horto ipſius erat, ſiculnea ſedens & mœrens, me tunc in tuum magiſtrum, patrem, ſponſum ac Dominum poſtulans, tuam miſeriam mentis & corporis humiliter deploraſti. Ille uamque ſerpens antiquus, a patre tuo te cernens expulſam, in ejus opprobrium tuumque caſum occaſione patenter aſſumpta, de corporali tuæ ſpecie juventutis, tuum cor inducebat præſumere, ſuadendo quod excuſabiliter, ut abjecta, peccare valebas, & ubicumque ſtares & ire velles, a magnis etiam carnalibus dominis amareris propter corporis ſpeciem.

e a patre domo exulata

tentatur a diabolo ut Ideo libertius peccet

B 3 Ego autem interioris tuæ formæ formator, &, quam reformare volebam, dilector exiſtens, conſcientiam tuam per mei luminis inſpirationem eum movi, & ut Cortonam pergeres, ac Fratrum meorum Minorum te obedientiæ mancipares. *d* Quæ aſſumptis ſpiritualibus viribus tuum iter ſine mora Cortonium direxiſti, & juxta mandatum meum te Fratribus obtuliſti, diſciplinis eorum ac monitis animum cum vigilantia inclinando. Recordare, quod tui cordis remedium fuit pro initio tuæ ſalutis timor reverentiæ filialis, quem infixi menti tuæ de Fratribus Minoribus, quorum te curæ commiſi. Quo perfecte concepto, inviſibilem hoſtem terrui, & illam, quam contra te ſumpſerat de tua calamitate audaciam, mea diſpenſante gratia conquaſſavi. Nonne ſtatim tremebas? nonne cum Frater aliquis de Ordine tui Patris apparebat in eccleſia, domibus, ſeu via præ verecundia facies tua perfundebatur rubore, timens ſedere, vel loqui, ſeu inveniri a ſecularibus coram ipſis?

d divino inſpiratio tradit ſe FF. Minorum diſciplinæ,

ut ſumma ergo ejus reverentia,

4 Recordare, quod ordinavi tunc animam ad totalem contemptum omnium ſecularium ornamentorum, & te inſtruxi cordialiter, ut paullatim amore mei a ſecularium dominarum te conſortio ſeque ſtrares. Recordare, quod tuum corpus, priſtinis deliciis aſſuetum, non ſolum ciborum delectabilium, ſed ciborum omnium abſtinentiæ per gratiam deputavi. Recordare, quod meis præmuniis gratiis fortior effecta, continuis te jejuniis macceralti, & mollibus ſpretis indumentis, lectulum duriſſimum, nunc cratis de vimiubus, nunc oudæ terræ, uunc *e* aſſidis, eum cervicalibus de ligno vel lapide, ſuaviter elegiſti. Recordare copioſi muneris timoris, doloris & fletus continui, quod tam copioſa tibi largiri dignatus ſum, ut ſolum Fratres Minores, quibus re commendavi, cum lacrymarum interrogares profluvio, ſi ego tuus Pater & Dominus exulem factam in delictis te de cetero ad miſericordiam & patriam revocatem; verum etiam ſeculares interrogando cum fletibus doloroſis de hoc, tuis amaris ſupplicis ad fletus uberrimos commovebas. Sed nec iſtud deſinas recordari, quod tibi ſuavis exhibitus, tuos amaros fletus in dulces lacrymas mirabiliter commutavi, dum de mea Nativitate, de Virgine, de Virginis Matris ſublimitate, & aliorum Sanctorum ſolemnitatibus devotas lacrymas effudiſti.

Vedit ſe conſortiali vitæ,

e aſſidue ſtet in dolore,

& amore,

f 9. annis in peccato vixit ad 18

5 Hæc poſt obitum *f* deceptoris tui, qui novem annis te voleute tuæ puritati & honeſtati paravit inſidias inceſſanter, fuerunt converſionis initia. Recordare, paupercula, tranſitus, quem feciſti ſola de nocte per aquam, ubi te hoſtis antiquus, eo quod ibas ad innovandum meæ Paſſionis ſupplicia, ſuffocaſſet: ſed ego miſericordiæ paternæ non immemor, te *g* curialiter cuſtodivi & liberavi. Recordare ſimiliter, quod adhuc mundo tibi placente, dum vivebas in tenebris vitiorum, ego magiſter verax, tui dolor effectus, dotavi te materna compaſſione ad pauperes & afflictos, & præbui ibi tantum odorem de locis ſolitariis & remotis, quod in devotione accenſa dicebas: O quam ſuaviter tbi oraret homo, quisque ſolenniter & devote in locis talibus Deo perſolverentur præconia laudum! quamque quiete, ſecure & ordinate agere poſſet quis pœnitentiam ſalutarem! Recordare, quod in ſtatu tenebræ conſtituta, in ſolitaria domu vel camera degens, a radio meæ illuſtrationis illuminata, tuum deflebas caſum: & dum ſalutabaris a nobilibus vel infimis de Caſtro aut villa, redarguebas eos dicens, quod tuam vitam reprehenſibilem agnoſcentes, ſubtrahere tibi debebant omnino ſalutationem atque alloquium.

f ſpiritualiter ſuffocatur a diabolo: unde quoq; miſeratus ergo pauperes,

ſubinde multi ſuam vitam deflent & accuſant.

6 Recordare, quod de ſtatu priſtino te divellens ſub nobilium Dominarum ſocietate, *h* Sanctæ Marinariæ & Raneriæ ſpecialiter in principio collocavi. Recordare, quod tui aſpectus decorem, quem hactenus in mei magnam injuriam conſervare conata es, imo & augere, adeo abhorrere & odire cœpiſti, ut nunc abſtinentia, nunc lapidis alliſione, nunc pulveris ollarum appoſitione, nunc diminutione frequenti ſanguinis, delere deſideraſti. Recordare, quod ignis amoris mei ſic te transformavit in me, ut cum lacrymis a Guardiano Fratrum Minotum de Cortona habitum Fratrum de Pœnitentia, ut proxima mihi & peregrina ſeculo fieres, cum lacrymis, precibus & inſtantia ſæpius poſtulaſti. Quare ultra dare Fratres habitum differebant? Certe tum quia dubitabant de conſtantia mentis ejus, tum quia nimis formoſa, nimiſque juveuis videbatur. Sed poſtquam Fratres inſeparabiliter eam Chriſto adhærere viderunt, poſtquam in fervore ſpiritus magis ac magis in Deum aſcendere conſpexerunt; poſtquam audierunt eam dicentem, Patres mei, quibus ſum a Domino commendata, non hæſitetis de me: quia ſi toto tempore vitæ meæ in ſolitudine vaſta moram contraherem, adeo Deum meum diligo, adeo mentem meam confortavit Omnipotens, quod de nulla creatura, nullaque tentatione timerem, propter ſpem quam in Deum fixi, me ad ſuam gratiam revocantem. Ac poſtquam me fugiſſe mundum vidiſtis, me religioſarum perſouarum conſortio ſociavi, meamque vitam mutavi in melius, per gratiam mihi datam a Chriſto, cur timetis? Cur me differtis induere? Illius ergo amore, qui eamdem ſua virtute induerat; his auditis induerunt eam Fratres. Quæ ſicut mutavit habitum, ita & ſpiritum virtutis, pro ut patebit de vote legentibus in capitulis inferius annotatis.

h Raneriæ ſpecialiter in principio collocavi.

corpus deformat.

habitum Penitentiæ,

ex cauſa dilatum,

ſervantur poſte

& tandem accipit,

7 Hanc autem mutationem neſciens prædicebat, dum ſolatioſe a conſociis Dominabus de ornatu ſui corporis arguereturdicentibus: Quid erit de te, Margarita vanillima? Et ipſa dicebat: Adhuc tempus advenet, in quo me nominabitis Sanctam, cum ſancta fuero: & viſitabitis me cum baculo peregrino, *i* ſcarcellis pendentibus ab humeris veſtris. Quod quidem factum eerimus, non ſolum in hominibus de diverſis locis currentibus, ſed etiam in multitudine mulierum devote venientium ad ſaum corpus & tumulum viſirandum.

i prædixerat adhuc puerilis, ſe ſanctam futuram.

a *Novem priorum capitum tituli videntur ab auctore ipſo præfixi eorum in m.ſ. cod. Eam autem capitum diviſionem, etſi nonnihil ab inſtituto noſtro diſcrepantem (nam quadam nimis prolixa) retinuimus tamen, quia diſerte expreſſam, in cap. 12. diſtributam, eſſe Vitam.*

b *Extat etiamnum ille crucifixus, uti mihi P. Joan. Baptiſta Hollandus noſter, in Italiam cum Octavio Picolomineo Duce Amalphitano profectus, ex ipſa urbe Cortonenſi 7. Jul. anno 1643. ſcripſi, cum pridie eam ſpectaſſet.*

c *Quem tamen Wadingus, ut ſupra indicavimus, proprium ejus vitum fuiſſe ſcribit. Et inferius n. 39. dicitur ſui viti opulen-*

AUCT. F. JUNCTA, EX MS.

D

g furtivale ne ſuffocaretur a diabolo

E

AUCT. F. UNCTA, EX MSS.

siam demonſtraſſe: quia nimirum ut viro cohabitabat.

d *Videtur adhuc verbum deeſſe, aut & expungi debere.*

e *Sive alleſcit:* planctum multi media ætatis ſcriptores vocant.

f *Hic eſt, qui ante hoſtis ſalutis appellatur.*

A g *Id eſt, humaniter & benigne. Sic infra n. 33. vocatur Chriſtus* dominus curialiſſimus, *& poſtea ejus curialitas prædicatur.*

h *An forte ſcriptum ſcilicet? Nullam certe* Sanctam Marinariam *novimus: niſi quod* S. Marmeriam *Martyrem habet Ferrar. in Indice Catal. Sanctorum Italiæ, quem Anton. Gallonius libro de Virginibus Roman.* Marmeniam *vocat. De ea, filia quæ ejus* S. Licinia *Virg. & Martyre agemus 25. Maii.*

i *Eſt Italis* ſcarſella *ſive* ſcarcella, *pera coriacea, qualem qui pietatis cauſſa peregrinantur ad loca ſacta, accipere a Paſtoribus ſuis ſolent, una cum ſtipione.*

CAPUT II.

De perfecta converſione ipſius ad Deum.

Converſa, 8 REcepto igitur a Fratribus Minoribus pœnitentiæ habitu, mox per ſancti Spiritus inſufionem nova fœmina viſa eſt. Nam ſic eam in ſe transformavit ſupernus amor, ut ea tunc attentiori cura ſtuderet perquirere, qualiter ſe in ſolitario loco abſconderet, cum nec cum his, qui de terrenis rebus loquuntur, loquendi haberet materiam, tum quia Regi omnium ſeculorum, ut nova Magdalena, meditando, orando, flendo, & jejunando, ſine medio jungi optabat. Summi quidem amoris flamma ſuccenſa, cuncta quæ animum ſeu corpus oblectare ſolent, ſibi ſubtrahere cœpit, ut mundo crucifixa, mundum contemneret, & ſe frequenti ſanguinis minutione, ſine intermiſſione jejunii, debilitare deſideraret, nuda humus eligitur pro lectulo fatigati corpuſculi. Nemo enim tam avidos auri, quantum Margarita ſui corporis exterminationis gemmæ: quæ ut noctes inſomnes facilius duceret, raro etiam in petra vel ligno caput languidum, debilitatum jejuniis & effuſionibus lacrymarum, reclinare volebat.

B tempus aſſignat hæreſi

humus, vigiliæ,

9 Hæc in oratione pervigilans a prima vigilia noctis uſque ad horam diei nonam fletus amaros profundebat, orando: ea vehementia quippe inflat doloris, nunc ex memoria ſuorum defectuum, nunc ex recordatione Crucifixi Jeſu, cujus erat mente Cruci confixa, tam amaris fletibus emittebat ſuſpiria, ut ſæpiſſime mori timeret, ſæpiſſime ſenſum ac vocem amitteret, & velut exanimis remaneret. A turbarum ſtrepitu ſemotam elegit cellulam honeſtatis amatrix, prope tamen nobilium dominarum hoſpitia, ut ſecretius ac ſecurius moraretur, in qua ſe Deo nimirum lugubat, cum diſciplinis, alapis ac pugnis tam acriter, quod caro naturaliter caodida, illius amore livida penitus appareret, cujus livore ſanati ſumus. Plus dicebat ſe lætari de ſui deſtructione corporis, quam non ſolum petebat a Domino, ſed procurabat omnibus modis ardenter, quam ſi ad imperiale faſtigium fuiſſet evecta.

lacrymis, verberibus,

C primæ carnalis ſuæ abſtinentiæ.

10 Sed quia converſorum primordia blandis refoveuda ſunt modis, (nam per gradus aſcenditur ad virtutes) ut hujus temporis ſœmiduloſi non paveant ſubdere ſpiritui carnem ſuam, ſuorum deſcribo gradus jejuniorum. Inchoata namque ſalutis via, primo Chriſti famula Margarita ſolutis diebus, ut ita loquar, cibaria ſua, non omittendo jejunium, a ſagimine condiebat, carnes nullatenus comedendo. Parum poſt in divinum amorem dulcius ſurſum ducta, omni carnium ſpreta pinguedine, ſolum liquorem olei ſumendis cibariis apponebat.

a de lacte adipe

pauperis ſervitii, cum faſtus abſtinentiæ, & compaſſionis,

11 Et quoniam de ſuarum manuum labore ſe & filium decreverat alere, cœpit nobiles Dominas de Cortona humilis Margarita diligenter cuſtodire in puerperio. Quibus licet cibatia, quæ ipſarum ſtatui competebant, delitioſe pararet, ita in Quadrageſimalibus cibis continuabat jejunia, ac ſi quadrageſimale tempus adeſſet: ibique cantantibus aliis ad languentis ſolatium, ſola ſeorſum adeo liquefiebat in fletu, quod cantantes ibidem converebat ad planctum, & mœrentes cum ea ſua cantica ſuſpendebant. Hæc eſt illa Margarita, quæ tam ferventer de Dei miſericordia loquebatur, atque ſeveritate juſtitiæ, quod nullum cor adſtantium reperiebatur ita ſecularibus deliciis deditum, quod ſe a lamentis præ calore verborum ipſius deſenderet. Ut autem nobis Margaritæ diſcretio ſplendeat, antequam vellet propter jejunium familias Dominarum, quibus ſerviebat, de ſibi coquendis gravare cibariis, coram earnes edentibus ab eſu carnium abſtinens, de aliis cibis communibus, quæ ſibi apponebantur, quandoque tenuiter comedebat: ibique famulatus patienti non ſubtrahens, ſumma cum diligentia Horas canonicas, cum aliis devotis orationibus quas Horis addebat, Domino noſtro integraliter perſolvebat. Ibi tamquam lilium inter ſpinas, lua in tenebris, & antrum inter pulveres poſita, jejunans & lacrymans, vigilans & laborans, edentes, bibentes, cantantes & in otio dormientes minime judicabat. Hæc eſt illa, quæ balneum præparans Dominabus, in lavacro ſolummodo fletu ſe lavabat. Per ſingulas namque noctes lectum conſcientiæ inceſſanter expurgans, per virtutem doloris contunui, quem gerebat in corde ſuo pro aſperſione ſanguinis Jeſu Chriſti, abluere animam non ceſſabat. Ee vidit E eam pauper oraniem in aere.

D quomodo in aliis ſæpius, illud verbo, ſumma diligentia ſolitur, pravis non omittens, nec cibos jubilans,

dimiſſo hoc ſervitio variis diſtrahitur,

domum miſericordiæ fundat eam,

12 Et quoniam prædictorum obſequiorum de cauſſa, in Miſſis & prædicationibus Domini famula Chriſto ſervire nequibat ad votum, ſe ſubtraahi celeriter a ſervitio Dominarum, & quærens ſolitas conſolationes recipere, & ad deſiderata citius lætgienda largum Dominum cœpit invitare. Et ubi hæc acta ſunt? Certe in domo Domini Dominæ Diabellæ, in qua pater miſericordiarum & luminum tanta Margaritam miſericordiæ pietate dotavit, ut ipſam domum in hoſpitium miſericordiæ commutaret. Ad hanc domum Margarita cor ſuum poſuit, & ipſam in uſum pauperum adeo computavit, ut temporibus opportunis penitus vellet, quod nec mobilibus nec immobilibus, ad ſubventionem pauperum largius peregendam, vel in minimo parceretur. Et ſuis plantatoribus non ingrata, juſſit & ordinavit, ut infirmariæ Fratrum Minorum de Cortona, de rebus prædictæ domus miſericordiæ neceſſitas infirmorum Fratrum plenarie ſemper adminiſtraretur. O vere miſericordiæ Mater, quæ tam intenta fuit de conſolationibus pauperum, ut ſibi nihil de rebus prædictæ domus, in quantacumq; fuerit penuria poſita, uſque ad finem ſuum permiſerit aſſignari. In illa quidem domo miſericordiæ Patre tanta miſericordiæ condeſcenſione ipſam replevit, quod nunc perſonaliter, qui ubique eſt, ſuum communicabat alloquium, nunc ei donabat Angelorum ſolatium, nunc cum ea exiſtens deterebat in bello hoſtem antiquum. Tunc temporis Margarita, in cunctis rebus Chriſto devota, ad honorem Baptiſtæ, quem ſibi in advocatum elegerat, faſtum pauperibus faciens annuatim de ſuarum manuum laboribus, pauperes, (ſe ac filium privante) quos paraverat, cibis ſollicite ſatiabat.

remoratur divinis viſitationibus,

F faſtus S. Joannis pauperes paſcit de ſuo,

13 Hæc eſt illa ſervida Margarita, quæ B. Franciſcum Patrem ſuum inſtantiſſime precibus exorabat, ut ſuis meritis impetraret a Chriſto, in munus ſingularis amoris, ſuorum plenariam indulgentiam peccatorum. Quamvis cumq; infirma eſſet vel debilis, in ſuæ converſionis primordio extra quadrageſimalia tempora caſeum non ſumebat, nec ova: & in quadrageſimis nullo genere piſcium utebatur. Et, quod plus eſt, quidquid de ſibi miſſis cibariis ſubtrahere poterat, pauperibus reppendere celeritee conabatur cū lacrymis, nihil pro ſuis neceſſitatibus retinendo. O agapa piæ Matris pietas, quæ adeo pauperes & egenos attrahit, ut relictis divitum oſtiis, ad ſuæ cellulæ oſtium, in qua parum, imo nihil quaſi tenebat, turmatim congregabantur? Et quia vicinæ Dominæ compatiebantur eidem, ipſa tamen invita, quæ in viſceribus caritatis pauperes diligebat, pauperes a cella ejus mitebantur

certis cibis in quadrageſima abſtinet

omnia ſibi data aggregat in pauperes.

expel-

A expellere, ut haberet occaſionem aliquid retinendi pro ſe.

operatur:

14 Necdum recluſa penitus, ad locum Fratrum Minorum de mane ſolito more devote pergens, uſq; ad tertiam, quando non jejunabat populus, in oratione manebat. Et ad cellam redieos, cum ſilentio, oſtio clauſo, parum vacabat operi, & multum orationi. Initium ſapientiæ, Chriſti timor, ſic ejus occupaverat mentem, ut nullius vellet faciem intuerl: nec audire, nec loqui de ſeculari

de ſecularibus intento,

um moribus. Nam ſi præcedenti die quicquam dixerat vel audierat cum aliquo ſeculari, ad ſecularia negotia pertinens, aſſuetas Chriſti dulcedines nullatenus præſumebat in orando nocturnis horis repetere. Sed cum interna mæſtitia lacrymando noctem ducebat inſomnem. Quo

ſe dolo cruciſigat

B dolore ardens, pugnis tundebat pectora, & vociferans veluti parturiens, internum mœrorem cordis *b* demiendo in vieo excitando plorantibus demonſtrabat.

meditando Paſſionem recreatur,

15 Et quia non moritur amaritudo niſi in dulcedine, nec frigus exſtinguitur niſi in calore, adeo tantis afflicta doloribus, ad Crucis meditationem & Redemptoris ludibria animam revocando, indicibilibus fletibus inſiſtebat, quod in Chriſti ſupplicio tam amaro, omnis amaritudo mentis dulcorabatur. Hæc autem, dilectiſſimi Fratres,

B meditatio paſſionis tam auxie renovabatur in ipſa, quod nunc lacerabat tunicam in dorſo ac facie, nunc percutiebat alapis genas, nunc fabricabat ſuper ſuum dorſum cum nodoſa chordula, illius amore, ſuper cujus dorſum fabricaverant peccatores. In tam dolorioſis amariſque fletibus & ſuſpiriis, nunc de ſuis defectibus, nunc de Jeſu Chriſti paſſione concepris, poſita; ſciens quod veræ dilectionis evidentiſſimum ſignum eſt, operum exhibitio, recta ad exterminationem priſtinæ vitæ vanique honoris ſeculi, pro elecmoſyna cœpit ire per terram, nullius domum ingrediens, nulliuſque faciem hominis intuendo. Hæc eſt in illa Margarita veriſſima, cui ſi aliqua Domina integrum panem dare volebat, recuſabat eumdem, timens ne daretur eidem pro reverentia ſpeciali. Verumtamen tanta poſtea ſibi ad pauperes inerat pietas, quod integros recipere nullatenus recuſabat. Hæc eſt illa Margarita, cariſſimi, quæ capſam donans & vaſa pauperibus tribuens, panem pro ſuo victu in olla fracta & lapide tecta, paupertatis amore, recondidit.

16 Hæc eſt illa, quæ Evangelicum verbum perfecte implevit, quando præ amore dilectiſſimi ſponſi Jeſu, unicum filium expulit, & illi pauperes peregrinos & notos pro Chriſto præponens, rebus ſibi depuratis ad uſum ſe

C diligenter ſæpe privavit. Ad hanc igitur verebantur ſeculares accedere, tum quia raro loquebatur in cella, tum quia æternum adeo filio ulterioo præponebat amorem, ut nihil ei coquere vellet, ne tempus impediretur orandi, tum quia rato ſecum loquebatur eidem. Dicebat namque: Fili mi, cum ad cellam redieris, ſicut cibum crudum iuveneris, ita ſume, tenendo ſilentium; quia tempus diviois laudibus impendendum, in te nulla ratione diſtribuam.

illos parat pauperibus

17 Et quamvis circa ſuum ſe filium ſic haberet, nihilominus earnes, piſces & diverſa pro pauperibus Chriſti parabat cibaria, in quorum occupata miniſteriis, tempus non ſe dicebat amittere, cum ſpiritus ſuggereret hęc exercere, non caro. Cum vero Margarita non haberet cibaria, quæ pauperibus poſſet expendere, acquirebat eis interulas, cultellos, cingula, urceolos, ſcyphos, & ligna pro foco, tunicas, *c* ſiſcones, & opertoria lecti. Et ſi non habebat quod poſſet tribuere, ſuæ tunicæ manicas diſſuebat, & velum deponens de capite, nunc Pater noſter, & cingulum, & ligna tecti decorricans, etiam urceolum aquæ benedictæ, finon poterat aliud exhibere, præbebat; tantum de filio ſuo curans, ſicut eſſet maternæ miſerationis oblita. Quod experientia certa didicimus, cum io Sanctorum *d* . . . . pauperes invitaret ad epulas, nec ſibi, nec filio aliquid reſervabat.

c alieq; illis prouerat.

etiã rebus neceſſariis ſi pereant.

d

18 Poſt hæc facta manu Domini ſuper eam, non contenta jejuniis priſtinis, cœpit interdum olus abſque ſagiminis & olei appoſitione comedere: & paullo poſt omnibus rebus coctis, præter panem, dimiſſis, continuando jejunium, panem in lacrymis comedens, pro variis ferculis nihil addebat, niſi 𝔯 Avellanas paucas vel amygdala. Et ne credas quod tam arcta jejuniorum aſperitas paucorum fuerit dierum vel menſium: hanc pluribus annis continuavit, orationibus vacans, jejunaque uſque poſt horam nonam vel etiam veſpertinam manebat.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

D olea abſtinet,

e poſtea coctis edulibus

19 Hæc ita proximorum vitia cum Chriſti Paſſione deflevit, quod non ſolum frequenter præ dolore radices oculorum videbantur de ſuis orbibus erui, verum etiam aliquando lacrymæ in ſanguinem verſæ ſunt, cum rami novis in ſudore ac pallore ab aſtantibus viſis anguſtiis, quod de ipſius ſeparatione animæ veriſimiliter autumabant. Et ſic de hominis ſalute ſperarat, qui ſemel ſuos, juxta mandatum ſanctæ Matris Eccleſiæ, confiteatur in anno defectus, vel ſaltem in morte; qua fronte, qua temeritate de illa quis dubirat, quæ unquam de ſuorum accuſatione defectuum, imo virtutum, quas vitia eſſe timebat, potuit ſatiari. Et, ut vere ſuperno regno apta inveniretur, ſuo mandavit filio, ut unquam vel minimum conſanguineum ſui patris coram ipſa præſumeret

E nominare: quia nec memor eorum eſſe poterat aut volebat, quæ ſuum perfecte poſuerat cor in Chriſto. Quoties audirer vel diceret aliquid quantumcumque utile, quod fructuoſum proximo & Deo perfecte gratum non videretur, eidem tanto timore conſternabatur, ut corporeis viribus deſtituta loquelam perderet, & corporeo privarerur calore. Dicebat namque, quod zelotypus ille ſponſus æternus tam curioſe animas ſpecularur, quas condidit, ut actiones noſtras, quas credimus eſſe virtutes, vitia deputer, & unde pia merces ſperatur operum, inde puniat aliquando in æternum.

ſanguineas lacrymas fundit,

deſcripcio memoriam averſantis

ne Deus audito aut verbo offendat,

20 Hæc eſt illa Margarita, quæ ſic intenta fuit lectioni divinæ, quæ mentes erudit & illuſtrat, ut ſi quando prædicarerur in loco Fratrum ſui Patris B Franciſci diebus Dominicis & feſtivis, nulla ratione jejunium frangeret, ut in ſua ſervaretur tenuitate ingenium, & ſervore ſuo facilius anima frueretur, etiam ſi prædicandum eſſet poſt nonam. Si quis inter vos æmulatur chariſmara meliora, hæc avide diſcat, quod Chriſti famola Margarita nulli tantum invidebat, quantum languentibus & mendicis, nudis, fameliciis, & afflictis. Omnes, inquit mihi, Confeſſori ſuo, vallatos & oneratos anguſtiis, a ſuis, F ſi poſſem, pœnis eximerem, & me ſolam vellem induere calamitates eorumdem.

dies ieiunat, ut melius ora-tionibus ſpeculi,

invidet aſſiſtis,

21 Quadam itaque die Margarita in cella viliſſima trahens moram, orans, ſuſpirans, jejunans, & confitens, exulem ſe clamavit in fletibus, admirans de patientia Salvatoris, qui eam tam pie, tamdiu ſuis priſcu tempore toleraverat in offenſis. Cum igitur die ſequenti poſt feſtum S. Thomæ Apoſtoli ſupplicationi ferventer eſſet intenta, Chriſtum loquentem ſibi dignativa dignatione audivit inrellectualiter hæc dicentem: Paupercula Margarita, per Cortonam pro eleemoſynis ulterius non diſcurras, ſed abſque obliquatione itineris ad electorum meorum Fratrum locum pergas ad audiendas Miſſas, prædicationeſque eorum, quia ipſis re commendavi, & eis ſingulariter curam tuæ ſalutis commiſi. Nec hæſires de tuorum plenaria remiſſione peccaminum, quam obtinebis, quia jam te feci calorem frigidorum inflammativum, ut me diligant & ferventi ſpiritu me ſequantur. Jam te in exemplum præbui peccatorum, ut in te certiſſime videant, quod ſi ſe ad gratiam præparare voluerit, ſum paratus eis miſericordiam elargiri, ſicut miſericors fui recum. Committo igitur te, ſicut theſaurum meum, pauperecula mea, Fratrum meorum montis & cuſtodiæ, quibus injungo, ut te ſemper mei amore prutegaur arque

dolet de præteritis peccatis.

Chriſtus ſe certat manifeſtare,

ſpondet ei bonum patrocinium,

commendat eum FF. Minoribus.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

A

f

iuſtruaot, in quocumque loco moram contraaeris. Pro ſtudioſa namque ſollicitudine, quam dicti Fratres circa tuam ſalutem gerent, totus adhuc Ordo ipſorum honorabilis *f* mundo erit. Ad quod verbum pro ſacra religione prolatum a Chriſto, Margarita effecta jucundior, tamquam filia de ſuis ſollicita Patribus, Deo Patri Patrum ordinem commendavit: cujus recommendationem ſollicitudine pateroa ſuſcipiens, Margaritæ reſpondens, ait: In tuis deſideriis tecum ſum, & Fratres, quos mihi recommendaſti, ſunt illi electi, quos intima diligo caritate.

pro illo ordine commendat,

22 Cupiens Domini famula præcipuo ſigno dilectionis, tamquam adoptata veraciter filia, Deo Patri inſeparabiliter copulari, cœpit ardenter humilibus & lacrymoſis precibus ab ipſo perquirere, quando appellaretur Filia, ſicut ab eo paupercula vocabatur. Cui amator hominum, cujus amor numquam extinguitur, ſtatim ad ioſtar judicis deterreotis, & magiſtri diſcipulum corrigentis, ait: Non adhuc vocaberis Filia, quia filia peccati es: quia vero a tuis vitiis integraliter per generalem confeſſionem iterum purgata fueris, te inter filias numerabo. Quod quidem verbum tanti terroris extitit, ut fletibus irrigata, ſuppliciter Dominum eaoraret, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui es lux vera, tenebras pellens, oſtende mihi, qui cerois omoia, & quem nullum latet latibulum, cuncta vitia mea, quæ lateot in corde meo, ut laver io confeſſione plenilſima, &, te miſeraote, meream Filia nominari & fieri. Vix felix Margarita verba compleverat, & virtus æterna, qoæ intus docebat, ſic offenſas præteritas, nondum confeſſione dclatas, reduxit ad mentem, quod uſque ad minimum cogitatum omnes ſuos defectus agnovit. Revelabat enim pius Pater nunc animæ pudentia ſua, ne cogatur io die noviſſimo juſtus Judex cunctis oſtendere gentibus & regnis ignominiam ejus.

optat ipſa a Deo filia appellari:

B

amula peccata deteriora coegerit,

23 Hac autem generali confeſſione, cum tam luminoſa cunctorum offenſione defectuum, diebus octo in manibus meis cum lacrymis ordinate, ſecundum priſtinæ vitæ curſum cootinuata, ut ſieret vas puriſſimum in ſanctificatione & honore, devote acceſſit ſine velo, & cum chorda circa collum ad Dominici corporis ſacramentum: paneque ſumpto noviſſimo, qui dat vitam mundo, audivit Jeſum Chriſtum dulci modo Filiam proclamantem: cujus voa adeo fuit dulcis, quod in illa Margarita defecit, & mori propter latitudinem gaudii dubitavit. Inflata vero dulcedine ſæpe die illa io extaticum elevata eaceſſum, coram Fratre Ranaldo Cuſtode, Fratte Ubaldo Guardiano Martio, Domina Gilia, me Confeſſore, ſeoſum perdidit atque motum. Cum autem ad exteriorem ſeoſum redibat, in quantum loqui poterat, dicere conabatur (vix eoim exprimere poterat, quod dicebat in Deum abſorpta) & pæ admiratione dicebat: O inſoita ſumma dulcedo Dei! O dies mihi a te Chriſte promiſſa! O verbum omni ſuavitate aepletum, cum me Filiam nominaſti! Hiſque dictis, coram omnibus, non ficte (ut quidam dixerunt æmuli) rapiebatur in Deum, ſicut eaperientia multiformi Fratres experti ſunt per manus adſtantium Dominarum, in agitando corpus & dilapidando: & cum redibat ad uſum ſeoſuum, admirando dicebat animæ, quomodo in illo verbo a Rege Chriſto prolato a ſuo corpore non migraret. Et iterum ad ſe rediens, cum immenſa redundantia dulciter affluentium lacrymarum hæc dicebat: O verbum diu deſideratum, ferventi animo poſtulatum, verbum omni ſecuritate munitum atque recurdatione jucundum! Filia mea, inquit, Deus meus; Filia mea, dixit Chriſtus meus.

& diabolo confitetur,

sbordo collo alligata ostenditur,

a Chriſto filia appellata,

C

multos tempus patitur,

ab aliis probatus,

summa[?]ſortis perſundituro

24 Poſtbæc acceſſit Angelus Margaritæ cuſtodiæ deputatus, & dixit ei multa verba bona, & promiſſa retulit copioſa, invitans eam ad cuncta creantis & gubernantis amorem, dicens: Ego non ſum tuus Dominus: ſed ſummi Regis nuntius ſum. Et quia videbatur ſemiplena

viſitatur ab Angelo cuſtode,

jocunditas in loquutione Angelica, reſpectu præteritæ, dixit ei: Mirum ergo non eſt, quia ita me non inebriavit jocunditate præſentia, ſicut Patea omnium, quem ſolum deſiderat anima mea. Chriſtus cum locutus eſt mihi, dicens, O filia. Dicat ergo Angelus ſalutis adminiſtrator ſollicitus, dicat: Ego tui Creatoris nuntius ſum, qui venio in mente tua æterno Domino noſtru præparare hoſpitium. Et inchoans a fundamento humilitatis, omues defectus ab aoima eapulit: & virtutes in ea per ordinem diſponendo, imperceptibiliter eam virtutibus adornavit.

D

qui animam ejus præparat Deo,

25 Inter eetera, quæ in memoria de Salvatore noſtro retinuit, mirabile illud fuit commercium, quod Deus nobiſcum dignatus eſt facere aſſumptionem humanæ naturæ, inclinationem majeſtatis infinitæ conſideráns, & dignitatem Matris Domini noſtri, quæ puritate & humilitate ſua inclinavit eumdem: ex cujus devotione, vitæ panem in die tantæ oativitatis deſiderabat & ſperabat recipere: ſed nequaquam ptæ reverentia audebat accedere, niſi eam prius paſtor ovium liberaliter invitaret. Sed quia tam ineffabile Sacramentum non abſque digna diſpoſitione ac devota præparatione ſumendum eſt, ut humiliter ad tam ſublimem Regem ſuſcipiendum acce-deret, & ad cibum ſupernorum ſpirituum deguſtandum avidior fieret, locutus eſt Chriſtus Margaritæ, dicens: Jucunditatem iſtam, quam de me quæris, in die Joannis Evangeliſtæ dilecti mei tibi reſervo. Nam illa die guſtabis, ad altare loci Patris tui, dulcedinem inexpertam. Nolo autem ut in die meæ nativitatis communices, quia mecum jubilabuot Angelorum exercitus io excelſis. Volo quod ſtendo ſaties inter animalia in diverſotio vagientem: & ut devotius præpareris, ego do tibi Rex omnium iſtam legem, ut io die Protomartyris mei Stephani, ad aptandum mihi tuo æterno Creatori mentis hoſpitium, cum ſecularibus non loquaris. Illa etiam die qua me in anima tua recipiens, eamdem normam inviolabiter obſervabis: ut ego, quem unice cum tanta flamma deſiderii poſtulas, unar tibi gratia ſpeciali.

mirabile ſacramentum & dignitatem D. N.

jubetur ante ſe communionem ſine ullo die,

E

non ſileat,

& ipſa die communionis,

26 Via mandatum in oratorio Fratrum Minorum oranti expleverat, & g eccleſiam magiſter ſui nati oratorium ingreſſus, nova de filio retulit, & ſui laboris pretium poſtulavit. Audi ergo quod ſequitur. Sic erat Chriſti famula Margarita a mundi curis, impedimentum menti ſemoræ præſtantibus, ſic erat eauta materoas affectibus, ac ſi non ſtetiſſet cum ſeculo, quod horrebat, vel ſi oumquam filium peperiſſet. Quod fatis evidenter oſtenditur, cum publice ſibi ab hoſte iuſidiante narratum eſt, quod filius ejus ab ea in extrema paupertate relictus, cui materna ſubtraxerat manus, ſe in quemdam puteom Aretinum præ nimietate triſtitiæ ſuffocarat. Quod videbatur ſimilitudinarium ſigoum, tum quia in ſcholis oec Aretii reperiebatur ab aliquo, tum quia Cortonam non fuerat ad paſchandum cum matre reverſus. Ioterim magiſtro declamatorie, quia non reſponderet, tamquam de ſuperba & ingratiſſima, indignata facie coram Fratribus murmuranti; dilecta Dei margarita io amatum Deum converſa, ſoli Chriſto interno conſtanter magiſtro obediens, nequaquam vel minimum verbum reſpondit, cum ſuper hoc a Fratribus noſtris inſtantiſſime rogaretur. Rogavi enim eam de hoc ego indignus Confeſſor ejus: & ſaoctæ memoriæ Frater Beoignus. Sed ideo Margarita ounc Deo conjuncta in cœlis, tunc oobis non obedivit io terris, quia Chriſto ſibi dicenti in anima, Nunc videbo ſi tui magiſtrum nati reſpexeris, ſi ei reſponderis, vel aliquam creaturam mihi proponere atteotabis, reſpondit, quod mandatum ejus nullateous præteriret. Et ideo magiſtro adſtanti clam exprobraoti & comminanti, nec Fratribus, ut loqueretur rogantibus, obedivit. Cumque Domino diceret, Num loquar ei, Domine mi; & dictus magiſter turbatus abiſſet, audivit gratum Jeſum, a quo eſt virtus omnis &

damnum ſibi mortis anxietate, ſi moriatur, allegatum,

F

filii magiſtro, die commendatis, ille reſpondet

quod Chriſto grotum,

gra-

A gratia, dicentem ſibi : Vide filia Margarita, quanta te fortitudine indui : quantamq; conſtantiam tibi præbui, quam dulce fuit animæ tuæ coram illis, qui tibi moleſti erant, ſilere, nihilque interrogantibus reſpondere.

aperit cella locuti,

27 Nocte quadam in octava Epiphaniæ, dum ſola in cella oraret, conſidecans quod orationi vocantibus ſolitudo neceſſaria eſt, petiit ſibi concedi a Domino, ne ulterius de cella exiret, tum quia devotæ Dominæ circumdabant illam in oratorio beati Patris ſui Franciſci, & ſæpe ſuis verbis impediebant orantem; tum quia cella a ſtrepitu mundano tum erat ſemota; tum quia corpus gravabatur nimis diſcurrere, debilitatum languoribus ex pœnitentiæ auſteritate contractis, tum quia conſolationes divinas in publico recipere recuſabat. Æterna vero

negat id illi ſuus Deus,

providentia, quæ congruis coaptat cuncta temporibus, nun votis conde ſcendens, ſed fructu; tale Margaritæ reſponſum dedit: Cur petis, o Margarita, meas inceſſanter guſtare dulcedines, & amaritudines diſponentes ad ipſas prægustare non vis? Cur poſtulas, ut te in cella recludam? Vade, vade ad locum Fratrum Minorum, ibi ſolitam contrahere moram. Vade, inquit, ad locum B. Franciſci Patris tui, ut ibi audias Miſſas : & ibi me reverenter adora, & vide me manibus Sacerdotum. Vade, & non te recludas, quouſque te abſcondere volam.

B 28 Mane facto, vix potuit pro debilitate ad Fratrum

& in tepla mira lætitia cum recipit,

locum accedere, in quo dum fuit, tanta ſubito eſt repleta ſuavitatis divinæ dulcedine, quod uſque ad ſolis occaſum illa pace fruens orationem protraxit : item & de ſero cum nova lætitia remeavit ad cellam. In oratorio namque Fratrum magiſter internus, hanc normam vivendi dederat, dicens : Nolo, Filia, ut loquaris cum ſecularibus hujus temporis adhuc : ſed ſi occaſione tuarum infirmitatum indiges aliorum ſuffragiis, obſequia cum ſilentio ſuſcipe : & mulieri tibi miniſtranti neceſſitates tuas ſub ſilentio brevibus verbis pande. Nam ſi hunc modum devote ſervaveris, tibi, non ſolum pro te, verum etiam pro meis fidelibus, magna & utiliſſima revelabo. Et cave ne timeas unquam creaturam aliquam pluſ

unt in ſibi ſequeſtrum ſuſtra otio figere,

quam me, nec oculum dirigas ſive figas in vultus tecum loquentium perſonarum. Quanto enim pluſ fueris a talium colloquiis ſeparata, tanto tibi ero propinquior : & tanto tibi & menti tuæ ero domeſticus & humanus, quanto cum ſecolo inveniam te ſilveſtrem. De Fratribus vero Minoribus, qui mittentur ad te, non intelligas hoc tibi mandari, quia ipſi ſunt tuæ ſalutis occaſio. Recordare, quoties tibi damnoſa extitit familiaris allocutio ſecularium perſonarum : quot & quales pœnas traxeris : & ſuſtinebis adhuc, niſi plenius ſolito te correxeris. Quanto ergo racius cum eis locuta fueris, tanto ſæpius tecum

C *& demon oſtendit te ſtem locutionem,*

loquar, & dona tibi dabo maxima. Quæ quidem dona mihi narrare noluit : tum quia nimis videbantur excedere cogitatum, tum ratione vilitatis ſuæ, quam conſolationibus præponebat, & fiebat incredula de promiſſis.

a diabolo tentatur variis ſi guris,

29 Cernens autem hoſtis antiquus, animarum deceptionibus ſemper ſollicitus, Margaritam plus ſolito virtutibus decorari, ſæpiſſime cellam ejus intrare cepit, & in diverſarum effigies rerum ſe transfigurans, nunc ſe ſpecie mulieris, nunc hominis, nunc ſerpentum, nunc quadrupedum animalium ipſius aſpectui præſentabat : & non contentus tam deformi repræſentatione quam horrida ſe ingerere ac præſentare, minas inferebat horribiles:

& frequentibus,

nam modo dicebat, eam eſſe deceptam, nunc aſſerebat ſe illam violenter extracturum de cella : nunc promittebat æterna ſupplicia : nunc improperabat eidem peiſtinæ ſtatum vitæ : nunc dicebat, quod non perſeveraret in Chriſtu, nec in virtute finaliter : nunc alliciebat eamdem ad delicata ſumenda ſub pallio diſcretionis cibaria.

a Chriſto animatur,

30 Sed ille, cujus oculi ſuper juſtos, & aures ad preces eorum, trementi ac oranti aſſiſtens, ait : Ne timeas, filia Margarita, nec dubites, quia ſemper tecum ero in tribulationibus & tentationibus tuis. Et quia guſtato Spiritu cuncta deſipiunt, omnia quæ tibi ſum donaturus, præambulo ſermone, antequam donem, oſtendam. Sed ſi appetis meæ conſolationis, quæ omne *b* excedit, præſentiam, loquelam tuam cunctis (Fratribus Minoribus dumtaxat exceptis) ſubtrahe diligenter. Ipſi enim Fratres mores tuos varia virtutum venuſtate decorant. Ipſi te inſtruunt mihi ſponſo tuo inſeparabiliter adhærere. Ipſi de me, ſumma & æterna Deitate, ſalutaria & alta documenta proponunt. Et ſicut ego Creator omnium cuncta in eſſe produxi, & producta conſervo; ita volo & jubeo, quod amore mei omnes creaturas cum reverentia diligas, nullam in animo judicans vel contemnens, & nullum tædium aut diſplicentiam animi contra aliquem de cetero ſerves : Regis æterni ſibi facti mandati non immemoc, quanto acdentius creſcebat in amore Dei, tanto ſollicitius compatiebatur afflictis, & gaudebat de bonis alterius. Quod patet in rebus ad ſuæ neceſſitatis uſum conceſſis, quas ſuæ ſubtrahendo neceſſitati, pauperibus tranſmittebat.

jubetur; aditi facile inqui, niſi fole PP. ſpiritualibus,

omnis tamen præmiſſos omnes,

31 Hæc affatu divino directa, ad altiſſimumque contemplationis verticem invitata, illum, qui candor eſt lucis æternæ, audivit dicentem ſibi : Filia mea tamdiu te in hac cella commorari permiſi, quouſque meæ complacuit voluntati. Quare oolo, quod hinc ulterius maneas, nec in cella, quæ ſub loco veteri facta eſt : ſed ad cellam perge, quæ eſt ſub vertice arcis. Sed quia huic mutationi Fratres aſſentire nolebant, tum quia locus nimis erat a Fratrum conventu remotus, tum quia timebant (quod accidit) ne alibi ſepeliri contingat. Sed de ſepultura tua bene teſtamentum conditum eſt, quia ibi bene concluditur, quod ſine impedimento tranſferenda es ad ipſum locum inde, ubicumque & in quocumque luco te

E *jubetur deinde ad aliam cellam migrare.*

poſt mortem tranſferenda ad eadem PP. Minor.

mori contigerit. Neque volo, Filia, quod Fratres dubitent : quia eos minime dubitare oportet, cum ſub eorum cura ſeuraque cuſtodia te omni tempore commiſerim, & committo, ac dono ſanctæ religioni tui Patris B. Franciſci in vita pariter & poſt obitum.

32 Ait iterum Margaritæ Dominus : Fratribus autem illis, qui te viſitaverint amore mei, dic, quod illius ad te inclinentur amore, qui de cœlo deſcendit, non ad honores & gaudia, ſed ad murmurationes & varias pœnas. Ego namque lætitia Angelorum deſcendi ad mundi triſtitias : & nihil præter amaras tribulationes ſetvavi. Ego enim tuus Jeſus ſuper communibus

qui mentiſ quo intentione cum viſitentur,

donis novam gratiam tibi dedi : & tibi dico, quod quantum eſt ex parte tua, fugias creaturas, & ſolitudinem quære : ſed quod ago in te pro filiis meis, ſinas me agere, quia ego duco te. In hora Communionis

F

dixit ei Jeſus : Filia, Fratres dicunt, quod multum laboraveruot in te, & verum eſt. Sed ego cariori pretio te redemi, & in majoribus laboribus pro te ſteti. Et quamvis illos fecerim tuos magiſtros exteriores, ego tamen tui magiſter interior ſum, & fui. Ego dux tui itineris

& ne huic migrationi obſisterent,

factus, miſericorditer dignatus ſum educere te de abyſſo profundiſſima hujus mundi, & tuarum miſeriarum. Meum namque fuit tuæ converſionis initium, meaque omnis tuæ converſationis regula : & ero medium & finis ſalutis tuæ. Ego te duxi ad cellam iſtam, in qua minus offendut, & magis a te mihi ſervitur. Ideo dicas Fratri Junctæ, quod non impediat moram tuam in ea, eum opus meum fuerit quod veniſti. Et quia Fratribus te commiſi, & eis obediſti, eum te reduxerunt ad cellam primam; ideo gratiam meam noo minui, nec ſubtraxi.

33 Alia die, quia Chriſti famula Margarita mote ſolito dulcedine divina frui non poterat, fremere, flere & dolere amare cœperat, & Dominum curiaſſimum poſtulare. Ille vero qui dixit, Pulſate, & aperietur vobis, trementi reſpondit, dicens : Tu in terra me petis per memoriam terrenorum, & in terra me repe-

Matth. 7. 7.

AUCT. F. JUNCTA, EX MS. D

AUCT. F. J UNCTA, EX MSS.

ris. Si autem in cœlo me poſtulares, ſola cœleſtia meditando, cœleſtes, quæ cum lacrymis quæris, dulcedines invenires. Seiparasse itaque a mundo ſundituus, qui ſpiritualiter vivese non finit. Ad quod vesbum Margarita reſpondit: Ego ſeparata, Domine mi, a mundo tibi non ſervio. Cui Salvator ait: Licet, Filia, cestes cum tentationibus ſ . . . illis, tutios via tentationum eſt, quam cum ſecularibus converſari. Nam in tentationibus purgaris certamine: ſed in imaginationibus serum inferiorum, maum tabernaculum, quod feci de coſde tuo, in multis occupationibus impeditus.

34 Poſt hæc Leviathan videns famulam jocundatam, invidia motus peſtifera, in eam repente erruit, & cum impetu dixit eidem, quod tota ejus vita nihil erat aliud quam deceptio, & quod illæ non erant ſuavitates internæ ab ipſo Jeſu, qui omnis eſt ſuavitatis principium. Ad cujus ſuggeſtionem tam validam reprillendam, dom Margasita Dominum exoraret, ut ejus hoſtis in Angelum lucis ſe transformare non poſſet, qui diati, quod illæ conſolationes erant ab eo, ſtatim Chriſtus amator veridicus Margasitam conſortans, ait: Nonne, Filia, noſti, quod animarum ille deceptos nequit illa tibi tribuere bona, quæ dono? nec poteſt animam ingredi, niſi ego Creator tuus. Quomodo tam dulcia gaudia menti tuæ, quibus in æternum privatus eſt, tibi largiri poſſet! Et tamen, cum in ſe non habeas, quod tu ſentis, nititur auferre omne gaudium, quando poteſt. Verumtamen noli timere eum, quia de tua ſalute avidus, non permittam te ab hoſte decipi tam crudeli.

35 Volens juſtitiæ Solmentis oculos Margaritæ clarius illuſtrare, quadam die, quaſi hora nona, poſt Dominici corporis ſacramentum, devote ſuſceptum, ſupernis irradiata ſplendoribus, audivit Chriſtum dicentem ſibi: Filia, quia tu devote laudes Sanctis omnibus perſolviſti amore mei, concedam eis, ut tibi vicißitudinaliter impetrent virtutes & dona, quibus ab invicem diſtinguuntur: communicabuns, inquam, de ſtatu ſuo Seraphin ardorem, & ceteri Angeli ſtatum ſuum, & Prophetæ ſpiritum prophetizandi. Et quia poſt meæ Divinitatis eſſentiam, & aſſumptæ humanitatis reverentiam, & Matris virginitatis gratiam, immediate B. Franciſcum Patrem tuum laudare non ceſſas, ne timeas: ſed ordinem priſtinum in tuis laudibus tene, ipſum Patrem tuum poſt Matrem meam in tuis laudibus Sanctis aliis præponendo. Nam mihi de hoc plurimum placuiſti. Ipſe namque ſuis precibus tuam ſollicite petit ſalutem. Et tu poſt Matrem meam virginem laudes ei referre non ceſſes. Nunc ſervis mihi per obedientiam mandatorum cum timore pariter & amore: ſed tempus appropinquat, in quo mihi de tua vita obedies, ſecundum ſupernæ vocis oraculum & ſplendorem. Tunc etiam tuus Angelus te docebit perſonas, cum quibus loqui non debeas: & quas honorare debeas, & docere. Numquam enim tantum de me tuo ſponſo ſoliti zelotypa, ſicut ego de tua ſalute ſum.

36 Ne quiſquam de ſe præſumat, Verbum Dei, quod caro de Virgine factum eſt, ait: Quia volo, quod anima tua ſine dubitatione de his quæ dico remanear; non vereasis dicere cauſſam Fratri Joanni & Fratri Junctæ, quare te incluſi, ut & ipſi non dubitent vel urgigant te includere. Et cum in cella incluſa fuerit, non loqueris niſi Confeſſori tuo & Fratribus meis minoribus, quibus a pſincipio te commiſi: a quosum familiari conſilio numquam volo quod te cacludas. Et ſi umquam tempus advenerit, in quo tentetis de non loquendo & obediendo eiſdem, non ſequetis illam venenoſam ſuggeſtionem, quia erit tentatio tui hoſtis. Do tamen tibi pro illo tempore loquendi licentiam in tuis tibi languoribus ſervienti, tam aliorum religioſorum quam ſeculasium vitato colloquio. Cuncta ſimilites, quæ tibi ſingulari familiaritate monſtrabo, Fratribus minoribus prædictis apesire non differas, & ipſi per te relata non pandaui, quouſq; vi-

derint adimpleta quę dicis. Tum corpus infirmitate gravatum, languosis ardure non conſumitus: quia ignis meus ſuavis & dulcis conſumit culpam, & diſponis ad gratiam. Sed ignis tribulationis mundi hujus eſt amarus, infectivus & afflictivus. Ego autem, filia Margarita, quę vere coram me effecta es margarita, ſum ille suus Jeſus, qui de Maria Virginem earnem ſumpſi, & poſt inſidias & afflictioner varias, pro ſalute humani generis in Cruce pependi.

37 Quadam nucte dum in cella Margarita oraret, ecce Angelus Domini ſuæ cuſtodiæ deputatus, diais: Scias, Dilecta Domini noſtri, quod nondum videre valeis in fundo fontis muodiſſima Regis. Sed confide & conſortare, quia tuus ſponſus ſine macula Jeſus Chriſtus, abdita producendu in lucem, clarius & manifeſtiur locuturus eſt tecum. Hæc eſt illa, quæ ad tantum illo tempore innocentiam venerat, ut nulla ratione crederet, quod aliqui homines in ſeculo commorantes, pro aliqua re terrena Deum vellent offendere, corde, & ore vel opere. Nam dicebat: Eſt ne aliqua creatura, Pater, quæ altiſſimo Creatori tam dulci intentaset miſerse injuriam? Hæc eſt illa, quani nun extollebar de operibus virtuoſis elatio, quia de ſuis virtutibus nec mesitis præſumebar. Hæc eſt illa Margarita, quæ ſic Chriſtum puriſſimum alleaerat, ut amator ſui decoris effectus invitaret eamdem ad ſui corporis communionem devotam, dicens: Filia, recipe me. Sed majeſtatis Divinæ contemplanę celſitudinem, ſuamque conſiderans parvitatem, tantus eum terror invaſit, quod timore cogente, Chriſto invitanti reſpondens ait: Tanta eſt tuæ majeſtatis & puritatis immenſitas, & meurum defectuum magnitudo, quod punienda coram toto mundo eſſet præſumptio, ſi te apparente, ubi ſol oritur, oculos elevarem ſolum ad te videndum de ultima pisie mundi. Et ſic cunceetatio magna fiebat in anima Margaritæ: quia ſuavitatis divinæ ipſam ea una parte mito modo dulcedo cum aviditate alleaerat, & ea altera retrahebat ſuæ conſideratio parvitatis & vilitatis, qua ſe viliorem cunctis in mundo vivemibns aſſerebat.

38 Huic tam excellenti virtuti ſe hoſtis opponens, de ſede ſua elatione depoſitus, tentase Margaritam humillimam de vana gloria cœpit. Sed ipſa contra ipſius inſidias ſubito ad arma ſuæ defenſionis ſurreait. Tentator namque dicebat, quod vasis erat a Chriſto caornata virtutibus, & quod in cunſpectum omnium ſtatuum Deus eam fecesat honorabilem & famoſam, poneis in argumentum ſuæ malitiæ multitudinem viſitantium & eam cum devotione requiſcentium perſonasum. Et Margasita, quæ ſolius æterni Dei quæsebat gloriam, nocturni ſilentii tempus expectans, cœpit vicinir quieſcentibus de ſolario ſibi prætitæ domus cum fletu clamare, dicens: Surgite Cortonenſes, Surgite, Surgite, dico Surgite, & ſine morę diſpendio cum lampadibur de veſtra me expellite segione. Nam ego ſum illa peccatrix, quæ hæc & hæc contra Deum & proximum egi: & recitata per ordinem, cum inundantia lacrymarum, eacitando vicinos undique, vita ſua, præ admiratione, compaſſione & ædificatione pleniſſima; omnes in ſuis compungebantus cubiculis, gratias Domino cum lacrymis referentes: & tunc fugit devictus hoſtis ſuperbus ab humili Margarita.

39 Alium evidentiſſimum ſignum perfectionis, ipſius expsimere cogor, & propalare debco, in deteſtationem ſuperbiæ mundanorum. Ordinaveset Chriſti famula Margarita in ommibus ſempes contrariis curare contraria. Quapsopter ad Montem Politianum arripere ſuum iter decrevesat: & pes illam terram, in qua vasis fuerat osuata veſtibur, per quam auru inſertis esimibus, eques & pedes, unctaſacie, ſui viri opulentiam demonſtrando inceſſerat, in ſui abjectionem honoris, tonſo capite, ſemicinctiis induta, oſtiatim volebat

A privatur conſolationibus ob converſationem cum ſecularibus,

ingressus demonis, eum decipi

a Chriſto confirmatur

B

Sanctos laudat,

qui viciſſim pracabuntur,

præfertim S. Franciſcus,

C

docendam ſe ab Angelo intelligit

jubetur imperata inclusionis conſortia dedicare Confeſſario

premi locutionem Patris ejus,

D

ſibi revelata ab Angelo eſſe,

animatur ab Angelo cuſtode,

vere locutus

tempus bonitatis,

E

ad oſculum invitatur Chriſto

quia audivit tonitruum,

tentatur de vana gloria ſuperbiæ

F

palam proclamatis ſuis peccatis.

A bat ab illis eleemoſynam petere, apud quos gloriata eſt rerum copiis abundaſſe. Ordinaverat etiam tunc mulierem quamdam ſecum ducere, quæ ipſam velatam faſcia duceret velut cæcam, & per funem in collo poſitum retineret, & voce præconia dicerer: Hæc eſt illa Margarita, quæ olim ſuis moribus in elationem erectis, ſua vana gloria & malis exemplis, multas in terra noſtra animas vulneravit. Et tunc intendebat ita per ordinem dactricem docere, quod nec minimam circumſtantiam ſuorum defectuum, quorum habuiſſet memoriam, ſiluiſſet. Sic, inquit, Pater mi Frater Junfta, ſaturata opprobriis, quibus præ omnibus creatutis ſum digna, revertar: & ſic patienti pro me Chriſto in aliqao conformabor, ſic & apud illos fatua reputabor, coram quibus in meis colloqnis & aſpectibus mutus gloriabar. Sed ego ſuus Confeſſor, filiq Patriarchæ Jacob diſcurſum commemoratus, & attendens quod mulieribus in juventutis flore conſtitutis non ſunt de facili prohaorum itinerum concedendæ licentiæ, & quod indiſcreti ſervoris impetus ſunt diſcretionis chamo ſæpe frænaodi, & quia ſui contemptus eſt aliquando majoris elationis occaſio; per obedientiam ſibi prorſus inhibui, quod bona voluntas ſibi ſufficeret in hac parte, & merito tanti propoſiti non careret, & præmium obedientiæ recipereet in futuro.

B 40 Novis utens remediis Chriſti filia Margarita, præter tantæ arctitudinis abſtinentiam, aſperitatis diſciplinas, & afflictiones corporeas, quas in ſui conſumptionem corporis aviditſime renovavit, quia decor faciei ejus noo abolebatur citiſſime, ſecundum deſiderium ſuom, inuſitatum genus exeogitavit ſupplicii, ut in ſui ſpecioſi vultus deformitatem incurreret. Sed quia veræ obedientiæ filis, ſine ſui bajuli conſcientia non attentabat agere quod optabat, timens ne ſub virtntum eoloribus lateret huſtis antiqui deceptio, dixit mihi: Pater mi, veſtra mihi concedat pietas, ut contra meum corpus, quod tantum odio, poſſim nunc agere quæ diutius concupivi. Et ut veſtra inhibitio non impediat meæ ſpiritualis voluntatis impetum, certam conſcientiam veſtram reddo, quod (quamvis libenter facerem) lcths liter me non lædam. Quia vero tam implicita quam dubia ferventis animi videbatur, propter quod licentiam retardabam, dixit mihi ad expreſſionem propoſiti, quod anam latenter novaculam acquiſierat, qna ſibi naſum cum labii parte ſuperiori abſcindere feſtinabat. Et merito, inquit, hoc vigilanter deſidero, quia vultus mei decor multorum animas vulneravit. Cum igitur de me ipſa velim peopter offenſum Deum vindictam expetere, & ſpeciem mei corporis in

C deformitatem convertere, ſupplico, ut ſacrificium præordinatum, de veſtra licentia, ſine impedimento Chriſtu largiar Regi noſtro. Ad quam ego converſus, dixi: Filia mea, hæc tibi nulla ratione concedam, tum quia ex metu decori aſpectus magis abſconderis, tum quia ex nimia ſanguinis emanatione de vulnere poſſes deficere, vel vulnus in alterius ſpeciem mali poterit tranſmutari. Quare ſi attentaveris, quod cogitaſti explere, te de cetero in confeſſione non audiam: in animæ tuæ curam una cum meis Fratribus omnino relinquam. Quo mandato recepto vix ulterıcem manum ferrumque paratum a carnis deciſione compeſcuit.

45 In die nativitatis æterni Regis de Virgine, Angelus Domini Margaritæ cuſtos locutus eſt ei diceus: Recordare, Margarita, graduum beneficiorum, quæ tibi contulit Dominus Deus noſter. Nam primo extraxit te de manibus ferociſſimi lupi, qui re dimiſit in campo. Secundo reduxit te ad ovium eaulas per contritionem amaram & confeſſionem integram. Tertio tibi nuptias fecit, in quibus tibi donavit annulum, virtutem habentem virgæ Moiſi: ſicut enim virga illa Moiſi obediebat ad nutum in miraculis, quæ fecit contra Ægyptum; ita tibi annulus gratiæ in jejuniis, orationibus, lacrymis, paritate, paupertate, patientia, humilitate & caritate obedit. Omnia namque aſpeta & difficilia, tibi levia ſunt per annulum gratiæ tibi datæ. Quarto nec de hoc Coodior noſter fuit contentus, ſed ſuum tibi convivium, in quo ſoli amici convivantur, paravit & fecit: & in eo ſinum miſericordiæ, quam Joanni ad recumbendum donaverat, animæ tuæ ad quieſcendum exhibuit. Quinto Creator noſter non ſolum conceſſit, ut intrares in eum per amoris incendium, verum & ipſe ingreſſus eſt animam tuam per gratiam. Quare te hortor, dilecta Dei, & revocata Dei, ut toto corde & tota virtute ad Creatorem tuum revertaris & Dominum, quia & ipſe tibi dixit, quod ad vulnus ſui lateris laſtanda es. Ideo para te cum omni fortitudine ad tribulationes pro ſui amore nominis tolerandas.

42 Ne crebreſcente fama honorabiliot haberetur, curam cœpit relinquere de pueris baptizandis, a quorum parentibus cum devotione tequirebatur. Agebat etiam hoc propter diſcurſum nimium, quem ſpernebat. Dum vero ſuper tali meditaretur propoſito, & tanti boni meritum perdere dubitaret, in magno perplexitatis agone poſita, vidit venientem ad ſe, matrem filii procuratoris noſtrorum Fratrum, ut filium filii baptizaret. Quæ dubitans cor invitantis offendere, preeantis ſtatim precibus annuit, & cum dicta ad *k* plebem perrexit. Baptizato denique puero, cum magno mentis pavore ad cellam re- E diens, noctem cum lacrymis duxit inſomnem. Cui mœſtorum conſolator Margaritæ benigne ſe offereus, dixit trementi filiæ, quod non cuilibet ſuggeſtioni animum flecteret, & numquam iret ad plebem ad aliquem puerum baptizandum. Et niſi te contingeret ire ad locum Fratrum, quorum te, ſicut noſti, curæ commiſi, quantum ad corpus & animam, aliter non egrediaris de cella tua. Et cum iveris ad locum prædictum, locum juxta pulpitum non dimittas. Erat enim locus ille ſic honeſtus, quod nullius adſtaotium videre poterat ſciem perſonarum. Et cum omnes viderent eam, ejus faciem non poterant intueri. Et ait iterum Dominus ad eam: Filia, tria ſigna gratiæ fuernnt tibi data in ſtatu mundi: nam primo habuiſti timorem majorem aliis perſonis, ſecundo verecundiam de omnibus peccatis tuis, tertio humilitatem propriæ reputationis.

43 Hæc lacrymoſis precibus ſuum Patrem B. Franciſcum quadam die rogavit, ut ſuis meritis ei dignaretur aequirere plenariam indulgentiam omnium delictorum. Qui ſais ſuffragantibus meritis dilectæ filiæ Pater a Domino impetrs vit, ut ei vivæ vocis oraculo pleniſſime indulgeret. Quod quidem donum Margaritæ conceſſit Altiſſimus, expreſſe loqueus in anima, dicens: Ego Jeſus Chriſtus, filius ſummi & æterni Patris pro te crucifixus, ab omnibus tuis defectibus plenarie te abſolvo. F

AUCT. F. JUNCTA, EX MS. D

hortatur ad patientiam

potest ſolebat ipſa in baptiſmo juſtipare

k

priora id omiſit

Chriſto jubente, ſolum ad eam TP. Alnorum ait, & sorte ita eo erant.

tria ſigna gratiæ per ſe explenda.

a Chriſto abſolutionem peccatorum obtinet per S. Franciſcum.

a *Sagimen uſurpatur medii ævi ſcriptores pro ærugine, vel plagnedine. Vide Feſtum de vitiis fermenti l. 3. c. 44.*
b *Videretur potius legendum.* dormientes in vicn exeistando ploratibus.
c *Idem vocabulum reperitur in Vita S. Brigidæ 1. Febr. c. 16. n. 96. pag. 132. E. & in Vita S. Darlugdachæ ibidem pag. 136. Infra c. 3. n. 47.* Nulli rei ſibi ad neceſſarium victum miſſæ parebat, non tunicæ, non mantello, non ſiſconi, non cervicali.
d *Videtur deeſſe* feſtis.
e *Ita vulgo coryli appellantur, quod circa Avellam ſive Abellam, nobem Campaniæ magna copia naſcantur, imo & circa Abellinum, unde & a Plinio Abellinæ dictæ, uti plurimis 9. Febr. nam de S. Sabino Ep. & Romuli Diac. agentibus §. 4. n. 29. pag. 335. E.*
f *Id maximo complectam, cum vi Celtinum decreti ſuus honoret.*
g *Illud verbum redundat. Videtur potius legendum, & ecce; aut quid ſimile.*
h *Videtur hic requivi* deſiderium, *vel quid ſimile.*
i *Scriptum erat* inhortis, *vel* inhonis: *forte legendum,* inhoneſtis.
k *Id eſt, templum parochiale oppidi aut pagi. Itali* pieve *vocant.*

CAPUT

A

CAPUT III.

De auſteritate victus & cultus, & paupertatis amore.

44 Divina bonitas, ennctarum magiſtra virtutum, Margaritæ precibus inſiſtenti tale documentum impoſuit, dicens: Si cupis, Filia, Magdalenæ ſequi veſtigia, & in ſuis eam conſolationibus ſociare, cuncta, quæ corpori tuo placent, deleras: & omnia tui corporis membra, quæ me cuncta cernentem ſuperbis actibus ad iracundiam provocarunt ſpiritui ſubjiciendo ſic atterere ſtudeas, ſicut atteritur palea cum excutitur a frumento. Nec ob hoc tamen tanta debilitate gravaberis ex jejuniis, febribus & paſſionibus tuis, quod tu non poſſis ad prædicationes & Miſſas Fratrum, quamdiu placuerit mihi, accedere. Ex abſtinentia namque ſtricte ſervata ſic erar viribus deſtituta corporeis, quod de crate, terra, vel aſſide, ubi ſine paleis paullulum dormiebat ile nocte, nulla crederet ratione ſurgere poſſe, ut mane veniret ad locum Fratrum, quorum ordinis planta erat, ſed roborata guſtu ſuperne dulcedinis, ita velociter mane properabat ad locum, ac ſi nullum paſſa fuiſſet in nocte languorem. O auſteritatis amatrix, quid mihi hoc tuo de auſteritate ſervanda dixiſti! Jocundatur anima mea in paſſionibus mei corporis, & exultans timore magno concutitur, ne ſumpta occaſione ſuſtentandæ naturæ cogatis me, ſub cujus obedientia ſum, coctis uti cibariis ac bibere vinum. Tantum enim in ea creverat fervor amoris, quod nullum recipiens de impaſſibilitate ſolatium, dicebat ſe timere ne corpus ſimularet ſe languidum & infirmum. Quomodo, inquit, in Dei ſervitio proponet mihi debilitatis querelam, quod ſi vanitatibus adhæſit, nec in ſervitio ſui, nec hoſtis, vel mundi fuiſſet debile vel infirmum? Quare ei tantum credam toto tempore vitæ meæ, quantum creditur proditori, latroni & hoſti peſſimo.

45 Cernentes autem piæ Dominæ Margaritam contra ſuum corpus tam rigidam quam ſeveram, enverunt ſine ſale & olen paucas ficus ſiccas, ut cum adjuratione divini nominis ſic debilem confortarent. Precibus vero ipſarum, inſtantia violenta & importunitate devicta, de illis caricis parum edens, ut ſoli Deo ſola liberius poſſet intendere, extra cellam curialibus precibus Dominas dictas licentiavit. Et quia hoc mandatum a Chriſto receperat, ut pro ſuſtentatione naturæ, quandocumque C comederet, anima Chriſtum militando internam dulcedinem degustaret. Et hoc ut Dominabus aſſiſtentibus cælaretur, nullatenus, quemadmodum ſolebat, egiſſet; cœpit illis abeuntibus inconſolabiliter flere, & negligentiam ſuam voce præconia coram Chriſto judice confiteri. Dulcis autem Jeſus ſuorum amator, cujus dulcedinem requirebat, tam inſtanter cum lacrymis requiſitus, quærentem ſe viſitare non diſcretus, viſitatam filiam in altis revelationibus & promiſſis, tanta familiaritate refecit, quod cunctorum ſtatim oblita dolorum, interno jubilo replebatur.

46 Quæſivi enim ab ea diligenter, quare facie tam ſerena jocundabatur, & unde tam inſperata lætitia ſumpſit exordium? Quæ ſui vilificationem conſideratus diuit, quod Chriſtus eam dure correxit, dicens: Filia, tu deſideraſti Magdalenæ dulcedinem, & mulierum verbis, te per abſtinentiam in inſaniam devenire dicentium, appoſuiſti leviter aurem. Numquid non recordaris verborum Marthæ, quando Lazarum quatriduanum ab inferis reſuſcitavi, cum diai: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me &c. Scias ergo quod magis te roborat & conſervat gratia mea, quam alimenta corporea, quæ tu ſumis. Tu etiam Magdalenæ ſtatum, quantum ad ſolitudinem cum deſiderio poſtulaſti, & quamvis te in D deſertum non deſtinarem, cum deſerta non ſint his apta temporibus, ita ſilveſtris maneas intra terram, ſicut ſi intra loca deſerta maneres: ibique Fratres Minores, quorum te curæ commiſi, filia, & committo, perſonam tibi aſſignent, quæ ſerviat tuis neceſſitatibus cum ſilentio, & non cures cum illa loqui, vel ipſius, cum ad te venerit, faciem intueri. A Fratribus autem, quos tibi dedi in Patres, nihil recipias ſervitii vel laboris, quod ipſorum puſſit honoribus derogare. Injungo etiam tibi, ut capitis velum e peciolis factum omni privetur albedine. Et ſi times, ne ſihorum meorum accedentium ad te ſtomachi ſordem panni abhorreant, non de hoc oportet ut dubites, quia dum propius te miſi ad eos, & poſui ſub eorum ſancta cuſtodia, & tunc in tuis adhuc fœteres defectibus, te propter amorem meum nullus abhorruit, ſed in filiam receperunt. Quanto ergo magis faciam, cum te conſeravi in tabernaculum meum, quod non vilipenderetur, re ea fœtore panniculi tibi pie conſolator re, & viſitationes meas ſuavitate pleuiſſima deguſtabis!

47 a Paupertatis amatrix, & ſummopere terreoa a contemnens, qua ſub cœlo ſunt, ut lucrifaceret Jeſum Chriſtum, arbitrabatur cuncta, corde, ore ac opere, ſicut lutum. Quadam igitur die ſurſum in cœlum ere- E ctis luminibus ad quæſtionem ſibi propoſitam, utrum unniam conſolationem ſpiritus vellet pro inæſtimabili quantitate theſauri perdere vel differre; reſpondit, dicens: Si Dominus meus Jeſus Chriſtus compelleret me ad poſſidendum aliquid terrenorum, toties cum lacrymis & gemitibus appellarem ad ipſum, quouſque ab hoc præcepto plenarie me eximeret. Hujus deſiderii lueulenter veritatem conſpicimus, ſi recte penſamus, quod nulli rei ſibi ad neceſſarium victum miſæ parcebat, non tunicæ, non mantello, non ſiccoui, non cervicali, non cingulis, imo nec ipſis ſignaculis, quæ tenebat ad Horarum & orationum debitum perſolvendum; quando omnia ſtatim, ſicut propria pauperibus redderet, cum tanto deſiderio cordis, quod ſæpe in cella nuda remanſit, nunc involuta b ſeatorio, nunc alterius ſororis operta tunicula vel mantello. Hæc licet libenter ageret in æſtivis caloribus, alacrius tamen hæc conabatur perficere temporibus hiemalis algoris. Et ſi quando non haberet præ manibus quod tribuere poſſet egenis, cum lacrymis maniculas diffucbat de runica, velumque levabat de capite, & urceolum aquæ benedictæ donabat eiſdem. Cum ratione languoris ea auſteritatibus ſpontaneo rigore aſſumptis, etiam æſtivis temporibus, calefieri non valerer, glaciali tempore furtim lingua de ſibi facto foco levabat, & clam cum miris obſecrationibus per ſervitialem ſuam F pauperibus deſtinabat.

48 Omnis famula Margarita, ad cuncta ſui corporis aſpera pro Chriſti amore promptiſſima, ſic omnia delitioſa elt aſpernata cibaria, quod poſt ſuam converſionem noluit ficus recentes, quouſque advixit, comedere, quia nimis eidem in ſeculari ſtatu placuerant. Hanc etiam ſibi normam inuitur, quantumcumque infirma, de carnibus avium & quadrupedum & modo parandi, quas libentius in ſeculari converſatione comederat. Et ne ſubrepat tibi cogitatio carnium pro præſcriptis nominibus, ſcire debes, quod multis annorum cutriculis ſolum paoe vaut cum herbis crudis vel paucis nucellis aut agnygdalis, debile ſuſtentavit corpuſculum, præmiſſa ſemper cum multis ſuſpiriis oratione prolixa. Et poſt cibum redditis actionibus grattarum, jovitans iccum Sanctos & ceteras creaturas ad laudem Domini gubernantis. Numquam enim cibum ſumere attentabat, niſi prius Horarum debito perſoluto, quinquies ſaltem diceret Pater noſter cum ſalutatione beatæ Virginis, in quinque vulnerum Jeſu Chriſti memoriam, Sumpta etiam Communione, ratione tam tenui tot Pater noſter ſimiliter referebat.

49 Anti-

Domini monita corpus affligit.

Satis tamen valet, ne ſumptum odeat.

corpus ad ferendum quæ cotidie ſit exercit?

coctas ficus, alias a infantia, comedit.

Indo manna

Interdum a Chriſto reſtringitur,

corrupta tamen quod id faciſſet,

Joan. 11. 25

infaq; humanum alloquii & aſpectu abſtinere,

velo ſeptimo nec non albo,

omnia dat pauperibus,

b

veſtem vocant,

aliaque ejuſmodi caſaria.

quæ cibo ſervitur a,

ea ſumpta gratias agit,

& Chriſti vulnera honorat a

Digitized by Google

A 49 Antiquus hoſtis, animarum deceptor, videns tam arctum rigorem abſtinentiæ Margaritam nec io minimo relaxate; bellator quamvir neſciur a fœmina proſternendur accedens ait: O miſera, quid hac agis in cella? Renuntia, renuntia, conſiliu tibi, Divinæ gratiæ, & noli de cetero velle tantorum donorum abundare muneribus, ex quo nec abſque magnis valer adipiſci laboribur, nec ſine cruciativir timoribur cuſtodire. Utilius namque fuiſſec tibi, ſi Regulam generalem tuorom Fratrum de pœnitentia cum eiſdem communiter conſervares: & illam miſericordiam, quam exſpectant jejunando, & eccleſias & prædicationibur & officiis frequeotando, cum eis patiter recepiſſes: ſatir namque tibi ſufficiebat, ut iuvenireris in numero ſalvandorum. Quid ergo hic agir miſera? Cur in hac cella incluſa perdir ſimul corpur & animam? Ad quæ verba, Chriſti famula Margarita ad auſteritatir ſervaodum propoſitum effecta robuſtior, tentatori reſpondens ait: Reſponde mihi, ſeductor, reſponde: Debetne aliqoa creatura tibi ſervire vel B modicum, cum ſemper ſir in omni ſuggeſtione tua intentui ad malumicum nec creaverir, nec redemeris hominem, nec guberner? Conſentiendum eſt quippe ſuli Crearori, Redemptori & gubernatori, qui ſuor ubique ſervientes lætificat & exaltat, & præmium æteroæ gloriæ daturus eſt eis. Nonne qui tuæ veneno plenæ perſuaſioni aſſentiunt, quamdiu vivunt mordentur conſcientiæ ſtimulo, & ſtipendium tandem recipicut tecum damnationis æternæ? Dominatori ergo Jeſu ex omnibur viribus tamquam Creatori veriſſimu & præmiatori largiſſimu in perpetuum ſerviam, qui ſibi ſervienter in cœlir & terra honorat, qui me docuir abſtinentiæ, quam non deſero, normam, & pollicitus eſt, ſi in eo perſervavero, vitam æternam.

110 Invitata igitur ad divinam menſam, ſubito in ſpiritu delata eſt coram Matris Dei regali ſolio. Et admirante de mutatione tam ſubita, dixit : Domine, cum vobiſcum in terra loquerer, quid eſt quod tam imperceptibiliter meam animam in cœlum duxiſti ? Et Dominus ad eam : Hoc ideo, ut familiarius matri meæ Reginæ cœlorum, aliiſq; Sanctis, qui mihi aſſiſtunt, te recommendes. Tunc ait Margarita ad Dominam : Domina egli, advocata cœli & mundi, & Mater Dei mei, Filius veſter me duxit ad vos, qui eſt doctor meus. Et ego, inquit Domina, recipio te & preces tuas : quia tu es filia, quam Creatori, qui requievit in utero meo, cum precum inſtantia continue recommendo. Ex qua reſponſione mirabiliter jocundata, gratias agere cœpit Matri æterni Judicis, dicens : Multum, Domina, mirabator cor meum, quod non fruebatur allocutione tua : ſed idcirco vos fortaſſe non audiebant mecum loquentem, quia ſolum Filium veſtrum Dominum meum deſideranter poſtulabam. Et ait Mater Domini ad eam : Filia, qui quærit unigenitum meum, & Dominum, me poſtulat : & qui habet ipſum, habet me. Et reddita gratiarum actione Matri Dei, quæ ipſam & Filium ejus in ſui recommendatione recepit, convertit ſe ad Sanctos omnes civitatis æternæ, & præcipue ad Beatos Joannem Baptiſtam & Evangeliſtam, B. Franciſcum Patrem ſuum, & Catharinam, ut orent pro ea, gaudiis & jocunditate repleta in loco illo felicitatis. Dixit Altiſſimus : Tu ſemper eſſe deſideraſti in ſtatu quietis & pacis æternæ : & non temiſceris verborum, quæ tibi dixi in anno illo, quo te in cella recluſi, quia lactanda eras ad vulnus mei lateris. Unde quia tempus inſtat, para te ad pœnas tibi promiſſas. Margarita Chriſto ſibi loquenti reſpondit : Domine mi, ſpes unica & tutum refugium meum, revela mihi per miſericordiam tuam, ſi pœnæ mihi promiſſæ ſunt purgativæ culparum mearum, vel ad gratiam inductivæ. Et Dominus ad eam : filia, propter amaram contritionem, pœnitentiam & deprecationes varias, miſericordia mea præteritas culpas tuas omnes delevit : & ideo amodo ſunt & erunt in augmentum gratiæ ac virtutum. Et lætare, Filia, de matre tua, pro qua rogaſti me, quia licet in purgatorio motam per decem annos contraxerit, nunc eſt in gloria Paradiſi.

B

111 Poſt hæc exſtatico illo ſtatu ſublato, Margarita ſe in cella reperiens, ſubtractis etiam tam dignativis alloquii, lacrymis rigabatur facies ejus, & dicebat : Hei mihi, Domine mi, ubi me reperio nunc? Ubicumque enim ſine tua præſentia tam ſuavi me ſentio, in infetno videor collocari, Domini famulæ in cella oranti aſſitit Angelus conſortans eam. Quæ dixit ei : Angele Dei, cuſtos animæ meæ, oſtende mihi, quibus ſignis agnoſci poſſunt virtuoſi & perfecti electi Dei. Et reſpondit ei Angelus. Ille perfecte electus eſt, qui totum cor ſuum in rebus infimis ſepatat, & conjunctus ſoli Deo, ad ipſum clamat & ſuſpirat toto corde die ac nocte. Quo audito Margarita reſpondit : Veni ad virtutes electorum Angele Dei. Ille, inquit Angelus, eſt electus, qui habet has virtutes; prima eſt profunda humilitas, quam debet habere illius amore, qui ſe humiliavit uſque ad crucem. Secunda debet habere perfectiſſimam caritatem. Tertio ille eſt electus, in quo impletur illud verbum, Beati mundo corde. Quarto ille eſt electus, qui ſeipſum abnegat, imo & interficit propter Chriſtum ; non ſerro, vel quocumque alio modo, ſed ſuam mortificando voluntatem, & ut paratus ſit ad mortem ſuſcipiendam pro Chriſti nomine, ſi pro defenſione Chriſtianæ fidei tempus expoſceret. Ille etiam ſe pro Chriſto occidit, qui ſuos mortificat ſenſus per pœnitentiam. Ille quinto electus eſt, qui compaſſionem veram habet ad pauperes, & in cujus ore non ſolum veritas ſemper eſt, ſed honeſtas vitæ in moribus. Ille ſimiliter electus eſt, qui amore Domini Jeſu Chriſti reſervat ſibi omnes pœnas, ut aliis auferat, & male vult indui, comedere, bibere, & ceteros bene. Ille etiam electus eſt, qui de amicorum & inimicorum afflictione affligitur & triſtatur, & lætatur de omnium conſolatione, & ad nemiſiem in aliqua proſperitate poſitum habet invidiam.

C

112 Intra hebdomadam de Paſſione, devotiſſime corpore Chriſti recepto, timens ne loquentes eatra cellam ſecularia verba proferrent, quia de ſolo Deo cupiebat audire, dixit : Domine, non me permittas a ſerpente morderi, ne mens mea vagetur in aliqua re tibi contraria, quæ tibi ſoli adhærere deſiderat. Poſt longam vero precum inſtantiam, quibus ſolum Chriſti poſtulabat alloquium, dixit ei Salvator noſter : Multum es fatigata, filia Margarita : ſed plus fatigatus fui ego in aſcenſu ſcalarum crucis, nam pœna mea fuit prolixior quam dicat Scriptura. Ab illa enim die, qua Lazarum ſuſcitavi, cernebam deliberatum meorum ordinem tormentorum in cordibus hoſtium : repræſentabatur animæ meæ Divinitati conjunctæ, proditorum ſtudium, congregata in me flagella, & voces adverſantium, nunc clavi, ſpinæ, potus amarus, & crucis pondus, nunc lancea penetratura latus meum : in quarum fiaa & certa imaginatione pœnarum alretabatur coram diſcipulis meis n ſua ſpecie corpus meum, nec advertebant. Et quia Dei famula ad illa verba cum tanta familiaritate prolata præ dulcedine Chriſti juxta votum ſuum dolere non poterat, dixit : Domine, numquam tam magnam dulcedinem & conſolationem recepi. Et Dominus ad eam : Vis eſſe certa de mea dulcedine, hoc tamen quoad oculum mundi ſigna dilectionis ſubtraham, & inde non modicam pœnam recipies. Non enim videbitur mundo de deliciis vita tua ſic ordinata, ut erit, quia volo quod ſicut mundus me ſprevit, & non cognovit, ita ſpernet te, & mutmurabit de te.

D

E

113 In feſto B. Marci, dum in ſacramento altaris optatam lætitiam deguſtaſſet, ipſum Chriſtum audivit loquentem & dicentem ſibi : Tu togaſti ferventi animo curiam meam, ut ſuis orationibus impetrarent, quod tibi oſtenderem ſi aſcenſus ad cellam de arce placuit mihi : & in ſignum, quod mihi placuit, do tibi benedictionem meam ex parte Patris, mea & ſancti Spiritus ; nec non beatiſſimæ Virginis Matris meæ, & ex parte totius curiæ regni mei. Tu fugis amore mei, & ego fugi amore genetationis humanæ. Tu fugis ad conſervandam & augendam gratiam : ſed tribulationes fugere non valebis. Et hoc dicto ſubito quædam crux appatuit ſuper eam, cujus brachia protendebantur de mano in manum, & ſtipes ejus a capite uſque ad pedes, non tamen Dei famula clavis ferreis erat confixa. Tunc benedicens ei Dominus, & manu propria ſignom Crucis faciens, ſtatim alia croa, in qua Chriſtus erat confixos, apparuit, ad cujus doloroſam contuitum anima Margaritæ amaricata dixit : Domine mi, crucifigar ego. Et Dominos ad eam : Filia mea, tu eris crucifixa tribulationibus, & non in croce. Tu fugis creaturas, quantum potes, ne me offendas : & ego te conſervabo ne poſſis offendere. Sed dico tibi, quod tu es modicæ fidei, quia cum habeas tam ſerventia, tamque ſancta deſideria de me, quod amore mei deſeriste, cur credis, quod te velim deſerere ? Non ego deſeram te, filia, ſed ſum, & ero ſemper tecum. Nam tuum zelum, ot ue me offendas, agnoſco, qui taotus eſt, quod non curas fugere pro majoribus conſolationibus obtinendis, ſed ſolom ne offendar a te. Sed in hac fuga virtuoſa, nec me offendes : & cum tribulatione gravaberis, meis conſolationibus multiformiter perfrueris, & in tribulationibus deficiet corpus tuum. Dic er-

F

jubet FF. Minoribus dici, ne ingrediendi obſtent;

Ago Fratri Junctæ bajulo tuo ea parte mea, quod non impediat quin libere poſſis aſcendere ad cellam arcis. Et ſcribat Fratri Juanni Benedicto, quod pro mutatione iſta nun alteretur, neque ſubtrahat ſollicitudinem ſuam a te: Sed recommendet te amicis meis, qui cum eo ſunt. Et quia non ita libenter converſatur anima tua cum certis perſonis, ſicut cum quibuſdam; hic eſt modus illuminatæ mentis, quem tibi Frater Juncta monſtravit. Cum autem veneris ad dictam cellam, ibi ſtabis, ſicut docebo te. Et ſcias quod talis perſona, de cujus ſtatu dubitas, quamvis confeſſus fuerit, a malis tamen deſideriis & ſuis uperibus nun ceſſavit. Et ille hoc dicit tibi, qui de illa matre humili naſci dignatus eſt, quæ dixit: Ecce ancilla Domini: in quu quidem verbo carnem de ipſa ſumpſit. Et ne dubites de prædictis, ecce ſalutu eam, dicens: Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

quædam occulta aperit?

114 Ad famulam Dei laboribus, tentationibus & infirmitatibus variis fatigatam veniens Sacerdos S. Marci, eum reverentiſſima devotione paravit ſe ad recipiendum noſtri Salvatoris corpus, in cujus amoris ſuavitate, ſtatim ut ipſum recepit, abſorpta eſt a conſolatione ſuperna, in qua per magnam moram quieſcens, ad ſuorum ſenſuum ſenſibilis uſum reverſa non eſt uſque ad horam tertiam. Stans autem inſenſibilis & irreverberantibus oculis Domino reſpondebat, cum mentis jubilatione, quam in facie præteodebat, dicens: Domine, quid dicis mihi, quod quidquid volo poſtulare a te, nihil aliud quæru, oiß ut vita mea tuæ majeſtati perfectiſſime ſerviat, & te verum Deum meum ſolum diligens, ſim fidelibus tuis, qui in me confidunt, lua, noo tenebra? Cui Dominus: Filia, brevem ſermonem tibi faciens dico, quod poſtquam cellam iſtam ingreſſa es, tranquillnatem ſenſiſti corporalem pariter ac mentalem. Amodo igitur para te ad tribulationes infirmitatum & variarum tentationum antiqui hoſtis.

B

advenit ut parata ſe ad tribulationes;

115 Alia die priuſquam Sacerdos S. Marci, deferens Chriſti corpus, cellam intraret, Margarita repletur interna jocunditate in ſui Salvatoris, quem deſiderabat, adventu: & receptu cum ſumma reverentia pane vitæ, locutus eſt ei, dicens: Es nunc in pœna, filia? Et cum reſpoudere, quod ſic; ait Dominus: Er ego ſimiliter fui pro amore humani generis, & non pro culpa mea. Filia dilige me, quia pauci ſunt qui me ameot. Servias mihi Creatori tuo, quia pauci mihi ſervire volunt. Lauda me, quia pauci ſunt intenti laudibus meis. Ego enim me feci hominem, de Maria Virgine carnem ſumens, a qua lactari volui, in cuna reclinari. Et tandem Crucis tormeorum non renuens, ſui judicatus & traditus in manus Pilati, & ſine mortis cauſſa, ipſo teſtante, Cruci affixus fui. Et quamvis fuerit dira mors, quam inſtaeruor tuoc Judæi, amarior tamen eſſet iſta, ſi paſſibilis eſſem, quam Chriſtiani, peccata peccatis addendo, infligere non ceſſant. Et tantus eſt fœtor vitiorum eorum, quod jam uſque ad Patrem aſcendit. Tu miraris, quod feſtum Aſſumptionis habuiſti tam durum: ſed dico tibi, quod precibus Matris meæ procuratum eſt tibi dulce. Nam dicebat mihi Filio ſuu: Devotam meam, jam ad te per gratiam revocatam, quæ tam confidit de me, conſolari placeat in hac mea ſolennitate. Tota namque curia cum magna jocunditate præſtulatur tuæ dilectionis diem. Tu es in pœna, & ego pro te fui. Pœnæ tibi creſcunt, quia tui finis tempus abbreviatur. Roga Sacerdotem talis eccleſiæ, quod faciat unam confeſſionem generalem: & non vereeunderis ei dicere, quod ſit fortis in bello carnis, quia ſum paratus facere gratiam, ſi ſe diſpoſuerit.

cum ſalutatur;

de peccatis mortalibus queritur poſt set ſua beneficia;

D. Virgi. nem pro ipſa oraſſe die Aſſumptionis;

jubet Sacerdotem monere de peccatis;

116 Quodam mane intra Octavam B. Franciſci, accepto cum reverentia pane vitæ, dixit ei Beatorum cibus, qui omnes reficit, Dominus Jeſus Chriſtus: Filia, debilis & infirma propter auſteritatem vitæ, quam continuaſti amore mei, non timeas reclinare caput. Tu credis tranſiſſe mare tribulationum, quas paſſurae es: ſed ad huc patieris multas tribulationes & murmurationes, & eris quaſi derelicta, Nam tu eris tenebra in oculis lucis, id eſt, in oculis eorum qui debent eſſe lux. Et ſicut non fui cognitus in fine meo, ſed defeciſſe reputabar a mundo, qui me non cognovit, & poſtea cognovit me mundus; ita qui te modo tenebram dicunt, poſt tuum obitum te cognoſcent cum verecundia & dolore. Sed recordare, quod vas tuum purificandum erat variis pœnis, quas dum tuleras amore mei, non ſolum eauis te veſtem defectuum, ſed te ioduam muneribus gratiarum.

AUCTORE F. JUNCTA EX Miſſ.

D

prædicit, eam commendat,

117 Sabbato Dominicæ 20. poſt Pentecoſten, recepto corpore veri Dei, Juquitur Chriſtus Margaritæ, dicens: Separa te, filia, quantum potes, ab omni familiaritate ſecularium perſonarum, præterquam ab ordine Fratrum Minorum. Et ſcias, quod pœuarum ſuarum varietas levis & parva in oculis aliorum videtur: Sed quoad te, quæ ſentis eam, gravis eſt & plena doloris. Et ſi noo inveuis qui tibi inferat multa genera tormentorum, pro ut deſideras, ſuſtine dulciter calicis pœnas amore mei. Bella autem tua, in quibus vas tuum ornabitur, quia videntur tibi magis amara & ſuſpecta, quam ſupplicia, pro martyrio tibi reputabuntur. Margarita hæc audiens reſpondit: Dominus, egu non credo, quod vas animæ meæ in rabibus pœnis purificari valeat vel oroari. Et Dominus ad eam: Verum dicis, quod ſimplicites pœnæ non purgarent vel ornarent te. Er ſcias quod in tentationibus, infirmitatibus & aliis uperationibus bunis tuis multas parteris tribulationes: ſed ita in omnibus te defendam, quod numquam mortaliter, quamdiu vixeris, me offendes.

avertebatur ſi pro martyrio reputandas,

E

aut peccaturum mortaliter;

118 Et ait Margarita ad Dominum: Gratias ago tibi dulciſſime Jeſu Chriſte, amator meus, quia ſemper mihi prædicis tam dulcia quam amara, ad quæ perventura ſum, antequam fiant. Sed rogo te, amantiſſime Deus, quem ſolum fero in corde meo per amorem, ut adimpleas deſiderium meum, & de tua defenſione fiduciam mihi præſta. Cui Salvatur ait: Non habebis confidentiam pleoam, quouſq; poneris in gloria regni mei. Et hoc ago, ut melius confeſves exhibita tibi dona, & augeantur in se dona gratiarum, ac per hoc circa ſalutem tuam fias magis ſollicita. Ego vero, qui hoc diguatus ſum tibi Joqui, ſum Jeſus Chriſtus Salvator tuus, de Maria Virgine natus, lactatus, in præſepio reclinatus, a Joanne baptizatus, qui pro te nudus crucem aſcendi. Et quia Margarita Baptiſtam inter alios Sanctos ſpecialiter honorabat, Dominum interrogavit, dicens: Orat pro me majeſtatem tuam ille Præcurſor tuus, quem elegi pru advocato meo? Et Dominus ad eam: Non tantum ipſe, ſed Joannes Evangeliſta, & tuus Pater Franciſcus, & Catharina, eum omni curia regni mei. Tu etiam, filia, dic in tuis anguſtiis, Pater noſter. Et Margarita reſpondit: Ego dico, Domine mi, ſed in tanta debilitate non videor ſentire ſaporem. Et Dominus ad eam: Non obmittas ob hoc eum dicere poteris: & dicendu ad Crucem redeaa. Et Margarita reſpondit: Ego tuoc orans ad Crucem tnam revertens ea pelli videor. Et oſtendit ei Dominus, quod ideu videbatur eapelli, quia mens in tribulationibus efficiebatur inſtabilis. Et iterum dixit ei: Etiam ſic inſtabilis & afflicta guſtas ſine mora beneficium Crucis meæ. Et Margarita reſpondit: Domine, pone in corpore meo le prsm, ne de cetero te offendam, & digneris me pietate tua ad Crucem reducere. Quoad petitionem primam, dixit ei, quod ei ſufficerent pœnæ ſuæ, quia cum lepra ſecura eſſet, ſed cum tentationibus & infirmitate corporea ipſam conſervabat in timore & gratia. Ad ſecundam vero petitionem ait: Ego te ſæpe ad Crucem revocu & seducu: ſed creatura debes apponere ſtudium, ut rereeti mereaeris. Tu me rogas, ne ultesius poſſis peccare de fine tuu. Sed dico tibi, quod tantum in hac valle miſeriæ te dimittam,

F

ſubitur ad ſe in anguſtiis & infirmitate orare;

cur ea loqua, quam petebat auferri?

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

tam, quousque placebit voluntati meæ.

119 In nocte post festum B. Benedicti, cum fleret amarissime Dei famula Margarita præ nimia compassione, quam habebat ad quemdam Patrem suum in afflictionibus positum, respondit flenti & oranti Dominus, dicens: Die ei, quod paret se, quia non est hæc ultima tribulatio ejus, nam adhuc interiecue & exteriecus adeo affligetur ipse, & cui donum meæ concessero passionis, quod interdum de eo su sino timebit. Verumtamen confortetur in me, quia nec ipsum cadere per impœnitentiam sinam, & tandem in magno statu remanebit. Et cum hæc diceret Dominus, videbat Margarita Domianm erga illum valde familiarem.

120 Quadam die Margarita audivit Dominum dicentem sibi: Vada ad Ceucem, & scrutare plagas meas intus & extra, & discas quantum & quomodu fuerunt amaræ. Cumque devota mens statim Dominn obedisset, audivit quod sequitur: Ego Dominus, qui numquam mentior, quia sum veritas, dico tibi, quod per afflictiones tuas varias, antequam de secnlo isto migree, intrabis in plagas meas. Ita post hæc in meditationem Crucis, doloribus adeo intus vulnerabaenr mente, quod nervi oculorum videbantur extrahi, & volas manuum tangere non valebat.

121 In die Iovention is capitis Præcursoris, corpore Christi percepto, dixit Margaritæ Dominus: Tu petivisti pro Fratribur meis benedictionem, & ego Redemptor omnium benedico simul omnibus, amore Electorum meorum, cum quibus sunt. Sed dic Vicariis meis, quod ipsi parent se ad tribulationes, quia Fratres Minores, præ ceteris qui sub cœlo sunt, me imitantur. Confortentur nutem, quia cum eis ero. Et quamvis alios benedixerim, istos specialitee benedico, quia de te amore mei cusam fidelitee gerere non sprevernnt. Et dico tibi, quod plus valat una diei reconciliationis & gratiæ, quam annus: & plur talis annus, quam centum anni. Margaeita autem soli Deo adhærere cupiens, dixit: Domine, quando separabor a seculo, & ad te pervenire valebo? Et Dominus ad eam: Quantum placebit mihi, ut dictum est, & tamdiu arit longa vita tua, & inquantum possibile est corpori humano respondere dominis, prius emer ea quam habeas. Præpaea ergo te ad varias & magnas tribulationes. Et Margarita respondit: Domine, vos pollicemini dona inæstimabilia mihi, & confidentiam plenam non relinquitis. Et Dominus ad eam: Confidentiam illam, quam appetis, non habebis in vita tua. Et illa respondit, Hoc, inquit, postulo, ut non decipiae. Et Dominus ad eam: Amen dico tibi, non decipieris in his quæ tibi promissa sunt. Et illa: Domine, non pro me hoc postulo, sed propter fidem illorum qui te occasione mei laudabunt, servient, amabunt atqua desiderabnnt: nam Domine Deus meus, quidquid amo & desidero, pro vobis ago, non pro me indigna & vilissima creatura. Et Dominus ad eam. Tu me amas, & amaberis: servies mihi, & servietur tibi: desideras, & desidesaberis: laudas, & laudaberis: obedis mihi, & obedietur tibi.

122 In festo Protomartyris S. Stephani, post fletum indicibilem, & multas cum Christo allocutiones factas, intulit Christus dicens: Tu es effecta multum præsumptuosa, quia in hujus seculi vita misera gloriam meam desideras postulace. Sed volo, quod habeas lætitiam in hoc mundo ad instae mei, sequendo me in degustatione pœnarum mearum. Quare para te ad tribulationes, quia in vita non est pareis obtinenda. Tnnc Margarita respondit: Paradisus est Dei, ubicumque vos estis. Et Dominus ad eam: Ego ero & non ero tecum: eris enim induta gratia mea, & tibi videbitur quod sis nuda, quia non me permittam cognosci in te a te. Volo namque semper te to timore meo servare, ut crescas in gratia mea.

123 Quodam die post festum Ascensionis Jesu Christi dixit Dominus Margaritæ: Veni mentalitae sursum, filia sancti Spiritus, cui revelo quod numquam post redemptionem factam tot iverunt ad infernum supplicia, quot vadunt modo, quibus non compatior propter me ut indigens eis; sed propter eos qui sine me vera vita mortem incurrent æternam. Ego eorum continue vado post eos cum misericordiæ voce, ne pereant: ideoqi tibi de ipsis conqueror, quos meo sanguine pretioso redemi. Et iterum: Eleva cor tuum, & veni sursum, filia Spiritus sancti, ut dicas salutationem totam beatissimæ Virginis Matris meæ. Dictaq; Ave Maria, ait Margarita Domino: Quid est, Domine, quod non ita protense vobis cum gandeo fieri solebam? Et Dominus ad eam: Feceram te fontem, in qui salvari peccatores debent: & tu misericordiæ fontem turbasti, sed dolor tuus te in gratia conservavit. Para te ad infirmitates & tribulationes, & recordare quod pro te aspera passus sum: & sicut in hac vita quietem non habui, ita & tu habitura non es.

124 Vox illa, quæ te in festo Archangeli toties invasavit, vox fuit Principis Ecclesiæ Michaelis, qui ex parte mea invitavit te in signum potestatis tibi dandæ, & fortitudinis in tribulatione, ac luminis respectu revelationis. Et Margarita respondit: Domine, valde timeo ne oculos tuæ majestatie offendam, si me his, quæ me cum tanta fide requirunt, offero & communico creaturis. Placet mihi, ait Dominus, ut consoleris afflictos: sed modum discretionis tuæ committo, & ne opera, quæ gratia mea operatue in te, prætesmittas propter aliorum judicia. Jubeo tibi, ut sola comedas: nolo enim, quod devotiones perdas & lacrymas propter adstantes dum comedis. Hæc enim comedendo flebat, & mentem suspendebat in tantum, quod sæpe cibo dimisso, dum sederet ad mensam, quasi cum Deo loqueretue: nunc rapiebatur, nunc orabat, nunc laudabat, nunc percebat cibaci sempiterna lætitia in præsentia cibi pro corpore præparati. Et ait Dominus iterum: Solum illa, quæ non aguntur amore mei & secundum meæ beneplacitum voluntatis, relinquenda sunt, tam in publico quam in privato.

125 Alia die oranti locutus est Dominus dicens: Tribulationes tibi crescunt. Et Margarita respondit: Domine, offendam vos ego in eis? Et Dominus ad eam: Dico tibi, Margarita, quia tu mereberis in eis graciam & gloriam & benedictionem. Alioquin venialiter me offender: sed ne timeas, quia ego ero protector tuus in illis tribulationibus. Tu affligeris in isto Saccedote, quia teistatue hostis antiqui, quod evasit da manibus ejus. Domini autem famula dixit: Dimitto eum, Domine mi? Et Dominus ad eam: Non deseras eum, sed adjuva. Tu filia fugies, quam pasni contee falsas religiosas. Et finga tua ceit tuæ coronæ causa. Et scias, quod confessio tua tam universalis, & tam expressa, est specialis virtus tibi concessa, qua panei utuntur & indigent. Recordare, quod me tibi ostendi aliquando manuetum, & admisi tibi mansuetudinem: aliquando me tibi ostendi ad instar Judicis judicantis, & judicialem tibi rationem ostendi: aliquando sermonem feci; & tu multos induxis ad pœnitentiam: aliquando locutus sum tibi dulciter, & dimisi tibi dulcedinem locutionis. Ego eam delectabilis in conspectu discipulorum: & tu es in conspectu creaturarum, quia te faciam lucem, quantum ad tenebrarum cognoscendam subtilitatem. Unde volo, quod seives purum librum conscientiæ tuæ, in quo recondo rationes meas, & sedem animæ tuæ, in qua requiesco. Tene clausum templum meum, & firma ipsum clave Passionis meæ.

126 Altera die oranti Margaritæ astitit Angelus, dicens: Para te ad tribulationes, per quas vales mori, nec poterit. Et Margarita rogavit Altissimum, quatenus eam fortem faceret in eis, ne ipsum offenderet. Cui postea Salvator dixit: Quam pœnam tu posses majorem pati, quam timere ne me offendas? Dico enim tibi, quod amicis meis debet omne peccatum displicere

A *erat pro Patre quodam afflicto.*

formavit animam Christi jubente,

ingressus per tribulationes;

B *ipse monuit, benedixit Christus Minoribus*

& tribulationes denuntiat;

& ipse,

cui plenæ confidentiæ auget;

C *brevem et denuntiat tribulationes,*

& fuit sub. traditus est,

D *et laudat, plurimas ex tempore donavit;*

monet locutum ut paret se ad patiendi.

E *solatur afflictos, non omittere bona propter alios, sola comedat ob pietatem;*

denuntiat tribulationes,

bortatur, ut homines ædificet ad penitentiam;

sed parum conscientiam formet;

F *& fugam;*

A plicere in cunſcientia ſua ſicut mortales. Nam quicumque venire vult poſt me, & cogitat ea quæ ſunt contraria voluntati meæ; ſi facit ibi moram, graviter me offendit in mora illa: ſi vero contra talem cogitationem inſurgit, meretur coronam gloriæ pro victoria.

pœna ei maxima, timor ne Deum ofendat

127 Pluribus in tribulatione conſummatis diebus, recepit Margarita Chriſti corpus eum magna tevereotia & timore: quo recepto, audivit eum in anima dicentem ſibi: Filia, cujus caritas murmuratoribus impugnatur, coronabitur in cœlis: nam plus compateris ſanguini meo in Cruce ſuſo, quam aliqua creatura quæ vivat bodie. Quia licet multi plorent ſuper acerbiſſima Paſſione mea, & ſanguinis mei effuſione, non tamen plorant eo modo, quo tu, filia mea. Ego enim ſui in tribulationibus, & tu in tribulationibus tribularis: ego in laboribus, & tu laboras: de me ſunt murmuratum, & de tuis uperibus murmurabitur: egu ſum in gloria, & tu anima ponetis ibi. Sed dicu tibi, quod tribulationes tibi erescuot. Audiens Margarita tribulationum nomina, Chriſto ſponſo reſpondit: Si tribulationes mihi creſcunt, augeatur mihi gratia tua. Et Dominus ad eam: Tu es ſeparata a priſtinis gradibus, quibus venitur ad gratiam: & nunc volu, quod aſcendas ad altiorem ſtatum notitiæ meæ. Et Margarita reſpondit: Si hoc agitis, Domioe, eirca me, eut me ponitis in ram afflictivis timoribus? Et

patitur obtrectatores

compatitur Chriſto, omnium perfectiſſimo

transfertur ad altiorem gradum ſegundum Deo

B Dominus ad eam: Quemadmodum ſobtraxi & abſcondi potentiam meam in ligno Crucis, ita me tibi abſcundi in *f* hoc mentis coronæ tuæ: ut tu eognoſcas, qualis es pru te fine me. Sed multi ſunt de ſecta Thomæ Apoſtuli mei, quia tardi ſunt ad eredendum ea quæ aguntur in te. Clama nunc, Gloria in exeelſis Deu: quod ſonat mutationem novam in altiſſimum Deum. Clama, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quod ſignificat pacem inter populos perfidorum Chriſtianorum.

ſemper ad timore

f

128 In ſancto die Pentecoſtes Chriſtum audivit loqueutem, ſumpta ſalutari hoſtia, & dicentem: Filia tribulationis gloriæ & altitudinis, quam prope Virgines pouam in patria, tribulationes tuæ tanti dubii erunt, quod non ſolum non eredens aſcendere ad promiſſum tibi ſtatum, ſed eredes a priſtino eecidiſſe. In hoc ſtatu recipies lumen cognitiouis ad operandum upera virtuoſa, ad extinguendum multa mala aliena, & recipies in ea gradum auctoritatis perfectæ fidei. Lauda & ama me: & ſervies mihi Creatori tuo, qui dedi eam tibi de illa fide, quam habes, quod quoties vides me in altari, eredis ſempet recipere novum duuum. Verum credis, & ita eſt. Tu dicis, quod non recepiſti nova ſigna gratiæ in

Intelligitur de majori exaltatione creaturarum, ſicque diluendum?

C die iſta, quæ dies eſt Spiritus ſancti. Et ego dico tibi, quod recepiſti maaima & non cognoviſti. Scias quod hinc ad paucos dies Frater Juncta eonabitur re juvare in tribulationibus tuis, & non poterit, quia elegi te per hanc viam, & eas euncelſi tibi.

129 Iudie B. Joannis Evangeliſtæ cœpit alta voce clamare, dicens: Curramus omnes ad fontem ſuperni amoris. Quo dicto Chriſtum audivit dicentem ſibi: Lux nova in tenebris orta, cui ego, qui paſſus ſui & reſurrexi, benedico. Sed catta ſis, quod pœnæ tibi creſcunt, & unum de martyriis tuis erit filius tuus, qui ſalvabitur: nam tibi cunceſſum eſt a Patre meu, quod tranſeas per viam tribulationum mearum: ſed quanto plus vilificaberis, quæ non cognoſcet is modo, tantum magis ero tecum. Et in rebus omnibus, in quibus olim me offendiſti, pœnas recipies, quas ignorabis interpretari dicens: Tunc punie Deus talem, quem dudum commiſi deſectum.

graduantur ei a Deo novæ afflictiones,

in rebus quibus Deum ante offendit

130 Quadam die cum intima devotione corpore Chriſti ſumpto, audivit eum dicentem ſibi: Filia territa, da his quæ diai tibi, non decipieris, quia ſcripta es in vitæ æternæ libru. Benedico ree a parte Patris mei & Spiritus ſancti, nec non beatiſſimæ Virginis Matris meæ, de qua earnem illam ſumpſi, quæ in Cruee pependit, reſurreait, & in cœlum aſcendit, & ex parte totius curiæ cœleſtis, quæ tu non eogmtam a ereaturis, cum magna lætitia poſtulat. Do tibi lumen novum mentis, per quod ſcias te interrogantibus facilitet & veraciter reſpondere. Recipiens enim a tuo Angelo revelationes, & ego interdum loquor tecum, licet non ita ſæpe. Et ſis fortis in tribulationibus ad quas Parer meus te elegit, ut per hanc viam ſequaris me crucifixum, uſque ad finem tuum.

AUCT. P. JUNCTA, EX MSS. D

novo lumine ac donatur; ſicuta ad poſtidamo S. Jun.

131 Io feſto Ss. Laurentini & Pergeutini diaie Quamvis, Domine, non ſim digna ad tui ſanctiſſimi Corporis aecedere ſacramentum, ſicut infirma ad medicum & medicinam, *g* Chriſtique corpore eum tremore recepto, audivit eum dicentem ſibi: Egu ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi, & agnus Dei, qui tollo peccatu mundi. Tu vis venire ad Patrem meum? Et illa: Domine, quando ſum vobiſcum, ſum cum Patre & Spiritu ſancto. Et Dominus ad eam: Credis tu ſic? Et Margarita reſpondit: Domine, qui omnia noſti, tu ſcis quod egu eredo. Ad quod verbum, data benedictione ait: Ut non dubites, ſaluta Matrem meam. Et dixit, Ave Maria, uſque Benedictus fructus ventris tui. Et ſalutatione finita, iterum ait: Filia, diligis me? Et Margarita reſpondit: Nun ſolum te, Domine, diligo, ſed te deſideriu, ſi placeret tibi, & eſſe in eorde tuo. Et Dominus, Cur, inquit, intrare vis eor meum, & non intras vulnus lateris mei? Et Margarita reſpondens, ait: E Domine Jeſu Chriſte, ſi eru in eurde tuu, ero in vulnere lateris, & umuibus locis clavorum, corona ſpinarum, felle & aceru & velu poſito ſuper venerabilibus oculis veſtris. Et ait Dominus iterum: Filia diligis me? Et Margarita reſpondit: Domine, tunc te amabo, quando ſenſero in corpore meo tam actiter de pœna, quam aeeepiſti pro me quod junctis manibus anima mea ſeparetur. Et ait Dominus: Nolles tu aliam mortem? Et Margarita reſpondit: Non deſidero aliter mori, quia mortem hanc eligere debeo amore tui, & propter culpam meam. Et Dominus dixit: Sapientia mea tanta eſt, quod in iſto dolore ſcirem tibi dare dulcem mortem. Et Margarita reſpondit: Domine Jeſu Chriſte, nollem dulcem mortem in boc, ſed deſideru vitam amara eum paſſione tuarum pœnarum deficere. Tertio veru interrogans eam dixit: Amas tu me? Et Margarita reſpondit: Domine, ſi amatem re, ſervirem tibi: & etedo quod nulla creatura re unquam, quantum es dignus diligi, amaverit. Et Dominus ad eam: Verum dixiſti. Et ait Margarita. Ego vellem non ſulum te diligere, ſed ſi poſſet fieri pluſquam amare: tantum deſidero haberu de amore tuu. Nam ad hoc teneor, ſi conſideru meam vilitatem, quæ umnes alias ſuperat, & non poteſt altitudinem tuæ dignitatis attingere, quæ inclinavit ſe tantum miſeriæ meæ. Et Dominus ad eam: Velles ſic muri, ſicut B. Andreas? Et Margarita reſpondit: Domine, F jube me mori in quocumque ſtatu vis, dummodu in hoc dulore moriar, quem ram deſideranter expoſeo. Nam ſi in hoc dolore moreret, in hora illa eſſem crucifixa. Et hoc convenientiſſimum judico, quia video in boc mundo, quod moritur filius aliquando ſine culpa pro patre: quanto magis taliter mori debeo, quæ commiſi culpam non ſolum in pſentibus primis, & pro me tu prior mortuus es; ſed propria voluntate & actu? Cui Dominus: Nolles tu ſudorem meum? Et quia volebat omnes ſentire paſſionis dolores, & ita mori, non reſpondit de ſudore quæſita. Et ait iterum Dominus: Si fieret nova Scriptura ſuper illam, quam dedi, non poſſent homines eumprehendere ſudorem meum, quomodo fuit anxius.

vult in dolore Paſſionis mori, & ſudat ſicut ipſe.

quam omnino Chriſti ſudor?

132 Decima octava die Julii corpore Chriſti devore recepto, aſcendit Margarita in quamdam mentalem ſecuritarem, a Domino poſtulans, ut ſemper ei in omnibus rebus ſet viret, & numquam eum offenderet. Et, ut hoc, inquit, Domine, fiat, me velut mortuam in brachia miſeticordiæ tuæ pono, & me ipſam deſe-

Margarita ſuplicat magna ſecuritate

AUCT. F. JUNCTA, EX MTS.

rete volo, ut tu ſolus me regas. Et ait: Beate Paule recum clamo, Quis ſeparabit me a Chriſto Domino meo? Certe, Domine mi, nec fames, nec ſitis, nec ignis aut ferrum, nec tribulatio aliqua. Tantum enim de te fervorem dediſti, quod com ipſo currerem prompta & ſecuritate plena: & ſi totus mundus ſe mihi opponeret, non me ſeparare poſſet a te. Et illo mane remaniſit cum tranquillitate & nova mentis jocunditate.

Rom 8.31.

Chriſtus gaudet conſolationes ſuis, qui pro nec ſolicitis

133 In vigilia S. Claræ, Dei recepto filio, audivit eum loquentem ſibi: Benedictæ ſunt omnes pœnæ, quas pro anima tua ſuſtinui, & illa Incarnatio, & benedicti ſunt omnes labores, quos pertuli & ille amor, qui me conjunxit humano generi. Paucos hodie habeo filios bonos, reſpectu malorum: Sed ſi haberem in ſeculo tantum unum, benedicerem et omnes pœnas, quas ſui paſſus.

amanter ad Margaritam venit in Euchariſtia

134 Die Lunæ poſt Pentecoſten, dum Chriſtum de manu Sacerdotis vellet recipere, dixit ei: Ego venio ad te, & tu non venis ad me: diligo te, & tu non diligis me: ſervio tibi, & tu non ſervis mihi: laudo te, & tu non laudas me, quantum debes. Et quid facies, filia, in tot tuis tribulationibus, quæ habitas inter lupos? Amen dico tibi, quod ego juvi B. Paulum in tribulationibus ſuis, ero tecum etiam: qui protexi B. Gregorium in tribulationibus & infirmitatibus ſuis, & protegam te. Et Margarita reſpondit: Cum ſcias omnia, Domine, antequam fiant, quare me vilifſimam creaturam interrogas? Et Dominus ad eam: Hoc eſt dicere, quod ego de puriſſimo & candidiſſimo utero Virginis natus, cujus animæ altitudo fuit ejus profunda humilitas, pietatem habeo ad te, lucem novæ converſationis, quam mundo dedi, ut imitetur pœnitentiam tuam, & ſalvetur.

B

ſtatuit eam ſpeculum pœnitentiæ

135 Sabbatu Dominicæ 20. poſt Pentecoſten devote Salvatore recepto, tranquillitatem mentis invenient, vidit poſtea ſtatim Chriſtum in Cruce elevatum, conquerentem de paucis lacrymis, de modica devotione, puritate, humilitate, veritate, & caritate; de multa vana gloria, invidia & immunditia, & ſollicitudine rerum temporalium, unde oriuntur tentationes variæ. Et dixit, quod illi qui tam fortiter tentantur ſæpe ſunt ſuarum tentationum cauſa. Quare ſi poſſet in cœlo fieri planctus, ita hodie fierem ſuper omnem ſtatum ibi cum Sanctis, ſicut flevi ſuper Hieruſalem, quando cum ramis palmarum fui receptus. Item conqueſtus eſt de ſervis ſuis, qui avide & parum loquuntur de ipſo, multumque de rebus mundi, & non prædicant Evangelium ejus populo ſuo. Et de Prælatis, qui non ordinant paces. Si tu haberes, inquit, perfectam caritatem, non velles ſolum

queritur de hominum peccatis,

degi verbi ſermonibus ſervorem ſuorum:

C ſtare ad ubera mearum conſolationum, ſed fleres injurias meas, & ſtares cum offenſo Deo tuo, & confiderares, quomodo es digna tribulatione, & non conſolatione, & quod es vas purgandum variis tentationibus, ubi reconduntur tam pretioſa dona. Et Margarita reſpondit: Domine, ſic me veſtra dulcedo allexit, quod aliud agere non poſſum. Et quia deſiderabat quotidie communicare, & habere eopiam miniſtri Dei; reſpondit ei Dominus, quod non haberet hic conſolationes ſuas plene. Et iterum dixit ei: Multum placuiſti mihi diebus præteritis de victoria tua, quam habuiſti in vilificationibus de te factis. Et illa reſpondit: Domine, non habeo, unde poſſim placere tibi. Et Dominus ad eam: Tu poſſes melius ſervire mihi, & ſi timor tuus, qui te ſervat ne cadas, nec redderet animam tuam ſparſam per cogitationes varias, quas neſcis abicere. Ad quod verbum timuit magis. Chriſtus autem eam conſortans dixit: Si vis adjutorium veniendi ad me, non des tam de tempore in cogitationibus ſeculi: ſed revertere ad Crucem, & ibi reperies me, & conſolationibus ſolitis perfrueris: neque tibi non tantum ſubtraham. Dum confiteris vitia tua vicariis meis: ecce la quantumeumque valueris, perſonarum nomina te lædentium: ſed ſi circumſtantias aliter exprimere non poſſes, non cogo te ad tacendum. Separa te igitur ab omni familiaritate ſecularium, quantum potes, & aliorum præterquam ab ordine & Fratribus Patris tui. Et dico tibi, quod in conſolationibus receptura es tribulationes. Et oſtendit ei novum vulnus ante pectus ex parte cordis, dicens, quod ſuperius nominati ipſum fecerant, quos cum vulnere laterali redemerat. Videns autem Chriſtus Margaritam timore perterritam propter admonitionem ſuperius factam, ne occuparet mentem in cogitationibus mundanorum, & ut revertereturad Crucem, iterum dixit ei: Si vis adjutorium, revertere ad Crucem, & ibi reperiet me.

D

& ad eundem converſationem ſecularium eſſendis ſi novum in peſſore vulnus,

a *Ita quidem pii homines arbitrantur, propter illa verba Joan. 19. 35. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit. Quæ ſunt de ipſa S. Joanne dicta. De S. Longino agemus 15. Mart.*
b Vermina *inteſtinorum dolores, qua & tormina. Hic vermes ſunt. Ita & Onomaſticum a Martinio citatum:* Vermina, ταὐλισμὸς. *Eſt autem ταὐλαξ vermis quicumque.*
c *Videtur aliquid deeſſe.* d *Hic vocabum aliquod.*
e *Ita ſcriptum. An aliis legendum, vel atriis?*
f *An forte,* in augmentum coronæ tuæ *legendum?*
g *Videtur deeſſe aliquid, ut compleatur ſententia.*

CAPUT VI.

E

De oratione devota & fide prædicationis.

Margarita colit feſta

136 INter ceteta Margaritæ gratiſſima, fuit Sanctorum ſolemnis vacare ſuleuniter, & eorum ſe precibus commendare ſerventer. Qua ea re in nocta Converſionis S. Pauli Deo mente conjuncta, dixit: Juſtum rationabile, dignumqoe eſt valde, Salvator meus, ut tibi ſoli devote ſerviam, & tuam ſolummodo faciam voluntatem, quia tua ſumma & ineffabilis voluntas & miſericordia deſcendit ad nos tam viles: & quem cœli capere non poterant, in uteso te puellæ Virginis novem menſibus abſcondiſti: & cui famulabatur Angelorum exercitus in excelſis, te uſque ad piſcatorum pedum oſcula in noſtrum obſequium mancipaſti. Juſtum eſt, ut ſerviamus tibi, cujos vita ſecundum aſſumptam noſtram mortalitatem fuit paupertas, labor & pœna, uſque ad acerbiſſimam mortem Crucis. Per illam ergo tam inæſtimabilem pietatem rogo te, Domine, ut cor meum & vitam perfecte ordinare digneris ad amorem tuum. His dictis, locutus eſt ei Dominus dicens: Semper vis haurire de me vivo fonte dulcedinem, & ego pro te hauſi amaritudinem. Semper vis de me vivo pane ſatiari & refici, & ego pro tua ſalute te famelicus expectavi. Si vis quod ego ſumma ſapientia tibi ad votum ſerviam, non negligas obedire mandatis meis. Nam te & quamlibet humanam creaturam certifico, quod nec tibi nec aliis conceditur uti gratiarum mearum muneribus, niſi abneget quis ſemetipſum, ſecundum Evangelium meum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

egit gratias Chriſto

F

ſuſcitatur ut eum ſequatur, Matth. 16. 24.

137 Omnium bonorum dux & amor Jeſus, volens poſt veſtigia ſua ducere Margaritam, ait: Pœnas graviſſimas pro amore meo recipies & portabis, in quibus dum te ſine mentalibus conſolationibus ſenſeris, reducas ad animum tuum verbum Fratris Junctæ Confeſſoris tui, dicentis, quod in tua ſiti, quam habes de me, tecum ſum. Quis namque tibi lumen internum donat? Quis fervorem? quis ſitim & deſideria? Quis te protegere dignatur in bellis? Et eum Margarita diciſſet: Vos, Domine mi Jeſu Chriſte; ait Dominus: Cur ergo mihi non agis gratias ea omni mente tua, cum de gratiarum actionibus plus mihi placeas, quam de dulcedine mea, quam petis & recipis? Noli timere, filia, nec dubites, quia licet illas, quas deſideras, conſolationes non guſtes; quandocumque me cum aviditate & lacrymoſa devotione requiris, recum ſum. Sed tu vis ſemper ſatiari de me, cum pro te cauterium mundo attenuatus & vacuus. Verumtamen memento verbi Conſeſſotit

qui eſt adeſt in tribulatione,

A feſſoris tui, qui ut te confortaret in anguſtiis tuis magnis, dixit utromque, quod omnes etiam tui capillos capitis tui ſunt numerati. Et tam magna tibi concedam, quod neſcies Patri tuo Confeſſori referre. Nonne tibi videtur magna dulcedo, quam de me ſcotis? non dicasis, inquit Margarita, Domine, magnam, eum ſit ineffabilis, inexcogitabilis & infinita.

& promittit magna conſolationem,

ac largitur,

538 In vigilia Purificationis Virginis, decorus ſponſus flenti Margaritæ ipſius abſentiam, locutus eſt, dicens: Ne timeas, filia, quia ſi ſervare vis Evangelium meum, & cunctis, quæ ſub cœlo ſunt, rebus renunties ſuaditus, nonquam deſeram te, & Sororem meam te vocabo. Ad cujus tam dulcia & attractiva colloquia, tantam ſenſit mietam ſiti dulcedinem, quod eltiſſima voce dixit, qualiter nec Domina, nec Angeli, nec Beati in ſuperna Dei fruitione, quantumcumque ſatiarentur de Deo, remanere poterant ſine fame & ſiti de ſummo Deo? Ego enim, Domine mi, nunc admirabilem dolcedinem quietis de te recipio, & temen cum ipſa de te ſamem ſuſtineo.

monſtrat eo ſingulos ordines Angelorum inveniri

B Et dum tantarum continuaret cum dulci fletu præconia laudum, cum æſtuantis amoris incendio, io ſuis precibus docta fuit a Domino, quod ſingulos invoceret ordines Spirituum ſupernorum, eamque ſimiliter docens, ipſos ad ſuum invitare præſidium, & ineeplicibiles gratias in ordinibus ſingulis omnium Creatori. Hæc adeo ferventer in Chriſti quieſcebat ſolatiis, quod ſuas eogebatur Hores differre, ques cum tanta devotione dicebat, quod niſi eas compleſſet ad votum, quantumcumque languida & infirma, non ſolum nolebat comedere, ſed nec audebet communicare. Et eum totum rempus fere occuparet in deſiderio Dei, oratione ac fletibus, nihilominus pru qualibet Hora 40. Pater noſter cum ſalutatione Virginis & Gloria Patri, Deo perſolvebat.

Ipſe optat ſuo more,

539 Quedam igitur die orens & lacrymans in uratorio Petris ſui B. Fraociſci, incaleſcens fervidius præ divinæ guſto dulcedinis in divinum amorem, coram multis pro devotione aſtantibus, propter timorem publicati amorit, quem occoltere non poterat, homilirer Chriſto ſuppliceans cum lacrymis, poſtulat ut eam celeriter de iſto nequam ſeculo educere dignaretur. Et iterum dixit: Salvatur optime, ſi placet infinitæ pietati ſuæ, feſtinanter vellem ad re venire: intantum timeo ne debilis anima

ne nequam poſſet,

mea, ſi ſuperviaero, in aliqoo te offendat. Chriſtus autem, qui hoc ei deſiderium cum timore donaveras,

C juſſit eidem quod ſe patienter exponeret ad multas ſui corporis paſſiones. Quæ reſpondens ait: Lætanter, Domine, ad cuncta pro tui honore nominis toleranda pœnalia me offero, & concedo: & cuncta quæ mihi inferri poſſent ſuppliria, pro tui amoris dulcedine pro nihilo reputabo. Tunc Dominus ad eam: Scis tu alicui conſolationi creatæ, ſigno, exemplo aot verbo, hauc quam

parato quilibet pati,

terrdibili ſuaviſſimo dilectæ perfoſæ

ſentis jocundativam aſſimilare dulcedinem? Non dicatis, inqoit Margarita, Domine mi, quod eam alicui rei poſſim aſſimilare; quia nec omnes Beatos, qui ſunt in regno cœlorum, arbitror dulcedinem tuam ſcire vel poſſe variare. Sed hoc confiteor, Creator meus, quod hæc magna dona per interceſſionem Metris Virginis Mariæ me recepiſſe cognoſco, cui nihil negas.

omnia ſe impetrare per D. Virg. ſolitum

540 In uocte B. Blaſii audivit Chriſtum dicentem ſibi: Tu ſemper vis meæ viſitationis continoare dolcedinem, ſed deſiderium iſtud obtinere in hoc ſeculo non valebis. Nam qui me ſequebantur Apoſtoli, mea ſine intermiſſione dulcedine minime fruebantur. Quare vis ſine labore meæ ſuavitetis guſtare dulcedinem, & non facis a circulam de meæ humilitatis connubio, de profunda humilitate mea, & gradibus converſationis meæ, & de ordine Paſſionis? Recordare mearum vilificationum, quando

invitatur a Chriſto ut per ſuam Paſſionis aſcendat

a Pilatus me ligatum mittebat Herodi, & Herodes illuſum remittebat Pilato. Si enim per hujus ſcalas gradus aſcenderis, confortate ſecure, quia in cœlo & in terra mihi Creatori tuo inſeparabiliter conjungetis.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS. D

541 Præcipuum divinæ gratiæ ſignum, deſiderium erat continuum audiendi Scripturæ divinæ verbum. Numquam inveni eam ſic ſuis viribos deſtitutam, quin audito Dei verbo ſtatim levaretur in mentis gaudium, & reſolveretur in lacrymis & laudibus ſui opificis Jeſu Chriſti. Et quia ſemen Divini verbi ſic hortus eecultus & pinguis ſuſcipiebat, ideo mihi, ſuo indigno Confeſſori, dicebat: Pater, loqoimini mihi de Deo, qoia verbum ejus me ſtatim ioebriat, inflammat, illuminat, & confortat, & ita ſimul corpus ſanat & animem, quod quamdiu ſonat in anima mea, nihil ſentio de infirmitatibus meis. Nomen ferebat Jeſu Chriſti tam inceſſanter in corde, quod ad expreſſionem ipſius in ſuarum locutionum principio, medio atque fine, quaſi tota liqueſiebas in lacrymis, & dicebat: O nomen ſuper omne nomen dulciſſimum, cujos virtus me revocavit ad gratiam, cujus ſanguine redempta ſum: cujus amor me ſibi adhærere alleait.

delectatur verbo Dei,

& nomine JESU.

542 Hæc mihi ab ea de oratione ejus quæreuti, reſpondit: Frarer, beatiſſima Trinitate invocata, quæ eſt unus E Deus æternus & immenſus, recommendo me Jeſu Dei filio, pro nobis incarnato, Redemptori noſtru, & Metri ejus Beatæ Mariæ Virgini, advocatæ noſtræ, nec non & eunctis Sanctorum ordinibus, inchoans ab inflemmatis Seraphin, deinde revertor ed Dominum Jeſum Chriſtum, per Spiritum ſanctum conceptum de Maria Virgine, ac pattum ſine dolore, ad Angelorum lætitiem, Megorum reverentiam, parvuli nati Domini mei fugam, & ejus laborioſa itinera. Demde meditor Samaritanæ dignetivum colloquium, defenſionem mulieris in templo, & pietatem quam eehibuit filiæ Chananeæ, leproſis, cæcis, & paralyticu ad piſcinam. Intueor etiam illos ſummæ putitatis tenerrimos pedes ſine eelceamentis, per villas, caſtra & civitates diſcurrere, & ſuper marinos vortices ſine inuodatione incedere. Conremplor item miraculorum operationem, Matthæi & Magdalenæ compunctionem, Lazari & aliorum mitem ſuſcitationem. Et gradiens per hos gradus, ed quemlibet in ſingulis referu laudes Creatori. Laudo ſimiliter in Sanctorum ordinibus illum, qui cunctos condidit Sanctos, in quorum ſolenniis copioſa mihi & nova doua conceſſerunt. Et orationem continuos, qoamvis cum tepiditate & defectu, ad omnia Domini beneficia ſine meritis mihi collata, gratiarum F actiones refero: deinde ad ſecretum & vivom fontem Dominum Jeſum menrem, in qoantum ipſe dignatur, figo: & ibi ſitihunda permanens anima contempletur, proditoriom oſculum, ſocum venditionis incomparabilis theſauri tam viliſſimum, ſudorem ſanguineum, negantem diſcipulum, alaparum injuriem, ſputorum ignominiam, verborum contumeliam, Crucis angariam, clavorum fixurem, oculos velatos, teſtes eorroptos, judices impios, Judæos perfidos, latronem eacuſantem, Dominum parcentem, Jeſum Matrem diſcipulo commendantem. Deinde cum fletu ameto contemplor ſeu meditor ſelleum potum, ſolem obſcuratum, ſaea ſciſſa, monumenta aperta, eaput inclinatum, & ſpiritum Domini mei Patri commendatum. Et ſic juata Crucem mœrore conſecta, Virgini Matri commori deſidero, & gladio ſui doloris mente confodi, ipſi cum lacrymis ſupplicans, ut illum ineffabilem, quem fuit paſſa, dolorem mihi largiri dignetor, quie pro me peccante & redimenda eſt mortous Dominus meus.

Meditatio ejus circa ſex Teſtatas,

Chriſti vultum

& paſſionem.

543 In feſto B. Laurentii Chriſtus Margaritæ oranti cum magna jocunditate ſe ufferens, oſtendit ei tunc unam ſedem in illu mentis eeceſſu, quæ protendebatur per cælum multum, quæ erat tam miri decoris, quod ejus pulchritudinem, ſicut erat, neſcivit com-

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

prehendere, ita nec ſcivit proferre: in capite vero illius ſpecioſiſſimæ ſedis vidit beatum Patrem Franciſcum in eminentiori parte ſedentem. Et fuit revelatum eidem, quod ex illo ſublimi & glorioſo loco Seraphico primus Angelus fuit expulſus. Et ait ad eam Chriſtus: Nondum vales, filia, hujus ſedis ſplendorem plene comprehendere, quia nondum es glorioſa, ſed in defectu viæ. Eainde in admirabilius lumen elevata ſuperius juxta ſolium Matris tam luminoſum fuit ei oſtenſum, quod præ nimia claritate comprehendere non valens, audivit Chriſtum dicentem ſibi: Ideo decorem Matris non potes comprehendere, quia ipſam præ ceteris creaturis in meam ſimilitudinem transformavi. Ille autem locus tam ſublimis & largus, ubi filium meum dilectum B. Franciſcum contemplata es, replebitur Fratribus ſuis, qui jam Eccleſiam meam fere repleverunt.

A *vidit locum S. Franciſci & Fratres ejus, unde ejectus Lucifer; & ſolium D. Virginis*

144 Quadam die corpore Domini noſtri devote ſumpto, audivit eum dicentem ſibi: Lauda & honora Matrem meam ſpecioſiſſimam in me. De cujus pulchritudine & altitudine nec mundus loquitur, nec Scriptura. Hanc Matrem & Dominam ego ſumma ſapientia & æterna creavi ad habitandum in ea. Hæc enim, filia mea, fuit Mater & Domina. Quare tibi præcipio & impono, ut ipſam laudes & honores, & ipſam laudari & honorari facias, quantum potes, quia eſt omni laude digniſſima. Ipſa enim ſola fuit vas puriſſimum, quod præparavi mihi pro totius ſalute humani generis. Ipſa etiam mater eſt, quæ me ſine dolore peperit, & virginali lacte pavit. Et Margarita reſpondit: Domine, quam magna eſt humilitas veſtra, quæ inclinatur ad commendationem creaturæ. Et Dominus ad eam: Si poſſet in cælo plus dari creaturæ laudis & honoris, ſuum eſſet, quia digna eſt illa dulciſſima mater. Tu Margarita lauda me, non te: honora me, non te: cum enim laudaveris & honorificaveris me, laudabo & honorabo te. Ama igitur ſolum me, & ſervias mihi. Et Margarita reſpondit: Domine mi, ſæpiſſime parcis culpæ meæ. Et Dominus ad eam: Timor mundi, & deſiderium ne me offendas, tenet te in me. Sed cave ne me recipias, cum Sacerdos habet me in manu ſua, niſi prius ei de ruis defectibus diceris tuam culpam. Et dicas Fratri Juoctæ Confeſſori tuo, qui tibi inhibuit, quod non mitteres ad eum tot homines & mulieres, quos verbis & lacrymis convertis ad me, pro confeſſionibus audiendis, & dixit tibi, quod nolebat purgare ſtabula rorum die. Dic quod noo purgat ſtabula, ſed præparat in animabus confitentium mihi ſedem, dum audit confitentem.

ſaluator cum laudat,

B *honoret honoret illa quam,*

C *& Confeſſarium monet ut illorum audiat peccatorum confeſſiones;*

145 Sequenti die venit Angelus ejus ad eam, & dixit ei: Cum poteris ſtare in oratorio tibi facto genuflexa, & abſque pulvinari de pluma, teoens manus ad inſtar miniſtrantis vel cancellatas more ſolito ſupplicantis, ora. Et cum omnis debilitata fueris, appodia te aliquantulum ſuper ſcamno: & ſis ibi mente viva, firma & ſollicita circa Dei verbum, dum Miſſa dicetur tibi: in quarum Miſſarum principiis ſigna te Crucis ſigniculo totam, & aquam recipias benedictam, & ſi vis tunc Dei filium Dominum noſtrum Creatorem recipere omni die, habes a Deo noſtro plenariam recipiendi licentiam: in quibus Miſſis invenies argumentum fervoris. Et dicit Dominus, quod erit tecum ad largiendum tibi mentis conſtantiam.

docetur ab Angelo ſuo modum audiendi ſanctum

146 In vigilia beatiſſimæ Magdalenæ, quæ prius ſurgere propter infirmitatem non poterat, in fervorem animarum aſcendens & laudum, ſubito roborata eſt ita plenitſime, quod omnes aſtantes mirati ſunt: feciteque in illa jocunditate ſero illo Divinas cantare laudes. Poſt hæc anima ejus in exceſſu levata mentis, vidit beatiſſimam Chriſti Apoſtolam Magdalenam in veſtitu deargentato, ſereotem coronam inteatem de lapidibus pretioſis, & eam beatos Angelos circumdantes. In qua viſione audivit Chriſtum dicentem ſibi: Sicut Pater meus dixit Joanni Baptiſtæ de me, Hic eſt filius meus; ſic dico, quod hæc eſt filia mea dilecta. Et quia miraris de ipſius tam fulgido veſtimento, ſcias quod ipſam lucrata eſt in antro deſerti, in quo etiam coronam, quam vides, de lapidibus pretioſis in victoriis ſuarum tentationum, quas in illa pœniteotia paſſa eſt, meruit obtinere. Quibus dictis, ſubito viſio ſupradicta ſubtracta eſt, & Margaritam in tam magna debilitate reliquit, quod ſurſum caput languidum erigere non valebat.

vidit S. Magdalenam in ſumma gloria,

147 Nocte altera in oratione pervigilans, in exceſſu mentis evecta, vidit Beatorum agmina, & Chriſtum in ſolio ſtantem, & jucunda facie famulam ſuam Margaritam reſpicientem. Quæ ducta per Angelum, & in ejus anima ruens amplexus, conquerebatur, dicens, Pater mi, cur animam, quæ nihil aliud petit quam vos, veſtris privatis ampleaibus? Et Dominus ad eam: Non amplectar te, filia, quouſque amore mei multas adverſitates recipias. Margarita vero quæ ſui conſumptionem corporis ſitiebat, reſpondit dicens: Domine mi, quando erit iſtud conſumptum corpoſculum? Et facta eſt ei reſponſio, quam optabat, per Angelum dicentem ſibi: Tu Margarita diu & multum deſideraſti tui conſumptionem corporis: ad quod deſiderium plene pertinges, antequam migres ad nos. Hoc per me tibi ſignificat ille Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui non ſolum me creavit &c, ſed omnes creaturas. Ad quæ verba ad ioſtar mulieris in partu vociferantis altiſſime fiere cœpit, admirans de dignativa humanatione ſummi Dei. Ille autem, qui electorum teiſtimam vertitur in gaudium, ſtatim flavus & parvulus & nive candidior, nudus in præſepio reclinatus apparuit: & poſtea ſurgens ad Matris pectus in virginali gremio ſedit.

abſolvat in raptu ad Chriſti amplexum,

D

ob tranſitionem in amore ſuo tolerato;

& ſuam mortem;

148 Exceptis Horarum proliaitatibus & mentalibus exceſſibus, qui noctem diemque fere totum aliquando occupabant, eum inter ſociarum manus irreverberatis oculis ioſenſibiliter a mane in veſperum tenebatur; nihilominus temporis particulas, quæ ſupererant, divinis laudibus adornabat. Memor namque illius admirabilis cœnæ, in qua corpus ſuum Apoſtolis tradidit, & diſcipulorum pedes lavit ſummi Patris Filius, dicebat decem Pater noſter, pro caprura facta in horto decem, pro corona & illuſionibus decem, pro colomna decem, pro Cruce, in qua nudus pependit, decem, pro qualibet manu confixa decem, pro quolibet pede decem, pro qualibet aore contumeliis & detractationibus laceſſita decem, pro fœtore loci & ſputis impiorum decem, pro velo ante oculos venerabiles poſito viginti, pro felleo potu decem, pro lancea decem. Et ad quamlibet pœnam Chriſti, quam ſciebat diſtinguere, cum gemitibus & lacrymoſis ſuſpiriis eumdem oumerum perſolvebat. Excreſcentibus in ea fervoribus in meditatione beneficiorum, quæ Chriſtus humano generi contulerat, fecit acquiri ſabarum non parvum numerum, quibus unum vaſculum replens, hoc modo evacuavit: nam primo pro ſuis defectibus, quos multis anois in amaritudine mentis defleverat, dixit 400. Pater noſter: pro ordine B. Franciſci, cui eam Dominus recommendaverat, 100. pro cunctis Eccleſiæ ſanctis ordinibus in virtute conſervandis & gratia. 100. Pro electis, quos Deus in ſtatu gratiæ poſuit, 100. pro peccantibus, qui divina ſunt gratia denudati, 100. pro Confeſſoribus 100. & pro benefactoribus 100. pro terræ ſanctæ ſubſidio 100. Et pro laudatoribus matris Dei 100. Pro ſpiritualibus fidelibus filiis & compatribus ſuis, 100. Pro Cortonenſibus ſibi devotis 100. pro ledentibus vero eam alia 100.

ad memoriam Paſſionis noſtri Domini;

frequentes raptus per horas;

E

verba eam conſolantis;

149 *b* Vi famula ſuperni amoris amplius renovata, cœpit amore Dei Patris dicere centum Pater noſter. Pro honore Filii 100. Et ad laudem ſancti Spiritus 100. Pro matre Domini 100. & pro omni ejus parentela 100. pro creatione viſibilium & inviſibilium, 100. Et pro infuſione novarum animarum in corporibus, 100. pro primis parentibus in paradiſo locatis

b

pro variis beneficiis ſibi exhibitis collatis,

100. Et

F

A 100. Et pro tranſgreſſione ipſorum 100. Pro prænuntiatione Chriſti adventus 100. Et quia venit ad nos in tempore præſcito a Patre, 100. Pro Angelo Gabriele ad Mariam Virginem miſſo 100. Et pro humili reſponſione Virginis 100. Pro verbo illo, Ecce Ancilla Domini 100. Et quia Mater Domini viſitavit Elizabeth, 100. Quia Deum novem menſibus portavit in utero, 100. Et quia pariens, in præſepio eum reclinavit, 100. Quia Mater Dei exiſtit, 100. Et pro honore Joſeph ſenia, 100. Quia Chriſtus præſepe non abhorruit, 100. Et quia circumcidi voluit, 100. pro adoratione ſanctorum Magorum 100. Et quia in templo voluit præſentari, 100. quia dignatus eſt converſari ro ſeculo, centum. Et quia immenſus factus eſt brevis; æternus, temporalis, & immortalis, paſſibilis, 100. quia Pater eum miſit 100. Et quia ipſe perſonaliter incarnari voluit, 100. Et pro Spiritu ſancto, qui hoc opus fecit, 100. Et quia cum Matre Virgine in Ægyptum fugit. 100. Et quia poſt triduum in templo repertus eſt in medio Doctorum, 100. Pro obedientia, quam exhibuit Matri & bajulo ſuo Joſeph, 100. Pro labore itineris 100. quia dignatus eſt loqui peccatoribus, & Chananææ, 100. quia Magdalenam in convivio recepit & commeodavit, 100. Pro laboribus Dominæ noſtræ 100. quia diſputavit Chriſtus cum Scribis & Phariſæis, 100. quia fatigatus & ſitiens

B ſedit ad puteum, 100. Et Samaritanam converſit & populum, 100. pro prædicationibus aliis per villas & civitates factis 100. pro illis locis in quibus ſudavit 100. Et pro omnibus inſidiis, quas bominiter paſſus eſt, 100. Et quia videri & tangi ab hominibus dignatus eſt, 100. in honore baptiſmi Chriſti 100. Et pro vocatione Apoſtolorum 100. quia panem materialem coram Apoſtolis ſuis ſanctiſſimis manibus fregit, 100. Et quia eis & nobis faeram Scripturam dedit & expoſuit, 100. quia mundo multas ſcieotias dedit, 100. Et quia cum eis & eum peccatoribus manducavit, 100. pro quadrageſima in deſerto facta 100. Et quia eſurivit, & ſe tentari permiſit, 100. pro paupertate, quam naſcendo, vivendo, & moriendo ſervavit, 100. Et pro omnibus loris, in quibus Jeſus, Beatorum lætitia, ploravit, 100. pro monte Sinai, ubi legem Moyſi dederat 100. Pro transfiguratione in monte Thabor 100. pro cœna oltima, quam cum diſcipulis fecit, 100. Et pro ſermone magno, quem eis fecit, 100. Pro corpore ſuo, quod eis dedit Dominus, 100. Et quia proditoris & diſcipulorum pedes lavit, 100. Pro loco, quem non declinavit, ubi facta fuit proditio, 100. Pro flagellis, alapis, & deriſionibus receptis in nocte, 100. Pro oſculo proditoris tam manſuete ſuſcepto

C 100. Et quia dixit ei, Quod facturus es, fac citius, 100. Pro cruce in qua poſitus fuit, 100. Et pro aliis tormentis quæ ſuſtinuit pro ſalute humani generis, 100. Pro latrone quem in cruce invitavit ad regnum, 100. Et pro teſtimonio ei a creaturis exhibito in Paſſione & alias, 100. Pro dolore Virginis Matris & Joannis, 100. pro fide Matris, quam tunc in mente ſervavit, 100. Et pro ſanctis Patribus de limbo eductis, 100. pro reſurrectione ipſius Domini, 100. Et quia Petro, Magdalenæ, & aliis Chriſti diſcipulis apparere dignatus eſt, 100. quia diſcipulos ſalutavit, 100. Et quia poſt reſurrectionem cum eis comedere voluit, 100. quia cicatrices vulnerum in corpore ſuo ſervavit, 100. Et quia Magdalenæ in forma hortulani ſe oſtendit & eam nominavit, 100. Item quia duobus diſcipulis in forma peregrini apparuit, 100. Pro aſcenſione Domini noſtri in cœlum, 100. Pro omnibus operibus quæ pro creaturis perfecit & perficit, 100. Et quia Spiritum ſanctum Apoſtolis miſit, 100. Et pro adventu finalis judicii, 100. Et quia decalogum præceptorum ad noſtram ſalutem doruerat Moyſen, 100. Pro Patriarchis & ſanctis Prophetis 100. Pro collegio beatorum Apoſtolorum 100. Pro conſtantia Martyrum 100. Pro ſanctis Dei Sacerdotibus 100. Pro ſanctis Virginibus 100. Pro Deo devotis viduis 100. Pro confirmatis in gratia, 100. Et pro nondum converſis ad pœniteotiam 100. Pro Sacramentis Eccleſiæ ſanctæ conceſſis, 100. Et pro baptiſmo fidelibus dato 100. Et pro omnibus temporalibus bonis humanæ naturæ conceſſis 100. Pro auctoritate abſolvendi & ligandi Sacerdotibus tradita 100. Pro continua pietate, quam Chriſtus habet od animas, 100. Et pro doctrina & gratia infuſa prædicatoribus 100. Pro ſeptem donis Spiritus ſancti 100. Et pro quatuor Evangeliſtis 100. Pro dilatione egreſſus Matris Dei de ſeculo ad noſtram ſalutem 100. Et pro miraculoſo adventu Apoſtolorum in ejus Aſſumptione 100. Et quia materia non deeſt laudis, non debet deeſſe lingua laudantis a laudibus, ideo quia Margaritam liberavit a multis periculis in ſtatu mundi, & eam nutrierat eum eſſet Chriſto rebellis 100. Et pro lumine conſcieotiæ ſibi dato 100. Et propter inobedientiam mandatorum, quam incurrerat, 100. Et quia Deus eam revoravit ad gratiam, 100. Et quia eripuit eam de manibus tentatorum, 100. quia omnia peccata vivæ vocis oraculo ei dimiſit, 100. Et pro largitate publica & privata 100. Pro ingratitudine, quam habuerat ad beneficia Dei, 100. Et pro janua paradiſi electis aperta 100. Necnon pro beatiſſimis Angelis nobis ad cuſtodiam deputatis 100. Pro his, quæ Dominus Jeſus in hora matutinali paſſus eſt, 100. Et pro ſingulis horis dixit 100.

150 Cor ſuum tradens Deo devota Margarita ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui vocaverat eam, quia flammam divini amoris, qui eam dilatavit ad omnes, cohibere non valuit, nunc divini familiaritate colloquii, nunc temporalis largitate ſubſidii, nunc orationum ſtudio vigilanti, omnibus omni modo, quo poterat, ſubveuire ſtudebat. Unde mihi Confeſſori ſuo dicebat: Noveris, Pater mi, quod in orationum mearum principiis adhibendi meæ vilitatis miſeriam, recurro prius ad Dei mei Matrem, deinde ſingulis honoratis Sanctorum ordinibus, eorumque invocato ſuffragio, confidentius ſupplico Regi Deo, ut per ipſos tam ſibi gratos filios preces meas oblatas cum lacrymis orulo pietatis reſpicere, & cum miſericordia recipere dignetur: redditiſque gratis de collatis muneribus, oro pro cunctis in Purgatorii pœna recluſis, ſecundum notitiæ meæ gradum. Deinde oro pro Papa noſtro ſanctiſſimo, ejuſque toto aſſiſteore collegio. Poſt hæc oro pro cunctis Eccleſiæ ſanctæ ordinibus, ſub quacumque norma vivendi poſitis, ut conſerventur virtuoſiores in gratia, & debiles protegantur, ne unquam ſuccumbant in pugna. Oro iterum pro Legatis omnibus a Sede ſancta tranſmiſſis pro ſalute fidelium. Nunc oro pro Terræ ſanctæ ſubſidio & recuperatione, quam opto: nunc pro Regibus

F Chriſtianis, & omnium fertarum Principibus & rectoribus: nunc pro terrarum concordiis conſervandis, nunc pro omnibus ſedandis guerris. Nunc oro pro Virginibus, conjugatis, & viduis, nunc pro omnibus orphanis & pupillis, nunc pro afflictis omnibus & captivis, nunc pro Cortona, in qua me Deus tot virtutibus adornavit: nunc pro meis Confeſſoribus & magiſtris: nunc pro Fratrum Minorum ordine, quorum curæ me Chriſtus ſemper & ubique commiſit: nunc pro benefactoribus meis, & pro omnibus illis qui fuerunt cauſſa meæ ſalutis. Oro etiam pro peccatoribus omnibus, ut Deus eos reducat ad gratiam: & pro infidelibus & hæreticis, ut ad matrem ſanctam noſtram Eccleſiam ſequeodam ſe convertant. Sed dum pro Tartaris, Saraceois, & aliis infidelibus oro, ſentio in corde dulcediem & fervorem. Cum autem pro Judæis oro, eorum ingratitudo mihi occurrens, ſtatim illa dulcedo videtur mihi atque fervor ſubtrahi. Oro ſimiliter inſtantiſſimis precibus pro omnibus, qui me verbo vel facto læſerunt publice, vel occulte. Deinde revertor ad amantis Jeſu deſiderium: & quantum ab ipſo conceditur, aſcendo in contemplationis amplexum, ubi ea familiaritate Altiſſimi anima tantam ſentit dulcedinem, & ad tantam violentiam trahitur, quod

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

D

E

& myſtice ellis vitæ Chriſti.

orare incœpit pſalm. D. P. & 55.

cum variis flatus hominum Deus commendat

poſtea ad Chriſtum ſe attollit

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

filii mei non poſſum ferre præſentiam, niſi inquantum ſcio quod impoſterum ordinem noſtrum ingredietur, ſicut mihi Dominus promiſit ac revelavit, & quod non ſolum adhuc Frater fiet, verum & Sacerdos & ſui verbi prædicator.

A *divelitur regnoſcit filio ſuo revelatum.*

151 Humilis corde Dei famula Margarita ſe leviſſimam in omnibus recognoſcens, oravit dicens: Domine Jeſu Chriſte, non vos irritet miſeria mea, ut ſubtrahatis mihi viliſſimæ, nullam virtutem habenti, ea quæ per miſericordiam promiſiſtis, Cui Salvator reſpondit, dicens: Complacuit Patri meo ſanctoque Spiritui, neç non mihi, & meæ Matri Virgini, de qua pro ſalute humana incarnari volui, quam non ſeparas a laudibus tuis, & quæ rogat, ut gratias tuas augeam, ut ſerventur tibi promiſſa dona. Et Margarita reſpondit: Domine, cum ego ſim ſuperbiæ vaſculum, ſine humilitate, honeſtate, patientia & caritate, quomodo mihi aliqua veſtra dona darentur? Et Dominus ad eam; Non habes tu plenam voluntatem placendi mihi? Non ſentis tu novas pœnas, quando non ſervis mihi? Nonne fugis libenter omnes creaturas, ne me offendas? Numquid non exuis te, amore mei? Et Margarita reſpondit: Domine mi, ſi utrumque ago, tu noſti, quod quia in tuis operibus non ſum B ſervida, ſed otioſa, quomodo dona tua communicares tam viliſſimæ creaturæ: Defende me, Domine, ab omni culpa & inſultu acediæ. Et Dominus ad eam: Hæc tentatio eſt quoddam martyrium tibi conceſſum, ut vires tuas exerceas fortiter ad gratiam meam exercendam. Et cum illa diceret: Quantum te, Domine, in pigritia meis offendo! nec de donis elata efficeretur, & pavida remaneret, ril ei ſuper iſto verbo reſpondit.

ſi eſtam Dei humiliat.

ſumma re- pit illi placetre.

& liberari ab inſultu cediæ.

C

152 Quodam mane cum laqueretur de Chriſti Paſſione ferventer inebriata doloribus, dixit: Si tunc aſtitiſſem Domino meo crucifixo Jeſu, dixiſſem quod prius me poneret in inferno, quam illos cruciatus in ſuo ſpecioſiſſimo corpore patereiur. Ad quod verbum quaſi contra Divinam diſpenſationem prolatum Frater commorus, de ipſius deceptione timens, dixit ei, Mater Domini noſtri, quæ ſuper omnes dilexit eum, juxta crucem ſtans confecta mœrotibus, ſeipſam, ſi opportunum fuiſſet, pro ſalute omnium immolaſſet: adiecitus quod quaſi ex ſimili cauſſa dixit Chriſtus Petro, qui cum pati nolebat; Vade poſt me, ſathana. Nobis quidem eam relinquentibus in mentis exceſſu, & ad locum redeunti- bus Fratrum, loquitur Chriſtus Margaritæ dicens: Filia, die Fratri, quod ipſe verum dixit, & bene. Verbum autem illud non ſolum dixi, me amanti ferventer, ſed etiam ſathanæ, qui diſſuadere nitebatur præ timore paſſionis, quam mihi optanter interim procurabar: ipſe tamen amiquus hoſtis me plenarie non cognovit uſque ad expoliationem inferni, in qua quidem tanto fuit dolore repletus, quod, ſi poſſibile fuiſſet ipſum poſſe mori, morruus tunc fuiſſet. Sed tunc Petrum propter exceſſivum ſuæ dilectionis ſervorem ex eo verbo non minus eum dilexi. Non ponant igitur Fratres in dubium fideliſſimum tui cordis amorem, qui meæ reſpondit inclinarioni, quam gratis mundo exhibui. Nam ſi dum patiebar in Cruce hoc verbum dixiſſes, fides tua, quæ tota eſt pura, ſalvum te feciſſet. Tu enim es plruta mea, quæ ſiccas plantas virides facis: nam de te conſurget aqua ad irrigaodas radices arborum aridarum. Tu es enim filia mea, ſoror & ſocia, cui conceſſit Pater meus gratiam, quam non perder. Ad quæ verba Chriſti famula Margarita perterrita, Chriſto reſpondit dicens: Non me permittas, Domine, decipi: quia nihil in me virtutis invenio, unde hoc impoſterum debeam præſtolari vel præſenter valeam poſſidere. Tunc ſe Chriſtus ei oſtendit, veluti crucifixum, dicens: Pone pslmas ſuper locis elavorum manuum mearum. Et cum Margarita ob reverentiam diceret, Non Domine mi; ſubito patuit vulnus lateris amantis Jeſu, & in caverna illa cor ſui eſt in- eſt intuita Salvatoris. In quo exceſſu amplectens Dominum crucifixum ſurſum ab eo ferebatur in cœlum, & audivit eum dicentem ſibi: Filia, de iſtis vulneribus trahes illa, quæ queunt prædicatores referre.

Vade poſt me ſatana, Matth. 16 23. magis diabolo dictum, quam Petro.

Similis Petri & Margaritæ fuerat.

videt hoc cor Chriſti per vulnus lateris.

153 Dixitque ei iterum Dominus: Dicas etiam Fratribus Minoribus, Patribus tuis, quod ſedes illa tam ſpecioſiſſima, quam viſiſti in ordine Seraphin, fuit Luciferi, in qua Pater tuus B. Franciſcus reſidet glorioſus; & longitudo illa, quæ continuatur cum ſede, replebitur Fratribus ſui ordinis, qui tanti Petris imitabuntor veſtigia: cujus religio magna eſt, & propter maximum ordinis ejus cor, membra ejus, quæ parvula ſunt, innovabuntur. Propter quod ad ordinem cupientes venire recipere non dubitem; quia ſi non receiperem ab eis niſi caſtitatem & officium, placet mihi quod eos recipiant. Et ſi non receiperem amplius, niſi quod receedunt a mundi proditionibus, homicidiis, perjuriis, furtis, uſuris, & carnalitatibus, contentus ero. Nam a venientibus etiam olera, offendor multum, ſed ſicut extenditur miſericordia mea ad populum induratum, qui receſſit a me, ita juſtitia mea extenderur ad ipſius punitionem. Et tu, filia, pars te ad patientiam, quia tota vita erit in martyrio, tam dubio tamque duro, quod potiur eligeres Sanctorum ſupplicia, quam tuas, quas ſuſtiocbis, pœnas. Et quia Dei famula non timebar pœnas, ſed ſolum Dei ſui offenſam, reſpondit dicens: Quomodo ſaciam, Domine mi, in pœnis prædictis? Timeo non pœnam, ſed tuam offenſionem. Et Dominus ad eam: Tu bene juvaberis in tribulationibus tuis, filia: & in tribulationibur poſita migrabis ad regnum cœlorum. Tu er inſtrumentum meum, quod, dum volo quod tangatur, tangetur. Quare tibi dico, quod pax Aretini & Epiſcopi eum Curtonenſibus fier.

Minores commendati: jubratur facilius eſſe in admirando:

D *amplexus crucifixum ſurſum ferens:*

E *Margarita dura patienda prædicantes:*

154 Die Dominica poſt Pentecoſten cum devota reverentia Chriſti recepto corpore, ſtatim gaudio terminato dicere cœpit: Cur anima mea tuum ſponſum Dei filium non quæris ad Crucem? Quo dicto, ſurgens de loco, ubi orabar & quieſcebat, aſperſit ſe aqua benedicta in ſuorum purgatione defectuum: & ſubito de cella cum fervore maximo egrediens cœpit Chriſtum vocibus poſtulare. Quæ in inſtanti ad Chriſti pedes intellectualiter poſita, lavit pedes ejus & terſit: & faciem ejus videre dederans, rogabat Altiſſimum, ut deſideranti ſe oſtendere dignaretur. Qui reſpondens, ait: Faciem mesm plene in ſua ſpecie videre non poteris, quo uſque locabo te in gloria Beatorum. Et Margarita reſpondit: Domine mi, prolixas quadrageſimas me finitis facere de vobis. Cui Salvator dixit: Sicut ſunt quadrsgeſimalia tempora tibi conceſſa, ita & feſta de me tibi paſchalia reſervantur. Et Margarita reſpondit: Domine, placet tibi, quod loquar magnr dona tua, quæ mihi largiris, coram aſtantibus? Et Dominus ad eam: Quia in illa tua locutione extatica, eum non ſentis quæ loqueris, panduntur miſericordiæ meæ dona, volo quod ita loquaris. Ad quod verbum Msrgarita ſecurior reddita, dixit: Tu es pater, meus, ſuſcitator meus, ſponſus meus, lætitia mea, & gaudium omnium gaudiorum. Et Dominus ad eam: Tu es filia mea, ſocia electa. Et Margarita reſpondit: Quantum me diligis, Sslvator meus, non me remittas in deſertum, amator meus. Et Dominus ad eam. Ego remitto te, ſicut ovem inter lupos. Et Msrgsrita reſpondit dicens: Domine mi, deſtruat ur eito moles corporis mei, ut merear venire ad te per viam tribulationis. Et Dominus ad eam: Quamvis tribulationes tuæ dutæ debeant eſſe, major erit tamen illa, quam patieris de me; neque enim major, nec dirior eſſe poteſt, quam ſentire ſe animam ſine me. Et Margarita reſpondit: Tu es, Domine, vita mea, per quem vivo: & ſi in deſertum remiſeris me, mortem iocurro. Tu theſaurus meus, ſine quo omnis opulentia videtur mihi ſumma paupertas. Ad quem Chriſtus ſe oſtendens hilarem, dicebat ei,

& *in reſpon Chriſti pedes viſa fuit lavare:*

F *fuerat ejus dona coram omnibus aperire:*

optat ſibi mori:

quod

videt Christum & D. V. in throno ſedentes

A quod in deſertum rediret. Quem cum Margarita mentali contemplaretur oculo, vidit Chriſtum in throno mirabili reſidentem, & Matrem Virginem a dextris ejus in alio inæſtimabili ſolio coronatam ſuper omnes choros Angelorum ſedentem, & Margaritæ congaudentem. Tunc invitavit eam æternus Rex de viſione diſtincta omnium beatorum agmionm. De qua publicatione tam jocunda, tam larga, tam immenſo gaudio dilatatum eſt cor, quod aperiri videbatur, & vix potuit reſpondere, dicens: Domine, quem unice diligo, quia a te facta ſum, te videre deſidero, qui me tanto repleſti gaudio, quod nec tacere poſſim, nec exprimere. Deinde ad Matrem Domini ſe convertens ait: Domina mea, dicatis, quæſo, Filio veſtro, quod oſtendat mihi vultus ſui jucunditatem.

summo gaudio perfuſa

155 Dicebat Margarita Confeſſori ſuo: Pater mi, nihil de rebus ad victum vel indumentum mihi tranſmiſſis retinere volo. Nam deſidero eſurire, ut ſatiem pauperes; cupio me, ut induam eos; dare tunicam novam ipſis, & ipſorum me tegere ſemicinctiis, & in omni rerum penuria remanere, ut ipſi abundare poſſint. Et dicebat Fratribus: O Patres mei, nulli perſonæ pro meis neceſſitatibus faciatis, ſicut conſuevistis, aliquid ſignari: quia currere volo ad deſiderium animæ meæ Chriſtum, omnibus rebus exoneratа. Et ſi quid eſt alicui pro meis neceſſitatibus aſſignatum, pauperibus Domini mei Jeſu Chriſti crucifiat, quos in viſceribus meis porto, ſine mora diſtribuatis.

capit amore ſibi poſito dari paupertatem

B

156 In feſto beatiſſimæ Magdalenæ interrogavit Margarita Dominum noſtrum, quem cum ſuis ſtigmatibus Paſſionis videbat, ſi omne genus humanum in hujus ſeculi termino cum illis plagis eum viſurum eſt? Reſpondit Dominus, quod ſic eum viſurus eſt omnis oculus. Sed illæ plagæ, inquit, filia mea, erunt ad gaudia Beatorum, & confuſionem perpetuam reproborum. Et Margarita reſpondit: Et non dolebunt de tali viſione Beati! Et Dominus ad eam: Quia in eis erit tam perfecta gloria, quod nulla poteſt ei admiſceri triſtitia, dolere non poterunt, ſed in me Redemptore de ſua redemptione gaudebunt. Et vis, ait Dominus, ut oſtendam tibi dona, quæ tibi daturus ſum? Et Margarita reſpondit: Non, Domine mi, tu enim es gaudium meum, quem ſolum cernere cupio: vita, qua vivo: lætitia, qua gaudeo: requies, in qua requieſco: & totum bonum animæ meæ. Confiteor, Domine mi, quem plagatum video, quod tu es ille, qui pro humano genere paſi & mori dignatus es. Sed quæſo, ut non patiaris creaturas, contra quas video nunc tam iratum, ſeparari a te, & ire ad incendia ſempiterna. Scio, Domine, quod nulla pœna major eſſe poteſt, quam ſeparari a te lætitia infinita. Et cum Salvator per modum licentiandi eam benedictione donare vellet; Margarita reſpondit: Domine veſtram benedictionem opto: ſed differatis eam, ut non recedam. Timore autem creſcente de tanti terminatione ſolatii, convertit ſe ad Matrem Domini noſtri, dicens: Speciosa Mater & Domina, ea ora Filium tuum, & dic ei, ut ſui aſpectus jocunditatem mihi non ſubtrahat, quia nollem ab hac jocundiſſima viſione recedere. Et ſi me diſpenſatione ſua remiſerit, dicatis ei, Mater, quod mihi præſtet de reverſione ad tantæ felicitatis ſolatium promiſſionem. Et quia Chriſtus invitavit eam ad ſuorum viſionem Sanctorum reſpondit: Domine mi, qui eſtis Sanctus Sanctorum, lumen, dulcedo, & corona eorum, quem ſolum videre deſidero, cum vos videro & habuero, ero coram Beatis omnibus.

videt ſtigmata Chriſti, videtur a Judæis

C

orat ne dimitti ab ea viſionem

157 Tunc invitavit eam Altiſſimus, ut ſuis manibus e cicatricibus ſignatas tangere non tardaret. Quod agere præ reverentia renuens, amoris ſignum & confidentiam poſtulavit. Et Dominus ad eam: In ſignum dilectionis & confidentiæ tibi mando, quod numquam loquaris niſi de me. Et Margarita reſpondit: Domine mi, quia hoc præceptum implere non poſſum ſine adjutorio gratiæ tuæ, ſuccurrat mihi libenter obedicuti miſericordia tua: & quia ſolus noſti fragilitatem meam, abſconde me a creaturis tuis, & cum loqui neſciam, non me cogas, ut aliquid referam populo tuo vel alicui perſonæ in ſpeciali. Tunc graciſſima filia, ſuis Patribus non ingrata, interrogavit Altiſſimum, dicens. Domine Jeſu Chriſte, ſplendor æterni Patris, quantum diligis Patres meos Fratres Minores, quibus me commendaſti? Et Dominus ad eam: Filia mea, majores ſunt apud me magiſque dilecti, quam aliqui de mundo. Ad quod verbum cum exultatione perceptum, benedictionem pro omnibus a Sacerdote æterno Chriſto Jeſu humiliter poſtulavit. Qui benedicens eos, ait: Benedico omnibus Fratribus Minoribus, filia, ea parte Patris mei & ſancti Spiritus. In quo diguativo colloquio effecta ſecurior, adjunxit dicés: Et quid erit, Domine mi, de his duobus Patribus meis electis tuis, qui cui amore tam ſollicite meæ ſaluti ſe inclinaverunt? Studeant, inquit Dominus, ſemper eſſici meliores, cum habeant arrham æternæ gloriæ. Et quid hoc, Domine, quod unum eorum permiſiſti gravari prælationis officio? Cui Chriſtus reſpondens, ait: Scias quod adverſarii mei multiplicati ſunt ad rentandum populos meos: & Fratres Minores, quibus dedi retia prædicationis meæ, ſcutum ſunt animarum.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS. D

jubetur ab Angelo ne ſequi niſi ad Deo & quarto de PP. Minor.

quibus benedixit Chriſtus,

158 In nocte B. Claræ Virginis, oranti Margaritæ aſtitit unus Angelus ſea alas habens: ad cujus benedictionem ſubito tanto ſunt amoris repleta incendio, quod gaudium æternum a riſu unn poterat cohibere. Cujus lætitiam ſæpius illa nocte Angelus renovavit, deſcendens & apparens eidem. Unde Fratrem Confeſſorem rogavit inſtanter, ut numquam coram aſtantibus dictum Angelum nominaret, quia præ lætitia tanti nominis cor replerum jubilo in jucunditatem faciem reſolvebat, quamcumque gravaretur infirmitate. Et interrogans de tam nova jocunditate, reſponſum accepit, quod ab illo Seraphico Angelo ſuſceperat tam mirum jocundumque incendium.

E

viſitur ab Angelo id mirè gaudio,

159 In prima Dominica de Adventu, Margarita, quæ ſoniem vitæ ſitiebat ardenter, recepto cum reverentia Chriſti corpore, oravit cum fletu dicens: Per illam miſericordiam, quam latronì dare diguatus es in crucis patibulo, te, mi Domine, obſecro, ne me permittas ab antiquo ſerpente decipi & morderi. Ideo namque ad arcem miſericordiæ tuæ recurro, & ad pietatem tuam cum timore confugio, quia majeſtati tuæ numquam ſervivi, nec ſervio, ſed offendo continue. Cui pius Pater & Dominus reſpondens ait: Si me tuis cogitationibus offendis, filia, illos defectus purgas continuis doloribus, quos in animo tuo portas, & lacrymis, quas effundis. Et ego creatur tuus, qui re in Paradiſo formavi in prima matre, de Maria Virgine natus & in cruce paſſus, benedico ſanguinem illum, quem in tua redemptione effudi: quia tu ex illa creatura, quam hodie plus diligo, quam diligatur aliqua mulier quæ inveniatur ſub cœlo.

timet peccatorum,

F

odore Chriſto dilecto,

160 Die Veneris præcedente vigiliam B. Thomæ Apoſtoli, famulæ Dei Margaritæ flenti & oranti Angelus Domini locutus eſt, dicens: Benedico cellam & omnes habitantes in ea, ut illuminentur atque purgentur, & creſcant in fervore amoris. Domini famulæ eum fletu dicenti, Domine, ego clamo dolores & anguſtias patiens in abſentia dulcedinis tuæ, ſine qua vivere non poſſum, & nemo reſpondet afflictæ; ad ejus clamorem ſponſus diu deſideratus Angelum miſit hæc dicentem: Ego ſum nuntius tui Domini, quem quotidie poſtulas: Ego nuntius tui Patris & Redemptoris. Quæ in magnis revelationibus & promiſſis timore concuſſa, nec tamen recedens ab actionibus gratiarum, laudavit mittentem Deum in Angelo deſtinato, & Angelum in Domino deſtinante, dicens: Laus tibi ſit, Angele Dei, de tam larga benedictione, tamque prolixo ſermone. Sed ſcemo tuus, Angele Dei, valde me terruit,

viſitur & benedicitur ab Angelo,

ob gratias agit.

quia

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

quia propter tam alta promiſſa dubito ne ipſe velit olterius mecum loqui, quem ſolum deſiderat anima mea; ea quo per te tam alta narravit atq; promiſit. Cui Angelus
A diait: Recordare, Margarita, verbi a Domino tibi dicti, quod uſque ad obitus toi diem nova gratia ereſcet tibi: nec de divinę ſubtractiune locutionis timeas, quia tecom loqoitur alteriori modo Deus, quam unquam locutus fuerit. Recordare ſimiliter Evangelici verbi, quod tibi eapoſuit Confeſſor tuos de proaimo diligendo. Et Margarita reſpondit, dicens: Et quis eſt iſte proaimus cartor & intimior peramandus? Dominus noſter, inquit ei Angelus, Jeſus Chriſtus, pro te & ommbus natoi & in præſepio recimatus: ſed lua in teoebris orta eſt, & tenebræ eam non cognoverunt.

161 Super naſcentis autem pueri pœnalitatibus aſſumptis Margarita meditans, cœpit timere, ne illa die, qua lætitia ſomma erat, fieret ſubtractio tanti gaudi. Unde dixit Angelo, qood timebat de duro Paſchate. Et Angelus ad eam diait: Si de duro Paſchate times, recordare quod Chriſtus nun habuit hic ſuave. Et Margarita reſpondit: Quare ergo facit Eccleſiam novam lætitiam, & concedit carnes in illa die comedere Chriſtianis, & beatus Pater meus Franciſcus dicebat, quod totus
B muodus jubilate debebat, quia ortum eſt lumen totius generis humaoi, atque immenſum gaudium? Et Angelus ad eam. Verum eſt, quod gaudium totius mundi natum eſt: ſed amici Dei contriſtari debeut illa die, quia Rea noſter natus eſt ad pœnas & diverſas tribulattoors. Et tu Margarita dicis, quod tali die omnis ſtatus fidelium jocundatur. Et ego reſpondeo, quod tale gaudium Chriſtus Dominus non acceptat. Multi enim ſunt, qui lætantur in iſto paſchate, qui finaliter triſtabontos: ut multi triſtantur in nato pucro, qui in æterna gloria lætabuntur. Dixit iterum Margarita ad Angelum: Roga Dominum meum, ut infligat corpori meo infirmitatem conſumptivam, ut ipſum de cetero non poſſim offendere. Et Angelus ad eam: Dominus noſter vult ut ſis humilis, obediens, & revetens: & hoc, quod poſtulas, erit in voluntate ejus. Et Margarita dixit: Non recedas, Angele ſancte, cujus præſeotia me lætificat, & benedictio tua,
optat meliorem, ac amplius proficere
de qua me invitas, inducet novam gratiam, & roborabit in bellis animam meam. Et benediait eam ea parte Patris & Filii & Spiritus ſancti, Matris Domini, & ſua, & omnium Beatorum. Erait iterum Margarita ad Angelum: Roga Salvatotem noſtrum, qui oovit deſiderium cordis noſtri, quia nihil ſub cœlo ita formido, ſicut majeſtatem ſuam offendere, & ejus figoa perfecti amoris
maxime horret peccatum,
per negligentem famulatum amittere. Quare tibi ſupplico toto corde, ut dicas mihi, quantum me diligit, vel
C quantum coram ipſius oculis diſplicet vita mea. Et Angelus ad eam. Hæc reſponſio tibi fier ſecundum voluntatem mtteotis Dei noſtri.

162 In feſto B. Blaſii, a viditate cseſcente de Chriſti ſomendo corpore, cum timore communicavit. Quo recepto, ſentiens gaudium excedens alia cuncta gaudia, dixit, quod ineffabile gaodium erat, ubicumque ſe offerebat amaori animæ Chriſtus, lætitia Beatorum. Tune loeutus ad eam Chriſtus ait: Ego me tibi, filia, ſubtraham. Et Margarita reſpondit: Non reſpondeat ſubtractio tua, Domine, moltitudini vitiorum meotum: ſed intuere ſi-
deprecatur ut ſi el peccata ſubtraheret Chriſtus,
eim, qoam continue pattor de re, & timores, quos habeo, & ob roi reverentiam anima mea ſoſtinet. Satis namque videntur mihi graves & importabiles iſtæ pœnæ, ut ſufficere deberent tantæ fragilitati. Et Dominus ad eam: Non recordaris tu Marris meæ, quantum fine me ſemanſit in mundo, & præſentiam meam non videbat? Et Margarita reſpondit: Domine, ſi Mater illa glorioſa ſtabat in die ſua præſenti viſitatione, in uocte viſitabatur: & ſi io nocte, viſitabatur a præſeotia miſericordiæ ruæ ſtequenter io die. Et Dominus ad eam: Scias diem trauſiſſe cum nocte, in quibus me, ſicut intelligis, non habebat: habebat tamen
D Archangelum Gabrielem, quem ad eam præmiſeram ſalurandam, dom de ipſa dignatus ſum carnem ſumere, quia ſæpiſſime viſitabar eamdem. Et Margarita reſpondit: Domine Jeſu Chriſte, Mater veſtra ſanctificata fuerat antequam oata. Et vos (ut ego) offendere non timebat, quia magis erat confirmata in gratia, quam aliæ creaturæ. Sed ego ancilla tua ſum velut res quæ non eſt, & ſtatim deſioit eſſe. Et ideo timens ne a te ſumma vita peccando recedam, tuam viſitationem deſidero, quia ſine te perſeverare poſſe non credo. Et Domious ad eam. Ego quidem, filia, tibi ad tempus me ſubtraham, Et tribulationes tibi ereſcent & multiplicabuntur. Et Margarita fortites Chriſtum amans, reſpondit: Dummodo tibi placeant, & in illis tibi ſerviam, & inceſſanter laudem nomen tuum, ea opto, & ad recipiendum me præparo. Et Dominus: Filia mea, quam fect in pœnis albam per innocentiæ puritatem, & rubicundam per amoris ardorem, in re requieſco, & in pœnis tuis mihi ſervis, & laudabis me factorem tuum.

Dolpera in terra fapi a Gabriele viſitabatur

Margarita optat tribulationes, modo in iis placeat Deo,

163 Feria tertia poſt primam Dominicam in Quadrageſima, cum reverentia corpore Chriſti recepto, audivit ipſum dicentem ſibi: Es tu in tribulatione? Et cum Margarita reſponderet, Domine tu ſcis, diait ei Do-
E minus: Et ego ſum in conſolatione de tuis pœnis, quia te mihi conjungunt. Et Margarita reſpondit: Domine, tu dta er as ancillæ tuæ, quod ego jam conjuncta eram tibi per gratiam. Er Domtnos ad eam: Omoa anima, qoæ in gratia eſt uſq; in finem, ſi non creſcit in graria, setsoeedit. Et Margarita reſpondit: Verum eſt, Domine, quod es in conſolatione, quia tu es ipſa conſolario. Es Dominus ad eam: Filia, ego fui quantum ad humanitatem in magnis tribulationibus. Et tu fuge mundum, quem tam fugere poſtulaſti, quod adhuc largiar tibi iſtod bonum. Et Margarita reſpondit: Domine, ego me ipſam fugio, & de me ipſa tibi lamentor. Et Dominus ad eam: Filia, & de me ſimiliter lamentaris. Et Margarita eum tremore diait: Domine, ideo de te conqueſta ſum, qoia de fuga mundi meum deſiderium minime compleviſti. Vellem oamque omni familiaritate cseaturarum carere, ut plenius te cognoſcere ac diligere poſſem. Animarum vero zelator, ſe ad prædicatorum eahortationem convertens ait: Dic illi parvulo, quem in cœleſti Hierusalem magnum faciam, qood ſtudeat ſemper in amore meo atque ſesvitio & io Scripturis meis: & ego dabo lumen ei ad prædicandum injurias, quas recipio quotidie de-
F ceptoribus hominibus, ſecundum artes eorum & offeia. Numquam enim tam me offendit mondos. Offendor enim de illo vitio, quod in mea nativitate punivi, a conjugatis in matrimonio, & a Virginibus & a nuptis, per ſuperbiam, inanem gloriam & inviditam. Die ergo, quod prædicet Evangelium meum, & vita corrigat: prædicet cum auctoritate & asdute cordis: nec timeat infamantium verba, quia faciam adhuc ejus prædicationes agnoſci. Et dic ei, quod in ſinu meo eum porto, & io ſtatu gratiæ, in quo poſui animam tuam, ſuam portem.

ut placeat intelligia a Chriſto,

& jubetur quamdam conſolatorem animam

164 In vigilia B. Clarę Virginis, quia Chriſti famula Margarita pluſquam in aliis diebos cupiebat ſigna dilectionis divinæ io ſe oſtendi, licet omnes homines mundi & mulieres videre Sanctas cupiant; diait ei Dominus: Filia, in te non habes caritatem perfectam, io gradu enim, in quo nunc es, ſervare debes caritatem & reverentiam. Reverentiam eoim ruam præcedit cognitio, quæ numquam re ſinet formare petitionem aliquam eum ſigno elatuois ſeu præſumprionis. Perfecta vero caritas io amarum petitur, eum ſe elevat per urdorem ſuper ſe, ut rsanſeendat in me, præponendo ſibi ceteras creaturas. Sicot invitatus ad noptias, quia ſe ceteris dignior deceptis elegit humiliter novillimum locum, & ſequitur omnes qui intrant palatium, non

ipſa ta ſe ſervare caritatem & reverentiam.

præ-

A præcedit. De verbo illo, quod per fervorem dixiſti, ne timeas, quia ſicut Petrus amore fervens dum incidit auriculam, inore meæ prædicationis meruit veniam, ita & tu in verbo prædicto.

165 In vigilia Nativitatis beatæ Virg. Dei Filio reverenter ſuſcepto, ac inæſtimabili ſuavitate, quam ſentiebat in ipſo, ait: Domine mi ſuaviſſime, quid facient da infinita ſuavitate animæ Beatorum in patria, dum de te gaudium ſuſtinebunt inex cogitabile & infinitum? Infinita eſt hæc jocunditas, qua fruor nunc, Domine mi. Et Dominus ad eam: Beatorum animæ facient ſecundum voluntatem meam. Et major erit jocunditas tua in patria, quam ſit iſta. Et quia deſideras profundari totaliter in fonte amoris mei, ideo tam ſæpe requiris, quantum te diligo. Cum dico tibi, quod tu es filia Dei, electa Dei, & revocata Dei, quam ſpeciali cuſtodio diligentia; cur dubitas ergo, cum tribulationes & infirmitates tuæ placeant mihi? Nulli cor tuum, filia, rei præbeas, niſi mihi dilecto tuo: ſolum me dilige, meiſq; laudibus ſis intenta, quod te amabo & laudari faciam. Tu dicis quod in continua fame vivis de me. Et ego dico tibi, quod in majori fame vixi, quam tu: nam corpus meum, quod traxi de Virgine, ſemper fuit de quiete recipienda famelicum.

B 166 Poſt feſtum tranſlationis beati Patris Franciſci, in acceſſu mentis poſita propter promiſſa oblenſa præmia, ita cœpit loqui: Nihil horum, quæ promittis, Domine, & oſtendis, ſciam referre. Et Dominus ad eam: Ego tuus Dominus Jeſus Chriſtus volo, quod nunc ſalutes beatiſſimam Trinitatem, & glorioſam beatam Virginem Matrem meam, cum tota curia Beatorum. In quo verbo tam immenſo fuit repleta fervore, tantaque dulcedine, ut nova ſecuritate percepta diceret: Tu es ille, qui pro ſalute humani generis de Maria Virg. naſci dignatus es. Et Dominus ad eam: Es tu digna hujus tam miræ ſuavitatis gratia, quam nunc ſentis? Et cum margarita reſponderet, quod non, quia cum illa non crederet poſſe pati quidquam moleſtiæ in inferno; dixit ei Dominus: Hæc gratia non ſolum tibi pro te conceditur, ſed pro filiis meis, qui etiam digni non ſunt. Eſt autem dignus illa ſanguis, qui emanavit tam large de meo corpore in Crucis patibulo pro ingratis. Et Margarita pro quibuſdam orans, Domino dixit: Exaudi Domine preces ſervorum tuorum. Et Dominus ad eam: Non ſunt preces, ſed appetitus ſuperbiæ, qui cogit eos laborare in terra. Oratio enim recta requirit cor ab omni labe defectuum defæcatum, cor humile ad ſuarum miſeriarum notitiam, meæ etiam majeſtatis cognitionem ad reverentiam obtinendam. Requirit etiam cor ſeparatum ab omni ſtrepitu mundanorum affectuum, atque internarum & externarum ſollicitudinum. Ego enim, qui ſum dignior omni nobilitate, me feci ſervum & ſubditum præ cunctis humiliorem.

C 167 In cella ſua quadam die Margarita orationi & meditationi divinæ vacans, audivit in ſpiritu vocem dicentem ſibi: Veni ſponſa in deſertum, & eſto ibi, ut plenius valeas delectari cum Jeſu Chriſto dilecto tuo, & ibi ſapientis anima cum divina ſapientia commoretur. Et Margarita reſpondit: Quomodo aſſociaretur tanta ſimplicitas cum ſapientia infinita? Et Dominus ad eam. Noli de ſapientia mirari, noviter nominata, quia numquam de me Creatore tuo, & de ſubtilitatibus noſtis tui ingenioſti tantum, quantum cognoſces amodo, Et cum diceret ei, Amas tu me? & ipſa reſpondiſſet. Tu ſcis, Domine, quia amo te; ſed numquam, Domine, ta amavi; dixit Dominus: Non reciperes tu ſupplicia mortis amore mei ſi oporterat? Et Margarita reſpondit: Domine, nec gratia, nec munus, debetur mihi; nec alicui creaturæ morienti pro te, quando a patiente ſupplicia non recedis, ſed es cum ipſo. Tunc graviſſimus Deus adjunxit, dicens: Dic ſervo meo, quem tibi in Confeſſorem, ſpiritualem bajulum, aſſignavi, quod tale ſtudium apponebat in omnibus quæ gerenda ſunt, ut merito filius meus vocari poſſit. Et tu in oratione tua reverentius me invita, & dic: Quando veniam ad te & inveniam te, Salvator Deus meus? Et noli dicere, ſicut hactenus dixiſti: Veni, vel redi Domine, cum tu debeas tamquam me indigens reverenter venire ad me.

168 In feſto BB. Joannis & Pauli poſt communionem corporis Salvatoris, audivit ſubito vocem dicentem ſibi: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi; ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Pro quibus verbis jocundata mentaliter, gratias egit divinæ benignitati, quia ſe permiſerat recipi ab eadem. Et acceſſu mentis evecta, vidit Chriſti humanitatem candidiſſimu veſte indutam contexta aureis ſtellis, & Matrem Virginem indutam aureo & cœleſtino indumento. Et cum interrogaret de ſpecioſo Angelo, qui aſtabat, ſummi fuit Regis reſponſio, quod erat Princeps cœleſtis curiæ Michael, qui ſemper eſt paratus divinis obedire mandatis, & meam divinam ſine labore perficit voluntatem. Invitata vero a Rege, cujus decorem contemplabatur, ex parte vulneris lateralis adducta eſt. Et quia deſiderabat coram facia ejus ſtare, dixit ei Dominus, quod ideo poſita fuit in parte dextera in armam ſocietatis benedicendorum. Et dixit ei: Tu crediu in debilitatibus tuis deficere, & recedere de hac vita: ſed non migrabis hoc anno de mundo iſto, nec in ſequente. Tot enim annorum erit vita tua, quot ordinavit voluntas & ſapientia mea: nec dierum numerum vitæ tuæ refero modo tibi. Tu dicis, quod frequenter dubitas me recipere: & ego tibi concedo, quod me poſſis recipere omni die. Nam, ſicut Frater Joannes tibi retulit, in omni mei communione animæ tuæ largiar novum lumen, & de plagis meis bauries tam altas & tam familiares allocutiones, quas mundus capere non poteſt, nec ei pandendæ ſunt.

E

a *Ita ſcriptum. An circulum legendum? an cruciam.*
b *Non ſatis perſpicua ſententia. An forte legendum*, Chriſti famula *ſuprema amore (ejus, ſuperni amoris igne) amplius renovata.*
c *An* exercere gratiam *vocat gratia cooperantem potius hic emetendam, vel merendam, legendum?*
d *De eo actum ad cap. 4. Not. c.*
e *Videtur deeſſe*, ipſius manus.

CAPUT VII.

De puritate conſcientiæ & frequenti confeſſione & communione.

169 FRatrum Minorum plantula, Chriſti famula, F
Margarita in ſuę converſionis primordiis non tantum nitebatur confiteri qualibet die, verum etiam cum fletu & planctu tepentinos degebat coram illantibus ſocius cogitationum incurſus. Semel igitur continuatis diebus octo generali confeſſione cum gemitibus, doloribus & circumſtantiarum expreſſione mitibca, ſi-eut ei orauti fuerat divinitus præoltenſa, ad optatum diem B. Joannis Evangeliſtæ jejunando & vigilando deveniens, in oratorio prædictorum Fratrum, populo recedente, appenſa chordula ad collum, madida facie, capitequa nudato, coram altari beatæ Virgini ſe proſternens, ad Dominici corporis ſacramentum tremens & totaliter effecta ſubito pallida, reverenter acceſſit. Et recepto corpore ſummi Dei, inter adſtantium brachia inſenſibilis effecta, declinavit ſe, atque defecit. Tunc præ divini guſtus dulcedine cœpit ſerenata facie jocundari, viſumque prætendebat Angelicum, ac dicebat: Hanc ebriatam amore divino lætitiam, quam pro die Nativitatis ejus petieram, in hanc diem Salvator omnium reſervavit. Exinde irreverberatis oculis & apertis nihil videns, quæreoti Domino, qui loquebatur ad cor ipſius, quantum creverat ejus anima, ita reſpondit, dicens:

AUCT. P. IUNCTA, EX MSS. ID jubetur ſe-quentia orare.

26. Jun.

ad ſtat Chriſto, & D. Virg.

S. Michaeli-tem,

hortatur plagis Chriſti, ſibi allocutiones.

Digitized by Google

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

cens: Domine, major eſt nunc anima mea, quam totus mundus, quia in ea vos habeo, quem cœli & terra non capiunt. Et cum fletu poſtulans dilecti Dei continuare præſentiam, ita de ſubtractione dulcedinis cœpit timere, ut nihil aliud niſi flere liberet. Et ait fleuti Dominus: Filia mea, ſcias indubitanter, te eum iſto timore ad cellam tuam reverſuram.

A

communicatura eſt. Eſt mandati

170 Ad cum altiſſimum ſacramentum corporis Chriſti reverenter ſe præparans, ante orationem cellam totam purgabat a pulvere, dicens, quod viæ regi deberent auro puriſſimo, qua tranſiturus ſunt cum Chriſti corpore Sacerdotes. Unde liquefiebat ut cera, cum ejus præſentiam ſentiebat, & retinebat cereum ad Chriſti corpus illuminandum. Intautum namque ipſam alleaverat divinæ ſuavitatis notitia, & deterrebat ſuæ conſideratio vilitatis, quod aviditatem frequentandæ communionis retardabat humilitas, & formidinem ea adverſo mentis aviditas animabat. Propterea valde admirans de pugna tam nova, quam ſentiebat in ſe, cum timore ac fletu cœpit tantæ novitatis inveſtigare principium. Cui Dominus reſpondens ait. Non timeas, filia, nec mireris, quia quælibet anima cupiens tam nobiliſſimum Sacramentum recipere, ſic deberet a cunctis purgari defectibus, ut ſolari mundiciæ ſimilis videretur & eſſet.

ardet & meretur communicare,

B

171 Chriſti famula Margarita dum in oratione ſacratiſſima Deo diceret, quod tam vilibus creaturæ ſe unquam Chriſtus communicare deberet; reſponſum recepit a Domino, quod ſplendore tam mirificu non erat induta virtutum pro ſe tantummodo, ſed ut *a* Chriſto tam dignativę vocationis ſpes deſperatis redeundi plenaria ad ſinum miſericordiæ donaretur. Et dixit ei, quod tempus appropinquabat, in quo tam copioſis ditanda uratur gratiarum muneribus, *b* cum ſumma devotione fideles cuperent audire loquentem, & ejus tunicam lacerare devote, & ad ipſam accederent de propinquis provinciis & remotis, ut eam poſſent videre & tangere, & a ſuis peſtibus liberari.

a donatur gratia, ut alii profit,

b

c

172 Conſcientiæ puritatem ſectantem *c* habeat Salvatur redarguit, quia propter metum circumſtantium perſonarum, fervorem ipſum exequireudum cohibuit vel celabat. Mandavit etiam puriſſimæ ſponſæ ſuæ, ut qualibet die ad minus ſemel confiteretur Fratri Junctæ Confeſſori ſuo, tum quia magis coram prædicto Fratre verecundabatur, tum quia plus aliis Confeſſoribus redarguebat eamdem. Et ideo dixit famulæ ſuæ, quod ratione curæ præcipuæ, quam dictus Frater de ipſa geſſerat, reſervabat eidem munus gratiæ ſpecialis. Hæc ſæpe a communione corporis Chriſti ſe humiliter ſubtrahebat, nunc ex contemplatione majeſtatis excelſæ, nunc ex conſideratione propriæ vilitatis. Ea qua humilitate inchoatus Altiſſimus ait: Filia, non te ſubtrahas, ut cœpiſti, a mei Corporis ſacramento, quia ſic eſt cor tuum jam purgatum a vitiis, quod ut me ſæpe recipias tibi mando. Tu vero Confeſſuri prædicto de tuis defectibus te accuſa, & ſecularibus parum loquere, cum pondus orationis ferre priſtino more non valeas propter infirmitates. Ama igitur ſilentium, & ſi potes continue confiteri priuſquam cumedas, nullatenus negligas adimplere. Et ſicut agebas dum ibas ad locum Fratrum, ita priuſquam cibum ſumas, confitearis defectus tuos Fratri: & Fratribus ſupradictis ſemper detege vitam tuam, ut nulla tentatio te decipiat.

confiteri quotidie,

quia ſpiritus tibi Confeſſionis,

C

facultatem a Chriſto, ut ſæpe communicet,

vere loquatur ſecularibus?

173 In Matris ſummi Dei annuntiatione, dum ſolito more cum fletu ad Chriſtum recurreret, ſuperna conſolationis irradiata ſplenduribus, quæſivit a Domino, ſi eſſet ejus anima a vitiorum maculis defecata? Qui ei reſpondit, quod nihil gravet oculos ſuæ majeſtatis offendens in ejus mente remaneret captandum, & ait: Ideo benedico tibi, & vulo quod amore mei te ipſam diligenter ab omni defectu cuſtodias, & me cum voluerit recipias omni die. Quæ divina repleta dulcedine rogavit Altiſſimum, ut ita cor ejus dignaretur munire virtutibus, ut nihil de cetero præter Deum poſſet intrare in illud. Mane itaque facto cum Miſſarum ſolemniis intereſſet, tam exceſſivus in ea crevit fervor amoris, quod ſupprimere vocem in conſpectu adſtantis populi non valebat. Ipſa quidem hora perfuſa lacrymis, ſaugata ſuſpiriis, me quæſivit, & quod differrem ſibi date corpus Altiſſimi, poſt Miſſam conventus humiliter eaoravit, ut mentalis ebrietatis ſervorem humanis aſpectibus atque laudibus occultaret. Nolebat enim coram populo chordam ſibi ad collum ligare, & capite nudato coram aliari Fratrum imbribus lacrymarum perfuſa accedere, ne de ſimulatione aut fictione aliqui eam temere judicarent. Sic namque ſpiritu rapiebatur in Deum, ut aſtantes liquido crederent eam præſentialiter ſuum cernere Creatorem. Receptu igitur tunc corpore ſui ſanctiſſimi Creatoris, ille qui in animas ſanctas ſe transfert, locutus eſt ei, dicens: Confide, filia, quia tu es dilecta mea & diſcipula mea, quam conſervabo in gratia, defendam in tentatione, conſolabor in angustiis, & ducam in vitam æternam. Credisne, quod ſim verus Deus æterno Patri Filius coæqualis? Et Margarita reſpondit: Non ſolum credo, ſed vehementer admiror, quomodo non aliter anima mea liquefeit in præſentia tua. Et timens ne cum aliquo defectu Chriſti corpus aſſumpſiſſet, benedixit ei Dominus, & dixit, quod purgavetat eam, & recordaretur verbi, quod B. Paulo dixerat. Sufficit tibi gratia mea. Et quia dulcedu illa mirabilis ſubtrahi videbatur, ob hoc ſemiviva caput ſuum reclinavit, dicens: O ſumma dilectio mea, rogote ut animam de corpore iſto educas, ut liberius tecum ſim. Ille vero qui ſua bonitate ſuaviter cuncta diſponit, in lacrymis poſtulatus, Margaritæ dixit, quod ideo ipſam in timore poſuerat, ut implerentur omnia, quæ de ipſa ſcripta fuerant, & quod in timoribus ſuam vitam duceret & finiret.

ſæpe communicatur,

ſæpe ut panis ſuus Deus ſimul,

D

ferventi & rapidi voti coram populo regere,

poſt communionem, a Chriſto confirmatur.

E

a Cor. 12.9

optat mori, ut ei adſit;

174 Ignis amoris adeo erat in ipſius anima accumulatus, quod tam in publico, quam in privatu, in magna Dei dulcedine poſita diceret: Domine, Domine ubi es? Ego autem, qui ſemper fui de ſtatu ſalutis ejus zelotypus, dicens quid dixerat, Domine Pater & Fili & Spiritus ſancte, an Domine Jeſu Chriſte, reſpondit dicens: Ego illum unicum & æternum Deum invoco, qui eſt Pater, Filius & Spiritus ſanctus. Et cum ſuper iſto verbo timeret, Dominus dixit ei: Satis, filia, mihi placet modus, quem tenes, quia tuæ devotionis intentio dirigitur ad majorem deſcriptionem meæ dominationis. Sicut namque vicarius meus, in quo poſui plenitudinem poteſtatis, ad majorem ſui ſtatus perfectionem non vocatur Papa, ſed Pater ſanctus; ita tu modo tuæ locutionis quaſi digniori vocabulo utens me ita nominas. Et quia timens hoſtis deceptionem dicebat, Domine Salvator meus, nihil aliud quæro niſi te Redemptorem meum; audivit eum dicentem ſibi: Ego ſum Chriſtus, de Maria Virg. natus, qui te diro redemi ſupplicio. Et Margarita reſpondit: Domine, quid eſt hoc, quod aliquando ſic a me videmini elungatus? Chriſtus reſpondens ait: Nuli timere, filia, quia cum tibi videtur, quod deſeruerim te, tecum ſum, ad tuas ſedandas tentationes, & eto, ut mea dulcedine quietius perfruaris.

St. Trinitatis mentio in Domini lavatu,

F

a Chriſto quæritur, cur ſe ſubinde relinquat?

175 Ceraens ſe Chriſti famula Margarita velut triticum ſub tribulo poſitum, quarum ad pœnarum moleſtias diverſarum, quas tolerabat, dixit: Domine Jeſu Chriſte, fili Patris æterni, qui de Virgine natus dignatus es, hoc mecum agat miſericordia tua, ut omnes afflictiones, quas ferv pro tui amore & honore uominis, tibi placeant, & in eis de ceteru non omittam eiborum abſtinentiam, orationem ſolitam, & vigiliarum continuationem, & lacrymarum effuſionem, quas mihi hucuſque tui curialitate largitus es. Eſt hæc enim conſolatio mea, ut aumquam corpori meo parcas. Nam

ſolitus quaſi ille communicare,

ſicua

A si tua me vult damnare juſtitia, ut ſum digna, concedatis mihi interim, quamdiu viuero, quod puriſſime tam mente quam corpore tibi ſerviam, & in nullo de cetero vitio te offendam. Et in iſto modo parata ſum pergere ad pœnas. Chriſtus autem ſuæ pietatis aures ad has humiles preces inclinans, ait: Filia recipe me ſæpius ſolito, quia per mei corporis viſionem & ſumptionem devotam, ad tam multiformium munera gratiarum aſcendere meruiſti. Et hoc fuit tuæ magnum ſalutis, & conſolationum principium. Nec mireris, ſi poſt acceptam requiem plus non affligeris & tentaris, quia præguſtatæ ſuavitatis ſubtractio tibi fit ad tuæ fidei majorem probationem: nam quouſq; me tecum ſentis, re nulla pœna pungit: ſed cum ſubtrahi tibi videor, in anguſtia remanes. Et tamen tecum ſum per gratiam, quamvis quoad dulcedines videar abſentatus. Suſtine igitur cum omni patientia pœnas tuas, quia tu noſti quare pateris tot adverſa. Et quid dices, ſi non dimiſero tibi niſi timorem, amorem, tentationes & pœnas?

parata poſt damnari, modo hic Deo ſerviat,

Salvator ad frequentiam communionem,

& patientiæ exiſt in aviditate,

t76 Revertere ſine dilatione ad illam cellam, ad quam te Frater Joannes redire juſſerat, ubi voces tui devoti fervoris ſecurius elevabas. Et quia tibi videtur, quod ingreſſus iſte, propter appareotiam levitatis, materiam præbeat aliis murmurandi, hanc verecundiam pœnalem ideo tolera, quia mulieri te invitanti ad aliam cellam non expreſiſti tuam plenarie voluntatem; ſed excuſando ea dicebas, quod aras ire parata, quocumque Fratres, quorum curæ commiſſa es, te locare decreverint. Revertere, inquam, ad cellam illam, in qua te antiquus hoſtis in ſerpentum ſpecie moleſtabit. Tu enim ſcis quantas conſolationes in ſuperiori cella, ad quam de mea voluntate perrexeras, recepiſti, juxta promiſſionem quam tibi feceram. Et ſi dubitas de murmuratione loquentium circa hoc, recordare quod de me vero & ſummo bono etiam extitit murmuratum.

jubetur redire ad priorem cellã, ubi curare bominum dicta o

B *ibi ſpecie ſerpentum tentata à diabolo,*

t77 Paſſionis Chriſti, veſtigia Margarita ſequi deſideraus, nil ſo diebus Veneris guſtare volens, niſi mœrorem & luctum, diebus illis communicare nolebat. Quapropter Salvator locutus eſt ei, dicens: Cur me diu Veneris recuſas recipere: in qua velocius ad me deberes accedere, quam in Nativitate mea vel Reſurrectione, cum illa die magis humano generi me conjunxerim per amorem? Illa namque dies eſt, in qua extenſus in ligno Crucis per amoris ampleaum totum genus humanum, ſicut pater unicum filium, amplexatus ſum.

non comedit die Veneris,

jubetur ea mea ſumere

t78 Altera vero die tentator ipſius cellam ingrediens, quia principis tenebrarum perficere juſſa contra Margaritam non poterat, quaſi dolens & mœrens dicebat in

C cella: Heu, heu quo ibo? quomodo indignationem me mittentis ad iſtam, quæ ſois me vicit orationibus, ſerte potero? Et poſt modicum audaciam fingens cum ſimulata lætitia, ſectando per cellam orantis & ſilentis, cantavit turpiſſimas cantationes, & Chriſti famulam lachrymantem, & ſe Domino commendantem, procaciter invocabat ad cantum: qui quoniam a flatu meorem ejus nequivit ſuſpendere, turpiſſimis impropriis ſpiritus fœdus uteus blaſphemavit eamdem. Et quia vaſculum ſanctitudinis Chriſtum ferens non poterat quicquam in ſe recipere: quod divinæ majeſtatis oculos poſſet offendere, tentatorem precibus & lachrymis repulit ac ejecit.

famulam impia tentatrix

precibus & lacrymis fugat

t79 Ut ad Chriſti corpus ſuſcipiendum cum reverentia quiliber ſe diſponat, Salvator inſinuat in his verbis: Filia, inquit, conqueror tibi multum de irreverentia Sacerdotum, qui me in tam magna multitudine quotidie tangunt, nec me diligunt, nec agnoſcunt. Si enim me veraciter agnoſcerent, ſcirent quod nulla poſſet su rebus creatis ſimilitudo, pulchritudo reperiri per aliquem, cui debet Sacerdos celebrans comparari. Et tamen me pollutis manibus tangere non verentur: ſed majus faciunt de me forum, quam de luto facerent plateurum. Ad quod verbum Margarita timora perculſa, Chriſto reſpondens, ait: Cur ergo, Domine mi, tam ſæpe cogeris, & tam frequenter me lovitatis, ut ſic indigna veſtrum recipiam corpus? Cui Dominus: Ego quidem, Filia, æterni Dei Patris Filius de Maria Virgine natus, jam te purgavi a deſectibus tuis: & ideo benedicu te ea parte Patris mei, mea, & ſancti Spiritus, & beatæ Virginis Matris meæ.

dicit turpes cantationes

diverſorum modi ipſa debuit Sacerdotes,

AUCT. F. JUNCTA, EX MI. D

t80 Quodam mane poſt communionem corporis Domini Margarita ſuper tam dignariva Domini condeſcenſione admirans, dixit: Cur me Domine, in cœna tua Judæ & aliis te tam humiliaſti: Et nunc re ipſum largiendo humiliaſ? Et Dominus admiranti reſpondit: Filia, multi ſunt hodie Judæ ſimiles, a quibus me ſacramentaliter recipi & tentari permitto. Sed quia tu amore mei te ſæpius exauiſti, & cunctis rebus inopem te feciſti, gratiarum donis te induam & ditabo. Quare in tribulationibus tuis ne timeas, quia te mihi unient & acceptam facient per amorem. Et benedictione conſueta recepta, audivit Chriſtum ſibi maxima promittentem, quæ mihi ſuo Confeſſori propter humilitatem noluit reſerare.

pauperatæ & exinaniationibus avitas libellio,

t81 In octava S. Laurentii, tanta poſt communionem corporis Chriſti fuit repleta dulcedine, quod præ deſiderio recipiendi eum ſequenti die dicebat: Domine Jeſu Chriſte, infinita dulcedo animæ meæ, ego indigna famula tua cum deſiderio me invito pro die craſtina ad ſacramentum tui corporis recipiendum. Ille vero, qui ſe deſiderantium vota non ſpernit, dixit quod die quolibet dabat ei de communione deſideratam licentiam. Ego feci, inquit, majus donom tibi in Cruce cum paſſibiliter me donavi, quam ſit iſtud. Et Margarita reſpondens, ait: Verum eſt, loquit, Domine: quoad pœnam, quam toleraſti pro nobis, quos tam caru pretiu redemiſti. Cujus gratitudini ſe Chriſtus inclinans, Margaritæ reſpondens ait: Tu es creatura mea, & ego Creator tuus; filia, & ego pater, electa, & ego electus, quem præ omnibus elegiſti. Ego Dominus tuus, & tibi non dico ancilla, ſed ſocia mea es. Tu alba per innocentiam in me facta, & rubiconda per ardorem caritatis. Non ergo timeas me recipere omni die, cum in anima tua locum quietis paraveris humiliter & devote.

E *ab ea Socia appellatur. & ſuitus quotidie communicare,*

t82 Die quadam ſumpto filiu ſummi Patris, tanta fuit ſubito pace repleta, ut alte clamaret, & diceret, ſe eſſe in deliciis ſummi Dei, & beate ſentire gaudia Paradiſi. Cui cum Chriſtus diceret, ſi eſſet ſatiata mentaliter, reſpondeus ait: Domine Jeſu Chriſte, talia ſuot gaudia tua, quod etiam in cœlo gaudens eſurite credo per iocrementum aviditatis. Tantaetiam panis in te, quem modo ſumpſi, me fortitudine roboraſti, quod omni debilitate remota, & infirmitate ſublata, me vera jocuoditate repleſti. Et Chriſtus ait: Cur ergo me non recipias omni die, cum in te locum odoris & quietis reperiam? Et quia timere cœpit, ne fervor de donis & conſolationibus promiſſis conceptus paterer aſtantibus, rogavit omnes qui aderant præ devotione plorantes, ut ſine mora exirent de cella. Verum lux vera ſui communicativa nobis æqualiter dixit ei: Non loquar tecum, ſi emiſeris aſſiſtentes, cum ſecerim te ſpeculum peccatorum.

ea communione virtus ceſſavit, & conſolatio-nem,

F

quam vetetur exire aſſiſtentes

t83 Sequenti die communicans, via Dei famula Margarita ſuperinfuſam lætitiam potuit tolerare: quæ mirto modo completa dulcedine, audivit Chriſtum omnia dulcoraurem, dicentem ſibi: Filia mea electa, benedico tibi ea parte Patris, mea & Spiritus ſancti, nes non & beatiſſimæ Virginis, de qua carnem ſumpſi, in qua molta tormeota ſuſtinui. Et dico tibi, quod in ſubractione mea te punio & purgo de tuis offenſis. Et quia majora ſecreta ſuſcipies, quam unquam ſenſeris, priuſquam ad ipſam perveniat, afflictiones non modicas tolerabis. Recede ergo a ſecularium accedentium locutione, ſicut hacteuus deſiderium habuiſti:

purgatur ſubtractione conſolationis,

AUCT. INCERTI, EX MSS.

buiſti. Quanto namque ab eorum conſortio fueris ſeparata, tanto propinquior ero tibi. Et dicas Fratri Junctæ, quod paret ſe ad impertiendum tibi tuæ ſalutis conſilia, ſecundum ordinem ſacrarum Scripturarum, quæ quidem conſilia ſemper circa te diligenter præcogitet. Et tu ipſius reverenter utaris conſilio, & ita recommendo eidem, ſicut olim te commendavetam Fratri Joanni defuncto.

jubetur abſtinere aliquoties ſingularium obſervantiis præcognitas, quibus ſeſe ſanctificaret.

184 Dominica vigeſima tertia poſt Pentecoſten, io hora diei prima, recepto cum reverentia corpore Salvatoris, audivit Dominum dicentem ſibi: Filia, credis tu, quod ego ſim Dominus Deus tuus? Et Margarita reſpondit: Creator meus, Parer & vera jocunditas cordis mei, cur me interrogas? Et Dominus ad eam: Filia io majori parte hominum quam hujus ſeculi, quantum in eis eſt, moriot: & pauci ſunt in quibus vivam per gratiam. Iutantum etenim me offendunt, quod ſi in me vero Deo cadere poſſet pœnalis affectus propter horrorem vitiorum, quem committuot, ſtriderem cum lacrymis, dum communicant. Nam me indigne recipiendo, denuo crucifigunt, & porrigunt amarius poculum, quam propinatum mihi fuerit a Judæis. Propterea recordare, quod ſicut permiſi me tangi, & portari in ſanctam civitatem, & excelſum montem ab hoſte antiquo; & ita nunc injurias patior ab indevote ſuſcipientibus & ſine reverentia tractantibus me. Unde dicas Fratri Junctæ Confeſſori tuo, quod mandans ei ea parte mea, ut nemini de cetero præbeat corpus meum, niſi ſit perſona religioſa, vel ſeculatis, quæ ſui voltus curioſitatem ſpreverit, vel deſerere ſit parata, & in meis beneplacitis & præceptis diſpoſuerit ſe ferventer; nimis enim offendo in communionibus ſecularium in vita eorum. Væ autem illis, qui me indeſſenter offendunt, ut ſiue ſuarum correctione culparum ſumete me præſumant, quia contra eos alibi examinario dura fiet. Et quia per conſcientiæ lumen a gratia illuſtrata, notitiam habes de ſtatibus plurimorum, hic eſt gladius, quem te docuit Frater Juncta. Para te interim ad tribulationaet, quia venies in multarum contemptum perſonarum: quæ vilificatio de te facta erit loco martyrii, quod nou infligitur modo ſicut temporibus tyrannorum. Tunc ptæ timore ne me offendas, parvæ pœnæ tibi maxime videbuntur. Sed ne timeas, filia mea, ſoror & ſocia mea, cum in præſentia perſonarum minuentur conſolationes tibi. Nam ideo fiet ita, ut mundo deſpectior habeatis tuæque gratiæ ſecurius conſequerentur.

indigne communicantes ſtrenue affligunt Chriſtum.

Margarita loco martyrii eſt deſpectus.

185 In Nativitate filii Dei ſecundum carnem, puer ille qui omnia fecit verbo virtutis ſuæ, dixit: Filia, quæ es in pœna, pete modo quicquid vis. Et Margarita reſpondens, ait: Domine Jeſu Chriſte, concedatis mihi, ut numquam vos offendam. Et ait ad eam Dominus: Non quæriſtu vitæ ſupernæ regnum? Et Margarita reſpondit: Concedatis mihi, Domine mi, hoc donum, quod poſtulo, ut vobis ſemper ſerviam, & numquam vos offendam. Et poſtea mittatis me quocunque vultis. Quod verbum tantum nato de virgine placuit, ut ei diceret: Tu es ancilla mea, propter ſtatum culpæ præteritæ, famula mea propter obſequium pœniteutiæ, ſoror mea in ſtatu gratiæ, & filia propter arrham æternæ gloriæ.

pro omnibus petit, ne Deum unquam offendat.

poſt accuratam confeſſionem

186 Poſt hujus diei ſolennitatem convertens ſe Margarita ad ſuorum memoriam delictorum, in cordis amaritudine, & indicibili copia lacrymarum, generalem confeſſionem continuans in fletu rauca eſt effecta, & præ diebus octo nec quaſi cibum ſumere potuit, nec dormire. Confeſſione completa coram me Fratre Juncta uſque ad minimum vitium, in octava Innocentium recepit Chriſtum bonorum omnium largitorem, dicens: Domine Rex optimus, hoc donum poſtulo a miſericordia tua, ut vita mea tibi ſet viæ, & per eamplum mauum ta laudent omnes creaturæ tuæ, & numquam tuam valeam offendere majeſtatem. In tanto autem fervore tunc excrevit, quod extra cellam egrediens pro deſiderio audiendi Miſſarum ſolemnia, etiam verbum Dei, currebat ad locum Fratrum: & veniſſet, niſi quia ego ſuus Confeſſor, qui aderem, reduxi eam in ſuam cellam, & reſpondit Domino interroganti, ſi eſſet in jocunditate maxima dicens: Domine, jocunditas tua eſt infinita & inviſibilis, & gaudium, quod de te ſentio, eſt inæſtimabile. Et interrogavit eum, ſi ejus confeſſio tam dolorola, ſuæ placuerit majeſtati? Et Dominus ad eam: Tu es, quæ per ſollicitudinem continuam facis te nova gratia dignam.

pro fervore egredituc e cella.

187 Paulo poſt audivit pulſari campanam quamdam cujuſdam eccleſiæ ſecularis ad levationem corporis Chriſti, ob cujus amorem ſtatim rapitur, & in manibus Sacerdotis vidit puerum ſpecioſum, nive candidiorem, indutum auro puriſſimo: ſed manus tenentis eum omnem aigredinem excedebant. Et ait Dominus ad eam: Videtur tibi, quod ego Creator tuus ſim ſpecioſior omni re? Et illa reſpondit: Domine mi, dicere non valerem admirabilem pulchritudinem tuam: ſed riſus meus in fletu vertitur: tum quia te Regem Regum video tam irreverenter tractari, tum quia cum dolore ac timore clamare compellor, Miſericordia, miſericordia, miſericordia, pro illis fœdiſſimis manibus, ut gratia tuæ remiſſionis purgentur. Inclinans autem ſe pietas ſumma ad preces filiæ ſupplicantis, reſpondit: Paret ſe Presbyter ille, pro quo miſericordiam implora ſti per cuſtodiam ſui ad pœnitentiam doloroſam, ſi vult miſericordiam inveaire. Et dicas Fratri Junctæ, quod magna pars illorum tam fœdis manibus me contingunt. Rediens autem ad uſum ſenſuum, cœpit dicere Pater noſter, & ultre Qui es in cœlis, propter mentis ebriativam dulcedinem uſque ad diei ſerum ſæpius inchoans, procedere ulterius minime valuit. In hac etiam viſione felici Chriſtum audivit dicentem ſibi: Corpus meum, quod tam candidum conſpexiſti, repræſentat humanitatem: ſed aureum caput & indumentum, aſſumentem divinitatem. Poſt hæc acceſſit Angelus ejus cuſtos, & cum lætitia dixit ei: Confortare in Domino Margarita, quia ſenties de dulcedine, quam in patria deguſtamus, priuſquam venias ad cõſortia Beatorum, & parũ durabit tibi.

videt in hoſtia Chriſtū ſpecioſum a Sacerdote ab oris mortalibus elevari

& pro eo orat.

188 Sabbato intet octavam Epiphaniæ, ſummum bonum, quod in ſe continet omne bonum, communicando ſuſcipiens, audivit ipſum dicentem ſibi: Es modo filia contenta & conſolata? Et dum reſponderet, quod ſic, ait: Para igitur te ad recipiendum me ſæpius, quia in anima tua locum quietis & dulcis amoris invenio. Et Margarita reſpondit: Domine tu ſolus me præparare potes ad condignam receptionem tam tœſtimabilis Sacramenti. Et Dominus ad eam: Verum dixiſti, ſed adhibe ſtudium ea parte tua, ut animam puram teneas atque dulcedinem: & cum talis fueris, ſæpe communica: & dicas bajulo tuo, quem tibi conceſſi, ut ipſe ſibi agat. Et Margarita reſpondit: Domine, ſi bonitate tua, a qua omnis virtus deſcendit, hæc quæ mandas tovenirentur in me, nihilominus frequentare timerem tam altiſſimom ſacramentum, dum meam conſidero utilitatem. Et Dominus ad eam: Quamvis, filia, verum dicas, ſperare ſemper debes de miſericoedia mea. Et ego a te recedere volens, remanendo tecum do tibi pateruam benedictionam. Et Margarita reſpondit; Domine, quando facies ſermonem illum terrore plenum, in quo etiam Confeſſor meus timebit mecum, ſicut promiſiſti? Reſpondit Dominus: Sermoacm illum tibi faciam, quando erit voluntas mea.

invitatur a ſe ſæpe communicari.

(ſed bene paratus)

189 Ad tam altiſſimum ſacramenti remedium invitata a Domino ſæpius frequentandum, Chriſto reſpondit, dicens: Cum ero, Domine, in pelago variarum pœnarum quomodo recipietem vos? Et Dominus ad eam: Præcipio tibi ex parte Patris, mea, Spiritus ſancti, nec non beatiſſimæ Matris meæ, B. Pauli, cujus hodie feſta

præcipitur ei ſubjectio.

A ſta celebrantur, & totius exercitus Beatorum, ut tunc ſæpius recipias me, fiduciam plenariam de mea miſericordia tecum ferens. Benedico autem tibi, ſi hoc feceris, ex parte Matris meæ, & omnium electorum: & mittam tibi Angelum meum. Ad quod verbum Margarita reſpondit: Libentiſſime, Domine, ipſum volo; ſed libentius opto Creatorem omnium Angelorum. Paullo poſt Angelus interrogavit eam, ſi vellet aliquid poſtulare. Cui Margarita reſpondit: Dominus Jeſus Chriſtus unvit cor meum: & quamvis ſit nuntius deſiderii mei coram ipſo, tu reverende Angele Dei digneris pro me a Domino impetrare, ut ſemper ei ſerviat vita mea ita perfecte, ut ipſum de cetero non offendam.

Angelum orat, ſibi impetret in ſpiritu Deum offendat;

190 In feſto Purificationis puriſſimæ Dei Matris famula Chriſti repleri avida de corporis Chriſti communione, ſed humilis humilia de ſe credens, dicebat ſe diſplicibilem coram Deo, quia ſubtraxerat ei conſueta ſuæ ſuavitatis gaudia. Ego autem immeritus ejus Conſeſſor, de Scripturis divinis eum ea loquens, ereai ad fiduciam cor timentis, ita quod ſtatim confeſſa eſt, & abſolutione percepta, mandavi quod ſine dilatione Chriſtum reciperet, etiamſi conſolationes priſtinas eſſet nullatenus receptura, tum quia novum gratiæ donum in Communione reciperet, tum quia ea Chriſti ſuſceptione tobuſtior fieret contra inviſibilium hoſtium tela nequiſſima, & doloſas tentationes. Confeſſione autem generaliter facta, miſit ad Sacerdotem, de cujus manu Chriſti reverenter ſuſcepit corpus. Sed quia more ſolito ſtatim conſolationem non ſenſerat, timenti & flenti & conquerenti Chriſtus reſpondit, dicens: Filia, noli mirari, ſi me citius non ſenſiſti, quia guſtus animæ tuæ, priuſquam me reciperes, non erat diſpoſitus. Idcirco tibi me talem præbeo, qualem te repertio. Et Margarita Chriſto reſpondens, ait: Domine, ego te recipere dubitabam, quia non videbatur mihi, quod ad tam altiſſimum ſacramentum recipiendum diſpoſita eſſet anima mea. Et Dominus ad eam: Filia, quia mihi placet, quod tu recipias me, qui præbui tibi adiutorium ut venires ad me, præſtiti eum Patri peccatorum. Ego enim feci tibi peccatorum matrem; & qui impedit te, impedit matrem meam: Super quo verbo admirans & ſtupens, audivit: Sicut ego beatiſſimam Virginem Matrem meam feci pro ſalute humani generis, ita & ego elegi te in ſpeculum, & modo in peccatorum matrem. Tu enim es ſpecioſiſſima facta per gratiam coram me in cœlo, & ſanctam faciam te in terris: & non dico tibi,

in de ſalutare illud commendatore, nolimatur a Confeſſario;

B

a Chriſto Mater peccatorū appellatur,

C quod faciam, quia ornata per miſericordiam facta es jam. Tu dicis te undam virtutibus, & ego dico tibi, quod tu es ornata. Tu dicis te pauperem, quia me credis carere; & ego infinito theſauro te ditavi. Filia, in qua locum quietis inveni, non te nomino Lilium horti, ſed campi: quia tanti odoris eris, quod nares vitiis obturatas, quæ me nunc minime ſentiunt, aperies ad ſentiendum odorem tuum, & ſicut defert aura odorem lilii, ita ego portabo odorem tuum longe lateq; ut campi lilium merito nomineris. Et quia mirabilis illa, quam de Chriſto ſentiebat ſuavitatis dulcedinem, cum interpolatione dabatur; admirari cœpit & dicere, cur hoc eſſet? Cui Chriſtus dixit: Non mireris, ſi me talem tibi dono, qualem te invenio: mens namque ſparſa eſt, & in multis laboribus tædioſa. Vide Magdaleuam, cui me talem præſentavi poſt reſurrectionem in horto, qualis erat apud ſe ipſam. Scalam peccatorum te feci, ut per exempla vitæ tuæ pergant ad me. Et Margarita reſpondit: In quo virtutis exemplo peccatores imitari me poſſent? Et Dominus ad eam: Imitabuntur abſtinentias tuas, jejunia tua, humilitatem, & tribulationes, quas amore mei alacriter recepiſti. Imitabuntur humilitatem ſanctæ converſationis tuæ, & manſuetudinem, quam habes tu vita tua. Imitabuntur honeſtatem tuam, & ſollicitudinem, quam habes de fuga mundi.

& Lilium campi,

quare?

quid in ea imitandi peccatores?

191 Cupiens itaque ſuper cœleſti dulcedine inhærere, interrogavit dulcedinis fontem, dicens: Magna ſunt, Domine, quæ oſtenditis, ſed mihi non affectatis. Et Dominus ad eam: Non habebis ſecuritatem, quam petis de te, nec etiam illi qui corrigunt te, quamdiu viaeris. Et margarita reſpondit: Et quare, Domine, ſemper dum mihi loqueris novam mihi facis de tuis donis promiſſionem? Et Dominus ad eam: Idcirco hoc ago, quia quolibet die uſque ad tuum obitum nova gratiæ dona recipies, & cum eis novas afflictiones: & tu hodie novum gaudium recepiſti, ſed mater mea in die Purificationis ſecundum Legis obſervantiam iſto fuit privata gaudio, dum a Simeone me tenente in ulnis prænuntiatus eaſtitit internæ gladius paſſionis. Et margarita reſpondit: Bene credo, Domine. Chriſto vero ſermonem perficiente, margaritæ dicenti, Domine, ſi parvum ſermonem facis, ſecuritatem des mihi, ut quamdiu vixero, vobis ſine veſtrorum tranſgreſſione ſerviam mandatorum. Et Chriſtus ait: Aſſecuro te, quod quamdiu vixeris, numquam mortaliter me offendes. Et margarita reſpondit: Domine, ego credo vos offendere ſemper in afflictionibus meis, & tentationibus tam duris. Et Dominus ad eam: Tu purgaris in pœnis timorum tuorum.

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS. D

quæ frauditarum ſ

ſolum te obſiligit, non peccatorem amplius mortaliter ſ

192 Puritatis amator Jeſus margaritæ puritatem quærenti cum lacrymis, dixit: Quantum potes recordari de cogitationibus, loquelis, & omnium quæ audiviſti com diſplicentia mea, dic Fratri Junctæ Confeſſori tuo. Timenſque margarita præceptum hoc non poſſe perficere, reſpondens ait: Quomodo poſſem, Domine mi, omnium defectuum recordari, cum navigem inter marinos tempeſtuoſos fluctus hujus ſeculi? Et Dominus ad eam, quantum diligis me Deum tuum? Et margarita reſpondit: Quare me de amore interrogas? Tu es Deus meus, Creator meus, Redemptor meus. Quem ſupplicitet rogo, ut non facias tam atrocem præceptum de tuo recipiendo Corpore.

E

jubetur a mortis defectus omnium confiteri,

193 Cum oraret Dei famula margarita, audivit vocem dicentem ſibi: Præpara te, o ſtella, quia ſol juſtitiæ deſcendere vult ad faciendum in te ſedem ſuam, & ſuos vult radios extendere pietatis atque juſtitiæ. Sed ſuarum aſperatrix laudom margarita hæc audiens, dixit: Si placet tibi, nolo hoc dicere Fratri Junctæ. Et Dominus ad eam: Dic ei & Fratribus, quod abſcondant te: & tu abſcondere, quantum potes. Tu enim ſtare vis ad ubera conſolationum mearum, & nolles te communicare filiis meis. Beoc poteram re ſecrete ſolam vocare, & ad regnum ducere Paradiſi. Et margarita reſpondit: Ego conſidero fragilitatem meam, & deſidero ſolum vobiſcum eſſe; & ideo filiorum veſtrorum num recordabar: verumtamen ſi de hoc vos offendi cum timore & tremore dico meam culpam. Et Dominus ad eam: Si eſſes plena caritate, compatereris pœnis meis, quas pro peccatoribus paſſus ſum, & filiis meis, quos redemi. Et Margarita: Domine, ego dico meam culpam de modica caritate, quantum ad ſollicitudinem, non quantum ad deſiderium, quod in mente gero, & ſupplico ut ſaciatis eis plenam miſericordiam. Et Dominus ad eam: Numquid non dixi tibi, quod tu eris lumen cæcorum, & qui caritatem habet, ad filios meos, me diligit?

F

peccatori d ſalutem orare,

194 Dic etiam filiis meis Fratribus, quod non faciant ſermonem da inanibus, ſed de verbis Evangelii & epiſtolarum B. Pauli electi mei; & non curent de murmurationibus populorum, quia de me omnium Domino fuit murmuratum. Dic etiam iterum dictis Fratribus Minoribus, quod ipſi retia da me ſancti Evangelii in majori auctoritate, quam omnes qui prædicant in ſeculo & ſancta Eccleſia verbum meum, quibus mando, ut recommendatam habeant mortem meam, ut dum prædicant, in corde ſuo ferant mecum ordinem tormentorum: ea hac enim motte materiam habent deterrendi homines ne peccent. & alliciendi

& dicens PP. Minoribus quandam formulam orationis;

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

eus, ad promiſſam & acquiſitam tanto pretio beatam ſe-
A licitatem ? & dicant peccaturibus, qui me in illo vitio
offendunt, quod punivi in Nativitate mea, quod no-
vus exercitus dæmonum de inferno egreſſus eſt ad gene-
rationis humanæ vexationem. Idcirco mundus plus ſo-
lito indiget prædicatione. Item dixit ei : Tu dicis, fi-
lia, quod amas me ; & ego dico tibi, quod nou eſt crea-
tura aliqua ſub cœlo, quæ credat vel cogitet quantum
diligute : & doles tu de offenſis, quasegiſti contra me ?
Et Margarita reſpondit : Tu, qui omnia noſti antequam
fiant, ſcis ſi doleo, & quantum doleo.

195 Dictaque culpa de præcepto Domini curam ip-
ſo de offenſis omnibus ab hora baptiſmatis uſque in illa
hora quomoducumque patratis, audivit Chriſtum dicen-
tem ſibi: Et ego, filia, te abſolvo ab omnibus offenſis tuis,
quas egiſti cogitatione, loquutione, & operatione, a tuæ
nativitatis exordio uſque nunc. Tunc ea inopinata gra-
tia, quam recepit, in lacrymis liquefacta exclamavit, di-
cens: Angelici omnes exercitus, cœli, aer, ignis, mare, terra, & omnia quæ in vobis ſunt, laudate pro me Creato-
rem noſtrum de tam infinita miſericordia, quam fecit
mihi maximæ peccatricum. In Conditoremque omnium
mentem levans, ait: Ego ancilla tua, quæ nunc a te recepi
cunctorum meorum abſolutionem defectuum, reſeru
B tibi ſummo & æterno Sacerdoti gratias ſine fine. Poſt-
quam vero gratis, ſine unius meritu tam large mihi par-
ceere voluiſti, concede mihi, ut in ſpiritu audiam quod
poſt abſolutionem ſuam B. Mariæ Magdalenæ dicere di-
gnatus es, Vade in pace ; & miſericordiæ tuæ roborata
virtute, te de cetero non offendam. Cujus precibus Chri-
ſtus annuens, ait: Et ego, filia, tibi confirmo gratiam,
quam petiſti, ut numquam mortaliter me offendas: in cu-
jus ſignum te iterum benedico. Tu dicis mihi, quod ego
ſum Pater tuus, & ego dico, quod tu es filia mea, quæ di-
cis quod amas me. Et Margarita reſpondit: Domine, alias
præcepiſti mihi de cummunione frequentanda: ſed in ea
multa impedimenta ſuſtinui. Et Dominus ad eam: Cre-
de, filia mea, Fratri Junctæ Confeſſuri tuo de primis ten-
tationum motibus, & eum tunſione pectoris ſtatim dicas
culpam tuam. Nec tamen tali confeſſione contenta ſis,
cum poſtea Sacerdoti puteris, & ſcieris confiteri, ſed de
his cum facultatem confitendi vel memoriam non ha-
bueris ; ego tuus protector ero : neque timeas, quod tibi
Confeſſor deſit : quia in tuis neceſſitatibus tibi proviueri
faciam de Confeſſore. Cave tamen, ne Confeſſorem tibi
deputatum recuſes, ſed ei totaliter apertas vitam tuam.
Tunc Dei famula Margarita cœpit altiſſima voce clama-
re, dicens: O infinitæ miſericordiæ pietas, cui tantum
C inclinamini, ut velitis eſſe meus Sacerdos & ductor! O
infinita miſericordia mea, quæ nunc dimiſiſti mihi culpas omnes præteritas & præſentes ! Domine, inquit, mi, offendo te in fuga creaturarum. Et Dominus ad eam ; Nun offendis, tum propter fitim, quam habes de me, tum quia tuam fugis fragilitatem.

196 Dixit Margaritæ Salvator: Nullum de cetero, filia, judices, uullíuſque vitam deſpicias, & animam nullam ſperuas. Propter quod Margarita obedire cupiens, reſpondit & dixit: Domine mi, facies mihi unquam gratiam de fuga creaturarum ? Et reſpondens Dominus, dixit ei : Filia, ſine Fratres meos Minores te ponere & tractare per manus quæ eis placuerunt : quia ipſorum regimini & curæ totaliter te cummiſi. Et Marga-
rita hæc audiens, Chriſto reſpondens, ait : Domine mi, cum velim penitus a ſeculo ſeparari, ipſi me nun ponunt in ſolitudine, ſicut deſiderat anima mea. Et Dominus ad eam : Filia, ideo te non ponunt, quia tu es ſtella mundo, conceſſa noviter ad cœcos illuminandum, devios reducendum ad viam rectam, & erigendum lapſos de ſarcina delictorum. Tu es vexillum novum, quo reducentur peccatores ad me, ſub quo & pœnitentia, devote fundent lacrymas ſuas largitur & ſuſpiria. Et quia humi-
lis Margarita de hir, quæ promittebantur, fiduciam pru- D
pter ſuæ vilitatis contuitum non habebat, audivit vocem dicentem ſibi: Ego Chriſtus Dei filius, de Maria Virgine natus, adimplebo promiſſa mea, & uſque ad finem tuum creſces in ardorem majoris dilectionis.

197 In die Calendarum Maii novam montis Intravit cellam Dei famula Margarita, ut tumultum ac præſen-
tiam fugeret perſonarum. Qua ingreſſa, miſit pro Sa-
cerdote S. Georgii ſene Domino, e Fratri Junctæ, a quo E
facta pro mane craſtinu petiit corpus Chriſti. Facto igi-
tur mane Sacerdos accipiens pialem hoſtiarum non
conſecratarum obtulit ei, cogitans eurpus Chriſti. Hoc
mirum accidit Sacerdoti, quia propter maleficas, quæ eurpus Chriſti de eccleſia furabantur, Chriſti cor-
pus in vaſe firmaverat intra domum, in qua pyxis erat
juata pyaidem poſita de hoſtiis conſecrandis : qui pru-
pter defectum memoriæ, & affectum celerius accedendi, detulit pyxidem, quam non debuit. Domini au-
tem famula Margarita, nullam ſentiens in communione
dulcedinem, ut ſolebat, ſuis aſcribens defectibus, in-
dulgentiam lacrymis inconſolabiliter poſtulabat. Cœ-
ſtorum autem conſolator mirificus, dubitanti & flenti
reſpondit, dicens: Filia, ne plures, quia Sacerdos ille
non dedit me tibi, ideo meæ ſuaviſſimæ ſuavitatis præ-
ſentiam non ſenſiſti. Hac reſponſione percepta, ſine
dilatione pro ipſo Sacerdote remiſit, & interrogavit E
eum, quare nun dederat ei Dominum Jeſum Chriſtum.
Qui cum verecundia ei reſpondeus, aſſignavit rationem
ſuperius enarratam. Ea tunc plena fide Margarita tan-
tum de Sacerdotis oblivione timorem cepit, quod po-
tius volebat a communione deſiſtere, quam in præteri-
tæ deceptionis dubio plus affligi. Cujus dubium Agnus
innocens evacuare voluit, in ſequenti communione lo-
cutus eſt Margaritæ, dicens: Ego ſum Jeſus Chriſtus,
Dei vivi coæternus filius, qui mundum viſitavi, & de
Maria Virgine carnem ſumpſi, in cujus ſignum matrem
ſalutans dicu, Ave Maria gratia plena, Dominus te-
cum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fru-
ctus ventris tui. Tu dixiſti Fratri Junctæ, quod per-
mitteret Dominum ſuam peccatricem acriter verberare, & nondoleret tantum de afflictionibus tuis. Ve-
rum dixiſti, nam mea peccatrix es, quam intus & ex-
tra mundavi, & cum qua pleniſſimam pacem feci.

198 In eadem cella ſequenti die, ſumma cum re-
verentia recepto corpore Salvatoris, audivit eum di-
centem ſibi: Tu miraris, quod non loquar ita ſæpe tibi
ut vis ; ſed ſi tantum ſerviri tibi, dignum eſt, antequam
ad plenariam conſolationem pertingas, ſervias mihi
cum uratione & lacrymis, deſiderio magno & ſuſpi-
riis doluroſis. Tu etiam cum timore interrogas, ſi tuæ F
vitæ ſtatus mihi placet ? Et ego dico tibi, quod deſi-
deria tua, quæ habes de me, mihi accepta ſunt. Tamen
veniaiter me offendis, quia in viſis & auditis diſtra-
ctionem recipis ea timore, cum deberes ſolum cogita-
re de me. In alia vero tuis operibus mihi places. Et
Margarita reſpondit, dicens : Domine, tu noſti quod
non habeo ſollicitudinem de rebus a populo ſuberahendis pro me, quæ tantum paupertatem deſidero, ſed
ne bajula & pauperes, qui recurruut ad me, indigen-
tiæ ſuæ damnum patiantur pro me, & ne de recuptio-
ne rerum præbeatur deædificationis exemplum. Et
Dominus ad eam : Numquam ſeruteris terréna : ſed
meum præſepe, meam paupertatem, cunam, magnos
labores, proditionem diſcipuli, & immenſa ſupplicia,
quæ in Cruce ſuſtinui.

199 *f* Reverentiſſima Chriſti famula Margarita
irreverentiæ vitium tota mente detaſtans, audivit ite-
rum Chriſtum ſibi dicentem : Tu, filia, dubitas, me re-
cipere de manu Sacerdotis S. Georgii, quia tibi vide-
tur quod irreveronter me tibi præbeat. Sed ne timeas,
quia recipio reverentiam cordis tui : Et quamvis actur

a Chriſto abſolutionem omnium ſuorum accipit.

gratias agit.

confirmatur in gratia.

de primis motibus peccatorum quid agere debeat ?

monetur ne quem judicet,

negat de ſua habitatione acquieſcat FF. Minoribus.

Inſultur cella.

Malefica corpus Chriſti de eccleſia furantur.

Hoſtiæ non conſecratæ ſibi præbitam divinitus cognovit.

ut id illius fiat quidem cognitum.

jubetur ſolum de Deo cogitare.

aut terrena ſpernat.

A *Hodie fuit exercitio orga Thomabilis.*

suorum sensuum mihi displiceant, non tamen displicet mihi oratio per me ordinata ad tam altissimum Sacramentum, ad quod descendo. Si autem majorem fidem & devotionem habes in recipiendo me ab uno Presbytero, quam ab alio, scias, quod quia libentius me concedo per manus bonorum quam malorum, ideo majora signa gratiæ conferuntur in manibus eorumdem.

200 Quodam sabbato in mane desiderium habens adhuc majorem de Christo sentire lætitiam, dixit, quod volebat plenius gaudium de Christi gustare præsentia. Ad quam petitionem Christus interrogavit eam, dicens: Quomodo tu es digna tam grandia postulare? Et Margarita respondit: Non sum digna, Domine Jesu Christe, sed ad solam misericordiæ tuæ sedem confugio. *exaltat se Christo, quod de spiritualibus se dignam fatetur,* Cui Dominus: Tuus gustus infirmatus est, quia gratias, quas tibi donare dignatus sum, non tibi concessi propter te tantum, sed etiam propter amorem illorum, qui me, quantum in eis est, in Cruce reponunt, & tamen eis paterna pietate, ut ad me redeant, in omni re misericorditer condescendo. Et tu es indiserera, quia non curas lactate nisi te: & de redempeis filiis, pro quibus tantam gratiam feci, curare non vis. *unum laborat pro conversione peccatorum,* Et Margarita respondit: Domine, si hæc via utilior est filius tuis, reducite me ad sermonem vestrum, & ad pristinæ nostræ familiaritatis statum. Et vereor, Domine, quia B g factus Sacerdos meus ad absolvendum me. Unde tibi Sacerdoti æterno de indiscretionibus meis dico meam culpam. Et Dominus ad eam: Non sum contentus, ut mihi soli de tuis defectibus dicas culpam tuam, nisi Confessori tuo integraliret studeas confiteri. Cum autem hoc egeris, recordare, quod leprosos misi ad Sacerdotes secundum Legem.

201 Et quia in suorum rememotatinne defectuum tota replebatur lætitia, dixit: Domine, quomodo potuit Mater vestra tam ineffabile gaudium sustinere, cum vos concepit de Spiritu sancto? Et Dominus ad eam: Sicut volui per potentiam & sapientiam meam, ita & potuit. Quid est, inquit Deus, quod tu es filia mea, & ego non sum pater tuus? Quod horum prius eligeres, an quod ego essem tuus pater ex parte mea, & tu non esses filia, vel quod tu filia, & ego non essem pater? Et si vis super hoc consilium, do tibi licentiam requitendi. Anima veroejus interius illuminata respondit: Domine, eligo ut sim filia ex parte mea, nam tu Deus creatione pater es omnium. Et Dominus ad illam: Magnam custodiam circa se anima debet gerere, quæ facta est instrumentum meum. *sobrietas abstinentia se a temporalibus familiarib,* C Et Margarita respondit, dicens: Domine mi, vere magnam. Et Dominus ad eam: Si vis habere, separa te a mundo. Et Margarita: Domine mi, separata tuæ non servio majestati. Et Dominus ad eam: Licet cum tentationibus certes, tutior tamen via est, quam cum secularibus conversari. Nam certando purgatur anima: sed si cum secularibus moram contraxeris, imaginibus occupata rerum visibilium, occupatur tabernaculum meum & obnubilatur, nec potest habere compassionem ad me offensum, cum omni die a peccatoribus in Cruce reponar. In illa vero reprehensione tam dulci, fuerunt eidem ostensi defectus omnes ejus, & omnia loca in quibus suum offendebat Creatorem. Et quia more pristino gaudiis non fruebatur, dixit: Domine, cur ineffabilia gaudia regni tui modo non sentio? Et Dominus ad eam: Ego respondeo statui tuo, quia occupationibus personarum ad te pergentium nimis tuum animum inclinasti. Et Margarita respondit: Et tu, Domine mi, reponas me in solitudinis statu. Et Dominus ad eam: Ego sum pater tuus, & tu non es filia mea. Et Margarita respondit: Et ego vere confiteor, Pater mi, quod amore filiorum vestrorum tam copiosa mihi gratiarum munera contulisti tu, qui es solus gaudium Angelorum, & lætitia Beatorum. Ad quod verbum tantam ei Christus jocunditatem infudit, ut dicere cogeretur, quod si nuda tunc poneretur in flammis, in prædictis reprehensionibus dolere non posset. Unde ait: Tantum, Domine, de facie tua mihi ostensa gaudium mentis concepi, quod cœli, terra & omnia quæ in eis sunt, in ejus impressione deficerent. Nam quam cito præsentiam tuam sensi, coram qua nemo turbari potest, ostendisti multa quæ narrare nequirem: & idcirco a te igne, qui numquam deficis, inflammari desidero; cognoscere cupiens quantum amor a te. Et ait iterum Dominus: Tu non curas, Margarita, nisi de te. Et Margarita respondit: Domine, quia dixisti, quod appetitus animæ meæ erat infirmus, supplico misericordiæ tuæ, sines cum. Et Dominus ad eam: Ego tibi præbui medicinam, qua minime uteris, nisi quoad rimorem & desiderium. Et quia non curas de corpore tuo propter amorem meum, tu vis esse in Paschate, atque deliciis gratiosis modo, sed de me facies Quadragesimam. Sed recordare illius, cui dimisi quingentos denarios, & noluit dimittere quinquaginta. Tunc pro duobus Patribus suis Dominum rogans, audivit eum dicentem sibi: Dicas eis ex parte mea: Beati mundo corde, quia facie ad faciem me videbunt.

202 Ut autem illa cum Beatis visione in perpetuum frui posset, splendor paternæ gloriæ Dei filius erudivit eam dicens: Cum fecerim te tabernaculum meum, volo & rogo, ut ipsum omni puritate custodias. Et Margarita respondit, dicens: Domine, de hoc debeo te rogare, non tu me. Et ideo tuæ supplico majestati, ut custodias immaculatum tabernaculum, quod creasti. Ita enim, Domine, in custodiendo requititur labor & cautela, quod nulla ratione me sine te summa potentia custodire valerem. Et quia sermonem hunc videmini velle finire, cum tua, qui ubique præsens es, benedictione dimitte. Et Dominus ad eam: Et ego te benedico, & *benedictione a Christo* per gratiam usque ad tuum obitum tecum ero. Et Margarita respondit: Domine, quomodo Patri meo Fratri Junctæ potero tam alta referre? & ipse quomodo capere? Et Dominus respondit: Filia, studeas dicere, sicut scies, & ego instruam eum. In tribulatione mentis & corporis Dei famula Margarita se videns, dubitabat Christi corpus recipere, quia non credebat posse tanto Domino debitam reverentiam exhibere. Divino autem in ea crescente fervore, intantum de sumendo eo sitis aucta est, quod cum lacrymis & metu Christi eurpus recepit. Quo gustato audivit eum dicentem sibi: Filia, *distinctus confitetur* tu distinctius & plenius tuos defectus in confessionibus operis, quam aliqua creatura quæ sub cœlo reperiatur: unde non dubites nec timeas me sæpe recipere, quia reum ero. Et Margarita respondens, ait: Domine Jesu F Christe, quia te nimis offendo, iccirco communionem tui sanctissimi corporis frequentare non audeo. In hoc, inquit Dominus, me offendis venialiter, quia nimis conquereris, & super re ploras in tribulationibus tuis. Tamen dico tibi, quod solita confessiuue præmissa sæpe eum me recipias Creatorem.

203 Post hanc dignativam invitationem, sequenti die communicans audivit Christum dicentem sibi: Ego, filia, sum panis qui de cœlo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, mortem non gustabit in æternum. Iste vero panis, quem ego do, caro mea est. Et qui de pane isto devote comederit, resuscitabo eum in novissimo die. Sed dico tibi, quod in multis moritor, quantum in eis est, qui me indigne recipere non verentur. Et Margarita respondit: Cum sis vita infinita, quomodo posses mori? Et Dominus ad eam: Multi me recipiunt, in quibus nullam appono gratiam, quoniam me in suis peccatis denuo crucifigunt. Et Margarita interrogavit Dominum, dicens: Domine, ergo quomodo dona conceditis his, qui non vivunt in continua puritate? Et Dominus dixit: Credis tu, quod Magdalena in illa purirate steterit, quam intelligis, ut sine momento temporis continue mei recordaretur?

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

D *magnis perfectionis donibus*

E

tam timeret tamen ubique

in tribulatione ut etiam ploret

intelligit Christum crucifigi ab indignis communicantibus,

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

Dico tibi, quod non : vivebat tamen in continuo desiderio placendi mihi, & in continua vitæ asperitate. Deinde ignis sancti Spiritus, qui ardebat in eâ, subito omnes defectus animæ concremans, eapurgabat & consumebat eos.

A & quomodo dilectio Dei succedat fastidiosis rebus Dei.

204 In Paschalibus diebus sacramentorum vitæ recipiens, Regem omnium seculorum audivit dicentem sibi : Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi : & qui manducat me, non videbit mortem in æternum. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Ego sum divinitas illa, quæ se recluſit in carne illa, quæ prius concepta fuerat in corpore Annæ. Semper enim reclinavi me ad misericordiam, & numquam inveni plenarie correspondentem caritati meæ, & curialissimæ largitati. Et dico tibi, quod propter injurias & peccata, quæ multiplicant peccatores, impeditur verbum prædicationis meæ ne proferatur eis.

Peccatis impeditur prædicatio.

205 Die Lunæ post secundam Dominicam de Pentecoste, Christi recepto corpore, ineffabilem jocunditatem & attrahentem dulcedinem sentiens, audivit eum, qui summa dulcedo est, dicentem sibi : Filia, ego sum Creator, lumen, fortitudo, amator & gloria animæ tuæ. Et Margarita respondit : Domine, ne dicas hoc verbum nisi ex parte tua, quia scio quod semper amasti me, amor summe. Nam ex parte mea meus amor est sicut umbra frigida & obscura. Sed supplico tibi, Redemptor meus, ut me facias candidam puritate, & rubicundam per amorem : & auge semper in me desiderium caritatis tuæ. Die Martis sequentis Dominicæ, antequam Christi corpus reciperet, in confessione sua dolorose contritionis amaritudinem passa est, quia non videbatur, quod ejus vita currerer secundum divinæ beneplacitum voluntatis. Cumque Sacerdos surgeret completa confessione, ut Margaritæ flenti pararet hostiam salutarem, subito omnis dolor in lætitiam conversus est, & audivit panem vivum dicentem sibi : Ego sum panis vivus qui de cœlo descendo, & in te delectabiliter requiesco. Et Margarita respondit : Quomodo magnitudo tua tam immensa, Domine, & puritas admirabilis inclinaretur ad tantam miseriam, quæ est in me ? Et Dominus ad eam : O incredula, cui dedi pulchritudinem animæ, quæ possit pœnitenti donari, & perfectiorem in rebus omnibus, per quas anima mihi placere potest in via, die isti filio meo & tuo, quod numquam tecum de danda tibi communione cessarem, nisi prius perfeceris Horas tuas. Margarita vero soli Deo conjuncta per desiderium inflammata dixit : Domine, quid est cogitare, quod tu venis ad me, & ego non venio ad te ? Et Christus respondit : Filia tu es illa, quam divinus oculus per gratiam intuetur. Et Margarita respondit : Domine, vos intuemini omnes creaturas, & nulla cogitatio cordis humani sapientiæ tuæ invisibilis potest esse. Et Dominus ad eam : Ego te per gratiam respicio alio modo quam universaliter alias creaturas. Et tu timorem magnum habes, sed majorem adhuc senties. & facies unam Quadragesimam de me, quæ ducit ad suleune Pascha.

B mirabili audita profunditate sacramentorum.

pulsa fabula vanitatis.

C jubetur ad solvere Horas ante communionem.

respicitur a Deo per gratiam.

206 Die Lunæ infra octavam Assumptionis beatæ Virginis, post communionem perceptam, audito, Ego sum panis vivus, &c. usque, in æternum ; audivit etiam vocem dicentem sibi : Filia, laboribus, tentationibus & infirmitatibus fatigata, quæ te nescis ordinare, quare te laudas accusando & lamentatis ? Angelus tuus hoc mane in tua confessione recepit, & in expressione circumstantiarum defectuum cordis tui. Scias, quod multum est otile tevertenti ad me, dispositio naturæ bonæ ad gratiam. Et ego tibi lumen dedi ad noticiam veritatis adipiscendam, quod placet mihi magis quã litterarorum studium, qui consueverunt sermocinari. Nullus enim sermo tam mihi placere potest, quantum tenere viam veritatis.

vexatur in tentationibus fomentorii

a *Vel deest aliquid, vel vox hæc*, Christo, *redundat*.
b *Hic quoque videtur deesse aliquid*.
c *Hæc quoque vox* habenti *redundare videtur*.
d *Deest aliquid*. e *Hic quoque*.
f *His iterum titulus interjectus* : De confessione & communione, Caput VII.
g *Suspicor hic mendum*.

D

CAPUT VIII.

De materna pietate, & de ejus insatigabili zelo animarum.

207 MAtris affectum induens, pietate simul & zelo salutis plena, sollicite invigilabat ad singulos. Cum igitur quadam die super crate sederet infirma, una duntaxat de 4 tecolino induta tunicula hyemalis algoris tempore super cilicio, revelante Domino didicit, quod in quadam villa per milliaria plura distante, quidam morabatur homo, verecundus & pauper, parvulam ætate familiam habens, ac per hoc inutilem & inertem, numerosam tamen, victu pariter & cultu carentem. Ea propter mandatum a dilecto Christo recepit, quod tunicam sui amore de novo transmissam, sine dilatione homini supradicto curialiter destinaret. Tunc illum pauperem cum jocunditate & fervore mirabili, exuendo se, induit, dicens : Domine, libenter cor meum, si fas esset, donare pauperibus vellem.

a Christo jubente vestiri pauperi donat.

E

208 Ordinaverat ad communem utilitatem orationes suas, sicut fuerat a matre indocta in seculo, dicens : Kogote, Domine, pro salute omnium, pro quibus me vis orare. Sed caritatis ardore amplius excrescente, sine personarum exceptione Dominum pro omnibus deprecans cœpit timere, quia mortem suæ matris fregerat in orando. Ad quod verbum Christus respondit, dicens : Filia, non recte docuit te mater tua. Nam (quia debes orare pro omnibus) multum mihi placuit oratio tua generalis. Ego enim veni pro omnibus, & pro omnibus sui mortuus. De patre tuo, pro quo me tam instanter rogasti, dico tibi, quod de purgatorio eductus est. Nec dubites propter vitam ejus præteritam, quam nosti, quia purgatoriæ pœnæ fuor variæ, & fuerunt multum afflictoriæ reservatæ, ut citius purgaretur. Filia mea, dicas Fratri Jonctæ, pro quo me rogas, quod sollicite prædicet, ferventer audiat confessiones, inter discordes concordiam semines, non sit tenax, sed fortis, hominum abhorreat laudes, & non discurrat Missas suas.

pro omnibus orare ;

ab ea consecutus fuisse patrem suum in pace esse ;

eandem Confessario commendat Christi modico ;

209 Ad tam lætissimam caritatem suam disposuerat sponsam Christus, quod non solum a remotis provinciis quamplurimi properabant, verum etiam divina permissione animæ defunctorum de suis receptaculis accedentes, ipsius suffragium cum instantia postulabant : inter quos duo, qui fuerant interfecti, dixerunt ei : Quamvis in morte non potuerimus confiteri, quia nostram prævidimus mortem, cum prædones extraxerunt nos de itinere, quo ibamus, per silvam ducentes, dedit nobis subito Creator noster contritionem de culpis nostris, & patientiam in morte, quam crudeliter intulerunt, & sic per misericordiam suam nos ab æternis incendiis liberavit. Nos autem, dilecta Dei, fuimus ambo sutores, & ego præcipue tecum loquens, legalitatem, quam debui, in mercando non habui. Quare supplico, ut facias, pia mater, cum meis de domo, ut pro me satisfaciant specialiter : & pro isto similiter, qui est mecum : nam fumus in magnis purgatorii cruciatibus : & ego magis propter dolosas & amicabiles in signo locutiones, in ficta dilectione : ora ergo pro nobis, sponsa Dei. Igitur orans Dei famulæ Margaritæ pro illis duobus, & aliis qui in tantis angustiis cruciantur, respondit Dominus dicens ei : Dicas Fratribus Minoribus, quod animas defunctorum habeant in memoriam quæ sunt in raota multitudine, quod viz corda hominum cogitarent, & tamen a caris suis modicum adjuvantur. Et dicas eis, quod religiosi, qui omis

pro appetentibus animabus orat ;

F

& pro aliis in purgatorio existentibus,

quæ tenuerat ;

Digitized by Google

A mis cucis ſecularis ſe immiſceut, in Purgatorio graviora ſupplicia patiuntur.

ato In feſto B. Clatæ Virginis, dum Chriſti famula Deum eaoraret pru quodam in amaritudine & levitate animi conſtituto, diait ei Pater elementiæ, quod ipſa mitteret ſtatim pro ſuo Confeſſore, & diceret ei ex parte ſua; ut illius Prælatum induceret ad compatiendum ſubdito ſuo, qui eſt ſicut lapis in machina, & paratus ad præcipitium. Et quantumcumque Prælatus doleat de injuria mea, nihilominus recordetur, quod Petro reſpondi: Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Quare volo, quod debili faciat plenam miſericordiam, & ipſe poſtea dolebit amare de omnibus, in quibus me graviter offendit. Tu etiam rogaſti me pro filia, quam propter amorem tuum, & opera ejus virtuoſa ponam in gloria Paradiſi in ordine Cherubin.

25. Oct. a11 In feſto SS. Chryſanthi & Dariæ, poſt Chriſti corporis ſumptionem locutus eſt ipſe Chriſtus Margaritæ, dicens: quamvis tribulationes tibi creſcant, non omittas propter hoc vitioſorum vitia extirpare, & in eorum mentibus ſerere, & plantare germina virtuoſa. Filia, ſemina, & ego dabo tibi ſemen, & infundam gratiam verbis oris tui. Et ſi rarius loquar tecum, & ſine locutione largiar tibi lumina, ut verba tua prædicere vera poſſint. Filia, Deus tuus eſt immaculata innocentia, & ideo non mireris; ſi tibi quæ perveniſti in quamdam columbinam innocentiæ puritatem, ralia referuntue.

B a12 Tempore quo morabar Senis, Margaritæ oranti Salvatot ait: Scribe: Pater Deus filio ſuo benedictionem & recommendationem internam ſuorum Filiorum, quos tanto redemit pretio, & illorum præcipue qui receſſerant de via mea. Creſce in gradibus gratiarum, ut quæ ſunt Dei, ſemper Deo, & lumen tibi donatum appropries Creatori tuo. Nam ego ſummus & unus Deus, volo tam in cœlo, quam in terra meos honorare amicos. Unde non ſit tibi durum, fili, laborare pro me: quia ſi memor fueris ſatigationum mearum, & infiniti præmii, quod paravi tibi, labores dulces eront & cum indefeſſa lætitia fatigaberis, *b* culpam, quam meus amicus Franciſcus vidit mentaliter pro te orans, ſignificat ſacrificium operum Dei tui, quia portas nomen meum, ut ferventi devotione coram populo duro prædices. Crua illa in tuis manibus poſita, invitat te, ut ſæpe ad Crucem redeas. Roſa autem tibi data ſignificat puriſſimam caſtitatem, cujus odor extenditur ad amicos. Quare doceo te, ſicut pater filium, ut cum populo prædicaveris, præbeas te peccatoribus tractabilem & humanum, & in commonitionibus, quas C contra peccata facies, peccatoribus meam clementiam, quam libenter largior peccatori redeunti, miſceas verbis illis. Tu etiam, fili mi, redde te gravem moribus in omnibus operibus tuis, quia ſemper ero tecum, niſi me perdas culpa tua.

a13 Sequenti die poſt B. Magdalenæ feſtum, accipienti cum reverentia coepus Chriſti, Salvator locutus eſt Margaritæ, dicens: Plora miſericordiam meam, quæ die noctuque clamat, & quaſi fimo vilior æſtimatur, quia non cognoſcitur a generatione humana. Plora inobedientiam tuam, quia non obediſti mihi de piſcatione animarum, quæ indigent me ſummo & vero bono, non ego eis. Et Margarita reſpondit: Domine mi Jeſu Chriſte, ego dubito de mea fragilitate. Et Dominus ad eam: Non nomines beneficia mea & opera, quæ facio per te fieri: nec dubites, quia te labi non ſinam in aliquod mortale peccatum, ſi inceſſeris per viam per quam te ducam. Ego namque habeo miſericordiam, & cum ipſa juſtitiam aequor. Ama igitur, filia, unicum Deum tuum, & ipſum ſolum poſtula & honora, & ſolius honorem Dei tui deſidera, & non tuum: & dicas Fratribus Minoribus ex parte mea, quod non curent de murmurationibus, infirmitatibus, tribulationibus, & ſuarum neceſſitatum ſubtractionibus, ſame ac ſiti, nec de honoribus; ſed ſolum me poſtulent, & teneant veritatem. Oportet enim, quod honor eorum me honoret, & omnis ad me bonorum omnium referatur honor. AUCTORA F. JUNCTA EX MSS. D

a14 Quædam ſeculaeis Domina magnæ famæ propter frequentationes confeſſionis, ſic erat in animo quieta, quod non credebat aliquod grave peccatum in anima eemanſiſſe. Sed quia intenta erat ſaluti & honori ac neceſſitatibus, Margaritæ Dei famulæ, pro ipſa ſerventar oraoti Salvator locutus eſt, dicens: Filia, incipias narrare Fratri Junctæ defectus illius, pro qua oraſti: & cum cepeis loqui, oſtendam eos tibi per ordinem, & ipſe ſcribat ad ejus utilitatem. Dic ergo, ut illa tibi pro amore meo devota confiteatur, quia priuſquam nupeui traderetur, fuit nimis audaa, ſive prompta, & corde non peefecte honeſta. Confiteatur de aviditate nimia circa illum virum, quem habuit poſtea, & de immoderato deſiderio ad eum cito eandi. Confiteatur de honeſtate, quam habuit in oculis, loquela & opere manuum, quia defideeavit eam quoad honorem mundi. Confiteatur qoia priuſquam fuerit annulo ſubarrhata, caput ſuum ornavit & dorſum & nimia cordis hilaritate vadens ad ipſum virum, morando ſecom, de me veram non habuit notitiam, nec ſaporem. Confiteatur de mordinatis aſpectibus ſecum, & quod in loquelis & tactibus etiam in ſo- E lennitatibus meis atque Sanctorum tranſgreſſa eſt ordinem juraque conjugii. Confiteatur de eaceſſivis deſideriis ſtandi ſecum, non ſolum in ejus præſentia, ſed abſentia. Confiteatur, quo tempore magnæ adverſitatis cujuſdam affinis ſui juravit illicite, & falſam, quantum in ea fuit, dari ſententiam procuravit: nec doluit tantum de nota infamiæ accuſati, quantum de damno pecuniæ communi ſolvendæ. Confiteatue, quia me oſſendit eundo ad palatium Poteſtatis, in quo appetit ſupra ſocias de pulchritudine corporis commendari. Confiteatur, quia familiam ſæpe accuſabat occulte, & oſtendebat ſigni teneriotis dilectionis circa eos & domus negotia, ut ab eis plus ceteris amaretur; & tamen nec illos, quos tanto venerabatur ſtudio, nec alias perſonas vere dileait, exceptis viro ſuo & filiis, quos nimis amavit. Dicat ſuam culpam de laudibus mundi, quarum avida fuit, & quod numquam me digne ad altare ſuſcepit: nam nec cum amara communicavit contritione, nec cum integritate confeſſionis: & quamvis multum eccleſiam frequentaret, parum guſtavit devotionis in mea Nativitate, Cœna, Paſſione, Reſurrectione, & aliis ſolennitatibus Virginis & Sanctorum: nam in his tempori- F bus & Quadrageſimis parum cogitavit de me, nec ordinate in orationibus ſcivit expendere tempus ſuum: ſed orationes aridas ſine lacrymis habuit, & jejunia ſua fecit abſque honore & amore devotionis. Confiteatur de inordinatis ciborum deſideriis, & flcat ſuam tenacitatem, quam in eleemoſynis habuit. Confiteatur diligentee, quia uſa eſt male ablatis, & recordetur bene quod quantumve expendit: nam denarii quos expendit & extraxit de marſupio viri ſui, vel fuerunt violenter & fraudulenter acquiſiti, vel de ludo. Unde volo quod certis perſonis, quas ipſa novit, ſatisfaciat per ſe, vel per alium diligenter: de incertis vero, ad ſui libitum Confeſſoris. Et quia hæc de bonis viri ſui, dum potuit, non reſtituit, nunc integraliter de ſuo reſtituat. Recordetur, quod eamquam mater familias tenoit marſupium ſuæ domus, & multas inutiles expenſas fecit & ſuperfluas de illicite acquiſitis, de quibus ſatisfaciat pro illa parte, quam in ſe non recuſavit expendere. Confiteatur, quia non doluit de ſuæ terræ deſtructione, quia volebat quod una pars alteram ſuperaret, & ei dominaretur, prupter quod pallatam habuit invidiam ad multos conſanguineos ſuos, ſi non erant in ſeditione ſoo viro conformes. Multum enim dolebat, ſi vel modicum in ſuis elationibus red-

AUCTORE F. JUNITA EX MS.

derectut abiectior. Dicat etiam culpam ſuam de omni dominatione quam tenere voluit, in domo patris, quam a ſui ſororis viri nullo modo ſuſtinuiſſet. Dicat ſuam culpam de omnibus rebus conſortis ſui, & reddat quidquid ei ablatum de conſenſu ejus fuerat. Confiteatur etiam, quod nimis parca extitit circa pupillos conſortis ſui, quibus ſicut pauperibus ſatisfacere debuit, & injurioſe prolatis contra mares & mulieres de domo, cum veritate ac mendacio. Dicat ſuam culpam de omni ornatu corporis.

Deus ella plenissima peccata & defectus etiam commissos denotari sibi dedit veldoni sobis

215 Totius perfectionis amator integraliter animam, quam redemit, curare deſiderans, reliquias morborum reliquias potenter expellens, ait: Confiteatur iterum de detractionibus & judiciis circa proximorum nobilitatem, bonitatem & pulchritudinem; quia ſpernebat atque vilipendebat aliorum ſufficientiam, defectus exprimendo quos noverat, & ſi alii dicerent, libenter diſcebat: bona vero ſi quæ de proximo noverat, reticebat: & corde, ore ac ſignis judicabat alios de ſuperbia & aliis vitiis, & ſæpiſſime de vitiis quæ numquam commiſerant, ſicut ipſa; quæ ſi nullum vitium, quæ aliis imputabat, de certo perpetraſſet, de aliis minime murmurare debuit. Confiteatur, quia ſi inveniebat perſonam, de qua conſideret, mordaciter detrahebat, & loquendo blandiebatur præſentibus, dicendo de ipſis bene. Confiteatur, quia ſuperbe cupiens aliis dominari, laudari deſideravit præ aliis, de nobilitate & rerum copia, quam in aliis cum mœrore animi invidebat. Dicat etiam culpam ſuam de mentis vagatione & de diſcurſu ſenſuum, quia appetit quæcumque appetibilia aliis poſſidere aſpiciebat. Confiteatur, quia licet frequentarer eccleſiam, tamen non habebat cor ad divinum officium, ſed ad loquendum cum mulieribus in eccleſia: & ſi ſilebat, ibidem cor in exterioribus vagabatur. Et quamvis ſanctarum perſonarum notitiam quæreret & haberet, & ſpecialiter Fratrum Minorum, de ipſis non hauſit ſaporem, nec ſe ipſorum moribus conformavit: ſed, quod pejus eſt, murmurabat de prædicationibus & officiis eorumdem: & ſi ei aliquando placebat prædicatio divinum, que officium; extra eccleſiam poſita, Dei obliviſcebatur & verborum ejus. Dicat ſuam culpam de ingratitudine beneficiorum meorum, quia eam de multis periculis liberavi, quæ credebat ſe penitus deceſſuram: nec cum his omnibus a mundo evelli potuit, ſed ei mente inhæſit, neque nunc ſtudet amiſſum redimere tempus. Dicat ſuam culpam de tempore vitæ ſuæ in diſplicentia mea conſumpto: & quod, ſi quod mihi gratum eſt opus, hoc non egit ſolum amore mei, ſed vel metu æternæ pœnæ, vel timore verecundiæ temporalis. Sed ſi ſe damnandam firmiter credidiſſet, debuit mihi cor ejus cum intima ſervire dilectione, quod per prodirricem loquelam in malitiis texit. Dicat etiam ſuam culpam, quod moltas virtutes in pluribus commendavit, quas commendatos ſciebat penitus non habere. Et quamvis ab immunditiæ vitio pura eſſet, præterquam cum viro ſuo, cum ſanctum matrimonium copulavit, tamen non dolebat de lapſis in carnis vitium, ſed eis detrahendo, cum aliis plerumque lætabatur. Dicat ſuam culpam, quod alios arguebat de malo lucro, poſſeſſionibus, loturis, ornamentis & ligaturis, dicens, quod tam pretioſa tamque cara poſſidentibus minime congruebant: quia ſæpe inordinate comedebat: & ſi non vitaſſet diſpendium, inordinatius & atdentius comediſſet: de gulæ vitio alios condemnabat, & ſua diſtribuit pauperibus pro mei hunore nominis: & retributionem poſtulabat & capectabat temporalis præmii potius quam æterni. Dicat ſuam culpam, quod ipſius orationes opprimebantur honore cupidinum mundanarum. Confiteatur autem de indiſcretione, quam habuit circa famulas ſuæ domus, & cum modica compaſſione ad pauperes cteaturas manus extendebat amore mei: & hinc eſt quod pauperes judicavit, quantum ad eorum converſationem, ad fletum, riſum, jocum, cibum & potum ſubtrahendo eleemoſynam ſuam, & per detractionem ſimiliter alicoam. Confiteatur, quod duplicia indumenta ferens & ptetioſa, nuditate & frigore laborantibus compati negleait & miſereri. Libenter enim pecuniam cumulavit, & vix de fruſto panis ſubvenire pauperibus ſtuduit. Dicat ſuam culpam, quia illud uomen, quod Matri meæ per antonomaſiam competit, ut ſola Domioa nominetur, ſibi adſcripſit: & ſi quæ nobiliores illo nomine vocarentur, deridebat eas: & ſervire nolens aliis, exigebat ab omnibus famulatum. Dicat ſuam culpam, quia offendit me in cibo & jejunio, in ſolitudine & ſocietate, ſtando & ambulando, tempore adverſitatis & proſperitatis: & quamvis libenter ſociaret ſe mulieribus formoſis, ornatis & comptis, intantum ſe amavit amore privato, quod ceteris melior ac pulchrior voluit reputari. Confiteatur, quod in mei ſui factoris injuriam, ad ſpeculum ſe ornabat, & ſe videndo meditabatur miſerias hujus mundi, invidendo ſæpius decori ac pinguedini mulierum. Confiteatur, quia parvas tribulationes ſuas, æſtimavit magnas, & aliorum maximas, dicens parvas, de tolerantibus eas murmurando tam dure, quod de homicidiis & proximorum languoribus noo dolebat in corde, ſed lætabatur, quantumcumque fleret cum flentibus in eccleſiis vel domibus eorumdem. Dicat ſuam culpam, quia non tecreavit famulas poſt laborem, ſed etat tenax in earum neceſſitatibus, non tantum ſanitatis tempore, ſed agritudinis: quando enim conſolatione indigebant, dicebat eis improperia multa, & infamabat eas per domum de gula & de negligentia: in parrubus ſuis nimis delitis attendebat: tacebat etiam quæ loqui volebat, & loquebatur ſe ceteris conformando quæ ſiluiſſet libenter. Confiteatur, quia devias perſonas propter honotem mundi vitavit, nec eas in ſuom conſortium & ſimiliare colloouium admittebat, quia iutus & extra ſupetbia plena fuit. Verumtamen confortetur in me, & vitam ſuam examinare non differat, reducendo ad memoriam ſuas culpas; & ego infundam lumen gratiæ menti ejus.

ſed eam ad ſpem erigit

216 Frater quidam, Philippus nomine, dubitans interrogare in confeſſionibus pœnitentes propter ſtultitiam male interpretautium interrogationes, & non interrogare timebat, propter vereeundiam vitia occultantium, per me Confeſſorem, Margaritam rogari feeit, ut in oratione impetraret a Domino hujus dubii veritatem. Cui dixit Dominus: Dic ex parte mea, quod ſecure audiat & interroget confitentes, quia diviſiones gratiarum in hominibus ſunt diſtinctæ: quapropter hanc virtutem audiendi & interrogandi conceſſi ego propter ſui cordis & corporis puritatem. Ideo ſi mille poſſet in die una confeſſiones audire, nullum deſetat, qui deſideret confiteri: nullumque interrogare poſtponat, quem interrogatione credat veriſimiliter indigere. Peccatores namque per ſe non confitentur, quia cæcitatem mentis contrahunt a peccato, & ideo ſuos defectus nequeunt videre: merito quippe cæci ſunt, quia me lucem veram in ſuis mentibus retiocre non poſſunt propter fetotem peccati: poſtquam vero anima per confeſſionem fuerit deſæcata, illuminatur, & ſua vitia conſpicit, & iutuendo veraciter plorat & dolet. Idcirco filia, neceſſe eſt, ut Confeſſores de peccatis interrogent: ex hoc enim tam pio ſtudio, tamque ferventi animarum zelo, plus diligo Frattes Minores, quam aliquem Ordinem, quia ex eorum laboribus ſtudioſis plures animas lucrot.

Iste Minori caldè dixit, ne omittat interrogare pœnitentes, cum id potest facindam.

217 Viſitans Chriſti famulam Margaritam celebravi in oratorio, & dedi ei Chriſti corporis ſacramentum. Quæ cum reverentia magna communicans, otavit dicens: domine redde mihi alta conſilia, quæ conſuevi a te recipere. Et Dominus ad eam: Quia do tibi quod magis tuæ ſaluti expedit, non poſtules conſilia priſtina teddi tibi. Colloquium enim meum familiare

Cur plis affiliteais nonſatisfat.

A liare dilectis meis reſerva ibi. Ego enim in vita iſta ſteti in tribulatione, & amici mei ſimiliter debent velle ſtare. Et ſi nulla tribulatio eos tangeret, quia tamen a peccatoribus ubique offendor, deberent affligi, juraque mea defendere pro viribus & docere. Illi autem qui hoc faciunt nullum timeant, quia cum illis ero. Quare dicas Fratri Junctæ bajulo tuo, quod verba Evangeliorum meorum & epiſtolas B. Pauli, electi mei, prædicet ferventer populo, & ego in eo ſpeciale gratiæ donum ponam. Et quidquid tibi ex nunc offendero, ſolum loquaris. Scias etiam, filia, quod ſimonia in mundo crevit intantum, quod patres filios ſacerdotes fieri faciunt propter aviditatem mundialium rerum: qua excreſcente eccleſia mea tribulatione magna percutietur: & Fratres Minores tunc temporis afligentur, & ſi cuncti, qui ſunt in ordine, non agerent aliam pœnitentiam, ſatis videtur eis magna illa, quam habebunt. Dicas etiam bajulo tuo, quod ego habeo paucos pugiles, qui viriliter pugnent pro mei honore nominis. Poſtquam igitur eum elegi pro me ad pugnandum, ſemper ſtudeat mihi placentia ſuo poſſe perficere: & coram me ſit lux in ore ſuo, & occupatus non faciat congregationem de horis ſuis.

monita Dei juſſa data ejus Confeſſario,

218 Die Lunæ poſt primam Dominicam de Advento, audivit intellectualiter in animæ vocem dicentem ſibi: In deſerto hujus mundi paſſurum te, ſicut roſam inter ſpinas. B Ego enim Dei filius de Maria Virgine natus, qui hæc loquor, perficiam quæ promitto. Animarum autem zelatrix fervida de ſe humilia ſentiens ait: Domine, non ſum digna, ut in me tam magna promiſſa perficias, ſed propter gloriam nominis tui, qui ad tantum offendi, & propter ſalutem quam deſidero fiat quod tua gratia repromittit. Et Dominus ad eam: Filia, verum dicis, & ego interponam remedia animarum multarum languentium ſanativa, non ſolum in terra iſta, ſed in multis & remotis locis atque provinciis propter amorem tui. Et Margarita reſpondit: Domine, Cortonenſes tuæ recommendo bonitati, ut ſi lei eorum, quam pro amore tui in me habuerunt, reſpondere digneris. Et Dominus ad eam: Quia Cortonenſes tibi fuerunt largi amore mei, ipſorum fidei reſpondebo, & pro omni numata quam expenderunt jure, recipient auri marcam in domo pacis & conſolationis. Et Margarita reſpondit: Domine, non rogavi te pro ipſis cum deſiderio ſic ferventi, quia velim minimam laudem temporalis honoris ab eis recipere; ſed ſolum quæro ſalutem eorum, ut qui amore tui ſe tantum inclinaverunt ad laborandum pro me, recipiant in me gratiam ſpecialem. Et Dominus ad eam: Et ego ponam C eos in magno ſtatu, & caro pretio vendiderunt mihi bona mea. Et tu non cognoſcerit, quouſque videbunt homines, quæ non vident, & audient, quæ non audierant. Tu enim es filia, electa, ſoror, quæ ſolam dilectionem ſequeris meam. Et Margarita reſpondit: Cum nulla creatura plus me tuam majeſtatem offenderit, & omni fuerim abyſſo profundior vilitate, quomodo poſſent credi magna de me? Tu dicis, inquit Dominus, quod nihil amas præter me, & mihi ſoli ſervire deſideras. Et ego tibi dico, quod me amabis, mihique ſervies ita pure, quod numquam me mortaliter offendes: & amor tuus inquantum creaturæ convenit, dici poterit ſine menſura & tu poteris dici immenſurata: Tu dicis, quod ſum lætitia ineffabilis electorum: ſed pauci ſunt, in quibus lætari poſſum ſicut in mente tua: amatores enim & electi mei debent eſſe humillimi, corde puri, ut me cernere mereantur, & in fine ſuo per amorem amplectar eos, eis obvians cum Beatis.

orat pro Cortonenſibus

vendita ejus humilitas;

219 In feſto B. Joannis Evangeliſtæ in ſcholis Fratrum cum Fratre Ranaldo & Fratre Ubaldo, ego ſcriptor horum Margaritæ aſſiſtens poſt communionem, cœpit ei Frater Ranaldus tunc Cuſtodiæ Cuſtos loqui, dicens: Ecce mihi in Chriſti dulcedine quieſcenti nova relatione manifeſtatur, quod anima quædam ſit criminibus onerata, ut penitus ſit æternis deputanda ſuppliciis, niſi eam reduxeris ad pœnitentiæ ſtatum monitis & exhortationibus tuis: & unum dumtaxat e duobus tibi conceditur; primum, ut vel qua nunc frueris, priveris dulcedine, & animam illam reduces ad gratiam, vel ſi expaveſcis tam jocundo privari ſolatio, inferni deputabitur omnino ſuppliciis. Quod horum deliberabis omittere? Et Margarita reſpondit: Angustiæ mihi ſunt undique, & ex utraque parte timore percutior, nam ſi deſero tam ineffabilem Chriſti ſuavitatem, quam guſto, amariſſimam pœnam novæ mortis incurro; & ſi deſero animam, Chriſti redemptam ſanguine, dubito de mei Creatoris offenſa. Qua de re propoſitam quæſtionem, inſolutam dimitto: tanta enim eſt hæc dulcedo, quam ſentio, quod ſi perſeveraret in anima, ſemper crederem in pœnis illæ ſa vivere ſine cibo.

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

D *interrogata an intrari animam vellet, perdendo dulcedinem gratiæ,*

non poteſt ſolvere;

220 Sero igitur facto Margarita tremens ad cellam rediit, & illam noctem duxit inſomnem, orans & lacrymans, cum ſuſpiriis doloroſis, interrogavit de ſuorum remiſſione peccatorum Creatorem. Cujus votis Rex pietatis Chriſtus placidus annuens reſpondit, dicens: Nequaquam vocaſſem te in die dilecti Joannis, filia, ſi tuorum omnium non donaſſem veniam delictorum: in cujus veritatis certitudinale argumentum, quemadmodum tunc, ita & modo abſolvo te ex parte Patris mei cœleſtis, cui ſum coæternus & conſubſtantialis filius, & E ſancti Spiritus. Et quamvis omnia peccata tibi dimiſſa ſint, ſemper tamen ſcrutinium conſcientiæ facias & de cunctis deſideriis cordis tui, quibus me offendiſti, non differas confiteri. Mira res, & memoriæ commendanda: mox namque ut præfatum præceptum recepit, irradiata ſplendoribus ſapientiæ Dei mentaliter, cuncta deſiderata tam confeſſa quam inconfeſſa in una luce panduntur.

cognoſcit omnia peccata ſibi condonata,

jubetur tamen confeſſionem examinare, & confiteri diſtincte,

221 Nocte inſuper ſequenti ſuper ei propoſita quæſtione a Fratre Ranaldo alloquitur Chriſtus Margaritæ dicens: O Filia, quia Fratri non reſpondiſti, quia tibi dederat optionem, bene feciſti: nam ſine mea præſentia jam tibi communicata per gratiam non credendo vivere poſſe, & animam pro ſuis damnandam ſceleribus nolebas liberare: quantum namque animas diligis, quas tanto redemi pretio, tibi pluries revelavi: de quarum zelo plus mihi placent Fratres Minores, quam aliquis ordo Eccleſiæ meæ: Sunt enim utiliores animarum zelatores, quos hodie mundus habeat. Unde ſicut ego Salvator mundi prædictum ſundavi ordinem & plantavi, ita ſe ſtudeant caritatis vinculo ad invicem communire & cari- F tatem ſervare tam integralem, quod ſine differentia perſonarum inter eos tractentur minores quemadmodum & majores: & ut tantus ordo in ſua permaneat puritate, volo quod præfati Paſtores ordinis amovere ſum mopere ſtudeant quidquid in ordine ſancto modo reperitur abolendum. Sicut enim mare omnem abjicit ſordem, ita & ipſi omnem defectum, tam excelſum ordinem maculantem. Circa inſuper prædicationes, quas faciunt, conſtantiam habeant & fervorem, nec amore vel metu a veritatis tramite obliquentur. Et ſi aliquando contra prædicationes eorum per aliquos fuerit murmuratum, recordentur humiliter quod mihi omnium Creatori in prædicationibus & miraculis multas injurias invidi paraverunt, atque inſidias. Hic eſt ordo, inquit Dominus, filia, qui mihi ſuſcitat animas a morte peccati: & cui dedi, do, & dabo gratiam ſpecialem in opetibus ſuis. Margarita autem cordialiter amans ordinem prælibatum, ex his quæ audierat jocundata, reſpondit dicens: Intrabunt omnes, Domine, in hoc amoris tui viridarium? Et Dominus ad eam: Omnes ingredientur, ſed de fructibus ejus æqualiter non guſtabunt. Nulla enim res quantum amor mihi placere poteſt, nec amore poteſt res pulchrior inveniri. Si totus namque mundus daretur amore mei, ſine ſapore ac fervore amoris, ſi ſuſtinerem quoad miſericordiam id quod fieret, quan-

Ordo Minorum a Chriſto fundatus

ob zelum,

tuio

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

tum ad complacentiam patrum valeret. Nemo enim poteſt ad me venire niſi per viam dilectionis. Et Margarita reſpondit: Cur, Domine, Fratrum Minorum ordinem vocas Amoris viridarium? Numquid non aliud eſt tam ſingulare viridarium caritatis? Et reſpondit Chriſtus dicens: Non eſt tanti amoris aliquod in orbe collegium, ut ordo prædictus. Et ideo ipſum dedi, & do ad inſtituendum te, ſicut Apoſtolos, quos intelligere faciam, quæ dabuntur tibi. Et tunc oſtendit ei Matrem ſuam, dicens: Hæc eſt, quæ diligit te. In quibus verbis tanta fuit dulcedinis anima ſuavitate repleta, ut diceret, quod ſi vel modicum ulterius creſceret, ipſam tolerare non poſſet. Et rogavit Dominum noſtrum, ut ipſam in vita conſolationibus, quas ſilere non potebat, mundo abſconderet, quia laudes vitabat humanas.

A *& Amoris viridarii quærebat.*

Margarita videt Dei Matrem.

222 Die quadam Margaritæ oranti pro ſuis Patribus audivit Dominum dicentem ſibi: Servus meus defunctus, eſt in optata gloria: Unde dic etiam ſervo meo viventi: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt in regno cœlorum. Qui cum fuerit occupationibus hominum deditus, redilat mentem ſuam ſtatim ad me, & cuncta quæ agit, ad me bonorum principium referens; & ego ita illuminabo eum, quod non offendet me. Numquam ſecularium famam conſideret, nec

præclara munera accepit pro Confeſſario ſuo.

B ſubſidiorum eorum paveat ſubtractionem: ſed ſemper contra eorum vitia in ore ſuo uſum teneat, & conſerat

d ſermonem ſanctiſſimæ veritatis: *d* Et dico tibi, filiæ, quæ ita nunc recuſas, quæ panduntur tibi propter ſalutem humani generis, ut veraciter trahatur ad me, & diſcat in te quod pro modica pœnitentia cito poteſt aſcendere uſque ad excellentiam gratiarum.

docetur omnia ad Chriſtum referre;

223 Feria ſecunda poſt Pentecoſten recepit corpus Chriſti, dicentis ei, quod ſalutaret B. Virginem, uſque Benedictus fructus ventris tui. Qua ſalutatione finita, iterum dixit ei: Si omnia bona mihi Chriſto, & non tibi reddideris, cum deſiderio profectus animarum, cuncta quæ promittes in nomine meo, & non ad famam tuam, perficientur, & ſanabis animas tibi devotas, ſicut tibi prædictum eſt: Sed omnes, quas ſanabis, non

quidquid faciebant illi, qui ejus voluntati parebant.

perſeverabunt in me. Et Margarita dubitans ſuper promiſſo verbo reſpondens ait: Promittam ego, Domine, tuæ pietatis largitatem indifferenter? Et Dominus ad eam: Ita imperfectis & perfectis promitte, quamdiu majeſtati meæ ſervire voluerint, & me amare ac laudare. Nam in illis, qui non perſeverabunt, fulgebit in infernum contra eos tuæ caritatis ſplendor, quia quoad hoc patientur majora ſupplicia: & perſeverantibus in conſiliis tuis, mei ſanguinis meritum communicabo,

C cum eos præmiabo in gloria regni mei, & per exempla tua ſequentur me: reddent mihi gratiarum actiones, & vocem laudis. Et quia tranquillitatis dulcedinem, qua frui conſueverat, non videbat, admiranti reſpondit Dominus, dicens: Talem me tibi dono, qualem te invenio.

provocatur ad fervorem amoris;

224 Feria quarta poſt Pentecoſten ſumpto Filio Dei eum reverentia mirabili, ad altare audivit eum dicentem ſibi: Amas tu me? Et priuſquam aliquid reſpondetet, dixit Dominus: Dicas, quod non. Ubinam eſt priſtinus fervor deſideriorum tuorum, quo accenſa, & in motum violenti amoris dulciter ducta, me continue cum lacrymis poſtulabas, inclinans voluntatem meam ad preces tuas: De hoc amore iterum requirens Dominus Margaritam, dixit: Ama me, filia, quia ego amo te. Illa vero timens ne haberet in mente aliquid, quod divinæ majeſtatis aſpectum offenderet, ait: Domine mi, ſi aliquid latet in anima mea, quod voluntati tuæ diſpliceat? Et Dominus ad eam: Filia, nullum habes peccatum mortale in te, ſed nebula mundanorum aditurum, ſonuſque verborum, quæ referunt accedentes ad te, impediunt locum quietis conſcientiæ tuæ: & ſeparant mentem tuam a contemplatione mea. Tunc Dominum rogavit, pro quodam in tribulatione maxima conſtituto: audivit Chriſtum Dominum reſpondentem: D Scias, quod ſecum ſum quantum ad miſericordiam retinendi eum ne pereat: ſed dutitia cordis ejus mearum conſolationum impedit largitatem.

& moderando alloquia ſeculorum.

a *In Italico* Vocabulario Academicorum furfuria, *ſive* della Cruſca, *dicitur* Taccolino *genus eſſe veſtis jam ignotum. Sed hic potius materiam videtur ſignificare, quam formam veſtis.* Taccolino

b *Ita ſcripsimus. Non aſſequor ſenſum.*

c *Videtur hic requiri.* Dicat etiam culpam de verbis.

d *Hic quoque obſcurus ſenſus.*

CAPUT IX.

De revelatione ſui ſtatus & aliorum.

225 QUædam nobilis & devota Domina, filium habens parvulum & unicum in mortis articulo conſtitutum, eum fiducia recuperandæ ſalutis ipſum Dei famulæ cum lacrymis commendavit. Pro quo dum oraret ſuppliciter Deum, tum ratione pietatis ad matrem, tum ratione gratitudinis, quam gerebat in corde propter reverentiam magnam, quam habebat ad eam, audivit eum dicentem ſibi: Tu plus compateris matri pueri, quam ſanguini quem effudi. Tu enim E noſti, quod ætate provecti nolunt venire ad me, & ideo parvulos, qui ſine macula egrediuntur de mundo, in hæreditate regni cœlorum adopto. Ego Dei filius natus de Virgine, quamvis recedam, tecum remaneo.

Felices qui parvuli moriuntur

226 Quidam carus Deo Frater quotidie communicare deſiderans, tamen eerabatur timore, ita quod etiam raro communicare non audebat, nec accedebat ad Chriſti corporis ſacramentum ſuſcipiendum. Qua ex re Dei famulam Margaritam requirens, rogavit eam, ut impetraret a Domino ſuis precibus donum ſæpe communicandi. Cujus orationi Salvator annuens, dixit: Die Fratri, quem feci de numero electorum, & diligo ut filium, quod quantum ad ejus innocentiæ puritatem ipſi me concederem omni die, ſed non quantum ad linguæ uſum. Suam igitur priùs linguam coerceat, quantumcumque loquatur ea magno zelo: & cum benedictione

Quidam diſiderans ſæpe communicare,

jubetur non noſtram linguam exhibere ſed eam qua Chriſtus

maa me recipiat, quando volet.

227 Frater Benignus re & nomine, dubitans de ſequentatione Miſſarum, meruit per Margaritam in hac forma reſponſum a Domino: Die Fratri Benigno pavide frequentanti mei corporis ſacramentum, quod de licentia mea frequenter celebret, ſed priuſquam accedat ad altare ad celebrandum, ſuos defectus plenarie confi- F tens, ſuum animum ordinet ad quietem. In miſericordia autem, quam haber ram vigilanter ad pauperes, uſque ad finem mando quod perſeveret: quia multum mihi placuit modus ejus, quem hactenus tenuit, eequieendo per domos pauperes, debiles & infirmos, quos in confeſſionibus libentius recipit, quam divites ſeculares. Adeo enim pauperum neceſſitatibus erat intentus, quod non ſolum eis quæ poterat procurabat, ſed ſibimet neceſſaria ſubtrahebat, & pro eis debita de Prælati ſui licentia contrahebat. Et ait iterum Dominus ad eamdem: Die etiam ei, quod dimittendo ſolum pannos de dorſo, illis, qui teoentur reſtituere illicite acquiſita, nou parcat. Si vero confitentes non habent unde reſtituant, & dolent parati fideliter reddere, ſi facultas adeſſet, abſolvat eos ex parte mea.

F. Benignus laudatur a ſtudio vigil pauperis;

jubetur quæ ſecum meruerit reſtitutionem a

228 Frater quidam de adminiſtratione provinciæ Thuſciæ, ne oltetius prælationis gravaretur officio, orationis Margaritæ ſuffragium cum inſtantia procuravit. Et orans pro eo ſorot, audivit paſtorum Principem taliter reſpondentem: Quamvis placeat mihi præfatus Fratee de fuga prælationis, recordetur tamen, quod propter obedientiam moti volui: quam omni virtuti religioſus debet præponere, patienter obediendo Prælatis, cum tantum

abhorruerit a regimine

commendatur obedientia a

mihi

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

A mihi placeat, quod vere obedienti multos defectus indulgeam.

229 Cum ſemel Deo devota Soror pro uno Fratre Dominum exoraret, audivit eum dicentem ſibi: Benedico Fratrem, pro quo me rogas. Cui dicas, quod mentem ſuam ſemper in puritate conſervet, & ſine mora cum poteſt, ſuos confiteatur defectus & cogitatus. Non ſit tener & dubius, ſed fortis & conſtans. Ad Miſſas autem dicendas accedens, dicat eas cum magna mentis tranquillitate. Non ſit in ſuis prædicationibus curioſus, ſed caritate ſervidus, & interna pace placatus. Miſſas jus præcedat devotio præparata: Miſſas non currat, nec ante eas com Fratribus loqui velit. Si autem ipſum loqui oporteat, roget Fratres, quod differant ei loqui; & talem ſecum miniſtrum ducat, qui nec ignorantia, nec tædio ſeu negligentia de ordinet animum celebrantis. & ſi contigerit eum non guſtare conſolationes in Miſſis, quas appetit, non diffidat, quia ob hoc gratia non decreſcet. Prædicet ſollicite verbum meum, cum omni rectitudine & vigore, & retia prædicationis ferventer extendens, populo referat quę diſcurſus eſt. Et ſi nihil poterit in ſua prædicatione lucrari, ſecurus expectet remunerationis æternæ munus. Vigilanti animo ſtudeat peccatoribus ſubvenire, non ſolum prædicando & confeſſiones audiendo, ſed tractatum concordiarum non deſerat propter diffidentiam, quam incurrit ex duritia peccatorum. Ipſe namque ſæpius, cum ſuum ceruit contemni conſilium, & inobedientium reperit dura corda, ſe retrahit ab inceptis; non autem ſic, dum invenerit cor paratum.

B

230 Cum pro Fratre Joanne de Caſtill Dominum exoraret, reſpondit ei Salvator dicens: Dic ei, quod recordetur verbi mei, Beati mundo corde &c. Super quo verbo dum ſubtiliter fuerit meditatus, dabo ei lumen, ut ipſum intelligat ea ſubtilitate, qua debet intelligi & ſervari. Studeat me ſuis precibus invocare, quia donabo me animæ ejus. Elapſo tempore ſervivit mihi de Inquiſitionis officio: nunc ſervire ſtudeat de cordis munditia, mentis conſtantia, corporis maceratione, & in ſtatu orationum. Nec prætermittendum eſt divinum conſilium, imo beneplacitum & præceptum, in quo invenit anima, unde purgetur a vitiis, & reguletur in moribus, illuſtretur ſapientia ineffabili, & in virtutibus creſcat.

231 Dixit ergo Dominus Margaritæ oranti: Dicas filio meo, quod ego me recommando ei, ut recordetur ſui Patris Crucifixi, non ſemel, ſed pluries, imo continuo: & ſciat quod de terra, ubi nunc eſt, quoad gentis multitudinem ibi exiſtentis, plures vadunt ad inferni ſupplicia quam ex alia terra Chriſtianorum. Tanta enim eſt eorum ſuperbia, quod non ſolum ibi, ſed in multis mundi partibus ſeminatur per eos, & multiformiter enutritur. Quare ſicut S. Franciſcus, dilectus filius meus, mulierem comptam corgit ad portandum per vicos Aſſiſii ſuper caput ſuum pecudum inteſtina, ita mulieres ſeculares, & alias in ſuæ deteſtationem ſuperbiæ a Confeſſoribus ſuis ſimiliter cogi facere deberent. To quereteis, quod non habes ſolitam ſuavitatem, nec habere potes modo in me; quia in corde tuo timoribus & variis ſollicitudinibus ſparſo, invenire non poſſet, & quia ſeparaſti me a delectatione mea, volo quod ipſe te dure corripiat. Dic etiam ei quod cum meritis conſtantia & locutionis dulcedine inſtanter prædicet de Epiſtolis Pauli & de Evangeliis meis. Nam dulcedo eſt habitus trahens audientium corda ad amorem prædicatoris. Cumque arguit de vitiis criminoſis, arguat in commun: quia tam univerſaliter mundus infectus eſt vitiis, quod cum veritate poteſt generaliter mundum redarguere dicens: Quælibet Chriſtiana perſona, cujuſcumque ſit ſtatus, debet cavere ſibi a tali vitio, debet de agendis quærere conſilium Scriptorarum ſanctarum, & Deum continuo poſtulare. Ipſe ſimiliter, qui hæc prædicare novit, me cum lacrymis in orationibus poſtulet: & ego docebo eum, cor ejus illuminans in prædicationibus ſuis: Prabeat mihi cor ſuum ſemper, & cuncta, quæ aget, bona mihi ſoli bono diligenter appropriet, & ſecum ubique ferat fræum timoris mei. Filia, Apoſtoli dubitaverunt de me, & ego retinui te tam robuſtam in fide, quod de me dubium eliquod non feciſti. Dic etiam bajulo tuo, quod ego feci eum cameram theſauri mei: propter quod circa me Creatorem ſuum perfectior eſſe debet. Unde ſicut diligit benedictionem meum, in prædicationibus ſuis ardenter extrahat veritatem, quia paucos hodie prædicatores invenio, qui eam proferant ſicut debent.

232 In die 4 Tranſlationis B. Franciſci poſt communionem Salvator, quem receperat, locutus eſt ei, dicens: Conqueror de injuriis mundanorum. Et Margarita mundo compariens, Chriſto reſpondit, dicens: Domine, tu noſti de quam fragili materia ſecundum corpora facti ſunt: & ideo tuæ ſupplico majeſtati, quatenus eorum infirmitati condeſcendere non recuſes. Et Dominus ad eam: Si ipſi ſcirent, quantum eis diminuitur hac de cauſſa, magis eſſent grati quam ſunt. Propterea dicas devotis tuis, quod plorent, quia ego flevi; jejunent, quia ego jejunavi; orent, quia ego pro eis oravi ſecundum humanitatem ad Patrem; agant pœnitentiam, quia pro eis feci aſperam in hac vita, non pro me, & ipſorum peccata portavi, non mea. Et quæ promiſeris in nomine meo tibi credentibus, illa faciam eis. Sed peccatores avari me fecerunt de largo avarum, & duri, de pio durum: non quod ego ſim avarus vel durus, ſed ipſorum erigentibus meritis talis contra eos effectus ſum.

4

233 Dixit ſemel Dominus Margaritæ evigilanti & fleti, Firmiſſime teneas, quod magna tribulatio erit in mundo, quam movebit Eccleſiæ a b Lucifero dæmon, qui numquam, poſtquam fuerat religatus, egreſſus fuerat de inferno. Iſte totum circuibit mundum, & viam Anti-Chriſto, ſicut præcurſor ejus, ſollicite præparabit. Et erit tribulatio talis, quod multi religioſi egredientur de ordinibus ſuis, & monaſteriis. Illo quidem tempore ordo Fratrum Minorum valde affligetur. Sed confortentur in me, quia ipſos protegam, daboque prædictæ religioni gratiam meam. Et ſciant, quod ampliorem gratiam eis dedi, quam aliquibus religioſis, qui ſunt in mundo. Parent ſe ad tribulationes, per quas mihi conformes fient: quia tantum eos diligo, ut ipſorum vitam mex velim per ordinem conformari. Ille ſimiliter malignus ſpiritus ordinabit in mundo proditiones & homicidia, congregans dæmonum acies contra genus humanum; ſicut una civitas exercitus & inſidias præparat contra alteram civitatem. Hic plurima contra ſanctam Eccleſiam pericula ſuſcitabit, ut fideles contemnant eamdem: & de divino officio & prædicationibus murmurabunt, & verbum meum non poterit libere prædicari.

C

F

234 Feria ſexta in Albis repeti Chriſti famulam Margaritam lacrymas cum magno mœrore cordis fundentem. Cui dum Evangelii verba Reſurrectionis exprimerem, ea tam jocunda relatione repleta lætitia his coram Fratribus rapta, in illo mentali exceſſu multa vidit, & poſtea retulit, quæ propter anguſtiam temporis non collegi. Unum autem, quod ſequitur, memoriæ commendans, interrogavi eam humiliter, ut virtutes nobis referret, quas verus Freter habere debet: ſed propter profundam humilitatem referre nolens, ſequenti nocte orantem Salvator interrogavit, cur nobis noluerat reſpondere, & dixit ei: Dic Confeſſori tuo Fratri Junctæ, quod ille eſt verus Frater Minor, in quo adunſtar mei, quia ſom veritas, invenitur. Ille eſt Frater Minor, cujus cor mundum eſt ſecundum verbum meum, Beati mundo corde, &c. Ille eſt Frater Minor, qui ſuum tempus in oratione diſpenſat, ſi non eſt Clericus, ſi autem eſt prædicator & Sacerdos, expedit ipſum in prædicatione, officio, Miſſis & confeſſionibus audiendis. Et dico tibi, quod lacrymę prędicatoris orantis plus illuminant, quam lectio

Scriptu-

Digitized by Google

AUCTORE F. JUNCTA EX Mſs. A

Scripturarum. Ille eſt Frater Minor, qui pauperta tem diligit amore mei, qui pauper eatiti. Ille eſt Frater Minor, qui eſt obediens, ſicut ego Patri meo fui obediens uſque ad mortem Crucis. Ille eſt Frater Minor, qui paratus eſt ſuſcipere mortem & vetbera gaudenter, ſi opportebit, & inter verecundias pro me illatas & contumelias erit humilis in omni tribulatione jocundus: Nam & ego creator veſter patienter toleravi pœnas umaras.

235 Plantula Minorum Fratrum cupiens gratum Ordini fructum reddere, quadam die pro ſuis nutritoribus Dominum exoravit. Cui Dominus: Dic Fratribus Minoribus meis, quod animæ eorum in me intrare non different per amorem, quia ſic animas eorum intrabo per gratiam. Ingredi autem cupientes incipiant a præſepio meo, & dirigant ſuam meditetionem cum dolore per ordinem uſque ad meæ finale ſupplicium Paſſionis. In quolibet gradu meorum ſuppliciorum conſi-

Commendatur FF. Minoribus meditatio rum ordinata circa Paſſionem Chriſti

derent ardentis cordis dilectionem Sic enim agendo fortes erunt in tribulatione ſua, & in animas eorum me transferens confirmabu eos mihi, cum ipſorum ſtudio in prædicationibus, uratiombus vitæ mea, & opprobriis meis.

236 In menſe Majo anno Dumini 1288. locutus eſt B Chriſtus famulæ ſuæ, dicens: Electa mea, ille malignus ſpiritus, quem tibi prædixi, jam exivit de inferno in periculum animarum tranſmiſſus cum exercitu ſuo, ſcilicet dæmonum valde magno, & eſt nunc cum dæmonibus in vaſta lulitudine, ad quam non eſt acceſſus hominum, quos libenter occiderent ſi auderent. Et iſte legatus Lucifeti tam aſturus timet ſe Lucifero præſentare, ſi mala ad quæ miſſus eſt perficere non valebit. Huic omnes qui ſub cœlo ſunt dæmones, ad nutum obedire nituntur, & tamquam magiſtro, malitiæ ſagaciſſimo inſtructori, referunt ſigillatim cuncta, quæ per mundum perpetrant mala. Hujus novi & petlimi Ducis tanta eſt ad malum ſubtilitas, quod a principio mundi non fuerunt ſagaciores homines ad peccandum, diſcordiaſque ſeminandum, quam nunc ſunt, & a modo fient. Hic omnis perditionis rigidus procurator & pernix majorem ſtragem faciet ſuo tempore animarum, quam facturus ſit cum venerit Antichriſtus, qui nondum eſt natus. Nam Antichriſtus multas animas capiet, ſed in fine paucas retinebit. Et quia hic tam crudelibicus multa mala ordinabit, & multos faciet homines occidi per mundum; dic Fratribus Minoribus, quod viriliter contra ejus malitiam ſint parati, quia contra eos multas ordinabit afflictiones. Conſortetur autem ordo meus, quia cum eis aro, & ſciant Fratres C quod peccatores de animabus ſuis ſtabula faciunt vitiorum, volo, quod ipſi ſuis prædicationibus eas purgent, & nullum ſuis terroribus ad deſperationem inducant. Quod ſi peccator pœnitentiam reſpuit quæ injungitur, accipiant Fratres ab eo quod poterunt, evellendo totaliter omnia germina vitiorum per ſubtiles confeſſiones de mentibus eorumdem.

conatibus dæmonum reſiſtant

ex iſtratibus peccatorum paulatim tollantur

237 Quidam Frater, ſcilicet Frater Corradus, de remota provincia ad famulam Dei videndam pergens, ſe orationibus Margaritæ commendavit. Qua orante, reſponſum accepit a Domino hæc dicente: Dic ei quod Miſſas celebret in hunc modum: die Dominico dicat Miſſam propter meæ nativitatis & reſurrectionis memoriam. Die Lunæ Miſſam de mortuis, pro his qui afflguntur in Purgatorio. Die Veneris de Paſſione mea. Die autem Sabbati de Matre mea Virgine gloriosa: quas ſi dixeris hiquefiet in amore meo. Non lamentetur de obſequiis, quæ Fratribus facere conſuevit, quia non facit modo: non enim impono ei quod capleta Miſſa ſua in alus Miſſis ſerviat quantum poteſt. Deinde Miſſis capleris ad cellam ſuam, & interdum de me loquendo poſſit eum Fratribus recreari. Nec ſe omnibus in ſuo ſervore communicet. Numquam audeat petere certum donum:

Quidam F. Corrada commendatur pro obtinendo devotione

ſed omnia quæ poſtulaverit, in orando voluntati meæ committat. Quod ſi fecerit, ſpirituales gratias ei dabo. Sed unum faciat, & ſciat quia numquam tam caro pretio emit eus ſicot amodo. D

238 Et quia in ſignum gratiæ cupiebat a Chriſto corrigi, dixit: O Domine mi, quare me non corrigitis, ſicut illum, cum ſim de omnibus corrigenda? Dixit Dominus ad eam: Tunc te corrigo, cum te ab hominum ſecularitate ſeparo. Tunc te corrigo, cum in timore te conſtituo. Tunc te corrigo, cum te in diffidentia promiſſorum conſervo. Ille autem Frater cum ſequenti nocte pro Margarita Dominum exoraret, vidit eam in ſpiritu, divini amoris igne totam ardentem, & tunc audivit vocem Angeli dicentem ſibi. Hæc eſt illa Margarita, quæ nihil deſiderat, nihilque requirit niſi Dominum uſtrum Jeſum Chriſtum.

Idem videt Margaritã ſtellas igne ardentem

239 In die B. Laurentii videns Chriſtum Margarita in magna lætitia, dixit ei: Cur Domine, cum ſis lætitia infinita, non reples me jocunditate tua quam ſolum deſidero? Et Dominus ad eam: Quando me contemplaris in lætitia, tunc oſtendo tibi, quod ego ſum. Cum autem aliter, meditari debes qualis effectus ſui pro ſalute humani generis. Eadem hora oſtenſi ſunt in illa fontali luce E multi bellantes adverſus ordinem Fratrum Minorum, ad cujus belli ſpectaculum Chriſtus ad Ordinem B. Franciſci miro modo jocundabatur, & tanta videbatur moveri lætitia circa eos, quod Dei famula neſciebat deſcribere: ad prædictum autem Ordinem perſequentes jocunditi minime videbatur, nec turbari. Ea qua re in admiratione poſita diait: Quid eſt hoc, Domine? nonne cunctæ creaturæ tuæ ſunt? Cur ergo ad Fratres Minores tuum aſpectum cum tanta ſerenitate converiis, & ad impugnantes eos turbata facie, ſicut ad illos qui de tanta culpa perite poſſunt, non te oſtendis? Et Dominus ad eam: Filia, circa iſtos ita jocundor, quia eos mihi reſervo, & in altiſſimo ſtatu ponam eos. Sed circa illos turbari non videor, quia finaliter per Fratrum Minorum monita & exempla & documenta redibunt ad me. Amen quippe dico tibi, quomodo quibuſdam de illis religioſis perſecutio non placebit, quam facient invidentes, & tamen ſequentur eos, ſicut in Paſſione mea quidam Judæorom non conſenſerunt, nec eam tractaverunt, ſed non impediverunt conſpirationes.

coram Chriſto lætos opponat

Lætatur FF. Minoribus tertanos aſpiciat?

240 In feſto B. Catharinæ Virginis poſt communionem corporis & ſanguinis Salvatoris, rogavit ſociam cum affluentia lacrymarum, ut Domino Jeſu ſupplicaret celeriter, ut mihi niſi Dominum, ſitienti ſe, larga cundeſcenſione donaret. Dicebat namque, quod anima poſtquam ſuavitatem Dei guſtare inchoat, graviter tolerat quidquid audit, quidquid ſentit, quod Deus non eſt. Tunc æſtuans animæ miſit Deus Angelum ſuum, qui diceret, quod mulierem ſibi aſſiſtentem licentiaret, ne gaudia Margaritæ revelaret extraneis. Qua emiſſa locutus eſt ei Dominus, dicens: Filia mea, pœnæ tuæ mihi placent: & quia tibi creſcunt, para te ad eas. Et Margarita reſpondit: Salvator meus nomina eas mihi. Et Dominus ad eam: Non nominabo omnes tibi, ſed dico quod tu as manus trahens illos, qui ſunt in pelago vitioſum ſeculi ſuffocati. Tu lux trahens illos, qui ſedent in tenebris. Tu es filia electa & benedicta a Patre & me Filio, & Spiritu ſancto, & beatiſſima Virgine Maria matre mea, quam cum Catharina benedicit omnis cœleſtis curia Beatorum, exſpectans adventum animæ tuæ, rogans cum inſtantia, ut accelerem tuum de mundo exitum. Nec volo quod ventas ad me niſi prius experiaris & videas, quæ ſenſerunt Apoſtoli mei. Die etiam Fratribus Minoribus, quod tempus approximat, ad quod parent ſe ad tribulationes, in quibus videbuntur a ſtatu priſtino eeciduſſe: ſed ego cum eis ero, nec remanebit in mundo religio tam dilecta, nec aliquis Ordo tantum ſerviet mihi. F

D. P. & ſs. tranſit Margarita alta meditatur

prævidet inſtantem FF. Minoribus tribulationem

241 Qui-

A 241 Quidam Frater adeo ſe orationis ſtudio mancipaverat, quod quidquid aliud ageret quam orare & divinis officiis intereſſe, aut prædicationi verbi divini, tædioſum videbatur eidem pariter & damnoſum. Is inter cetera hoc deſiderabat præcipue, ut Chriſtum ſemel intra oſtudies recipere poſſet: ſed quia conſiderabat divinæ Majeſtatis ſublimitatem, & propriam vilitatem, ad tantæ Majeſtatis Sacramentum accedere minime præſumebat, niſi eum prius Chriſti famula ſecuraret. Quæ cum orarer pro eo Dominum, audivit eum dicentem ſibi: Filia, tu dixeras, quod de quindena in quindenam me ſuum receiperet Creatorem, & hoc concedo; nec etiam huic orationi conſentio propter affectus, quos ipſe habebat; ſed ut augeatur in ipſo ſitis de me, & avidus me recipiat. Cum autem me deſideraverit, & non ſumet, recordetur Doctoris mei dicentis: Crede & manducaſti. Quare diu ei, quod ad novam gratiam ſe diſponat, & illos, quos de ſua converſatione agnoſcet, ſtudeat emendare ac purgare defectus, Crucem meam teneat: & coram

B ſe in dormitorio, choro & clauſtro, coquina, refectorio, & omnibus locis totus & extra & ubicumque fuerit, crucifigat ſe in me: quia de hoc fonte non ſolum haurier gratias, quas optavit, verum alias, quas petierat, ſalutares. Et dic ei, ut confortetur in one, quia tempus veniet, in quo ei concedam quod me poſſit recipere omni die, & tunc ſeparabitur a coquina. Et ita poſtea impletum eſt, ſicut ipſa prædixerat.

242 Bajuli ſui non immemor Margarita, hæc a Chriſto de ipſo accepit: Dic ei, quod ſicut ego non eram cognitus, dum eram in terra cum diſcipulis meis, ſic ipſe in locis & terris religioſis & ſecularibus quamdiu cum eis erit, &c. Famulæ Dei ſupplicanti pro anima Gillix famulæ ſuæ jam defunctæ, reſpondit Angelus, dicens ei: Gillia morabitur in loco Purgatorii menſe uno, in quo tamen leves pœnas patietur propter iras ſuas per zelum, &c. In feſto Purificationis Virginis glorioſæ fuit Margaritæ a Domino revelatum, quod illo mane quatuor Angelos pro anima Gillæ deſtinaverat, & eam, ſicut ei prædixerat, collocavit in ordine Cherubim &c. Eodem mane pro tribus defunctis, pro quibus inſtanter rogaſti me, Margarita, tibi, inquit Chriſtus, reſpondeo, quod ſecundum illorum opinionem, qui eos judicant, nequaquam damnati fuot: ſed tam pœnales tolerant cruciatus, quod niſi miniſterio beatorum Angelorum viſitarentur, crederent ſe eſſe damnatos, quia prope damnatos ſtant. Scias quod variis tribulationibus mundus affligetur propter peccata: nam jam tantum creverunt iniquitates hominum hujus ſeculi, quod, ſi ex parte mea dici poſſet, propter eorum crimina vereor pro eis rogare Patrem; & Mater

C mea, omnium advocatrix, timeret me ſuum pro eis Filium exorare. Scias etiam, filia, quod quemadmodum cellæ Fratrum diſtinctæ ſunt, ita Purgatorii pœnæ per loca diverſa ſuor: aliqui enim purgantur in tenebrarum denſitate, alii vero in aquis fluentibus, alii in glacie, alii vero incendio æſtuantis ignis &c.

243 In nocte ſecundæ Dominicæ Adventus, & infra, ſic locutus eſt Chriſtus Margaritæ: Volo quod omnes amici mei habeant mentis puritatem, oris veritatem, carnis caſtitatem, ſenſuum mortificationem, & perfectam ac inſeparabilem caritatem. Et ſicut ego Dominus omnium, me ſubjeci pro omnibus creaturis, ita ſervi mei omnibus ſe æſtiment viliores, & abjectiores appetant reputari. Et ſi albi fuerint per mundiriam caſtitatis, & rubicundi per amorem, eorum laudes coram me faciam redolere: & a me bonorum omnium largitore abundantiorem gratiam obtinebuor, & electi mei vere nominabuntur. Conqueror tibi de ſimulatoribus & duplicibus, quorum opera mihi non ſerviunt, ſed offendunt. Conqueror etiam, ſicut alias conqueſtus ſum, de Regibus, Poteſtatibus terrarum, Rectoribus, Judicibus, ſcribis, officialibus, conſulibus atque arbitris quæſtionum. Conqueror de malis virginibus, conjugatis & viduis, de mercatoribus falſis & uſurariis pravis, qui de ſuis offenſis aſpere pumentur. Nam qui in hoc ſeculo dilationem puoitionis recipiunt, punientur durius in loco illo & tempore, quibus voces eorum exaudiri non poterunt, nec aliquorum ſuffragiis adjuvari.

244 Quando credebat Dei famula Margarita recipere novæ conſolationis ſignum a Domino, dicebat prius intra ſe: Quid mihi dabit Dominus nunc? De qua oblectatione redarguit eam Salvator, dicens: Cur niteris æſtimare ſapientiam infinitam? Numquam imponere audeas operibus meis finem, in nulla ſui parte me tangas opera perſcrutando: ſi autem vis pertingere ad id quod optas, curre per viam Crucis, & inde ſecure venire poteris ad dona maxima, quæ expectas. Et in hac tua ſimplicitate ideo te non deſeruit, quia ſitis quam habes de mea gratia, te excuſat. Rogo te, quod omni die ſpecialem facias revereotiam laudum beatæ Virgini, S. Joſeph devotiſſimo nutricio meo, quia Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et tunc oſtendit Margaritæ opera bona humani generis tepide facta, & ſemiplena cum defectu & negligentia. Et quamvis tam imperfecta ſint, a Deo tamen per inclinationem miſericordiæ acceptantur. Et ait Jeſus: Quare non adornas mihi locum in anima tua, in qua ſedere volo? Et Margarita reſpondit: Parare locum neſcio, nec valeu ſine vobis. Et cum hodie dies Veneris ſit, in qua ſentire debeo quod ſenſiſti, debeo me affigere in meditatione tuorum vulnerum quæ portaſti. Ad quod verbum Chriſtus reſpondens ait: Quouſque in terra viator moratus ſum, una die in corpore conſolationem perfectam non habui, & tamen amicos meos ſæpe ſentire facio Paradiſum & requiem in hac vita. Et Margarita reſpondit: Quid eſt, Domine, quod in mente non poſſum retinere tam alta dona, quæ mihi concedit tua largitas? Et Dominus reſpondit: Ideo tibi hoc accidit, quia ſitis tua cogit te currere ad conſolationes alias, quas habituram te credis. Et dixit ei iterum Dominus: Volu, quod doleas de tempore, in quo me offendiſti. Et Margarita

E reſpondit: Domine, ſi corpus meum magnum eſſet ſicut eſt machina mundialis, & totum liquefceret in lacrymis & ſudore ſanguinis, præ dolore injuriarum, quas intuli vobis, non poſſem minori offenſæ plenarie reſpondere. Et tamen doleo & tantum dolere deſidero, quantum mihi concedere dignabitur tua gratia. Quæ tanta mox fuit repleta dulcedine, ut præ admiratione diceret

F Salvatori: Quomodo poſſunt, Domine, omnes exercitus Beatorum, qui ſunt in patria coram te, tantam ſuſtinere dulcedinem? Et Dominus ad eam: Ita poſſunt ſicut largitur eis virtutem curialitas mea. Et iſte gradus pro ſuo modulo ſimulatur ſtatui Joannis Evangeliſtæ, quando vidit ineffabilia, & de illo ſtatu remanſit ei tantum lumen quod fuit paratus docere totum orbem, & omnibus Eccleſiis de me ſcribere copioſe. Et hoc ei curialitate mea donavi, quia tempus paſſionis meæ dubitavit de me. Et Margarita reſpondit: Domine, numquam in prædicationibus hæc audivi, quod Scriptura tua hæc diceret. Et Dominus ad eam: Si Scriptura mea diſcipulorum dubia per omnia poſuiſſet, etſi quibuſdam fuiſſet utile, multis vero fuiſſet damnoſum. Et cum oſtenderet ſe velle terminare ſermonem, ait Margarita ad Dominum: Domine, non permittas me ſeparari a te. Cui cum Chriſtus diceret, quod a gratia ejus numquam ſepararetur, tanta fuit repleta cum novo corde dulcedine, quod in cœlum anima trahebatur, dicens: Domine, tuæ humilitatis ſupplico majeſtati, quod omnium corda hac dulcedine repleas, quia ſi te guſtaverint, numquam tuam præſument offendere majeſtatem.

245 Poſt Purificationem Dominæ, communione percepta audivit Chriſtum dicentem ſibi: In deſiderius

tuis

AUCTORE E. JUNCTA EX MSS. D

ſe per viã Crucis ad conſolationes perfectorum,

mentio de B. V. & S. Joſepho honoret quotidie

valde dolet de præterita peccatis

magna conſolatione replentur;

orat pro omnibus;

ſupplicanti pro anima Gillix famulæ ſuæ jam defunctæ, reſpondit Angelus, dicens ei: Gillia morabitur in loco Purgatorii menſe uno, in quo tamen leves pœnas patietur propter iras ſuas per zelum, &c. In feſto Purificationis Virginis glorioſæ fuit Margaritæ a Domino revelatum, quod illo mane quatuor Angelos pro anima Gillæ deſtinaverat, & eam, ſicut ei prædixerat, collocavit in ordine Cherubim &c.

Margarita turbatur ſimulatam ob tranſeundam quam fuit menſe uno in Purgatorio,

poſt hanc viſionem locundam;

Animas in Purgatorio viſitant ab Angelis;

diverſas eſſe pœnas Purgatorii

quæ cognoſcit a ſolo ſolis Deus;

aliorum bonorum peccata;

AUCTORE F. JUNCTA EX MSS.

tuis laboras, & ego laboravi. Sed labor tuus non plene dum vixeris cognoscetur: sed post finem examinabuntur opera tua, & fructum facient, & tu de laboribus tuis recipies tantam gloriam, quantam corda hominum cogitare nescirent. In illo tempore, quodam mane pane vitæ devote recepto, audivit Christum conquerentem de injuriis a peccatoribus perpetratis, & dicentem: Conquerar de illo innominabili vitio, quod in mea nativitate punivi. Conqueror de conjugatis, qui matrimoniis tam vitiose utuntur, quod non veri conjuges sunt, sed adulteri nuncupantur. Conquerot de vana gloria noviter adinventa in indumentis & aliis ornamentis, quæ sunt occasiones luxurorum illicitorum, & faciunt intuentes peccare mortaliter, imaginationes immunditiæ ipsorum mentibus impetmendo, & ideo de hujusmodi loturis, ornamentis & ligaturis sæpe mortaliter offendunt. Nam in facie sua ferunt audaciam & arma Sathanæ: necnon & in cordibus recondunt opera pessimi ducis & tentatoris. Et hinc est, quod non soluni eorum cogitationes, locutiones, & opera terminentur ad ipsum; sed inde oritur, quod eorum otationes, peregrinationes, eleemosynæ ac jejunia, cum ceteris bonis operibus minime Deo placent. Conqueror de falsis Potestatibus terrarumque Rectoribus, qui non dirigunt oculum rectæ intentionis in Deum: sed intuentur cogitatione obliqua, & ad famam propriam & ad pecuniarum thesaurum requirendum. Et de eorum hodie non invenies unum qui jus suum alteri tribuat sine obliquitate. Pro dictis igitur cautis, sive ratione partis, seu carnalis attinentiæ, scrutantur leges, & dolos novos inveniunt, ut decipiant & opprimant innocentes. Conqueror de notariis, qui offendunt me addendo, alterando, minuendo, differendo, de his quæ audiont in testamentis & aliis contractibus, qui crudelitate rigidi non compatiuntur viduis, orphanis, & pupillis, sed solum pecuniæ cumulandæ intendunt: & hæc est ratio, quare conficiunt in injuriam meam instrumenta fœnoris & injusto acquirendotum. Conqueror de pravis consiliatris, qui particularibus & privatis amicitiis capti communem utilitatem impediunt, non defendunt, & si aliquando pro Reipublicæ utilitate videntur loqui, hæc ideo fideliter agere se ostendunt, ut laus & fama propterea in eorumdem commodum convertatur. Quare verba eorum sub colore liciti proferuntur, ut etiam collegas opprimant, & in contentione confundant, majorem legalitatem ad cummune bonum monstrantes, opera vero nulla. Conqueror de nuntiis omnium curiarum, qui similantur eis, qui spoliaverunt me in Passione mea, defendendo pro vero falsum, viduis & paupetibus, pupillis & orphanis non parcentes. Conqueror de mercatoribus falsis, qui mendaciter & sine lege discretionis lucrari volunt, & veritatem in verbis occultant. Conqueror de vendentibus panem & vinum, cærum & oleum, pannum & oleca, & quæcumque venduntur cum malitia in proximorum deceptionem, & de his qui vendunt mala pro bonis, & infirma pro sanis. Conqueror etiam de his qui vendunt etiam triticum, salem, & oleum: & de artificibus omnibus, & de his qui me offendunt in pondere & mensura. Conqueror maxime de illis, qui ementibus & vendentibus invident, & odiunt mentes ab aliis quam ab ipsis. Hi omnes si non se converterent ab his vitiis, ita multiplicabuntur eis adversitates, quod via eas potecunt tolerare. Nam meritu hoc fiet, cum ego Dei filius sustinuetim pro eis tot verba & verbera, & ipsi pro me nolunt solum modo verbum pati. Et quare hoc? quia in me suum speculum non attendunt, verbum prædicationis meæ audire contemnunt, imitantes hostis antiqui dolos, actus & voluntatem.

a Christo intelligit prosata humana.

qualiter seducitur

Judicum,

Usurarum,

Consiliatorum,

mercatorum,

vendentium,

246 In vigilia B. Jouonis Baptistæ recepto corpore Salvatoris audivit eum dicentem sibi: Filia, tibi dico, quod ego sum pastor bonus, qui custodio & cognoscoD oves meas. Jocundare filia Hierusalem, cum Fratribus tuis, qui sunt in civitate supernæ gloriæ, & exhilarentur de adventu tuo. Et dico tibi, quod tu eris unum speculum in vita æterna omnibus peccatoribus. Necesse namque est, ut misericordia mea demonstretur in cœlo & in terra; & sicut in die judicii dividentur justi ab injustis, ita cognoscentur tunc peccatores, qui receperunt a me gratiam, ab aliis justis. In die illa jocundabuntur simul omnes, qui ad vocem famæ & pœnitentiæ tuæ fecerunt pœnitentiam de laboribus & pœnis, quas modo pateris. Tu es incredula, quæ non credis, quod de te possim facere vas purissimum. Ad quod verbum respondit Margarita dicens: Certa sum, Domine mi, quod nihil impossibile est sapientiæ, potentiæ, & bonitati tuæ: tamen impossibile mihi videtur, quod aliqua creatura possit respondere claritati tuæ, & magnitudini bonitatis tuæ, & quod mihi, quæ sum tenebra, inclineris. Tunc pietatis Rex & Magister Margaritæ respondit dicens: Nec istud est impossibile misericordiæ meæ, quia nunc es plena, cui meam misericordiam sum largitus.

Ipsa spectaculum peccatorum ea manifestabit in die judicii.

247 Cum tempore quodam Domino Jesu Christo ordinem Fratrum Minorum commendaret, audivit eum E respondentem & dicentem sibi: Filia mea, qui mihi placere desiderat, talis esse conetur, qualis extitit dilectus B. Franciscus: in cujus ordine, quem mihi eum tam intima devotione commendas, numquam fuerunt tot sancti homines, quot hodie, nec tot debiles: sed sortes & justi qui sunt in eo, suis oratiunibus & exemplis sustentant & fovent debiles & infirmos. Unde dic eis ea parte mea, quos animarum posui piscatores, ut non cessent prædicationum suarum tectia tendere in mare hujus seculi fluctuosi. Prædicationem insuper Crucis vellem quod facerent, ut passagium fieret generale pro illius sanctæ terræ recuperatione desiderata, in qua oasci & mori dignatus sum. Multi namque (si hoc fieret,) ad filem meam redibunt, & ibi a fidelibus honorabor. Prædicent etiam verbum meum cum fervore Spiritus, & promittant pœnitentibus meæ misericordiæ lætitiam, & impœnitentibus comminentur æternam punitionem. Et sciant Fratres Minores, quod ampliores gratias dedi eis, & dabo, quam aliquibus religiosis, qui sint in orbe. Tamen parent se ad tolerantiam tribulationum, per quas mihi conformes fiant, & cum eis ero. Neque timeant, cum eos velim mihi, quantum ad vitæ ordinem, similari, quia numquam deseram eos. Habebunt enim, e per Ps. Qui videbitur totius mundi ordinator, & erit potius dissipator. Post tribulationem F vero illam, præfatum ordinem exaltabo & magnifice sublimabo, confortentur igitur in me, soli mihi placere cupientes, & de parvis atque magnis, quos possunt ad Ordinem ducere, recipiant diligentes: quia mundus adeo vitiis hodie maculatur, & tanti periculi est in seculo remanere, quod, si recepti ad Ordinem eum observantia castitatis solum diceient hotas suas, ego tabum acceptu receptionem, & ad hoc solum eos recipi mando, si plus in ordine quam fit dictum facere non valerent. Hic est ille Ordu, qui mihi præ omnibus placet, quia Fratres Minores sunt homines lacrymarum & abstinentiæ & majus luctum referunt animarum quam aliqua religio hujus mundi.

jubentur Minores prædicare expeditionem in terram Sanctam,

parare se ad tribulationem tribulationum,

e

ad Ordinem solle adulterii,

248 Quodam mane, orto jam sole, cum magna mentis lætitia hæc quæ sequuntur recitavit, dicens: Noveris, Pater, quod hanc noctem cum dulcedine quietam transegi, & Dominum audivi dicentem: Soror mea dilecta, tu vis ita deficere in consolationibus meis, ut oculi tui nihil videant, & omnia corporis tui membra ad instar mortui nihil sentiant: hoc quidem donum habitura eris, quandocumque mundo fueris mortua quo ad cogitationes, sicut mente defuncta es quantum ad opera secularia. Adhuc enim pleue mor-

tua

moritur Margarita mundo plena mortua.

A tua non eſt, quia venti variarum cogitationum intrant animam tuam, idcirco murum caritatis cuſtodiæ facito cordi tuo tam fortem, ut præter ma nihil intrare valeat. Nam io te ſponſa mea poſui tabernaculum meum: ea propter ſoli mihi ſollicita ſis, vivendo in meorum obedientia peræaptorum & ſollicitudine amoris, ad inſtar homiois ignem accendere cupicotis, qui poſtquam ligna io ſtruem coaptaverit, ſuſſlat & ventilat, ot ignem accendat. Prædictis autem admonitionibus a Chriſto præmiſſis, adjunxit, dicens: Vivere etiam debes in timora continuo, quia inter hoſtes tuos adhuc io bello reperis te. Fac igitur, ſicut qui ſolus incedit per terrat hoſtium crudelium, a quibus timet capi, vulnerari, ſpoliari, & occidi: qui circumſpicit undique, arma numquam abjiciens, nec quieſcens, nec confidens de aliquo, donec ad locum perveniat dilectum. Morere mondo ſunditus, collatas a me gratias recognoſcens. Et recordare, quod hactenus fugiſti ſecularium perſonarum viſitationes, locutiones & facies, propter timorem meum. Et uune plena voluntate petis ioſtaoter, ut te ſilveſtrem ſeculiaribus reddam, & ab eis faciam tam corpore quam mente ſemotam. Confortare itaque, filia & paupercula mea, confortare io me Domiuo Jeſu Chriſto, quia tecom ſum, &

B benedico tibi ex parte Patris, mea, ſanctique Spiritus.

249 Tenebrarum peiuceps Dei famulæ doloſe inſidians, & ei crudeliſſimo affectu ſe monſtrans, acceſſit & dixit ei: Scias te numqoam a Domino Deo tuo indolgentiam recepturam vel miſericordiam, quam eapectas, quia te ipſam per abſtinentiam occidiſti. Cui com ipſa diceret, Recede, quia tuit noo acquieſco blandibus; ſtatim ab oculis ejus evanuit, iterum reverſurus. Breviſſime tandem horæ ſpatio interjecto tam horribilis tamque ſtupendus rediit, quod nihil terribilius ſub cœlo credebat poſſe imaginari vel dici, qui diait ei: O miſerrima omnium, quæ ſob cœlo ſunt, fœminarum, cui ſervis? qoem tam fideli animo ſequi niteris? Cui te tam ſingulari & uoico amore jonxiſti, omnibos amoribus procul pulſis? Talis enim eſt ille tuus dilectus Jeſus Chriſtus, quem die noctuque reqoiris, & pro quo te tam variis pœnis affligis, ut nulli ſuum velit communicare amorem, oiſi deſerenti, deſtroenti, & occidenti. Tunc Margarita antiquo ſerpenti reſpondit, dicens: Nunc ex fallaciis tuis perpendo, quod tibi credendum non eſt, quia contrariarum propoſitionum es ſimulator: nam paullo ante mihi diaiſti, quod me Deus peopter abſtinentiam miſericordia ſua peivaverat, & nunc in contrarium objicit, quod me deſtruere debeo, ſi volo divinam gratiam invenire.

C Ea cujus reſponſione tam prompta hoſtis antiquos acrius provocatus ad iram, teterrimus & ſævus apparens, ait: An ignoras, quod ſuper te mihi poteſtas eſt data, ut omnes tui capillos capitis evellere poſſim, & te ſolitariam per cellam tam viliſſime traham quam crudeliſſime? Chriſti vero famula Margarita, nullis fracta vel mutata terroribus, ſciens quod formidari non debet, qui nihil niſi permiſſus poreſt, intrepida reſpondens ait: Si Dominus meus Jeſus Chriſtus hoc tibi jubet, quod juſſit ſac citius, ut ſuum non differas adimplere mandatum. Ad quod verbum prolatum humiliter, victus ſtatim diſparuit.

250 Quod diſpareute Chriſtus alloquitur eam, Margaritā tedarguens, quia in prima ſuggeſtione timuerat: & inſtruxit eam, ne metueret minas ejus, dicens, quia ciborum abſtinentiam, & diſcretam refectionem ſecundum meæ libitum voluntatis feciſti. Et dico tibi, inquit Dominus Jeſus, quod tentationum fraudulenta varietas te ſæpius ducit ad ripam: ſed ſic impulſam cadere non permittam, ſum eteoim in omnibus bellis tuis tecum: & quanto alloquutionibus ſecularium te ſubtraxeris, tanto largius mea gratia perfrueris. Recordare quod hactenus io tentationum certamine lacrymis non ſolum refrigerantibus, verum etiam delicta purgantibus aboodaſti, quas ideo io anguſtiis: tibi ſubtraxi, quia miſericorditer jam plenarie cuncta delicta dimiſi tibi: dolores tamen toi ſunt ſine lacrymis magis pœnoſi, quia te præparo ad æſtimabile gratiæ ornamentum recipiendum, ſine quo nemini licet ingredi gloriam regni mei. Sed oportuit te, filia, prios eauere veterem culpæ tuuicam, cum qua meam omnipotentiam offendiſti. Quam quia peccatores hic eauere cootemnuot & differunt, in Purgatorii pœnis variis & crudelibus cruciatibus eam cogentur deponere ac comburere. Et ſicut nudus ſui pro ſalute humani generis in cruce elevatus, ſic quælibet anima mihi placere deſiderans, debet ſe miſeram illam veſtem eauere: ut prius per contritionem confeſſionemque purgata, tandem proponat me numquam offendere, nec ulterius ſe vitiis maculare. Quæ dum in vitandis agendiſque ſuum ferventer cooatum poſuerit, poſtulet gratiam confidenter, quia curialiter io domum miſericordiæ, cujus oſtium numquam clauſi, cum lætitia introduceam. Et dicas Fratribus meis Minoribus de ſervore peædicationis habendo, quem tibi io præterito nuntiavi, nec tradaot oblivioni, quod ſicot Apoſtoli mei non valuerunt omnes animas, quas optaverunt, lucrari, nec cuncta ad votum deſiderata complere, cum in ſe haberent Spiritum ſanctum, ita nec ipſi. Et ſicut illi nec minis, nec flagellis, aliiſque periculis obviantibus undiq; verſtatem obliquaverunt, aut tepide protuleruot, ſed ſe cuoctis periculis exponentes pro veritate mori parati erant, ita & Fratres oiei nec blanditiis mundanorum aut minis a veritate prædicaoda recedant. Et quia populi renebtis involuti, eorum peædicationem ſperneut, & eus audire contumaciter renuent; non merebuntur minus, ſi importune inſtabunt, ſed eorum præmium majus erit. Quare cum non inſtigatur eis adhuc martyrium propter univerſalem Eccleſiæ ſtatum, volo quod loco ſupplicioram murmuratione populi tenebroſi humiliter feraor, quibus cum prædicaverint verbum meum, verbis commoatoris miſceant Scripturatum, & miſericordiæ largitatem, ne de ſuis peccatis deſperationem incurrant. Ego autem, qui hoc dico, ſum Dominus tuus Jeſus Chriſtus filius Dei vivi, qui pro humano genere carnem ſumpſi de beata Virgine, & omnia, quæ propter veritatem populi reſeravi, pande. Et quia tu es prope tuæ ſalutis portum, iccircu antiquus hoſtis tuo fini inſidians, inſeſtantius ſolito te impugnat, & ſummo procurat ſtudio, qoicquid contra ſalutem tuam, cui tam erudeliter invidet, poterit machinari. Et hoc vigilantius tractare molitur, quia nihil modu penes ſe invenit, quod tibi pro ſtatu priſtino poſſit opponere. Tu vero ne timeas, ſed confortare ſemper in me, qoia ego ſum tecum in omni certamine & quolibet tuo opere.

251 In nocte dominicæ poſt Epiphaniam, intuens ſe Margarita ſine ſuo munere tam copioſis gratiarum muneribus adornari, timuit, ne ſub prætextu tam ſeratarum revelationum tentator decipiens ſe celaret. Ea quo etiam fuit timore compulſa, loqueutem ſecom interrogare Jeſum, ſi veraciter ille loqui dignaretur eidem qui de Matre Virg. natus, a Magis adoratus, a Juda peoditorie venundatus, & peo ſalute hominum paſſus in Cruce fuerat. Ad cujos evacuandum timorem Dei filius Jeſus Chriſtus reſpondens ait: Ego ſum, filia, ruus Dominus Jeſus, de Regioa puriſſima natus, a Magis adoratus, qui pro ſalute bominum mortem ſubii, reſurreai, in cœlum aſcendi. Cur ergu times? cur dubitas? Nonne quæ in præterito tibi promiſeram, jam vidiſti & iufallibiliter recepiſti? ſic tibi promiſſa perficiam. In teotationibus multis ſuſcipiam te, ne cadas: nec unquam a gratia mea, qua tibi conjungor, te ſeparari permittam. Tribulationes, quas pateris, te mihi conformant, & uſque ad tuæ defunctionis diem, filia mea Margarita, tecum ero. Nam & ut hæc im-

AUCT. JUNCTA, EX MSS. D

E

F

AUCT. F. JUNCTA, EX MS.

pertiar tibi, tota cœleſtis curia poſtulat, una cum Matre mea Virgine glorioſa Regina cœli, cui te tam vivam mortuam commendaſti: itaque pro te aſtant Joannes Præcurſor meus, cum B. Franciſco Patre tuo, Magdalena, & Catharina. In quibus verbis ita fuit illuminata veritatis ſplendoribus, quod abſentium perſonarum, noſtrum offendentium Creatorem, horas & tempora offenſionum, ac etiam modos per ordinem, cum lacrymis animo intra ſe deſcendebat: timore tamen oſtentationis ſuæ & deceptionis diabolicæ ipſam retrahente, nihil de viſis pavidere præſumebat. Propter quod nec rogavit, ut de tantorum notitia ſibi data cum Fratre Joanne tunc Cuſtode conferre, quia hoc habebat in mandatis a Domino, ut numquam a conſilio ejus recederet.

tum miraculoſa illuſtratione,

ſolitum nihil fines ſuſpicionis Confeſſarij evitare,

252 In octava B. Lautentii, dum Chriſti famula Margarita oraret, hoſtis callidus ad eam acceſſit, & oſtendit ei fœdus ille ſpiritus tantæ ſæditatis vitia, quod ipſo horrore ac pœna nimium cruciabant: ſtatimque omnis vita ejus præterita ſecularis coram oculis ſuis mentalibus apponi ſibi viſa eſt. Ex cujus repræſentatione per ordinem facta, præ doloris angultia in tantam corporis debilitatem incurret, quod inter brachia cujuſdam devotæ Dominæ, ſibi tunc aſſiſtentis, quaſi exanimes recepta eſt. Tunc ejus animæ in tam exceſſivis doloribus laboranti propter offenſarum præteritarum memoriam, conſolator ſuorũ dixit ei: Confitere nunc mihi filia, tuo Domino Jeſu Chriſto. Ad quod verbum cuncta, quæ unquam in hac vita cogitaverat, dixerat, ſeu commiſerat, eidem univerſaliter ſunt offenſa. & cum indicibili mentis amaritudine dicta culpa de omnibus illis defectibus, quos ei lumen divinum oſtenderat, petivit a Domino, ut in memoria ſuarum culparum perpetua uſque ad finem eam dimitteret, cunctam amaram & pœnoſam & angultia plenam, quod omnes ſui corporis artus præ doloris acerbitate deficerent. Qua oratione finita, ſummus paſtor manum ſuam ſuper ipſam extendens ait: Abſolvo te ex parte Patris mei, filia mea, ſanctique Spiritus, ab omnibus tuis defectibus, quos cogitaſti, protuliſti, & egiſti uſque in iſtam horam.

ſedit perſonis a dæmone oſſeſſis.

& ſeh peperterit, enumeratur,

omnia Chriſto confitetur,

& ab eo abſolvitur,

253 Intra octavam nativitatis Virg. glorioſæ, ſumpta Communione, inter cetera quæ locutus eſt ei Chriſtus, hoc quoque ait: Tibi timor augebitur, & non habebis conſuetas dulcedines, niſi raro, quamvis ſæpius tecum loquar: ſed & pœna tui oris, quam pateris, mihi placet: ubi rheuma corpus, guttur & linguam & labia tua decoquit & conſumit. Et Margarita reſpondit: Domine, præ magnitudine amoris tui multum in hac pœna delector. Et Dominus ad eam: Ipſa durabit tibi uſque ad finem tuum, & erit amodo pœnoſior ſolito, & amplius afflictiva. Et iterum ait Dominus: Pauci ſunt hodie matrimonii conjuncti copula, qui me digne recipiant ad altare: & quia me indigne recipiunt, fœditate ſua me irritant ad vindictam. Et ſubdit: Nunc autem, quoad modum familiaris locutionis recedens dimitto te cum benedictione Trinitatis æternæ, & Matris meæ beatæ Virg. de qua carnem ſumpſi paſſibilem. Cui Margarita reſpondit, dicens: Deus, vita mea, quia ſine te vivere nequeo, ſupplico tuæ miſericordiæ, ut non dedigneris eſſe cum anima mea, quæ ſolum te ſitit. Tunc Jeſus interrogavit eam, dicens: Diligis me? Cumque diceret, quod ſic; ait: Non videtur tibi totus iſte mundus quaſi infernus amore mei? Et cum diceret, Domine mi, ſic. Et ait: Nonne totum dares, nihil reſervando tibi mei amoris igne accenſa? Et cum iterum affirmaret, Vere ſic; adjunxit: Nonne cunctis mundialibus expropriata rebus, libenter, ſi oporteret, pro mei amore hominis omnes pœnas jocundiſſime tolerares? Et dum affirmaret, quod ſic, ait ei Dominus: In his omnibus filia mihi ſervis. Timebat enim Domini famula, ne vita ipſius Chriſto judici diſpliceret in omnibus, eo quod præ nimia corporis infirmitate debilitata, non poterat more ſolito vitam aſperam ducere, & aſſuetas ſibi afflictiones diſciplinarum jejuniorumque inferre. Ad quem modificandum timorem Salvator reſpondit, dicens: Scias, quod Joannella & Gilla tuæ ſociæ ea aſperitate pœnitentiæ, quam adinſtar tui facere voluerunt, dies ſuos abbreviaverunt, tuę vitę veſtigia imitantes: quę veſtigia multi adhuc ſequentur, nec tamẽ offendent me.

tuo mori placet,

mi ſoſſe rheumate urgeatur?

ſibi ſimilem ſanctitate futuram,

254 In feſto S. Martini confeſſoris, Salvatore noſtro in altaris Sacramento devote recepto, tanta fuit ſubitu repleta dulcedine, quod omnis compago corporis omneſq; animæ vires in illa ſuavitate deficere videbantur. Tunc ait Dominus. Quid a me petis, Margarita, martyr mea? Et Margarita virtutum adeo decorata virtutibus & decoribus, oblita pœnitentiæ priſtinæ, in qua corpus ſpiritui ſervire coegerat, oblita laborum, lacrymarum, jejuniorum, vigiliarum, dolorum, timorum, aliarumque virtutum, ad quas ultra æſtimationem converſationemque humanam condeſcenderat, nihil in ſe virtutis eſſe affirmans, æterni Patris filio reſpondit, dicens: Domine mi, cur me dicis Martyrem, cum mihi aſperum, nihilq; virtuoſum pro tua ſim paſſa dilectione? Cui dixit Dominus: Martyrium tuum, timor eſt, quem habes ut non me perdas, & ne me tuum Creatorem offendas. Sed ego dico tibi, quod tu es nova lux, quam hute mundo donavi, illuminata per me. Ad quod verbum humilis Margarita reſpondens ait: Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper me, ne ſim tenebra in hoc mundo, ſed tua illuminatione, qui illuminatio manes, lucere me fac. Et Dominus ad eam: Nonne, filia, cunctis mundi delectationibus te amore mei privaſti? Nonne mei amore nominis optas cuncta ferre ſupplicia? Nonne propter me univerſos paupetes in tuo cote recludis? Cumque Domino reſponderet, quod licet hæc omnia libenter ageret pro ſui honore nominis, & omnia ferret libenter genera tormentorum, nihil eſſe tamen certitudinaliter affirmavit hæc omnia, reſpectu minoris inclinationis divinæ, quam circa eam fecerat in hac vita.

Martyr appellatur a Chriſto,

timorem ne offendat Deum,

& lux mundi,

illa ſe humiliat,

255 S. Petri in Vinculis, poſt communionem devote ſuſceptam, audivit Chriſtum dicentem ſibi: Jocundare, filia Hieruſalem, quia venit ad habitandum in te Imperator Hieruſalem, & in te facit ſedem per gratiam. Et dico tibi, quod ego jocundor in operibus meis, quæ ago in te. Hæc alia vice in exceſſum mentis aſcendens, corpore Chriſti devote recepto, ait: Domine Jeſu, poſtulo in omnibus operibus, quæ agam, ſervire tibi ſine defectu & offenſione: cum hoc namque dono nullam tribulationem recuſo. Quo dicto in quamdam novam ſecuritatem ſubito veniens, dixit: Domine mi bone Jeſu, hanc petitionem de jure mihi debetis, & poteſtis concedere, cum rationabilis ſit; & juſtitia tua nulli ſubtrahat creaturæ, quod juſtum eſt. Et Dominus ad eam: Non videtur tibi, quod poſtules altum donum? Et Margarita reſpondit: Majus mihi donum feciſti, quam illud ſit. Et Dominus ad eam: Tu dixiſti. At Margarita poſtulavit abbreviari dies ſuos, cui Dominus reſpondens ait: Quid facerent iſtæ oves tuæ? Et Margarita reſpondit: Domine, qui cuncta regis, ita reget gratia tua, quod erunt current poſt finem meum. Et iterum Dominus dixit ei: Sine timore amodo dicas, quod tu es filia & electa mea, & ego ſum tuus electus Dominus Jeſus Chriſtus, qui de Maria Matre Virgine earnem ſumpſi. Et dicas Fratri Cortadu, quod niſi ei occurrat articulus infirmitatis, ut ſemel in hebdomada celebret Miſſam beatiſſimæ Virginis Matris meæ, cui Pater meus donavit, ut omnis qui a me vero Deo & homine vult conſolationem recipere, ab ipſa poſtulet confidenter: inclinatus namque atque præventus piis Matris precibus, orationibus poſtulata concedo. Et ſciat, quod quicumque habet caritatem & pacem in operationibus, quas agit amore mei, erit vas meæ gratiæ contentivum. Et iterum dixit ei: Filia tu es ovis jam ad ovile reducta: cui abſtuli Fratrem,

optat ſuo more Deo ſervire deſiſtere,

ſtare mori,

docetur per D. Virg. obtinere conſolationem.

A trem Joannem, qui verbo & exèmplo erat veritas & vita; ſed ego ſum tibi utrumque, & ſolus vita: in quo vives, quia mihi omnia vivunt. Tu etiam jam noſtra mea, quod ille, quę extuli de monte gloriæ Paradiſi, de inferno multos fatellites aſtutiſſimos deſtinavit cuncta cœtum fidelium. Contra quos Fratres Minores tamquam Apoſtolos meos oppoſui. Et tibi mando, quod ſemper Fratrum Minorum utaris conſiliis, & mihi Deo ſtudeas fideliter obedire: quibus dicas ea parte mea, quod te cogant de eleemoſynis pauperum, quia paupertatem arctiſſimam ſervare debes: & ideo nihil occulte vel publice pro tuis neceſſitatibus facias reſervari. Tu enim te exuis, amore mei, qui ſum *d* dicturus cum vivos ac mortuos judicabo: Nudus fui, & operuiſti me: tu jejunasa more mei: & quod tuæ neceſſitati ſubtrahis, in alimoniam pauperum convertis: cui dicam, eſurivi & tu dediſti mihi manducare: te deferis, amore mei? & ego recolligo te in gremio meæ dilectionis. His auditis, timore inæſtimabili ex ſuarum meditatione culparum laborans, nulla ratione credebat, quod tam miro modo, Deus ſe inclinaret ad eam. Ille vero, cui placent hominum corda, ei flenti & oranti compatiens, Angelum de cœlo tranſmiſit, qui diceret: Ne timeas, ſponſa Dei: ſed confide in Domino Jeſu Chriſto, qui tecum loqui dignatus eſt, qui neminem decipit: & mandata ejus opere perfice. Nam adverſarius tuus, qui ubique diſcordias ſeminat, numquam re confortaret ad pacem: ſed vera pax Chriſtus eſt, qui de faciendis concordiis te inſtruxit. Et ego, qui hæc loquor tecum, ſum ejus Angelus, ad tuam cuſtodiam deputatus.

jubetur obedire FF. Minoribus.

d Matth. 25. 36.

Ibid. 35.

Invidi omnia ea damnare deſiderantur;

ab Angelo cuſtode datur, hoc conſolationis eſſe a Deo,

B 256 Quinta decima die menſis Julii, recepto cum reverentia Dei filio, audivit illum intellectualiter hæc loquentem: Filia tu es ſubtracti luminis ignis, & ardoris Spiritus ſancti. Et hoc accidit tibi, quotieſcumque citius porrigis mentem tuam ad ædificationem proximi, reſpectu tui, quam reſpectu honoris mei. Sed ſcias, quod non eſſet aliqua res tam magna, quod ad honorem meum pura mente referres, in qua ego ſubtraherem tibi gratiam meam. Poſt hæc juſſit Margaritę Salvator noſter, ut ei eor ſuum tribueret, & tempus expenderet in meditatione converſationis ipſius, inchoans ab Incarnationis myſterio, diſcurrendo per ſingulos labores & pœnas, quas pro ſalute humani generis pati dignatus eſt. Et quia tunc temporis ſocia ejus ipſam deſeruerat in infirmitate corporis laborantem, ille qui numquam deſerit ſervos ſuos, ait: Ne timeas; ſicut enim ego conditor omnium aves induo & cetera nutrio, quæ moventur in aquis, aere, & terra; ita te induam atque paſcam. Tu ſolum me poſtulas, ſed ego attentius poſtulo te quam tu me. Tu autem commutas me pro minima cogitatione: & in eadem cogitatione, priu quam commutas me, non commuto te, ſed tamquam filiæ tibi parco, & benedico ea parte Patris, mea, & ſancti Spiritus, nec non & Matris meæ, quæ inſtanter cum omni curia Beatorum me rogat, ut abbreviem dies tuos: & ut lætericum eiſdem in gloria, Margarita, re cum alacritate expectant. Tu quoque, quouſquo vocaberis, ſerva mihi cor tuum mundum, & omne verbum, quod egredietur de ore tuo, præordinetur & proferatur ſecundum meæ beneplacitum voluntatis.

cur ea illi ſubtracta?

In infirmitate a ſocia deſerto adeſt Chriſtus

C

D.V. & ſs. orth, ut cito ad ſalum veniat.

a *Translatio S. Franciſci celebratur in Ord. Minor. officio duplici 25. Maij.*

b *Suſpicor legendum, ſecundus a Lucifero, quia dicitur num. quam egreſſus ex inferno, poſtquam ſemel religatus, ne non poſſet generaliter de quolibet damone accipi, quem Lucifer in ternum miſerit.*

c *Ita ſcriptum erat. Quid ſibi vult, non ſatis aſſequor. An indicatur Joannes 22. Papa, per quem Ordo nonnihil exagitatus eſt? an Petrus de Corbario ex ipſo Ordine Antipapa?*

d *Ita reſtituimus, ut ſenſus exigebat. Scriptum erat, venturus.*

D

CAPUT X.

a Varia conſolationes & favores Margarita cœlitus conceſſi: deſiderium morſendi.

a

257 Ad tantam circa Dei famulam Margaritam familiaritatem condeſcenderat Dei Filius, quod quidquid erat paſſura a creatura, inviſibili, vel humana, ſive infirmitate vel aliter, & quidquid erat conſolationis & gratiæ receptura, prævia illuſtrationibus ineffabiliter revelabat. Ex cujus tam familiari colloquio, ſic in flammam ſuperni amoris accendebatur, quod ineffabilem illam, quam intus ſentiebat de Deo dulcedinem, ſilentio palliare non valens, alta voce cum lacrymis aperiebat, dicens: Tam ineffabilis eſt, Domine, tuæ alluquutionis ſuavitas, quod omnia ſub te poſita animam meam replere non poſſent: & ideo vehementer admiror, quod animæ hominum quas ad redemptionem creaſti, te ſolum non amplectuntur & diligunt; & quomodo poſſunt amare vel intueri aliquam rem creatam. Et quia ſibi videbatur *b* ex anima, quæ facta jam erat ut hortus delicioſus, eſſet tamquam ager plenus vepribus & incultus, ad arcem ſpei lacrymantem reduxit, ait conſolator mœrentium: Noli timere, filia mea, nec triſteris, ſi tua deſideria differuntur: nam cum me in mentali quiete, de pietate mea non diffidens, expectas, plus mereris, dum me ſic excluſa deſideras; & te amplius poſtea conſolabor, quam ſi ſtatim ea quæ poſtulas invenires.

Margarita omnia ſibi cœleſtia præmiſit;

laetrum conſolationum ab ea poſſe diſſimulatur;

b

E *cur ea ſpiritui datur?*

258 Sabbato primæ Dominicæ in Quadrageſima, poſt corporis Chriſti devotam ſuſceptionem, mira dulcedo, quæ mentem ejus repleverat, ſtatim diſpenſatione ſuperna ſublata eſt. Sed Margarita ad miſerorum præſidium cor ſine mora converteus, ait: Domina mea, tuus Filius, animæ meæ ſponſus, deſeruit me, ſine quo vivere non valeo, nec quieſco. Cui ſpeculum pietatis, cum lacrymis oranti & Dei Filium depoſcenti, altitit, & cariſſimum ſuum Filium largiri diguata eſt ſuis curialiter precibus. Ille autem, cujus oculi fidem reſpiciunt, cum mira dulcedine ſe ſitienti communicans, ait: Credis tu, quod ego ſum verus Dei filius Jeſus Chriſtus? Et Margarita reſpondit: Vere, Domine, fateor quod tu es Filius Dei vivi, quem ſemper expecto, & totis præcordiis concupiſco. Et Dominus ad eam: Et ego Virginis Mariæ ſecundum carnem filius, qui ſum tecum, benedico tibi una cum illo æterno Patre, cujus ſum unigenitus. Tene vitæ converſationiſque legem, quam tibi dedi, & numquam eam obliviſcaris. Et ſi quando tibi meæ radius claritatis abſconditur, & meæ ſuavitatis dulcedinem guſtare non vales, aut exuris; idcirco tecum ſic agitur, ut penitus cernas, qualis tu es ea re abſque ſumma infioritaque lætitia. Cum vero me tibi large communico, tunc inctiabiliter experiris, quam magna, luminoſa, & gratioſa per me Chriſtum efficeris. Sed confide in me, quia quantumcumque videar tibi ſubtrahi, tecum ero: minime deſereris. Quis enim de me æſtuantem ſitim donabit tibi, niſi ego æternus fons, Angelos & Beatos reficiens, qui ſum in anima tua? Si enim me non haberes, nequaquam ſitires, in qua quidem ſiti tibi meritum creſcit & gratia: unde in pœna illius ſitis, quam pateris, ſicut vociferata es hactenus, numquam vociſereris. Tanta Margarita parum prius fuit ſuavitate repleta, quod ignitus timo ſuper pedem cadens contemplantis, licet pedem adureret, inde tamen doloris nihil ſenſit ad ſenſum reverſa: nec quidquam pedi adufto moleſtiam iotulit.

ſe ſe ſpiritui dare?

ſe diſſolvens impetrat Dei Filium

quæ ea pars illi Chriſtus ſit,

& illum hoc dicit,

F *adeſt illi etiam in deſolatione,*

ipſa tribuat ſi quidquam non ſentit.

259 Dominica tertia in Quadrageſima, Chriſti corpus devote recipiens, aſſuetis eſt illuſtrata Chriſti ſermonibus, hæc dicentis: Diligis me, tu filia? Ad quod verbum humilis Margarita reſpondens ait: Domine mi, cum B. Petro Apoſtolo tuo tibi reſpondeo: Tu ſcis, quia Jo. 21. 15.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS.

quia amo te. Ego, inquit Dominos, benedico tibi: & ſcias, quod in hoc te mihi aſſimilavi: inde contenta eſſe debes, quia ſicut cum anguſtiis & pœnis variis requiſivi re, ita
A cum multis tribulationibus me requires, & invenies. Sed quia tu vis ſemper conſolatione mea frui, & ſpiritualem mentia continuare lætitiam: ideo tibi dico, ſicut Paulo: Sufficit tibi gratia mea.

In tribulationibus ſis Chriſto ſimilis, 2 Cor. 12. 9

260 In octava B. Joannis Evangeliſtæ, famulam Chriſti in dolore gaudio permiſto reperiens, propter nimiam conſolationem, quam de ſui ſponſi præſentia in tranſacta nocte receperat, afflicta erat modicum, quia ultimus vitæ ſuæ dies deſideratus non apparebat: nam cupiens ſuper veſtiri, perebat diſſolvi, ut eſſet cum Chriſtu. Sed ordinator ac diſpenſator omnium rerum Jeſus, ad petitionem iſtam nec verbum reſpondens, admirationi, quam pluries ſuper Nativitate ipſius habuerat, reſpondit, dicens: To miraris, filia, quod in mea Nativitate non impendo tibi internæ jocunditatis ſolatia: & ſic admirando conquereris, quod tali die Angeli & paſtores lætati ſunt, & magna repleti lætitia. Sed memor ſis, quod debes mihi tuo Domino conformari, qui paupertatem ac pœnalitates meas in ortu meo ſine peccato ſuſcipiens, vagire cœpi, omnium Angelorum lætitia, inter præſepis anguſtias, ut genus humanum a ſuis fletibus liberarem. Quia igitur dies illa mihi catitit mortis exordium, & vita tua ordinata ſit, ut, quantum tibi poſſibile eſt, meæ converſationis imiteris veſtigia; ne mireris, ſi tibi tali die ſubtrahitur conſueta mentis lætitia & jocunditas. Tunc in exceſſu poſita mentis, rogavit Altiſſimum, ut eam ad perfectam ſolitudinem reducere dignaretur: & non aſſenſit eidem.

dolet ſibi ullam præ Deo tribui,

die Nativitatis caret conſolatione,

B

ut ſit ſimilis Chriſto,

261 His tam dignativis alloquiis aliquantulum terminatis, patum poſt miſſus ei Angelus ad ſuam cuſtodiã deputatus, qui ad auferendam de corde ipſius dubitationem, ſalutavit eum reverentia Matrem Dei, dicens: Ave Maria, per totum. Ex qua ſalutatione tam devote Regio cœli exhibita effecta ſecurior, n dicto Angelo quæſivit cum lacrymis, quando ſui videre poterit veſte carnis exuta faciem Creatoris, & collocabitur in ſublimi gloria Beatorum? Cui Angelus reſpondens, ait: Noveris re, Margarita, in hujus vitæ exilio longo temporis ſpatio permanſuram. Et quia magna de ſua felicitate promiſerat ei Angelus, de quibus humilis Dei famula dubitabat, ad Altiſſimum rediens, quem amabat, audivit eum dicentem ſibi: Filia mea & dilecta Margarita, quando compleveris pœnitentiam oris tui, vocabo te, & quæ promiſit tibi Angelus meus, in te perficiam. Et Margarita reſpondit: Domine, vas maximæ puritatis requirerent tam ſublimia dona, quæ donaſti, & in poſterum tam liberaliter abſque meis meritu donaturus es. Et quia vas tale non ſum, compellor penitus a mea miſeria mitis gratiarum renuntiare munetibus. Et Dominus ad eam: Non fiunt hæc tibi propter te ſolum, ſed etiam propter multos peccatores, ad ſinum meæ miſericordiæ revocandos. Et quia tu fideliter laudes reddidiſti, amore mei, omnibus Paradiſi ordinibus figillatim, ego concedam eis, ut eorum quilibet de ſuis tibi communicent virtutibus, quibus ad invicem diſtinguuntur. Tu miraru, quod die Dominica mane tibi ſignum lætitiæ largior, cum communicas, quam in illa, qua petus corporis mei ſum dignatus ſuſtinere ſacramentum: ſcias, quod illa die ſurrexi a mortuis reſuſcitatus apparens ac gloriosus reſtitui lætitiam Apoſtolis & diſcipulis, quam promiſeram; ſic & modo ſpiritualiter tecum ero.

ex Angelo cognoſcit ſe poſſe gaudio fruiturum,

indignum ſe profitetur promiſſis ſibi datis,

262 Eadem die dum cum devotione divinum repoſtularet alloquium, miſit ei Angelum ſuum: quem cum ſenſit, locuta eſt ei dicens: Angele mi, roga Dominum noſtrum ut dignetur iterum loqui mecum. Angelus autem dixit ei: Filia benedicta a Domino noſtro, qui creavit cœlum & terram, benedicta ſit omni ſollicitudo, quam de te habui, Margarita: quia tu es ſcripta in libro æterno vitæ. Et dico tibi, quod ſummus Deus, qui hoc tibi donum largitus eſt, loquetur tibi magna, ſicut deſideras, quando placebit ſibi.

benedicit ſe ſcripſum in libro vitæ,

D

263 Feria ſexta ſecundæ Dominicæ poſt Epiphaniam, recepto Dei filio, reverenter eum magna mentis lætitia loquuta eſt, dicens: O gaudium ineffabile animæ meæ! O lætitia inæſtimabilis, quam deſidero! Hoc dicto, ſtatim ad ſuum Angelum ſe convertens, ait: Rogo te per illam cuſtodiam, quam geris de me de æterni mandato Regis, quod aliquod ſignum mihi oſtendas ſi in gratia ejus ſum! Dubitabat namq, non modicom, ne fervores indiciibiles, quos habebat in ſui memoria conditoris, in quibus ſibi tunicas ſepius lacerabat ſubſtituti eſſent, loco familiaritatis divinæ locutionis. Sed ille qui ignis conſumens eſt, a quo ſicut omnes fervores ſancti, locutus eſt ei, dicens: Tu ſoror mea, tu filia, tu lua io tenebris poſita, quæ noctem mutabis in diem, tu candela poſita in manibus peccatorum, quæ ad me duces non ſolũ Virgines, ſed nuptas & viduas, ſciat, quod ad mitigandam Patris ſe veritatem, amore humani generis plagarum cicatrices ei demonſtro. Dicas Fratri Junctæ, quod prædicet, quia ab hora Paſſionis meæ uſque modo non indiguit mundus tam importuna prædicatione, ut ounc, & dicat, Beati mundo corde. Et certus ſit, quod videbit me facie ad faciem in cœleſti curia Beatorum. Et dico tibi, quod diligis me ad conſolationem toam. Nam quælibet anima ordinata perfecte me diligens, quærit aliquam conſolationem in terris, quia reſervatur ei in cœli beatitudine. Sed tu es ſicut puer, qui ſtare ſemper appetit ad ubera matrũ ſuæ, qui ſtatim plorat, ſuſpirat & clamat, ſi vel modicum ſeparatur. Et oon recordaris tu, quod ego Creator tuus a die qua de Virgine natus ſum, uſque ad emiſſionem ſpiritus in patibulo, neſcivi quid eſſet conſolatio una die in mundo. Quare tibi mando, quod ſæpe venias ad vulnus lateris, & fugas inde, ac ſentias quid eaivit pro ſalute totius homani generu. Cumque audiſſet a Domino quæ ſunt dicta, reſpondit ei dicens: Domine mi, timor, quem habeo da tua ſubtractione, adeo me cruciat, inquietat & terret, ut nullam conſolationem recipere poſſim, ſi re non ſentio atque guſto. Et Dominus ad eam: Sicut dixi Paulo, dico tibi, quod ſufficit tibi gratia mea. Et quamvis eredar, quod ſim elongatus a te: ſum tamen per gratiam juata te: & ſcias quod intra animam toam non poſſet illuſor loqui, qui re libenter deciperet, ſicut loquor ego verus Dei æterni Filius, de Maria Virgine humanatus. Et data benedictione ſolita, ſalutationem beatæ Virg. dixit totam. Et ait: Idcirco reſpondi cogitationibus cordis tui, quas hoſtis animarum deceptor ſcire non poteſt, niſi per nutus & conjectus as exteriores.

pro diutino fervore lacrymas tuas,

ſtepes quærit conſolationem,

E

eſt ea Chriſtus ipſe ſuaviter jubens ad ejus vulnus lateris fugere,

qui etiã ſub ſpecie boni ſolet decipere,

264 In octava beatæ Virginis, quando ad cellam Chriſti corpus ſenſit deferri, facta prius Confeſſione devota, tanta conſolationis internæ ſubito ſuit repleta lætitia, quod ſe omni tempore ſublato a riſu gratiam oſtendente divinam ſe continere non potuit, in hoſpitioque ſui cordis Chriſto ſuſcepto, audivit eum dicentem ſibi: Cum ſis nimis debilis & infirma, fac reclinari ſuper cervicali per ſociam caput tuum. Quo facto, dicit ei, quod erat plantula ejus, quam ipſe plantaverat in viridario mundi ſicco. Nec mireris, quia dixi quod te plantavi in viridario amoris: primo in ordine B. Patris tui Franciſci, quia illud eſt in me viride, ſiccum autem & ſterilem mundum dico. A Patre meo tibi conceditur norum donum, ut tu plaoiula mea novos ramos germines & eapandas, ut eapandaotur in infideles: ex quibus ramis volo, quod fluant aquæ miſericordiæ ad ſiccas mundi plantulas humectandas. Hæc autem nobis gratia fuit, una cum corona donata tibi in feſto Virginis meæ Claræ. Auditis tanti muneris verbis, ſtatim illuminata per gratiam anima ſe ipſam vidit admirabili diademare coronatam, veſte indutam candida, intexta ea omni parte auro puriſſimo, & ait Margarita

F

videt ipſa quæ ſpiritum lætificant,

videt animam ſuã coronatam,

ad

A ad Dominum: To es Chriſtus, filius Dei vivi, Dominus meus & Deos meus, qoi *in* honc mundum pro noſtra ſalute veniſti. Et Dominus ad eam: Et ego dico tibi, quod tu es electa filia mea & ſponſa, & margarita rubicunda & alba in me, ſancta & alba pro me. Nec iovenitur in mundo cor ſciens perfecte meditari vel credere, quam magna es iu me. Tu dicis, quod de amore meo ſatiari non potes: & ego dico tibi, qood ego te amare non definam. Nec finem impono amori tuo, dicens: Talem ac tantam gratiam tibi feci, & ampliores gratias non expectes. Nec dicam: Dilexi te uſque nunc, eque deinceps amare qoieſcam. Tu dicis com magna pœna, quod tuom tefriguie cor in amando me Dominum tuum. Quod ita tibi videtur, quia iobrmum corpus more ſolito in actionibus virtuoſis non poteſt exercitari, nec aſſuetas orationes ac laudes continuare: quod quamvis tibi quaſi mori uom videator, rameo dico tibi, quod io me vivit, & ſemper ſervidum eſt in me. Nonne tibi videtur fervidum, cum omnia mihi dona, quæ etſi parva ſint, oumquid judicat omnia, ſciens omnia Deos, quod libentius pretioſiora ſuis pauperibus elargireris? Et veruio dicis, nam libentius pro me dares aureum caſtrum, qoam id qood das. Et Margarita reſpondit: Domine mi, non dicaris oppidum B aureum, quia ſi totus mondus eſſet ſub meæ voluntatis imperio, non ſervarem aliquid niſi quantom tempus cogeret meditari modum omnia expendendi ſecondum tuæ beneplacitum voluntatis. Et Dominos ad eam: To, filia mea, ſis pauper amore mei, & non dubites de promiſſis. Illi qui me viderunt, minime cogno verunt me: ſed tu me non vidiſti & cognoviſti. Et dicas Fratri Junctæ bajolo tuo, quod hæc omnia colligat diligenter, quia tempus veniet, io quo legenda & audienda ſunt cum magna mentis jocunditate. Io ordine namque B. Franciſci dilacti mei, quem mecum habeo, plus amor, quam ab aliquo ſtatu qui ſic in mundo: & ipſi Fratres a me arctius diliguntur. Unde tu, filia, oumquam ad eos habeas duritiem.

265 Et Margarita reſpondit: Domine, multom admiror, qood omnes animæ non currunt anhelanter poſt te. Et Dominos ad eam: Filia, non curreutibus poſt me, parum dono de me. Et Margarita reſpondit: Ita, Domine, dulcis ac ſuavis es in qualibet re, quod etiam in lacrymis injuriarom tuarum, quas ſervi tui feciſſe ſe recolunt, non deberent imponere finem, ut vel ſic poſt te poſſent venire. Et qoia fine te, Domine, numquam aliqois venit ad te; vere fateor, quod ſoli miſericordiæ tuæ adſcribenda eſt ſalutis noſtræ vocatio. Cujus verba devote prolata mediator Dei & hominum grata intimitate ſuſcipiens, Margaritæ reſpondit, dicens: Quis te, filia, C venire fecit ad pœnitentiam? Quis tibi fletus mearum offenſarum donavit? Quis tibi tantas vires præſtitit jejunandi? Quis te tanta honeſtate ornavit? Quis te de virtute in virtutem deduxit? Et virtutum ei donatarum gradibus deſcriptis per ordinem, a Domino, Margarita reſpondit dicens: Vus hæc omnia, omnium origo virtutom, magne Jeſu, mihi gratis donaſtis. Et Domious ad eam: Dic ergo mihi de tantorum donorum ingratitudine colpam tuam, eo qood non tibi appropriaſti qood tuum eſt, nec mihi fonti bonorum omoium, qoidquid a me receperas. Ad quæ verba divina correctionis, qoaſi percoſſa gladio ea utraque parte acoto, reſpondit dicens: Ego, Domine Jeſu Chriſte, confiteor verom eſſe qood dicitis, & veſtræ majeſtati com dolure dico humiliter culpam meam. Quomodo ergo eſſe purus poterit amor meus, cum ſim peccatrix tam maxima? Pater aotem pietatis immenſæ a tam doloroſo timore relevans Margaritam, uit: O filia, non recordaris Magdalenæ? Quo verbo audito magis quam prios timens, reſpondit: Domine Jeſu Chriſte, amor Magdalenæ fuit purus & fervidus, ſed meos non. Et Domious ad eam: Filia mea, tous amor rectos eſt inter omnes amores qui ſub cœlo ſunt hodie circa me. De Margarita Seneoſi tibi dico, quod plus eam diligo, quam aliquam mulierem Cortonæ manentem. Intantum mihi placet converſio ac converſatio ejus, quod faciam ei gratiam copioſam donorum meorom.

AUCT. F. JUNCTA, EX MSS. D

a *Deerat titulus hujus ex ſequentis capitis in mſ. ex quo illum deſcripſimus: extabat in exemplari vener. P. Lucæ Wadingi, ut ante diximus.*

b *An ea anima? At non conflat ſenſus. An quod anima, vel anima?*

CAPUT XI.

Varia B. Margaritæ revelationes, victoria de diabolo, mors, miracula.

266 DOminica ſecunda de Adventu diait Dominus Margaritæ: Tu es illa, quæ bellum magnum facies contra hoſtem meum. Et dico tibi, qood populus meus me non agnoſcens oblitus eſt mei, nec curat de me. Et qoamvis me reputet ita vilem, & tam graviter me offendat, non conqueror coram Patre meo de ipſo, ſicut tibi, nec ei offenſas meas propono ut puniatur, ſed me ipſum ut advocatum coram eo præſento, & eorum ſententiam revocare delector. Sed tibi dico, quod umaras afflictiones recipient peccatores: nam ſuſtinebunt guerrarum pericula, fames, & peſtilentias, antequam veniat finis ſeculi. Tantum namqz creverunt ſaotores vitiorom mentis & corporis, quod non ſunt ulterius tolerandi. Major eſt namque malitia chriſtianorum in adinventionibus criminum, quam in mentibus fuerit Judæorum meæ tempore Paſſionis. Quare volo, qood prædicatores verbi mei mundo & ſibi funditus mortantur, ut in me vera vita vivere ſemper poſſint. His dictis eam more ſolito benediait.

267 Tunc Dei famula Margarita, Chriſto reſpondens, ait: Quid agam, Domine mi, ut in vobis, perſeverantee vivere poſſim? Iotantum propter veſtræ ſuavitatis guſtum effecta ſum audax, quod neqoe magnitudini em veſtram cum debito timore conſidero, nam vilitatem meã attendo. Et Dominos ad eam: Teneas, filia, mentem puram. Oratio etiam tua, quam feciſti ad me, ot ſubjecta eſſes omnibus creaturis, quia multum mihi placuit, jubeo, ot ea nunc non tam mihi, ſed omnibus, in quantum ad meum honorem ſpectat, te ſubjicias, & præ omnibus amore mei te reputes viliorem, exemplo mei, qoi omnibus me ſubjeci, & volui deſpectiſſimus reputari. Hæc namq; homilis inclinatio exaltabit te inter Beatas, quæ ſunt in cœlis: ſis etiam per innocentiam alba, & rubiconda per amorem, quia tu es tertia lua in ordine dilecti mei Franciſci conceſſu. Nam in ordine Fratrum Minorum ipſe prima lus, in ordine monialium B. Clara ſecunda, & tu io ordine Pœnitentiom tertia. Hoc tam glorioſo conſummato colluquio, paullo poſt aſtitit ei Angelus ejus, dicens: Ille Angelus Seraphici ordinis, qui deſcendit ad te, dimiſit tibi dilectionis incendiom & altioris cognitioois de Deo ſplendorem.

4 *Sanctius Davila lib.* 3. *de Veneratione Reliquiarum cap.* 8. *pag.* 296. *enumerat Sanctos, quorum ſacra corpora in urbe & diœceſi Aſturicenſi aſſervantur, ac tradit in vi-*

Corpus S. Marthæ an in monaſterio Rivo de Sil. *cino monaſterio Rivu-de Sil dicto in veneratione haberi* corpus S. Marthæ Virginis & Martyris, *& aliorum aliorum Sanctorum. Veram Petrus de Ayngo Ezpeleta in Antiq. Eccl. Aſturic. num.* 72. *eumque ſecutus Tamaius Salazerius, aſſerunt*, ſacra pignora adhuc debito ad-

non procul a abbatia de Tera. *ſervari honore in eccleſia ſui nominis*, quæ de Tera dicitur, ipſius Aſturicenſis diœceſis, olim Benedictinorum cœnobium, nunc Abbatia, inter dignitatum titulos Cathedralis Eccleſiæ: *addunque* hoc luce clarius pateſcere, cum adhuc adſit Regis Alphonſi VI. de hac apud Teram adſervatione diploma, quo ibidem exuvias honorifice collocatas Rex ipſe profatur. *Maſinus in Bononia perluſtrata tradit in ade Bononienſi S. Franciſci videri maximam partem brachii* S. *Marthæ Virginis &* aliquæ reliquiæ Bononiæ *Martyris, & aliquas ejuſdem reliquias eſſe apud Barnabitas in templo* S. *Pauli: qua de hac* S. *Martha intelligi iannit, damus ad* 23. *Februarii ejus feſtum collocatur*. F

5 Multa eſſe in Aſturiis, Gallæcia, Caſtella veteri

oppida ab ſe denominata. & Legione oppida, S. Marthæ nomine conſignata, quorum nomenclaturam deſcribere prolixum *foret, ſcribit idem Tamaius Salazar, qui torendis loco* duplicatum acroſtichon carmen, pulveris vetuſtate compoſitum, *ſubdit his verbis*:

Martyrem amare refert Aſturica Martha
Aſt amat & propriam cognoſcunt temporis Æv
Romanas noſter nec penitus invidet ardo
Hot pia prodigiis continuus alma coruſca
Hic jacet, hic noſtras faciet ærumnas ſimul atque a
Alma tibi hic quanta educis nunc viſcera Marth

antiquum cruſtilum

A

VITA

ex antiquo MS. Legendario

edita a Jo: Tamajo Salazario.

S. Martha Virgo & Martyr colitur Aſturiis;

1 IN Hiſpania civitate Aſturum Auguſta, quæ Aſtorgienſis dignoſcitur urbs, paſſio S. Marthæ Virginis & Martyris: cujus geſta paſſionis, etſi inter oblivionis nebulas caiterint, adhuc tamen illuſtriſſimum ejus martyrium inter coronas Martyrum Eccleſia Dei venerabiliter honorat.

2 Ergo eo tempore, quo Decius contra fas nefaſque Philippos Imperatores alium Romæ, alterum Veronæ interficere juſſit, & poſtmodum ad Imperii Romanorum gubernaculum aſcendit tyrannus, eo quo mortuus eſt anno, ſub Proconſule Hiſpaniæ Paterno tanta perſecutio Chriſtianorum fuerat, ut infra duos menſes innumerabilia millia martyrio coronarentur. Unde inter tot tormentorum genera licet Chriſtianorum aliqui deficerent, ſed ut in plurimum major pars ad paſſionis
B metam laureata devenit. In iſta igitur perſecutionis procella ardens agnoſcebatur Hiſpania, & cum Aſturiam perveniſſet Paternus, edictis horrida præconum voce propoſitis, Chriſtianos inveſtigare permiſit ſatellitibus. Mos erat illi diabolica inolitus fraude, ut Chriſtiani dignoſcerentur ſtatim, quod diis ſacrificia indicerentur publica, quibus omnis populus adſtare ſub capitis pœna cogebatur. Si quivis ergo ab iſto deficiebat conventu, ut Chriſtianus tenebatur, & ad judicum ergaſtula ducebatur, donec aut idolis offerre thura, aut ſe Chriſtianum fateri compelleretur. Omnia hæc Aſturicæ peregit Paternus, & cognito, quod Martha Virgo Aſturicenſis, ea nobilibus parentibus orta & divitiis opulenta, deorum ſacrificiis publicis non adſuſſet, ſuſpicione ducti ſatellites, evenrum proconſuli retulerunt. Qui ſanctam Virginem ad tribunal ſiſti præcipiens, Qua præſumptione, inquit iratus, audes deos noſtros, nobilis cum ſis, clandeſtino ſubterfugio deſpicere? Dic ergo, quæ ſis tu, aut quo nomine vocaris? Cui Virgo: Martha vocor, ea nobili Aſturicorum proſapia orta, Chriſto & nomeo, & animam dedi: ejus ſum, qui me de nihilo fecit, & ad plura me elegit.

eo in perſecutione Decii.

juſſu Paterni Proconſulis,

ejus a ſatellitibus adductæ coram ſe ſiſti juſſit;

capta ſe Chriſtianam eſſe fatetur;

3 Hæc inter ſe diglutiens verba Paternus, animum Virginis per blandimenta dictionum ad ſui pertrahere voluntatem decrevit, ideo ſubdolo riſu, ut diis litaret, Principibus obediret, & a Chriſtianorum figmentis diverteret, lenocinio verborum amfractu Virginem perſuadebat. At conſtantiſſima Virgo in propoſito perſiſtens, impii Præſidis blandicias valido ſpiritu recuſavit. Excanduit Paternus, & bili oppreſſus, pedibus & manibus humum & aerem verberabat. Tunc ad ſupplicia ventum. Eam in equuleum ſuſpendi, & membratim corpus ejus tenerum ungulis laniari, impoſitis inſuper ad latera facibus, donec patentibus viſceribus, eaque ſale fricata, occubuiſſet, præcepit. Omnia prout juſſum factum. Sed quid prodeſt humana potentia, quando divina reclamitat miſeratio? E ſupplicio firmior egreditur Martha, ab equuleo deponitur invincibilis Virgo, & eadem nocte Dominus cum ingenti lumine apparens eidem, ipſam dulciter confortavit. Cujus melliflua viſione, & adlocutione, ſic animata eſt, ut pro nihilo duceret cruciatus.

blanditiis ſpernit;

in equuleo torquetur;

a Chriſto apparente roboratur;

4 Videns Proconſul, quod verbis eam, nec verberibus, ſuperare non poſſet, poſt aliquot dies mutata vice coram ſe iterum ſiſti Virginem juhet. Denuo a Chriſti conſortio dimovere, & ad idolorum cultum pertrahere Martham callida peroratione cupiebat, & ad tantam pervenit perſuaſionis ioſtantiam, ut Virgini ejus filium, in ſponſum ſe conjuſturum promitteret. Sed ſacrata fœmina, quæ ſponſi in ſolitudine divini veſtigia quæritabat, & ejus vocis ſibilos adprehenderat, Proconſulis ignorantiam incuſavit, & filii coojugium recuſavit, ſeque Chriſti ſponſam profitetur, a cujus dimoveri caritate & dilectione, nec tribulatio, nec anguſtia, nec fames, nec nuditas, nec periculum, nec perſecutio, nec gladius valere poterat, faſſa eſt. Iratus nimis Paternus intra ſe exclamans, dixit: Deficiens moriar, quia ab hac muliercula me ſuperatum cerno. Tunc, ne Virginis victoria prodiret in publicum, B. Martham ſecreto ſerali gladio percuſſam, in quemdam immundiſſimum locum ſepeliri præcepit. Quo facto, a nobiliſſima & Chriſtiana matrona corpus ea oleto extractum, illud honorificæ ſepulturæ tradidit confidenter, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

reſiſtit non prius cum filio Proconſ.

gladio ſeu ſecuri;

ſepelitur;

C *DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS* F

CRESCONIO, ZENONE, MENANDRO, CARINIANO, ARIONE, HIPPOLYTO, DIODORO, MENELANTO, ATHORA, PETRO, LAMBESE, LUCIANO, FELICE, ET ALIIS XXXV.

1. B.

XXIII. FEB. 1 *PLurimos terra Africa in cœlum Martyres miſit, quorum tamen ſæpe nuda extant nomina, Actis deperditis aut numquam conſcriptis: multorum ne nomina quidem ipſa extant. Tredecim hoc die in vetuſtis optima nota martyrologiis recenſentur: aliique addantur 35. aut 37. ſolo numero, non proprie quiſque vocabulo expreſſus. At qua in urbe, aut pago, quo tempore, quibus Judicibus, quo genere ſupplicii palmam martyrii adepti, obſcurum eſt. Eos ita enumerat, quod S. Hieronymi dicitur, ſive antiquiſſimum Eccleſiæ Romanæ Martyrologium MS.* In Africa, Celſeoni, Zenonis, Minandri, Cariniani, Arionis, Ipoliti, Diodori, Menelani, Athoræ. Et alibi, Petri, Lambeſis, Luciani, Felicis, & aliorum 35. *At vetus MS. monaſterii Marchianenſis in unicam claſſem omnes redigit, hoc modo:* In Africa Chryſogoni, Zenonis, Minandri, Cariniani, Arionis, Hippolyti, Diodori, Menelanti, Athoræ, Petri, Lambeſis, Luciani, Felicis, & aliorum 35. *Eadem in veteri item codice monaſterii Aquicinctis leguntur. Ut videatur illud* & alibi, *non aliud ſignificare, quam alio intra eamdem Africam loco.*

Horum Martyrum Acta ignorantur;

omissa;

2 *In*

A *pauciora alibi commixta,*

2 *In aliis Martyrologiis, non omnes, ſed qui celebriores fortaſſis fuere, nominantur. Ita MS. Augiæ-diviti:* In Africa Creſconii, Zenonis, Emenandi, Diodori, *Notkeri, qui a 700. annis vixit,* In Africa, *aut,* Gryſconii, Zenonis, & aliorum multorum. *MS. Latenſe Pannoniis Sanctis, de quibus infra, jungere eos videtur:* Io Pannoniis, *inquit,* SS. Aotigoni, Rutuli, Libii, Eminandri & Zenonis. *Ita & Hermannus Greven cum Aquiſgranenſi martyrologia, Polycarpo aliiſque Aſianis* Felicem *jungit:* Et in Aſia Polycarpi, Herotis, Felicis, cum aliis 12.

AUCTORE I. B.

D *neonulla verba deſcripta.*

3 *Differentiæ quæ aliquæ, ut patet, nonnullorum nominum in variis exemplaribus.* Creſconius, *alibi* Criſcunius, Chryſogonus, Gryſonius *appellatur.* Meoander, Miuander, Eminander, Eminandus, Carinianus, *in MS. Aquicinctino* Carimanus *eſt:* Melenantus, *qui in ceteris* Menelantus. *In eodem & Marchianenſi* Luciana, *qui alibi* Lucianus. *Denique duo illi codices 36. ſocios addunt tredecim illis nominatis, qui ſolum 35. in veteri Romano.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS SMYRNENSIBUS.

EROTE, CARPOPHORO, GERONTIO.

I. B.

XXIII. FE. SMyrnæ Epiſcopus fuit, ac totius (*ut S. Hieronymus auctor eſt cap. 17. de illuſtrib. Eccleſ. ſcriptorib.*) Aſiæ Princeps, *S. Polycarpus: quem Latini venerantur 26. Januarii, Græci 23. Februarii, ut ex Menais & Menologio ac Maximi Cytherai Vitis S.S. conſtat. Hoc etiam die quibuſdam Latinorum Martyrologiis inſcriptus, ut antea dictum. Illic quoque hoc die martyrii agonem peregerunt* Erus, Carpophorus, Gerontius, *uti ex veteribus Martyrologiis liquet: tempus modumque certaminis incertum. Quod*

B *Nota Martyrum nomina ex Martyrologiis.*

poſt S. Polycarpi, deſcripta eorum nomina ſunt, argumento id eſt fortaſſis, illo fuiſſe ætate poſteriores. Vetuſtiſſimum Romanum, ſive S. Hieronymi, Io Aſia, *inquit,* nat. Polycarpi Epiſcopi cum aliis 12. Smyrni nat. Sanctorum Herotis, Carpoſori. *Diſtinctius B. Notkerus:* Smyrnæ nativitas Erutis & Carpophori. *Vetus MS. monaſterii S. Martini Tornaci:* Smyrnæ natalis Sanctorum de antiquis, Herotis & Garphori. *MS. Divitis-Augiæ, ſive Riebenovienſe:* Et in Aſia Herotis & Carpoſori. *Jungunt* Gerontium *MSS. Aquicinctini & Marchianenſis cœnobiorum:* In Smyrna, *inquiunt,* natalis SS. Herotis, Carpori, Geronti. *Hermannus Greven in auctario Uſuardi anno 1521. excuſo, & Martyrol. Aquiſgranenſe* Felicem, *qui inter Africanos Martyres antea numeratus,* Polycarpo & Eruti *ſociant;* Carpophoro *omiſſo: ita enim habent:* Et in Aſia Polycarpi, Herotis, Felicis, cum aliis 12. *De hiſce duodecim actum in Vita S.* Polycarpi. *Solum* Erotem *habet MS. monaſterii S. Cyriaci Romæ:* Smyrna, *inquit,* nat. S. Herotis.

E

DE SANCTIS MARTYRIBUS ASIATICIS

SINONE, HERULO, CUSCUMO, MENALIPPO, ZENONE, SINERTE, SIRICO ET ALIIS.

I. B.

XXIII. FE. IN *eadem Aſia, incertum qua loco, tempore, mortis genere, martyrii lauream eodem die conſecuti ſunt alii ſeptem: de quibus antiquiſſimum Martyrol. Romanum, ſive S. Hieronymi:* In Aſia Sinonis, Heruli, Cuſcumi, Menalippi, Zenonis, Inertis, Sirici. *MS. monaſterii Marchianenſis:* In Aſia Coſconii, Synorii, Heruli, Zenonis, Menalippi, Sineſtis, Syricis, cum ſociis eorum. *Eadem habet MS. Aquicinctinum. MS. Richemovienſe duos ſolum recenſet:* Item in Aſia Sinoris, Heruli. *Zeno hic Aſiaticus, plane alius videtur ab Africano, qui* Creſconii *&* Menandri *atque aliorum ſocius; cum in iiſdem ambo Martyrologiis memorentur. Qui* Sinon *nominatur in veteri Romano, alibi* Sinor, *&* Synorius. Coſconius, qui Cuſcumus: Sineſtes *denique, qui* Inertes; *melius forte* Sinertes, Siticus, Siricius, *an* Cyricus *ſit, qui poſtremus locatur, haud divinamus.*

I. B.

DE S. THEA MARTYRE.

XXIII. FE.

F

DUas *Graci* Theas *venerantur, ut ex Menais & Cytherao conſtat. Altera Ægyptia fuit cum* Paulo *fratre ac ſorore* Valentina, *ſive* Ουαλέντῃ, *palmam adepta martyrii in Paleſtina, ut ipſi referunt,* 18. *Julii, at vero Romana tabula habent,* 25. *ejuſdem: quamquam in his* Theæ *nomen non exprimatur. De altera* Thea *iſthæc prædicant Menæa:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἁγία μάρτυς Θεὸς ξίφει τελειοῦται.

Duæ SS. Theæ

Θεὸν ἀνοσιώτατον ὁ θεὸς πλάνης
Ὃν τῷ πλάνῳ κτείνυται προσέτως ξίφει.

hac gladio cæſa.

Eadem die, ſancta Martyr Thea gladio vitam finit.
Theam deridentem falſos deos,
Erroris præſides gladio trucidant.

Eam Cytherau quoque refert hoc die. Nihil præterea nobis compertum.

A D

DE S. SIRENO, SIVE SINERIO,

MONACHO ET MARTYRE

SIRMII IN PANNONIA INFERIORE,

I. B.

Commentarius historicus.

§. *I. S. Sirenus Sirmii in Pannonia perempsus, non Firmi, aut Sixti Firmi.*

CIRCA ANN. CCCII. XXIII. FEBR.

1 *Sirmium, urbs Pannoniæ inferioris, Imperatorum aliquando ſedes, Chriſti religione a primævo Eccleſiæ ſtatu colluſtratum, multoque ſanguine Martyrum nobilitatum fuit. Ia his* Sirenus *cenſetur, ſive* Sinerius, *qui ex eorum genere, quos etiam perſecutionum temporibus μαρτυρῆσαι, ſive μαρτύρεσθαι, ſolitarium vitam in prædio quopiam ſuo, aut locis deſertis, a Latinis, reperimus appellatos, circa annum 300. palmam confeſſionis tulit. Hunc quia Firmi in Pic.to retentiores quidam mortem oppetiſſe animant, alii in ea Raticæ urbe, quæ tum Plinius lib. 3. cap. 1. vocat* Sexi B Firmum, cognomine Julium; *ideo proferenda nobis verba antiquorum martyrologiorum ſunt, ut quæ olim de loco certaminis ejus ſententia fuerit, conſtet, ſimulque appareat quæ nominis ejus apud auctores varietas ſit.*

S. Sirenus monachus Martyr

2 *Vetus Romanum Martyrologium ab Heriberto Roſweydo noſtro editum ita habet:* Apud S. rmium Sineri monachi, & 42. Martyrum. *De hiſce, non 42. ſed 62. aut etiam 72. ſeorſim agemus. MS. Martyrologium monaſterii Centulenſis, ſive S. Richarii, quod S. Bedæ nomine protuli, tam:* Apud Sirmium S. Sireni monachi, qui ſub Maximiano capite cæſus eſt. *Uſuardi plurima habemus exemplaria, etiam vetuſtiſſima, & non longo tempore poſt ipſius auctoris exarata, & non præca typis edita, quibus & Romanum congruit, & Bellini de Padua ante centum fere & ſexaginta annos exenſum, ita habent:* Apud Sirmium B. Sineri (*Romanum, & quædam excuſa ac MSS.* Sireni) monachi & Martyris, qui jubente Maximiano Imp. tentus, cum ſe Chriſtianum eſſe confiteretur, capite cæſus eſt. *Conſentiant in hoc Martyris elogio alia ab inde 500. aut pluribus ſcripta Martyrologia, quæ aliquin Uſuardi nec nomen proferunt, nec ordinem phraſimque in omnibus retinent. Uſuardi editio Pariſienſis anni 1536.* Sinetuor vocat, apud Smyrnam *paſſum.*

Sirmii paſſus traditur in Martyrologiis; præſertim antiquis,

3 *Beda nomine vulgatum typis Martyrologium ita* S. Sireni *eadem ac eadis locum, cauſſamque explanat:* Apud C Sirmium natale S. Sireni monachi, qui tempore Maximiani Imperatoris, cum unius ex domeſticis ejus uxorem, hora incongrua in horto, quem ipſe ſibi excolebat, deambulantem, acrius increpando repulliſſet, jubente Maximiano tentus, & Chriſtianum ſe eſſe confeſſus, capite cæſus eſt. *Eadem habentur in B. Adonis Viennenſis, & in B. Notkeri Martyrologiis: niſi quod in hoc priores quatuor voces ita efferuntur:* Apud Smyrnam S. Syneri. *In Bruxellenſi quoque Eccleſia S. Gudila Martyrologio ita habetur.* Apud Smyrnam S. Syneri. *Ita & MS. Colonienſe* S. *Maria ad Gradus:* In Smyrna S. Sireni monachi, qui a Maximiano Imp. capite cæſus eſt, *Sirmio cum tribunis cum pleriſque recentioribus, Molano, Canſiſio, Ghinio, Galeſinio.* *Monet poſtremus in Annotationibus, eſſe* Sirenum ſcripſerit, Synerum *tamen in multis MSS. appellari. Eſt ergo* Sireous, *vel* Sinerus, Synerius *alibi, &* Syneus, Serenus *quoque &* Senerus, *imo &* Sergius. *In enim MS. Florarium:* Apud Sirmium B. Sireni, alias Sergii, alias Seneri, monachi & Martyris ſub Maximiano anno ſalutis 287.

In pamphilis Smyrnæi,

diuvſimodi appellatus,

4 *Probat variis teſtimoniis & exemplis Baronius in Notationibus hoc die,* Maximiani temporibus fuiſſe monachos, & ex eis quamplurimos coronatos eſſe martyrio, *additque* agere etiam de Sireno Petrum in Catal. lib. 3. cap 147. licet eum etiam Epiſcopum fuiſſe dicat. *Id vero Petrus non dicit, ita namque ſcribit:* Serenus monachus & Martyr ſub Maximiano Imper. apud Syrmium paſſus eſt. Nam cum ipſe ſibi hortum excoleret, & unius ex domeſticis Imperatoris amicus intimus eſſet; quadam die uxorem illius in horto ſuo hora incongrua deambulantem reperit, eamque acriter de inhoneſtate increpavit, quod ſola hora incepta monachi pomerium introiſſet, eam quoque cum indignatione ejecit. Quæ viro ſuo de Sereno conquerituc, & quod eam turpiter ejeceric lamentatur. Qui verbis conjugis ad iracundiam motus, quem dudum ut amicum eclaverat, Maximiano uti Chriſtianum accuſat. Sicque Serenus jubente Imperatore tentus, & ſe Chriſtianum confeſſus, capite cæſus E eſt 7. Calend. Martii. *Ita ille, nulla Epiſcopalis dignitatis facta mentione. Diſcrepant tamen ab hic paullum, qua infra dabimus,* S. Sereni *acta.*

Plura ejus epitoma ex Petro de Natal.

Plura in Piceno paſſus traditur ab aliquibus;

5 *Audiendi nunc qui in Italiam ac Hiſpaniam avocant athletæ hujus certamen. Franciſcus Maurolycus, Meſſanenſis in Sicilia Abbas, cum Martyrologium ſe concinnaſſe, anno 1568. vulgavit* Typographiam Sanctorum Chriſti Martyrum, per primum Cabilunenſem Epiſcopum ac Theologum anno ſalutis 1450. olim compoſitam, & *tunc* demum recognitam. *In ea ita ſcriptum:* Firmium Italiæ civitas, in Piceni. Hic Serenus monachus ſub Maximiano Imper. Martyr. *Secutus ipſe Maurolycus ad 7. Calendas Martii ſcribit:* Apud Firmium Italiæ civitatem in Picenis, B. Sireni monachi & Martyris, qui jubente Maximiano Imp. tentus, cum ſe Chriſtianum eſſe confiteretur, capite cæſus eſt. Nam Serenus Abbas in Scythiaca eremo Ægypti, ſanctitate & caſtimonia inclytus, alius fuit. *Maurolycum Italice expreſſum Conſtantius Felcinus medicus in Calendario, ſive Ephemeridibus hiſtoricis anno 1577. edidit:* Serenus, *inquit,* monachus & Martyr, Firmi in Marchia, plexus capite, juſſu Maximiani: Serenus Abbas Scythopoli, in ſolitudine Ægypti, exemplar ſanctimoniæ & caſtitatis. *Eſt* Scythopolis, *ut alibi diximus, urbs Paleſtinæ; ſolitudo vero, in qua* Sereous F Abbas *viviſſe dicitur,* Scithi *vel* Scethi *aut* Scythis *appellata in Ægypto erat.*

Plura in Piceno paſſus traditur ab aliquibus;

6 *Nemo ultra, etiam Italorum, quem quidem viderimus, biſce tribus ſcriptoribus, de loco certaminis* S. Sireni *aſſentitur. Ex eorum tamen verbis anſam habuiſſe videntur viri quidam docti, ut eum in Hiſpaniæ urbem* Sexi Firmum, *aut* Scati Firmum *pertraherent. Nam quæ noſtra memoriæ ab iis procuſa ſunt, vel, ut credi volunt, prodita, a vetuſtis ſcriptis in lucem commentaria primum inſtituit* Fragmentorum, Lumprandi, *dein* Adverſariorum; *cujus priori editione Madritenſi, adornata a D. Thoma Tamajo de Vargas, anno 1588. ita habent:* Deceſſit Q. Serenus Samonicus in Gallecia cum optimæ ſanctitatis anno 165. relicto filio adoleſcentulo, qui fuit egregius medicus, & virtutis ac religionis amantiſſimus. Dies ſenioris Q. Sereni dicitur fuiſſe 15. Kal. Martii illo anno. Medici duo filii Q. & M. Sereni paſſi ſunt ſub Severo Alexandro. Item tertius & quartus Sereni paſſi cum aliis in Africa ſub Diocletiano. Horum filii L. Serenus monachus, familiaris Diocletiani, & Publ. Serenus, Martyr, in Africa hic, ille vero in Hiſpania Scati Firmi in Betica paſſus eſt

ab aliis dicti Florentius in Hiſpania,

ab Adverſariis Lumbardi.

A est sub Diocletiano anno 290. *Ita posteriori additione Antuerpiensi, anno 1640. a Laurentio Ramirezio del Prado Consiliario regio & Hieronymo de la Higuera nostro curata, num. 177. eadem habentur, nisi quod pro* Severo Alexandro, *scriptum est* Severo Alexandriæ. *Deta sequitur nu. 178.* Item Zenas & Q. Serenus passi cum aliis &c. *quod in priori editione erat*, Item tertius & quartus Sereni passi cum aliis. *Denum n. 179. pro* Scati Firmii *est* Scati Firmi.

7 *Hujus scriptoris auctoritate nixus* Joannes Tamayus de Salazar, *cum esse censet, qui a plerisque Sirmii passus scribitur, atque in Martyrol. Hispanico hocce elogio celebrat:* Scati-Firmi in Bætica S. L. Serem monachi, filii Q. Sereni Samoniensis Gallæi, qui cum in domo Diocletiani Imp. aliquando aulicus versaretur, vitam periculosam relinquens, & empto hortulo, ibidem contemplationi vacasset, a fœmina quadam aulica persecutus, primo Maximiano imperante in Hispaniam relegator, post ad martyrii coronam intrepidus agonista pervenit. *In Notis probat urbem Hispaniæ fuisse* Sexi-Firmum, *vel* Sexti-Firmum: *quod ultro damus. Addit, si non illic martyrii cæsectum est coronam, profapia tamen Hispanum fuisse; nec hoc tamen sat solide probat.*

Indeque Martyrologio Hispanico inscriptus.

B 8 *Non hic dicam, quod viri doctissimi, etiam Hispani, ista sive* Fragmenta, *sive* Adversaria, *ab recentioribus supposita, neque Luitprandi legitimam fœtam esse: non enim eo argumento nunc opus ad veteram scriptorum de S. Sereno tuendam sententiam. Non quaram item cur aliter excusa quadam in secunda editione, ac in prima, quidque sibi velit, quod horum (videlicet, Zenas & Q. Sereni) filii dicuntur L. & P. Serenus? Uter utrius est? Non enim utriusque æque. Aut unde novit D. Tamaius Salazarius* L. Serenum, *Quinctæ filium fuisse, & non potius Zenæ, qui prior, uti & ipse inter filios, ponitur? Demas omnino ista scriptam a Luitprando, & minime obscure; etiamne asserit, eumdem esse* Sirenum *qui vetustioribus Martyrologiis ad 7. Kalend. Martii inscriptus? Dicere id tamen eum demus; ejusne potius sententia stabimus, quam V. Bedæ, qui amplius 200. annis eo antiquior fuit, & in omni sciendarum genere versatissimus? Potiusne, quam Usuardi, qui Caroli Magni temporibus, centum & quinquaginta annis ante Luitprandum? Potius, quam B. Adonis Episcopi? Denique cur illi 62. aut 72. Martyres, qui, ut mox dicemus, ibidem, in præfata urbe, ubi S. Sirenus, certamen consummantes, regna mansura percepere; non etiam Sexti Firmo tribuuntur a Luitprando? Fiet id fortasse in tertia editione.*

Variæ id refutatur.

C 9 *Quod Ferrarius, Galesinius, Molanus, Saussaius apud Arvernos coli* S. Sireoum *testantur, non est cur non adstipulemur; neque enim illhic occisum, sed modo coli, ob reliquias eo allatas asserunt. Nisi forte & alius sit. Neque illud assequimur, quod Tamaius scribit*, doctis perperam arridere figmentum, absqua vetusta commendatione politum. *Nobis sane, quamvis commendatione politam figmentum, quamdiu figmentum esse deprehenditur, arridet nunquam: ac ne tum quidem quando solum suspicio est figmenti.*

Ad non quod apud Arvernos coli dicatur.

§. II. S. Sireni Acta, martyrii tempus, Reliquiæ.

10 ACta S. Siteni breviter complexi Usuardus, Beda, Ado, Notkerus, ac Petrus Equilinus Episcopus, antea citati. Joannes Tamajus Acta ait sui illius Sereni penitus deperisse, illa se ea more compaginare. *Summa est: L. Serenum, ab ano filiorum Q. Sereni medici, Quinctæ nimirum aut Marco, processisse. Antea dixerat* Quincti filium. *Adversaria ab eo citata, Zenæ aut Quincti Sereni filium faciunt: qui, Quinctas in Africa passus, Sereni medici nepos erat. Tradit deinde Tamaius, Lucium posterioribus luteris Romæ eruditum, earum Diocletiano, ejus Domestico & sodalem fuisse: postea aversantem aulæ frandes, Principisque in Christianos sævitiam, e palatio abscessisse, & hortulo, quem emerat, colendo occupatum, sibi ac Deo quietum vacasse. Cum dein unus ex aulicis Maximiani uxorem*, hora inte mpesta, *in hortulo illo sue deambulantem, & clamoribus omnia complentem, acrius objurgatam, inde expulisset; tam apud virum suum cum lacrymis de injuria questam: ab hoc accusatum Sanctum, Urbe decreto Maximiani ejectum, navigasse in Hispaniam, atque ad Sexti-Firmi portum appulsum: ibi a satellitibus comprehensum, cum se Christianum fassus esset, plexum capite, 7. Kal. Martias anno 290. Hæc Tamaius, uberiore stylo.*

Acta a Tamajo compilata,

gesta Hispanum forsan,

exilium,

t t *Alia Acta antiquiora ac veriora descripsimus ex veteri codice s. Martini Ultrajecti, quæ ito habent.*

Alia vetera ex ms. Mss.

Apud Sirmiensium civitatem Syrenus peregrinus monachus, Græcus civis, cum da locis peregrinis venisset, hortum colere cœpit, ut inde vitam transigeret, eo quod aliam artem non nosset. Qui tempore persecutionis metuens corporales plagas, latitavit: & dum excoleret hortum suum, quadam die quædam mulier ingressa hortum ejus, cœpit deambulare hora incompetenti. Cumque eam vir sanctus causa lascivitatis discurrere cognovisset, increpavit eam, monens ut egrederetur, & ut honesta matrona, disciplinate se haberet. At illa cum confusione egressa de horto viri Dei, cœpit fremere, dolens non quod inde pulsa esset, sed quod libidinis suæ causam non adimplesset. Et statim scripsit ad virum suum, qui erat E Domesticus Maximiani Imperatoris, insinuans ei injuriam, quam passa fuisset.

Gentis Græcorum,

multa persecutionis latuisse,

mulierem in horto ejectam,

52 Cumque accepisset litteras vir ejus & legisset, statim conquestus, ait Imperatori Maximiano: Nos eum lateri tuo adhæremus, matronæ nostræ in longinquo positæ injuriam patiuntur. At ille dedit ei potestatem ut vindicaret in eum per Rectorem provinciæ. Ille ergo profectus ad Judicem, ei Imperialia dicta porrexit, conquerens de Syreno. At Præses ei sibi exhibito dixit: Quare intulisti injuriam matronæ tanti viri? At ille constanter respondit: Nulli matronæ aliquam injuriam feci: sed recordor, quod ante hos dies quædam mulier in horto meo hora indecenti deambulabat, quam increpavi, & dixi, quod non recte verteretur mulier, quæ illa hora egressa de domo viri sui esset. Quod cum audisset vir ejus, erubuit & obmutuit, nihilque amplius loqui Præsidi ausus est.

ab ejus uxore accusatum

eum gestum martyrii,

53 Præses vero intra semetipsum cogitare cœpit de sancti viri libera objurgatione, & ait: Hic homo Christianus est, cui displicuit mulierem in hortum suum impudice se gerentem videre. Dixitque illi: Cujus professionis es? At ille sine aliqua mora respondit: Christianus sum. Cui Præses: Usque nunc ubi latitasti, vel quomodo subterfugisti, ut diis non sacrificares? At ille, Quomodo, inquit, placuit Deo, usque nunc me reservavit in corpore: modo autem quia palam voluit me esse, paratus sum pro nomine ejus pati, ut habeam partem in regno ipsius. Præses autem hæc audiens, vehementer iratus dixit: Quia hucusque Imperialia præcepta latendo contempsisti, & dus sacrificare noluisti, jubemus ta capite placti, qui statim raptus ac ductus ad locum passionis, decollatus est.

professum se Christianum,

capite plectendum Sirmii.

54 *Qui apud Arvernos in Gallia colitur* S. Syrenus, *sive* Syreneus *martyr, eum Sirmiensem hunc esse asserit Saussaius in supplemento Martyrol. Gallicani ad hunc diem. Cæli Arvernis scripsere ante eum quidam: ubi pro religione decertasset, non indicarunt.* Jo. Molanus *in auctario ad Usuardum ita habet hoc die:* In territorio Arvernensi, S. Syrenei, Martyris egregii. *Petrus Galesinius*: Arvernis, S. Syreni, qui egregio martyrio coronatus est. *Ferrarius in generali Catal. SS. qui Galesinium in Notis citat*: Arvernis S. Sereni Martyris. *Nec aliud Saussaio perspectum fuisse videtur, cum Martyrologium cœpit cudere, nam in eo ad hunc diem ita scripsit*: Claromonte Arvernorum S. Syreni Martyris, qui propter egregiam in Christi nomine confitendo constantiam, diru perpessa, exacto illustri agone, palmam sempiternæ gloriæ accepit.

Illi, alioqui Sirenum, coli ur apud Arvernos,

AUCTORE I. B. D

dela mora, dium,

Roma relegatum,

to Hispania exsulat

Alia vetera ex ms. Mss.

AUCTORES I. B.

15 *Ast in Martyrologii ejusdem supplementa disertius rem expressit his verbis:* In Arverna vico Billonensi, susceptio & vecratio pretiosi corporis S. Syreni monachi Martyris, qui cum se Christianum esse confiteretur, jubente Maximiano Imp. apud Sirmium capite cæsus est. Cujus sacra gleba deinde in Gallias translata, in collegiata ecclesia prænignati vici colenda reposita est, cum ossibus SS. Juvenalis Martyris & Maximini Episcopi & Confessoris. Fit autem ad tanti Cœlitis patrocinium perpetuus incolarum concursus: qui maxime occurrente necessitate serenitatis vel pluviæ, ad hujus glorioſi ſui Tutelaris præſidium fideliter recurrentes, opem ejus meritis & ſuffragiis deſideratam conſequuntur. Beatiſſimi autem hujus Martyris bis in anno recolitur ſumma veneratione memoria: hac die ſcilicet in antedicta Eccleſia Billonenſi; porro 6. Idus Maji ab Eccleſia matrice Arvernenſi: ſorte quod hanc colat translationem, illa natalem propria ſolemnitate veneretur. *Ita Sanſſajus.*

A *vulgatis ejus Billonnum allatis;*

Invocator pro ſerenitate ac pluvia;

Ceremonia in Maji celebr.;

16 *Quem Billonenſium vicum appellat, reor* Billonum, *inferioris Arvernia, ſive Limania, oppidum eſſe. Nam Franciſcus Ranchianus in deſcriptiane Francia pag. 296. primariam ejus oppidi eccleſiam, in qua numeroſum Canonicorum collegium eſt, dicatam ſcribit Sanctæ cuidam, quem* Cerneof *Gallice vocat: reor* Serenum *vel* Sirenum *eſſe.* B *Qui ſint autem* S. Juvenalis Martyr, *&* S. Maximinus Epiſc. Confeſſor, *alibi quaremus, vel ad proprium cujuſque diem, ubi eum primus affecuti, vel ubi commodam videbitur, cum alterius Sancti, nomine eodem nuncupati, facienda erit memoria.*

habet ſibi dicatam Billoni collegiatam eccleſiam;

17 *Porro* S. Sirem *hujus noſtri in quibuſdam Martyrologiis ad alios dies translatus navalis, incuria librariorum, qui ea tranſcripſere, an alia potius cauſſa, haud ſcio. In Martyrologiis monaſteriorum Marchianenſis & Aquicinctini, 21. Februarii, verbis, quibus hoc 23. die utitur Ufuardus, inſcripti, & 62. Martyres Sirmii paſſi, &* Severus (*pro* Sereoo monachus ac Martyr, *ut ibi indicavimus. At* 22. *ita habes MS. s. Hieronymi, ſea veteriſſimum Romanum:* Sirminat. Sereoi & aliorum 63. *MS. Divitis Augia, ſeu Richenovienſe eodem* 22. *die:* Sirmio S. Severi & aliorum 71. *Vetus MS. Latienſis monaſterii:* In Sirmio, natale Serenæ, quæ tempore Maximiani plexione capitis ſuſcepit martyrium. *Varias in verbis paucalis mendoſe expreſſis MS. s. Martini Tornaci:* In Syrmia, *inquit*, natalis S. Serenæ, quæ tempore Maximini, plexione capitis proprium ſuſcepit martyrium. *Richardus Wiſfordus in Martyrol. Anglicano initia ſeculi ſuperioris edita, ad 24. Februarii eum refers.* C *ab ultimo-ſtatur 21. & ad Febr.*

D

18 *Non videtur autem* S. Sirenos, *quod in Adverſariis Lairpandi ſcribit Ja. Tamaius, anno 290. occubuiſſe; neque anno 287, quod Florarium: ſed fortaſſis circa annum 302. aut 303. Miratur certe Praſes, uti num.* 13. *Acta MSS. habent:* uſque nunc obi lactatur, vel quomodo ſubterfugerit ut dius non ſacrificaret? *At Martyr,* Quomodo, *inquit*, placoit Deo, uſque nunc me relervavit in corpore. *Non ergo initio perſecutionis raſus, quando non tanta cura perquirebantur Chriſtiani; ſed poſtquam ea ita immodice exarſit, ut nulla eos latebra tegere, nullus abſcondere angulus poſſet, quod præcipue duobus imperii Diocletiani & Maximiani poſtremis annis accidit,* 302. & 303. *Atque adeo fortaſſis, qui poſt* Sirenum *hic ſubnectuntur* 62. *aut* 72. *Martyres ante eum in urbe eadem palmam confecuti ſunt. Petrus de Natal. lib. 3. cap. 150. ſcribit ſub eodem Imperatore paſſos, quæ* Serenus. E *quando martyrium ſubierit?*

DE LXXII. MARTYRIBUS
SIRMII IN PANNONIA INFERIORE.

I. B.

XXIII. Feb. 5 EOdem quæ S. Sirenus *loco, glorioſe pro Chriſto depugnarunt Martyres alii* 72. *ut plurimi codices habent, aut* 61. *ut alii: ac fortaſſis ante eum, ut diximus. Cum ea certe Martyrologiis adſcripti ad 7. Kal. Martii, quo die Beda excuſus, at MS. monaſterii Centulenſis:* Item aliorum 62. qui ibidem paſſi ſuot; *ubi ſcilicet* Sirenos, *de quo immediate egerat. Idem habet Ado & MSS. Martyrologia complura: idem Notkerus, ſed* 72. *ſtatuit, & cum Smyrnæ caſum* Sirenom *ſcripſerat, conſequens eſſet, etiam hos Smyrnam amandandos, niſi errorem eum plariam ſententia corrigendum probaſſemus. Ufuardus ita habet:* Item natalis ſexaginta duum, qui martyrii certamen in præfata urbe conſummantes, regna manſura perceperunt. *Ufuardum plerique alii ſequuntur; ſed ex his Romanum Martyrol. Manrolycus aliique plurimi,* 72. *ſtatuunt. Vetus Romanum ſupra in Sireno citatum,* 42. *MS. Florarium:* Natale Sanctorum 72. Martyrum in præfata orbe, *Sirmia, nempe. Galeſinius:* Eo ipſo præterea loco Sanctorum 62. aliorum Martyrum, qui cœleſti præſidio divinaque conſtantia ad omnem eruciatum perferendum communiti, coronati ſunt.

Sirmitanſes Martyres 72. *vel* 62.

2 *Maarolycus, qui, ut diximus,* apud Firmium *ita enim habet)* Italiæ civitatem in Picenis *Sireni martyrium conſtituerat, adjeceratque fuiſſe* Serenum Abbatem in Scythiaca eremo Ægypti, *ſubnectit:* Item natale Sanctorum 72. qui martyrii certamine in præfata urbe conſummato, regna manſura perceperunt. *Qua illa præfata urbs?* Firmum, *opinor; nam in Scythiaca, eremo cella aſcetarum multa, urbs nulla olim. Obſcurius a Conſtantio Felicio* Serenus *monachus & martyr Firmi in Piceno locatur,* Serenos Abbas in Scythopoli, in ſolitudine Ægypti; *dein iſta ſubduntur:* 72. Martyres occiſi in ſuperdicta urbe. *Scythopoli? an Firmi? Qui s. Sirenum* Sexi Fitmi *in Hiſpania ponunt, idem de his ſtatuant oportet, ſi Martyrologia veteſta ad ſe trahere velint, ut ſolam* Sexi Firmom *pro* Sirmio *reſtituant.* F *non Firmani;*

3 *MS. s. Hieronymi, ut ita* Sireno *diximus, eum* 22. *Februarii refert cum aliis* 53. *qui hi ipſi ſunt, numero alterata. In MSS. Aquicinctino & Marchianenſi* 21. *Februarii, mi &* Serenus, *ipſis Ufuardi verbis poſiti. Nihil de horum aliis præterea comperimus.* *alibi 22. & 21. Febr. relati.*

DE SS. SENEROTE, ANTIGONO, RUTILO LIBIO, ROGATIANO,
MARTYRIBUS IN PANNONIIS.

I. B.

XXIII. Feb. *Hi Martyres similiter paſſi, ac* Sirmii quoque, *ut præcedentes, agnæ glorioſo perfunctos eſſe hos martyres indicat veteriſſimum Martyrologium Romanum, ſive s. Hieronymi, in quo illa legantur:* In Sirmio, Sincrotis, Antigoni, Rotili, Libi. *Conſonat Richenovienſe:* In Sirmio Senerotis. *Pannoniis generatim, nullo peculiari oppido loove expreſſa, eas tribuunt plerique alii. Beda, Rabanus, Notkerus, Martyrol. Eccleſia Aquiſgranenſis, Hermannus Greven, Galeſinius:* Io Pannoniis Seneroti, Anti-

alibi in Pannonia Inferiori.

A Antigoni, Rutili, Libii. *Quem* Senerotem *Richenovienſe mſ. & r. Hieron. alii* Senetorum *vocant etiam mſſ. Beda exemplaria, exuſa* Seronetum, *niſi & Galeſinius ac Ferrarius.* Antigonius *eſt Beda & Rabano, qui ceteris* Antigonus: *qui* Rutilus, *is Beda, Notkero, Galeſinio, ac mſ. Latienſi* Rutulus; Rotulus *Rabano, Grevenio, martyrol. Aquiſgranenſi.* Libii *ac* Libi *nomen promiſcue ſcriptum,* Labi *apud Grevenium. Latienſe martyrol. ſolum habet:* In Pannonis SS. Antigoni, Rutuli, Libii; *omiſſo* Senerote. *Mſſ. Marchianenſe & Aquicinctinum quartum addunt,* Rogatianum, *quem praetermittere nobis religio fuit, cum ſint illa valde bona mora martyrologia, ita arge habent:* Io Pannonis Seneroti, Antigoni, Rotuli, Libii, Rogatiani. *Alium* Rutilum *in Pannonia paſſum memorat martyrol. Romanum 4. Junii, qui ab hoc diverſus: nam mſ. r. Hieronymi hunc* Sirmii *caſum tradit cum tribus ſociis, illum* Sabariæ *cum duobus.* AUCTORE I. B. D

Nomina variè ſcripta.

DE S. PRIMIANO
EPISCOPO ET MARTYRE,
ANCONÆ IN PICENO,
Commentarius prævius.

I. B.

XXIII FE. 1 ANcona, *urbe Piceni antiqua & celebri, ad Hadriaticum mare ſita, colitur* 23. *Februarii* S. Primianus Epiſcopus Græcus (*incertum cujus Sedis*) ac Martyr, *uti Philippus Ferrarius in Catal. Ss. Italiæ, ing; generali Catalogo Ss. & Ferdinandus Ughellus tom.* 1. *Italiæ ſacræ tradunt: ac fateatur ambo, quo tempore floruerit, tuleritque palmam martyrii, ignorari: ex ſepulchrali inſcriptione conſtare, Græcum fuiſſe: proprium habuiſſe Ancona templum, in quo etiamnum ejus ſervantur reliquiæ: verum id hoc tempore* S. Franciſci de Paula *appellari, quod hujus alumni in eo nunc* divinum *opus perurgeant.*

B *S. Primiani Ep. M. cultus.*

Inventionis & Translationis narratio cauſa.

2 *Præter inſcriptionem, quam citant, extat narratio Inventionis ejus, quæ ante fere* 300. *annos contigit: item q; Revelatio martyrii ac translationis, & miracula quædam, tunc deſcripta in libro, qui cum reliquiis aſſervari dicitur in Curia Anconitana. Utramque eam narrationem Italice vertit Georgius Tromba Theologus ac Sacerdos Anconitanus, ediq; in lucem typis Marci Salvioni anno* 1609. *curavit: nos Latine domo interpretati ſumus, cum adipiſci autographum nequiremus.*

Reliquiæ inventæ circa an. 1370.

C 3 *Ex ea narratione conſtat, inventas eſſe* S. Primiani *reliquias ſub* Joanne Epiſcopo Anconitano, *aliquanto ante quam Avenione in Italiam* Gregorius XI. *Pontifex Max. remigraret, quod anno* 1376 *accidit. Epiſcopum illum Anconitanum appellat Thomas Herrera in Alphabeto Auguſtiniano* Joannem Tuedeſcum; Ughellus Joannem de Tudeſcis, *atq; hic, antea Epiſcopum Capitolienſem fuiſſe, ſive Capitolinum in Palæſtina II. ſub Archiepiſcopo Scythopolitano: celebrat autem Anconitanum an.* 1349. tu. *Kal. Novembris, annos multos ei præfuiſſe Eccleſiæ: nempe ſucceſſor Bartholomæi Ularini ex ordine Minorum electus anno* 1381.

martyrii tempus,

4 Joannis *hujus Epiſcopi tempore pia mulieri indicaſſe in ſomnis narratur* S. Primianus, *ſe ante annos amplius mille martyrium ſubiiſſe: eum ad tempora Diocletiani videatur poſſe referri. Quod ait Ughellus,* dubitari a pleriſque an Anconitanus fuerit Epiſcopus, *ipſe ſe alibi Epiſcopum fuiſſe eidem matronæ indicavit, ſed inde ab Anconitanis ſuas reliquias Anconam navigio fuiſſe deportatas annis circiter* 400. *ante eam revelationem, decimo nimirum Chriſti ſeculo.*

Eccleſia ejus Anconæ,

5 *Ferrarius ſcribit eum* propriam habuiſſe eccleſiam in urbe Ancona: *Ughellus quoque* templum, in quo quieſcit, ejus nomini fuiſſe conſecratum *aſſerit. Ex Inventionis hiſtoria conſtat, eam eadem dictam fuiſſe* S. Mariæ de Turriano. *An poſtea, cultu in ea* S. Primiani *inſtaurato illius ceperit nomine celebrari, haud ſcimus.*

translatio, cepta 10. Maii, feſtum,

6 *Teſtatur Georgius Tromba, ſolemnem ejuſdem Sancti translationem factam die* 10. *Maii an.* 1609. *curante Carole Cardinali de Comitibus, tunc Anconitano Antiſtite. Conſtitutum fuerat olim a Joanne Epiſcopo, ut memoria* S. Primiani *anniverſaria celebritate peragretur Dominica II. Quadrageſimæ, conferetur; in claſſe feſtorum mobilium: affixa ea poſtmodum diei* 7. *Kal. Martii, ut ex Tabulis illius Eccleſiæ ſcribit Ferrarius. Qui* S. Primianum *martyrii ſocium fuiſſe* S. Georgium, *an uſpiam, & quo die, colatur, incertum.* Primianus *Martyr memoratur quodam* 1. *Januarii, ſed nec Epiſcopus dicitur fuiſſe, & plures ſocios habet.* E

NARRATIO INVENTIONIS
B. PRIMIANI EPISC. MART.
ex Italico Georgii Trombæ.

1 DEus Opt. Maa. qui mirabilis eſt & glorioſus in Sanctis ſuis, divitias pauperum ſervorum ſuorum non patitur abſconditas latere: ſed ut ſuæ omnipotentiæ in victoriosis illis athletis magnificentia ſplendeſcat, quæ eorum eauviæ mortalibus omnino erant ignotæ, eas non ſine miraculo profert in locem. Eaimius certe theſaurus corporis B. Primiani Epiſcopi & Martyris, Anconæ in eccleſia S. Mariæ de Turriano dicta, immemorabili tempore occoltus jacuerat: ſed eum dies adfuit, qua eum numen decreverat erui e latebris uportere, Jacobus Benamatus Canonicus Auconitanus, & Smedutius Paulinus itidem Canonicus, illiuſque Eccleſiæ de Turriano Rector, dum peracto officio Divino ſoli intra eam ædem eſſent; divini Spiritus inſtinctu, conſpicantur opus uliquod e marmore fabricatum in muru, ad deatrum latus aræ majoris, quod tantillum fere ſpatii occupabat, quantum ud ſepulturam quampiam opus eſſet: ſupra quod armarium erat concinnatum, in quu Divina Euchariſtia rum aſſervabatur, aſſervaturque etiam hoc tempore ab templi illius Rectoribus ac Præſidibus. Com emious ſpectantes mirarentur operis elegantiam, propius acceſſere, ut antiquam adeo memoriam caplorareut. Ubi magnu labore, ad id idoneis inſtrumentis diſcooperiæ literæ etant, epigraphe apparuit muro inciſa, ita tamen veruſta trita & obfuſcatu, ut non facile perlegi poſſet. Erat autem ejuſmodi: HIC REQUIESCIT CURPUA BEATI PAIMIANI EPISCOPI, QUI FUIT GRÆCUA. Eaque verba eainde ſpectata lectaque paſſim ab umnibus.

S. Primiani Ep. M.

ſecundus in mare,

ogiinu in inſcriptione,

2 Paucis poſt diebua idem Smedutius Eccleſiæ Rector, quique ejus fabricæ præerat magiſter fabrum, cupidi erucndæ veritatis, numine inſtigaute, omnibus aceurate circumſpectis, ex ſuperiori parte, ubi feneſtra erat & ſanctiſſimum Sacramentum aſſervabatur, quibus opus inſtrumentis lapidem quadratum, artificioſeque

ſeclaſus

EX ITALICO GEORG. TROMBÆ.

ſeque laboratum, pia opera inde revellunt. Poſt eum lapidem inane ſpatium erat, ibique theca lignea. Qua reverenter ac religioſe aperta univerſa integri corpotis membra reperta præclara ſindone obvoluta. Omnibus

A *Inventa in eo reliquiæ*

datis, uti antea fuerant, repoſitis, eum Epiſcopo Anconitano F. Joanni ea Ordine Eremitarum, *a* vitæ honeſtiſſimæ ac ſanctiſſimæ viro, aperiendam judicarunt: interteaque curandam cratem ferream, ac novam thecam argento alioque nitore elegantèr ornatam inſtructamque, ut tanti theſauri dignitas merebatur.

3 Primum igitur Epiſcopum adeunt, rem omnem diſerte exponunt, orant, quo certius omnia confitmentur, ad locum ipſe ſe conferat, luſtretque omnia. Admiratus, quæ ab iis, aliiſque fide dignis hominibus, varia ejuſdem Martyris miracula narrabantne, ſpopondit ſe ad eam ædem eſſe venturum: venitque cum magna Cleri caterva, & ſumma reverentia ac ſenſu pietatis oculis ipſe ſuis cuncta luſtravit, comperitque rita ſibi cuncta eſſe relata. Dein Deo actis gratiis, hymno TA DEUM LAUDAMUS decantato, decrevit ut is dies, quo ſanctum illud corpus erat inventum, ſecunda nimirum Dominica Quadrageſimæ, inter Feſta mobilia, ut vocant, referretur. Eamque celebritatem idem Epiſcopus cum Clero & populi concurrentis turba

ab Epiſcopo viſitare

feſtum inſtauratum Dominica 2. Quadrageſimæ.

B permagna, Officiis ac cæteris ſolenni ritu, recepto Eccleſiæ more, condecoravit, Jeſu Chriſto ſuffragante, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

a Ughellus ſcribit eum Anconitanam rexiſſe Eccleſiam, cum ſumma laude prudentiæ, pietatiſque in populum.

REVELATIO S. PRIMIANI

de ſuo martyrio & 1 translatione,

ex Italico ejuſdem Georg. Trombæ.

Deus multa ſæpe ſua manifeſtat,

t OMnipotens Deus, ut illuſtrius opera ſua manifeſtet, ac ſervos ſuos ingenti gloria cætullat, multa ac mirabilia per inſomnia declarare ſolet, ut ea veteri ac novo Teſtamento liquet: in illo futura denunciata in ſomnis Joſephu Jacobi Patriarchæ filio, ac Pharaoni Regi Ægypti; in hoc vero, Joſepho ſponſo Deiparæ Virginis, ac Magis, qui Chriſtum adoratum venerant, & reſponſu accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reverſi ſunt in regionem

a

C ſuam. Beati quoque *a* Liberii corpus, loco antea incognito tumulatum, debere ad baſilicam Cathedralem Anconitanam deportari, monita in ſomnis mulier quædam narratur in ipſius hiſtoria. Quoniam autem idem ſemper fuit, eſt, eritque Deus, apud quem nulla præteriti futurive temporis differe otia eſt, haud videri mirum debet, ſi, ut olim, ita nunc quoque, aliqua ſuorum famulorum miracula per quietem manifeſter.

2 Certe quo tempore S. Primiani repertum eſt corpus, mulier quædam, Ceccola numine, cum filium haberet morbo epilepticu miſere conflictatum, Deo

3. Primiani mater ob filium paralyſi laborantem ſibi commendanti

Sanctuque Primiano ſeſe voto obſtrinxit, Divo huic, ſi ejus patrocinio ab hac infirmitate filius ejus liberaretur, curaturam ſe ut decimæ omnium, quæ is acquiſiſſet, bonorum offerrentur. Secundum id votum, ſpecies eſt matronæ nocte inſequenti per ſomnium oblatæ ejuſmodi: videre ſibi videbatur S. Primianum, peocera ſtatura, formu eleganti, habitu pontificio indutum, ornatum mitra pedoque paſtorali, via Ceptaria verſus ædem S. Mariæ de Turrianu incedentem, & cum ad hanc fere jam perveniſſet, ab eu ſe ad vocatam, eumque ſecutam, ſed præ metu ac reverentia, peopius minime auſam accedere; nec cum ſecundu quidem eſſet

in ſomnis apparet,

& ad ſe vocatam

accerſita: ſed cum tertiu eam appellaſſet, tum demum D ei appropinquaſſe, & iſta edicentem audiſſe: Adi hujus templi Sacerdotes, meoque nomine eos mone, minime mihi placere, ut cratem ante ſepulchrum meum *jubet ædificare, ne ejus quod ſub reliquiis ornandis adhibeatur;* conficiant, verum id poſtulare, ut corpus meum Auctiſtes Anconitanus ea eo, in quo nunc jacet, monumento eximat, imponatque in thecam eypreſſinam, argento minime coopertam: cupio enim, ut quilibet mea intueri oſſa queat, neque ullis his ornatus adhibeatur, cum ſupra corporis mei reliquias cuſtodiatur ſanctiſſimum corporis Chriſti ſacramentum abſque ſimili ornatu: nec decet, ſervo majorem quam Domino eahiberi honorem. Id propterea dixiſſe Sanctus videtur, quod jam tacite apud ſe decreverant Presbyteri ejus Eccleſiæ, capſam novam fabricari, eique argentea inſignia obducere, ut ſuperius dictum. *quare?*

3 Tam familiari Sancti ſermone audentior facta mulier, ea eo ita quærit: Sanctiſſime Pater, unde huc veniſti, & quando hic es tumulatus? Reſpondit Sanctus: Socii tres ſimul pro Chriſti fide martyrium ſuſtinuimus. Primianus ego, alter Georgius: tertii quoque nomen protulit, cujus ipſa oblita ſunt. Et mihi quidem, addidit Sanctus, poſt alia tormenta, crudeliſſime caput ictum eſt, itaque excuſſa anima ad cœlos cum palma martyrii evolavit. Amplius mille annis a cædis meæ tempore effluxerunt. Cumque boni cives Anconitani navibus appulſi eſſent ad eas oras, ubi meum ſepultum corpus erat; id me volente, huc veaerunt, & in tumulo, ubi nunc jacet, condiderunt. Quievi hic annis 400. cupioque porro quieſcere ad diem uſque univerſalis reſurrectionis. Permiſi autem e petore loca aſportari me, quia illic in me Chriſti nomen ab incolis minime colebatur. *ei martyrii ſui modum ſub ſenio indicat,* E *tempeſtate prima translatio-nis;*

4 Scito autem, intra breve tempus mare ſæviſſima turbatum iri tempeſtate. Væ maritibus quatum nunc filii navigant: multi enim naufragium facient, & mortis periculum incurrent: ſed nonnullos Deus multorum Sanctorum meritis diſcrimini eripiet. Illa vero, Quid fiet, ait, triremi, miſſa ad Pontificem *b* Maximum Romam revehendum, aut certe in Italiam, nam io ea multi ſunt e primoribus hujus urbis? Ea triremis, inquit S. Primianus, præſentiſſimum naufragii periculum incurret: verum quia e vectoribus nonnulli auxilium a me poſcent, divino munere incolumes evadent. Rurſum percunctatur matrona: Quid futurum, Sancte Pater, nam Ceſcoli Roſſi Ancuitani, vicini mei? Luctuoſa ſane ferre ejus jactura. Reſpondit Sanctus: Admone Ceſcoli uaurem, me ut religioſa obſecratione veneretur: atque ego numen precibus flectam, ut periculu eripiatur, & ad domum meam, ad templum nempe, in quo meæ reliquiæ aſſervantur, ſalvus adveniat, ciſi ingeutia pericula ac præſentem prope ruinam ſit ſubiturus. *prædicit horribilem tempeſtatem b* *& ſe quibuſdam ſubventurum:* F

5 Percunctatur deinceps mulier: Nihilne, Sanctiſſime Pater, ad illam propulſandam tempeſtatem præſidii eſt? B. Primianus dixit: Suggere id conſilii Sacerdotibus baſilicæ hujus, ut cum incipiet dira illa tempeſtas deſævire, linteum ſumant, quod in capſa, in qua reliquiæ meæ jacent, repertum eſt, & in tectum ipſius baſilicæ cum tedis, ſonantibus campanis, aſcendant, atque linteum ud omnem cœli partem protendant. Ad quantum ſpatii cerni linteum, audirique campanarum ſonitus poterit, ſubſidet tempeſtas, & circumſtantes Deus ea eo periculo liberabit, deprecatione mea placatus. Id ſi Sacerdotes negleaerint, multi naufragio peribunt. Soluta ſomno mulier, ad eam adiit eccleſiam, & in ſomnis viſa nurtavit. *ſuggerit modum ad eam depellendam procul ab urbe;*

6 Haud vana vaticinatio fuit, nec inani inſomnio deluſa mulier. Tertio poſt menſe in ipſo Pentecoſtes pervigilio, ita truculenta & immanis in mari coorta tempeſtas, ut nemo eorum qui tunc adetant, ſimile vidiſſe ſe vel audiſſe meminiſſet. Quæ in portu eant naves, craſſis validiſque rudentibus religatæ, via *ea tempeſtas auditu horribilis Venetis fuit;*

totu

multa ad Ancyranam labefactata navis;

A toto plurium navicularium conamine retineri potuerunt, ne mutuo alliſu quaſſarentur: una nequidquam contra nitentibus nautis in murum impacta diffractaque eſt. Epidauria quædam, quæ extra portum ad ejus murum ſtabat, vi tempeſtatis in ſcopulum S. Clementis projecta, periit ipſa, & quotquot in ea erant, ſubmerſi ſunt.

AUCTORE I. B. D

nec ope S. Telesphori paſſim periuria crepita.

7 Dein recrudeſcente tempeſtatis ejuſdem rabie, Anconitana una Paſqualina Perucchi ad eumdem alliſa eſt ſcopulum. Quod cernentes eorum uxores, qui in ea erant navi, ejulantes, vimque magnam lacrymarum fundentes, ad ſepulchrum S. Primiani religioſe confugiunt, eum exorant ut ab ſuis exitium avertat. Simul concepta prece, repreſſus ventorum furor, procellæ ſedatæ, reddita cœlo ſerenitas, navis periculo exempta, ſalvis vectoribus nautiſque, illæſa portum ſubiit, propitiante iratum numen S. Primiano.

a S. Liberius *Confeſſor, Regis Armeniæ, ut ajunt, filius, Anconæ urbis Patronus, colitur* 27. *Maii*.

b *Is videtur fuiſſe* Gregorius XI. *qui Avenione, ubi deceſſores ejus per annos* 70. *commorati erant, in Italiam remigravit anno* 1376.

DE S. POLYCARPO
PRESBYTERO ROMANO CONFESSORE,
Sylloge hiſtorica.

I. B.

§. *I. S. Polycarpi natalis, ætas, ſepulti ab eo Martyres.*

CIRCA AN CCC. XXIII. FE.

1 *Venerantur Græci die* 23. *Februarii* S. Polycarpum *Smyrnenſem in Aſia Epiſcopum, cujus Vitam ac martyrium dedimus* 26. *Januarii: eam eo die illum Romana Eccleſia celebrat. Hoc tamen etiam die multis Latinorum Faſtis adſcriptus reperitur, ſeu Græcorum imitatione, ſeu quia, cum nonen audum, ut fere in antiquiſſimis martyrologiis, legiſſent, qui eos Faſtos concinnabant, a viſi marunt* Polycarpum *Epiſcopum eſſe, martyrio ſcripſiſſe, clariſſimum, qui Presbyter Romanus erat, Epiſcopo illo Aſiatico annis circiter* 130. *junior. Hujus enim ita conſecrata hic in pleriſque martyrologiis, Uſuardi, Adonis, Bedæ, Notkeri, Bellini, ac Romano quoque memoria*: Ipſo die (*pro iis verbis*, Romæ *habet Maurolycus & martyrol. Rom.*) S. Polycarpi Presbyteri & Confeſſoris, qui cum B. Sebaſtiano plurimos ad Chriſti fidem convertit, atque ad martyrii gloriam exhortando perduxit. *Eadem habet mſ. Florarium, Conſtantini Felicius, aliique recentiores: Galeſinius phraſi diffuſiore, ati & Canifius; ſed in hoc nonnulla corrigenda. Wandelbertus monachus in martyrologio metrico ante* 800. *annos ſcripto iſta de eo canit*:

3. Polycarpus Iosephus mentionem facit in martyrologio 23. Febr.

Septimus eximio Polycarpi ſplendet honore,
Presbyter ore, fide, Chriſti qui juſſa ſecutus,
Martyrio turbam potuit ſervare fidelem.

C *Quædam probata vetuſtatis, ſed fere tamen ævi ignoti, martyrologia, ejus quam breviſſime meminerunt. Vetus Romanum a Roſweydo editum*: Romæ Polycarpi Presbyteri. *Addunt mſſ. Carmeli Colonienſis, & monaſterii S. Martini Tornaci*, & Confeſſoris. *Mſ. monaſterii Centulenſis, Bedæ nomine prænotatum*: Romæ S. Polycarpi Presbyteri & Confeſſ. qui B. Sebaſtiani adjutor & cooperator floruit.

2 *Idem ipſum mſ. rurſus die ſequente ita habet*: Romæ S. Polycarpi Presbyteri & Confeſſ. de quo in geſtis S. Sebaſtiani legitur. *Forſan eo die reliquiarum ejus ad monaſterium Altumvillare facta tranſlatio, ut annotavit Sauſſajus infra citandus. Alioquin* & 21. *Februarii in mſſ. martyrologiis monaſteriorum Marchianenſis & Aquicinctini, iiſdem, quibus hic ab Uſuardo, verbis referuntur.*

& 24.

ac 21.

3 *Ejus Acta non videntur ſeorſim conſcripta ſed aliorum Sanctorum rebus geſtis permiſta. Acta S. Urbani Papa accepimus Capuæ ab humaniſſimo & eruditiſſimo Silveſtro Anoſſa, in quibus memoratur* S. Marmenia, *quæ ſanctum Pontificem ſocioſque, Martyres, ſepultura tradiderat, & ipſa martyrii palmam adepta, una cum* S. Lucina *filia & aliis promiſcui ſexus* 22. *quarto Kalendas Junias. Dein iſta ſubnectuntur*: Quidam autem Sacerdos, Savinus nomine, qui jam fere per 12. annos in carcere fuerat pro Chriſti nomine maceratus, cum audiſſet B. Marmeniam una cum omnibus ſuis perrexiſſe ad Dominum, in eadem cuſtodia nimis afflictus, orans emiſit ſpiritum. Quod audiens Taurinus, juſſit funem in pedibus ejus ligari, & trahi corpus ejus, & in foro publico inhumatum relinqui. Cujus corpus rapuit noctu quidam Polycarpus Presbyter, & ſepelivit in ſarcophago cum 125. aliis Martyribus. *Eadem a Paulo Aringhio, t. Romæ ſubterranea lib. 1 cap. 13. ex Actis* S. Marmeniæ (*quæ Acta nos necdum vidimus*) *ita narrantur*: Venerabilis per omnia Sanctus, nomine Savinus, qui & ipſe officium ſacerdotale gerebat, *&c.* migravit ad Chriſtum, jam per 12. annos maceratus diu in carcere ob confeſſionem Jeſu Chriſti Nazareni filii Dei omnipotentis. At ubi ſenſit Taurinus, cum eſſet carcerarius, quod S. Sabinus defunctus eſſet, funem illaqueavit pedibus, & trahebat corpus ejus per terram, & in foro illud dimiſit inhumatum. Deinde venit quidam Polycarpus Presbyter nocte, & accepit corpus ejuſdem Sancti Sabini, & recondidit in ſarcophago, ubi ceteri 22. de quibus ſupra, ſepulti fuerant.

ſepulti S. Sabini & aliorum Martyrum corpora circa an. 230.

4 *Quærat tamen fortaſſe aliquis, hicne* Polycarpus *idem ille ſit, qui in Actis S. Sebaſtiani memoratur, cohiberique hoc die, quia haud ſatis congruere ætati utriuſque videatur. Interfectus traditur S. Urbanus Papa* Agricola & Clementino Coſſ. *anno nimirum* 230. *Chriſti. Si jam tunc Presbyter erat Polycarpus, maturam virtute ita & ætate, pro tempora illorum diſciplina, initiatus ſacerdotio; quam grandem natu fuiſſe neceſſe eſt, cum* 60. *poſt annis ea egerit, quæ mox narrabimus? Diverſi tamen facere abſque certioribus tabulis nolim. Porro ſi idem eſt, quam multa & illuſtria tam longo annorum decurſu, tam variis Eccleſiæ temporibus, evenere illius beneficio! Verum ea vel non ſunt omnia conſcripta, vel interciderunt, vel certe nobis nondum in notitiam venerunt. Ex Actis S. Sebaſtiani editis ad* 20. *Januarii, quæ palam explorata recitabimus.*

ejus ad tempora Diocletiani relatus.

F

§. *II.* ex cap. 10. & 11. Actorum S. Sebaſtiani.

Baptizati a S. Polycarpo 68. *converſi a S. Sebaſtiano.*

5 *Cum S. Sebaſtianus viros clariſſimos* Marcellianum & Marcum *fratres geminos, parentum ac conjugum blanditiis, ut Chriſto renunciarent, diu multumque oppugnatos, & jam nutantes confirmaſſet parentesque ipſos & conjuges alioſque amicos, &* Nicoſtratum *Primiſcrinium cum* Zoe *uxore, & captivos, qui in publica cuſtodia detinebantur, convertiſſet*; poſthæc (*ut Acta ejus habent cap.* 10. *nn.* 31. *& deinceps*) S. Sebaſtianus abiit ad Polycarpum Presbyterum, ubi erat cauſſa perſecutionis occultus, & narravit ei omnia quæ geſta ſunt.

S. Polycarpus a S. Sebaſtiano ad latebris evocatus.

6 Quibus

AUCTORE I. S.

6 Quibus auditis S. Polycarpus gratias egit Deo, & una cum eo venit ad domum Nicoſtrati Primiſcrinii, & videns turbas credentium, ſalutans eos cum omni gaudio, dixit: Beati omnes vos, qui audiſtis vocem Domini noſtri Jeſu Chriſti dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. Vos itaque fratres noſtri, quos nondum baptiſmatis unda diluit, & conſecrandu Deo omnipotenti catiſſimos filius fecit, pro hoc quod a propoſito ſanctu revocare conati eſtis beatiſſimos militer Chriſti, opus vobis erat pœnitentia, ut per ipſam ad indulgeatiam veniretis. Nunc autem quia ad tantam gluriam aeceſſiſtis, ut etiam ad paſſionem a qua doleuter alios revocare voluiſtis ad ipſam deſideretis graeanter velle currere & libenter amplecti, ſciatis vos & ad indulgentiam perveniſſe, & ad palmam attingere. Vetus hoc eſt artificium Chriſti. Nam ipſum quem vas electionis ſuæ dignatus eſt, & voluit magiſtrum gentibur dare, qui non ſolum fidelium animosa pietatis propoſito revocabat, ſed etiam noleutes a Chriſto diſcedere lapidibus obruebat; hunc aobis ipſe Dominus Apoſtolum condonavit, tribuitque aobis ex Saulo Paulum, ex apoſtata fecit Apoſtulum, & dedit Eccleſiæ ſuæ ea perſecutore doctorem. Amator paſſionis factus eſt is, qui perſecutionis auctor eaticerat: & qui in alieaie afflictionibus prius gratulabatur, in ſuis poſtmodum perſecutionibus lætabatur. Ipſe ergo qui tunc in Apoſtolo ſuo virtutem iſtam exercuit, ipſe & nunc de ipſo inſeturum conclavi, & ea ipſis draconum faucibus animarum veſtrarum captivitatem eripuit, & vobis nunc a tenebris ad lucem remeantibus æternæ vitæ januas parefecit. Quia ergo omnes dæmones, qui ſunt tenebrarum filii, contriſtantur, unde & omnes ſancti Angeli, qui ſunt filii lucis, gratulantur; accedat uauſquiſque veſtrum, & det nomen ſuum, ut hodierno die uſque ad veſperam percurrente jejunio, feſtivum baptiſmatis ſactamentum upportunum tempur iuveniat. Juſtum eſt enim, ut lua a mortali muudo abſcedens ad noſtras mentes immortales accedat, ut qui ia iſto ſeculo volutati in luto renebrarum ſumus, aqua ſanctificationis abluti ac mundati, & ſinceritate induti alactes pergamus ad Chriſtum. Hæc & hir ſimilia proſequente S. Polycarpo univerſi gaviſi ſunt, & unuſquiſque nomen ſuum feſtinabat, priuſquam interrogaretur, offerre.

7 Cumque hæc agerentur, venit Claudius Commentarienſis ad Primiſcrinii Nicoſtrati domum, ubi iſta agebantur; & dicit Nicoſtrato: Vebemeuter præfectura commota eſt, quod perſonas reorum tuæ domus cuſtodiæ tradi juſſiſti. Hæc de cauſſa ſuis re juſſit Præfectus aſpectibus præſentari. Vide quale debeas interrogatus dare reſpouſum. Ingreſſus itaque ad Præfectum Nicoſtratur, cum iaterrogatus ſuiſſet, cur eas perſonas, quas careeris elauſtra retinebaut, ſuæ voluerit domus mancipari cuſtodiæ, reſpondit: Amplitudiais Veſtræ juſſu Chriſtianas intra domum meam cuſtodiendas ſuſcepi perſonas, quibus ut terrorem paſſionis incuterem, reorum illos feci ſociari perſonis, ut juſſioni veſtræ & perſuaſioni noſtræ, ſi nou eoaſenſu ſuo, ſaltem alieno experimentu conſentiant, & metuant ne ſimilis eus pœna concludat. Libentiſſime igitur hæc audieas Præfectus dimiſit eum dicens: Magnore ceaſu a pareatibus eorum remunerari faciam, eum per te illis fueriat Inculumes filii reſtituti.

8 Revertens itaque ad domum ſuam Nicoſtratus Primiſcrinius cum Claudio Commentarienſi, cœpit univerſa refeire, & qualiter S. Sebaſtianus cum ſit amicus Imperatorum, Chriſtianiſſimus ſit, & in eruditione divina perfectus, & qualiter animas Chriſtianorum ſua aahortatione revocaſſet, & quod ſatis idonea ratione docuiſſet iſtam vitam fugitivam & imaginariam eſſe, & ſic dum teneri putatur, auferri. Narrabat etiam, quomodo venieus repeute lua de cœlo perluſtraſſet eum, & quumodo uaorem ejus, quæ per ſex annos muta fuerat, fecit loqui.

9 Cum hæc narraſſet Nicoſtratus Claudio, corruit ad pedes Nicoſtrati Claudius, dicens: Ex amiſſa conjuge duos filios habeo, ea quibus unus hydropis morbo fatigatur, aliur diverſis vulneribus opprimitur: rogo ut jubeas eos viſitari. Non eaim dubitu, quod ille, qui potuit facere ut poſt ſea annos loqueretur uaor tua, faciat, ſi voluerit, ut ad filios meos ſanitas redeat. Et hæc diceas prorupit ſe ad domum ſuam, & fecit inter manus adduci duos filios ſuos, & introduceus eos intra domum, ubi erant Sacti Dei, projecit eos ante pedes eorum, dicens: Nulla penitus dubietatis ſigua in corde meo remaneſeruat: ſed ex toto corde eredeus, quod Chriſtus, quem cultis, ipſe ſit verus Deus, detuli huc vobis duo incrementa mea, credēr quod poſſint per vos a mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes ſimul ſancti Dei: Omnes, quos hic bodie infirmitas aliqua tenet, mox ut Chriſtiani facti fuerint, ſanabuntur.

10 Cumque clamaret Claudius credere ſe, & deſiderare fieri Chriſtianum, juſſit S. Polycarpus, ut darent ſinguli nomina ſua. Primus itaque omnium dedit nomen ſuum a Tranquillinus pater Marcelliani & Marci. Poſt hunc ſea amici eurum, id eſt, Ariſton, Creſcentianur, Eutychianus, Urbanus, Vitalis & Juſtus; puſt hos Nicoſtratus Primiſcrinius, & Caſtorius frater ejus, & Claudius Commeotarienſis. Poſt hos filii Claudii, Felicitiſſimus & Felix. Poſt hos Marcia mater Marcelliani & Marci, eum uaoribus eorum, & filiis: ſimul autem & Symphoroſa uxor Claudii, & Zoe uaor Nicoſtrati. Puſt hos omnis familia quæ erat in domu Nicoſtrati, animæ triginta & tres promiſcui ſexus & ætatis. Dehinc omner, qui vincti fuerant, ac de carceris ſqualore adducti, animæ ſedecim.

11 Igitur umnes iſti 68. a S. Polycarpo Presbytero baptizati, & a S. Sebaſtiano ſuſcepti ſunt: fœminarum autem matres factæ ſunt b Beatria & Lucina. Primum itaque Claudii filios, hydropicum unum, & alterum vulneribus plenum, mox ubi in nomine ſanctæ Trinitatis intinait, ita de fonte ſani elevati ſunt, ut nec ſignum in eis alicujus morbi pæteriti remaniſſet. Poſt hos autem infantulos, Tranquillinus pater SS. Marcelliani & Marci, qui ita podagtico & chiragrico fuerat dolore conſtrictus, ut, ſicut ſupra dictum eſt, vix in manibus portaretur. Hunc dum exuerent indumentis, & ille intolerabili ſe diceret dolore torqueri, interrogat eum Polycarpus Presbyter dicens: Tranquilline, ſi ea toto corde credis unigeaitum filium Dei Dominum Jeſum Chriſtum tibi ſalutem poſſe conferre, & omnibus peccatis ruis indulgentiam cnndonare, proprio ore edicito. Tranquillinus reſpondit: Ego indulgentiam ſolam peccatis meis dari & deſidero & credu. Ceterum etſi poſt baptiſmatis hujus ſanctificationem in doloribus fuero, aon potero de fide Chriſti ulterius dubitare. Probavi enim, & ea toto curde credeas in mea mente conſenſi, quod filius Dei ſit Dominus Jeſus Chriſtus, qui poteſt & animabus & corporibur ſalutem tribuere, & a morte æteraa ad vitam perpetuam revocare. Hæc cum diciſſet voce magna, omner Sancti præ gaudio lacrymas effundebaar, & rogabant Dominum ut fidei ejus fructur oſtendeteetur. Sanctus igitur Polycarpus Confeſſor & Presbyter, moa ut eum c chriſmatis linivit unguento, iaterrogavit eum iterum, ſi crederet in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Statim, ut reſpondit, Credo, reſoluræ ſunt manus ejus, quæ erant nodoſæ, & genua ſimul & plantæ pedum ejus ita ſunt Incolumes redditæ, ut acſi puerulus renovaris pedibus ſuis in fontem deſcenderet, clamans & diceus: Tu es Deus unus & verus, quem miſer iſte mundus ignorat.

12 Hoc itaque ordine ſuu baptizato, univerſi, prout competebat,

A ſuscepit gratulantes. Matth. 11. 28.

ex ſq; ad peniss autem horrens.

B

laudate illi. Illi jejunii ejus ad veſperam.

Nicoſtratus Praefectus Urbis de capitolio domum ducit reos ſpondet.

C

converſionem ſuam & ſanum narrat Claudio.

D

In filios ſuos iſthus addutis, & morbis ſanandos.

& baptiſmum petit.

a

E

Polycarpus baptizandorum primi nominat

b

hydrophi & alterum ſanat baptizando ſanat,

& podagricum,

F

eſt id non poſtulanter, ſed pro vera ſe fidem profitentem.

c

A competebat, baptizati ſunt, & per dies decem *d* qui ſupererant dilationi, quam meruerant, in Dei laudibus perdurantes ducebant dies & noctes in hymnis & canticis, & quaſi fideles milites parabant animos ſuos ad dimicandum pro Chriſti nomine in martyrio bellaturi, ita ut & mulieribus & infantulis amor ferveret martyrii, & invicem ſe ad confeſſionem ſancti nominis contra diabolicas acies præpararent.

omnes ad martyrii ſe parant.

d *Omnes hi ſacris Faſtis adſcripti, ut alibi diximus, dicamuſque Tranquillinus 6. Julii. Marcellianus & Marcus 18. Junii. Ariſtion, Creſcentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Juſtus, Marcia, Symphoroſa, Feliciſſimus, Felix 2. Julii. Zoe 5. Julii. Nicoſtratus, Caſtorius, Claudius 7. Julii.*

a *Omnes hi ſacris Faſtis adſcripti, ut alibi diximus, dicamuſque Tranquillinus 6. Julii. Marcellianus & Marcus 18. Junii. Ariſtion, Creſcentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Juſtus, Marcia, Symphoroſa, Feliciſſimus, Felix 2. Julii. Zoe 5. Julii. Nicoſtratus, Caſtorius, Claudius 7. Julii.*

b *Colinus* v. Beatrix 29. *Julii*. 5 Lucina 30. *Junii*. *De hac in Actis* 2. Marcelli 16. *Januarii actum. Diverſa eſt a* 2. Lucina *Virgine filia S. Marmenia, de qua* §. 2. *nu.* 3.

c *Quidam codices habent*, olei.

d *Addunt item quidam codices*, & ſex.

§. *III.* ex iiſdem Actis cap. 12. & ſequent.

S. Polycarpus cum S. Sebaſtiana Chromatium Urbis Præfectum, ac filium ejus Tiburtium, convertit & baptizat: cum Chromatio mittitur in Campaniam.

13 AGreſtius Chromatius *Urbi Romæ Præfectus, elapſis* 30. *diebus, quos* Tranquillinus *popoſcerat, ut filios a profeſſione Chriſtiana religionis retraheret; eum ad ſe accerſit, & quid filius factum ſit quæriſt. Reſpondet, ſe quoque Chriſto nomen dediſſe, ac mox acerbiſſimis podagra & chiragra doloribus eſſe liberatum: ſimul & vanos Gentilium deos irridet, & Chriſti Divinitatem aſſumptæque humanitatis myſterium exponit. Quæ cap.* 12. & 13. *Aliorum S. Sebaſtiani continentur: deinceps ſequuntur.*

Chromatius Tv. Urbi intelligit Tranquillinus Dato Chriſtianum factum:

14 Tunc Præfectus juſſit eum recipi a Commentariis, dicens: Proximate audiam ſeſſionem. Poſt hæc mittit & addoci eum ad ſe præcepit per noctem occulte, & offerens ei infinitum pondus auri, dicebat: Oſtende mihi medicamentum ex quo recuperaſti ſalutem. Cui Tranquillinus ait: Scias grandem iram & furorem Dei paſſuros eſſe, qui gratiam ejus vel venumdandam exiſtimant vel emendam. Unde ſi vis a podagrico dolore liberari, erede Chriſtum filium Dei, & liberaberis, & ſicut hodie me vides, ita ſalvus eris. Nempe vix manibus deferebar, & undecim annos per omnes junctiuras nervorum in corpore meo dolorum nodis aſtrictus, vix oti meo panis alienis manibus tradebatur: illico ut Chriſtum verum Deum eſſe credidi, ſalutis meæ gaudia recepi, & ſum incolumis, quia verum Deum Salvatorem meum agnovi.

cum veritatis noctu accerſit.

gravi quo. modo a podagra cruciatus ſit;

C

15 Tunc Præfectus dimiſit eum dicens: Adduc ad me qui te Chriſtianum fecit, ut, ſi mihi promiſerit ſanitatem, poſſim & ego fieri Chriſtianus. Statim autem Tranquillinus veniens ad S. Polycarpum Presbyterum, narravit ei omnia quæ geſta vel dicta ſunt: & ducens eum intra domum occulte, Præfecti eum aſpectibus præſentavit. Cui Præfectus ait: Licet gravis animadverſio Principum Chriſtianis infeſta ſit, tamen ſpe recuperandæ ſalutis offeram vobis quidquid illud eſt uſque ad dimidium bonorum patrimonii mei, ſi ab hac nodoſitate *a* condylomatum mei fuerint membra corporis reſoluta. Tunc S. Polycarpus ſubridens ait: Potens eſt Dominus Jeſus Chriſtus, ut ignorantiæ tuæ januas aperias, & oſtendas tibi quod ipſe ſit corporis tui reſtaurator. Nam pecuniam ſive qui offerunt, ſive qui oblatam accipiunt, non ſolum nullam dolentibus conferunt medicinam, ſed etiam ipſi ſibi inſanabilem morbum aſſumunt. Dicit ei Præfectus: Dic ergo mihi, quid faciam, ut conſequi valeam quod ſpero. Dicit ei Polycarpus: Si crediderit ex toto corde tuo, ſicut credidit Tranquillinus, ſalvus eris. Dicit ei Præfectus:

jubet ad ſe addoci S. Polycarpum

a qui ejus pro ſanitate deos deſpuere,

ſuadet ut credat, nunquid territet,

Quo ordine credere debeam intimato. Tunc S. Polycarpus catechizavit eum, & indixit ei ut per triduum jejunaret. Et convocans ad ſe S. Sebaſtianum tribus diebus & tribus noctibus jejunavit cum eo: & cum lacrymis pariter orabant, ut fidem nominis ſui in ſalutem volentis credere Dominus declararet. AUCTORE I. B.

indicto triduo jejunio;

16 Igitur cum dies tertia, quæ conſtituta fuerat, adveniſſet, ad domum ſuſtinentis Præfecti veniunt pariter properantes. Qui ingreſſi dixerunt: Pax fideli tuæ. At ille reſalutavit eos officioſiſſime, & hortator eos ſedere juxta ſe, & dixit: Ex ore Tranquillini ratio egreſſa oculorum meorum aſſertione declaratur. Video enim hunc ſaniſſimum, quem podagrico & chiragrico videram dolore contractum. A quo genus medicamenti, unde fuiſſet ſalvatus, ioquirens, tale ab eo recepi reſponſum: Dum fidem meam in idolis ponerem, debilis & nimia ſum infirmitate contractus; at ubi unum Deum in cœlis didici oſtenſione Chriſtianorum, abnegavi univerſa, quæ ſine cauſſa colueram, & tradidi fidem animi mei Chriſto. Mox autem ut unum & verum Deum in cœlis regnare confeſſus ſum, ſtatim omnis, quam per undecim annos amiſeram, ad me reverſa eſt ſanitas, & omnis a me eſt protinus infirmitas ſeparata. Hæc audivi auribus, probavi oculis, corde credidi: ſupereſt ut quod feciſtis Tranquillino, & mihi faciatis, ut poſſim mei corporis recipere ſanitatem.

arguit ac baptizatur

& ſicut Tranquillinum ſecutus

E

17 Polycarpus Presbyter dixit: Si tranſeuntes dolores anima hominis non ſuffert, quid de illis doloribus actura eſt, quibus nullus unquam evenit finis, nulla datur omnino ſucceſſio? Nam iſti dolores illorum dolorum imaginem portant, & quantum diſtat inter ignem vivum & picturam ejus, tantum diſtat inter dolores, quos nunc patitur corpus, & illos quos anima paſſura eſt, ſi ignara Creatoris ſui, præſentis vitæ impleveris munus. Age ergo nobiſcum prius de doloribus illis, & eſto de illa pœna ſollicitus, quæ habet ignem ſemper ardentem, & vermem ſemper edentem.

caſtigat eorum tormenta;

18 Tunc Chromatius Urbis Romæ Præfectus, cum unico filio ſuo Tiburtio, dedit nomen ſuum, dicens: Io hoc de fide mea certos vos eſſe conveniri, in qua etiam filium meum Chriſtianum fieri mecum exopto. S. Sebaſtianos dixit: Vide ne ſola recuperatione tui corporis ductus te Chriſtianum fieri ſperes, ſed magis ſpes vitæ æternæ facias mentem tuam puram ad videndam rationem veritatis. Niſi enim agnoveris quis ſit Creator tuus, non poteris invenire ſalutem, quam quæris. Chromatius dixit: Ergo & ruſticos & ſimpliciſſimos homines non videmus eſſe Chriſtianos, ita ut inter mille viros vix invenias unum qui poſſit vel ſermonum diſciplinam adipiſci? Nonquid hi omnes ad iſtam inquiſitionem attingere potuerunt ſi fierent Chriſtiani? S. Sebaſtianus ait: Hoc reſponſum tuum noſtræ partis firmat aſſertionem. Nam ab origine mundi cum ruricolis & paſtoribus ovium Deus habuit rationem, & juxta finem mundi veniens non elegit Grammaticos & Oratores, ſed piſcatores & ſimplices, & ipſis tradidit notitiam ſuam.

S. Sebaſtianus monet, ne ſola ſpe ſanitatis Chriſtianus fiat;

F

19 Chromatius dixit: Cur ergo me dicis prius debere agnoſcere, quis ſit Creator meus, quem niſi agnoverim ſalutem invenire non poſſim? S. Sebaſtianus dixit: Quia multos deos, & multas deas coluiſti. Niſi ergo hos a corde tuo excluſeris, & imagines eorum confregeris, & cognoveris unum & verum Deum, vitam & ſalutem invenire non poteris. Chromatius dixit: Iodiea ergo mihi, quis ſit unus & verus Deus. S. Sebaſtianus reſpondit: Si ſervum tuum ad hauriendam aquam miſeris, dum ad fontem venerit, aſpicit prius ne ſordes aliquæ intus lateant in lagena, & non eſt auſus aquam in vas mittere, niſi mundatum a ſordibus viderit; nos tibi quomodo poterimus tradere fontem veritatis, niſi prius te ab omnibus idolorum ſordibus & ſqualloribus feceris alienum? Chromatius dixit: Et quo ordine alienus effici potero ab his?

Orat idola ſua confringi ſinens.

AUCTORE I. R. A

his? S.Sebaſtianus dixit: Da nobis poteſtatem, ut omnia idola, quæ in domo tua invenerimus, lapidea confringamus, lignea incendamus, aurea & argentea vel ærea conflemus, & pretia eorum egentibus dividamus. Chromatius dixit: Et cum hæc feceritis, mihi qui fructus accedet?

forte dolendo fanandum;

S. Sebaſtianus dixit: Omnium nervorum tuorum, quorum nodoſitate conſtringeris, ſtatim conſequeris ſanitatem; & quaſi qui numquâ doleveris, ita pedibus tuis currere incipies, & agnoſcere quod inimicos tuæ ſalutis deos dilexeris; tuum vero patentem hunc eſſe, qui te, ſtatim ut ejus notitiam atq; cultum inveneris, reſtaurat & ſalvat.

aut vult id per famulos fieri;

20 Chromatius dixit: Nolite vosmetipſos ad hanc injuriam deponere: ſed ſervis meis præcipiam; & ipſi univerſa confringent. S.Sebaſtianus dixit: Dubii & timidi & infideles ſi ea confregerint, invenit diabolus per quamcumque negligentiam eorum occaſionem lædendi eos, & ſtatim ut læſi fuerint, dicent infideles, propterea eos læſos eſſe quia idola confregerunt. Niſi enim loricam habens non eripitur ictibus ſagittarum. Galea enim & ſcuto, & haſta utitur ducta manus in prælio, ut ex munimiore armorum & impetu ſcriendi aſſumat audaciam, & terga non vertat. Similiter & milites Dei, qui ſcuto fidei muniuntur, & lorica tegminis Chriſti proteguntur, habentes galeam fidei & ſalutis, ipſis eſt tutum inire certamen. Pugnant enim acerrime & fortiter vincunt, quia contra inviſibilem hoſtem die noctuque inſatigabiliter præliantur; & ſunt tecti in omnibus membris, fide potius armati quam ferro. Chromatius dixit: Fiat voluntas Dei & veſtra. Tunc S. Polycarpus Presbyter, & B. Sebaſtianus præcingentes ſe oravetunt: & poſt orationem amplius quam ducenta idolorum ſigna confringentes, cœperunt gratias agere Deo ſuo.

B

eorum ipſa confringit S. Polycarpus;

21 Poſt hæc acceſſerunt ad Chromatium dicentes ei: Confringentibus nobis idola tu debuiſti ſanitatem recipere, niſi forte aliqua tibi in animo ſigna infidelitatis derelinquuntur. Hoc enim apud nos certum gerimus, quod aut eſt aliquid, quod nondum eſt fractum; aut, ſi omnia fracta ſunt, quid in animo geras nobis evidentius manifeſta. Tunc ille: Habeo, inquit, cubiculum bolovitreum, in quo omnis diſciplina ſtellarum ac matheſis mechanica eſt arte conſtructa, in cujus fabrica pater meus Tarquinius amplius quam ducenta pondo auri dignoſcitur expendiſſe. Cui S. Sebaſtianus dixit: Si hoc tu integrum habere voluetis, te ipſum ſtrangis. Chromatius dixit: Quid enim? Matheſis aut ephemeris aliquo ſacrificiorum uſu coluntur, cum tantum eis menſium & annorum curſus certo numero per horarum ſpatia diſtinguuntur? & lunaris globi plenitudo vel diminutio, digiturum motu, rationis magiſterio, & calculi computatione prævidetur? S. Polycarpus Presbyter dixit: Illic ſigna Leonis & Capricorni & Sagittarii, & Scorpionis, & Tauri ſunt; illic in Ariete Luna, in Cancro hora, in Jove ſtella, in Mercurio tropica, in Venere Mars, & in omnibus iſtis monſtruoſis dæmonibus ars Deo inimica cognoſcitur. Iſta Chriſtiani ita recuſant, ut non ſolum ipſi non habeant, non colant, non credant, non teneant; verum etiam nec amicos illos habeant, qui hujuſcemodi nugis ſuum occupant pectus? Omnia enim iſta falſa deceptioniſque miniſtra ſunt: ſimilitudo in eis veritatis eſt, non ipſa veritas.

volens victoriam ad ipſos aſtrologi judiciaria facultas,

C

monet confringendum;

vaticinatur dei S. Polycarpus;

22 Dicit ei Chromatius: Quid? quod nonnumquam futura prænuntiant? S. Sebaſtianus dixit: Iſta omnia vaniſſima eſſe & falliſſima, Chriſto revelante, cognovimus, quæ tibi nunc manifeſtius apetiemus. Præcipe hodie ad te matheſis venire doctorem, cui dicas, illo tempore te aſperis caſibus laborâſſe, & inquiete per quas ſtellas hoc tibi evenerit mali. Reſponſa ejus erunt procul dubio talia, quod tempus tuum a maliriolo Marte ſuſceptum eſt, aut Saturnus *b* apocataſticus fuit, aut annus tuos ex diametro ſuſceptus eſt, aut *c* climaterica tibi in centro ſuo nata, aut *d* ſynderus fuit cum malo, aut inviſibilis, aut in ſchemate, aut immobilis circa te eatuit curſus in ſtellis. Hæc & his ſimilia cum dixerit, rationis tibi verifimile aſſignare nititur aliquid & probare. Age nunc, interroga ulterum mathematicum, cui ipſas horas ipſumque rempus in bonis tibi evenire caſibus dicas: illico videbis eum tibi rationabilia ſchemata infinita afferre, quibus approbet, quia in ipſis tibi temporibus evenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ea omni parte collectum, in quo diverſas & varias cauſſas accipit, ea quibus occaſionem capiat diceodi quod voluerit. Nam futura dum penitus prævidere non poſſunt, climactericas dicunt, id eſt, naturæ rei incerta profugia. Nam diverſis temporibus oati uno naufragio perierunt, & una hora diei vel noctis eaorti, alter ad mendicitarem deponitur, aſcendit alter ad regnum: & in uno prælio innumerabilis multitudo proſternitur, & uno die, imo uno puocto, in una domo, duæ feminæ, pudicilſima altera, altera efficitur impudica: utriuſque ſtellæ ſi meritom cootulerint, nec meretrix virtuperanda eſt, nec caſta laudanda. Certe legum latores & Principes ſacra ſua prævaricata puniunt, & ideo fotum, ideo judex, ideo jura, ut juſti laudentur recte, & injuſti merito puniantur. Et hoc nolo ut otioſum exiſtimes, quod te ipſum nondum ſalvatum attendis. Nam ſi ex integro a te inimici generis humani carte monias abiiceres, in temetipſo quod verum eſt didiciſſes.

D

& vanitatem ipſius artis.

E

23 Audiens hæc Chrumatius dixit: Verus ille Deus eſt, qui vos tales probatur habere cultores. Nam omnis ſermo veſter ita rationibus affluit, & ut pecudum ad rationem veram mentes inclinet. Unde etiam hoc ipſum quod ad ornatum domus viſus ſum eacepiſſe, ne impediat ſaluti mex ejus incolumitas, diſſipetur. Credo enim, & hæc fides mea eſt, quod his omnibus, quæ Chriſtianitatis lex abominatur & prohibet, ſi a me ex integro ſeparavero, & præſentem merear ſalutem conſequi & futuram.

Chromatii anxietas ut confirmetur;

24 Audiens hæc filius ejus Tiburtius dixit: Nulla patior ratione hoc opus pretioſum & præcipuum & incomparabile deiici. Sed oe paternæ ſaluti videar venire contrarius, deferantor duo elibani & accenſi ante januam cubiculi præparentur, ut dum deſtructum ab eis fuerit, & pater meus non receperit ſanitatem, ambo in ſingulis elibanis ardentibus demergantur. Audiens hæc pater ejus, prohibebat fieri. Sancti vero non ſolum non metuebant promiſſum caltium, verum etiam conſtanter præparari clibanos hortabantur.

filius ejus meretur minatur ut deinde parem ſenteat;

25 Tunc acceſſet unt ad univerſa idola cryſtallina & holovitrea, & omne opus illud mechanicum & ſubito dum Sanctorum manibus frangerentur, apparuit ante oculos Chromatii juvenis, cujus facies flammeo radiabat aſpectu, & dixit ei: Miſit me Dominus meus Jeſus Chriſtus, eot eredidiſti, ut omnium membrorum tuorum recipias ſanitatem. Ad hanc vocem ſaniſſimus redditus cœpit currere poſt juvenem, ut pedes ejus oſcularetur. At ille dixit ei: Vide ne contingas me, quia nondum baptiſmatis ſanctificario te a ſqualloribus abluit idolotum. Videns hæc Tiburtius filius ejus, advolvitur ad pedes S. Polycarpi. Ipſe autem Chromatius Præfectus aſtringebat plantas B. Sebaſtiani, & ambo una voce clamabant: Verus Deus eſt Chriſtus, verus & omnipotens unigenitus filius Dei, quem prædicatis boni miniſtri ejus.

dum id effringeret;

F

apparuit Angelus ſanatur Chromatius;

poſtea cum filio baptiſmum;

26 Tunc B. Sebaſtianus dixit Chromatio: Sicut ipſe noſti, principatum primæ cohortis ago, ſed utrum ſit militia hominis, neſcite olim decrevi, nec vellem. Ad hoc tantum ſub chlamyde latere volui, ut nutantiom animos inſtruerem, & dubitantes conſtantes efficerem, ne paſſionum doloribus cederent, quos fides ſccerat bellatores. Tu autem ampliſſimæ poreſtatis apicem gerens, non potes temetipſum nec a ſpectaculs tollere, neque judicandis negotiis abſentare. Simulans igitur ægritudinem, tibi ipſi poſtula ſucceſſorem, ut poſſis

S. Sebaſtianus fallacem aſtrologorum ejiandit;

b Marte
c aut
d

fundente S. Sebaſtiano poſtis Urbis præfectura liberari:

A poſſis liber ab occupationibus mundi, futuræ vitæ rudimenta ſuſcipere, ut ſecunda nativitate iterum natus æternis efficiaris parentibus proles. Eodem itaque die mittit ad amicos ſuos in palatio poſitos, per quos teſtimonialia ſcripta ſuſcipiens, tirocinium divinæ militiæ, antequam baptizaretur, accepit.

27 Quid memorem, quam pleniſſimæ fidei fuerit, quamque acris ingenii contra infidelium aſſerta conſtiterit? Sequens lectio manifeſtat. Nam in initio qualiter ſit ſacroſancti fontis unda perfuſus, meritis ejus fides evidenter enituit. Interrogatus ſi crederet, dixit: Credo. Iterum interrogatus, utrum abrenuntiaret omnibus idolis, reſpondit: Abrenuntio. Proſecuta eſt interrogatio Sacerdotis, utrum renuntiaret omnibus peccatis. At ille ait: Iſta prius debuiſti inquirere, antequam has aulas Regis cœlorum intrarem. Nunc autem reinduam me non baptizatus, ut omnibus prius, quibus ſum iratus, indulgeam, omnibus debitoribus meis chirographa reſtituam, ſi cui aliquid violenter abſtuli, integrum reddi præcipiam. Duæ mihi poſt uxoris obitum concubinæ ſunt, & iſtis dotem & maritos tradam, ab omni nexo ſervili, ingenuo, privato, vel publico actuum meorum nodos exſolvam. Et ita demum promittam renuntiaturum me omnibus peccatis diabolicis, & voluptatibus mundi. Dicit ei Polycarpus Presbyter: Beatiorem te cœleſtis unda perfundet, cum ea, quæ arbitrio tuo dicis te eſſe facturum, tota feſtinatione compleveris: nam & Quadrageſimæ tempus ideo baptizandis injungitur, ut tot diebus ipſi diſcant renuntiaturos ſe eſſe omnibus artibus inimici, & mundi cõmerciis, ſi qui veriſſime effici volunt Chriſtiani.

generoſo animo, ante baptiſmum, peccatis renuntiat, ablato veſtitu,

concubinas dotat et ſalutat,

B

S. Polycarpus Tiburtium baptizat,

28 Tunc Tiburtius juvenis ſapientiſſimus dixit: Pater, ſi tibi pro renuntiandis negotiis tempus flagitas, ego qui adhuc ſuſcepturus eram negotia fori, ſoli ſuſceptionis voluntati renuntio: & qui futurus eram advocatus ad agendas cauſſas mortalium, ſuſcipiam Chriſtianitatem, ad agendas actiones Angelicas, cum unus eſſe cœpero ea eorum numero, qui æternam vitam accipiunt, & efficiunt cauſſidici ſanctitatis. Tunc amplexatus eſt eum B. Sebaſtianus: quem cum baptizaſſet S. Polycarpus, ipſe pater ſuſceptionis ejus eſt factus.

ſuſcipiunt eum S. Sebaſtiano.

Chromatium baptizatur cum 1400. ſervis,

29 Igitur dum pauci admodum tranſacti fuiſſent dies omnibus rite abrenuntiatis a Chromatio mundi negotiis, ſuſcepit Chromatius ſacri baptiſmatis novitatem: & cum eodem ex familia ejus promiſcui ſexus mille quadringentæ animæ, quos omnes prius manumiſſionis gratia a ſervitutis nodo exſolvit, & donis optimis inſtruxit, dicens hoc: Illi qui Deum incipiunt habere patrem, ſervi hominis non debent eſſe.

quos omnes manumittit.

C

30 Erat autem Papa Urbis Romæ nomine Cajus, vir magnæ prudentiæ magnæque virtutis, imperantibus *f* Carino, Diocletiano & Maximiano. Sed Diocletianus in Urbe erat cum Maximiano: Carinus autem erat cum omni exercitu in partibus Galliarum poſitus: & ejus inſtitutu lenta perſecutio Diocletiani circa Chriſtianos eſſe cœperat, quia Carinus habebat aliquos amicos, quos hujus tituli profeſſio decorabat.

e

f Perſecutio mitior Carino Chriſtianis favente,

g

31 Igitur occiſo Carino in civitate Maguntiaco, *g* Maximiano & Aquilino Conſulibus, facta eſt perſecutio talis, ut nullus emeret vel venundaret aliquid: niſi qui *h* ſtatunculis poſitis in eo loco, ubi emendi gratia veniunt fuiſſet, thuris exhibuiſſet incenſum. Circa inſulas, circa vicos, circa nymphæa quoque erant poſiti compulſores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipſam facultatem tribuerent, niſi qui idolis deliba ſſent.

h ara ibi, ex nucleo.

Chromatius Chriſtianos alit,

32 Tunc S. Cai Epiſcopi conſilio habito, Chromatius illuſtris vir omnes Chriſtianos in domo ſua ſuſcepit, & univerſos ita fovebat, ut nullus omnino ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verum quia tanta vis perſecutionis exiterat, ut opimio ipſa Chriſtianitatis ejus celari non poſſet, meruit ex *i* ſacro reſcripto Chromatius, ut medendi gratia in Campano littore moraretur, in quo erat

i

lati ceſpitis dominus, tribuitque copiam omni Chriſtiano ire volenti cum eodem ad perſecutoris rabiem declinandam.

AUCT. l. a. D

33 Tunc orta eſt contentio inter S. Polycarpum & B. Sebaſtianum, quis horum duorum in urbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tantum populum ſuſceperat Chriſtianum. Quibus altercantibus venerabilis Papa Cajus dixit: Dum ambo paſſionis coronam quæritis, acquiſitum Domino populum deſolatis. Unde mihi videtur, ut tu, frater Polycarpe, quia & ſacerdotii rectum tramitem tenes, & ſcientia Dei repletus es, pergas ſimul ad confortandas credentium mentes & animos dubios ædificandos. At ille his auditis quievit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit.

præfectura jaloius non ferebat eſſe moſtis. S. Polycarpo, ut cum comitetur mandat S. Cajus Papa.

34 Venit itaque dies Dominica, in qua Cajus Epiſcopus agens quæ Dei ſunt, intra domum Chromatii, hac omnes alloquitur voce: Dominus noſter Jeſus Chriſtus præſcius fragilitatis humanæ, duos in ſe credentibus conſtituit gradus, confeſſionis ſcilicet & martyrii, ut bi, qui martyrii pondus ſe poſſe perferre deſperant, confeſſionis gratiam tenent, & dantes latus bellantibus, Chriſti militum, qui pro ejus ſunt nomine pugnaturi, ſollicitudinem gerant. Pergant itaque qui volunt una cum filiis noſtris Chromatio & Tiburtio: & mecum in hac urbe qui voluerint maneant. Non enim nos terrarum ſpatia E dividunt, quos Chriſti caritas nectit, nec abſentiam veſtram ſentiunt oculi noſtri, quia de interioris hominis vos intuemur aſpectu. Hæc & his ſimilia dicente Papa Cajo, exclamavit *k* Tiburtius vir clariſſimus dicens: Obſecro te, Pater & Epiſcoporum Epiſcope, ne me patiaris terga perſequentibus dare. Mihi enim valde jucundum eſt & optabile, ſi poſſem millies pro vero Deo occidi, tantum ut illius vitæ dignitatem inveniam, quam nullus mihi ſucceſſor eripiat, cui nulla tempora finem impo nant. Tunc S. Cajus congaudens fidei ejus lacrymas effundebat, orans ut omnes qui remanſerant certamine victores exiſterent, triumphum martyrii capientes.

illi idem permittit.

S. Tiburtius in Urbe manet ſpe martyrii,

a *Kolobnus eſt in condylis ſive articulis digitorum, tuber vel inflammatio, ut alibi dictum.*

b *Tempus, quo planeta in eandem partem ſigniferi per octidem numeros redeunt, per quos curſus ſui principium capessunt, ἀποκατάστασιν vocari, alibi ex Columella indicavimus.*

c *Plura de climacterum & horoſcoporum vana obſervatione notavimus ad Acta S. Sebaſtiani cap. 6. Not. f.*

d *Monuimus ibidem Not. g. fortaſſis ſyadeſimus legendum, id eſt ſomniculoſe.*

e *De S. Cajo Papa egimus ſupra 18. Febr. ad SS. Claudii & Maximi Acta, & 19. Febr. ad S. Gabini feſtivitatem: colitur ipſe Cajus 22. Apr.*

f *Carinus ſub finem an. 282. Cæſar creatus, an. 284. Diocletiani 3. ab eo victus & interfectus eſt, apud Margum, ſeu Margum in Moeſia, ut habent plerique, licet hic Magnentiaci in Germania 1. occiſus dicatur.* F

g *Imo M. Junio Maximo II. & Vettio Aquilino, ut habent tabulæ conſulares: niſi forte Maximo Maximianus Herculeus ſit ſubrogatus, qui anno ſequenti 287. ſecundum Conſul ponitur, cum nulla fiat mentio primi conſulatus.*

h *De hoc vocis dictum ad n. 18. Actorum S. Sebaſtiani Notat. f. deque inſulis & nymphæis.*

i *Ex illi gratia facto reſcripto Anguſtorum, ut invenda ſanitatis ſenſu ſecedere in Campaniam ei liceret. Quod ita interpretamur quidem, ut eo relegatum putaret.*

k *Colitur S. Tiburtius 11. Auguſti.*

§. IV. *S. Polycarpi corpus in Gallia: alibi reliquia aliqua.*

35 *Quo loco, quove lethi genere, Vitam* S. Polycarpus *finierit, nuſquam traditur. Ex iis qui illum ac* Chromatium *in Campaniam comitati ſunt*, Ariſton, Creſcentianus, Eutychianus, Urbanus, Vitalis, Juſtus, *Sveſſa Aurunca, quæ nunc vulgo* Seſſa *Italis eſt, martyrio coronati ſunt, ut* 11. *Julii dicemus. An* S. Polycarpus *antea ibidem deceſſerit, an poſt eorum eadem redierit Romam, & quamdiu illic ſuperſtes vixerit, non auguramur. Sicca morte defunctum indicant cuncta Martyrologia, dum* Confeſſorem

S. Polycarpus plebitur.

AUCT. l. B.

appellant. Martyrem *facere videtur Conſtantinus Chinius, ita ſcribens*: Tandem & ipſe Martyribus aſſociatur, palmam promeruit, 7. Kal. Febr.

A

36 *Corpus poſt an.* 840. *in Galliam tranſlatum ad monaſterium Altumvillare, ſive Altvillare, quod S. Nivardus Epiſcopus Remenſis annis ferme ducentis prius, ad Matronam amnem in finibus diœceſis Remenſis, ædificarat, ut in ejus Vita* 1. *Sept. narratur, iaque S. Bercharii primi illius Abbatis ac Martyris* 18. *Oct. & in hiſt. Remenſi Flodoardi l.* 2. *c.* 7. *&* 10. *Ac c.* 8. *poſtquam de reliquiis egit* S. Helenæ *a Theotgiſo monacho Roma eo allatis, de corpore* S. Polycarpi *iſta ſubnectit*: Denique ut perlata eſt ad præfatum Altvillarenſe monaſterium ſacratiſſima gleba, quibuſdam dubitantibus an ipſa foret Helena Conſtantini Auguſti genitrix, vitaliſque ligni repertrix; id probabili Chriſtus aſſeverare dignatus eſt aquæ judicio, triduano ſupplicatus jejunio. Mittuntur etiam tres fratres ex eodem monaſterio Romam, ad indagandam tranſlationis hujus beatæ Reginæ certitudinem. Qui redeuntes & veritatis hujus indaginem, & geminatum gaudium, corpos videlicet B. Polycarpi Presbyteri, collegæ S. Sebaſtiani, huic attulere cœnobio.

Altvillare le Gallicum,

qui antea S. Helenæ dicg.

corpus translatū,

37 *Accuratius id narrat, Theotgiſi ſappar Almannus ibidem & ipſe monachus, qui Vitam, Tranſlationem ac miracula S. Helenæ conſcripſit*: Et ne, *inquit*, præfata examinatio minor eſſet, quam ut poſſet populo latisfacere; ex edicto & conſenſu totius Remenſis Eccleſiæ, & Vicedomini, nomine Parduli, auctoritate, qui fuit poſtea Laodunenſis Epiſcopus (nam ſine benedictione Epiſcopali Remenſis civitas tum temporis erat) necnon ex conſenſu prædictæ congregationis, mittuntur ad Urbem de eodem Altvillari monaſterio, quod pollebat reliquiis pretioſi corporis, duo Fratres monaſtica religione probati, & ſacerdotali munere conſpicui, & tertius tantum monachus, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum: qui hæc omnia, in quibus dubitatio fuerat de B. Helena, cum ſecreto tum diligenter inquirerent, & ſibi quantocyus nuntiarent. Poſt non multos igitur dies, prædicti Fratres redeuntes ab Urbe, non ſolum veritatis indaginem, ſed etiam geminatum gaudium retuleerunt. Artulerunt enim ſacrum corpus B. Polycarpi, qui in collegio B. Sebaſtiani, prædicatione, baptiſmate & exemplo, multis fuit ducatui ad fidem rectam, ac per hoc pariter ad vitam æternam.

B

Vocatur Sedo Remenſi,

a 3. monachis alia miſſa Roma miſſis,

38 *Hæc, iaquam, hiſteris tradidit Almannus, de quo Sigebertus Gemblacenſis l. de Scriptor. ib. Eccleſ. cap.* 98. *ita ſcribit*: Almannus monachius Altvillarenſis ſcripſit Vitam S. Nivardi Archiep. Remenſis, Vitam Sindulphi, Vitam Helenæ Reginæ, & Tranſlationem ejus a Roma ad cœnobium Altvillarenſe: & quia ſuo tempore Francia a Normannis vaſtabatur *&c. Vitam eam ac Tranſlationem dubium* 18. *Auguſti, quo* S. Helena *colitur*: S. Sindulphi 20. *Octobris. Populationis illius Normannicæ memoriis idem ſub finem miraculorum S. Helenæ, & Altvillaris ſupellectilem omnem direptam, combuſtaque ædificia memorat, corpora tamen ſanctorum & reliquias ſervatas. Hinc ergo perſpicere eſt, vixiſſe Almannum ſub finem noni ſeculi, eumque ſub initium decimi Normannica illa tempeſtas conquieviſſe.*

C

ut ſcripſit Almannus hiſtoria monachus

39 *Tempus Tranſlationis ipſe indicat, dum ait* Theotgiſum, *ſive* Teatgiſum, *aut* Tetgiſum, (*ut in diverſis exemplaribus nuncupatur*) *an.* 840. *Romam profectum ſolvendi voti cauſſa, inde ſacrum illud pignus aſportaſſe. Sigebertus Gemblacenſis in Chronica ad annum* 849. *ita ſcribit*: S. Helena Imperatrix a filio ſuo Conſtantino Magno, primo hujus nominis Imperatore, Romæ in eccleſia SS. Marcellini & Petri Martyrum, in mauſoleo purpureo ſepulta, ad Franciam a Theogiſo monacho trnsfertur, & in diœceſi Remenſi, magna Francorum veneratione exceditur, recondita in cœnobio S. Petri, quod Altumvillare dicitur. *Sed, ſive iſta Sigebertus ſcripſit, uti ipſius verbis recitat Bellovacenſis l.* 24. *c.* 36. *omiſſis ultimis illis,* recondita *&c. qua & ab optima nota codice Lobienſi aberant) ſeu quis ea (ut cenſebat Autbertus Miraus) ad Sigebertum adjecit; manifeſtum eſt eo anno non contigiſſe. Nam ante eum annum &* Hincmarus *Remenſis Archiepiſcopus fuit, &* Pardulus *Laudunenſis Epiſcopus: interfuit enim utrique anno* 848. *Concilio apud Cariſiacum, in quo Gotheſcalcus damnatus. At cum reliquiæ allata, ut jam ex Almanno dictum, & civitas Remenſis ſine benedictione Epiſcopali, & Pardulus adhuc ejus* Vicedominus *erat, ſive, ut in hiſtoria Miraculorum dicitur*, Remorum Prætor.

D

non tunc vocabat Tedas Remenſis

40 *Queri tamen poteſt, an ſtatim poſtea miſſi fuerint Romam tres alii monachi, an aliquot poſt annis, ob ea quæ ibidem ſubnectuntur*: Carolus autem Imperator, *inquit Almannus*, cum famam audiſſet, quod in Altumvillare S. Helena deportata diceretur, nullo modo credere voluit. Unde convocans Epiſcopum ipſius civitatis, cum Abbatibus & viris religioſis, in ipſo monaſterio voluit judicium publicum fieri, utrum monachi verum dicerent, an falſa proferrent. Judicaverunt itaque non aliter credendum, niſi monachum iſdem, quem ad nos aſportaverat, manifeſtum indicium feciſſet, & in calidam aquam toto corpore nudatus intraret. Sed, ut Deus rei veritatem manifeſtius panderet, ita hunc inter fervidas aquas conſervavit illæſum, ſicut & ab ipſo mendacio, quod dicebatur, noverat incorruptum. *Hoc nimirum eſt illud* aquæ judicium, *cujus Flodoardus meminit.*

veritas aquæ fervoris judicio probata,

E

41 *Qui hic nominatur* Carolus Imperator, Calvus *eſt, Ludovici Pii filius, qui tunc Rex erat Occidentalium Francorum, atque anno demum* 875. *poſt Ludovici* II. *obitum Imperator eſt factus. Sed quis ille eſt, & cujus* civitatis Epiſcopus, *qui ab eo* convocatus *dicitur? Si Remenſis, ergo id non niſi an.* 845. *aut ſub finem præcedentis contigit, quando electus eſt Hincmarus. Forſan Laudunenſis* Simeon *fuit, aut alias Metropoli Remenſi ſubjectus, qui poſt* Ebbonem *expulſum ſacra tamiſſper illic adminiſtrarit. Certe non ad an. aliquot eam dilatam eſſe controverſiam videtur ex Flodoardi verbis colligi*: Ut perlata eſt, *inquit*, ad præfatum Altvillarenſe monaſterium ſacratiſſima gleba, *quæ indicare videntur, non multo poſt eam tranſlationem illud judicium contigiſſe. Profectus eſt Romam Theotgiſus, ut diximus, anno* 840. *rediitque cum Remenſis Eccleſia Antiſtite vacaret: non eodem igitur anno, necimilo ſequentis. Nam* Ebbo 14. *Julii anno* 840. *a Lothario in ſuam Sedem reſtitutus, cum tenuis anno fere integro: donec audiens Carolum Calvum, antea a Lothario fratre pulſum, reſumptis viribus in Belgicam adventare, iterum ad Lotharium fugit anno* 841. *ſicque Epiſcopo deſtituta eſt Eccleſia Remenſis, donec anno* 844. *aut ſequenti, ad eam regendam admotus eſt Hincmarus, qui uſque ad annum* 882. *ei præfuit.*

eorum Caroli Calvi Regis,

non ſatis anni 841. cum Epiſcopus eſſe Ebbo

F

42 *Jam ſi* 7. *Februarii allata ſunt ecclefiæ illa exuvia Altvillare, ut in quamplurimis Martyrologiis ac vetuſtis Kalendariis annotatum; perſpicuum eſt, non niſi anno* 842. *id contingere potuiſſe, cum aliquo menſe Februario anni* 741. *non careret Remenſis Eccleſia Paſtore. Eodem ipſo anno illa aqua ferventis probatio ad veritatem firmandam adhibita: ac miſſi poſtea Romam tres alii monachi, qui inde corpus S. Polycarpi attulerunt paucis poſt menſibus: id enim arbitror ſignificare iſta Almanni verba*, poſt non multos dies. *Andreas Sanſajus in Martyrol. Gallicano ad* 24. *Februarii iſta habet*: Eodem die, in territorio Remenſi, Altumvillari monaſterio, Tranſlatio corporis B. Polycarpi Presbyteri, qui S. Sebaſtianum in multorum ad Chriſti fidem converſione, Romæ magna pietatis inſtantia adjuvit: plurimoſque, divini officii ſalutari perfunctione, ad martyrii pugnam & palmam perdoxit: quibus meritis Deo factus acceptiſſimus, ad æternam aſſumptus eſt beatitudinem. *Si eo die contigit illa Tranſlatio, ad annum* 843. *eſt reiicienda. Memini hujus quoque*

ſed poſt mortem Ebbonis 7 Febr. 842. factæ

ſuo anno 840. facta tranſlatio S. Helenæ

ſuo anno 842. facta S. Polycarpi 24. Febr.

Tranſ-

A *Translationis Petrus Halloix noſter to. 1. de Vitis illuſtrium Scriptorum Orientis in Notationib. ad Præfationem Vitæ S. Polycarpi Epiſc. Smyrnenſis & Martyris.*

Aliquæ ejus reliquiæ Bononiæ. 43 *Octavius Pancirolus in Theſauris abſconditis alma Urbis, cum accuratiſſimum indicem habeat Reliquiarum, quæ in variis ejuſdem Urbis Eccleſiis aſſervantur, S. Polycarpi Presbyteri omnino non meminit. Bononia in eccleſia S. Jacobi majoris aliquas extare hujus S. Polycarpi Presbyteri reliquias teſtatur Antonius Maſinus in libro qui inſcribitur Bononia perluſtrata.* AUCT. I. B. D

DE S. CLEMENTE MARTYRE. G. H.

XXIII. FE. *Plures Clementis nomine celebres Sancti memorantur: ab omnibus hic diverſus videtur, cujus 23. Febr. in Græcorum Menæis ita confignata memoria:*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος μάρτυς Κλήμης ξίφει τελειοῦται.
Κλήμης τὸ κλῆμα τῶν τοιούτων ἀμπέλων,
Καινὸν ὁ γλυκὺς αἷμα τμηθεὶς ἐκχέει.

Eodem die ſanctus martyr Clemens gladio percuſſus obit.
Clemens palmes rationalis vitis,
Novum dat muſtum dum ſanguinem percuſſus effundit.

Maximus Cyſheroat de eodem agit, ſed quem Martyrem facit, in pace *mit ebiſſe. Grace or ispivy, ubi ξίφει gladio legendum eſt. Locus non additur. In Græcia aut Oriental quapiam provincia coronatum arbitramur. Refertur Clemens quidam in mſſ. Martyrologiis S. Hieronymi & Richenovienſi ad 21. Nov. ſed* Romæ *paſſus: cui additur in Romano Martyrologio* Celſus; *dicitarque ita Notis agere de his prædicta antiqua Mſſ. monaſterii S. Cyriaci in Urbe. Verum in noſtro apographo Roma accepto ea omnia deſunt.*

DE S. ROMANA

VIRG. ROMANA, TUDERTI IN UMBRIA,

B E

Commentarius hiſtoricus. I. B.

§. *I. S. Romanæ ortus, converſio, vita ſolitaria, ætas, publica veneratio.*

CIRCA AN. CCC. XXIV. XXIII. FE. 1 TUder *urbi eſt Umbriæ antiquæ, in colle ſita, haud longe a Tiberi amne,* Tuderium *etiam, proſertim a medio ætatis ſcripturibat, appellata, Italis nunc Todi. Hic* S. Romana *Virgo, orta animiſque vere Romana, non ſolo nomine, 7. Kal. Martii colitur, ita Romano Martyrologio a Cardinali Baronio inſcripta:* Toderti S. Romanæ Virginis, quæ a S. Silveſtro Papa baptizata, in antris & ſpeluncis cœleſtem vitam duxit, & miraculorum gloria claruit. *Ejus res geſtas deſcripſerant Joannes Baptiſta Poſſevinus in Vitis Sanctorum Tudertinum anno 1597. editis, Philippus Ferrarius in Catal. St. Italiæ, Ludovicus Jacobillus in Vitis St. Umbriæ, Franciſcus Laberius noſter in Menologio Virginum. Memiait quoque illius Baronius to. 3. Annal. ad an. 335. ubi de S. Silveſtri Papæ obitu agit:* De eodem etiam Silveſtro, *inquit,* non prætermittimus, ejus plantationem fuiſſe nobiliſſimam Virginem, Romanam nomine.

S. Romanæ Toderti colitur 23. Febr.

C a *Ea, ut idem ait Baronius, ceteriquæ, filia fuit* Calpurnii Præfecti Urbis. *Cujus* Calpurnii, *ſive, ut alia exemplaria habent,* Calphurnii, *aut* Calfurnii, *mentio fit in Concil. a. Romano ſub Silveſtro, habito* Criſpo Cæſare 3. & Conſtantino Cæſare 3. *Coſſ. anno 324. ubi ſub finem c. 1. ita habetur:* Erat enim ibi & Calphurnios, qui primo gentilis & poſtea Chriſtianus, Prælectos Urbis. *Exiſtimant Jacobillus & Labicrini,* S. Firminam *Virg. & Martyrem, qua Ameriæ 24. Novembr. colitur, hujus* Romanæ *ſororem fuiſſe:* Calpurnii *certe Urbis Præfecti filia fuit. Ita Antonius Maria Gratianus a Burgo ſancti Sepulchri, Epiſcopus Amerinus, in ejus Vita ſcribit:* Firmina Virgo Romana, clara Piſonum geote prognata, cujus pater Calphurnius præfecturæ Urbis honore fulgebat, Agoliani octavo ab Ameria lapide, procul ſuorum ſplendore atque amplitudine, vitam in ſolitudine, humili ac tenui cultu victuque, agebat. *Ea tamen annis aliquot primi quam* Romana *aſceretur, coronam erat adepta martyrii, ſævientibus in Chriſtianos Diocletiano ac Maximiano, eam Romana annos ſolum nata decem eſſet, quo tempore in Soracte latebat S. Silveſter Papa, anno primum 314. ad pontificatum evectus, qui quando latebras illas petierit ad ejus Vitam 31. Decembris quæremus. Neque illud hic diſſimulandum inter eos qui Præfecturam Urbis adminiſtrarant a conſulatu Valeriani 11. & Gallieni, ad Conſtantii Aug. 6. & Conſtantii Galli 11. ſive ab anno 254. ad 354. nullum* Calpurnium, *ſed* Calfurnium *reperiri, ut patet in libello de Præfectis Urbi ad Ægidio Bucherio noſtro c. 13. Commentarii in Canonem Paſchalem Victorii edito. Sed majorem apud nos fidem obtinet Concilium Romanum citatum, quam iſte libellus: in quo cum ſæpe uno anno Præfecti Urbi duo, tres & nonnumquam quinque annotentur; ſuſpicari licet, omiſſum, & pluribus forſan annis,* Calpurnii *nomen: ali & Chromatii Agreſtii, de quo paullo ante egimus ex Actis S. Sebaſtiani, omiſſum.*

Ea ſilia Calpurnii P. Pr.

forte ſoror S. Firminæ P. M.

3 *Illo ergo progenita patre* Romana, *cum a Chriſtianis ſit (quorum ideo uberior tunc erat Roma copia, quod tam lucrulentas paullo ante ſparſus erat Martyrum cruor, facundiſſimum fidei ſemen) ipſa quoque fidei ejuſdem myſteriis a pueritia fere inſtituta clam pareatibus eſt: illuque admonita, quibus Deus pretioſam virginitatis theſaurum eſſet elargitus, admis eos oportere, ut non ſolum corporis integritatem, ſed totam ei animum dedicent, ejuſque amore vel pauperibus facultates ſuas largiantur, vel cæ, domumque & parentes relinquant. Deo igitur ceu ſponſo corpus animumque conſecrat, eum annum ætatis decimum attigiſſet. At pater tradere eam primario adoleſcenti conjugem ſtatuerat, eoque citius quod abhorrere eam adhuc a nuptiis ſenſiſſet, metuereique ne Chriſtiani cujuſpiam hortatu aliorſum flecteretur: minas etiam intentarat, ni ſibi hac in re pareret. Quare illa, qua pater, quam verſata agitaret conſilia, adſponſum ſuum* Jeſum *cum lacrymis recurrit. Miſſa ab hoc cœlitus candidiſſima columba (Angelum interpretatur Laberius, Poſſevinus Spiritum ſanctum) has protulit voces: Melior eſt vita juſtorum, quam Principum. Tum vero pareates ac patriam relinquere ſtatuit, & in longiquam aliquem remotamque a turbis locum ſecedere, ubi conſortio Chriſtianorum, quos adhuc procella aliqua turbabat, ac publico arcebat, vacare Deo, atque adeo acerba quæque, ſi ſuccidereat, tolerare poſſet.*

Etiam fidem dicta,

Cum nuptiis deſtinaretur,

cœleſtis columba vox animantium, Jugere ſuaſit;

4 *Abſiderat ſe eo tempore S. Silveſter Pontifex in quadam montis Soractis latibulo, cum nonnullis e Clero, ut tempeſtatem declinaret, qua concitanda adverſus Eccleſiam videbatur. Ibi pietatem ſingulari ſtudio colens, rem Chriſtianam, quo pacto erat, modo, gubernabat. Id quoque* Romana *inaudierat. Eo igitur iter intendit, plebeio aut agreſti, at credibile eſt, habitu, ejuſmodi certe, qui minimam oculos adverteret hominum. Comite negat mortali uſam.*

AUCT. I. E.

duſſores tamen adfuiſſe Angelos, et ſi fortaſſis minime aſpectabili ſpecie, nemo ire inficias poteſt. Ad montem at pervenit, Pontificem inveſtigando per ſeſe, & ex obvius ſciſcitando, tandem adſpelunca, ubi it Istebat, deveait. Ingreditur intrepide, in terramque proſtrata, aliarum primum Sacerdotum, dein & ipſius Silveſtri pedes exoſculatur. Hic Angelicam quamdam in Virgine ſpeciem admiratus, (nam decor animi, dignitatem quandam eximiam corpori adjiciebat) interrogat quo ſit & unde, cujuſve rei gratia eo venerit, aut quo tendat. Romana vocor, inquit illa, Caſſurais Prafelli Urbis filia: Jeſu Chr. amore omnia dimiſi, parata mortem etiam oppetere, ut eo frui in cœlis merear. Ad te autem, Sancte Pater, hac veni, ut me Baptiſmi lavacro ab omnis vitiorum maculis emundes, & conſecres Deo. Id ubi ero conſecuta, metu omni abjecto, libens moriar, ut ad æternam demigrem vitam. Pontifex immenſa quadam perfuſus Spiritus conſolatione, dum illos in tenella Virgine animos cerneret, alios Deo gratis, eam baptiſmo tingit, ac dum ita affatur. Ego te, filia, hodie hoſtiam vivam, & acceptam Deo, conſecro, ut Creatori tuo animam puram & immaculatam reddas: ac Divinam majeſtatem precor, ut omnes ejus gratia perſe'li evadamus, & viriliter pro ejus honore decertea.at. In tempe ia Evangelio, illis qui hic ſui amore parentes relequerint, aut mortem adierint, vitam immortalem ac beatam in cœlis polliceturIllap lum obſeerare Deam, ut ſibi martyrii palmam largiretur: Pontificem quoq; & ceteros adſtantes rogare, Deum ipſi in ſacrificiis ſuis aliiſque precationibus propitiarent, ut robur ipſi gratia cæleſtis largiretur, quo nec mortalem quemquam metueret, & tormenta quavis ſuperaret.

B

1 Cum ei rurſus Pontifex bene precanti eſſet, illa Tuder verſus viam capeſſit, ubi multos degere Chriſtianos didicerat, ut locum quempiam in illius civitatis agro avium inhabitaret, quod divino inſtinctu in mente ejus inſederat. Locum ergo devenit quinque millibus paſſuum ab ea urbe diſtantem, ad ipſam fere Tiberis ripam. Ibi ſpecat quaſdam videt, ſive antra, ſubter montes excavata, quo et animum ingredientes horrore quodam pertellunt, & S. Romanæ ſpecus appellantur. Illic ſubſitit Virgo ſanctiſſima ad menſes compluret, precatione, rerumque Divinarum contemplatione, ac vigiliis aliiſque afflictationum modis ſeſe Deo acceptabile ſacrificium immolaas, herbis ſilveſtribus in propinquo ſeliis vi.tant, atque aqua potu.

6 Nec diu potuit ita abſcondita lucerna non in oculos incurrere mortalium. Diffuſi odor ſanctitatis ejus per civitatem Tudertinam, ac vicos. Convenere ad eam Chriſtiani complures, Deoque grates cecinere, qui in infirmo ſexu, tamque tenera ætate, tantam illi virtutem tribuiſſet. Sacerdotes ex iis duo, Dei nutu, ut & ſanctæ illius obitus teſtes eſſent, C & ſepulturam ei honeſtam curarent, cum ipſa diebus aliquot in ſpecubus illis ſubſtiterunt, ſimul pſalmos ac hymnos Deo preceſque alias offerentes. Cum ſimul poſitis hami genibus Deo ſupplicarent, ecce cœlo advolans columba, ſupra Romanæ caput adſtitit, atque iſtas protulit voces: Via Juſtorum recta. Sanctorum ſemita, quæ ad cœlum perveniant, para. Domine, omnes qui ad te confugiunt, non confundentur in æternum. Senſit Romana, ſeſe a ſponſo ſuo ad cœlum invitari, cui paullo poſt coram iiſdem Sacerdotibus, intenta adhuc precationi, pariſſimam animam reddidit, annos decem ac menſes ſex nata, die 23. Febr. Conſtantino Magno Romani imperii habenat moderante.

7 Caſſaraius ubique locorum perquiri filiam juſſerat: ac demum iatellexit, in ſpecam quamdam circa Tuder receſſiſſe, multoſque magno ſenſu pietatis ad eam convenire. Eo & ipſe cum conjuge atque aliis comitibus properat. Sed ut illuc venit, jam exſpiraraat: necdum tamen corpus eras immutatum, quod parens uterque effuſis lacrymis rigarunt, immodicis lamentis filiam lagentes. Tum Sacerdotum illorum unus, Cohibete nunc fletus, inquit. Filia veſtra ex hac lacrymarum pelago ad portum ateraa latitia pervenit: jamque fruitur ſponſi ſui Jeſu deliciis in cœlo. Potius eam orate, ut ab illo lumen vobis, quod ipſi illuxit, impetret, veſtrique apud Deum patrocinium ſuſcipiat, ut ad eamdem vos aliquando beatitatem interminabilem pertingatis. Audita ipſo momento vox hac e cœlis: Juſtus eſt Domaus. D

8 Sepalcum eſt illic a parentibus, eorumque famulitio, ac biais illit Sacerdotibus, magna religione ac honorificentia corpus virgineum. Permanſere deinceps longo tempore in eadem ſpecu Sacerdotes itidem, aramque erexerunt, ut ſacrificiam ia ea immolarent, & alias religioſas funtiones obirem: occultiſſimum tamen habuere, quo loco ſacram eam theſauram defoditſeat. Aſcbat tuac animam in eadem Tudertiam regione quidam, 18. jam annis lepra conflictatus. Is audita Romanæ ſanctiſſima vita ac obitu, ad Sacerdotes illos mittit, at pro ſua incolumitate Sanctam precentur. Quod ubi egere, illi reſtituta illico ſanitas eſt, vitaque ad ſeptem annos producta. Obſtupuere enm leproſi ipſius parentes, tum præcipue, qui adhuc aderat, Romana. Hos monuit alter Sacerdos, ſumme id filia in votis fuiſſe, & eſſe etiamaam, ut ipſi quoque baptiſmum ſuſcipiont, palmaque ſe Chriſtianos profiteamur, omni repudiato ſuperſtitione, ac meta ſepoſito. Adeant proinde Silveſtrum Pontificem, tuac quidem in Soracte Itentem, ſed brevi proditurum in lucem, & pacem Eccleſiæ aſſeturum. Ab eo ſanctis præceptionibus inſtitutos, baptiſmo ſuſcepto ab omni criminum ſorde ablutam iri. Parmi filia voti, piique Sacerdotis monitis, Calfurnias cum uxore & comitibus: ipſoque dacente Sacerdote Silveſtram adierant, a quo myſteriis noſtra religionis rite inſtituti, ac timli baptimo ſunt: uti & ipſe non multo poſt Conſtantiaus Auguſtus. Reverſus ad ſpecum S. Romana Sacerdos, cum ſocrodiu in religioſis actibus perſeveravit. Concurrebam eodem Chriſtiani perquam frequentes, ac multa illic fiebant miracula. E

9 Hec fere Jacobillus ac Poſſevinus. Uſus hic antiquiſſimis codicibus manu exaratis, quos Tuderti ad aſſervari: unde etiam Baronius in Notat. ad Martyrol. ejus Acta ſe accepiſſe teſtatur. Monet Poſſeviaus in vemilo mſ. Tudertino dicit eam Placidiam conjugem filium faiſſe. Quo tempore deceſſerit, haud ita facile nunc poſſimus definire, donec ſuo loco diſquiſierimus, quando in Soracte S. Silveſter latuerit: ſi, quod quidam volunt anno 323. dicendum erit cum Baronio, eam anno 324. Romam revocatum, eodemque S. Romanam obiiſſe. Quare in citato Romano concilio, cui ſubſcripſerunt, 3. Kal. Junii, Domno Conſtantino Aug. 3. & Priſco Cof. (vel potius, at habent tabulæ conſulares, Criſpo & Conſtantino III. Coſſ.) in eo, inquam, concilio adfuiſſe dicitur Calpurnius, qui primo gentilis & poſtea Chriſtianus Præfectus Urbis; recens nim eam ad fidem ipſe converſat. Haud ſane aptè rem putavit Labertus, qui an. aliquot in ſua ſpecu exegiſſe Romanam ſcribet, antequaam baptiſmo luſtraretur a S. Silveſtro: obiiſſe autem anno circ. 312. Etsmae primi quam Pontifex fierit Silveſter, qui andemam 314. electus? F

§. II. S. Romana gemina tranſlatio.

10 Quamdiu manſerit S. Romanæ corpus in primo ſepulturæ loco, incertum. Tranſlatam eſt mille fere poſt ejus deceſſum annis in S. Fortunati Epiſc. Tudertini baſilicam intra eamdem urbem, nua cum aliis Divorum exuviis. Ita to. 1. Italia ſacra Ughellus: Nicolaus Armatus, ex Canonico Rotomagenſi electus an. 1297. S. Kal. Maii Tudertinus Epiſcopus, anno 1301. die 19. Auguſti, in baſilicam S. Fortunati tranſtulit corpora SS. Caſſiani, Calliſti, Fortunati, Romanæ & Dignæ. Turpe erratum evat in Vitæ epitome apud Ferrarium, ſed a typographi forſan negligentia, anno 1001. hanc tranſlationem eſſe factam. Idem tamen Laberius expreſſit.

11 Collocata faiſſe ea ſacra corpora teſtatur Poſſevinus ſub principe altari ejuſdem baſilicæ, ſemperque ſingulari culta religione. Sed quia altare illud magnam baſilicæ partem occupabat, Angelo Caſſi Epiſcopi, ſenatuſque Tudertini, decreto, an. 1580. deſtructum eſt, ut ſplendidius loco aptiore reſtauraretur. Sub illo igitur altari die 13. Dec. repertæ quinque illa corpora ſunt in quatuor arcis lapideis, intra antiquiſſimum

A ducti ad S. Silveſtrum in Soracte habitantem

ab eo baptiſmum petit

& petit-pit,

eum pii moniti:

in ſpecu Tiburtinæ diœceſis forſte vicino

mira ex Libellatico, ac S. Sacerdotibus

mors ejus laudibus evecta

ejusdem mi-racula

pater ejus avunculo

et ualiſſi voce confirmato,

Digitized by Google

A *ſimum ſepulchrum marmoreum: ſingulis appoſita epigraphe erat plumbo inciſa. Inſpexit haſce omnes reliquiaſque idem Angelus Epiſcopus, & populo, qui frequens concurrerat, venerandas exhibuit, atque ad ſacrarium deportavit, ubi aſſervandas, donec alius iis reponendis aptatus eſſet locus. In Acta res omnis relata tunc eſt.*

In ſacrario repoſita.

12 *Quia vero ſperabat Antiſtes, brevi omnia expeditum iri, eam Gregorio XIII. Pontifice Maximo egit, ut indulgentiis imperitis populi pietatem ad cohoneſtandam eam tranſlationem inflammaret. Recitat Poſſevinus Pontificis diploma datum Tuſculi 10. Junii 1581. in quo iſta habentur:* Omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus & confeſſis, ac ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramento refectis, qui Eccleſiam S. Fortunati Tudertini, eo die, quo Tranſlatio corporum Sanctorum Fortunati, Calixti, & Caſſiani, ac Sanctarum Romanæ & Dignæ Virginum, ea ſacriſtia dictæ eccleſiæ, ubi nunc reperiuntur, in aliud ſepulchrum ſub altari novo, in ipſamet eccleſia honorifice & decenter præparatum, fiet; & deinde ſingulis annis die Tranſlationis hujuſmodi, a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei, devote viſitaverint, & ibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſervanda, ac hæreſum exſtirpatione, ſanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam

B omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem, miſericorditer in Domino perpetuo concedimus.

In diem ſuorum tranſlationis a Gregorio 13. indulgentia.

13 *Veram quia impenſa ad operis abſolutionem neceſſaria lentius repræſentabantur, ad 16. annos dilata tranſlatio eſt, atque anno demum 1596. peracta, die 5. Maii, qua erat Dominica tertia poſt Octavam Paſchæ: eam hujus celebritas tunc in 14. diem Aprilis inciderat, littera Dominicali F. Qui tunc Eccleſia Romana præerat Clemens VIII. ad indulgentiam perpetuam a Gregorio XIII. conceſſam, aliam in diem inſequentem, itidem plenariam, adjecit. Qua pompa, quoque ſplendore ac magnificentia inſtituta ſit ſupplicatio, in eaque reliquiæ circumlatæ, egregie deſcribit Poſſevinus, & qua variis locis ſtatuæ, arcus, inſcriptiones, de quibus forſan luculentius agemus ad S. Fortunati Epiſcopi diem. Aderant præter Caſium Tudertinum tres alii Epiſcopi, advenarum ſupra 40. millia.*

In diem ſequentem octa. Clementis 8.

ſolemnior tranſlatio 5. Maii 1596.

14 *Readificatum erat majus altare dicta ædis S. Fortunati, propius Chorum. Sub eo altari Epiſcopus ſuo ære elegans ſacellum ædificarat, in eoque ſepulchrum e verſicolori marmore præclare elaboratum. In illud ſacellum quatuor cypreſſina theca, quibus incluſa horum quinque Sanctorum reliquiæ erant, a totidem Epiſcopis, die 6. Maii, Veſperis cantatis, deportatæ ſunt. Qua SS. Digna & Romanæ exuvias continebat, ea ab Antiſtite Peruſino Neapolene Comitulo geſtabatur. Poſita in fronte ſacelli ad perpetuam rei memoriam hac inſcriptio eſt:*

Dei gloriæ, & Sanctorum venerationi. Corpora Sanctorum Caſſiani & Calixti Martyrum, & Fortunati Confeſſoris, Epiſcoporum Tudertinorum; ac Sanctarum Dignæ & Romanæ Virginum ejuſdem civitatis; a Nicolao Actmato Epiſc. Tudert. anno ſal. 1301. die 19. Auguſti tranſlata & recondita, Angelus Caſius Epiſcopus Tudertinus, Cametæ Apoſtolicæ Clericus præſidens, anno 1580. die 13. Decembris a ſe reperta & diligenter recognita, per civitatem ſolenni ritu tranſtulit, die 5. Maii, anno 1596. & hoc ſepulchro ſua impenſa magnificentius extructo, pie collocavit, die 6. Maii, ejuſdem anni. *Inſcripſit hanc Tranſlationem generali Catalogo Sti. Ferrarius ad 5. Maii.*

In novum ſacellum illata poſtridie.

additus ſphygmus.

15 *Angeli Caſii præſtantiſſimi Antiſtitis elogium ex mſ. Catalogo Epiſcopor. Tudert. recitat citatus jam ſæpius Ughellus: in quo hujus tranſlationis ita mentio fit:* Sanctorum Caſſiani & Callixti Martyrum & Fortunati Confeſſoris, E Epiſcoporum Tudertinorum, ac SS. Romanæ & Dignæ Virginum, corpora in templo S. Fortunati, illuſtriori ſepulchro, ære ſuo condito, ſolenni pompa tranſtulit. Ibidem B. Jacubum de Benedictis oſſa decentius poſuit. *De* B. Jacobono, *vel potius* Jacopono, *ut vulgo appellatur, agemus* 25. *Martii. Colitur* S. Fortunatus 30. *Junii & 14. Octobr.* S. Digna *Virgo & Martyr* 11. *Auguſti*, S. Caſſianus *Ep. Tudert. Mart.* 13. *ejuſdem*, S. Calliſtus 14. *Eorum autem anniverſariam ſolennitatem agi teſtatur Jacobillus ritu duplici, Lectionibus propriis, a ſacra Rituum Congregatione approbatis, præloque excuſis.*

aliorum SS. notatio.

16 *Teſtatur Antonius Maſinus in Bononia perluſtrata, Bononiæ aſſervari S. Romanæ Virginis reliquias aliquas in templo S. Martini majoris, & in S. Franciſci: quas arbitror hujus potius* Romanæ *eſſe, quam Antiochena illius Diaconiſſa, qua S. Pelagium pœnitentem, ut in hujus Vita 8. Octobr. narratur, de ſacro fonte ſuſcepit.*

S. Romanæ reliquiæ Bononiæ.

DE SS. ZEBINA, POLYCHRONIO MOYSE, DAMIANO,

C ANACHORETIS IN SYRIA, F I. B.

V. HAC. XXIII. FE.

1 *Multi in Cyriſtica regione, Theodoſio juniore imperante, vita ſanctimonia celebres extiterunt anachoreta, quorum certamina Theodoretus, Cyri in eadem provincia Epiſcopus, in Philotheo, ſive religioſa hiſt. commemoras. Eorum pleroſque Græci publica veneratione colunt, ut ex eorum Menais & Maximi Cythereorum Epiſcopi Vitis Sanctorum perſpicere eſt. Et quidem in utriſque quatuor horum annotata 23. Febr. memoria eſt, his verbis:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη Τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν Ζεβινᾶ, Πολυχρονίου, Μωσέως, καὶ Δαμιανοῦ. *Dein ita additur Vita eorum epitome.*

Horum celebratio 23. Febr.

Vitæ epitome ex Maximo.

2 Ex his divinus Zebinas in monte quodam ſibi religioſam palæſtram exercitavit, in quo uſque ad ſenectutem aſceticis ſeſe laboribus exercuit. Superabat autem cunctos illius ætatis homines precum aſſiduitate. Cum deinde præ ſenio ſtare non poſſet, ſcipione niteus precationibus vacabat. Cum ita admirabilem & Deo gratam vitam egiſſet, expiravit. Divinus autem Polychronius, ejus diſcipulus, ita preſſe Magiſtri vitam imitatus eſt, ut nec cera annulorum formas ita repræſentet. Nam in aſſidua ſtatione & precum ſtudio perſeverabat. Ferrum tamen nou geſtabat, ne inſit moribus quibuſdam damno eſſet, eos nimicum a vita religioſa deterrens. At quereus radicem, tanti ponderis, ut non facile eam quis ambabus manibus movere poſſet, hometis ſuſtinens, ita corpus eo onere affligebat. Quibus ex laboribus divina ipſo eo gratia efflorescebat: etenim & precibus aſtum immodicum fregit, & vacuum lecythum oleo replevit: aliiſque pluribus perpetratis prodigiis ad Dominum migravit. Ejus diſcipuli fuere Moyſes & Damianus. Et ille quidem in Polychronii cella habitavit, ejuſque virtutem in ſe ad vivum expreſſit. Damianus autem vicum quemdam ingreſſus, cui Hiera nomen, cum juxta Hellos domunculam deſertiſſimam reperiſſet, in ea manſit, Magiſtri quoque ſui vivendi normam accuratiſſime ſecutus: nihil enim in cella habebat, præter ſportulam lenticulæ, quam ad victum adhibebat. Tantam illi utilitatem ex Polychronii convictu perceperunt, ſanctoque & ipſi vitam peregerunt.

plenius ex Theodoreto.

3 *Hellenus Menæa, qua Cytherani in vulgarem linguam, qua nunc Græci utuntur, tranſtulit. Luculentius diſertiuſque eorum Acta narrat Theodoretus c. 24. Philotheo, ſive*

A *ſive religioſa hiſtoria, qui liber nonus in Vitis Patrum. Editionem Heriberti Roſweydi ex Genſiani Hervetti interpretatione cum Græco textu & Sirmondi translatione contulimus.*

VITA

auctore Theodoreto cap. 24. Philothei.

a *Zebinas ab ſeniore nil de laboribus ſuis omittit, aſſiduus in oratione,*

1 ZEbinam prædicant uſque in hodiernum diem, qui ut illum viderent digni ſunt habiti. *a* Ajunt autem eum, eum ad extremam pervenſſet ſenectutem, iiſdem eſſe laboribus uſum uſque ad finem: nec, licet graviſſimo premeretur ſenio, ex certaminibus juventutis aliquid immutaſſe. Superabat autem, ut dixerunt, omnes ſui temporis homines aſſiduitate orationis. In ea enim diu noctuque verſans, non ſolum non ſtupebatur, ſed etiam deſiderium efficiebat vehementius. Quin etiam cum iis qui ad ipſum veniebant paucis diſſereret, non poterat in animum inducere, ut cogitationem a cœlitus deduceret: ſed ſtatim ab illis liberatus, ut nec tantillum quidem ab iis quæ ſunt Dei univerſorum ſeparatus, offerebat rurſus deprecationem. Poſtquam autem non permittebat ſenectus, ut citra moleſtiam ſtare poſſet aſſidue, ſuſtentaculum ei præbebat baculum, cui innixus Dominum & laudabat & orabat. Cum autem præter alia bona eſſet ornatus amore in hoſpites, jubebat multos, ex iis qui ad ipſum veniebant, exſpectare veſperum. Illi autem timentes ne tota nocte illic ſtarent, aliqua ſua negotia prætexentes, ſe ab illis ſubducebant laboribus.

ſuum bonum aliis, hoſpitalis

b *honoratus judicio Sanctorum,*

2 Hunc ille quoque magnus admiratus eſt *b* Mago: & omnes ad ſe venientes ad illum ire jubebat, & accipere ejus benedictionem, eum Patrem & Magiſtrum nominant, & totius virtutis exemplar vocans. Rogavit autem ut in eadem quoque ſepultura ponerentur: ſed non ſiverunt, *c* qui corpus illud ſæpius diripuerunt, & in eum locum, quem diximus, detulerunt. Divinus autem Zebinas, cum ante eum obiiſſet, in vico et propinquo (is autem appellatur *d* Cittica) juſta ſibi facta accepit. In ejus ſepulcro maximam *e* ædem ædificarunt: ut enim qui cum fide accedunt, variam ac multiplicem effundit cutationem. Habet autem hunc quoque ſub eodem tecto *f* Martyres, qui apud Perſas quidem decertarunt, annuis autem & celebribus feſtis a nobis honorantur.

poſt mortem colenduſ,

d

e

templa ei erecta.

f

C

3 Hujus doctrinam magnus accepit Polychronius: quinetiam diviniſſimus *g* Jacobus dicebat eum ſibi primum dediſſe tunicam ex pilis contextam. Ego autem, qui illum nunquam vidi (ante meum enim adventum vitæ finem acceperat) ito hoc egregio Polychronio divini Zebinæ video philoſophiam: nec ſic enim cera exprimit figuras annulorum, ut hic illius effingit formam & characterem. Hoc autem aperte ſcio, ea quæ de illo narrantur, eum iis quæ ab hoc fiunt, conferens. Eſt enim ſimiliter divino incenſus deſiderio, & eſt terrenis omnibus ſuperior, & corpori alligatus mentem habet alatam, & quæ ſertur ſublime, aeremque tranſit & ætherem, & cœlit ſit ſublimior, & perpetuo divinam viſione apprehendit contemplationem, nec poteſt illinc unquam mentem detrahere: quinetiam eum iis qui adveniunt colloquens, ſuperna mente peragat.

g

Polychronius Zebinæ diſcipulus,

ejuſque imitator,

in ſtudio practico

& reflorens in ſpiritu,

4 Ejus autem per totam noctem vigiliam & ſtationem hinc didici. Cum eum viderem ſimul & cum ſenio conflictantem & cum imbecillitate, *b* nullam omnino habentem curam corporis, ſæpius precatus ei perſuaſi, ut duos aſſumeret, qui ſimul habitarent: & aliquam conſolationem ab eis acciperet. Quoniam autem petiit vitos virtute claros, qui per ſe in alio degebant monaſterio; illi quoque vitis admirandis perſuaſi, ut divini hominis curam omnibus præponerent. It cum parvo tempore cum eo habitaſſent, conati ſunt fugere, per noctem illam non ſereotes ſtationem. Cum autem virum divinum *i* obſectarem, ut imbecillitate corporis metiretur laborem; Non ſolum, inquit, eos non ego ſtare mecum aſſidue, ſed etiam ſæpe præcipio, ut decumbant: illi autem, Et quomodo poſſemus, ajebant, eo, qui in laboribus conſenuit, ſtante, & imbecillitatem corporis deſpiciente, decumbere, cum ſimus ſani & in media ætate? Sed venerandi quidem mihi capitis nocturnos labores ſic didici.

b

cœlitibus Theodoreti data ſæpius admittit.

D

ſi non temere cogit ad pares labores,

5 Hi autem viri procedente tempore ſibi tantam paravere virtutem, ut cum hoc magno vitæ eam perſequerentur philoſophiam. Et *k* Moyſes quidem, (hoc enim ei nomen) permanſit uſque in hodiernum diem, tamquam patri & domino omnie ei ſervitium exhibens, &, quæ ea ſacra illa anima coruſcat, virtutem accurate perfecteque exprimens.

ſi quoque ſanctis æquus,

k

Moyſes ei adhæret.

6 Damianus autem (hoc enim erat numen alteri) cum pervenſſet ad quemdam *l* vicum non procul ſitum, ei autem eſt nomen Niara, & præter alias parvam quamdam invenſſet domunculum, in illa degit, idem vitæ inſtitutum perſequens: adeo ut qui hunc & illum recte norunt, eum aſpicientes, exiſtiment ſe videre B. Polychronii animam in alio corpore. Eadem enim & ſimplicitas & manſuetudo & moderatio, eadem lenitas ſermonis, eadem in congreſſu ſuavitas, eadem animæ vigilantia, & Dei intelligentia, idem ſtatus & labor & vigilia & cibus, & quæ eſt ex lege divina paupertas & nihil poſſidete. Nam præter unam ſportulam, quæ lentem habet madefactam, nihil eſt in habitaculo. Tantam accepit utilitatem ex conſuetudine magni Polychronii.

l

Damianus ollo migrat.

E

magiſtro ſimillimus

lentes madefactæ vitat.

7 Ego autem relicto diſcipulo redibo ad magiſtrum: a ſonte enim rivi fluenta proceduot. Hic ergo cum aliis virtutibus ejecta quoque ex anima gloriæ cupiditate, & inanis gloriæ cunctipotentia tyrannide, ſtudebat ſemper laboret occultare. Et *m* ferrum quidem ut geſtaret non inducebat in animum, timens ne ex eo aliquid damni hauriret, ſi arrogantiæ inflammationem anima ex eo accepiſſet. Cum autem quercus graviſſimam radicem ad ſe deferri juſſiſſet, ut qui ad alium ſcilicet uſum ea oput haberet, eam & noctu imponebat humeris, & ea impoſita orabat, & interdiu, cum eſſet ei otium. Cum autem veniret aliquis, & pulſaret oſtium, eam in loco aliquo abſcondebat. Hanc eum vidiſſet quidam, mihi indicavit: & cum vellem ſcire, quantum eſſet ejus pondus via eam potui tollere ambabus manibus. Is autem cum me aſpexiſſet, juſſit eam dimittere: ego autem eum rogabam, ut mihi eam permitteret accipere, ut ei eti-perem occaſionem laboris. Poſtquam autem eum vidi ægre ferre, ei ceſſi deſiderio victoriæ.

Polychronius ulcuſcula occultat,

m

gravi onere poſſus erat,

fruſtra id impedire conatur Theodoretus

F

8 Ex his laboribus efloreſcit ei quoque data gratia divinitus, & multa fiunt miracula illius orationibus. Etenim eum gravis illa ſiccitas, quæ homines affligebat, ad preces incitaret, venit ad eum multitudo Sacerdotum. Erat autem una cum eis quidam quoque, cui Antiochenæ regionis multi vici paſcendi erant credita. Is ex iis qui aderant, rogabat ſeniores, ut ei perſuaderent, ut manum dextetam imponeret lecytho. Cum ii autem diſſentent, eum non eſſe id facturum, dum precet poſt hæc fierent, & venerandum mihi caput oraret, ille pone ſtans porrexit duabus manibus lecythum. Is autem ita cœpit ſcatere, ut duo aut tres ex iis qui aderant manus extenderent, & eas plenas oleo acciperent. Sed licet & divinæ gratiæ fundat radios, & recte officiit præclariſque & ex virtute rebus geſtit ſit plenus, & quotidie colligat opes philoſophiæ; eſt tamen tanta modeſtia & moderatione præditus, ut unuſcujuſque ea iis qui ad ipſum veniunt, ambos pedes amplectatur, & frontem terræ imponat, ſive fuerit miles, ſive opifex, ſive ruſticus.

aquæ decyathum olei replet a

omnibus adoratum ſe præbet a ſemetipſo.

9 Narrabo autem aliquid quod poſſit docere ejus ſimpli-

A ſimplicitatem & moderationem. Quidam vir bonus, cui hujus gentis obigit præfectura, cum Cyrum venuſſet, cupiebat mecum frui aſpectu horum magnorum athletarum. Cum alios ergo obiiſſemus, ad hunc quoque acceſſimus, cujus virtutem nunc narramus. Cum ego itaque diſcederem eſſe *n* Præfectum qui mecum acceſſiſſet, & æqui juſtique amatorem, ſtatim homo divinus utraſque manus tendens & ambos pedes prehendens, Volo, inquit, ut mihi aliquam promittas petitionem. Cum is autem ægre ferret & ut ſurgeret oraret, & ſe quod juſſerit facturum polliceretur, (conjiciebat enim eum velle ſogare pro aliquo ex iis qui ejus parebant ditioni) Quoniam ergo, inquit homo divine, es pollicitus, & jurejurando promiſſum confirmaſti, acri & vehementi ſtudio Deo pro me offer preces. Is autem frontem pulſans obſecrabat, ut eum abſolveret a jurejurando, ut non eſſet dignus *o* pro ipſo preces offerre Domino. Ejus ergo qui in tam alta philoſophia tanta ſit modeſtia ac moderatione, quæ oam oratio poſſit ejus laudes pro dignitate conſequi.

n *ſuppleo Deus pro eo implorat.*

o

B co Hujus in laboribus ſuſcipiendis ſtudium ne varii quidem ac multiplices morbi, qui in eum incubuere, retardaruot: ſed cum a variis morbis obſideatur, eoſdem labores ſuſtinet. Cum multis autem ſæpe verbis apud eum egerimus, vix hanc ædificavimus domunculam, corpori plane frigefacto aliquantulum caloris procurantes. Et multi quidem adhuc ſuperſtites auram ſæpe obrulesunt, & qui etiam exceſſere reliquerunt: ſed nihil ab ullo unquam accepit, ſed eorum quæ efferebantur eos juſſit eſſe diſpenſatores. Porro autem magnus quoque Jacobus *p* cilicium, ab aliquo ad ſe delatum, ad ipſum miſit: ſed id quoque remiſit, cum id eſſe videret denſius & elegantius. Perpetuo enim uſus eſt vilibus & minimi pretii veſtibus. Adeo autem exiſtimavit paupertatem eſſe quovis regno magis expetendam, ut nec neceſſarium quidem ſemper haberet nutrimentum. Scio enim me ſæpe veniſſe, & benedictionem petiiſſe, neque aliquid aliud inveniſſe, quam ſolas duas caricas. Hujus mel, & iis qui vident, eſt valde expetendum; & iis qui audiunt, ſuave & maxime jucundum. Nullum enim vidi hominem, ne ex iis quidem, qui ſunt faceti & dicaces, qui ulla unquam reprehenſionis labe cum aſperſerit: ſed omnes eum & prædicant & celebrant, & ad ipſum venientes minime volunt recedere.

ob morbos non intermittit labores,

aurum obtulerunt,

cilicium ei ſuggeſtum dotet vomitili,

p *pauperiatem magni æſtimat.*

AUCT. THEODOR. EP.

D *omnibus eſt venerandus*

a *Fatetur infra n. 3. Theodoret. eum a ſe non viſum.*

b *Ita Sirmond. Græce Μάρων. Ροſuvvyd. habebat Μαρων. Pinacem o. Martii dedimus 14. Febr. ex cap. 12. ejuſdem Theodoreti.*

c *Hæc ibidem narrantur n. 3.* *d* *Græce eſt Κύπρε.*

e *Græce habetur ὁ τῆς ἐκεῖσε διὰ τῆν πλησίον ἀσθένειαν: verſio Sirmond. templumque loculo ejus maximum inædificarunt.*

f *Sanctus Martyres ex iis fortaſſis, quos idem Theodoret. l. 5. hiſt. Eccleſ. c. 38. fecibit ſub Vararane Iſdegerdis filio crudeliſſimis tormentis extremificatos, a quibus fuit S. Benjamin Diaconus; qui 31. Maii colitur. Fortaſſe aliosquin & alii quamplurimi in Perſide martyrio coronati, præſertim ſub Sapore; ſed 100. fere annis ante Theodoret. Aβδ Iſdegerdes & Vararanes ejus tempore in Chriſtianos ſæviebant.* *Martyres Perſæ.*

g *De hoc Jacobo agit Theodoret. c. 21. Colitur 26. Novembr.*

h *Græc. Καὶ δεχόμενος ἀπεπέμπετο πολλάκις. Sirmond. vertit, & meliuſ, nullo prorſus ſumulatu ſublevari.*

E

i *Sirmond. ororem. Lucevero, ſam vocis præſens pluralis eſt, quam prima ſingularis. Sed tum ex ſanctæ virtutis reſponſo, tum ex diſcipulorum exclamatione liquet, Theodoret. ipſum fuiſſe, qui navis, ut laborem imbecilliſtare corporis motionem.*

K *Ita Theodoret. Μωϋσῆν. Nonnea item in cratera elogij. Μωϋσῆς habent, in titulo, ut diximus, τῶ ὁσίω Μωϋσῆ.*

l *Græce, πόλιν τινά, vocat Sirmond. urbem quamdam.*

m *Ut Joannis quo more, aliisque antea commemorati a Theodoreto.*

n *Sirmond.* Ducem eſſe *Græce ut cæteros ego.*

o *Sirmond.* ut qui nec pro ſeipſo dignus Domino preces offerre poſſit. *Græce, ὡς ἂν ἀξιόχρεως ὢν οὐδὲ ὑπὲρ ἑαυτοῦ πρεσβεῦσαι πρὸς δεσπότην.*

p *Græce eſt, σισύραν. Sirmond. vertit,* pelliceam veſtem.

DE SANCTIS ANACHORETIS SYRIS.

JOANNE, MOYSE, ANTIOCHO, ANTONINO, SIVE ANTONIO.

S. B.

SEC. V. XXIII. FEB.

HOs quoque athletas Cyrrhica tulit regio: *Theodoretus Cyri Epiſcopus, adhuc ſuperſtites, ſcriptis ſuis celebravit*, c. 13. *Philotheo.* Joannes *S. Limnæi, de quo* 22. *Febr. actum, diſcipulus fuiſſe traditur.* Moyſes *hic alius eſt ab illa S. Polychronii diſcipulo, quem antea retulimus. Nam hic ἀναχωρητὴς fuit, ferrum geſtans, ut & reliqui tres, at non alter ille Moyſes. Qui* Antonius *eſt apud Roſuv. in Vitis PP. & apud Cytherum, is* Antonius *appellatur in Græco textu Theodoreti apud Sirmondum, & in Menæis. In his τοιχαρίθμως ἀναγράφεται, quadruplicis tantum hujus, ut vocant, ſic conſecrata memoria eſt: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνείαν ποιοῦμεν τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν, Ἰωάννου, Μωϋσέως, Ἀντιόχου, καὶ Ἀντωνίνου. Eodem die (23. Februarii) commemoratio ſanctorum Patrum noſtrorum Joannis, Moyſis, Antiochi & Antonini. Tum Vitam brevi epitome perſtringunt ac ferre ex Theodoreto: quæ eadem extat in Bioις Ἁγίων Maximi Cythereorum Epiſcopi.*

C *Mirifi conſenſio ſeptem commemoratio,*

omnes,

Vitæ.

VITA EX MENÆIS.

a *S. Joan. in rupe aſperæ.*

1 EX his Joannes familiaris fuit ac diſcipulus *a* Limnæi, montem vico Targala vicinum incolentis, atque illic ad virtutum exercitationem diligenter incumbentis. Joannes porro cum in rupem quamdam aſperam, ac frigidam Septemtrionibuſque expoſitam veniſſet, illic nonaginta quinque dies commoratus, inde abſceſſit: at poſtea reverſus, quinque & viginti annos ſub dio traduxit. Cibus ei panis erat cum ſale, veſtis cilicium. Ferramentis magni ponderis corpus omne configebat. His ergo gravatus, & Solis radiis aduſtus, nulla tamen unquam remiſſione laborum reſpirare aorimum patiebatur. Severat juxta ejus gramineum thorum, quidam illi familiaris amygdalum: quæ cum decurſa temporis arbor facta umbram illi præberet; *b* excidi eam juſſit, ne quid inde hauriret ſolam.

aſſert vitis,

unum reſtaurationi

b

2 His ille laboribus exercitus migravit ad Dominum. Cujus laudatiſſimus Moyſes inſiſtens veſtigiis, in edito quodam vertice, qui *c* Ramæ vico incumbebat, vitam & ipſe aſceticam coluit. At magnus Antiochus, *d* jam ſenex, in loco ſolitario ſeptum ſibi conſtruxit. Beatiſſimus quoque Antonius in ſimili corpore, pares juvenibus labores ſuſcipiebat. Veſtis erat eadem omnibus, idem victus, ſtatio, precationes aſſiduæ die ac nocte: & nec diuturnitas temporis, nec ſenectus, nec imbecillitas oaturæ, eorum tolesantiam debilitavit: at ſemper vividum quaſique efflorescentem in ſeipſis laborandi ardorem alebant. Sancta igitur ejuſmodi cantie conſpicui, in pace animas Deo reddiderunt. Tantam illi ea divini Joannis convictu & exercitatione perceperunt utilitatem.

c *ejus inſtitutores S. Moyſes S. Antiochus,*

d *S. Antonius, aliam ſuæ ſe manſionem.*

a *Id*

a *Id non differte tradis Theodoret. ſed ſolum* idem vitæ inſtitutum ſectatum eſſe, *quod Limnæus, de quo immediate ante egerat. Addit, virum fuiſſe* præter cetera lenitate & manſuetudine illuſtrem.

b *Addit Theodoret.* viſumque oblectaret.

c *Ita & Theodoretus. Sirmondi* τὸ ὑψηλὸν τοῦ ἀνδρὸς Παῦλε ἐκπλαγεὶς τὸν νοῦν. *In Roſweydi editione eſt* Romæ.

d *Ita & Sirmondi Theodoretus, Roſweydi* Antonius.

DE S. FLORENTIO CONFESSORE.

HISPALI IN HISPANIA.

I. B.

AN. CCCC. LXXXV. XXIII. FE.

1 *Recentiores Hiſpaniarum rerum ſcriptores* Florentior *duos Hiſpali urbi vindicant, in Cœlitum album relatos, Martyrem alterum, alterum Confeſſorem. Illum eſſe volunt, qui in Martyrol. memoratur 27. Octobris martyrium feciſſe* a pud caſtrum Tyle: *quod caſtrum cum in Gallia ſit, fruſtra ipſi in Hiſpania quærunt, tortortis etiam locorum quorumdam vocabulis. Sed de eo nos ad eum diem vidorimus. Confeſſoris ita ad 23. Febr. ſcripta Martyrol. Rom. memoria eſt:* Hiſpali in Hiſpania S. Florentii confeſſoris. *Hæc de eo ſcribit Ambroſ. Morales l. 10. chronic. cap. 28.* Admodum celebris eſt Hiſpali S. Florentius, quem alii Martyrem appellant, alii Confeſſorem. Ajunt cum ejus corporu reliquiis, quas io ea Eccleſia aſſervant, repertum eſſe Latinum epitaphium, e quo conſtet, io pace quieviſſe virum ſanctum 23. Febr. vixiſſe annos 53. ſepultum 15. Mart. (*imo* 13. *ut mox patebit*) anno 485. Quæ ſi ita ſunt, Confeſſor fuit, non Martyr, qui nulla eo tempore graſſabatur in Hiſpaniis perſecutio, unde ei occaſio martyrii poſſet offerri. Et vero quod in pace quieviſſe dicitur, argumento eſt, naturali morte defunctum, abſque carcere aut tormentis. Ajunt quoque Hiſpanum fuiſſe, genere nobilem. Verum hæc mihi haud ita explorata ſunt ac certa, ut cuperem, utique jure eſſe oporteret. Ineſt tamen epitaphio illi ſufficiens pondus, cum præſertim Eccleſia Hiſpalenſis eo die officium Eccleſiaſticum de S. Florentio recitet.

E. Florentius Hiſp. paſſ. exiſtit.

23. Febr.

Incertum an nobilis & Hiſpanus:

2 *Ita Morales, ſummo vir judicio & apud eruditos auctoritate. Ab eo pleriq; deſcripſerunt, etſi non omnes citent, & quidam majeri aſſeverationa utantur, ejus illa addubitatione omiſſa, qua ſcriptoris ſinceritatem inſigniter commendat. Agnat ergo de S. Florentia Thomas Trugillus to. 2. Theſauri Concion. par. 2. Mariet. l. 6. de SS. Hiſp. cap. 3. Alphonſus Villegas par. 1. Florit SS. Rudericus Carus Antiquit. Hiſpal. l. 2. cap. 11. Alphonſus Spinoſa Antiq. Hiſp. l. 2. cap. 15. Franciſcus Bivarius in Notat. ad Dextri chronicum. At L. Marineus Siculus lib. 5. de reb. Hiſpan. miriſice hallucinatur, ita de* S. Floremio *ſcribens:* S. Florentius Martyr Hiſpanus & genere nobilis, ſub Deciano Præſide paſſus, martyrio coronatus eſt. Hoc legitur in catalogo Sanctorum Romano. Cujus reliquiæ ſanctæ noſtris temporibus in eccleſia Hiſpaleoſi apud ſacrarium, cum aliis Sanctorum reliquiis, in magno pretio ac veneratione fidelium chriſtianorum, in capſula videntur, quæ talibus verſiculis in urna ſimul incluſis

a nobili laudatus:

C

In eum aſſertum eum noſſe quo Martyr.

designantur. *Subdit citatam a Morale inſcriptionem, de qua mox. Sed quis ille* Decianus Præſes? *an* Dacianus *ſub Dioclotiano? an alius quiſpiam ſub Decio Procul illi diſtant ab anno* 485. *Qui alterum* Florentium *Martyrem Hiſpania, adeoq; Hiſpali, aſſerere conantur, ſub Trajano peremptum volunt. Ita chronicon quod M. Maximi Epiſcopi Caſarauguſtani nomine editum, ad ann. 612. Chriſti:* Floret memoria per Hiſpanias utriuſq; Florentii Hiſpalenſis: prioris (qui dictus eſt Ruſticus, ad quem ſcripſit Plinius Secundus) Martyris ſub Trajano paſſi, alterius Confeſſoris ſub Zenone Epiſc. Hiſpalenſi.

3 *Inſcriptionem antea citatam ita repræſentat Rudericus Carus in Notationib. ad Maximi Chronicon:*

REQUIEVIT IN PACE
FLORENTIUS VIR SANCTUS
DIE X. KALENDAS MARTIAS.
VIXIT ANNIS LIII.
ET DEPOSITUS EST DIE III.
IDUS MARTIAS, ERA DXXIII.

E

23. Martii ſepultus

Addit Anton. Quintanadvenn. noſter in lib. de Sanct. Hiſpalenſib. ANNO DOMINI 485. *Qua & habet Marineus Siculus, & Joan. Tamajus Salaz. At Spinoſa loco cit. & Franciſc. Padilla hiſt. Eccl. Hiſpan. cent. 5. c. 35. ita epigraphen illam efferunt:* Sanctus vir Florentius quievit in pace 23. Febr. Vixit autē an. 53. Sepultus 15. Marr. an. Dom. 485. *Quod Carus & Quintanadvennas habeat,* 10. Kal. Mart. *obiiſſe, qui dies Febr.* 20. *eſt, Tamajus correxit,* 7. Kalend. Mart. *At neque 3. Id. Mart. ſive die 13. neque 15. in allo martyrol. annotata* S. Florentii *depoſitio.*

4 *Scribit Padilla recitari de eo officium ab Eccleſia Hiſpalenſi 15. Martii. Ea ſi conſuetudo tenuit, quo tempore ſcribebat Padilla, ante 50. annos, modo antiquata eſt. Nam teſtatur Quintanadvennas, ab anno 1624. celebrari cum officio duplici ſecunda claſſis, die 23. Febr. fieri tunc in baſilica metropolitana ſolennem ſupplicationem, in qua ejus corpus incluſum area argentea, circumgeſtetur: invectum autem pretioſum id pignus cum illius adis fundamenta foderentur.* F *Aliud de eo nihil reperimus. Quod Tamajus ſcribit,* ex nobili Gothorum origine apud Hiſpalim natum, *minus multo probatur nobis, quam quod ſupra ut inexploratum rejecit Morales, quod* Hiſpanus & genere nobili *fuiſſe aſſereretur.*

Inveniri non poſſe corpus S. Florentii, ſed ſolum reliquias.

Deſcribitur a S. Florentio Stadita.

DE S. DOSITHEO

MONACHO IN PALÆSTINA,

I. B.

Commentarius prævius.

CIRCA AN. D. XXX. XXIII. FE.

1 *Miratus ſum ſæpenumero, quid cauſſa eſſet, cur neque in Menais Græcorum, neque in veteribus Latinorum martyrol. nomina inſcripta extarent* S. Dorothei *Archimandritæ, Sanctique* Doſithei *ejus diſcipuli; cum utriuſque gravisſimis teſtimoniis celebrata ſanctimonia ſit. De* Dorotheo *certe quid duo ſapientiſſimi ſanctiſſimique Patres ſenſerint, Theodorus Studita & Taraſius Conſtantinopolitanus Patriarcha, perſpicere eſt in Prologo ad ipſius* Dorothei *Aſceticas inſtitutiones, qui ab Studita fortaſſis quopiam monacho, Orthodoxo certe ac religioſe ſcriptore, compoſitus eſt. Ita ergo loquitur:* Hunc librum virtutis præcepta tradentem, & animæ maxime utilem, ut opus revera Dorothei Orthodoxi, & inter Patres conſpicui, admittere debemus, cum

Dorotheus & Doſitheus non ſunt in antiquis Faſti nomina

non

A non ſit illius infidelis & perverſi. Quemadmodum etiam Pater Noſter & Chriſti Confeſſor, Theodorus, Studienſis monaſterii moderator ſapientiſſimus, to ſuo ad diſcipulos teſtamento recte docuit. Qui poſtquam ſuæ fidei ſenſum declaravit, & omnes ad unum atheos hæreticos anathemate damnavit, ſic inſuper ſubjongit: Et univerſim tam antiqui quam novi Teſtamenti librum divinitus inſpiratum, & præterea omnium Sanctorum divinoloquorum Patrum, Doctorumque & aſcetarum Vitas ac divina ſcripta ſuſcipio. Hoc autem diai propter aperte pernicioſum Pamphilom, qui ea oriente adventitans, Sanctos illos viros Marcum, Iſajam, Barſanuphium, Dorotheum, & Heſychium calumniatur eſt. Nec vero ego, cum Barſanuphium, Iſajam, Dorotheum nomino, illos Acephalorum propugnatores, qui & ipſi capite minuti ſunt, aut Decaceratarum, ſive Decicornium conjoratos ſocior intelligo, qui & a S.Sophronio tabella anathematis confixi ſunt: ſed alios videlicet illos ſupra nominatos, ab his diverſos, quos ego per eaamen ſanctiſſimi Patriarchæ Taraſii, jam pridem ſummo ſacerdotio fungentis, nec non aliorum fide dignorum hominum, tam indigenarum, quam Orientalium, teſtimonio probatos, ea paterna traditione amplector. Hæ accedit quod imago Barſanuphii in divino ſacrario magni templi, una cum ſanctis Patribus, Antonio, Ephræmo, aliiſque collocetur &c. *Alia de Dorothei virtutibus ſane luculenter prædicat quidam ejus (ut creditur) diſcipulus, in epiſt. ad Fratrem petentem ſibi Dorothei ſermonet ab eo inventos, tranſmitti: quæ epiſtolæ ſidem ſermonibus, ſive inſtitutionibus, aut doctrinis præfixa extat in Biblioth. PP. ſed a Bibliothecario Corderio noſtro, in nova Dorothei interpretatione pars bona omiſſa eſt, quod in Græcanon extarec. Verum nulla magis ingenua ac ſincera habeti* B Doſithei *laudatio poteſt, quam qua ipſaſmet ſtylo in iiſdem inſtitutionibus expreſſa eſt. Sed de eo forſan alibi uberius.*

2 *Beatum autem* Doſitheom *ita ipſe Dorotheus, laudatiſſimus ejus magiſter, laudat Inſtitutione 1. de abnegatione*: Conſiderate parumper, ad quantum profectum conferat propriæ prædilio voluntatis. Exemplo ſit B. Doſitheus. Ex quali vita, ex quali loan, ex quali ſocordia, homo ille, cum neque verbum Dei unquam audiviſſet, ad qualem tamen menſuram ſanctitatis exigoo temporis ſpatio pervenerit audiviſtis, eo quod obedientiam amplecteretur, & propriam abſciderit voluntatem. Sed quomodo etiam glorificaviteum Deus, neque permiſit tantam ejus virtutem in oblivionem, ſed ſancto cuidam ſeni revelavit, qui & vidit illum inter omnes iſtos Sanctos, ipſorum beatitudine fruentem. *Quod uberius narratur in ipſius* Doſithei *Vita, ab eodem ſcripta B. Dorothei diſcipule, qui ejus inſtitutionet invenit. Ita enim in fine Epiſtola ad Fratrem eas inſtitutiones petentem:* Ego vero prius de S.Doſithei vita compendio dicam: qui beati Patris Dorothei primus Diſcipulus fuit, dum adhuc eſſet ſub Abbate Seridu, & obedientiæ certamen ſecundum Chriſtum viriliter decertaret. *Priora illa verba,* Ego vero prius, *ita efferuntur in Ingolſtadienſi anni 1616. editione:* Ego vero demum. *In Græco eſt,* ἐγὼ τοίνυν δὴ. *Corderius ea omiſit.*

3 *Primus ex recentioribus* S.Doſithei *nomen Martyrol. ſuo inſcripſit Petrus Galeſinius die 23. Febr. hiſ verbis:* Io urbe Ecbatana S.Doſithei monachi & confeſſoris, qui nullis ſacrarum rerum doctrinis eruditor, brevi ad perfectionem progreſſus, pro vitæ religioſæ meritis præmium cœleſte accepit. *Secutus Galeſinium Ferrarius, ad 22. Febr. ita ſcripſit*: Ecbatanis in Media S. Doſithei monachi. *Citat in Annot. Menologium Græcorum, in quo neque* Doſithei *nomen, neque* Dorothei *reperia. Annotat Galeſin. præter* Ecbatanam *Mediæ metropolim, aliam eſſe ejuſdem nominis in Syria. In Phœnice fuit, de qua Plin. l. 5. c. 19. ita ſcribit:* Memoria orbium, Dorum, Sycaminon, promontorium Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatanam dictam. *De hoc etiam Stephanus de urbibus: Ἐκβάτανα ἡ μεγάλη κώμη τῆς Μηδίας ἔστι, ἡ Σεβαστὴ πόλις.* Ecbatana magna pars Mediæ eſt, & urbs Syriæ. *At in neutra monaſticam vitam egit* Doſitheus. *Unde originem traxerit, noſquam traditur. Monachus factus in monaſterio S. Seridi. Ubi autem illud? Tam prope ab Aſcalone civitate Paleſtina diſtabat, ut die uno ex tractu Aſcalonenſi ad illud proficiſci quis poſſet, & veſperi domum reverti. Patet id ex ipſo* S.Dorotheo *Inſtituti ſic ſcribente*: Cum quondam in monaſterio Abbatis Seridi verſarer, venit eo diſcipulus cujuſdam magni ſenis ex partibus Aſcalonis, ad quippiam Abbatis ſui nomine pereundandum. Habebat autem io mandatis a ſene, ut veſperi ad cellam propriam reverteretur. *Quod ille ita accurate executus eſt, ut nec tempeſtate vehementiſſima, imbribuſq; & tonitruis, ac torrentis evandatione, nec Seridenſium monachorum, ipſiuſq; inter eos* Dorothei, *ut iſthic ea nocte maneret, inducifi cohortationibus ſit paſſus. Et tunc qui ex partibus Aſcalonis ad Carmelum uſque ire die uno potuiſſe, ac redire, cum exiſtimet?*

4 *Non illic ergo S.Seridi monaſterium fuit. Fuit autem Aſcaloni vicinum, in pomerio, aut agro certe, civitatis Gazæ. Idem enim eſt* Seridus, *& quæ in Vita S.Joan. Eleemonis* 23. Jan. Seridon *appellatur, paullum mutata terminatione nominis. Erat* Seridonis *ita celebris fama etiam tunc cum Eccleſiam Alexandriaam gubernaret Joannes, ut non aliter deſcribi neceſſe eſſet ejus monaſterium, quam* Seridonis monaſterium *dicerentur: itidem ut* Seridi. *In dicta Vita c. 11. n. 64. pag. 511. Leontius Epiſcopus de S. Vitalio, qui colitur 20. ejuſdem menſis, ſic loquitur*: Et habitans prius in monaſterio Seridonis, exiit & venit Alexandriam. *Tum ut ſitum monaſterii indicet n. 69. ita ſcribit*: Sepulto ergo eo in multo honore, permanſit is qui ab eo correctus & ſanus factus eſt, faciens memoriam ejus. Poſtmodum autem & renunciavit ſeculo, ingreſſus monaſterium Abbatis Seridonis in Gaza, & ſuſcepit cellulam Abbatis Vitalii ſecundum fidem, & in ea permanſit uſque ad mortem ſuam. *Metaphraſtes ejuſdem S. Joan. Eleemonis Vita, ibidem c. 10. n. 59.* Magnum Seridonem *vocat:* Cum quietem, *inquit*, & ſilentium ageret in monaſterio Magni Seridonis, venit Alexandriam. *Sacroſancti ſilentii exemplum in eodem monaſterio præbuerat* S.Barſanophius *ſenex, qui ac Beato quidem Dorotheo loquebatur, niſi S. Serido ſeu Seridone internuntio, ut infra in* S. Doſithei *Vita patebit. In Vita autem S. Barſanuphii, quam forſan 11. Aprilis, quo Mart. Romano inſcriptus eſt, vel, quo obiiſſe dicitur, 13. Septembris dabimus,* Evagge *appellatur Abbatis Seridi monaſterium, ſi mendum abeſt.*

5 *Illic ergo quinquennium exegit* Doſitheus *ac ſanctemortuus eſt, vivente adhuc & in extremis illi adſtante* S. Barſanuphio, *qui & memoratur Hieroſolymam cum aliis quibuſdam ſanctis ac Sapientibus monachis evocatus, ac demum Conſtantinopolim, ut moliente neſcio quid Juſtiniano in favorem hæreticorum, reſiſterent. Fuit id forſan, ſi tempore Concilii Conſtantinopolitani ſub Menna Patriarcha, in quo tamen Barſanuphii nomen non legitur, ſed aliarum ex eadem Paleſtina & Phœnice Archimandritarum ac monachorum, qui inſigni zelo Anthimi damnationem tulerunt, quod eſſet Eutychiana hæreſi infectus. Habitum id concilium eſt an. 536. Unde conjicere licet, ſub Juſtino ſenore, aut primis Juſtiniani temporibus circa annum fortaſſe 530. vixiſſe* S.Doſitheum. *Neque adhuc probatur, quod in Paradiſo Carmelitici decorit Alegrant ſcribit, quinto Chriſti ſeculo floruiſſe* Dorotheum *ac* Doſitheum. *Sed longius aberrat a vero Alardus Wyelus, qui in Biblioth. veterum PP. Colonia edita hunc* Dorotheum *inter eos ſcriptores locat, ſeculo 4. id eſt, inter 300. ann. Chriſti & 400. floruerunt. Quomodo ergo citat S. Dorotheum* Abbatem Zoſimam, *qui ſub Juſtino ſeniore clarus vita ſanctimonia fuit, uti l. 17. c. 4. tradit Nicephor. Calliſtus, aut c. 5. ſi de altero* Zoſima *eſt ſermo, qui eodem tempore vixit, & S.Mariam Ægyptiacam*

ſepe-

AUCT. I. B. D

& S. Taraſio Patriarcha C P.

Neque ipſius librorum inventore ac diſcipulo

S. Doſitheos autem ab ipſo S. Dorotheo,

Inſcripta Martyrol. Galeſinii 23. Febr.

non aliuſi Ecbatanis in Syria.

Ipſi multi dist itiores ab Aſcalone,

Io monaſterio S. Seridi, jam in ſolitudi- E

Io territorio Gazæ,

of & S. Barjoannphius,

F

qui martyr. o ejusdem,

circa annum 530.

AUCT. I. B.

ſepelivis? Colitur hic 4. Aprilis, alter 30. Novembris. Citat autem S. Dorotheus non ſcripta Zoſimæ, ſed verba, ut ab ejus ore accepiſſe, non legiſſe, videatur: Sicut dixit Abbas Zoſimas, *inquit, qui nempe ipſius temporibus vixerat. Illud miror, Joannem Baptiſtam de Lezana, accuratiſſimum ſcriptorem Annalium Ordinis Carmelitici, nec quinto, nec ſexto ſeculo,* Barſanuphii, Seridi, Doruthei, Doſithei *meminiſſe, cum utrumque* Zoſimam *alioſq; quamplurimos, commemoret inter ſui Inſtituti profeſſores, & magni Eliæ imitatores: quod de* Dototheo *facilè; potiori jure aſſerere poterat, cum, ut diximus, nonnulli eos in ipſo monte Carmelo habitaſſe putent, a quibus tamen diſcrimine nec antea declaravimus.*

VITA S. DOSITHEI

Auctore coætaneo anonymo,

Interprete Balthaſare Corderio S. J.

1 BEatus vero Abbas Dototheus vitam ſolitariam, Deo adjuvante, ampleaus, ad Abbatis Seridi cœnobium ſeceſſit, ubi magnos quoſdam ac complures reperit quieti deditos: Inter quos duo erant eximii magni
B ſenes, ſanctiſſimus ſcilicet *a* Barſanuphius, ejuſdemque diſcipulus, ſive coexercitans, Abbas Joannes, qui propter eam quam a Deo habebat futura prævidendi gratiam cognominatus eſt Prophetæ: quibus cum ſemetipſum omni fiducia formandum tradidiſſet, magno quidem ſeni per ſanctum Abbatem Seridum loquebatur: Abbati vero Joanni Prophetæ etiam deſervire promeruit.

a S. Dorotheus ſit monachus ſub Seride Abb.

2 Cum adhuc Beatus Abbas Dorotheus verſaretur in cœnobio Abbatis Seridi, & certamen Chriſtianæ obedientiæ perficeret, decreverùt ſancti ſenes, ut eo loci ipſe *b* valetudinarium extueret, ejuſdemq; curam haberet. Nam ſi quando infirmabantur Fratres, valde afflictabantur,
C *e* quod nullum, qui ipſorum curam gereret, haberent. Extruxit igitur, adjuvante Deo, valetudinarium, proprio ſecundum carnem fratre ſumptus ipſi ſuppeditante. Erat enim vir Chriſti admodum diligens & monachorum amicus ſingularis. Porro ipſe Abbas Dorotheus, ut dixi, una cum aliis quibuſdam piis ac religioſis Fratribus, curam habebat ægrotantium, quippe cui hujuſmodi adminiſtrationis demandata erat diſpenſatio.

b valetudinarium — *ſumptu fratris.*

e — *ægrotis valetudinarium* — *ſumptu fratris.*

3 Quadam igitur die accerſivit eum præfatus Abbas Seridus: qui cum ad eum veniſſet, juvenem quemdam invenit militari ſago indutum, delicatiſſimum juxta ac formoſiſſimum. Is autem tunc forte venerat ad monaſterium, una cum quibuſdam amicis Abbatis, qui erant de palatio Ducis. Ut igitur acceſſit Dorotheus, aſſumit eum ſeorſum Abbas Seridus, eique dicit: Hi viri adduxerunt hunc adoleſcentem, dicentes eum velle hic in monaſterio commorari: & vereor ne forte ſit alicujus magnorum iſtorum filius, qui vel ſuſſuratus ſit quippiam, vel mali quid egerit, & fugere velit, noſque periculo exponamus, neque enim habitus ejus, neque forma eſt cujuſpiam, qui monaſticam profiteri vitam cupiat. Hic autem erat *d* delicium cujuſdam Tribuni, in magno luxu vitam transigens, (ſemper enim iſtiuſmodi deliciæ perquam mollitet educantur) nec umquam Dei verbum audiverat: ſed quidam familiares Tribuni mentionem illi feceraot ſanctæ civitatis, cujus & viſendæ deſiderio tenebatur. Petiit igitur a Tribuno, ut ad loca illa ſancta inviſenda mitteretur. Ille autem nolens eum mœrere, eum reperiſſet quemdam amicum ſuum germanum illuc abeuntem, ait illi: Gratificare mihi, & juvenem hunc recum aſſume, ut loca ſancta inviſat. Ille vir puerum a Tribuno ſuſceptum in omni honore ac recreatione habuit, ſuæ & uxoris menſæ illum adhibens.

Doſitheus delicatus juvenis, *b* — *d* — *nullo verè fidei,* — *to Hierosolymam:*

4 Ubi vero ad ſanctam civitatem perveniſſent, & loca ſancta adoraſſent, profecti ſunt Gethſemanum, ubi erant inferni depicta ſupplicia. Cum igitur adoleſcens illi ſpectaculo intentus & obſtupefactus aſſiſteret, videt mulierem quamdam venerabilem, purpura indutam, ſibi adſtantem, quæ ſingulos quoſque damnatorum ei declarabat, atque alia quædam tamquam ex ſe monebat. *e* Gloria tibi Chriſte, qui omnia facis propter hominum ſalutem. Adoleſcens vero ille cum hæc ab ipſa audiviſſet, tacebat & admirabatur: numquam enim, ut dixi, verbum Dei audiverat, nequedum de judicio quidquam intellexerat. Converſus igitur ad eam dixit: Domina, quid quis faciet, ut hæc ſupplicia evadat? Illa vero reſpondens ait: Jejuna, & ne veſcaris carnibus, & jugiter ora, & has pœnas evades. Cæterum cum hæc tria illi præcepta dediſſet, jam amplius non apparuit, ſed evanuit.

D *videt pœnas tormenta infernal.*

e *monetur Sancta cujuſdam,* *ut ea evadat,*

5 Ex eo igitur tempore juvenis ille compunctus permanſit, & tria illa præcepta, quæ dederat ei mulier, ſedulo ſervabat. Amicus vero Tribuni, videns eum jejunantem & carnibus abſtinentem, affligebatur cauſa Tribuni, quem ſciebat ipſum magni facere. Commilitones vero iſtiuſmodi vitæ inſtituta conſiderantes ajunt ad eum: Fili, quæ tu facis, non ſunt hominis in ſeculo degere cupientis. Si igitur hoc modo vivere volueris, eunſer te ad monaſterium, & ſervabis animam tuam. Ille vero, qui necdum de Deo quidquam noverat, neque quid eſſet monaſterium ſciebat, ea dumtaxat, quæ ab iſta mulicre audiverat, obſervabat.

jejunat, carnes abſtinet, orat,

E

6 Ait ergo ad illus juvenis: Vos ducite, me, quouoſtis. Ego enim quo me conferam penitus neſcio. Quidam autem ex illis, ut dixi, erant amici Abbatis Seridi, qui hunc adoleſcentem una ſecum ad monaſterium, adduxerunt. Tunc Abbas miſit B. Dorotheum, qui ipſi loqueretur, ipſumque examinaret. At ille nihil aliud reſpondere noverat, quam, Volo ſalvari. Reverſus igitur Dorotheus Abbati refert: Si omnino decreveris ipſum admittere, nihil eſt quod timeas, nullum enim vitium habet. Dicit ei Abbas: Fac igitur caritatem, & tecum illum aſſume, ut ſalvetur: nolo enim eum inter Fratres commorari. Ipſe vero præ modeſtia inſtanter id recuſabat, dicens, neque ſtatus neque moduli eſſe ſui onus iſtiuſmodi in ſe ſuſcipere. Cui Abbas: Ego, inquit, & tuum onus & illius geſto; tu cur affligeris? Tunc dicit ei B. Dorotheus: Quoniam igitur hoc omnino decreviſti, expone illud *f* ſenem, ſi tibi videtur: Bene, inquit ille, ego exponam ei. Pergit itaque, & rem ſenem refert. Tunc ſenex ipſi declarat, ut ſic eum ſuſciperet: Per te enim, inquit, Deus ſalvabit eum. Tunc ſuſcepit ipſum cum gaudio, & ſecum habuit in valetudinario, atque Doſitheum appellavit.

ducitur ad monaſterium,

a S. Dorotheo examinatur,

eluditur inſtitutum dare,

f probante S. Barſanuphio,

F

7 Quando autem edendi tempus advenerat, dicebat ei: Comede ad ſatietatem, tantummodo obſerva mihi, quantum comederis. Et abiens comedit, & venit dicens ipſi: Comedi unum panem cum dimidio. Erat autem panis quatuor librarum. Ait illi Dorotheus: Num bene te habes, Doſithee? Reſpondit ille: Etiam, Domine, bene habeo. Tum ait Dorotheus: Numquid eſuris? Nequaquam, Domine, inquit ille; minime eſurio. Igitur, inſert Dorotheus, comede panem unum & quartam alterius partem: aliâ vero quartam partem in duas partes divido, quarum alteram comede, & fecit ſic. Tum ait ei Dorotheus. Eſuriſne Doſithee? Reſpondit: Etiam, Domine, modicum eſurio. Poſt paucos dies, iterum dicit illi: Quomodo habes, Doſithee, numquid manſiſti famelicus? Nequaquam, Domine, ſed preces tuas bene habeo. Igitur, inquit, tolle aliud dimidium quartæ partis, & fecit ſic. Iterum poſt paucos dies dicit ipſi: Quomodo nunc te habes? numquid eſuris? Reſpondit: Bene habeo, Domine. Dicit illi: Davide quartam illam aliam partem in duas partes, & dimidium comede, alterum dimidium relinque. Et fecit ſimiliter: ſicque Deo cooperante,

ſolitur tamedare 6. libras panis,

ſuaſum datetur S. eadem ab ipſo confeſſario,

A rante paullatim ex ſex libris conſtitit in octo uncias. Etenim vel in comedendo etiam valet aſſuetudo,

8 Ceterum juvenis iſte miuiſſimus erat in omni opere, quod faciebat. Miniſtrabat autem ægrotis in valetudinario, & quilibet miniſterio ejus recreabatur. Omnia enim munde peragebat. Si vero contigiſſet eum ega quemquam infirmum negligentia uſum, aut verbulum aliquod cum ira locutum fuiſſe, dimiſſis omnibus ſtens cellulam ingrediebatur. Cum igitur alii miniſtri valetudinarii ingrederentur ad ipſum conſolandum, nec ipſe conſolationem ullam admitteret, admittebant Dorotheum, eiq; dicebant: Fac caritatem, Domine, & diſce quid habeat hic Frater, quod lacrymetur, & neſcimus quare. Itaque ingreſſus eſt, & reperit eum humi ſedentem, ac flentem, eique ait: Quid eſt tibi, Doſithee? quid habes? cur fles? Cui ille: Ignoſce, Domine, quoniam iratus fui, & male locutus ſum Fratri meo. Et dixit ipſi: Itane iraſceris, Doſithee? Itane non pudet te iratum etiam male loqui Fratri tuo? An ignoras, ipſum eſſe Chriſtum, B reque Chriſtum affligere? Tum ille demiſſo vultu flebat amare, nihil penitus loquens. Poſtquam vero vidit illum ſatis fleviſſe, ajebat ei: Deus tibi parcat; *g* ſurge, modo incipiamus, & diligentiam adhibeamus, ac Deus opem ferat. Quo audito, ſtatim ſurgebat, cum gaudio ad miniſterium ſuum, accurrens, ac ſi a Deo arrham accepiſſet.

9 Miniſtri ergo valetudinarii mores ejus obſervarant, & quando videbant ipſum lacrymantem, dicebant: Quid habet Doſitheus? Quid etrotis commiſit? ajebantque B. Dorotheo: Domine, ingredere cellam ejus, quia habes iſthic negotium. Cum igitur ingreſſus inveniſſet ipſum humi ſedentem ac flentem, ſatis intelligebat ipſum male verbum aliquod locutum fuiſſe, dicebatque ei: Quid hoc rei eſt, Doſithee? rurſuſne Chriſtum affliaſti? rurſuſne iratus fuiſti? Nonne pudet te? te tandem non corrigis? At ille pergebat flere. Cum ergo iterum vidiſſet ipſum lacrymis ſaturatum, Surge, inquiehat, Deus tibi parcat, denuo incipe, & impoſterum te emenda. Ipſe vero actutum cum fiducia triſtitiam illam abigebat, & ad opus ſuum ſeſe accingebat.

C 10 Ceterum ægrotis lectulos eummodiſſime ſternebat: adeo autem ingenuus ac liber erat in cogitationibus ſuis manifeſtandis, ut non tato eum lectulos egregie ſtraviſſet, ac B. Dorotheum illac tranſire videret, ei diceret: Domine, Domine, cogitatio mihi dicit: Elegantet lectulos ſternis. Et reſpondit ei Dorotheus: Papæ Domine, ecce bonus ſervus factus es, inſignis cubicularius, ſed non bonus monachus evaſiſti.

C 11 Numquam autem ſinebat ipſum ergarem quampiam, aut materiam quamcumque affici: Omnia enim cum gaudio & cum fiducia exeipiebat, & in omnibus alacriter obediebat. Si quando indigebat veſte, Dorotheus eam illi ſuppeditabat: quam ille deinde abiens magna eum modeſtia & elegantia conſuebat. Cumque illam abſolviſſet, vocabat ipſum Dorotheus, ei dicens: Doſithee conſuiſtine veſtem iſtam? Reſpondebat. Ita Domine, recte atque elcganter ipſam concinnavi. Tum Dorotheus: Vade, inquiebat, da ipſam huic Fratri, aut huic infirmo. Et abibat, ac dabat ipſam magna cum alacritate. Rurſus ipſi aliam veſtem porrigebat, quam ut iterum elegantet farciviſſet ac concinnaſſet, ſimiliter ajebat ei: Trade illam iſti Fratri, ac protinus eam porrigebat, nec unquam affligebatur, aut murmurabat, dicens: Poſtquam laboravi ſarciens & concinnans veſtem aliquam, tulit eam a me, atque alteri præbet: ſed quidquid boni audiebat, id magna promptitudine exequebatur.

b 12 Alio quodam tempore quidam *b* Apocriſiarius ſeu monaſterii procurator, attulit illi cultellum valde concinnum & affabre factum: quem eum accepiſſet, tulit ad Abbatem Dorotheum, dicens: Frater ille hunc cultellum attulit, quem ego accepi, ut ſi juſſeris habeamus illum in valetudinario, quoniam optime ſcindit panes. Porro numquam ſtetus ille in valetudinario quidquam habuit amplius rei alicujus vetuſtæ, quam recte valens. Ait igitur ipſi: Age, affer illum, ut videam num ſit præſtans. Quem cum ipſi tradidiſſet, dicens: Revera, Domine, *i* idoneus eſt ad paranda oſſa. Ut autem vidit illum vere accommodum eſſe ad opus, ſed quoniam non volebat ipſum cuicumque rei nimis affici, non permiſit ut eum poſſideret. Ait igitur ipſi: Duſithee, ſiccine tibi placet? Numquid vis eſſe ſervus cultelli hujus, & non ſervus Dei? Siccine, Doſithee, tibi placet, ut cultelli hujus affectu illigeris? Et non te pudet velle, ut cultellus iſte tui potius dominetur quam Deus? Quo audito, minime abnuit, ſed ſilens oculos deorſum flexit. Poſtmodum ubi illum increpare perrexiſſet, Vade, inquit, depone cultellum iſtum, nec tangas eum. Qui uſque adeo exinde cavit ne ipſum tangeret, ut neque alteri unquam ipſum tradiderit, ſed & aliis miniſtris illo utentibus, ipſe ſolus abſtinebat. Nec unquam dixit, Cur ego ab omnibus abſolute abſtrahor? Sed omnia quæcumque audiebat, cum gaudio perficiebat.

E 13 Hoc igitur modo exiguum illud tempus, quo in miniſterio vixit, tranſegit. Vixit enim circiter annos quinque, & ſic mortuus eſt in obedientia, ne unica quidem in re probatam faciens voluntatem, neque quidquam ex perturbatione unquam peragens. Quando autem infirmatus fuit, & ſanguinem ſpuit, (tabe enim extinctus eſt) audivit a quodam ova ſorbilia multum conferre iis qui ſanguinem excreant. Noverat autem hoc & B. Dorotheus, qui libenter illi remedium aliquot attuliſſet, ſed præ nimia diſtractione id illi non venerat in mentem: Ait igitur illi Doſitheus: Domine, vellem tibi ſuggerere aliquid, quod mihi profuturum audivi, ſed nollem id mihi concedere, quoniam iſtiuſmodi cogitatio me infeſtat. Cui ille: Dic mihi, inquit, Doſithee, quidnam illud rei ſit. Tum ille, Sponde, inquit, te mihi non daturum iſtud, quandoquidem, ut diai, cogitatio ejus me turbat. Cui Dorotheus, Recte, inquit, ut vis faciam. Tunc ille: Audivi, inquit, ova ſorbilia conducere iis qui ſanguinem ſpuunt; ſed te per Dominum obſecro, eum ex temetipſo non ſtatueris mihi dare, ne des mihi propter cogitationem meam. Recte, inquit Dorotheus, eum noo velis, nuu dabo tibi, tantum ne turberis. Satagebat autem pro ovis illi dare tes alias, quæ conducebant ſanitati, quandoquidem dixerat ſeſe ovorum cogitatione turbari. Ecce etiam in tanta infirmitate contra propriam voluntatem decertabat.

F 14 Habebat vero etiam jugem Dei memuriam, quoniam ei devotus erat, jugiter dicendo: Domine Jeſu Chriſte, Deus meus, miſerere mei, Fili Dei adjuva me. Hanc nimirum orationem aſſidue habebat in ore. Quando autem infirmabatur, dicebat ipſi: Doſithee, curam habe orationis, vide ne ipſam perdas. Ille vero reſpondebat: Bene, Domine, ora pro me. Rurſus cum ingraveſceret morbus, ait ipſi: Quid eſt, Doſithee, quomodo ſe habet oratio? etiamnum ſibi conſtat? Et reſpondebat: Ita, Domine, per tuas preces. Ubi vero magis ac magis ingraveſcere cœpit morbus, (in tantam enim incidit imbecillitatem, ut in ſindone geſtaretur) ait illi: Quomodo ſe habet oratio, Doſithee? Tunc reſpondit: Ignoſce, Domine, jam amplius incumbere illi nequeo. Cui ille, Omitte igitur, inquit, orationem, ac Dei tantum memor eſto, eumque tibi præſentem conſidera.

15 Porro valde laborabat, & magno ſeni ſignificabat dicens: Dimitte me, quia non poſſum amplius. Cui ſenex, Suſtine, inquit, fili, quoniam prope eſt miſericordia Dei. Beatus vero Dorotheus intuebatur eum laborantem, & anxius erat ne quidpiam damni pateretur. Rurſus poſt aliquot dies ait ſeni: Domine, non poſſum amplius. Tunc dicit illi ſenex: Vade in pace, ac ſiſte

AUCTOR COETANEO. D

ſervit ægris,

aſpere locutus fuit,

a Dorotheo objurgatur g dein ſolatur

ad denuo incipiat

ſuorum quemlibet gloriatur,

quis interierit, an alii vel affligatur,

nunquam murmurat,

cultellum laudatum jubetur non tangere,

quod accurate ſervavit

E ſolo laborum ſuggeſtu ova ſibi poſſe prodeſſe,

ſed obtinet ea non dari,

F orat,

etiam agni

docetur Dei ſolatium ſuo ſufficere,

mortem ſuam ſibi revelatam,

Barſanuphium mortuum,

AUCT. COÆTANEO.

ac ſiſte te ſanctæ Trinitati, & ora pro nobis.

16 Fratres vero iſtiuſmodi miſſionem ſenis audientes, cœperunt contriſtari ac dicere: Quid omnino fecit hic vel quodnam fuit opus ejus, ut audiret iſtiuſmodi? Secundum veritatem enim non viderant ipſum biduo jejunantem, quemadmodum aliqui iſthic faciebant, vel ante vigilias evigilantem, ſed neque ad ipſam vigiliam excitabatur, niſi poſt duas ſequentias, neque illum viderant exercitium aliquod obeuntem; ſed viderant ipſum panxillo juſculi, aut piſciculi capitello, vel alia re quapiam, quæ ægrotis ſuperfuerat, veſcentem. Erant autem iſthic quidam, ut dixi, qui tanto tempore ad duos dies jejunaverant, ac duplices rigilias fecerant, & exercitiis vacaverant.

ad magnæ auſteritatis ſanctitatem adeptus.

17 Ut igitur audierunt illi iſtiuſmodi ſenis reſpon-

ſed laſcivæ obedientiæ,

ſum juveni datum, qui vix quinrum peregerat annum in monaſterio, conturbabantur ignorantes ejus exercitationem, atque indiſcuſſam in rebus omnibus obedientiam, & quod ne ſemel quidem propriam voluntatem capeviſſet. Si contingeret B. Dorotheum ipſi verbum aliquando quaſi ridendo dicere, peotinus accurrens

in re ſimpliſſimæ

cum feſtinatione abibat, & abſque ulla diſcuſſione quidquid dicebatur peragebat. Exempli gratia: Cum in

B principio ea conſuetudine quadam aſperius loqueretur, B Dorotheus, quaſi ipſum perſtringens, ait ei: Opus eſt phiala vini meri Doſithee; rade igitur, accipe lagenulam. Quo audito ſimpliciter abiit, & adtert phialam vino plenam, & panem, ac tradidit illi tamquam benedictionem accepturus. Ille vero cum id ignoraret, quaſi admirabundus attendebat ei, atque dicebat: Quid vis? Reſpondit: Quoniam juſſiſti ut caperem lagenam vini meri, da mihi benedictionem. Tunc ait ei: Stulte quin vociferaris, ſicut Gothi (etenim illi quando ad iram provocantur, clamant, & tumultuantur) idcirco dixi tibi: Accipe lagenam vini meri, quia etiam tu tamquam Gothus vociferaris. Quod cum audiſſet, proſtratus veniam petiit, & abiit, ac phialam repoſuit.

in humilitate exercetur.

18 Alias vero iterum venit ad Dorotheum, interrogans ipſum de aliquo Scripturæ ſacræ verbo: cœperat enim propter animi puritatem Scripturas quaſdam intelligere. Ille vetu nolebat tunc in his verſari, ſed magis humilitate ſervari. Quando igitur interrogavit ipſum,

interrogat Abbatem de loco Scripturæ

reſpondit ſe neſcire. At ille nihil cogitans, iterum venit, & interrogar eum de quodam alio Scripturæ capite. Cui etiam tunc reſpondit: Neſcio, ſed vade interroga abbatem. At ipſe abibat, nihil penitus dijudicans. Beatus autem Dorotheus, jam prædicrat Abbati ſeorſum: Si venerit Doſitheus ad te, ut interroget quidpiam ſcripturiſticum, verbera ipſum parumper. Cum igitur veniſſet, atque interrogaſſet eum, cœpit illum cædere dicens: Cur

C non taces, cum nihil ſcias? Tune hæc audes interrogare? non conſideras impuritatem tuam? Poſtquam hæc & D

ob ea percutitur,

talia dixiſſet, dimiſit illum, duas ei alapas impingens. Ille vero reverſus eſt ad Dorotheum, genas ei ea alapis rubras oſtendens ac dicens: En adhuc firmas ſolidaſque habeo. Nec dixit illi: Cur tu non correaiſti me, ſed ad Abbatem miſiſti? Nil talc dixit, ſed omnia cum fide ab illo accipiebat, & ſine diſcuſſione peragebat. Quando autem ipſum de ſua cogitatione interrogabat, tanta fidei certitudine ac perſuaſione, quæ audierat, ſuſcipiebat & conſervabat, ut non opus eſſet de eadem cogitatione ipſum amplius interrogare. Hanc igitur admirabilem ejus exercitationem, cum ignorarent, ut dixi, fratres quidam, de ſenis dimiſſione murmurabaot.

nec murmurat,

cogitationes clare aperit.

19 Ceterum cum Dei gloriam ipſi pro ſancta illa obedientia præparatam, nec non Dorothei, tum adhuc diſcipuli, ſingularem in regendis ac ſervandis animabus

valdè viro ſancto apparet inter ſanctos Ieruſalem habitanti;

gratiam manifeſtare vellet, qua ipſum abſque errore tam brevi & compendioſa via ad Deum adduxiſſet; non multis poſt B. Doſithei obitum diebus, quidam ſanctus & magnus ſenex, qui iſthic hoſpitio excipiebatur, videre cupiebat ſanctos Patres, qui in eo cœnobio rita ſuncti erant & obdormierant. Rogavit itaque Deum, ſibi ut eos revelaret: & ridit reluti in choro illos omnes ſibi aſtantes, inter quos & juvenem quemdam aſpexit aſſiſtentem, E de quo admirabundus interrogabat, quiſnam eſſet ille juvenis, quem inter Patres conſpeaiſſet: cumque formæ illius ſigna & characteres accurate deſcripſiſſet, agnoverunt omnes Doſitheum fuiſſe, & glorificaverunt Deum, admirantes, de qua vitæ converſatione, de quo pe imo ſtatu, ac vivendi ratione, ad quanta præmia, qualemve menſuram tam brevi tempore pro ſola dumtaaar obedientiæ indiſcuſſa obſervatione, ac propriæ voluntatis abnegatione pertingere meruit.

& agnoſcitur ejus ſanctitas.

a *De S. Barſanuphio egimus in prolegomenis. Vitam ejus dabimus 11. Apr. vel 13. Septemb.*

b *In Vita S. Barſanuphii* non *tam valetudinariam pro Fratribus id fuiſſe inuitur, quam xenodochium pauperibus excipiendis inſtructum habuit.* Voluit autem ibidem ad pauperum ſuſceptionem domicilium conſtrui: quod opus cuidam juveni de Antiochia venienti, & in amore Dei ſervanti, nomine Dorotheo, agendum commiſit.

c *Chryſoſtomus Calaber vertit*: valtuque jucundiſſimum.

d *Idem*: Erat autem hic fortaſſe cujuſpiam Tribuni, ſeu Præfecti militum, filius.

e *Deſunt hæc apud Calabrum, uſque* Adoleſcens.

f *Barſanuphio nimirum.*

g *Calaber*: Surge, & jam hinc denuo ſumsmus initium, & nobis poſthac caveamus, demuſque aperam ne quemquam mærore afficiamus, & Deus nobis upem ſeret.

h *Ita lequitur Iaſſit. 1. B. Dorotheus.* Frater etiam ille quem Abbas ejus ob ipſorum neceſſitates in pagum miſerat ad ſuum apotiſiarium. *Ad quem multa commendatur Cordetius.*

i *Calaber*, ad uſum noſtrum accommodatus valde.

DE S. FELICE

EPISCOPO BRIXIENSI IN ITALIA,

J. B.

Commentarius prævius.

CIRCA AN. D. CLII. XXIII. FE. S. Felicis natalis, *Vita,*

1 BRixiæ S. Felicis Epiſc. *anniverſariam memoriam 7. Kalendas Martii celebrari teſtatur Martyrologium Romanum, hac parte auctum a Baronio, & Galeſinius. Vitam ejus ſermone Italico compoſuit Aſcanius Martinengus, quam Latine tranſtalimus, etſi pluribus verbis id fere ſolum contineat, quod in Antiſtitum Brixianorum indice chronologico Joannes Franciſcus Florentinius ita perſtrinxit:* S. Felix annos circiter 40. Eccleſiam gubernarit: Adoaldi & Theodolindæ Regum auxilio templa quamplura ereait & bonis auxit: ſuis adhortationibus a ciritate contra Mahometem auxiliares copias impetravit: ſua denique opeta effecit, ut quem Arianis Epiſcopum Rotharius Longobardorum Rex, & ejuſdem ſectæ, in urbe præfecerat, eumdem paullo poſt tolleret. Hujus cineres ab humili loco in templo S. Afræ an. 1508. arcæ alabaſtrinæ, jam antè ciritatis conſilio præparatæ, illati ſunt. Celebratur 7. Kal. Mart.

alia de eo breviter ſcripta,

2 *Epitomen quoque Vitæ ejuſdem habet Ferrar. in Catalogo St. Italiæ apud quem alia propria, in quibus a Martinengo ac Florentinia diſſentit;* perſuaſiſſe *Ariovaldo Regi* *S. Felicem*, ut Heraclio Imperatori adrerſus Saracenos

a plurib.

auxi-

A auxilia contractis copiis mitteret in Aſiam. *Cujus id veteſti ſcriptoris teſtimonio probat? Addit, Arianis Epiſcopis, quos Rotarius* multis in locis ordinandos curarat, *S. Felicem* ſeſe oppoſuiſſe, & coram & ſcriptis. *Quis ea tempeſtate* ſcripta? *Demum*, civitatem ab ea labe immunem ſervaſſe, Regis minas, qui exilium intentabat, negligentem. *Amphus tradit Ughellus, ejectum Brixia Felicem.* Ceterum Felix, *inquit*, non uſque adeo felix fuit, quin ſub Rotario Rege Ariano ſenſerit incommoda inſultantis fortunæ. Atianum enim Epiſcopum in Briatiana Sede ſibi præferri indoluit. Verum ſua patientia ac ſanctimonia, non modo indignæ infectationis impetum fregit, ſed etiam compulit Regem, ut, Ariano ejecto, Paſtorem Catholicum ad Sedem educeret. *At cum Paulus Diaconus duos ſimul conſtitutos Epiſcopos ſcribat, non ejectos Catholicos; neſcio an hoc de* S. Felice *credibile ſit: niſi forte Regem adverſum ſe irritarit, acriter illius decretum impugnans. Longe id veriſimilius eſt, quod Martinengus ſcribit*, a S. Felice *confirmatos in fide Catholicos, hæreticorum errores erudite confutatos, ita ag, accenſam plebem, ut concordia conſa conſenſerit Rex avocandum inde Arianum, Pollionis etium fortaſſe (ſi, quod volunt, regius Cancellarius is fuit, civiſſi Brixienſis,) conſilio impulſus. Alibi ipſi converſi Arianorum Epiſcopi, ut de Anaſtaſio Ticinenſi tradit lib. 4. c. 44. Paulus* B *Diaconus. De ea vilitis Heraclio miſſis, illud minus alienum a ratione, quod idem ſcribus Ughellus, etſi haud facile me credulum præbeo:* Populum Brixianum, *inquis*, frequentiſſimis habitis conciombus adhortatus eſt, ut contra Mahometanam ſectam in Orientem ferret ſuppetias. *Sunt illa pleraque ex Elia Cupreoli hiſtoria Brixienſi accepta.*

3 *Ferrarius annos 30. illi Eccleſiæ præfuiſſe Felicem ſcribit, obiiſſe circa annum 656. Chriſti: ac Martinengum arguit, qui 40 annos illi tribuat, velit tamen anno 626. creatum, 656. obiiſſe: cum diſerte it ſcribat, circa annum 656. deceſſiſſe Rotarium*, ſub extremam Felicis ætatem, *ac regnum deinde tenuiſſe quinquennio Rodoaldum, poſtea Ariſpertum: ſed* nihil tum geſtum eſſe memorabile, *quod ad* Felicem *pertinere videatur. Ceteri in 40. annos conſentiunt, ſed eos Ughellus ab anno 612. orditur. Nulla proferuntur vetuſta temporum nota, unde certum quid deſcire valeamus.*

V I T A

ea Italico Aſcanii Martinengi.

C 1 QUam ſum expertus in ſcribenda *a* S. Fauſtini Epiſcopi Vita difficultatem, eadem cupienti S. Felicis res geſtas commemorare, haud paullo gravior occurrit. Nam cum iſthic vix tenui mentione annalium, aut rancidæ antiquitatis fragmento adiutus, perbrevem de ejus vita commentarium contexere ſim coactus; hic omnia me deficiunt: neque enim aut antiquitas ulla, quæ S. Felicis illuſtria facta explicet, venit in manus; aut ejus externi hiſtorici, ac ne noſtratium quidem rerum annales, niſi obiter, meminere. Quare veniam mihi tribui ab iis, qui hæc legent, flagito; ſi prætermiſſis, familia, ex qua ortus eſt, progenitorum nominibus, educatione ipſius, animique & corporis præclaris dotibus, & quæ ei peculiaria evenere, de quibus altum apud ſcriptores omnes ſilentium; ea proſequar dumtaxat, quæ illa tempeſtate ecligioni Chriſtianæ, ac præcipue urbi noſtræ Brixianæ accidere: unde de Antiſtitis ſanctiſſimi pietate ac virtutibus cetetis fieri conjectura queat.

2 Recenſetur S. Felix in annalibus Briatianis *b* ſeptimus & viceſimus ejus urbis Epiſcopus, ac *c* Dominico ſucceſſiſſe memoratur. Annalibus ſubſcribit *d* Rambertus. Evectus ad eum gradum dignitatis eſt Felix, ut vulgo opinio eſt, circa annum Chriſti 625. eumque tenuit annis circiter 40. quantum ex annalium fide, aliorumque monumentis ſcriptorum, ſtatuere potui: Potiebantur tunc rerum Longobardi, ſub quorum & Briaia dominatu erat. Imperium inter coscirca annum Chriſti 618. (ut in appendice ad Euſebii Chronicon tradit Matthæus Palmerius) *e* Adaloaldus, Agilulpho vita functo, eſt adeptus, vel etiamtum puer, quod Paulus Diaconus teſtatur, vel certe maturiori jam ætate, ducta *f* Theoderici Francorum Regis filia, ut noſtri memorant annales. Is cum Theodolinda matre, ſingularis pietatis fœmina, regnum decem annis adminiſtravit. Horum igitur extremis temporibus, Felicis potiſſimum interceſſione, cujus erat ſanctitatis præclara exiſtimatio, multæ in noſtra urbe reſtauratæ ſacræ ædes, ampliſque dotatæ facultatibus ſunt.

3 Adoloaldo dein mente capto, ſuſcepit regni gubernacula Ariovaldus circa annum noſtræ ſalutis *g* 628. cum triennio jam Epiſcopale munus Felix geſſiſſet. Eo tempore (ut quidem cenſet Capreolus, nam Palmerius ad Adaloaldi imperium id revocat) impius Mahumetus, ſuperbo ſibi adſcito Magni Prophetæ & Spiritus Dei nomine, ex Arabia egreſſus, orbem *h* tereteum nefariæ doctrinæ figmentis replebat, multoſque Aſiæ atque Africæ populos in ſuæ pertraxerat impietatis ſocietatem: cum nemo rudes illos populus ſana doctrina eeuditet. Qui *i* deinde veluti Sara legitima Abeahæ uxore orti, divinorumque peE miſſorum hæredes, Saracemi dici voluere, quaſi divinitus impoſita nomenclatura. Atque huic veſaniæ ita iſtorum temporum obſecuta eſt improbitas, ut numeroſo conflato exercitu in *k* Syriam irruperint, ac late ferro flammaque graſſati, multis excidium urbibus attulerint, ac complures ſibi populos ſubiecerint. Heraclius, qui tunc Orienti præerat Imperator, *m* ſacroſanctæ Chriſti Geuce Hieroſolymis Conſtantinopolim ablata, ne in Barbarorum, quorum late terror volitabat, manus veniret, omnibus ſuis contractis copiis, ſociorumque auxiliis, iis *n* obviam ibat, immanem illam prupulſaturus ab Imperii finibus calamitatem. Felix igitur noſter, quippe, qui ut providus ac ſapiens nauclerus, adventantem eminus imminentemque Eccleſiæ novi proſpiciebat procellam, quam tetra nubes tunc in Oriente exorta minabatur; annuente Ariovaldo Rege, ita ſuorum civium, vi dicendi animos accendit, ut ipſimet haud exiles copias contraxerint, quæ cum ceteris Italis, Chriſtianæ religionis propugnatoribus junctæ, cum eximia laude Italicæ nationis, haud parum ſubſidii attulere, ad comprimendum in præſentia hoſtilem impetum, *o* pellendumque ex occupatis jam Imperii provinciis.

4 Exceſſit haud multo poſt e vita Ariovaldus. Regnum Rotatio delatum, ſapientiæ ac diſciplinæ militaeis laude peæſtanti viro, ſub annum Chriſti 640. F *p* Præbita tunc Felici novi acrioriſque laboris occaſio. Nam, ſive id cum lacte virus combibeeat Rotaeius, ſive ingenii, quo plurimum valebat, fiducia, eo erroris erat imprudens prolapſus; Arianam hæreſim ita tuendam ſuſceperat, ut (mouſtrum immane!) binos in ſingulis urbibus Antiſtites legi, Orthodoxum unum, alterum Arianum, vellet: ut nimirum Eccleſia, dileCtiſſima Chriſto ſponſa, novo portenti genere geminum attolleret caput. Id cum eſſet Briziæ quoque factum, haud facile exprimi verbis poteſt, quantum Felici, ſanctiſſimo zeloſiſſimoque Pontifici, moleſtiæ doloeiſque attulerit. Quam ille aſſidue imbecilles ſolabatur, dubios nutanteſque confirmabat, erigebat lapſos, ſolidis rationibus convincebat obſtinatos, in quorum animis altas jam radices egerat perverſa ac ſcelerata ſuperſtitio *t* Species hæc erat aſſidui belli: arena committendo certamini, locus quivis: arma, quibus feriendus hoſtis eſſet, argumenta: quibus conjecta ab eo tela depellenda, reſponſa ſapientiæ ac prudentiæ plena: victoriæ ſumma, impoſitum adverſariis ſilentium.

EX ITALICO MARTINENGI.

a Auctor, de geſtis ſuis commentatio.

b Sub Rege Adoloaldo

c

d S. Felix ſit Epiſcopus circa annum 625.

e Sedis ejectus a Rotario?

f

g

h

i

k

l reſtaurat eccleſias

m Sedis tempus.

n

o eccleſiæ ſuæ dicitur, ut ad bellum ctr. ira Mahumetana ſtrat;

p Rotario hæreticus Epiſcopos intrudente

S. Felicis Vitam in temporum, quibus vixit, ſerie collig.

q ſeos confeſſ. mos Felix

aſſidua de certamine cum Arianis,

EX ITALICO MARTINENGI. A Concurrebatur paſſim in templis, foris, compitis, domibus. Quanto vero animi ardore huc atque illuc ferebatur Felix! ut providi ducis partes omnes ſtrenue exequebatur! ut addebat animos Catholicis! ut arma ſubminiſtrabat! At, ſicubi infirmiorem aciem perſpexerat, ut inferebat ſeſe! ut perculſorum reſtituebat animos! ut victoriam varjam atque illuſtrem reportabat! Aſſerebat porro Arianæ impietas minorem Patre Filium, utroque Spiritum ſanctum, utrocem nimirum ſanctiſſimæ Trinitati blaſphemiam inferens. Nam ſunt in ea Pater, Filius, Spiritus ſanctus coæterni, ut ſol, radius, lumen, quorum ſine alius nullum naſcitur; unius ejuſdemque ſubſtantiæ; ut aqua limpidi fontis, rivi inde promanantis, ac lacus in quem confluit gloria & perfectione æquales; ut vivi vultus forma in terſo ſpeculo, aut cryſtallino ſoote exhibetur. Quoniam igitur furialis illa impietas tanta temeritate ipſam ſanctiſſimæ Trinitatis ſplendidiſſimam gloriam, & ineffabilem inceſſabat majeſtatem; eo ucrius Felix ceterique Orthodoxi, juſta perciti indignatione, ut fidi clientes, pro æterni Regis honore dimicabant. Tantum demique Felicis indefeſſus ardor potuit, ut cives fere in ſeditionem ſint verſi. Rotarius intellecta tumultus popularis occaſione, alterum inde Epiſcopum amovit: præſertim cum audiſſet, Catholicos efficacibus argumentis impoſuiſſe Arianis ſilentium. Felix eximia perfuſus animi voluptate, quod inſtar generoſæ aquilæ pullos ſuos a ſerpente defendiſſet, cum publicis ſacrificiis quam potuit maximas Deo gratias egit.

ſorumque, vores ecclaſiaſtici; obtinet ut ad locum Epiſcopus accedat; B

5 Juſſit deinde Rotharius (ut Paulus & Palmerius tradunt) leges, quæ ſola memoria ſervabantur nullis conſignatæ litteris, digeri ac deſcribi, in codicem unum relatas: idque jut omne Edictum appellatum. Nam ſeptuaginta ſeptem annis, adeo ampla re, nullis ſcriptis legibus vixerant Longobardi. Præcipuus tam præclaræ rei auctor q Pollio fuit, vir eximia eruditione, Rotarii Cancellarius, patria Briaianus, ut Annales teſtantur. Hic quoque (ut ego quidem exiſtimo, etſi a nullis id traditum ſcriptoribus eſt) Felicis ahortumque Epiſcoporum diligentia cautum, ne quæ in legum codicem ſtatuta referrantur, quæ Eccleſiaſticam libertatem & juriſdictionem violarent impedirentve.

dat opera Rotharo Longobardorum latorem Legislatore

q

6 Alia eo tempore luctuoſa cumprimis evenit calamitas: ingenti enim terræ motu univerſa concuſſa Italia eſt, ac præcipue Brixiæ urbs: ubi multa proſtrata humi ædificia, multi oppreſſi ruina mortales. Secuti imbres diuturni ac copioſi: ab his eluvio, qua ſanditus domus plurimæ everſæ, viciqua aden integri, multi aaſtincti homines, agri late inundati fructuumque ſpes intercepta. Deinde (ut fere calamitas una alterius eſt gradus) e noxio putrique vapore, qui expirabat e terra, peſtilentia orta, qua intumeſcebant quæ afflata erant corpora, itu fœdum in morem, ut agnoſci homines non poſſent. Ita vero ea ſæviit lues, ut pars ſit maxima civium Brixianorum deleta: ac paſſim fœtida cernebantur corpora, partim in lectis, partim in nuda humo ſtrata, ut erant ſubita vi morbi correpta diſtentaque. Quam vero publica iſthæc calamitas graviter Felicis convulnerarit animum, non poteſt eaprimi verbis. Sed peo ſingulari ſua ſapientia, cum omnia hæc a divina manu ſentiret juſtigi flagra (quippe quæ ſola conturbat elementa, terram quatit, aquam concitat, inficit aerem, mortalium irritata ſceleribus) ſalutare remedium arripit, placandæ divinæ Majeſtatis conſilium. Publicis igitur ad populum ſermonibus, privatiſque colloqaiis, juſigni animi fervore ac facundia, Jonas noſter hortari omnes ad pœnitentiam, quæ una divinam ultionem inhibere, atque iraram ſerenare numinis facies poteſt.

terræmotus, imbres diuturni, peſtis afflatus lues;

C

hortatur ad pœnitentiam & preces;

7 Ipſemet dein extentis brachiis, ſublatiſque in cœlum oculis, inflammato mirifice ſpiritu, ita precabatur Deum: Ignoſce, Domine, populo tuo: non patiaris ei inſultare Mahumetanos & hæreticos: qui conſpecta crudeli hac ejus ſtrage, concludunt blaſphemi, non eſſe fidem religionemque noſtram tibi acceptam. Scio, Domine, non ſolere a divina tua manu armari adverſus hominem creatoras, niſi in gravium erjminum, quibus divina tua læſa Majeſtas ſit, ultionem. Ea enim cauſſa hauſtus olim diluvio urbis terrarum, igul deletæ urbes quinque, abſorpti telluris hiatu Core, Dathan, Abiron, flamma icti Nadab & Abiu, Angeli gladio cæſus Sennacheribi numeroſus exercitus. Eadem nunc cauſſa, terræmotu concuſſa hæc civitas, inundatione vaſtatus ager, peſtilentia extincti mortales. Sed quid, Domine, aperi ſinum, excita viſcera miſericordiæ tuæ, dic Angelo frameam vibranti ultricem: Satis eſt, reduc dexteram. Sin adhuc aliam incuſſurus es plagam, eu me paratum, velut alis filiot meoa tecturum: me feri, ſicque juſta tua refidat indignatio. Parce populo tuo, aut e numero me viventium expunga, atque a caduca hac vita me eaime. Mihi pretioſa jucundaque mors continget, quæ vitam his mihi perquam dilectis conſervet. Ita ſæpius ſecreto precabatur Felix: inde ad publicas decernendas ſupplicationes converſum credibile eſt Litaniis uſum, quas non ita pridem ad ſimilem avertendam calamitatem magnus compoſuerat Gregorius. Omni interea ope ſuccurrere afflictis, ſepelire mortuorum corpora, nulla ſordium ac tabis habita ratione, pari humilitatis humanitatiſque officio cimplis eleemoſynis alioque ſubſidio egentes juvare. Sub extremam Felicis ætatem, mortuo circa annum 656. Rotario, regnum Rodoaldus quinquennio tenuit: hunc Aritpertus aacepit: nihil tum geſtum eſt memorabile.

ipſe pro ſe precatus,

ſuſtinet

E

8 Ista ſunt, quæ de Felicis virtutibus, ac rebus ab eo præclare geſtis, colligere potui. In hoc certe obſcuro ſcriptorum ſilentio, quo ejus involuta eſt vita, iſtæ virtutis ejus ſcintillæ, a fortuna temporum, quibus viait, ductæ, poſſunt eximias ejus animi dotes teſtari. An non enim illuſtrem ejus ſanctitatem fuiſſe neceſſe eſt, quem Reges populique tanti æſtimarint? religionem, qui tot reſtaurarit templa? zelum, qui longe ab domo adverſus Mahumetanos ferri arma ſuaſerit? doctrinam, qui hæreſim Arianam contuderit? pietatem, qui gregi ſuo in tam acerba calamitate ſuccurrerit? An non egregia opera, quæ tantam ei & in tereis gloriam, & in cœlis coronam peperere?

Auctor phœnixſe dicitur.

9 Tandem vivendi finem Felix fecit, cum ad extremum ſenium perveniſſet. Cum enim tunc non crearentur, niſi qui matura ætate eſſent, Antiſtites, ipſeq; 40. in eu munere annos exegerit, neceſſe eſt omuino grandem natu fuiſſe. Neque minus, quam vita, ut credibile eſt, ſancta mors fuit: utraque multis conſpicua miraculis, etſi ad noſtram ea notitiam non pervenerint. Id fortaſſis noſtra in conſervanda ſpiritualium noſtrorum progenitorum memoria ſegnities meruit. Quæ tamen ejus ſanctitatis ac meritorum opinio fuerit, argumento eſt illius ſepulchrum. Erat arca e ſaxo verſiculore ſine quam pretioſo, quodque ego non his in regionibus, ſed in Africa exciſum crediderim, parte anteriore plurimis exilibus ſtriatis, Longobardico more veſtitis, ornata: quæ cum deinde moveretur, fracta eſt, ejuſque perſpectus valor: ac ſecta in partes, ea inſque confecti, qui ante altare ædis S. Afræ cerountur, cancelli. Quod eſſet hoc ſaaum adeo vetuſtum, ut jam exedi ætate inciperet, & cælatæ cultu Longobardico ſtatuæ, præter repertam intus in lamina epigrapheu, evidenter fidem faciebant, iis ipſis, quibus mortuus eſt Felix, monumentum hoc illi excitatum eſſa imperii Longobardici temporibus. Id vero aut religioſorum illorum Principum, aut urbis ipſius, cupientis ſacris Præſulis ſui oſſibus, dignum ejus magnitudine, exiſtimatione, mentis tumulum erigere, opus fuiſſe, inde conficias, quod & pretioſum adeo ſaxum, ita variis elegantibuſque diſtinctum venis, ea longinquis advectum regionibus, accurate ſculptum, etſi rudi cœlo, ut

F

r. Felix pie mortuus;

honorifice ſepultus;

ea erant

A ea erant tempora. Eſt igitur ſacrum corpus inſigni funerit pompa, multis cum piorum lacrymis, in æde ſ SS. Fauſtini & Jovitæ ad ſanguinem, quæ jam S. Aſtæ dicitur, totra eam arcam depoſitum. Neque unquam ex ea exemptum, etſi ipſa arca, variis temporibus, alio atque alio ejuſdem ædis loco ſtatuta ſit. Ea demum anno 1508. in ſacello ad meridiem reperta, in novam baſilicam ſacrum deportatum eſt pignus, collocatumque haud procul eo loco, ubi prius conditum fuerat, in ara templi media, quæ majoris elegantiæ atque ornatus gratia ad Auſtralem partem obverſa eſt.

corpus inventum an. 1508.

a De S. Fauſtino *Epiſcopo Brixienſi egimus* 16. *Febr.*
b *Triviſomus eſt apud Ughellum.*
c *Colitur* S. Dominicus, S. *Felicis deceſſer*, 20. *Decembr.*
d *Alii* Rampertus, *dicunt, ab Ughello Epiſcopo Brixienſio* 44. *Ianuarii. Extat ejuſdem Ramperti tractatus de translatione s. Philaſtrii, ubi inter alios Epiſcopos Brixienſes recenſet quoque* Dominicum *et* Felicem.
e Adaloaldus *vocatur a Paulo Diacono & aliis, ab* Eryolo Paterno Adalvaldus, *ſeu* Berenio, *qui & Adevaldum appellat:*
f *Paulus Diaconus l.* 4. *c.* 31. *deſponſatum ei fuiſſe filiam Theodeberti, Regis Auſtraſiæ, ſcribit, patre adhuc vivente, anno* 604. *vel* 605. *cum adhuc puerulus eſſet. Erat vero Theodeberga Theoderici Burgundiæ Regis frater, ab eo victus rege aequeximus anno* 612. *Agilulphus anno* 616. *obiiſſe traditur.*
B g *Imo* 626. *fecundum ea quæ de morte Agilulphi jam dicta.*
h *Hoc multis recentiores confingunt. Ne Arabia quidem tota potiti videntur Mahometes, qui anno* 631. *impuram animam efflavit. Succeſſores vi armorum ſuperſtitionem ſuam propagarunt.* D
i *Cur ait deinde? Multis ante Mahometem ſeculis celebre nomen fuit Saracenorum, qui & Chriſtianam fidem complexi, ut alibi diximus.*
k *Fallum id: ſub Umaro, qui tertio loco poſt Mahometem Amerat Arabum fuit.*
m *Id fallum ſcribit Cedrenus anno Heraclii* 24. *Chriſti* 633. *non immo* 634.
n *Non ipſe met, ſed varii Duces ab eo miſſi, qui omnes victi ab Umaro ſubjugatique; vivente adhuc Heraclio, Syria, Paleſtina, Ægyptus, aliaque provinciæ. Ita qui res cantat in Perſide egeras Heraclius, coetipralia commiſerat ſecundiſſime eventu, poſtquam in hæreſim prolapſus eſt Monotheliſtarum, ignarus & infelix deinceps fuit.*
o *Non eſt ſane tanc pulſus. Italorum hanc expeditionem alii quique e recentioribus memorati, Ughellus, Florentinius, Ferrarius, Capreolus. At non veterres, quos quidem viderim. Potuiſſe aliquæ ferri delectus ab Exarcho, in quibus & Brixienſes aliqui nomina dederint, miſſi, in Orientem ſint, non inficior ſed quæ auctorem, qui id ſcribat.*
p *Alii ajunt* 638. *Quæ hic narrat Marcus eques de Rosario, deni duobus Epiſcopis penè per omnes regni civitates conſtitutis, ex Legibus Longobardorum in unum codicem redactis, habet Paulus Diaconus lib.* 4. *cap.* 44.
q *Ita narrat Capreolus in Brixienſibus annalibus.*
r *Alii anno* 654. *ſtatuunt Rotharis ſive Rotharii mortem: & forte etiam potius Hactenus, cum Rodoaldus ejus filius* 5. *annis regnaſſe dicatur, Ariperto inde* 2. *cujus ejectus filius Godeboldus regnum invaſit anno* 662. *ut oſtendimus* 9. *Febr. ad Vitam S. Sabini Ep. Cauſini* §. 10. nn. 60. E
f *De hac ade aſſam* 15. *Februarii ad SS. Fauſtini & Jovitæ Acta* §. 3. nnm. 12.

DE S. EARCONGOTA
REGIA VIRGINE ANGLA,
EBORIACI, SEU FARÆ-MONASTERIO, IN GALLIA.

Commentarius hiſtoricus. G. H.

AUR FINEM SECULI VII. XXIII. FE.

In S. Faræ monaſterio

1 INter illuſtriora in Gallia monaſteria fœminarum ante mille annos extrui numerari debet, quod in diœceſi Meldenſi etiamnum extat, olim ab Agnerica Comite, S. Walberti & Faronis Epiſcoporum Meldenſium parente, in ſaltu Brigeaſi & ſui dominii prædio, S. Fara filia ſanctimonialium ædificatum. Et loco tunc Eboriacus nomen erat: poſtea a ſancta hujus Abbatiſſæ memoria, Faræ-monaſterium: ad quod variorum colluvie Sacerdotiorum etiamnum ſpectat, extra agrum quaque Meldenſem, in diœceſibus Silvanectenſi, Pariſienſi, Bellovacenſi. Colitur autem S. Fara, ut patet ex Breviario Meldenſi & martyrologio Gallicano, 7. Decembris: quamvis in martyrol. Ramuna etiam, ſub nomine Burgundofaræ, 3. Aprilis referatur. Tanta ei fuit celebritate ſanctitatis, ut hujus ſplendore ad ſuam diſciplinam traxerit ex Gallia, Anglia, Hibernia nobiliſſimas puellas, ac Regum Principumq; filias. Inter hæ eminuit S. Edelburga, Anna Regis Anglorum Orientalium filia, quæ s. Fara in monaſterii regimine ſubrogata, vitam in ſanctitate complevit 7. Julii, qua die publice ei impenditur veneratio. Hujus ex ſorore neptis s. Earcangota fuit, de qua hic agere inſtituimus, nata Earcemberto Rege Cantiorum & s. Sexburga, Anna Regis filia: ac ſoror fuit s. Erminildæ, Wulfhero Regi Merciorum nuptæ: hujus illuſtravimus 13. Februarii Vitam, & nobiliſſimam æque ac ſanctiſſimam progeniem dedximus, a pagina 686. ad paginam 692.

S. Fara moritur 7. Julii,

2 Trithemius Abbas lib. 3. de Viris illuſt. Ord. s. Benedicti cap. 55. ſuccinctè a epitome Vitam s. Faræ Abbatiſſæ complectitur, ac ſequente capite, prætermiſſa S. Edelburga matertera, agit de S. Earcongota, quam Earcongotam appellat: ac quem diem natalem S. Edelburgæ Beda lib. 3. Hiſt. Eccl. Angl. ſcribit in magna gloria ſolere celebrari, mendoſe ad s. Earcongotam transfert, diem nempe Nonarum Julianarum. In verba Trithemii jurarunt mox ſcriptores martyrologii Benedictini, Wion, Menardus, Dorganius, Buceli-

S. Earcongotæ ejus. 7. Febr.

nus, Meibevv. ſecuti etiam Ferrarius in Catalogo generali, & Sauſinjus in ſupplemento martyrol. Gallic. quarum & nos dictis auctoritate, monuimus ubi Aſta ejus ad illum 7. Julii differenda eſſe. Veram ut ex Breviario Meldenſi didicimus, ejus in illa diœceſi fieri 23. Februarii, una cum Vigilia s. Matthiæ commemorationem, aullam ubi ejus extare mentionem; hic de eo duximus prænenda, quæ potiſſimum, apud Bedam cap. 8. libri 3. extant.

3 Anno, inquit, Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo Eadbaldus Rex Cantuariorum, tranſiens ex hac vita Earconberto filio regni gubernacula reliquit. Quæ ille ſuſcepta viginti quatuor annis & aliquot menſibus nobiliſſime tenuit. Hic primus Regum Anglorum in toto regno ſuo idola relinqui ac deſtrui, ſimul & jejunium quadraginta dierum obſervari principali auctoritate præcepit. Quæ ne facile a quopiam poſſet contemni, in tranſgreſſores dignas & competentes punitiones propoſuit. Cujus filia Earcongota, ut condigna parenti ſoboles, magnarum fuit virgo virtutum, ſemper ſerviens Deo in monaſterio, quod in regione Francorum conſtructum eſt ab Abbatiſſa nobiliſſima, vocabulo Fara; in loco qui dicitur in Brige. Nam eo tempore, necdum multis in regione Anglorum monaſteriis conſtructis, multi de Britannia, (*Reges ac divites, ut in Saxonica tranſlatione additur*) monaſticæ converſationis gratia, Francorum vel Galliarum monaſteria adire ſolebant: ſed & filias ſuas eiſdem erudiendas, ac ſponſo cœleſti copulandas mittebant, maxime in Brige, & in Cale, & in Andilegum monaſterio. Inter quas erat Saethryth filia uxoris Annæ Regis Orientalium Anglorum, & filia naturalis ejuſdem Regis Æthilberg, quæ utraque cum eſſet peregrina, præ merito virtutum, ejuſdem monaſterii Brigenſis eſt Abbatiſſa conſtituta. Cujus Regis filia major Sexburga uſor

filia piiſſimi Regis Cantiorum

& S. Sexburgæ

AUCTORE G. H.

go uaor Earconbetti Regis Cantuariorum, habuit filiam Earcongotam, de qua ſumus dicturi.

A

Earcongotæ miracula.

4 Hujus autem Virginis Deo dedicatæ multa quidem ab incolis loci illius ſolent opera virtutum & ſigna miraculorum uſque hodie narrari. Verum nos de tranſitu tantum illius, quo cæleſtia regna petiit, aliquid breviter dicere ſufficiat. Imminente ergo die ſuæ vocationis, cœpit circumire monaſterio caſulas infirmarum Chriſti famularum, earumque maxime, quæ vel ætate provecta vel probitate erant morum inſigniores, quarum ſe omnium precibus humiliter commendans, obitum proxime ſuum, quem revelatione didicerat, non celabat eſſe futurum. Quam videlicet revelationem hujuſmodi eſſe perhibebat: Vidiſſe ſeſe alhatorum catervam hominum idem monaſterium intrare, hoſque a ſe interrogatos, quid quærerent aut quid ſibi vellent, reſpondiſſe, quod ob hoc illo fuerint deſtinati, ut aureum illud numiſma, quod eo de Cantia venerat, ſecum aſſumerent.

alterum ſe proximus commendat,

Inſtare ſibi mortis adventum per revelationem

monitus Angelis pſallentibus

5 Ipſa autem nocte, in cujus ultima parte, id eſt, incipiente aurora, præſentis mundi tenebras tranſiens, ſupernam migravit ad lucem, multi de fratribus ejuſdem monaſterii, qui alibi erant in ædibus, jam manifeſte ſe concentus Angelorum pſallentium audiſſe referebant, & ſonitum quaſi plurimæ multitudinis monaſterium ingredientis. Unde mox egreſſi dignoſcere quid eſſet, viderunt lucem cœlitus emiſſam fuiſſe permaximam, quæ ſanctam illam animam, carnis vinculis abſolutam, ad æterna patriæ cœleſtis gaudia ducebat. Addunt & alia, quæ ipſa nocte in monaſterio eodem divinitus fuerint oſtenſa miracula. Sed hæc nos ad alia tendentes ſuis narrare permittimus. Sepultum eſt autem corpus venerabile Virginis & ſponſæ Chriſti in eccleſia beati Protomartyris Stephani. Placuitque poſt diem tertium, ut lapis, quo monumentum tegebatur, amoveretur, & altius ipſo in loco reponeretur: quod dum fieret, tantæ fragrantiæ ſuavitas ab imis ebullivit, ut cunctis qui adſtabant Fratribus & Sororibus, quaſi opobalſami cellaria eſſe viderentur aperta. Sed & matertera ejus, de qua diximus, Æthilberg ..... cujus eſſet virtutis magis poſt mortem claruit .... cujus corpus tranſtulerunt in eccleſiam B. Stephani Martyris: cujus videlicet natalis ibi in magna gloria ſolet celebrari die Nonarum Julium.

B

In loco magno ad ſolos deſtitor.

ſepelitur in æde S. Stephani,

In quam tranſlatū corpus S. Edelburgæ

6 *Haſtenus Beda, cujus ultima verba a S. Edelburga Abbatiſſa, quam Æthilberg vocat, ad S. Earcongotam tranſtulit, ut ſupra indicatum, Trithemius, & poſt eum Harpſfeldius in Hiſtoria Eccl. Anglic. ſeculo 7. cap. 5. Wion aliud mendum adjunxit, ut* Abbatiſſam Brigenſem *appellaret. Secuti Dorganius, Bucelinus, Ferrarius, Sanſajus, ac VVilſonus in priori martyrologii Anglicani editione ad eundem 7. Julii; in poſteriore enim prætermiſſa eſt.* Iterum Briæ, *inquit, Sanſajus*, in agro Meldenſi S. Earcunguthæ Regiuæ & Abbatiſſæ, quæ S. Edilburgæ prædictæ Abbatiſſæ, ſuæ materteræ, ſacro in regimine ſucceſſit, non minus dotibus gratiæ, quam præfecturæ vice inſignis: quem admodum venerabilis Beda veraci encomio teſtatur. *Verba Bedæ dedimus, in quibus nulla præfectura, aut regimen S. Earcongotæ tribuitur.* Abbatiſſæ *ſtatuuntur* Saethryth filia oxoris Annæ Regis, *atque ejuſdem Regis* filia oaturalis Æthilberg, *ſive Edelburga. In Gallia Chriſtiana Claudii Roberti, ſed, ut præfatur,* incerta ſerie temporum, *ha prima Abbatiſſa Phara monaſterii referuntur:* S. Phara, S. Edebburgis filia Regis Saxonum Orientalium (*imo S. Edelburga filia Regis Anglorum Orientalium*) Giburgis, Helvidis, Rothildis, Mathildis, Emma, Havidis *&c. nulla* S. Eorcongotæ *facta mentione, imo ne* Saethrythis *quidem, quæ ſaltem S. Edelburga ſucceſſit.*

C

Non fuit S. Earcongota Abbatiſſa.

D

7 *Henricus Archidiaconus Huntingdonenſis in tractatu mſ. de Sanctis Angliæ illuſtre encomium, ſed ex Beda excerptum, habet* SS. Erchengodæ & materteræ Ethelburth, (*ita enim ambas appellat*) *& hanc ait* celebrari Nonis Julii, *illius natalem cum Beda ſilet. Wigornienſis ad annum* 640. *agens de Rege Ercomberto hæc ſolum addit:* Cujus filia Ercongota, quam peperit ei S. Sexburga Regina, extitit magnarum Virgo virtutum. *Plura ex Beda addit Weſtmonaſterienſis ad annum* 641. *Joannes Bremton in Regno Cantiæ pag.* 740. Ercongecam *nuncupat, qua, inquit,* amore ſacræ religionis monaſteria petit tranſmarina, ubi Virgo requieſcens, claris a Chriſto ſuſcepta miraculis ſe ollendit. *Malmesburienſis hæc ita refert:* Cujus Ercomberti filia Ercongetha, tanto ſoboles non indigna parente, æmuliſque virtutis lineamentis patri reſpondens, Kalas munaſterium apud Gallias ſanctitudinis ſuæ luce veſtivit. *Eſt monaſterium illud in regali villa, qua Kala dicebatur, extructum a S. Bathilde Regina Francorum, cum ipſa vidua poſt obitum Chlodovei II. anno* 662. *vita functi, cum parvulo filio Rege Chlothario III. regnum gubernaret Francorum, uti ex Actis S. Bertilia prima Abbatiſſa diximus* 26. *Januarii ad Vitam S. Bathildis Reginæ pag.* 734. *n.* 12. *cum pridem in S. Fara monaſterio habitaret S. Earcongota, jam defuncta S. Farę ſucceſſeras S. Edelburga matertera: quę eodem errore forſan a Malmesburienſi hauſto, in martyrologio Anglicano ſecundæ editionis ad* 7. *Julii dicitur* Kalenſis Abbatiſſa.

laudatur ob alias reliquias boni

ubi obiit in Kalenſi monaſterio

8 *Quo autem obierit anno* S. Earcungota, *non conſtat: Wigornienſis de ea agit ad annum* 640. *quo Ercombertus pater ſuſcepit regnum Cantiorum, Morinus hic dicitur in Chronologia Saxonica* anno 664. *Trithemius ſcribit* Earcongotam in monaſterio Brigenſi claruiſſe anno 660. *Butelinus* anno 680. *alii aliter. Vixiſſe S. Ermenildam ferorem ejus ad annum circiter* 700. *diximus ad ejus Vitam. Sub finem ſeculi ſeptimi obiiſſe opinamur* S. Earcongotam.

E

quo tempore obierit

F

DE S. MILBURGA VIRGINE

VVENLOCHII IN ANGLIA,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§. I. S. Milburga familia regia: mater ejus non S. Ermenburga, ſed Domneva.

CIRCA ANN. CHR. DCCXII. XXIII. FE.

1 *QUa parte in Salopia, hodierna Angliæ Comitatu, apud occidentales Mercios flumen Sabrinæ Cornavios & Ordovices, antiquos Britanniæ populos, diſterminat; illic in Tranſſabrina regione, qua ad Ordovices olim ſpectabat, viſitur oppidum* Wenlochium, *aliis* Winlocium, *&* Ventolochium, *Saxonice* Wimnicas, *Anglice* Weuloche, nunc calce, *ut ait Cambdenus in Salopia deſcriptione*, ſub Richardo II. æris fodina notum: ſed multo notius Saxonico ſeculo antiquiſſima ſanctimonialium habitatione, ubi Milburga ſanctiſſima Virgo vitam egit & tumulum accepit. *De ea Lelandus lib.* 2. *collectan. in Monaſtico Anglicano pag.* 63 3. *editus iſta habet:* Milburga Abbatiſſa Ventolocenſis, locu, qui Wimnicas antiquitus nuncupatur, cœleſti converſatione feliciter illuſtratur, beata dormitione & perpetua manſione glorificatur, ubi conſtructo venerabili monaſterio præfuit ipſa Mater Angelica. *Willelmus Malmeſburienſis*

Ventolochii in Salopia

obiit S. Milburga

A *ſit de Geſtis Pontificum Anglorum l. 4. titula de Monaſteriis Epiſcopatus Hereforden ſis, hæc ita explanat*: In diœceſi præſulatus ſunt duo cœnobia, apud Sceobesberiam, & Wenloch-Scrobesberieuſium reecuſeſt, a Rogero Comite de Monte Gomerico conſtitutum . . . . Apud Wenloch fuit antiquiſſima ſanctimonialium habitatio: ibique beatiſſima Milburga, ſoroe S. Mildredæ, neptis Pendæ Regis Merciorum ea filio, tranſegit vitam, & ſita eſt.

gregnata in Anglibus Merciorū,

2 *Familiam Penda Regis deduximus* 13. *Febr. §. 1. Vita s. Ermenildæ Reginæ Merciorum, quæ nupta fuit Wlfhero filio Penda, fratri Peada, Ethelredi, Merwaldi: pregnata*

filia Merwaldi,

Merwaldo eſt s. Milburga. Fuerunt autem Reges Merciorū Wulfherus, ejuſ, mortuo ſuſſecit ut s. Ethelredus. At Peada fuit Rex Middlenglarum, ſive Mediterranorum Anglorum, & favore Oſwii Regis, Auſtrahum Merciarum: Merwaldus *vero, ſive* Merewaldus, *aut* Merwale, Rex Weſtonhecanorum *dicitur in Genealogia Regum Mercia, ſub finem Chronici Wigorn enſis, ſcilicet qui* in occidentali plaga Merciorum regnum tenuit, *mi tradunt Wigornienſes ad an.* 675. *ad ſequentem Weſtmonaſterienſis. Eundem Mer-*

Regis Occidentalū Merciorū,

waldum appellam tamen Regem Merciorum *Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria Regum Anglorum col.* 89. *Radulfus de Diceto in Abbreviationibus Chronicorum ad an.* 679. *aliiq;*

B *eum Vita s. Milburgæ, in qua iſta apud Capgravium fol.* 23. *leguntur*: Erat Merwaldus Rex Merciorum paganiſmo deditus, quando ſanctus Presbyter Edfridus doctrina clarus a Northumbria, velut cœleſti oraculo præmonitus,

ab Edfrido ad fidem Chriſti converſus,

ad converſendum eum venit. Accepit enim oraculum divinum, ut in terram Merciorum ad locum Redeſwode vocatum pergeret, & Regem ejus converteret. *At* Merwaldus Rex Merciorum, *ut in eadem Vita dicitur*, a ſancto Presbytero Edfrido baptiſmum & fidei gratiam ſuſcepit anno gratiæ ſeacenteſimo ſeaageſimo. Fundata autem in honore S. Petri eccleſia rebus & poſſeſſionibus

anno 660.

fidei propagatoris;

opulentiæ ditatur, & B. Edfridus illi præficitur. *Goſcelinus* 3. *Febr. in Vita s. Wereburgæ n.* 2. *tam* Merwalam, *quā fratres ejus ait*: Chriſtianæ inſtitutionis non ſolum cultores, verū etiā primos & intenſiſſimos foiſſe propagatores. *Imo & Sancti titulus illi iteratis vicibus tribuitur in eiusdata Genealogia Regum Mercia, cum Wigornienſe edita. Videtur & ſedes Epiſcopalis Hereforden ſis eidem ſuā originem debere.*

3 *Clara itidem eſt s. Milburga ſtirpe materna, a Regibus*

& materno genere orta ex Regibus Cantiorum,

Cantiorum axorta. Nam abavum habuit s. Ethelbertum Regem, qui primus Regum Anglorum Chriſti fidem profeſſus eſt, ut in ejus Vita 24. *Febr. dicetur: proavus ejuſdem fuit Eadbaldus Cantiorum itidem Rex, avus Ermenredus, ſive Eormredus, frater Ercomberti Regis, de cujus progenie Goſcelinus monachus in Vita s. Wereburgæ Virginis* 3. *Febr. iſta*

C *n.* 1. *tradit*: Eormredo autem ex inclyta conjuge Oslava nati ſuot Æthelredus atque Æthilbrichtus, quos innocentiæ jugulatos, ſplendida lucis columna de cœlo prodidit Chriſti Martyres: quatuor quoq; ſibi filiæ ſanctæ, Domneva, Ærmenburga & Ærmengida, velut paradiſiaci fontis quadrifida emicuere flumina. *In Vita mſ. S. Ethelredi & Ethelbrechti* 17. *Octobr. quatuor harum ſororum appellantur*

una matre S. Ermenburga,

Domneva, Ermenburga, Ethelthritha & Ermengitha. *Domneva an Ermenburga, uxor fuerit Merwaldi, ac mater s. Milburgæ, diſceptatur inter auctores. Malmesburienſis li.* 4. *de Geſtis Regum Anglorum c.* 4. *pro Ermenburga (quod tamen nos oſtendemus minus nobis probari) iſta pronunciat*. Merewaldus Ermenburgam filiam Ermenredi, fratris ejuſdem Ercooberti, uxorem habuit: ſuſcepitq; ea tres filias, Milburgam, quæ Weneloch, & Mildritam, quæ Cantiæ in monaſterio S. Auguſtini requieſcit, & Milgitham. *Eodem modo apud Wigornienſem*, Merewaldo Regina ſua S. Ermenburga, Regis Ermenredi filia, pepeerit tres filias, ſanctam videlicet Milburgam, S. Mildritham & S. Milgitham, unumq; filium Merefinum eximiæ ſanctitatis puerum. *Qua eadem apud Weſtmonaſterienſem aliosq; recentiores reperuntur. At Goſcelinus in memorata Vita s. Wereburgæ Domnevam harum Virginum matrem*

num. 2. *aſſignat*: Beata & regia, *inquit*, Domneva, regio Wliſeri germano Merualo conjugata, ad ſummæ Trinitatis gratiam triplicem Virginitatis protulit lauream, ſanctiſſimas ſcilicet ſorores Mildburgam, Mildrydam ac Mildgydam, quæ diſtinctis monaſteriorum ſuorum lapidibus irradiant patriam. *Vita mſ. S. Ethelredi & Ethelbrechti Goſcelino aſſentiuntur his verbis*: Tradita eſt autem Dompneva Mirwaldo filio Pendæ Regis Merciorum in uxorem, qui geouit ea ea ſanctas Virgines Mildredam, Milburgam & Milgitham. *Et ipſa s. Milburga Acta apud Capgravium aſſerunt*, Merewaldum ea Dompneva genuiſſe Milburgam Virginem, Mildredam atque Milgitham. *Henricus Huntingdonenſis in tractatu mſ. de Sanctis Anglia illa ſcribit*: Milburgæ virginalem videbis vitam apud Winlocum, quæ fuit filia Merwaldi filii Pendæ Regis, & Domnevæ filiæ Ermenredi, filii Regis Edbaldi, Cantuariæ. Milgitha vero ſoror ejus in finibus Nordhumbrorum quieſcit. Mildritæ vero tertiæ ſororis cœlibem vitam in inſula Tenehet reperies. *Sunt eadem excuſa in Prologa Roberti de monte, poſt opera Guiberti Abbatis B. Mariæ de Novigenta pag.* 741. *Eandem* Domnevam *harum Virginum matrem ex Vita* S. Milburgæ *ſcribit Harpſfeldius in Hiſtor. Anglic ſeculo* 7. *c.* 23. *Incipit ea Vita*, Beata igitur Virgo, *& deſinit*, areeti videantur, *quam necdum vidimus: forſan eſt a Goſcelino monacho ſcripta, cui alioqui ejus Vita attribuitur a*

AUCTORE G. H. ad Dom. neva.

D

E *Wione, Molano, Valeria Andrea aliiſq;*

4 *Guilielmus Thornus in Vita s. Mildredæ, in Chronico ejuſdem cap.* 24. *edita*, Domneva, *inquit*, quæ ſecundum quoſdam eſt dicta Ermenburga, traditur in uxorem filio Pendæ Regis Merciorum nomine Merwale, quæ genuit ſibi filium, nomine Merfin, filiaſque tres, S. Milburgam, S. Mildredam & S. Milgitham. Poſt quorum procreationem Rex & Regina pro metenda vita æterna Deo devoverunt caſtitatem. *In Vita s. Milburgæ apud Capgravium hæc ultima iſtis verbis confirmantur*: Tandem Merwaldus & Dompneva motuo conſenſu io caſtitate vitæ finem dederunt. Dompneva autem in Thaneto ioſula fundato in honore B. Mariæ monaſterio Virgines congregavit, & illis exemplum totius ſanctitatis præbens præfuit: cui filia ſua Mildreeda com ſeptuagima Virginibus vice materna feliciter ſucceſſit. *Hiſtoriam fundati monaſterii in Thanetenſi inſula agri Cantiani deſcribit dictus Thornus in Vita s. Mildredæ, illuſtranda ad* 13. *Julii, extatq; recuſa in Monaſtico Anglicano, cum antiqua tabella geographica eccleſiarum & monaſteriorum ejuſdem inſulæ Thanetti, in qua iſta verba leguntur adſcripta*: Iſtud monaſterium de S. Maria fundavit Domneva, *qua* Domneva *ibidem in Hiſtoria fundationis dicitur* cum *Egberti* Regis *Cantiorum* auxilio conſtruxiſſe cœnobium virginale & filiam ſuam Mildredam, Merwaldi Merciorum Regis filiam, de partibus tranſmarinis, monaſterio videlicet Calenſi prope Pariſios, evocavit, & eidem cœnobio a S. Theodoro Abbatiſſam conſecravit, ubi ſeptuagima virginibus, quas matre ſua congregaverat, præſidebat. Vixit autem cum ſororibus ſuis uſque ad terminum vitæ ſuæ. Qua mortua & cum matre ſua Domneva in eodem monaſterio ſepulta ſucceſſit Eadburga. *Edwardus III. Rex Anglia in quodam diplomate monachis s. Auguſtini anno* 1362. *conceſſa, & ab eodem Thorne cap.* 40. *Chronici §. 9. excuſo, Domnevam s. Mildredæ matrem ſuiſſe ſcribit*: Egoeiiam, *inquit*, ejuſdem Regis ſtemmate ortus, & regno ejus Deo juvante potitus, Tanatos inſulam tradi, quam Hegberius Rex jure hæreditario conceſſit venerabili Reginæ Domnevæ, matri ſcilicet S. Mildrethæ, quamum ceeva cueſu ſuo luſtraverat, pro interemptione duorum fratrum ejus Æthelredi aiq; Æthelbeeti &c. *Ex quibus eanſtat matrē s. Mildredæ, ejuſq; ſororum Ss. Milburgæ & Mildwidæ, extraxiſſe monaſterium s. Mariæ in inſula Thaneto, eamq; dici Dompnevam, qua etiam ibidem ſepulta eſt. At S. Ermenburgam non in inſula Thanete, ſed Eaſtreja (qua in*

qua cum marito caſtitatem vovit,

& monaſterium in inſula Thaneto extruxit,

F *a Rege Cantiorum edituo, cum filia S. Mildredæ Abbatiſſa illuſtrata fuit*

ut s. Ermenburga, Abbatiſſa Eaſtreæ fuit,

AUCTORE G. H.

A *Camio Orientali, haud procul oppido Sandwico, vicina ditioni, ſive Hundredo nomen dedit Abbatiſſam, monaſterii ab Rege in honorem St. Ethelredi & Ethelberti fratrum martyrum extructi, vixiſſe & requieviſſe, tradunt Weſtmonaſterienſis ad an. 654. Maihew 25. Januarii, Wilſonus in Marcyrol. Anglic. 19. Novemb. quando hæc examinanda erunt, maxime ſi aliqua interim ejus acta reperiantur, cum hi auctores eadem illis ateribuant, quæ ad ſororem ejus Domnevam pertinent.*

§. II. S. Milburga vita monaſtica, miracula, obitus.

1 HÆc de parentibus & regia ſtirpe S. Milburgæ, *cujus piam juventutem & vitam monaſticam ita deſcribit auctor Vitæ apud Capgravium*: Beata igitur Milburga, ſicut ſuis progenitoribus pius Merwaldo & Dompneva, Merciorum Dominis, lux primogenita extitit, ſic in regno parentum Deo ſacratis Virginibus viduiſque Dux primiceria vitæ cœleſtis præfulſit. Conſtructo enim in loco, qui Wimnicas antiquitus dicebatur, monaſterio, modo dicto Wenloke, Virginibus conſecratis præfuit ipſa Mater & vitæ regularis Magiſtra. Ab ineunte enim ætate omni ſtudio Deo ſervire curavit: & ornatus ejus præter quod erat intrinſecus, de exteriore non curavit. Appetitores virginalis pudicitiæ repellebat, nullius, niſi Chriſti ſolius amorem admittens, cui ſoli voto ardenti adhærebat. Vilescebat ei vita mundialis, ſponſus mortalis, proles caſualis; & cœnobii diſcipula pro Chriſto ſubdita efficitur. *Hæc ibi. Apud Harpſfeldium, forſan excitata ante Vita, dicitur* per Theodosum Dorovernenſem Archiepiſcopum conſecrata, & monaſterium amplis poſſeſſionibus, multis & pretioſis Sanctorum reliquiis, magniſque privilegiis & prærogativis a patre Merwaldo & patruo Wulfhero Merciorum Regibus exornatum.

S. Milburga ſis ſanctimonialis

& Abbatiſſa,

B *a puerilia ætatis & roſtitutis amans;*

6 *Non deſinit pia voluntati* S. Milburgæ *favor cœleſtis, ut virginitas Chriſto ſponſo oblata conſervaretur.* Cum *enim, uti apud Capgravium legitur*, vicc quadam extra monaſterium in quadam villa, nomine Stokes, moraretur, filius Regis cujuſdam eam pes violentiam rapere, & in conjugium ſibi copulare affectabat. Et collecta militum manu, cum moliretur ſibi prædam facere de Virgine, oſtenſa cœlitus famulæ Chriſti juvenis negnitia, fuga ſtatim eum familia præparatur. Interea vis ille temerarius ad locum veniens, & Virginem non inveniens, lupo ſapidior agnam Chriſti fugientem inſequitur. Erat ibi amnis quidam, nomine Corf, vado meabilis & alveo mediocris, quem Virgo cum ſuis fugiens leviter tranſivit,

prædonem pudicitiæ fugit,

C & perſecutor iniquus tranſire non potuit. Nam aqua ſubito intumeſcens omnem tranſeuntibus ſemitam denegabat. Confuſus igitur juvenis & attonitus, amplius Virgini talia inferre non præſumpſit. *Hæc ibi.* Corf *ſeu*

& amne ſubito intumeſcente ſervatur; Corve *amnis in agro ſive Hundreda Wenlochienſi exortus prope Ludlovium oppidum Temda fluvio immiſtus, infra Wigorniam urbem celebrem Sabrina illabitur. Verum, non ſolum amnis, ſed & anſeres ſilveſtres, quas aucas etiam Goſcelinus cap. 3. Vita S. Werburga appellat, Virginis voluntati inſerviebant: quod, aliaque miracula ita in eadem Vita referuntur.*

auſeribus ſilveſtribus imperat, ne agris ſuis noceant;

7 Cum autem aucæ indomitæ in eodem loco de Stokes Virginis ſanctæ agros occupantes depaſcerentur, & paſſim depopularentur, damno ſanctæ Virgini nuntiato, non turbatur. Potens enim mœſitis & virtutibus, avibus illis impesat, ut in agris ejus earum nulla remaneat, nec inpoſterum de genere illarum agtis ſuis damnum aliquod inferre præſumat. Virginis itaque imperio voluces hac lege coercentur, ut ſatir ejus ulterius non nocentes, juſſis ſuis obediant, & agtis valefaciant. Singulis annis hoc miraculum renovant, dum quaſi juſſionis memores, præceptum tranſgredi metuunt, & agros vitantes a ſatis abſtinent: aut enim ſamelicæ ſic ad paſcua deſcendunt ſecus agros, aut volatu fatigatæ, quaſi reſpirando ſic perparum eis inſident, ut impaſtæ inde citius recedant. D

8 Cum autem nocte quadam diutius ſolito orationibus & contemplationi vacaſſet, fatigata ſopori membra dedit, & orto ſole percuſſa ſolis radio, de ſomno ſubito ſe expergefacta, redditus attonita. Cumque maturius ſolito attonita procederet, de capite ſno ſacsum velamen quaſi neſcia projecit. Nec mora, ſolis radius, divino nutu, antequam terram tangeret, illud ſuſcepit, & donec ad ſe sevet ſa eſſet, pendulum in aere coram ipſa manſit: & cœleſte miraculum cognoſcens, cœlitus ſe viſitatam intellexit: Deo gratias inde libavit, benedixit & magnificavit.

ſervum velamen a radio ſolis ſuſpenſum recipit;

9 Vidua enim filio ſuo mortuo venit ad Virginem ſanctam, & ſolam in oratorio eam inveniens, ad pedes ejus cum gemitu cecidit, & ut vitæ reſtitueretur filius ejus, ſua interceſſione jugiter imploravit. Cui Virgo ait: Non es, inquit, ſanæ mentis, quid a me fieri depoſcis? Vade & ſepeli mortuum tuum, tequc moriturum præpara poſt filium tuum. Ad hoc enim ut moriatur omnis homo naſcitur. Non a te, inquit vidua, recedam, niſi prolem meam mihi reſtituas vivam. Videns enim Virgo ſancta mulieris fidem, cum juxta defuncti corpus in

filium vidua mortuum

E oratione ſe proſterneret, tantus ignis protinus ſuper eam de cœlo venit, ut inde tota cooperiri atque comburi videretur. Quod cum Soror quædam vidiſſet, exclamavit dicens: Domina mi, ſurge velocius, & de incendio exire feſtina: totam te igne coopertam grandi video. Quo dicto, tota ſpecies ignea ab oculis ejus evanuit, & ſurgente ab oratione Virgine, viduæ filius a morte reſuſcitatus matri sedditur.

foſſa prodigioſo & igne cœleſti circumdata,

reſuſcitat;

10 Decurſis in omni ſanctitate & puritate duodecim luſtris, ingraveſcente corporis moleſtia & febsibus fatigata, convocatis Sororibus: Vos, inquit, hactenus, dilectiſſimæ Sorores, ſicut animæ meæ viſcera dilexi, & ſicut mater filios pia ſollicitudine præfui. Jam veto divina pietate curſu peregrinationis meæ terminante, & ſupernæ vocationis gratia me ad bravium miſericorditer invitante, carnis univerſæ viam ingredior, Deo & B. Mariæ vos relinquo. Et multis ſalutaribus monitis & exhortationibus illas inſtruens, 7. Kal. Julii migravit ad Chriſtum, & in monaſterio ſuo cum honore ſepelitus. *Haſtenus Vita a Capgravio edita: in qua forſan error typographicus eſt, dum dicitur* migraſſe ad Chriſtum 7. Kalendas Julii, *quo die nullis haſtenus inſcriptum Martyrologiis non legimus. Harpſfeldius* sit feliciter ad 7. Calendarum Martii commigraſſe, *& non tamen* mortuo vitam, *ſed etiam* cæco lumen redditum *ejus meritis eſſe.*

moribunda ſanctimonialibus adhortatur;

obit 7. Cal. Julii, non Julii;

ſed Martii;

11 *Ætas S. Milburgæ hac ratione colligi poteſt. Suſcepit genitor Merwaldus fidem Chriſtianam & ſacrum baptiſmum anno Chriſti 660. cui deinnuptui tradita eſt Domneva, neque aliter licitum erat* Chriſtianam Virginem Pagano in conjugem dari, ne fides & ſacramenta cœleſtis Regis conſortio profanarentur Regis, qui veri Dei cultus eſſet ignarus, *uti Beda lib. 2. Hiſtor. Angl. cap. 9. ſcribit* Eadbaldum Regem Cantiosum *reſpondiſſe* S. Edwino Northan-Hymbsorum Regi, *cum hic necdum Chriſtianus* S. Edelburgam *filiam ejus* miſſis procis in conjugem peteret. *Eodem modo diximus 13. Februarii pag. 687. §. 3. S. Ermenildam ab Ercomberto Rege Cantiorum Eadbaldi filio non miſſe deſponſatam Wulfhero, niſi eximie & conſtanter Chriſtiano. Quod idem de Ermenreda, ſive Eormedo, fratre Ercomberti, & altero Eadbaldi filio dicendum eſt, cujus filiam miſſe Domnevam conſtat. Nupta ergo ſit Merwaldo anno converſionis ejus, aut ſequenti 661. Cum ergo primogenita dicatur S. Milburga, forſan anno 662. nata, quam* decurſis duodecim luſtris, *ideſt, ſexagima annis*, migraviſſe ad Chriſtum *ſupra dictum eſt, annus is foret 722.*

F *nata patre ante ejus Chriſti fidem amplexum;*

martyrio ſtrenua annum Chriſti 722

§. III. Cor-

A §. III. *Corporis* S. Milburgæ *inventio, miracula, veneratio.*

12 *EX memorato ſupra Lelando, de morte* S. *Milburgæ citatur illa pag.* 613. *Monaſtici Anglicani*: Gleba vero virginei corporis cultu celebri reconditur ante majus altare in eccleſia ſanctæ Trinitatis. *Veram, ut Malmesburienſis lib.* 2. *de Geſtis Regum Anglorum cap.* 13. *tradit*, Milburga quæ apud Weneloch requieſcit, olim ab accolis nota, poſt adventum Normannorum dum neſciretur locus ſepulchri, aliquamdiu oblivioni data. Sed locum omnino delectum *falſe ſcribis idem Malmesburienſis lib.* 4. *de Geſtis Pontificum*, *dum eam* Rogerus Comes de Monte-Gomerico monachis Cluniacenſibus implevit. *Cumbdenus in Montgomeria deſcriptione aſſerit*, *inquit Malmesburienſis*, clam erat novis advenis, *monachis Cluniacenſibus*, omnibus videlicet vetuſtatis monumentis violentia hoſtium, & temporis deletis.

Sepulchrum S. Milburgæ

Incerti;

monaſterium deſertum datum Cluniacenſibus

13 *Edwardus Maubew ad* 23. *Februarii aſſerit a nonnullis* tradi S. Odonem Bellenſem de corporis S. Milburgæ inventione librum edidiſſe. *At aſſerat ab Harpsfeldio in margine*, miracula poſt ejus inventionem Atonem Oſtienſem Epiſcopum & Cardinalem conſcripſiſſe. *Forſan annus idemque eſt Octo, vel Odo Caſtillionæus, Urbani* II *Pontificis nepos, e monacho Cluniacenſi ab eo in Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem anno* 1088. *adlectus, qui Paſchalem* II. *anno* 1099. *inauguravit: & falſa ab eo in Angliam Legatus a latere miſſus eſt.* Maximus orator *dicitur in poemate Baldrici Abbatis Burgulenſis apud Franciſcum Chesnoam tomo* 4. *Hiſtor. Franc. Tunc, inquit Harpsfeldius ex hoc ſcriptore*, Deus ipſe amoris erga ſponſam ſuam Milburgam nun obſcura teſtimonia Angliæ noſtræ exhibuit, corpuſque ipſum Virginis, licet poſt multa ſecula, ad notitiam veneremque hominum in apertum protulit, ad annum ſalutis milleſimum centeſimum primum, & Imperium Henrici, in loco, qui Winlocum dicitur. Raimundus quidam, dum forte operaretur in monaſterio ſanctæ Trinitatis, arculam, ſive capſam veterem reperit, & in ea ſcripturam ab Alſtano quodam Presbytero conſcriptam, quæ teſtabatur Virginis corpus prope altare ibidem ſepultum. Sed eum altare non appareret nihil erat adhuc certi. Atqui Deus hanc omnem incertitudinem paullo poſt ſuſtulit. Cum enim in ea eccleſia duo pueruli, ut ſit, luderent, repente terra ſe aperuit, ita quidem, ut primo unum, deinde & alterum puerum ad genua uſque abſorberet. Qui caſus magnam omnachis admirationem occaſionemque præſtitit, ut terram effodiendam curarent. Quod cum peregiſſent, inciduot in quædam humana oſſa, & poſtridie in fundamentum ipſius altaris, de quo mentionem fecimus.

Corpus S. Milburgæ repertum an. 1101.

14 *Hunc ibi, qua paullulum aliter enarrat Malmesburienſis lib.* 2. *de Geſtis Regum Anglorum cap.* 13. Nuper vero, *inquit*, adunato ibi conventu monachorum Cluniacenſium, dum inchoata novi templi machina, quidam puer per pavimentum concitatius curſitaret, effracta mauſolei fovea, propalam corpus Virginis fecit. Tunc balſamici odoris aura per eccleſiam ſpirante, altius levatum tot miracula præbuit, ut catervatim eo populorum undæ confluerent. Vix patuli campi capiebant agmina viatorum, dum æquis umbonibus dives & mendicus ſe agerent, cunctos in commune præcipitante fide. Nec caſſum eventum res habuit, adeo ut nullus inde, niſi extincta vel mitigata valetudine diſcederet, nonnulloſque regius morbus, medicis ſane incurabilis, per merita Virginis relinqueret. *Eadem repetit Malmesburienſis lib.* 4. *de Geſtis Pontif. Angl. & Continuator Bedæ lib.* 2. *cap.* 33.

odorem ſuavitatem emittebat;

ad id agri ſanantes;

15 *Aliqua miracula ibidem facta exponit Harpsfeldius his verbis*: Concurrebant jam ad fidem rei, atque gloriam Dei ſponſæque ſuæ manifeſtandam, & alia, eaque inſignia teſtimonia. Nam ad eas reliquias ita recens inventas horrenda lepra a duabus mulieribus depulſa eſt: mulieri lumen oculorum reſtitutum, quod amiſerat: puer illuminatus eſt, qui numquam oculi prius quidquam uſurpaverat. Fuit & alia mulier in vicina villa, quæ Petelia dicitur, gravi ægritudine quinque annos concuſſa, quæ mox ut aquam, qua ſacræ Reliquiæ ablutæ erant, ebibit, morbum omnem excuſſit, horrendumque ſimul aſpectu vermem evomuit, qui geminum in capite, geminum in cauda cornu, ſexque pedes habebat. Ad fidem vero rei, vermis ille ligno quodam excavato incluſus, in monaſterio conſervabatur. *Hæc Harpsfeldius, qua eadem Anglicano ſermone edidit Hieronymus Porterus in Floribus SS. Anglin, & villam Petelham vertit* pagum, *ſeu* vicum Patton, *iſque forſan quod ad fluſtram Corſi amnis ripam* Peton *in Chorographicis tabulis viſitur.*

leproſa,

cæca;

ægra aqua ablutarum reliquiarum ſanata

vermem evomit;

16 Florent *præterea* in Walha glotioſæ Virginis Milburgæ miracula loco, qui ejus nomine, eo quod ſui juris aliquando fuerat, Landmylien Wallice dicitur, quod in terram Milburgæ Latino ſermone vertitur. *Ita Lelandus in monaſtico Anglicano pag.* 613. *editus.*

In Walha miracula fiunt;

17 *Nomen* S. *Milburgæ inſcriptum eſt antiquo Martyrologio noſtro MS. quod Beda nomen præfert, in quo iſta habentur*, 23. *Februarii*: In Britannia B. Milburgæ Virginis, cujus virtutibus & miraculis claruit. *Inſcriptum quoque nomen MS. Florario, martyrol. Coloniæ edito an.* 1490. *naſtariis Greveni & Molani ad Uſuardum, Martyrologiis Galeſinii, Caniſii, & Romano, in quo iſta legantur*: In Anglia S. Milburgis Virginis, filiæ Regis Merciorum. *Wion & Menardus in martyrologio monaſtico*, Io Anglia, *ajunt*, monaſterio Feneloch (*Menardus* Wenloch) depoſitio S. Milburgis Virginis, Merwaldi Merciorum Principis filiæ, cujus corpus poſt multos annos incorruptum inventum eſt. *Quæ in Calendario Beaudichino aliquanto contractius expreſſit Dorganius: ut longiore encomio concelebrant Bucelinus, Machew, Porterus, & Wilſonus in martyrologio Anglicano: cujus verba in Latine ſonant*: Wenlochii in Salopia depoſitio S. Milburgæ Virginis & Abbatiſſæ, filiæ Merwaldi Regis Mercinrum, cujus magnam ſanctitatem & vitæ innocentiam dignatus eſt Deus confirmare variis miraculis, per eam tam in vita quam a morte patratis. Mortua autem eſt circa annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum quartum, & in proprio monaſterio Wenchochienſi ſepulta. Cujus ſacrum corpus tempore Guilielmi Conqueſtoris Regis, facta pro viro revelatione, integrum atque incorruptum elevatum eſt, & pretioſis impoſitum loculis, magno cum honore & veneratione in dicto monaſterio Wenlochienſi, quod ipſa ædificarat: adſervabatur etiam uſque ad tempora Regis Henrici VIII. & ruinam tam præclari monumenti.

ejus anniverſaria veneratio 23. *Febr.*

18 *Hæc ibi. Annos tam ætatis & obitus* S. *Milburgæ, quam inventionis reliquiarum aliter ex antiquis monumentis deduximus. Mortuus eſt Guilielmus Conqueſtor anno* 1087. *Guilielmus Ruſus autem ejus filius anno* 1100. *cui alter filius Henricus* I. *ſucceſſit; ad cujus regnum idem Wilſonus in ſecunda editione martyrologii Anglicani corporis inventionem melius refert* 26. *Maji his verbis*: Eodem die Winlochii in Salopia Translatio S. Milburgæ Virginis & Abbatiſſæ filiæ Merwaldi Principis Merciorum, cujus ſacrum corpus anno Chriſti milleſimo centeſimo primo, favore cœleſti a monachis Wenlochienſibus inventum eſt, & ad eminentiorem locum ejuſdem monaſterii translatum. Ubi & magna veneratione adſervatum fuit, & multis claruit miraculis, uſque ad tempora Henrici VIII. quando monumentum illud deſtructum eſt.

& 26. Maji.

DE

DE S. LAZARO CONFESSORE
MONACHO, PRESBYTERO AC PICTORE CONSTANTINOPOLI,

I. B. **Commentarius historicus.**

CIRCITER AN. CHR. DCCCLXX. XXIII FEB.

1 *Theophilus Imperator (qui Michaele Balbe patre, Octobri menſe an.* 829. *moriuus gubernacula ſuſcepit, ſeptemque annis* 12. 3. *menſibus) adeo capitali adverſus ſacras imagines flagrabat odio: ut (quod Georgius Cedrenus, Joannes Scilitzes, Curopalates caeteique teſtantur)* qui eas colerent, Epiſcopi, eorumque ſubditi, ac præſertim monachi, quique pingerent, in carceres ſontibus debitos compingerentur, aut in montes ac ſpeluncas expellerentur, ſiti ac fame interituri. Edixerat quoque ne monachis fas eſſet in urbes angredi, ſed ut omni modo arcerentur, ut uſquam, ne in agris quidem, tuto in conſpectum hominum dare ſe auderent. *Proprium ſemper fuit hæreticorum, atque eorum qui in perniciaſas novitates inclinant, odiſſe monachos, antiqua pietatis pro vulgo tenaces.* Statuerat *idem Tyrannus* pictores omnes e medio tollere, niſi ſi vitæ tuendæ gratia, imagines conſpuere, urque profanas rei humi abjectas conculcare vellent.

Sub Theophilo Imp. Leonem abi

multos paſſi monachi

& pictores

B

2 Inter alios captus eſt Lazarus, *e Chazara ortus, ab incunte ætate monaſticam vitam amplexus, ac data Sacerdotio initiatus, ut infra dicetur,* & tunc (*ut ait Cedrenus*) arte pingendi celebris. *Videntur autem complaruiſſe ea tempeſtate monachi pingendi artem didiciſſe; quod abſque dubio factum eſt per Imperatorum edicta Divorum imaginibus, non facile alii reperirentur, qui vel cum capitis periculo eas pingerent, vel etiam artis illi, ſpe quæſtus fallaces, ſe addicerent. Ita* 11. *Februarii in Vita S. Theodoræ* Methodium *monachum divinum pictorem fuiſſe, ſaque arte Bogori Bulgarorum Regi pietatem inculcaſſe: qui nobis videtur is eſſe, quem* 9. *Martii Olomucenſis Eccleſia veneratur, Moravarum & Bulgarorum cum S. Cyrillo Apoſtolum.*

S. Lazarus monachus Hierapoli primo, (ut plures ſcribunt)

3 *Lazarum igitur* Theomachus (*ita Imperatorem pro* Theophilo *appellat Cedrenus*) blandis primum verbis ſubigere tentavit. Ut vero ſenſit adulatione capi non poſſe, ad ſibi familiarem vim converſus, ita illum tormentis excruciavit, ut iis minime ſuperſuturus exiſtimaretur: deinde taliter affectum carceri inclusit. Ubi vero intelleait eum viribus receptis, denuo ſacras imagines pingere; laminas ferreas ignitas palmis manuum ejus admoveri juſſit. Carnem igitur depaſtus eſt ignis, donec anima deficiente pugil ſemimortuus corruit. Verum oportebat eum Divina providentia poſteris reſervari. Quare cum eum Tyrannus animam agere didiciſſet, Auguſtæ & quorumdam aliorum, quos illa intimos habebat, e cuſtodia dimiſſus eſt, atque in templo Prætorii, quod φοβερὸν, ſive Terribile, dicitur, occultatus, itaque ut erat plagis male affectus, imaginem ejuſdem Prætorii depinxit, quæ diuriſſime conſervata eſt, ac morbos ſanabat. Et hæc nunc quidem ita geſta ſunt.

tulatur blanditiis;

dein dirè tormentis,

C

manus admoveri juſſit

dimiſſus pingit imaginem miraculoſam S. Joannis,

4 Poſt Tyranni autem interitum, vera iterum Fide eluceſcente, Jeſu Chriſti Dei & hominis imaginem ſuis manibus erexit, quæ eſt in Chalce. *Græce eſt,* ἐν τῷ χαλκῇ ἰκόνα ὁποίᾳ χειρὶ ἀνοικοδόμησεν. *Gabius vertit:* In ærea columna .... imaginem ſui manibus impreſſit. *Zonaras ita de hac imagine ſcribit:* Fertur & poſt Tyranni interitum, Servatoris imaginem in Chalce pinxiſſe, & qualis nunc cernitur, reſtituiſſe, cum quæ prius ibi fuerat Divina imago, dudum erafa fuiſſet. *Verba autem Zonaræ anno* 1118. *ſive* Mundi, *ut ait,* ſexies milleſimo vicesimo ſexto, *ad quem ſuos perduxit Annales. Curia aliqua* χαλκῆ; *ſive publicum auditorium fuiſſe videtur, ab ærea fores valvas, roſtriſve aut cancellos ita dictam. Conſtantinus Imperator de ævo ſuo Baſilio ita ſcribit:* Ἐξαίρετος δὲ τὸ λεγόμενον τῆς χαλκῆς λαμπρότητος τοῦ τοίχου καὶ ἐξαίσιος ὄγκωμα, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῶν πραττόντων ῥᾳθυμίᾳ, ἴσως δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐμπροσθίων χεῖρ μὲν πολλὰ διεφθόρασε καὶ ἡ ὀροφὴ συνέκαυσεν ἐγκαὶς, αὐτὸς καὶ πάλιν ἡ βασιλεία συγχρᾶται ἀνακαίνοντι τε καὶ νεοποιοῦντος, ἡ χρῆσις ἀπόκειται δικαίοις. Ἄριον τε πάγον ἢ Ἡλιαίαν σεμνότερον. Ante tamen omnia in Chalce ſplendidiſſima olim & maxime admirabili æde, quam tempore & imperantium negligentia, ſorte etiam & incendio, multis in locis vitium facientem, & fatiſceote jam recto ſqualentem, ipſemet labore & profuſis impenſis expurgavit refecitque, & nova illic Judicum ſubſellia inſtituit, Areopago & Heliæa auguſtiora.

ortus jam dilabi;

5 Idem B. Lazarus, *inquit Cedrenus*, ab admirabili Imperatrice Theodora rogatus, ut marito ſuo ignoſceret, veniamque ei a Deo imperraret, Nunc eſt, air, o Auguſta, injuſtus Deus, ut noſtræ dilectionis, & ipſius cauſſa roleratarum ærumnarum obliviſcatur, odiom vero illius & immodicum furorem in ſe antepouat. *De hac re fuſius egimus* 11. *Februarii ad S. Theodoræ Vitam* §. 7.

erat pro autem Theophili;

6 *Romam poſtea venit B. Lazarus tempore Benedicti* III. *Papæ, qui Leoni* IV. *mortuo* 17. *die Julii anno* 855. *ſuffectus, deceſſit* 16. *Februarii anno* 858. De Lazaro *ita in Benedicto ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius*: Hujus temporibus Michael, filius Theophili Imperatoris, Conſtantinopolitanæ urbis Imperator, ob amorem Apoſtolorum miſit ad B. Petrum Apoſtolum donum per manum Lazari monachi & pictoris artis nimie eruditi, genere vero Chazai, ideſt, Evangelium de auro puriſſimo cum diverſis lapidibus pretioſis. Calicem vero ſimiliter de auro, & lapidibus circumdarum, reticulo pendeote de gemmis albis pretioſis miræ pulchritudinis decoratum, & vela duo de oloverocum Cruce de olovero, & liſta ſimiliter de chryſoclavo, & parva coopertoria ipſius calicis, ſicut mos Græcorum eſt. Similiter & veſtem de purpura imperiali munda ſuper altrare majus, ex omni parte cum hiſtoria & cancellis, & roſis de chryſoclavo magnæ pulchritudinis deornatam, etiam & velum de ſtautaci unum, cum Cruce de chryſoclavo, & litteris de auro Græcis. *Baronius tamen* 10. *ad annum* 856. *num.* 6. *paullum variantibus verbis ex alia MS. hæc recitat; quique hic genere Chazaus faiſſe dicitur Lazarus, ipſe genese Chazarum vocat. Sapius* Chazarorum & Chazariæ *mentio fit apud Cedrenum; ac nominatim cum de Heraclio & Choſroe agit,* Turcos Orientales Chazaros *appellat ſcribit. Veces Anaſtaſii quaſdam obſcuriores alii exponunt, ut Gerardus Joannes Voſſius in libris de vitiis ſermonis, qui liſtam fimbriam; holoverum, vel oloverum purpureum; chryſoclavum aure elavatum, vel auroclavum; velum* de ſtaurari *vel* ſtauracinum, *interpretatur eſſe cum intexti pampini vel corymbi.*

Romam miſiſſe a Michaele Imp.

cum muneribus preg ioſis;

natione Chazarus fuiſſe, ſive Turcus.

7 *Qua hactenus relata ſunt de Lazaro, brevior perſtringunt* Menæa Græcorum *ad* 17. *Novembris, his verbis:* Eodem die memoria ſancti Confeſſoris Lazari pictoris.

Te, Chriſte, jam non pingit Lazarus,
Sed videt viventem, nec coloribus ſenſibilem.

Hic ab uſque pueritia vitam monaſticam ingreſſus, piu-

gendi

A gendi ſcientiam edoctus eſt; & ad vitæ auſteritatem ac continentiam, etiam miſericordiæ erga pauperes ſingulare ſtudium adhibuit. Unde & Sacerdotii gradu decoratus eſt. Ea quo tempore adverſus omnes hæreſes accinctus, tantas ærumnas, non ſolum ab Eutychianis, Neſtorianis, Dioſcorianis, ſed & ab impiis Iconomachis perpeſſus eſt, ut verbis exprimi nullis poſſint. Miſſus eſt etiam Romam veterem, ut paternorum & Apoſtolicorum dogmatum fidem propugnaret: reverſuſque eum magna gloria, iterum ſimili ea cauſſa Romam abiit; ſed in medio itinere correptus ægritudine, deceſſit. Venerandum ejus corpus relatum Conſtantinopolim, in S. Evandri templo humatum eſt.

a patriis monachis?

dein Romam?

alios hæreſium impugnat?

iterum in Romam?

in vita mortuus?

8 *Eadem habet in Bivs Aylor Maximus Ep. Cyberens. Eadem Menologion Sirleti, præterquam de ultimo itinere Romano, (quod forſaſſis velin cauſſa s. Ignatii, vel tempora Baſilii Imperatoris ſuſcepit) deque reportato Conſtantinopolim corpore. Quod autem dicitur & in Menais & in Menologio*, pro patriis & Apoſtolicis dogmatibus pugnaturus *Romam veniſſe (noſti ea forſaſſis gloſſa eſt ejuſmodi recentioris Græci) ita videtur intelligendum, quod Imperatoris nomine, novo Pontifici oblaturus obedientiam venerit, & pſeudopapa Anaſtaſio anathema dicturus: ſive tum miſſus eſt, cum matre ſummota ſolus rerum ſummam adminiſtrare Michael cœpit, ut forſaſſis ſiniſtra de re ſuſpicio Romæ oriretur, quaſi dogmata Fidei, patriis exemplo, niteretur convellere; ſive quam primum auditum eſt, Leo harium ac Ludovicum Imperatores, falſa improborum relatione deceptos, Anaſtaſii partes tueri velle, tunc s. Theodora & s. Ignatii Patriarcha conſilio ablegatus Romam Lazarus eſt, ut profiteretur, ſi quid illi moverent, ſtaturam pro legitimo Pontifice Orientis Imperatorem.*

ejus natalis 17. Nov. & 23. Feb.

9 *Memoriam s. Lazari celebrant Græci, ut jam diximus, 17. Novembris, quo die etiam Perrarius in generali Catal. Sanct. ita de eo meminit:* Conſtantinopoli S. Lazari pictoris, multa ob ſacras imagines paſſi. *At Baronius martyrologio Rom. ad 23. Februarii nomen illius inſcripſit, addite hoc elogio:* Conſtantinopoli S. Lazari monachi, qui eum ſacras imagines pingeret, Theophili Imp. Iconoclaſtæ juſſu, diris ſupplicitis excruciatur, & manus ei candenti ferro comburitur: ſed Dei virtute ſanatus, abraſas imagines ſanctas pingendo reſtituit, ac demum in pace quievit.

AUCTORE I. B. D.

10 *In Notationibus hæc addit:* Agunt autem Græci de eo die 17. Octob. quando ea Cithienſi urbe translatum eſt corpus ejus Conſtantinopolim, ut teſtatum habetur in dicto Menologio eo die. *Verba Menologii ſunt:* Eodem die Relatio pretioſarum reliquiarum Sancti & Juſti Laſari, quas reliquias celeberrimus & fidelisſimus Imperator Leo, divino zelo commotus, in templo pulcherrimo, ſub ejus ſancti viri nomine dicato, ea urbe Cytienſi Conſtantinopolim translatas, in argenteis loculis repoſuit.

non recolitur ejus Translatio 17. Octob.

11 *At ſunt ea de s. Lazaro fratre Mariæ & Marthæ intelligenda. Patet ex Cedreno, qui ab Leone Sapiente Imp. filio Baſilii Macedonis, ſic ſcribit:* Exeait ibidem & aliud templum, nomini S. Lazari dicatum: inque eo Sancti ejuſdem allatum corpus collocavit, at ſororis ejus Mariæ Magdalenæ reliquias ea Epheſo advectas. *Illud ex Epheſo deceſſ. Europalata, neque ad s. Lazari ipſiuſa pertinet, ſed ad s. Magdalena; ut ex Græco colligere eſt:* Ἀνήγαγε δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου τοῦ τετραημέρου τὰ ἅγια λείψανα· Ἁγία Λαζάρου, ἡ μὴ τοῦ τῶν Ἁγίων μοναχομήτορος καὶ ἱδρυτοῦ σώματος, ἀλλ' ἑτέρου μάρτυρος· Μαρίας δὲ Μαγδαληνῆς τῆς Ἐφεσίου μετήνεγκε. *Nam quod bis verbum μετήνεγκε repetat, indicio eſt non eodem ex loco theſaurum utrumque apportatum. Zonaras unde Magdalena allata reliquia ſint non exprimit ſeorſim tamen allatas innuit, ita ſcribens:* Nomini S. Lazari aliud poſuit templum, in quo ſacrum ejus corpus recondidit e a Cypro allatum, ſed & Magdalenæ Mariæ.

Sed Lazari feſtis S. Magdalenæ, & ad illius templum utriuſque reliquiæ allatæ,

Lazari ex Cypro,

Magdalenæ Epheſo

12 *Clarius hæc in Menais explanantur, ubi Lazari corpus inventum dicitur ἐν τῇ νήσῳ Κύπρῳ ἐν τῇ Κυπίων πόλει:* in inſula Cypri in Cytiæorum urbe, *cum hac inſcriptione:* Lazarus quatriduanus & amicus Chriſti. *At 22. Julii dicitur ἡ ἁγία μυροφόρος καὶ ἰσαπόστολος Μαρία ἡ Μαγδαληνή*, Sancta unguentifera & par-Apoſtolis Maria Magdalena, Epheſum veniſſe ad S. Joannem Theologum & Apoſtolum, ibique ſancta obdormiviſſe, ac tumulata in aditu ſpeluncæ, in qua poſtea quieverunt ſeptem Sancti pueri *Dormientes*. Leone deinde beatæ memoriæ Imperatore noſtro, reliquiæ S. Magdalenæ allatæ ſint *Conſtantinopolim*, & in monaſterio S. Lazari depoſitæ. *Dr* S. Maria Magdalena *pleonis agemus 22. Julii, deque fratre ejus S. Lazaro 17. Decembrit.*

DE S. CELSO
EPISCOPO TREVIRENSI.

C

I. B.

F

Commentarius prævius.

§. I. S. Celſus Trevirorum v. Epiſcopus, 400. annis antiquior Celſo Toletano.

colatur s. Celſus.

CIRCA ANN. CMLXXX XIII. FEBR.

1 TReviroram urbs antiqua & illuſtris, ſedes olim Præfecti prætorio Galliarum, ac nonnullorum etiam Imperatorum, ac Belgica prima metropolis; a tribus S. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulis, Eucharia, Valerio, Materno, Chriſtianam fidem edocta eſt; ut habet vetus traditio, ab omnibus recepta, variis teſtata monumentis, & vel eo ſolide argumenta firmata, a nobis expoſite alibi ſapius, quod S. Maximinus 11. qui Agrippinenſi concilio anno 346 & Sardicenſi 347. interfuit, vicaſimus altavus ab Eucherio ejus urbis Antiſtes numeretur. Cum erga qui inter utramque eam Eccleſiam gubernarunt, omnes fere ad aras invocentur, ac multi tamen ſicca morte defuncti ſint, nonnulli annos plures ſederint, Maternus 40. 15. Valerius; conſequens eſſe videtur, ut ſimul omnes tria expleſſe ſecula cenſeri queant.

Trevirorum primi 3. Epiſcopi diſcipuli s. Petri;

2 *S. Materno* S. Auſpicius ſucceſſit, *qui 8. Julii colitur:* huic S. Celſus, *ut conſtat ex Catalogis, quos exhibent Antonius Demochares tom. 2. de ſacrificio Miſſæ, cap. 33. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, Petrus Merſæus Cratepolius in Annalib. Archiep. Treviren. Gabriel Bucelinus Germania ſacra parte 1. pag. 33. (qui tamen fallitur dum obiiſſe ſcribit 23. Febr. ut mox dicemus) Ægidius Bucherius noſter Eslgii Romani lib. 6. cap. 4. Wilhelmus Kyriander Comment. de Auguſta Trevir. par. 3. pag. 39. Bartholomæus Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis pag. 537. Geſta Treviror. MSS. Joannes Enen, ejuſque interpres Joannes Scheckmannus, in eorumdem Geſtorum epiſcopi, edita anno 1517. Chriſtophorus Browerus in accuratiſſimis Trevir. annalibus, MS. codex Sereniſs. Regiæ Svecia, in quo* Nomina Pontificum Trevericæ urbis, *ad* Egilbertum *uſque, ut ſub te proinde enaratus it liber videatur: ſertur autem Udeni ſucceſſiſſe* Egilbertus *anno* 1079.

3 *Inſcriptum eſt Martyrologiis* S. Celſi *nomen 4. Januarii, in ad eum diem diximus. Hermannus Greven Carthuſianus in auctario ad Uſuardum, edito anno* 1521. *eo die ita habet:* Treviris Celſi Epiſcopi & confeſſ. *Aliud Martyrol. ibidem anno* 1490. *excuſum:* Treveris S. Celſi Ep. & con-

colitur 4 Januarii.

AUCTORE I. B.

& confeſſorit Chriſti, qui in cœmeterio S. Eucharii requieſcit. *Petrus Canſius noſter in Germaniæ Martyrol.* Treviris S. Celſi Ep. & conf. cujus Inventio 23. Februarii celebratur. *MS. Florarium*: Treviris depoſitio Celſi Ep. & Martyris. *Confeſſorem faciunt ceteri jam citati. Ita & Maurolycus, ac Martyrol. Eccleſiæ s. Mariæ Ultrajecti ante aliquot ſecula exaratum*: Item Celſi confeſſoris. *Eo die obiiſſe conſtat ex Browero, qui lib. 10. Annal. pag. 592. tradit, tumulo S. Celſi circa annum 979. reperto, præter epitaphium tribus diſtichis conſtans, inſcripta fuiſſe hæc verba*: Depoſitus pridie Nonarum Januariarum. *Et vero Theodericus, qui circa annum 1008. hiſtoriam Inventionis s. Celſi litteris mandavit, infra n. 12. teſtatur s. Egbertum Epiſcopum pro concione adhortatum eſſe eives*, ut frequentius B. Celſum viſitare non ſuperſederent, & ut inpoſterum ſingulis annis ejus natalitium diem, qui conſtat pridie Nonas Januarii, ſummo honore celebrare ſtuderent, Apoſtolica auctoritate mandaſſe.

4 *Sauſſaius in Martyrol. Gallicano Depoſitionem & Inventionem conjunxit, & quidem ad 23. Februarii quo ſolum die nunc ſit una cum vigilia s. Matthiæ commemoratio, ac tertia lectio de eo recitatur, ut patet ex officiis propriis anno 1646. excuſis. Ita autem habet Sauſſaius*: Treviris depoſitio & Inventio S. Celſi Ep. & conf. qui quintus ordine nobilis hujus Sedis Antiſtes, eam Eccleſiam rurer ipſos perſecutionum turbines mirifice direxit: vitaque & moribus cum Chriſti diſciplina conſonis, tum ſtudio, tum exemplo, populi ſui mentes ad patriæ cœleſtis amorem accendit. Denique optime munito ovili doctrinis & diſciplinis, æternam ad requiem profectus eſt. Quibus autem polleat apud Dominum meritis, poſt obitum magnis virtutum divinarum ſignificationibus, quæ ad ejus patrocinium peractæ ſunt, innotuit. *Ita ille. Miracula, qua extant, non niſi poſt Elevationem accidiſſe memoramur: ſi qua prius edita, ea vel conſcripta non ſunt, vel certe conſepulta dein oblivioni. De eo in MSS. Geſtis Trevirorum ita legitur*: Deinde Auſpicius quidam Eccleſiæ regimeo tenuit. Deinde inſignes per legitimas ſucceſſiones, ſanctitata & gloria pollentes extiterunt: ſanctiſſimus ſcilicet nomine vel meritis Celſus, animo ſublimis, ſed & genere clarus, non ſegnis patriæ ſemper ubique vigens, affectu pio, honore actuque ſerenus. *Quæ fere ſunt ex ejus epitaphio ſumpta.*

5 *Ætatem S. Celſi ita determinat Browerus lib. 2. Annal. ad annum 3. Antonini*, 141. *Chriſti*: Eodem vero tempore Celſus, cujus inventioni apud Treviros 23. Februarii dies conſecratus eſt, teſtata miris operibus conf. ac Martyris innocentia, Auſpicio in Treveticæ Eccleſiæ gubernatione ſucceſſerat. Hos iu eo gerendo munere ſimul 13. annos conſeciſſe, ea eo deprehendas, quod Felicem primum, qui ſurrogatus in Celſi locum, pontificatuio ab anno Chriſti centeſimo quadrageſimo ſecundo miſſe, nonnulli ſentiunt veterum. *Hæc ſuo quoque calculo comprobat Bucherius noſter loco antea citato.*

Quidam dicitur putant ſecula 6.

6 *Hæc porro propterea dedaxi uberius, quam ad 4. Januarii fatendum cenſueram, quod Hiſpani quidam ſcriptores, interque eos amicus noſter Joannes Tamaius de Salazar, eumdem hunc eſſe* Celſum *putant, qui ſub annum* 520. *Toletanus Epiſcopus fuit, Montani deceſſor. Hauſerunt id ex duobus Chronicis nuper editis, altero ſub nomine M. Maximi Cæſarauguſtani Ep. altero Juliani Petri. Prius ad Æram* 556. *ſive annum* 518. *Chriſti, ita habet*: Hectori Toletano Ep. ſuccedit Celſus natione Germanus, vir egregie doctus, & opinione raræ ſanctitatis clarus. *Julianus num.* 259. Hectori Toletano ſuccedit Celſus, vir natione Germanus, vir ſanctus, cujus agitur in Germania dies 30. Maji. Vir fuit doctus. Hector, vel Ferrandus, redut in Africam: ad annos 540. vivit: ſupplee opera S. Fulgentii Ruſpenſis Ep. magiſtri ſui, qui Iberiæ, vel Ibris, migrat ex hac vita anno Domini 545. *Ad annum vero* 525. *iſta habet Maximus*: B. Montanus ſuccedit Celſo ſanctiſſimo viro, qui patriam ſuam Tsevereuſem repetens, ibique prædicans, vitæ ſanctimonia ac miraculorum frequentia fulget: cujus translatio celebratur 23. die Februarii. *Julianus autem num.* 265. Celſo, *inquit*, viro ſanctiſſimo, ad Germaniam profecto, & ibidem ſancte mortuo, ſuccedit Montanus, Aſchidiaconus Toletanus, doctus & ſanctus.

7 Acta *hinc* S. Celſi, Epiſcopi Toletani in Hiſpania, *ut aut*, & Trevereuſis in Germania, confeſſ. *iſta concinnavit Joan. Tamaius*: Celſus cum ex Germania originem duxiſſet, in Hiſpaniis adoleſcens adventavit, & apud Toletum, urbem Gothorum regiam, S. Hectori Ferrando ipſius Sedis Præſuli adhærens, tanti Magiſtri doctrinam æmulatus, ad ſublimem eruditionis Eccleſiaſticę apicem, mira ſedulitate pervenit. Porro Celſi diſciplina pietaſque ſic omnium civium animos amabili compoſitione mollivit, ut vita ſuncto Ferrando, in patriarchalem Hiſpaniæ Sedem ſuffectus, Toletanæ Eccleſiæ baculum reportaret. *Dein pluribus interiectis, iſta ſubdit*: Hac & aliis ferventis zeli, doctrinæ, & virtutum operationibus cumulatiſſime exantlatis, in Germaniam rrdire compoſſus, apud Treviros fuit humaniſſime ſuſceptus: in quorum contubernio ita vitam traduxit honeſtiſſimam, ut demortuo Apruncolo ipſius urbis Epiſcopo, ei, meritis eſflagitantibus, & omnium ſuffragiis expetentibus, renuens licet, ſucceſſerit Antiſtes. Illam demum Eccleſiam inter validos perſecutionum turbines mirifice rexit & direxit, vita & moribus cum Chriſti diſciplina conſonis, tum ſtudio, tum exemplo, populi ſui mentes ad patriæ cœleſtis amorem accendit. Denique optime munito ovili Dominico doctrinis & diſciplinis, æternam ad requiem profectus eſt, 3. Kal. Junii, anno Domini 525. Cujus corpus in eccleſia S. Eucharii ſepultum, ad uſque annum 978. delituit: quo Egbertus Trajectenſis Epiſcopus, poſt Trevirenſis, illud 7. Kal. Martii, in eadem invenit eccleſia: & honorifice collocatum, mira civium venerratione colitur.

& Toleti Ferrando magiſtro usus,

ſequente mortuo Toletano Epiſcopum factum; dein ordine ſextum Toletanum,

ſuffectus ibi Epiſcopus

mortuum 10. Maji

8 *Non verebor jam, ne iraſcatur mihi humaniſſimus Tamaius, aut, (ut ad 19. Januarii pag. 194.) ogganire ſcribat, ſi nolim ſuppoſititiis illis commentariis Dexiri, Maximi, aliorumque uti, cum ipſe ſibi id licere voluerit, ut ab iis impune reſilires. Ait enim, Hectorem Ferrandum anno* 518. *mortuum, quem Julianus ad annum* 545. *vixiſſe tradit. Et hoc ſane quidem fatendum eſt, ſi idem hic eſſe dicatur Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus, ſanctique Fulgentii diſcipulus, quem ipſe voluit* ſuppleviſſe opera magiſtri ſui: *ut non potuerit annis* 12. *ante hunc deceſſiſſe, cum ipſemet Tamajus obitum s. Fulgentii anno* 529. *ſtatuat. Imo ad annum* 546. *pervenit, quando, excitata jam Conſtantinopoli quæſtione de Tribus Capitulis, ipſe, ut alias ſæpius, ab Anatolio & Pelagio S. R. E. Diaconis rogatus eſt*, ut (*quod Facundus Hermianenſis Epiſc. lib. 4. cap. 3. teſtatur*) habito de hac cauſſa diligenti tractatu cum severentiſſimo ejuſdem Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopo, vel aliis, quos & zelum fidei & divinæ Scripturæ ſciret habere notitiam, conſulentibus reſponderet, quid obſervandum in commune omnibus videretur.

Ab Ferrando ultra annum 530 obiiſſe

imo & 548.

aut Epiſcopus fuit,

ſed Lectorem Diaconum Carthaginenſem

9 *Sed de Ferrando plura fortaſſis alibi, ſi nobis conſtiterit Sanctorum albo eſſe adſcriptum. Illud hic ſufficiat verbo indicaſſe, Celſi illius Toletani Epiſcopi, qui tamen a noſtro hoc quam longiſſime diſtat, non fuiſſe deceſſorem, neque eumdem eſſe Hectorem illum Carthaginis Spartariæ Epiſcopum, qui concilio Tarraconenſi anno Chriſti* 516. *interfuit: neque demum omnino Epiſcopum fuiſſe. Nam Fatundus jam citatus, ipſius Ferrandi æqualis, eodem libro*, laudabilis in Chriſto memoriæ Ferrandum Carthagineſem Diaconum *vocat. An ſi tot annis Epiſcopus fuiſſet, id ignorare Facundus, in eadem cum ipſo Africa degens, potuiſſet? Ipſe quoque Ferrandus ita epiſtolam ſuam vel libellum pro Tribus Capitulis ordiatur*: Dominis beatiſſimis & devotis obſequiis proſequendis, Sanctis fratribus & Condiaconis,

Pelagio

A Pelagio & Anatolio Ferrandus exiguus. *Quo mere ritu;* Conſtantinopolitanum *ſe illorum faceret, ſi jam tot annos Epiſcopus fuiſſet, & quidem in clariſſimis duabus Hiſpaniæ urbibus? Quid de eo S. Iſidorus Hiſpalenſis in eadem Hiſpania doctiſſimus Epiſcopus? nonne cap. 24. libri de Scriptor. Eccleſ.* Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconum *vocat, nulla Epiſcopatus facta mentione, cujus nec ceteri antiqui meminerunt?*

10 *Verum miſſam nunc longiorem de Ferrando diſputationem faciamus, quando ea nihil attinet ad S. Celſum Trevirenſem Epiſc. qui 400. annis ea antiquior eſt. Neque accuratiſſimas Garſias Loayſa,* Hectorem, *qui concilio Tarraconenſi interfuit, vel Ferrandum vocat, vel in catalogo Antiſtitum Toletanorum reponit, ſed ſucceſſiſſe* Petro I. Celſum *ait,* Celſo Montanum, *qui anno Chr. 527. concilio Toletano 2. prefuit. Congruit Catalogus quem Franciſcus Piſa vulgavit ex tabula ſacrarii Toletani. Nec illud diſſimulaverim non probari mihi, neque probandum facile Curiæ Romanæ, quod dicatur ille Montani deceſſor Celſus* in Patriarchalem Hiſpaniæ Sedem ſuffectus. *Non enim Metropolitam, v. g. Cæſaream Cappadocia, Epheſi, Heracleæ, quem nos* Primatem *nunc vocamus, quiſquam* Patriarcham *reſte dixerit.*

Celſus Toletanus Petro ſucceſſit;

B 11 *Quod n. 4. recitavimus S. Celſi Trevirenſis elogium ex Sanſſaio, ejus partem ad Toletanum tranſtulit, ut jam diximus, Tamajus: illud tamen minus apte, quod cum ille inter ipſos perſecutionum turbines, Ethnicis tyrannis Imperatoribus adhuc Chriſtianos infeſtantibus, S. Celſum Eccleſiam ſuam direxiſſe ſcribat; hic quoque Celſum ubi rerum inter validos perſecutionum turbines mirifice rexiſſe & direxiſſe eam ſcribat. Qui enim turbines perſecutionum Eccleſiam Trevirenſem agitarunt ab an. 518. ad 525. quo obiiſſe Celſum ait? Tenebat tunc Auſtraſiæ regnum Theodericus Clodovei Magni filius, religionis propagandæ, armandæque Eccleſiæ ſtudioſus. Sed nec illud quidem Tamajo ſat idoneo calculo firmarit, quod* Celſum, *quem ait anno 525. obiiſſe, ſtatuat* S. Aprunculi *ſucceſſorem, qui non niſi anno 528. S. Vibicio ſucceſſit, ut ad illius natalem 22. Aprilis dicemus, & ad Vibicii 5. Novembris.*

ejus tempore Treviris Epiſcopus fuit S. Vibicius;

ſub Theoderico pio Rege;

Celſus Toletanus aut in Germania, nec Toleti Kaedlae habitum.

12 *Quod* Celſum *ſanctum Italiæ cœli in Germania, Treviris Tamajus, 30. Maji ſeribant; nullum vidi MS. aut excuſum Martyrol (vide autem plurima) Breviarium nullum, in quo ad eum diem* Celſi *exet nomen. Nec ut Toleti etiam aut coli olim, aut Sanctus appellari ſolet, ut ex Piſa & Loayſa patet. Didacus de Caſtejon Epiſc. Lucenſis in libro de Primatu Eccleſiæ Toletanæ, ſed Maximum & Julianum ſecutus, ſanctum vocat & coli Treviris aſſerit: clamant Treviri nullum ſe Celſum noſſe, præter antiquum illum ſeu Confeſſorem ſeu Martyr. tertium a S. Materno Apoſtoli Petri diſcipulo.*

C

§. II. *Inventionis S. Celſi tempus, hiſtoria, commemoratio.*

Albana domus Treviris a S. Euchario conſtructa.

13 QUa prima Trevirit, utoque forſan Belgio, *creditur fundata Chriſtianæ eccleſia, domus fuit Albana mulieris ſenatoriæ, cujus S. Eucharius exſtinctum filium divina virtute ad vitam revocarat, ut 29. Januarii in Vita S. Valerii cap. 3. n. 13. dictum. De ea eccleſia ita leguntur in Epitome geſtorum Trevirorum Scheckmanni lib. 2. cap. 1.* Tum illa dumum, quam ſatis amplam & præeminentem habebat, ſanctificante B. Euchario, in eccleſiam deputavit, quam B. Eucharius ſub nomine S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ conſecravit. Sita eſt ad meridiem urbis extra portam mediam: quam hodie incolunt religioſi ordinis viri, Chriſtu ſub regula D. Benedicti militantes. Digne tandem pro meritis remunerandus ſacer Antiſtes Eucharius, ubi jam 23. annis pontificium adminiſtraſſet, 6. Id. Decemb. in pace quievit, & ſepultus eſt in baſilica S. Joannis prædicta.

(ſed non S. Joannis Evangeliſtæ)

14 *Verum S. Eucharius, quem tradunt anno 73. obiiſſe, qui potuit eccleſiam S. Joanni Evangeliſtæ in Divos recepta dedicare, cum hunc S. Hieronymus lib. de illuſtr. Eccl. ſcript. cap. 9. dicat* uſque ad Trajanum Principem perſeveraſſe ..... & confectum ſenio, ſexageſimo octavo poſt Paſſionem Domini anno mortuum? *Is autem erat annus Æræ vulgaris 99. Ea forſan ædes poſtmodum reſtaurata, S. Joannis Apoſtolo dicata, dein ab ipſomet Euchario novum titulum ſumpſit. Browerus non ab Euchario, ſed ſolum* antiquitus *Apoſtolo ſcribit Annal. lib. 2. pag. 174.* Corpus ejus (Eucharii nempe) anno Chriſti 73. æde, quæ antiquitus B. Joanni Evangeliſtæ, inde vero ipſius nomini ſacra dicataque fuit, humatum eſt: ubi & ſepremdecim ordine deinceps ſuccedentium Antiſtitum ſepulchra, magna olim veneratione & præcipua religione colebantur. *Cum anno deinde 1127. inventa S. Mathiæ Apoſtoli ibidem reliquia eſſent, templumque reſtauratum, & ab Eugenio III. Papa Idib. Januarii 1148. dedicatum; ſenſim poſtea templum & monaſterium S. Mathiæ nomine ad hæc uſque tempora celebratum, uti plenius dicetur 24. Februarii ad S. Mathiæ Vitam.*

Ipſe quo in æde ſepultus

& 17. jacuiſſe ferunt,

15 *Inter ſeptemdecim illos Præſules, quos Browerus ſcribit in æde S. Eucharii poſt illum ſepultos,* S. Celſus *fuit: cujus corpus 836. poſt ejus obitum annis inventum, translatumque ab Egberto Trevirenſi Epiſcopo, virum nobiliſſimum, quem Joannes Gerbrandus a Leidis in Chron. Belgica lib. 8. cap. 2. Theoderici Hollandiæ ſecundi Comitis filium faciſſe ſcribit: de quo plenius agemus 9. Decemb. egimuſque obiter 15. Februarii, cum de S. Severa Presbytero eſſet ſermo.*

intergeo nas Celſus,

cujus corpus ſub Egberto Ep inventum;

E

16 *Hujus Inventionis Translationiſque hiſtorium litterarum monumentis conſignavit Theodericus ejus temporis ſcriptor non indoctus. De eo Trithemius in Chronicis monaſterii Hirſaugienſis ad annum 1000. pag. 43. ita ſcribit:* His quoque temporibus claruit apud Treviros noſtros Theudoricus monachus cœnobii S. Mathiæ Apoſtoli, ordinis noſtri, qui cum eſſet vir ſtudioſus atque doctiſſimus, ſcripſit de inventione S. Celſi librum unum: quæ per Egbertum Archiepiſcopum 7. Kal. Martii, in præfato monaſterio facta eſt. *Non ſatis Trithemii verba expendit doctiſſimus Joan. Tamajus de Salazar, cujus ad diem 23. Februarii hic eſt titulus Inventionis:* Hiſtoria de Inventione Reliquiarum S. Celſi confeſſoris, auctore Theodorico monacho in cœnobio S. Mathiæ Hirſaugenſi, qui vixit anno Domini 1111. *Non eſt Hirſaugia Trevirit, nec S. Mathia in ea cœnobium: ſed in diœceſi Spirenſi trans Rhenum, atque in Ducatu Wirtenbergenſi, ad Nagoltum fluvium, qui Entio immiſtus, Niccaro illabitur, ac demum in Rhenum defertur: olim id cœnobium* S. Aurelii cella *dicebatur. Ejus Chronica componere cœpit Trithemius cum Abbas Spanheimenſis eſſet, abſolvit cum præeſſet cœnobio S. Jacobi Majoris apud Herbipolim. In parvula loco citato* apud Travitos noſtros *ſcribit, quod in diœceſi Trevirenſi natus eſſet. Atque ſexta poſt linea oſtendit S. Mathiæ monaſterium Treviris fuiſſe:* Floruit etiam his temporibus, *inquit,* Theodorus monachus S. Mathiæ Trevirenſis, contemporaneus Theodorici monachi & diſcipulus. *Sed ipſemet Theodericus diſertiſſime teſtatur, ſe in illo cœnobio, quod tunc S. Eucharii dicebatur, anno 1006. monachum factum, ac paullo poſt juſſum Richardo Abbate Inventionem illam* S. Celſi *ac miracula mandaſſe litteris, ejuſdemque cœnobii monachos identidam* Fratres noſtros *vocat.*

apud Hirſaugienſes;

ſed S. Eucharii, five S. Mathiæ Treviris;

F

17 *Inventionis ac Tranſlationis* S. Celſi *meminit Magnum Chronicon Belgicum, ſed ridiculo modo:* Venerabilis Egbertus, *inquit,* Trajectenſis Epiſcopus, filius Theoderici, ſecundi Hollandiæ Comitis, nobilitate & virtute inſignis, cœpit anno Domini 970. *Tum quibuſdam interjicit:* Corpus S. Celſi confeſſoris in cœmeterio S. Eucharii, ipſe pro celebrando ibidem divino Officio ad monaſterium pertulit: eumque poſt expleta Miſſarum ſolemnia a Fratribus obnixe ad cibi potuſque caritatem ſumendam rogaretur; ne eis onerioſus cum tanta comitatus ambitione eſſet, maluit oblatam a Fratribus caritatem rejicere, & reditum ſuum in urbem maturare. Cum vero veniſſet ad fluvium Olevia, cœpit infirmitate gravi deficere, & ſimul ut ad Sedem ſuam venit, diem clauſit extremum. Sepultus ibidem in parva eccleſia, quam ipſe conſtruxerat in honorem S. Andreæ. Hæc ea Chronicis eorumdem

alibi ejus Inventionalis mentio.

AUCTOR. Rt. I. B. D

AUCTORE I. B.

rumdem Pontificum. *Ita ibi. Unde occaſio prabita Tamajo ſcribendi, quod ſupra n. 7. relatum*, Egbertum *primo* Trajectenſem Ep. *poſt Trevirenſem fuiſſe. Carebat tunc Trajectum ſuperiori, ſive ad Moſam, Epiſcopi, Sede ante 250. annos Leodium tranſlata: inferius Trajectum, ſive Ultrajectum, nullum habuit* Egbertum *Epiſc. In Chronico mendum a typographo eſt: ſed unius incuria ſcriptoris aut collectoris, dum mortem Egberti conjunxit cum S. Celſi tranſlatione. In Chronicis, quæ citat, ſive Geſtis Trevirorum, ita habetur*: Corpus inſuper S. Celſi confeſſoris in cimiterio S. Eucharii reperit. *A: deinde, duobus interjectis paginis, ita ſubnectuntur*: Adveniente quondam feſtivitate S. Eucharii, ipſe pro celebrando ibidem divino officio ad ejus monaſterium perrexit. Cumque poſt expleta *&c. ut in Chronico, ſed additur, eccleſiam illam s. Andreæ, in qua ipſe ſepultum fuiſſe* in latere eccleſiæ dextro. *Eadem fere omnia, quæ in Geſtis Trevirorum extant, narrat Gerbrandus a Leodii lib. 8. Chronici Belgici cap. 2. & Vita MS. Egberti, inde excerpta. Browerus Egberto lib. 10. pag. 590. ſcribit*, anno 978. vel principio, vel prope id certe, gubernationem Trevirenſis Eccleſiæ obtigiſſe: *ac pag. 606. 5. Id. Decemb.* anno Dominicæ Incarnationis 993. *obiiſſe, cum Eccleſiam rexiſſet* ſenos denoſque per annos. *Agit & ipſe ſatis luculente de inventione* S. Celſi *& tranſlatione, ſed certo anno non videtur aſſignare. Contigit tamen antequam Otto* II. *anno* 980. *abiret in Italiam.*

Egbertus Treſtenſis Epiſcopus non fuit.

Magnam Chronicon Belgicum correctum.

Egbertus creatus an. 978. mortuus 991.

B

Chronicon M. Maximi notatum.

18 *De* S. Celſi *tranſlatione vaticinatus videri culpiam poſſit M. Maximus, dum, ut ſupra n. 6. retulimus, ad annum* 525. *ſcribit* ejus tranſlationem celebrari 23. Februarii, *cum ipſe Maximus initio ſeptimi ſeculi vixerit, illa decimo acciderit. Occurrit Tamajus, ait ipſe ea verba uſpiam ad marginem adſcripta, in contextum irrepſiſſe. Facile id quidem excuſari poteſt, cum ita non raro interpolari ſcripta ejuſmodi ſoleant: niſi totum illud Chronicon cruditis plane ſubleſtum haberetur.*

19 *Ceterum eſt anniverſaria illius Inventionis Tranſlationiſque commemoratio plerisque recentiorum Martyrol. inſcripta. Recitavimus ſupra n. 4. elogium, quod de eo Sanſtajus contexuit. Hermannus Greven, Goleſinius, Canſius*: Treviris inventio S. Celſi Ep. & confeſſ. *Eadem, verbo ſubinde uno mutato demptove, habent Martyrol. Coloniæ cæſum anno* 1490. *Maurolycus, Molanus, Ferrarius. MS. Florarium, ut & ſupra*, Martyrem, *facit.*

Inventio ejus ſollemnis.

20 *Lubet demum adjicere Lectionem, quæ tertia in vigilio S. Mathiæ legitur Treviris de* S. Celſo, *in qua tamen corrigendum, quod dicitur, Egbertum* ejus anniverſarium impoſterum 7. Kal. Martii indixiſſe, *nam Theodericus ſolum tradit, mandaſſe, ut feſtum ejus pridie Nonas Januarii*

an indictum ab Egberto?

C

religioſe coleretur. Forſan tamen poſtea vel ipſe decrevit, vel aliquis ſucceſſorum, ut etiam Inventionis ſolennitas 23. *Februarii ageretur. Lectio porro ita habet:*

Lectio olim in Trevir. de S. Celſo.

21 Celſus claro ſtemmate ortus, Trevirenſes & Tungrenſes gubernandos poſt Auſpicium ſuſcepit, quintus inter primos illarum Eccleſiarum Epiſcopos, qui efferata in religionem Chriſtianam gentium immanitate ſublati ſunt. Quo in muncre tredecim annos eumdem confeciſſe traditione accepimus. Hujus corpus olim Egbertus Archiep. dum novæ baſilicæ S. Mathiæ fundamentis aperiendis implicaretur, certo indicio invenit, ejuſque virtutem & eximiam ſanctitatem univerſæ multitudini, Inventionis ſolennitate frequentanti probavit. Nam velo particulam ex digito B. Celſi involvit, jactavitque in prunas vivas ad ſe ſacrificantem ex compoſito allatas. Miſſæ autem canone peracto, reliquias ſacras illeſo atque innoxio velo, ingenti omnium cum ſtupore, domita flamma Præſul extraxit: ejus anniverſarium impoſterum 7. Kalcudas Martii indicens.

D

HISTORIA INVENTIONIS S. CELSI,

auctore Theoderico monacho,

ex MSS. Budecenſi & Trevirenſi.

EPISTOLA DEDICATORIA AUCTORIS.

Theoderici monachus, juſſu Richardi Abbatis.

5 EXcellentiſſimo Chriſti operario Patrique permagnifico Richardo, ſuus ille ſuorum ultimus Theodericus, quo inter monachos nihil habetur vilius, monaſtici tamen haud immemor propoſiti, omni apologiæ dimota ambage, veræ obedientiæ obſequelam. Rogat namque paterna pietas veſtra, imo inevitabiliter imperando injungit, quatenus Inventionem ſacratiſſimæ glebæ beati Confeſſoris Chriſti Celſi, cujus præclara merita ejuſdem vocamina produntur etymologia; nec non qua occaſione, Divinitati quidem ante temporis motum cognita, noſtris autem *a* facelentis diebus, piæ memoriæ Egberto Trevericæ urbis Hierarchia, ob enormem quamdam eccleſiæ utilitatem ſolenniter nacta beata ejus ipſius mortalibus fuit tandem detecta; ſed & inſigni meritorum illius indicio, quæ ob tanti theſauri eatenus occultati optabilem oſtenſionem luce clarius acta eſſe noſcuntur, mea puſillitas qualicumque relatu, ſtylo memoriæque, poſteritati proſpiciens, mandare non differat. Neque enim æquum fore cenſeris, ut tanta miraculorum tanti viri coruſcatio, ob multorum ſalutis augmentum cœlitus profuſa, inerti remancat taciturnitate abſtruſa.

a

E

S. Celſi inventionem & miracula.

2 Ad quod ego, Mirot, inquam, admodum tantæ prudentiæ virum, ac vehementi ſtupore percellor, quidnam vobis animi ſit, quod omnibus & quaſi vilipenſis tot vernulis domi militiæque infugillabiliter agentibus, quos in B. Euchatii ſpiritali gymnaſio, dogmate fovetis ſacro, inexperti adventitii imbecilles humeros tanti molæ mandaminis *b* caricare malitis. Teſtem enim omniſcium adhibeo Deum, (non quod ejuſmodi mentis ſim, quod veſtræ præceptioni, quod fas non eſt, vel muſcitando recalcitrare velim) plures veſtris in laribus promotoris ingenii experius ſum Fratres, quibus ſi idipſum onus duce obedientiæ ratione imponeretur, impertæſis, ut verum fatear, humeris portare, ac veſtris per omnia votis ad plenum ſatisfacere quiviſſent.

eſſe aliam quam alii ad id ætate,

b

3 Sed quid pluribus opus eſt? Deſtinatum eſt quidem monachis, quadam ſpecialitate præ ceteris, quatenus moram neſciaot in explendis priorum ſuorum præceptis; & quamquam illis injungantur impoſſibilia, de Domini ſemper miſeratione confidentes, ſciant ſibi omnia fore explebilia. Quapropter experiar votis quæ injungitis, certo certius credens, quod B. Celſus ſuis mihi precibus poſſit obtinere, quatenus hoc glaucum pelagus mereat ſalvis mercibus enatare, atque ad optabilem portum illa ſus valeam pervenire.

F

ſcribendo ſuſcipio.

a Ita *habebat Gemmenſii noſtri apographum: vixque ambigo, quin auctor, novas vocesque identidem voces affectans, ita ſcripſerit.*

Eccleſiaſtes.

b Carticare *obſervat Gerardus Joannes Voſſius lib. 4. de vitiis ſermonis & variis gloſſematis cap. 3.* pro onerare, ac propriæ currum onerare, carro aliquid advehere, *uſurpatum a variis medii ævi ſcriptoribus.*

Corticorat

CAPUT

A

CAPUT I.

S. Eucharii monaſterium Treviris ab Egberto Epiſcopo readificatum.

PRÆFATIO. 4 CUm omnibus divinæ atque humanæ philoſophiæ ſectatoribus liquido conſtet, quod Treverica Metropolis tum mundanæ dignitatis antiquitate, ſum etiam catholicæ fidei Cardinali majeſtate, jure meritoq; totius Galliæ *a* Aschiſterium ſit hactenus vocitata, atque Apoſtolicæ auctoritatis quadam particularitate ceteris undiq; ſecus Eccleſiis eminentius ſublimata; ob hoc ſcilicet lætabile accidens, quod eam univerſitatis conditrix perſonalis Trinitas atque eſſentialis unitas Deus, permitivo ſancti Evangelii fulgore per tsium *b* operatorum ſuorum perpetim remunerandum laborem deifice viſitare atque illuminare dignata eſt; iatis revera inconſequens vitium; ſi ea, quæ jam clementi reſpectu, in calce temporum, apud ejuſdem urbis Ariopagum oſtendere cenſuit, ſilenti torpore fumaliter in auras evaneſcant. Si enim ſuaviloquo ſuperſtite Auguſtino apud *c* Hipponem regiam urbem ſimilia pauderentus, auguſtiſſimus ipſe rhetor, rhetoricis (usi ſibi moris ſuis) pluta obinde volumina venuſtaret floribus. Sed magnum magna, parvum autem parva decent. Dimittamus Auguſtinum philoſophiæ pennis ad ſidera volare. Nos autem per *d* ſapinoſin præcelſa geſta feneſtratim ſpopalantes, humilibus oportet conſentire. Omnipotens enim Deus, qui abſque indigentia aliqua poſſider omnia, ſolius tantum ſalutis noſtræ avidus eſſe creditur, nec obſervat in ejus ſacrificio quantum ſis, ſed ex quanto illi offeratur. Hinc ordiendum eſt atque expediendum opus propoſitum: ſed utinam tam diligenter explicitum fiat, quam devote obedientia inchoas.

a Ob Trevirorum honorem

b

c mirando quo recenſer illic mira evenire.

B

d

5 Anno Dominicæ Incarnationis 978. quando divinæ memoriæ e Otto ſecundus, Maaimi Auguſti, Ottonis relativus, Romanæ monarchiæ apicem ſtrenue gubernando, Princeps agebat in ſceptro: ſanctæ Tsevirenſi a Deo conſervandæ Eccleſiæ præfuit beatæ recordationis vir virtutum *f* Egbertus Archimandrita lampabilis, clarus quidem parentelæ generoſitate, ſed clarior totius probitatis impretiabili dote. Et revera, quia ipſa gemina claritudine pollucibiliter viguit, usi honos debitus poposcit, sutius regni Pontificibus atque Optimatibus ipſa ſui reverentia præcelluit. Denique ſtatura procesus, vultus autem tutilla formoſitate præ omnibus tunc temporis psimatibus enituit venuſtius. Eras enim monachorum psæcipuus tutor ac

e Egbertus Epiſc. Trevirens.

f clarus genere,

forma,

C nutrisos, ac regularis diſciplinæ ſpecialis amator: quippe qui ſub habitu Epiſcopi humile pectus occultavis devotiſſimi monachi, ſicque cum Martha foras profudit ad explendum frequens miniſtesium Domini, ut tamen cum Maria sotum ſe conferret ad ſtudium verbi diviui: faciens ſe diviitati gratam hoſtiam, in practica videlicet columbam, in rethorica autem turturem.

conſuetitate, caritate erga monachos,

pietate,

6 De liberalitate veroejus, qua unice opimatus extitis, quid condignum eloquar? Novum quippe in illo Joannem, quem *g* Eleimonem vocant, videres: quia opes, quas ei Deus profuſius largitus eſt, pleno, ut ita dixerim, cosnu per manus egentium tranſmiſis in cœlum. Monaſteria namque, quæ Trevericæ ſubjacent caedræ, ante ipſius ſane tempora ultra communem Deo ſervientium morum eraus indiga, atque aſpersima victualium necnon utenſilium confecta inopia: & ob hoc religio monaſtica non minimum paſſa eſt deliquium. Sicque rareſcente morum peſſecturum ventilatore, ignis ille divini amoſis, quem Veritas miſit in terram & voluit vehementer accendi, jam abundante quoquo locorum uiquitate, non modo frigeſcere, verum, quod periculoſius eſt, modis omnibus cœpit extingui.

g liberalitas in pauperes

& monaſteria valde rare indiga,

& reſtaura

7 Nam venerandæ memoriæ anteceſſor ejus Theodericus, doctor quidem extitit facundiſſimus, atque ſa miliæ Domini procurator induſtrius, ſed quia temporis anguſtia ob multiplices rei publicæ exactiones sotiens totienſque erat coartatus, animus monaſteriorum neceſſitudinious conſulit: quia nec unde, obvium ſibi fuit. At ſte ſummo venerامine nominandus, regiam viam a dexteis & a ſiniſtsis incedens, militum ambitionem reſrænare non timuit: conprovincialium tyrannidem æquus arbites auctoritate compreſſit, & omnia quæ monaſterus hoſtili fuerant invaſione ſubtracta, manu poreſtativa undecumque recollegit, ac monaſteriorum partibus ſub magna vigilantia reconſignavit, &, ut pius pater familias, neglecta arque ætate conſumpta reſarcire tantopete curavit.

AUCT. TIETHO-DERICO, EX MSS. D

quod non potuerat decessor,

ea reſtaurat,

& quæ adcumpta, dilatat

8 Cumque patesna lumina & ad ſepta B. Eucharii cuntorqueret, monachorumque illius paupertatulæ inimium condoleret; ſapienti uſus conſilio, primum monaſtesio dignum delegit diſpenſitorem, Aobatem videlicet, nomine Gotherium, unice apud *h* Gandenſe cœnobium a diſciplinatum, cui tantum ſupplementi ſumptuü in agris vineiſque, exceptis aliis perplurimis donatis, ornamento monaſterii conducibilibus, contulit, ut quãdiu ſismamenti ſphæra volvitur, ejus perenne meritum proinde capiat incrementum. Quanta autem alis monaſteriis ſuæ paſtoralitati atque ſubactis, & agente inopiæ preſſura pene cullapſis, ad reſtauſationis gratiam larga manu conceſſerit, qualiterve monaſticæ religiom, quæ tunc temporis ubique peſſumdari videbatur, utpote favorabilis animarum languentium aschiater, auctoritati antidoto ſuccurretit, modum atque calculum exceditis ideoque ad narrandum ſermo ſuccumbis.

cumulo S. Eucharii Gotherium abbatem præficit,

h

i

ac multa largitur *i*

E

ut & alia

9 Adeu denique virtutum pædagoga cariras in ejus pectuse vigorabili imperio ſceptrum obtinuit, quatenuscum Beato Job haud injusta dicere poſſet, quia ea utero matris meæ egreſſa eſt caritas mecum. Doluit ſiquidem frequentes udiſque luminibus alta multoticus ſuſpiria traxit, quod facellum, in quo pretioſus Domini Archipsæſul Eucharius, una cum beatiſſimis *k* commanipularibus ſuis, in pace pauſitat & adventum Redemptoris expectat, humili nimis atque paupertino, tot labentibus annis, duraret inſtsumento: ſecum anxius in archivo mentis volvens, quatenus vitam ſoſpitate comitante, condigno, quantum ad hominum æſtimationem, apparatu, jactato novo fundamine, tantis Patronis omnigeno, ut *l* decuerit, ornatu dominicalem unguenteus perpoliret Eccleſiam; nauci pendens iſtam noſtram veteranam, & ea obliquo vocans eam redtuum repoſitosium.

Job. 31. 18.

illud ſpiritu dilatavit cor ejus & magnificavit eo

k

l

F

10 Cumque tam ſpiritali voto crebra intensione eſſet occupatus; accidit quadam vice, ut peræato Principi, qui cum Apoſtolici honoris psærogativa dignatus eſt, præ cetesis Eccleſiarum Vatibus murali aliatu coeſſer, eique inter alia Eccleſiaſticæ utilitatis conſilia hujuſce *m* voluntatis januas aperiret. Imperator veso, uti Catholiciſſimus mundialis aulæ rector, tauto tanti Pontificis conjubilans voto, quæ omnia mentis alacritate, in hæc pruſilit orſa. Benedictus Deus ſuper chronum æternæ majeſtatis ſuæ, qui nobis tam gratam ſibi inſpitare dignatus eſt voluntatem: & benedictus B. Eucharii monachorum unanimus cœtus, per cujus neceſſarias osationes totius Imperii noſtri a Domino seguntur ſortes. Et ſi divina ſorsin diebus noſtris hoc propoſitum perduxeris ad effectum, lætus jam poſthac viam univesiæ carnis ingrediar: tantum us apud Jeſum Chriſtum Judicem juſtum, B. Eucharium, primum Trevesicæ urbis doctorem, ptum peo eacellibus meis merear invenire patronum.

probante Otrone 2. imp. *m*

11 Et poſt hæc, Ite, inquit, quantocyus, & omni conamine ſpisisali inſtate tam pio labori. Puteus enim

AUCT. THEODERICO, EX MSS.

est Deus, qui vobis præstitit velle, subministrare & posse. Hoc autem nolo vos lateat, quia si fervida voluntate ad jaciendum fundamentum insudare satagitis, postquam mihi compertum fuerit, quod tantum in altum
A & auxilio spondente. consurgat, quatenus unius cubiti mensuram super terram ostendat; tales vobis de fisco nostro supperias præbebo, ut parvo aliquantorum interstitio annorum, usque adeo profectum læto sudore capiat, qui citra spem communem ad summum usque pertingat.

a *In Vita S. Deicoli, 40. circ. ann. ante hanc histor. scripta, editaq; a nobis 18. Jan. c. 1. n. 2.* gloriantur se sortiri Dominici gregis ductores in civitatibus muratis, & architectiis Episcopalibus, necnon castellis turribus prænunitis. *Ubi ea vox fumi videtur pro Ecclesia Episcopali: Alibi pro monasterio c. 17. Januar. in Vita S. Antonij c. 19. n. 108.* qui ad interius architectium, propter asperitatem itineris, & ob sequentium multitudinem, & horridam solitudinem ire non poterant: *ubi multo annorum vi mos de ea voce. 4. Jan. in Vita S. Sanctæ Virg. Maro. pag. 1091. pro eodem est* architerium *c. 1. n. 3.* Tanta tenuit cœga ipsum architectium habebat devotionem. *Notavimus apud S. Eulogium* atcystrium & ascystectium *legi. Potius* ascetectium, *sive* cœnobium *legendum, id est, exercitatitium palatium.*

Architectium.

Architectium.

b *Hi primi Trevirorum Episc. S. Eucharius, ut hæc S. Dec. S. Valerius, 29. Jun. S. Maternus 14. Septembr. de quibus sæpe alibi actum.*

c Hippo Regius, *Africæ urbs, cujus Episc. fuit S. Augustinus.*

B d *Tumulus est humilitas, sive abjectio, hic filii virum est.*

e *Otto 2. an. 967. a patre collega imperii adscitus, atque a Pontifice die Natiu. Chr. coronatus; patre an. 973. 7. Maij mortuus; solus deinceps imperavit usq; ad 3. Decemb. 983.*

Ecbertus Ep. Treuir. an. 981.

f *Multi Sanctum ac Beatum vocant, Visumq; adeo ejus cum Sanctitatis cognomine in mss. codic. sed ex Gestis Treviror. excerpsim. Testatur Brevier. pag. 606.* memoriam ejus passim in ritualibus & antiquis Fastorum libris ad 9. Decembr. diem annotatam. *Quo die de eo agemus. Supra retulimus secundi Hollandiæ Comitis dictum filium fuisse.*

g *De S. Joan. Eleemosynar. Patriarcha Alexandrino, fuse egimus 23. Jan. quo colitur a Latinis, a Græcis 12 Nov.*

h *Celebre fuit in urbe Gandavensi locum, a S. Amando, ut ad ejus Vitam 6. Febr. diximus, fundatum, sub nomine S. Petri & Apostolorum, dein S. Bavonis dictum: floruit, ubi nunc arx, bona post ad S. Joannis adem translata, quæ nunc S. Bavonis appellatur, Cathedra Episcopali & collegio canonicor. illustrio.*

Gandenſis monaſterium.

i *Erat non multo ante a S. Gerardo restitutus in Gandensi cœnobio, aliisq; per Flandriam, monachilis disciplina, ut ad ejus Vitam 3. Octobr. & alibi dicemus.*

k *Valerio & Materno, de quibus antea dictum.*

l *Ita ms. Trevirense S. Maximin. At Eadicense, e quo nobis vitam hanc Joan. Gamansius asserit descripsit, habebat,* ut creverit.

m *Ita codex Eadicensis. Trevicensis,* utilitatis.

CAPUT II.

Sepulchrum S. Celsi inventum, diligenter & sancte custoditum: Reliquiarum decreta translatio.

C

Cupito opere, lamentatur sepulchrum S. Celsi

a Job. 3. 14

Dei dispositio.

12 QUo Cæsareo glorioſus Pontifex animatus promisso, divino comitatus auxilio, meatus conceptum opere tenus implere gestiens, quamplurimis strenue accersitis & corrasis cæmentariis atq; fossoribus, ad locum tetendit. Cumque jam per dies aliquot fodiendo laborarum fuisset: repente fossores inopinis ictibus, in rem quarerque Beati Celsi, uti divinitati placuit, *a* polyandrum impegerunt. Quia sicut in libro beati Job legitur, nihil fit in terra sine causa; non enim hoc fatum, sed dispositio divina esse creditur, (quia catholicis auribus fatum abhorrer) quam vis aliud occurrerit, præterquam quod intendebatur. Nam si B. Celsus eo loci depositus non fuisset, a fossore nullo modo inveniri potuisset. Rursus si fossor terram non fubrueret, thesaurus Domini adhuc inventus non esset. Nam quod omnipotens Deus ante secula fieri disposuit, hoc mortalibus miris modis in seculo secundum suum velle declarat. Ecce dum insensibiles lapides ad obsequium Domini dolantur, lapides vivi inveniuntur: quateuus vivaci ingenio advertamus, quod Divinitas non in manufactis templis habitat, sed potius nos ipsi templum Dei vivi esse debemus, propter quod Verbum caro factum est, & habitavit in D nobis.

13 Erat autem sarcophagus ipse, in quo resurrectionis uudum granum maturandi gratia per tot temporu latuit, miri candoris petru, quam vulgus *b* cretam vocat: & tabula desuper marmorea, in qua sanctitatis ejus indea titulus fuit *c* caraaatus, hunc modum continens:

b

c

Sollicitus quicumqua cupis cognoscere tumbam,
Præclarus jacet hic oomine vel meritis
Celsus, quem Dominus vero insignivit honore,
Non segnis patriæ semper ubique vigeos:
Qui genus atque ortum claro de stemmare traxit,
Affectuque pio conditur hoc tumulo.

cum epitaphio c

14 Operarius autem, qui primus omnium in tumulum offeodit, rusticus erat; & totius pene rationis, uti id hominum genus noscitur, incapax. Non enim sciebat Beatum Job dixisse, Caussam, quam nesciebam, diligentissime investigabam: sed præcipitationi manum incaurus dedit, tabulamque bipeum rapit: ut vix a doctis viris titulus legi iuerrato quivisset. Cumque a circumstantibus mordaciter satis reprehenderetur, quare tam temere ageret, ut oec scripturæ parcere vellet; insanum caput peo minimo suscipiens, tale fertur dare responsum: Quidnam promerui? Petra ista, quam rupi, non majoris apud me pretii æstimatur, quam vilissima, quæ E sub pedibus meis calcatur, nec differentia aliqua esse videtur. Sed ut omnibus in proparulo claresceret, quod apud justum Judicem Deum nihil remaneat multum, quod tam negligenter margaritam, quæ in summi Regis ornamento ponenda est, attrectavit, impune misero non cessit: ita ut omnibus tam præsentibus, qui viderant, quamque absentibus, qui fama volante didicerant, non mioimum incurerer merum. Nam die tertia, subitanea morte vitam finivit: ut omnipotens Deus ostenderet liquidius, quod B. Celsus omni revereotia spirituli nominandus, fidelibus sit eum Apostolo odor vitæ in vitam, infidelibus autem atque obstinatis odor mortis in mortem. Sicque factum est, ut unius perditio multorum fieret salvatio, juata quod Salomon ait: Multato pestilente altutior erit innocens.

Jab. 3. 6. cujus tabulam fossor temere fregit,

addito blasphemia,

ob quam vitam post subito mortuus. 2. Cor. 2. 16.

Prov. 21. 12.

15 Cumque tam lætus rumor sub cursili festinantia ad pii Pontificis notitiam pervenisset, multi laudatis gratiarum actione, omnium datorem largitiouum benedixit Deum: sicque impiger morx uelctus ad divinum spectaculum protuit, clero circumstipatus. Sed quamvis incepti operis esset avidissimus, hanc tamen interruptionem sustinuit lætissimus, vera fide ea tituli assertione certificatus, quod in diebus suis super urbem Trevericam divinitatis dignanter delapsus esset respectus. Omnibus igitur, quæ acciderant, prudentiæ scalpello diligenter rimatis; beati pignoris *d* taphum de loco depositionis movare nequ aquam præsumpsit, sed tantum uuctoritatis suæ sigillo sub vigilum aacubus figuare curavit: psalmicines interim monachos ibidem constituens, qui ob merita tanti Justi inintermissibiles persolverent laudes divinitati: quoad ipse Coepiscoporum suorum consultu plenius perdiscerer, quid de re tanta fieri oporteret: sicque transcripto tituli e tomo, Episcopi delegavit Claviculario.

Egbertus eo venit. F

& tumuli obsignat. d

assidue ibi psalmodia instituit. e

16 Cumque, secundum tanti Pastoris intemerabile statutum, die noctuque Fratres in pausatorio Justorum, nunc sub divo, nunc sub recto divinum frequeotarent officium; summumqua importunis precibus compellarent solem, qui voluntatem timentium se proculdubio facit, & deprecationem illorum eaaudire soler; non multo post corrogata est imperiali edicto solennis synodus quamplurium Episcoporum atque Abbatum, Parrum videlicet Belgicæ necnou Germaniæ, apud regale palatium, quod barbarico vocabulo Engilenheim vocitatur: in qua nonnulla Ecclesia-

in synodo Engilenheimenſi

A cleſiaſticæ utilitati neceſſaria, ſanctorum Canonum præ-
viante auctoritate, dulciter ſunt promulgata, atq; ſuc-
ceſſuræ poſteritati inviolabiliter obſervanda indicta. Cui
neceſſario interfuit Trevericæ Eccleſiæ Metropolitanus
benemeritus Egbertus, cujus memoria, quamdiu Hodie
dicitur, ſemper eſt in benedictione habenda: quia pus
ejus ſtudiis adſcribitur, quod ſuæ Eccleſiæ clerus ſcientia
ac religione nobilitatur. Diſcuſſis ſane inibi multis, quæ
inventionem illam narrat: ſynodica poſtulat rubrica, poſtquam tantus Archipræ-
ſul, qui inter omnes illos primatum tenuit, vacuum ſi-
bi fore ad loquendum pervidit, arrepto pitaciolo, cui e-
rat inſcriptus B. Celſi titulus, ordine quo oportuit; qua-
lia apud urbem ſuam divina dignatio præ manibus reve-
laverit, Tulliana facundia coram peroravit, titulumq;
ipſe recitavit.

17 Quibus auditis Imperator, immenſo perfuſus *f*
gratulatur Imperator, gaudimodo, ſacrum & Deo decibilem his verbis affatus
eſt conventum: Gaudete fratres & Patres in Domino,
& laudate ex intimis viſceribus Dominum Deum no-
ſtrum, qui mira æternæ ſuæ bonitatis gratia reſpicere di-
gnatus eſt ad tempora noſtra, dando Eccleſiæ ſuæ apud
Trevericam Metropolim novum patronum B. Celſum,
quem virtutibus perplumem plenumque dierum, a tem-
pore exitus ſui de Ægypto, hactenus in ſuperni ſedibus
B concivilitavit frequentius Angelorum. Iterum rogo, gaude-
te, quia, ut verum fatear, non ſolum exinde nobis ſa-
lus aucta eſt, verum etiam pii Paſtoris probitas ejuſdem
urbis, quem in præſentiarum cernitis, enucleatim pate-
facta eſt. Quod cum audiſſent utriuſq; Ordinis Sacer-
tes Domini, qui eidem ſactæ interfuerunt ſynodo, expan-
& Epiſcopi, ſis ad cœlum manibus, pias præ gaudio fuderunt lacry-
mas, immenſas Conditori referentes grates, qui tam glo-
riosum pignus non paſſus eſt ſubterrari diutius, ſed cujus
apud ipſum eſſet meriti, miraculis, coruſcantibus cen-
ſuit palificari. Neque enim fas fuit, ut illi deeſſet in ter-
ris obſequium Eccleſiaſticæ militiæ, cui jam in cœlis a
Domino reddita erat corona juſtitiæ. Poſt hæc ſacro
placuit concilio, quatenus Auguſti *g* proſtagmate præ-
g probatorq; ut religiosa honorifice elevarentur, euente, atque Epiſcoporum indiſgregabili conſenſu comi-
tante, Trevericus Vates reviter Sedem ſuam revisere
debuiſſet, & glebam B. Celſi, una cum *b* ſubice cleru,
de tumulo proprio levare, atque ſublimiter in arcella,
quaſi in quodam divinatum opum gazophylacio col-
locare, ſicque totius ſanctitatis cultu, acſi ſummi Re-
gis non qualecumque membrum, ſacro altari impo-
nere.

Polyandrum. a Polyandrum *ſupini in Vitis SS. etsorrio, pro cœmeterio aut ſe-*
pulchro. In Vita S. Viventii 15. *Jan. c.7. n.37. pag.* 811. Donec in-
veniatur Sancti polyandum *Viventii. Et* 15. *Jan. in hiſt. Translat. S. Mauri c.7. n.47. pag.* 1060. Venerabilia exonare non deſi-
nit polyandia Sanctorum. *Item* 25. *Jan. pag.* 836. *in* 2. *Vita S. Pro-*
jecti c. 5. *n.* 23. : Vas dixerit argenteum ad polyandrum
ſancti Pontificis exornandum. *At* 17. *Jan. pag.* 169. *in Vita S.*
Sulpitii Pij prologo, videtur pro monumento vel ſigno aut cla-
vicula ſumi. Cui ſcilicet prudenti viro, etſi natura debitæ
mortis extinxit corpuſculum, fulget tamen viventium mira-
culorum polyandio.

b *An in vulgo cenſet his ſcriptor Ciceronem, Virgil. Perſium, &*
alios, qui ea voce ad hunc ſenſum uſi?

c *Ita* 15. *Jan. pag.* 222. *in Vita S. Deicoli c.* 2. *n.* 11. Venerandi fra-
tres Gallus atque Deicolus, quorum & ſuperius vocabula
Carazare. cataxavimus. *Hunc ipſum ex noſtro opere locum citat l.* 4. *de*
veritis gloſſematis c. 3. *p.* 664. *Gerardus Joannes Voſſius, & a-*
lii multa addit ex aliis ſcriptoribus, notasq; charaxare potius
legendum videri.

d Τάφος *ſepulchrum eſt Græce, ſive tumulus.*

e Tomus, *vinculum, faſcia eſt aut fragmentum libri. Hic ſenſus eſt,*
in pittacio aliquo: aut charta deſcriptam illam ſepulchri epi-
graphen fuiſſe.

Gaudimonium. f *Gaudimonium a veteri qui ſit interpretis prophetia Baruch. c.* 4. *n.*
34. *ſurpatum?* Et gaudimonium ejus erit in luctum.

g Ὑπαγόρευμα *mandatum eſt, lex, edictum.*

h Subitem *aut* Subjicem, *profubjectio dicere veterum quidam.*
Subex. *Vide Gellium l.* 4. *c.* 17.

D

CAPUT III.

Reliquiarum S. Celſi ſolennis elevatio, translatio: earum veritas igne probata.

18 TAli quippe mandato atque conſilio percepto, beatus Archipræſul Egbertus, uti prudens animal, tot Patrum ſe benedictionibus atque oratiunibus munivit, nection Imperiali gratiæ tenacius junxit, ſicque proſpero ſucceſſu iter maturavit, divina vallatus tutela, comitumque lateratus caterva. Cumq; ſemetipſum in propria Sede recepiſſet, pauculis intercapedinantibus diebus, convocavit ad ſe omnes ſapientia præditos Abbates & monachos, Presbyteros quoque & clericos, ad ſuam diœceſim pertinentes: rem geſtam palam omnibus retulit. Quia cum omnes ſynodali decreto conſentaneos inveniret, proceſſionem feſtivam illico conſtruxit, cum crucibus, & cereis, thuribulisquoque texinbuſque Evangelii gemmatis, omniq; Eccleſiaſtico apparatu, *S. Egbertus clerū ſum diœceſis convocat.*

ecq; prohibitum ſolennē ſuppliationem inſtituit;

comitantis Fratribus hymnum Domini dulce canentibus, aſylum B. Eucharii, lætitiæ lacrymis plenus, pedetentim adit. Jam vero poſtquam ſanctis Chriſti confeſſoribus ſeſe votumque ſuum ſimpliciter commendavit, E
laudiſona voce tanti collegii ad cœlum uſque pertingente, ad ſpeciſicum locum tremebundus accedit: ubique Divinitatem moroſius ſupplicavit, quatenus tanti ſacro deſiderio non fraudari, quin potius voti compos meteretur effici. *poſt precor*

19 Sed quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, poſtquam *a* oramini finem impoſuit, fide plenus Deo gratum aggreſſus eſt opus, ablatoque munimine ſigilli: ſacrum mauſoleum fecit repagulari. Quo aperto, tanta mirifici odoris ſuavitas profuſa eſt, ac tanta ſuperni nectaris flagrantia emanavit, ut æſtimarent ſe omnes, qui aderant, Divinitatis gloria obumbrari, atque deliciis intereſſe Paradiſi: ſicque metu ſimul gaudioque perculſi, hoc modo protuperunt in laudem Domini: Benedictus Dominus Iſrael, qui numquam deſerit ſperantes in ſe, quia noſtri Pontificis exigentibus beatis meritis Iſraelitam ſuum, qui *b* meetum & nomen prodit Celſum, vevelari diſpoſuit in diebus noſtris. Ac deinde, Beatus, inquiunt, quem elegiſti, Domine, & aſſumpſiſti, quia ſuper omnia bona tua illum uti fidelem ſervum conſtituiſti, ac unſtræ parvitati Pateonum pruſinum contuliſti. *a* *remolem B. Celſi aperuit, e quo ſuavis odor diffunditur,* *b*

20 Interea hæc ſacræ modulationis otia Sacerdos Domini Egbertus reverenter depopulavit tumbam, auferens ab ea oſſa *c* exſucta & albida, & poſuit in ſindone munda & candida, jubilans cum omni clero apiſſimum & commodum tali officio reſponſorium: Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Quis enim dicere ſufficiat quantus ibi, non mœroris, ſed lætitiæ ſpiritalis fletus exundabat, quando tantus Pontifex inter hymniſonas voces ſe cohibere non poterat, quin ad laudes Redemptoris, lacrymarum imbribus faciem irrigare devotus? Inter læta vero monachorum carmina, atque reſultantia clericorum jubila, permixti undique vulgi vnx perſtrepuit canora, & in tanto fidelium cœtu nihil aliud audiebatur, niſi tantum Kyrie eleiſon, &, Gloria tibi Domine. Poſtquam autem B. Celſi oſſa, tanto tempore humiliata, Domino revelante fuerant glorificata; Epiſcopali ſunt diligentia in arca geſtatoria collocata, & a viris timoratis de loco ſepulchri honorifice delata, atque Eccleſiæ B. Eucharii ſumma reverentia illata. Cumque Deo amabilis Archipræſul cœleſti dote locupletatus, & tanta credentium numeroſitate circumfultus, idem monaſterium ſuiſſet ingreſſus, illum hymnum Eccleſiaſticum Paſchali gaudio celebrem, cujus initium eſt, TE DEUM LAUDAMUS, ipſe primus inapa- F
c *elevat S. Celſi oſſa.*

reponitq; in area geſtatoria.

in qua ad templ. S. Eucharii ferantur.

AUCT. THEODERICO, EX MTS.

ſonrica voce inchoavit, & tanti collegii ſonoritate honeſte ſimvit, lampadibus candentibus, campanis crepitantibus, thuribulis aromatum incenſione fragrantibus, quatenus omnibus indubium conſtaret, quod in illa tantæ jucunditatis proceſſione, Angelorum ſimul atq; hominum concentus ſummæ Divinitati in odorem ſuavitatis eſſet oblatus.

A

21 Peracta igitur ſanctarum reliquiarum decentiſſima illatione, reverentiſſime a beato Pontifice ſublimatæ ſunt ſuper S. Eucharii altare, gratiſſimis plauſibus, omnibus in commune gaudentibus, dulceſq; lacrymas uberrime profundentibus. Et revera magna & inefficabiliter erat cauſſa gaudendi, quando ſuper næ civitatis tantum municipem, Trevericus populus, per divinam gratiam in patrocinatu meruit habere participem. Cumq; ad Miſſarum ſolennia Archipræſul inſulatus copia miniſtrorum proceſſiſſet, & tam devotus conventus Domino dulciter jubilare cœpiſſet, crevit in omnium cordibus, quæ aderant, timor ac reverentia erga B. Celſum, enixius divinæ ſuppli antibus gratiæ, quatenus aliquod indicium ejus ſanctitatis ipſa die experiri mererentur: quod & factum eſt. Nam recitata ſancti Evangelii lectione, Pontifex Eccleſiæ more populum admonendu alloc utus eſt, & ſicut nardus dedit odorem ſuum, intimans omnibus

B

revelationem ſanctorum pignorum; exhortans eos, ut frequenter B. Celſum viſitare non *d* ſuperſederent: & ut in poſterum ſingulis annis ejus natalitium diem, qui conſtat pridie Nonas Januar. ſummo honore celebrare ſtuderent, Apoſtolica auctoritate mandavit.

magno omnium gaudio

Egbertus Miſſam celebrat

in exercitio aliquantus

d *viſitum S. Celſi celebrandum indixit*

22 Finito vero doctrinæ ſermone, de pulpito rediit ad altare, quatenus Deo omnipotenti ad honorem B. Celſi, ebq; totius ſalvationem Chriſtiani populi noſtræ redemptionis hoſtiam devota mente offerret. Cumq; jam offertorius cantus cum magno jubilationis ſerio conſummatur ſuiſſet, & jam Præfationis ordo inſtaret; examinationis gratia experiri Sacerdos Domini præſumpſit, quid de B. Celſo ſentiendum foret, ne forte in vacuum curreret, aut cucurriſſet, accepto in oculi rotius cleri panniculo tenuiſſimi tili, & involvit illi articulum de compage digiti ſacrati, & injecit prunis thuribuli viris, quibus thymiamata incendebantur, & totum illud horæ ſpatium, per quod Canonem myſticum ea integro peregit, illæſum atq; ab igne intactum permanſit: quatenus Apoſtolicum illud per ignem materialem in B. Celſo clareſceret evidentius, quod de purgatorio generaliter præfagatum eſt omnibus, quia unioſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit.

partem digiti ejus ignis impunit,

quæ non ledimus,

23 Ecce qui tribus pueris in camino ignis ſolatio aſſuit, ipſe ad declaranda hujus viri merita, ne urerentur panniculus, ardendi poteſtatem ademit carbonibus, qui numquam non ſunt, numquam non erit, numquam aliter erit: quo nihil eſt ſecretius, nihilque præſentius: qui difficile invenitur ubi ſit, difficilius ubi non ſit: cujus nimis bonitate facti ſumus, juſtitia pœnas luimur, clementia liberamur: in cujus ſimplici ſubſtantia vel natura nihil eſt violabile, nec compoſitum, nec fictum, nec terræ particula regnum ejus eſt, nulla flagitia probat, numquam mentitur: cui nullius peccatum aut nocet, aut perturbat ordinem imperii ſui, vel in primo, vel in imo. Si enim violentia, materialis & extinguibilis ignis non habuit poteſtatem lædendi illud involucrum, ob tantorum meritorum magnitudinem, qui fieri poteſt, ut in die furoris Domini, elementis ardentibus, poteſtatem accipit ille ignis putgatorius alicujus læſionis in B. Celſo, jam reſurrectionis filio, qui ſuper fundamentum, quod Paulus architectus poſuit, aurum, argentum, lapideſq; preciofos, quoad in carne præter carnem vixit, ædificare non deſiit?

C

quod ille ſpe miraculum,

24 Quo viſo miraculo, Miſſarumq; tenore completo, repoſuit Epiſcopus Deo acceptabile pignus, reliquis oſſibus ſuper altare decenter locatis: datoq; benedictione, dimiſit populum in pace, laudantem Deum, ac dicentem: Nunc cognovimus quid habemus, quoniam bonus Dominus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.

D

a Oramen *pro oratione, ſeu precatione, etiam alibi obſervatum.*
b *Miſ. Badicenſe*, meritum nomine prodit.
c *Ita Miſſ. utrumque.* d *Miſſ. Trevirens.* deſinerent.

Optima;

MIRACULA S. CELSI.

CAPUT I.

Contractus, & energumenus S. Celſi invocatione ſanati.

1 EXpeditis tandem, ſermone licet impolito, calamoque ſilveſtri, quæ narrationis ſeries poſcebat, de Inventione corporis S. Celſi confeſſoris Chriſti pretioſi, hinc jam ſtylum vertamus oportet ad dilucidanda ejus inclyta miracula, quæ piur ac miſericors Redemptor noſter Jeſus Chriſtus revelare dignatus eſt, per ejus merita gloriofa, ut totum ad laudem ejur pertineat, ſine quo omnes Sancti nihil facere poterant. Et quir habet aliquid non ſuum? Prevenit oamque, ut bene velit: ſed niſi ſubſequatur & præſter ut poſſint, fruſtra conantur: quia non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Sed quia B. Celſus ante tempora ſecularia cum omnibus Sanctis prædeſtinatus eſt in regnum, idcirco Spiritu ſancto præventure eſt & ſubſecutus: quia nihil profuit illi vocatio, niſi ſubſequeretur in ſiue electio. Servatis igitur ſacris reliquiis B. Celſi ſuper altare S. Eucharii, poſt Inventionem per menſem integrum; placuit ejuſdem cœnobii Patri, Gunderado nomine, cunctiſque Fratribus, quatenus sream S. Celſi deferre debuiſſent in navim Eccleſiæ, & ponere ſuper ſanctæ Crucis altare, quod eſt in introitu Proprtatorii, dicentes, ne forte B. Celſus, ob maximam humilitatem cedat Domino ac magiſtro ſuo S. Eucharto, adeo utiq; ut quamdiu ſocialem ſuper ſanctum altare ſortiuntur quietem, cobibeat ſe, utpote minor ac junior ab indiciis ſignorum, ſciens ſibi in Evangelio ſcriptum, quia non eſt diſcipulur ſuper Magiſtrum.

E

Reliquiæ S. Celſi poſt menſem

tranſferuntur ad altare ſanctæ Crucis.

Matth. 10. 24.

2 Quod cum factum ſuiſſet, poſtea raris interpoſitis ſolibus, multis mirisque modis declaravit omnipotent Deur, quantum apud ipſum valeat dilectur confeſſor ſuus B. Celſus Nam in eodem monaſterio S. Eucharii ſuit quidam pauperculus, nomine Richolfus, qui ab ipſo matris urero ita contractus debiliſque egreſſureſt, ut vix humani corporir ſpeciem aliquantulam oſtentaret: ambulare non valuit, quia pedes recurvi atque monſtruoſi natibus adhæſerunt, & genuenus pergent, reptile potius quam ambulabile animal ſimulavit: interdum veto ſuſtium fulcimine per aſcellas ſubportatus, inferiorem corporir partem aeri potius quam terræ commendare ſolebat. Hunc etenim Fratres admonere curabant, quatenus conceſſis niſibus altare ſanctæ Crucis viſitaret frequentius, promittentes ei opem ſanitatis per interceſſionem provenire S. Celſi, cujus ſacratiſſima imbi habebantur lipſana. Qui miſerabilis, dum in eodem loco quadam nocte ſeſe in orationem darer, & frequentibus ſuſpiriis B. Celſum ad ſuum auxilium compelleret; ſubito divina ſuper eum gratiam reſplenduit, & ea una corporis parte ſoſpitatem, quam illi nativiras negavit, per tanti interceſſoris obtentum promeruit: ita ſane, ut alterò ibidem ſuſtentaculo in teſtimonium relicto, per alterum autem ſtratoi proprio ſeſe redderet. Sed quare ille, qui nihil non poteſt, qui omnia, quæ ex nihilo creavit, in nihilo ſuſpendit, ſemiſanatum hominem reliquerit, quem tamen

gaudii alſore contractus

ad eas noctu venit

ex parte ſanatur.

A meu poſtmodum ex integro ſanavit, quia penetrare nequeo, vivacioris ingenii lectoribus diſcutiendum reſervo. Scriptum quippe de illo eſt: Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul. Sic namq; ille pius, ille miſericors facit, qui continet aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorſum, quia omnia in menſura & numero & pondere conſtituit: interdum concedendo parva, ſoadet ad quærenda majora. Infirmum quippe vaſculum, totum ſanitatis pondus fortaſſis ferre non valuit: idcirco medicus partem ſubtraxit, & portabile fecit.

3 Ea hac ergo divinæ miſerationis particula pauper animatus: fidei indubitata ſpem illi totius recipiendæ ſanitatis promiſit: reputans in corde ſuo, quia qui cœpit in me opus bonum, potens eſt & perficere. Et iterum quadam nocte, quieſcentibus Fratribus, ſeſe B. Celſo in loco eodem offerens perfectæ ſanitatis a Domino, cujus patrocinantibus meritis, indepturus eſt dominum. Nam media fere nocte cœpit æſtuare, atq; nimis doloris voces emittere, & quaſi tortorum violentia diſtentus, per omnes compagum junctures tantum dedit fragorem, quaſi cremium quoddam tunderetur. Quod Fratres expergefacti in pauſatorio audientes alacriter ad divinum ſpectaculum omnes prorunt, & inveneruot eum inter divinitatis manus tam mirifice jam conformatum, quatenus totius incommodi, quo ab incunabulis poſſeſſos ſoerat, vel extrema veſtigia in eo minime remanerent. His perſpectis, omnipotenti Deo, ejuſq; famulo Celſo gratias referre curabant, atque campanarum ſonitu, hymnorumque dulciſono cantu cives paſſim ad laudem Domini incitant.

4 Cumq; præ ubertate lætitiæ, tam inſigne factum abſque recraſtinatione Archipræſuli intimare ſtuduiſſent, ſolito lætior effectus, omnium bonorum largitori gratias retulit, qui in diebus ſuis ad confortandam Eccleſiam talia exhibere miracula voluit. Citatoq; totius urbis clero, necnon monachorum ſacro collegio, B. Euchurii monaſterium adire non diſtulit: compertoq; minutius ordine arq; opportunitate curationis, juxta quod in Apoſtolorum Actibus legitur, repleti ſunt omnes ſtupore & extaſi in eu quod contigerat illi. Pontifex autem ut tam evidens divini medicaminis miraculum longius latiuſq; innoteſceret, Miſſarum protinus ſolennia feſtive celebrare ſtoduit. Cumq; populum, hora tempeſtiva, ſecondum datam ſibi ſapientiam catholico more evangelizaret, atq; donum ſanamtnis coram propalaret; jubet recreatum hu.nunculum in medium, quaſi ad ſpectaculom ſiſti: quatenus apud omnes, qui aderant, mirabilior fieret gratia Dei, eum illum cernerent divinitus reformatum propriis iocidere plantis, quem eateous non ignorabant hoſpite greſſu uti, fuſtiumquo ſubſidio inniti. Qui cum in medium adductus fuiſſet arbiter, & ab umnibus fuiſſet agnitus; juſſus eſt ab Epiſcopo huc illucq; greſſum tendere, & palam cunctis ambulare. Cumq; & juſſa novus viator explere conaretur, ibi riſum, licet honeſtum, cohibere poſſet, eum nuoc retro nunc in ante, utpote ambulandi oeſcios, lapſantibus cruſculis incederet, atq; a vino ingurgitatum ſimularet? Quo experto B. Celſi miraculo, omnes in commune Deum benedixerunt, qui tam præclaro miraculo Sanctum ſuum magnificavit. Peracta denique Miſſarum celebratione, omnibuſq; rite conſummatis, Pontifex dona dedit B. Celſo: & ipſum ſanatum, qui omnibus prodigioe extitit, monachico habitu cuntexit, (erat enim de familia Epiſcupii) & quamdiu adviveret, ne ab Eccleſiæ ſervitio pedem retrahere præſumeret, præfixo mandat præcepto. Iſdem aurem renovatus pauper, plurimis annis, uti juſſus fuit, in monaſterio deſervivit: & poſt curationem tanta corpulcntia viguit & viribus abundavit, ut ioter umnes monaſterii ſervitores, parem invenire ſibi non poſſet. Uode factum eſt, ut ad majorem utilitatem, Fratrum cunſenſu, accedere debuiſſet, id eſt, ad officium ſullonis, quo per plures annos irreprehenſibiliter deſudavit, atq; omnibus amabilis permunſit.

5 Sed neq; hoc ſilentio occulere debeo, quod in præſentia noſtra ante paucos contigit annos. In eodem quoque S. Eucharii cœnobio crevit quidam monachilis indolis parvulus, nomine Martinus, qui ab ipſis materna finibus B. Eucharto fuit oblatus. Hic deniq; cum vigilanti cura, una cum ceteris pueris, juxta inviolabile deeretum Regulæ, in claſtro cuitodiretur; quadam die æſtivo tempore accidit, ut magna nimborum violentia ſubita ingrueret aquarum inundantia. Cumq; Fratres, expleta jam veſpertina ſynaxi, ſecundum conſuetudinem ad cœnandum convenirent; puerulus idem, accepto in refectorio vaſculo, ſolivagus quaſi, ad hauriendum aquam egreſſus eſt. Qui, cum aquam de puteo trahere non valeret, perrexit ocyus cum vaſculo ad oratorium S. Materni, ut tandem de [a] cloaca biberet, quæ nuper illic aote Eccleſiæ foces pluviæ importuoitate conſtitit. Cumq; ibi diutius moram ageret, ſecumque revolveret, utrum necoc bibere deboiſſet, ſubito malignus ſpiritus, in ſpeciem ſe cujuſdam ſervitoris Eccleſiæ transfigurans, aſtitit poero propius, & accepto ab eo vaſculo, aquam de cloaca hauſit, eiq; ac ſi largus pincerna propinavit. Puer ergo tam miſerabiliter deloſus, poculum oblitus ſignare, ſtuduit ſuodoienus ebibere, ſicq; ad refectoriom redire. Finita autem cœna, & hymno dicto, Fratres ad eccleſiam, juxta morem, cum pſalmodia perguot. De oratorio vero redeuntes, cœpit puer vagis oculis hac illacque tendere, & ea tremulo pectuſculo quemdam grunoitum emittere, ut palam umnibus daretur intelligi, quod ab immundo poſſeſſore eſſet pervaſus. Cumqoe puerorum pædagogus, nomine Dominicus, bonæ ſpei adoleſcens, diſciplinam puero, adhuc rei neſcius adhibere vellet; ſubito Magiſtrum puerulus conviciando aſſilit, eumq; tenacius per capillos tenuit.

6 Quod dum Fratres nimium attouiti perviditſent, unanimes in uctionis arma ruunt: vinctumq; puerum ante altare S. Eucharii ponunt: Divinitati flebiliter ſupplicantes, quatenus per Sanctorum ſuorum ſibi cara merita, quatocyus puerum ab aotiqui hoſtis liberaret pervaſione. Oratione autem proliaua fuſa de divina miſeratione Fratres præſumentes, aquam protinus coram altare benedixerunt, & in honore B. Celſi puerum bibere fecerunt. Quo hauſto, dicto citius antiquus prædo, Dominici juris fabricam fuga lapſus deſeruit, ſeſeque gcheonalibus anfractibus dedit. Cumq; jam ſanæ mentis puer ceteris aſſociatus coævulis in clauſtro reſideret; teſtem ſibi adhibuit rerum inventorem Deum, quod evidentius in hora ſuæ liberationis cerneret, qualiter vir Domini B. Celſus, eumdem malignum hoſtem ſtomachando loris ad portam ligatum teneret, eumq; diutius eum ejuſdem portæ vectibus torqueret, arctius ioterdicens ei atque interminans, ne locum Deo ſacratum amodo temerare præſumpſiſſet. Benedictus per omnia Deus.

a *Colluvionem aquæ pluviæ videtur ſcriptor intelligere.*

CAPUT II.

Cæcitas, paralyſis, aliaque incommoda, ope S. Celſi depulſa.

7 NEque enim illud memorabile factum [a] minus cenſeo oblivioni tradendum, quod divina largitas per veneranda B. Celſi patrocinia, ante aliquot annos, in conſpectu Fratrum noſtrorum operari digoata eſt. Nam miracula B. Celſi quid aliud æſti-

AUCT. THEODERICO, EX MSS.

manda ſunt, niſi fructus laboris S. Euchariì? Probitas nempe diſcipuli, eſt incrementum honoris magiſtri. Si enim talia apud Deum promereretur diſcipulus, quid putamus, ſi neceſſitas incubuerit, didaſcalus? In ejuſdem quippe monaſterii ſuburbio, ante hoc fere quinquennium quidam adoleſcens, Thiezo nomine, qui adhuc ſupereſt, ea peſte pereuſſus, quam elephantiam medici vocant, ad extrema venit, adeo ut ab omnibus jam amicis deſperatus fuiſſet. Sed quamquam lues ipſa eodem anno nimium graſſaretur, & non minimam ſtragem populi Chriſtiani dediſſet; huic tamen vitam non extorſit, ſed ſuę malignitatis rabie oculorum lumina extinxit. Cumq; jam ipſa invaletudo quoquo modo ab eo poſt obcœcationem ceſſaſſet; mater ejus ceteriq; cognati, valide ſuper cœcitate ejus contriſtari, ſalubre ſibi invenere conſilium dicentes: Quid eſt hoc, quod patimur? Num vero B. Celſus, ſi ad eum confugimus, impos apud Deum judicandus eſt, qui tam evidentia quotidie apud nos miracula exercet? His ſermocinationibus mater, quam inimia doloris vis præ ceteris torſit, fidei ſpem agglutinans, quadam die eumdem filium ſuum, eum cereorum oblatione, B. Celſo ad illuminandum offerens; proſtraverunt ſe ambo in pavimento, cuixios ſibi Divinam clementiam adeſſe rogitantes, ac B. Celſi ſuffragia flagitantes. Quid

B pluta? Divina mox affuit miſeratio: lumen emicuit cœco, & qui alieno ductu B. Celſum viſitavit, divinitus conceſſo proprio viſu, inoffenſa planta repedavit propria, laudans & benedicens Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

8 Illud quoq; neqaaquam in ultimo loco ponendum eſſe judico, quod in dictus *b* Luitolfi hujus Trevericæ

b urbis Archiepiſcopi pius ac miſericors mundi Redemptor Chriſtus, ad *c* elucubranda famuli ſui dilecti Celſi merita glorioſa, exercere dignatus eſt. Nam ejuſdem monaſterii quidam miniſterialis ſubulcum habuit, nomine Petrum, qui ingruente diutina morbi infirmitate, ita contractus ac præmortuus per omnes nervorum nexus effectus eſt, ut per multos dies in ſtratu recubans, abſq; aliorum juvamine, nullo ſe pacto in aliud poſſet

paralyticum ſanatur. latus declinare. Cumq; jam tanti temporis prolixitate, omnis ab eo ſpes reeuperandæ ſoſpitatis ablata ſuiſſet, tandem amicorum humeris, ad eccleſiam deportatus eſt, atq; ante S. Celſi ſacratiſſimam glebam paſſitus: apud quem nec tantum remanſit virium, quo ſaltem extremis digitorum articulis tangere quiviſſet humum. Sed quid ſunt aliud Dei mirabilia, niſi quæ hominibus ſunt impoſſibilia? Cuſtoditus namq; ibidem per biduum tertia tandem die Divino tactus reſpectu, plenus ſurrexit de terra viribus, adeo ut, ſine cujuſpiam ſubſidio, ſuæ ſe referret domunculæ, claudicans tamen adhuc uno pede, quia

non tamen omnino ſanatus; C non fuit reſtitutus plane. Quare autem & id percuratum non ſit, dicat qui velit.

Doxa Deo, meritis, & pie Celſe tuis.

9 Quoniam quidem, ad laudem Redemptoris, B. Celſi miracula qualicumq; ſermone cudere delibetavimus, *d* tametſi tenuitas *e* ingenioli noſtri, euncta quæ de his ad noſtram notitiam pervenire potuerunt, edicere nequit; unum tamen, quod ad præſens animo occurrit, nullo modo indictum abibit. Ante hoc ſane quadriennium crevit in eodem monaſterio quidam ſeptennis puerulus nomine Azeliuus, qui adhuc incolumis ſpirat, quem pene Fratres noſtri omnes noverunt: qui quadam die ſubcutaneo morbo erudeliter perculſus, tanto turgore cœpit inflari, ut quaſi hydropicus videretur. Quid enim aliud fratres ſui & amici erga tantam infirmitatem agerent non inveniebant, niſi deſperato ſaoitatis reditu, exaquias feſtine patabaot. Nam juxta humanam æſtimationem omni vivendi ſpes aberat: quippe

quidam e ſuis ball tumore liberatus, qui totus veſicarum aggere cuneatus, male lucida pelle videbatur quaſi vitreus. Cumq; in hac doloris angina ultimum traberet ſpiritum, repente ſentet ejuſdem major natu ſubintulit, clamore flebili dicens. O ſancte D Dei Celſe, qui jam tot miſeris & morte periclitantibus ad plenum ſubveniſti, ſuccurre & huic fratri meo in præſenti periculo. Et ſi hoc egeris, teſtor gratiam tuam, quia quamdiu ſuperierit, ſanctitati tuæ ſingulis annis cereorum tatum perſolvet cenſum. Qua peracta ſtipulatione, eadem hora (quod mirum dictu eſt) ita omnis illa ioflatio detumuit, ut abſque eunctatione aliqua cunctis conſtaret, quod patriota noſter B. Celſus apud Deum hoc obtinere potuiſſet.

Hinc laus, hinc Domino trino ſit ſemper & *f* uno, *f*
Qui damnat reprobos, glorificatq; pios.

10 Neq; enim hoc minore veneratione habendum eſt miraculum, quod in præſentia noſtri, per B. Celſum operari dignatus eſt Chriſtus filius Dei. Anno vero Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptimo, Iodictione quinta, quædam arrepentia fœmina de contigua monaſterii villa, parentum atque amicorum turma comitata, ſuper vehiculum S. Celſo ſananda adducta eſt. Cumq; S. Valerii confeſſoris Chriſti annua *g* feſtivitas adeſſet, & *g* *ſacramento liberata* ad tantum Patronum plebs Treverica certatim properaret, coeperunt ſe B. Celſus ipſa die ab efficientia curationis, ob ſtrepitum tantæ multitudinis. Nam & ipſa dæmoniaca per multa Sanctorum loca fuerat prius devecta, ſed quia divinitus S. Celſo fuerat reſervanda, nuſquam alio fuit liberanda. Defluxa vero eadem feſtivitate, deportata eſt miſeta in oratorium B. Materni poſita ſuper eam arca B. Celſi. Cuſtodita ergo ibidem ad triduum, quarto autem jam a maligno ſpiritu erepta, veram chriſtianæ mentis ſtatum eſt *b* indepta. *b*

11 Quia vero beati viri miracula, quæ a veriloquis nobis comperta ſunt relatoribus, quam venus potuimus, aliquanta jam ſtylo commendavimus; modis omnibus indecens fore cenſemus, ſi ea, quæ noſtra ætate per eumdem Patrem Divinitatis velle exercuit, torpenti ſileutio obmuteſcant. In ſæpeſacto quippe B. Euchatii egnobio, quidam ſingularis indolis adoleſcens converſatus eſt, Burchardus nomine, qui ab ipſis pene cunabulis Deo omnipotenti nuttriendus, ibidem a parentibus fuerat delegatus, quique adhuc ſupereſt, ac diaconii ſungitur officio, necnon & mira utilitate præ multis honori eſt monaſterio. Hic denique cum nocte quadam juxta incouvulſum Regulæ ſtatum, una cum Fratribus in dormitorio pauſitaret, caſu accidente quoddam animal inſolens perviea aque plurimum, quod aranex nomen ſortitum eſt, ſubito auricula ejus cavernulas intrare perſenſit, aeque tam iuſeſti hoſpitis improbitate perculſus, de nocte ſurrexit, de tanto infortunio ſatis aoatus. Quidnam age- F

grauis autem adoleſcenti dormienti ſe preſſa, ingentem tribuit cruciatum; ret, quove ſe conſilio committeret, præ nimia inquietudine obvium non habait. Cumq; per tres continuos dies, totidemque noctes, tam miſerabili dolore veaaretur; (nam illud fugaciſſimum animal, quod pulicem vocant, tantam ſibi irrogare infeſtationem eredidit) Abbas monaſterii, beatæ videlicet recordationis Gunderadus, cœpit una cum Fratribus eidem adoleſcenti, quod propriom monachum eſt, tandiu in omnimodis conavaotantibus compati, ac de ejus incommoditate nimium conquerī, necnon & ope medicinali, taotu dolori frequentius mederi. Multa jam ſiquidem medicinalia incaſſum ſibi exhibita fomenta; cœpita nonnullis ummodo deſperari, quoniam videbaue dolorem eſſe vehementem. Quid plurimis inſudandum? Subito ſuperno nutu incitatos, umeum ſibi ac ſpeciale ſolamen delegit, terratenuſq; uti monachis propoſitom eſt, B. Celſo diutius proſtratus, fide comite, meritis ejus ſe commendavit intentius. Finito tandem paoculi oramine verbis, illa maledicta eatemplo beſtiola retrogradoitu exiens, in volam ejus dexteram cecidit. Quo viſo miraculo lætiſſimus Frater iſidem effectus, Deo omnipotenti ejuſque dilecto famulo Celſo, quem iotercelſorem promeruit, immenſas gratiarum actiones, uti

t. Celſo laudes concinit.

debi-

A debitum poposcit, devotissime retulit.
Sit laus, sit virtus, necnon jubilatio Christo,

u *Duplicem negationem pro simplici usurpat.*
b Luitolfus, *sive* Ludolphus, *Egberto successit, feditque annis fere* 15.
c *MS. Radic.* dilucubranda.
d *MS. Trevir.* tamen. e *Idem MS.* igniculi.
f *Ita* A.SS. utrumque, *pro* uni.
g *Die nimirum* 29. *Jann.* h *MS. Trev.* adepta.

CAPUT III.

Tres monachæ Horrenſes, ipſeque ſcriptor, meritis S. Celſi ſanantur.

ta HActeuus de his egimus, quæ domeſtica & familiari relatione, de ſancti virtutibus vir. comperimus, hoc eſt de his dumtaxat, quæ vel in B. Eucharii ſeptulis, vel in ejuſdem monaſterii appendiciis, congruis temporibus contigiſſe referuntur: jam otdo flagitat neceſſarius, ut & de mediocribus atque *e* atimis ad noſtram
e notitiam uſque perlata diſſeramus aliqua. Non enim poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita: & clariſſima
B virtutum lucerna noluit, ſub ejuſdem monaſterii modio, ac ſi radiorum inopt, occultari, ſed potiut, ut omnibus, qui in domo Dei maoſitant, protenſis miraculorum flammis, prædus luminis caiſteret, longe lateque innoteſci
b voluit *b* dilucebre. Eſt namque in eadem Treverica orbe
c quoddam monaſterium ſitum, quod antiquitus *c* Horrei vocabulum accepit, Reginæ cœli conſecratum: in quo,
Monachæ Horrenſi diverſa morbilla, a tempore orthodoai Regis Dagoberti, ſanctimoniales ſemper fœminæ Deo conſueverant devotius deſervire. Illic denique quædam ſanctimonialis ſemioa de clato ſtemmate progenita, cui vocamen etat Hertza, nou mioimæ (ut ajunt) utilitatis eatitit: quæ ineluctabili quodam miſerabilique infortunio tacta eſt, non aliqua, ut credimus, ultione divina, verum ad declaranda inſignius glorioſa B. Celſi merita. Quadam vero die, dum hora competenti refieere vellet, ita ſubito mandibulæ ejus ab invicem divulſæ ſunt, ut mandendi officium prorſus ſibi fuiſſet ablatum: ſicque hianti fauce, prodigio cunctis eatitit, utque per plutes dies inediæ moleſtia laboravit. Cumque jam ab omnibus conſororibus ſuis, ob diuturniorem dolorem, deſperata fuiſſet; ſubito animo illius occurrit, quanta & qualia amator hominum Chriſtus Jeſus per B. Celſum quotidie oſtenderit mitaculorum beneficia, nequaquam fide hæſitans, ſed plenius credens, quia citius
C & illius ſanitatem non impos apud Deum obtinere poſſet, ſi pro illa pius precator accederet. Hæc dum ſæpius ſecum revolveret, tandem aliquando amicis ſuis palificavit, quantam ſpem in B. Celſi meritis haberet: ſicque ſalubri reperto conſilio, placibilem cereorum oblationem tanto feſtina tranſmiſit Patrono. Res mira, ac vehemen-
anvis S. Celſo oblatis reſtituta. ter ſtupenda. Deoique una eademque hora, qua cetei coram patrociniis beati viri ſunt accenſi, recepit eadem Nonna priſtinæ ſanitatis gaudia; ita procul dubio, ut ceteorum portitores ſub omni celeritate domum redeuntes, jam inveniſſent vivida facie reficientem, quam paullo ante eum morte reliquerant conſligentem. Hæc ſunt dona tua, Jeſu Redemptot Chriſte, qui Apoſtolis
Matt. 21. 24 tuis pollicitos es, dicens: Quidqoid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis, quique tanto victutum jubare dilectum tuum Confeſſorem Celſum facie coruſcare. Tibi ſemper ſit, cum Patre ſanctoque Pneumate, laus & gratiarum actio per æterna ſecula, Amen.

13 Alio quoque tempore, in eodem ſemper Virginis Mariæ monaſterio, quædam ſanctimonialis fœmina eatitit, quæ generoſo ſanguine procreata, haud ultimo in
alia diuturna febri liberata: loco ibidem eſt habita, nomine Geila. Quam die quadam acerrima ſatis febricula iuvadens, totum circiter annum abſque interſtitio aliquo, nuoc ardore, uunc algore iuimicus veaavit. Jam vero omni virium poſſibilitate eahauſta, ultimum pallidula trabebat ſpiritum, nihilque aliud niſi exequias præſtolabatur: cum ſubito omnipotentis Dei famulum Celſum ad memoriam reducens, ſub omni feſtinantia fecit ſe ad monaſterium S. Eucharii ſemivivam provehi, atque ante patrocinia B. Celſi terratenus proſterni. Cumque aliquamdiu pro poſſe tanto ſupplicaret Patrono, tandem ſui interceſſoris ſuffragantibus meritis divinus ſuper eam reſplenduit intuitus: ſicque optatæ ſanitatis dote recepta, com omni alacritate remeavit ad ptoptia, laudans ac benedicens Deum ac Dominum Jeſum Chriſtum, qui ſalvos facit ſperantes in ſe, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

14 Sed neque hoc ſilentio præterire fas eſſe cenſemus, quod tam recenti memoria in eodem monaſterio Divinitatis benigna dignatio, per B. Celſi inclyta merita oſtendere diſpoſuit. Quædam namque ibidem magnæ parentelæ Nonna ab cunabulis verſabatur, quæ Gliſmoda vocabatur: quam ita a renibus uſque ad talos paralyſis divulſit, ut per totum annum in lectulo recubans, numquam ſe in latue ad latus poſſet declinare; numquam abſque bajularum adminiculo de ſtratu ſe poſſet erigere. Cumque jam in extremis poſita foret, ſubito quadam die *alia diuturna paralyſi.* magois cœpit vocibus fautrices ſuas compellare, ac mi- E ris obteſtationibus *d* quærere, quatenus ſeſe curſim abſque cunctatione aliqua, ad monaſterium B. Eucharii deferre maturarent. Quæ poſtulata uil moratæ, corpus præmortuum ſummo conatu carrucæ vehiculo impoſuerunt, & quo ſuavius potuerunt, ad locum deſtinatum perduaerunt. Cumque adminiculatricum manibus ante ciſtellam B. Celſi poſita fuiſſet, quibus valoit viribus, tanto ſe intetveotori cataplaſmandam commendavit, ihique in oratiombus peroctavit. Mane aotem facto, ſecundom quod monachis moris eſt, jentaculo caritatis accepto, ad propria remeavit. Jam vero dehinc poſt biduum, cum hora ſolita de lecto ſorgere cuperet, & nemo ſibi miniſtrantium afforet, niſu quo potuit ſtipham lectuli appreheudit, ac ſeſe ad ambulandum ſuſtulit. Quo tentato, ſubito ſuperna B. Celſi patrociniis reſpecta gratia, totis eaclamat viribus, dicens: Gratias Deo: ecce S. Celſi opitulantibue patrociniis dimiſſa ſum ab infirmitatibus meis. Ea hoc namque tempore uſque in præſens tam perfecte reſtituta eſt ſanitati, ut ab omnibus ſecum commotantibus quotidie dicatur: Benedictos ſit ille in firmamento cœli, qui te reſpeait per ſuffragia beati Confeſſoris ſui Celſi.

15 Hactenus pro parvitate igniculi diviuitue mihi collati, audita tantum qualicumque dictatu notavi: F nunc jam in calce opuſculi aliquid libet depromere, quod in me virtus divina, per B. Celſum dignata eſt oſtendere: ſed opportunius hoc, ut opinor, recitator, ſi ſemotim proprio capitulo utatur. Nam ſicut ad diviuæ cumulum laudis aliotum commoda veraciſſimis geſtis inſerere magnæ mercedis eſſe dinoſcitur, ita propria reticere, non mioimæ damnationis creditur. Domlnicæ Incarnationis anno milleſimo ſeato, qui eſt oltimos viceſimi quinti deceimovenalis Cycli, io ſeconda ſerie magni anni, qui *Scripſerunt anno 1006. monachus factus,* Paſchalis dicitur; uodoſum hojus mundi ſalum, Chriſto gubernante, nudus evaſi, & ad ruiſſimum B. Eucharii portum hoſpitalitatis gratia confugi. Cumque ab ejuſdem monaſterii Patre, ſummæ venetationis viro, nomine Richardo, germanitus ſatis eſſem ſuſceptus & omni monachili devotione tractatus; Fratrum me conventui immeritum juſſit adunari, nec quaſi hoſpitem jam, ſed ſicut familiariſſimum, affatus eſt grativenam. Poſtquam autem puſillitatem meam monaſtici ordinis non minimam perſenſit habere notitiam, cum ea ipſa ſui columbina ſimplicitate, tum & pro annoſitatis mea grandævitate, ſciolum me eſſe autumans, cum nec primis (ut ita dicam) litteris ad plenum fuiſſem inſtructus; paterna mihi perſuaſit auctoritate, quatenus aliqua in

laudibus

AUCT. THEODERICO, EX MSS.

laudibus Redemptoris, de S. Celſi inclytis virtutibus ac miraculis nuper exhibitis, ealamo licet ruſticano, ſcripturare nullo pacto differrem. Cui ſane perſuaſioni nequaquam refragandum ſore ratus, partim tanti Patris imperatu, partim communi Fratrum compulſus rogatu, nuper in diebus Quadrageſimæ tantillum ſtudui fabricare. Cumque, ut verum fatear, per tres fuiſſem continuos annos ita podagræ intricatus tumore, atque erarium exulceratione, ut vix baculo ſuſtentari poſſem, (laus Deo) tantiſper de S. Celſo, quod dudici, peracto, tam perfecte, tanto Patrono intercedente, reſtitutus ſum, quatenus me Aſahelem potius quam claudicantem monachum, exiſtimare poſſis.

invenerata podagre illi brutum.

a *Mſ. Trev.* extremis? *an foris* externis.

b *Mſ. Trev. habebat*: diluceri, *quod cum præcedenti verbo ſynonyme, abſque conjunctione minus apte collocatum videbatur. mſ. Audic.* dilucebre. *Haud dubitem ſcriptum ab auctore, nova identidem affectante verba*, dilucebre, *quaſi clare ac dilucide, quod diluceat.*

c *Extat illud etiamnum Trevirîs monaſterium, quod S. Irmina filia ſua Dagoberto Rex ædificavit; non primo, Clotarii frumdi filio, ſed S. Sigiberti Regis Auſtraſiæ filio, primo Dagoberti nepote, ut in Diatriba de tribus Dagobertis demonſtratum eſt.*

Horrem monaſterium.

d *Ita mſ. Audicenſe. Alterum habebat* petere: *ſed illud magis ſcriptoris hujus ſtylo congruit.*

B

SERMO

Theoderici Sacerdotis & monachi

in ſolennitate S. Celſi legendus.

1 HOdierna ſolennitas, Fratres catiſſimi, quam nobis auctor atque opifex humanæ ſalutis Chriſtus Jeſus, exoptatiſſimi Patris noſtri, B. Celſi feſtivo tranſitu conſecravit, tantu a nobis propenſius debet obſervari, tantoque religioſius celebrari, quanto nos cunſtat apud ejus ſepulchralem præſentiam, quotidianis atque continuis patrociniis adjuvari. Creditur enim apud omnipotentem Deum tanto arctius pro noſtris exceſſibus intervenire, quantu devotius ejus ſanctam feſtivitatem ſolennizando nitimur redimere.

Feſtum S. Celſi merito Ecclieniis colendum.

2 Hæc eſt namque dies illa glorioſa, omnique ſpiritali tripudio veneranda, in qua ſe per uæ illius civitatis ſemper virentia paſcua, mundi hujus felix triumphator intravit: & ſuper omnia bona Domini ſui conſtitutus, ſine fine cum Chriſto regnaturus, eſt coronatus. Quapropter gaudeamus, & exultemus Domino, quia jam illum cum omnibus Sanctis decet collaudatio, quorum in regni Capitulio perpetuo aggluinatus eſt conſortio. Iterum rogo, gaudeamus, quia jam ille ſepties beatus eutuna juſtitiæ eſt a Domino remuneratus.

C

ejus jam in cælo triumphū. et gratulandum!

3 Erat quippe vir beatiſſimus Celſus, unus de Evangelicis illis palmitibus, de quibus ipſe Dominus, Qui manet, inquit, in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Niſi enim in vera vite, quæ Chriſtus eſt, per fidem & dilectionem, quamdiu carnem vegetavit, maneret, talem fructum ferre nullo modo valeret. Manſit autem incunvulſabiliter in vite, ſicut ſponſa Eccleſia in ſuo capite: quia Spiritus adoptionis filiorum Dei, certiſſimam ſibi in ejus pectore ſedem delegit: in quo ſemper, Abba Pater, clamavit. Unde Dominus ipſe in Evangelio, A fructibus, inquit, eorum cognoſcetis eos. Ergo, Fratres mei, vultis fructum cognoſcere palmitis tanti, quem de ſucco traxit Spiritus ſancti? Audite Apoſtolum, Fructus, inquit, Spiritus eſt, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, manſuetudo. Iſte namque eſt virtutum fructus, qui permanet in vitam æternam. Unde & Dominus ad diſcipulos: Ego, inquit, vos elegi, ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Sicut enim de fructu arbor cognoſcitur, ita B. Celſus oliva fructifera in domo Domini plantata, per fructum bonorum operum, notitiam dedit virtutum ſuarum, quia Spiritu ambulavit, & deſideria carnis crucifixit. Fuit enim crucifixus mundo cum Apoſtolo, & omnia hujus ſeculi blandimenta, quibus nonnumquam magni viri, velut in viſcu capti ſunt, quaſi ſtercora recuſavit, ut Chriſtum lucrifaceret, & verus ſuperni regni hæredipeta fieret. Non enim incircumciſa aure audivit ſapientiam Dei in plateis clamitantem, hoc eſt, in latitudine omnium per orbem nationum prædicantem, Si quis diligit ſapientiam, ad me declinet, & eam inveniet. Ergo quia ſapientiam dilexit, per quam Deus Pater omnia creavit, & ipſam videlicet incarnatam; audivit etiam per Evangelium ſuum clamantem ac dicentem: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Poſt hanc vocem lætus cucurrit, quia Chriſtum eſſe Dei ſapientiam cognovit: & ideo jugum ejus ſuave & onus ejus leve ſuper ſe tulit, & ut manſuetiſſimum animal patienter portavit.

Joan. 15. 16

Gal. 6. 14

mundum contemnens.

Prov. 9

amandum, ſapientiæ Matth. 11. 28

4 Ut autem ille Beatiſſimus in propoſito *a* ceromate, quaſi propriis innitens viribus, non ſuccumberet, audiens ab Apoſtolo, quia non coronabitur, niſi qui legitime certaverit, & ipſa veritate diſcipulis atteſtante, quod ſine illa nihil facere poſſent; ſupernorum deſiderium affectibus incitatus, cum ipſa Eccleſia ſponſa in Canticis, quotidie ab ipſo juvari poſtulavit, dicens: Trahe me, ut merear poſt te currere in odore unguentorum tuorum. In odore quippe unguentorum Domini, hoc eſt, in doctrina ſancti Evangelii, B. Celſus non tantum ambulavit, ſed etiam cucurrit: quia neſcit tarda molimina ſancti Spiritus gratia. Ipſe enim liberator noſter Chriſtus Jeſus, ad redemptionem humani generis properans, ſicut de eo Pſalmiſta teſtatur, exultavit ut gigas ad currendam viam, ut eſſet a ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus. Tanta vero Spiritus ſancti efficaciæ vivacitas eſt, ut nequaquam unuſtos & ſeſſus, ſed agiles atque expeditos quærat operarios. Hinc Paulus dicit: Sic curnite, ut comprehendatis. Et rurſus, Feſtinemus, inquit, ingredi in illam requiem. Unde notandum ſummo opere eſt, quod omnia opera Domini ubique eum feſtinatione jubentur fieri. Hinc eſt, quod Virgo Maria, percepto ab Angelo Divino oraculo, ſtatim cum feſtinatione montana conſcendit, ac matrem Præcurſoris Domini viſitavit. Unde & Redemptore nato, atque in præſepi reclinato venerunt paſtores feſtinantes, ut ea probarent quæ ab Angelo audierant. Hinc eſt enim, quod in Lege præcipitur paſcha eum feſtinatione comedi, quia tanta beatitudo non eum deſidia ac turpore quærenda eſt, ſed alacriter ſunt Chriſti ſequenda veſtigia.

a

E

2. Tim. 2. 6

Joan. 15. 8

Cant. 1. 3

celeriter Chriſtum ſequens.

Pſal. 18. 6

Cant. 5. 14 Heb. 4. 10

Exo. 12. 11

5 Liquet ergo lucidius cunctis ratione utentibus, quod iſte vir Domini, Spiritu ſancto præventus, in omnibus mandatis divinis ſit ſtrenuiſſimus inventus: quia in hac vita odio habuit animam ſuam, ut in vitam æternam cuſtodiret eam. Erat enim Evangelicus architectus, ſummarum inſtrumentis virtutum eductus, de quo ipſe Dominus ait: Omnis qui venit ad me & audit ſermones meos, & facit illos, oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petram: inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam movere, quia fundata erat ſupra petram. Venit quippe per fidem B. Celſus ad Dominum, & audivit ſermones ejus per miniſterium Apoſtolorum & Evangeliſtarum, eoſque in corde bono & optimo retinuit, & fructum centuplum fecit: quia caritas Dei diffuſa erat in corde ejus per Spiritum ſanctum, qui fuit poſſeſſor illius. Fecit autem eoſdem ſermones Domini, quia vigilanter

Luc. 6. 47

ſapiens architectus

feſtor Lucæ

ab eo non ſolum audivit.

audivit

A audivit Apoſtolum Paulum Romanis intonantem ac di-
Rom.2.13 ceutem, quod non auditores Legis juſti ſint apud Deum,
ſed factores Legis. Jacobum vero Apoſtolum non minore perſpicacia intendit, qui fidelibus perſuader dicens:
Jacob. 1. 22 Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Audivit
Luc.11.28 enim ipſum Salvatorem in Evangelio dicentem: Beati, qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud: atque omnibus medullis cordis & viribus corporis ſtuduit audita cuſtodire, præ ſe ferens curam animæ ſuæ. Et quia non auditor obliviſus eſt factus, ſed factor operis: idcirco beatus in facto ſuo apud Deum & homines inventus eſt.
Luc.12.35 Iterum audivit Dominum diſcipulis dicentem. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes: & inevincibili agone pec ſe, quod audivit, cuſtodire curavit: quia &
lucens mundo, mundi tiam Angelicæ caſtitatis exercuit, & lucernam ſe ardentem ad exemplum bonorum operum omnibus præbuit. Lucerna quippe eſt B. Celſus, quia in hoc caliginoſo tempore veræ lucis radios, per miraculorum efficaciam cunctis ſolet ſpargere, qui ut via Domini nitentur ambulare. Lucerna, inquam: nam ſic lucet meritorum ejus lux coram hominibus, ut per eum glorificent & collaudent Deum, qui gratia ſua præveniente & ſubſequen-
B te talem ac tantum fecit eum. Rurſus ex Evangelio au-
Matth. 10.16 divit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut
prudens, & ſimplex, columbæ: atque eorumdem vim verborum ſollerter perpendens, omni vigilantia ſpiritali ita ſe eidem mandato coaptavit, at & ſerpentis aſtutia novum hominem, quem in baptiſmo induit, nullo modo poſtea temeraret, & columbæ ſimplicitate, quæ nulli cupit nocere, aſtutiam
1. Cor. 14. 20 ſerpentis temperaret. Ira quoque ſecundum Apoſtolum malitia parvulus exiſtere curavit, ut tamen a perfectorum ſenſu nequaquam deviaret. Sicque in palæſtra Catholicæ fidei indigladiabilis miles agonizans, bonum certamen certavit, curſum conſummavit, fidem ſervavit: nunc demum reddita eſt ei corona juſtitiæ, quia fidelis eſt qui repromiſit. Ergo quia B. Celſus ſermones Domini & audivit & fecit, ideo aſſimilatus eſt homini domum humilitatis ædificare cupienti, qui poſuit fundamentum fidei ſupra petram, quæ Chriſtus eſt: quia omnis qui ſe hic humiliat, exaltabitur cum ipſo in futuro, utpote membrum ſinceriſſimum in capite ſuo. AUCT. THEODERICO, EX MSS.

D 6 Sed quia omnes, qui voluut pie vivere in Chriſto, perſequutionem patiuntur; poſtquam fundamentum ſupra petram poſuit, & ſecundum Apoſtolum ſuperædificavit aurum, argentum, lapides pretioſos, omneſque virtutum gemmas inſeruit; inundatione variarum tentationum a malignis ſpiritibus, ſive tyrannica præſumptione lymphante, illiſum eſt flumen omnigenarum tribulationum domui illi, & non potuit eam a ſtatu ſuo movere. Quare? Quia fundata erat ſupra petram. Ka-
1.Cor.13.8 ritas enim, ait Apoſtolus, numquam excidit. Nam qua fronte cadere poteſt, quem omnia continens continet Deus? Ipſe quippe eſt caritas. Uſque adeo vero divinitatis inflammabatur odoribus, ut omnino certus cum Apoſtolo eſſet, quod neque mors, neque vita, neque
Rom 8.38 Angeli, neque Principatus, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua ſe poſſet ſequeſtrare a caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu. 2.Cor.3.12 fortis in adverſis.

7 Laus illi & gratiarum actio, qui eum ſecundum Apoſtolum ante tempora ſecularia, cum omnibus Sanctis prædeſtinavit in regnum, & ut beati ordinis albo, E utpote divini prælii bellatorem, conſcripſit. Honor ſit illi & poteſtas, qui eum elegit & aſſumpſit, manum ejus dexteram tenuit, in voluntate ſua deduxit, atque hodierna die cum gloria ſuſcepit, in cœli palatio collocavit, Eccleſiæ ſuæ adhuc in terris peregrinanti piiſſimum patronum ſimulque ſautorem conceſſit. Benedictus ſit ille in firmamento cœli, qui eſt gloriоſus in Sanctis ſuis, mirabilis in majeſtate ſua, cujus regnum & imperium abſque ullius ævi mutabilitate permanet inconvulſum, & nunc, & ſemper, & per immortalia ſecula ſeculorum, Amen. Tit. 1. 2. Deo gratiæ ideo agendæ.

u *Videtur hic* corona *pro lucta, quam inituri eromate, vel oleo angebantur: vel pro ipſa palæſtra.* Cirona;

DE S. MILONE
EPISCOPO BENEVENTANO IN ITALIA,
Commentarius hiſtoricus.

C I. B. F

AN. M. LXX. XXIII. FE. 1 EDidimus *ad diem* 8. *Febr. Vitam* S. Stephani, *qui Ordinem Grandimontenſem inſtituit: ipſe pietate & litteris eruditus a* Milone *Archiepiſcopo Beneventano, qui* Milus *a quibuſdam appellatur, & a Raphaele Volaterrano* Molo. *Inquoque tabulis Sanctorum adſcriptus, ciſi officio Eccleſiaſtico minime honoretur*. Topographia Sanctorum per Primum Cabilonenſem Epiſcopum, & Theologum anno ſalutis 1450. olim compoſita, ac deinde a Franciſco Maurolyco recogoita, *editaque anno* 1568. *in locis quæ B. littera inchoantur, ita habet*: Beneventum Italiæ civitas. Hic Januarius Epiſcopus, Feſtus, Stephanus & Deſiderius ſub Diocletiano Martyres. Hic Milo Epiſcopus, qui educavit Stephanum Grandimontenſem fundatorem. S. Milo Confeſſ. adſcriptus, *ſed melius* 25. Febr.

2 *Diem, quo ejus recolatur anniverſaria memoria, Cabilunenſis non expreſſit. In Topographia Philippi Ferrarii* die 20. *Nov. aſſignatur* Dotus Ep. Benevent. 22. Deodatus Ep. Acutius M. Acuntius & fratres MM. Milus Ep. Repoſitus &c. *Eodem quoque die ita habet Conſtantinus Ghinius in Natalib. Sanctorum*: Item eodem loco S. Mili ſimiliter Epiſcopi. *In codice quodam Carthuſia Bruxellenſis, ſed non antiqua manu exarato, iſta legi ad* 25. *Maii*: In Benevento S. Milonis Archiepiſcopi ejuſdem civitatis. *At Marius Vipera Archidiaconus Beneventa-* 20. Nov. & 25. Maii. *nus, cui proinde haberi pra aliis fides debet, in Catalogo Sanctorum Beneventanorum pag.* 88. *iſta habet*: Febru. 23. de S. Milone Archiep. Benevent. *ac poſtea*: ad cœleſtem patriam evolavit Beneventi 7. Kal. Martii. *Idem in Chronologia Epiſcoporum Beneventan. pag.* 91. *ſic ſcribit*: Die 23. Febr. S. Milo Archiepiſcopus noſter obdormivit in Domino. *Atque hi omnes vel in Catalogo Sanctorum eum reponunt, vel abſolute* S. Milonem *indigetant, uti & Joannes Vincentius Ciarlantus Archipreſbyter Sternienſis, in Memoriis hiſtoricis Samnii L. 3. c.* 34. *Geraldus autem ſeptimus Prior Grandimontenſis in Vita S. Stephani ante plura jam ſecula conſcripta, c.* 1. *n.* 3. B. Milonem *vocat*.

3 *Fuit autem* S. Milo *ex Arvernis in Gallia oriundus. Ita idem Geraldus*: Eo vero tempore B. Milo prædictæ civitatis Archiepiſcopatum regebat, huic viro, de quo loquimur, cognitus a juventute in finibus Arverniæ, unde genus habuerat. *Quo anno deceſſerit, ex S. Stephani colligi ætate poteſt, quam illic §.* 3. *prævii commentarii nu.* 22. *pertraxavimus, oſtendimuſque anno* 1024. *obiiſſe, feria* 6. 8. *Febr. cum a morte* S. Milonis *annos Roma quatuor vixiſſet, quinquageſimo in Muretenſi cœnobio: unde conſequens eſt* Milonem *anno* 1070. *obiiſſe. Cum quo noſtræ calculo concordat Vipera, dum Arelium*, S. Milonis *ſucceſſorem, tradit* floruiſſe anno Domini 1072. *Ciarlantus item* eius genere Arvernus obiit ac. 1070. *loco*

Digitized by Google

AUCT. l. II.

loco citato, dum ait Ordinem Grandimontensem institutum anno 1074. quinto nimirum a Milonis morte.

A

4 *Quæ de S. Milonis gesta tradita litteris extant, ea fere sunt ex Vita S. Stephani. Hunc annos 12. natum pater in Apuliam duxit:* onde cum per Beneventum civitatem, completis orationibus, feliciter remearet; puer idem oblatus Deo, qui parvulos suscipit, infirmatus est. Eo veteo tempore B. Milo prædictæ urbis Archiepiscoparum regebat, huic viro, de quo loquitur, cognitus a juventute in finibus Arvernis, unde genus habuerat. Cui Archiepiscopo nobilis prædictus filium suum commendavit, ut infirmitatis ejus curam ageret, &, si viveret, eum erudiret: erat enim puer Stephanus jam duodennis .... Post paucos vero dies, Divina operante clementia, puer sanus factus est, & quasi oblitus patris & patriæ, hilaris & gaudens in terra fuit aliena. Unde Archiepiscopus, velut pius pater & fidelis doctor, apud quem 12. annis moratus est, bonitatem & disciplinam & scientiam ipsum studiosius edocuit: ac ipsum a scholis vacantem, cum suæ diœcesis placita pertractabat, pedibus suis adsistere faciebat. Pueritiæ igitur Stephanus annus excedens, defuncto Archiepiscopo, Romam ingressus, & eum quodam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali 4. annos permansit.

S. Stephanum Grandimontensem 12. ætatis annum Apuliæ litteris & moribus

& ad res præclaras adhibet,

B

5 *Carolus Fremonus, ut ad cap. 1. Vitæ S. Stephani, Annotat. h. monuimus, in Gallica ejusdem Sancti Vita a se edita, tradit eum a S. Milone Subdiaconum, dein Diaconum ordinatum: & ab eo dum diœcesin visitaret, comitem adscitum, missumque alias sæpe ad varia gerenda negotia: imo in vetustis quibusdam codicibus monasterii Grandimontensis dicit, Archidiaconum eum, & Officialem Milonis fuisse. Ita ille.*

fortiusque initiare

C

6 *Quo tempore apud B. Milonem degebat Stephanus, in notitiam venit cujusdam in Calabria religiosæ congregationis, de qua c. 1. Vitæ n. 4. ista traduntur:* A Romano Pontifice devotissime petiit, ut ordinem, quem in Calabria observare didicerat quamdam religiosam congregationem, recta via incedentem, & omnimittere in claustro sine proprio viventem, & obedientiam humani generis ceparatricem pro suis viribus in omnibus custodientem, & mundum sibi & se mundo crucifigentem, & in Cruce Domini gloriantem, in suorum remissionem peccatorum, sibi alicubi observare concederet. *In Proprio festorum Ordinis Grandimontensis, in Lectionibus diei secundæ intra Octavam S. Stephani, plenius exaggeratur sanctimonia illius congregationis, & de S. Milone illud additur:* Horum itaque propositum sapientissimus Archiepiscopus Milo, in sermonibus, quos ad populum habebat, jugiter commendabat: & cum eorum Patrum aliquem videre poterat, ut Christum in sæculo suo loquentem audiebat, omnique postposita sollicitudine ei vacabat. Audiebat eum de conversatione eorum, onde postmodum Clericorum, laicorum aliorumque religiosorum vitam ad altiora inflammabat: proponens eis exemplum istorum, ab omni cupiditate (quæ radix omnium malorum est) cavencium, solisque cœlestibus inhiantium. Cum igitur jam puritiæ metas excedens Stephanus, hunc sanctissimum virum in hujusmodi vita cerneret adeo complacere; mores & actus illius religionis, desiderio eadem imitandi, attentius investigare studuit, & fideliter memoriæ commendare. *Hæc ibi. Neque de S. Milone plura adhuc reperimus.*

qui monachos ibi fundare initiavit copit,

quo Milo usus fuisse dicitur,

fallaci tendebat.

D

E

DE B. PETRO DAMIANO

S. R. E. CARDINALE, EPISCOPO OSTIENSI,

PRIORE EREMI CRUCIS FONTIS AVELLANI,

FAVENTIÆ IN ITALIA,

Commentarius prævius.

F

§. I. Eremus sanctæ Crucis Fontis Avellani in diœcesi Eugubina Ordini Camaldulensi adjuncta. Illius institutum, incrementum: monachi sancti sub B. Petro Damiano.

An. Chr. MLXXII. XXIII. Æt.

1 INguvium, *sive* Iguvium, *Umbriæ* civ. *Apenninum oppidum in ipsis montium radicibus, Cæsari l. 1. Belli civilis, Ciceroni l. 7. ad Atticum epist. 13. Silio Italico l. 8. aliisque antiquis scriptoribus notum, hodie* Eugubium, *Italis* Gubbio *& Agubio dicitur: quod tamen ex vetustis antiqui oppidi ruderibus, post barbarorum in Italiam inundationem, restauratum volunt. Sedes illic olim erecta Episcopalis, cui sæculo Christi undecimo plures præfuerunt, assumpti e monasterio* Eremi sanctæ Crucis Fontis Avellani, *sive* Avellanæ: *quod millibus passuum quatuordecim a civitate Eugubina dissat, situm in radicibus montis Catriæ versus Orientem, ut illic pars Apennini appellatur in Chronico Gualdensi, antiquo scriptoris, & ab anonymo ejusdem loci eremita apud Cajetanum, in præfatione ad opera B. Petri Damiani. Petrarcha l. 2. de Vita solitaria tract. 3. cap. 17.* quietissimum *indigetat* solitudinem in Italiæ medio, ad sinistrum Apennini latus, quæ vetus adhuc Fontis Avellanæ nomen servabat, *dum is sæculo 14. scriberet: nunc* sanctæ Crucis titulum gerere *observat Augustinus Florentinus l. 5. Historiæ Camaldulensis c. 7. eamque* sanctæ Crucis *nomenclationem assumptam ob sexta feria jejunium, tempore B. Petri Damiani ibidem captum.*

In diœcesi Eugubina

monasterii Eremi sanctæ Crucis Fontis Avellani,

2 *Hoc* Fontis Avellani eremitorium, *ut nonnulli appellant, circa an. Christi millesimum, aut paullo ante traditur e vetustis a quodam Lodulpho Gessoni filio, qui in Episcopum Eugubinum electus, ultro illi honori cessit: quem tamen ex eremo illa Fontis Avellani admiserunt Johannes, Theobaldus, seu Tedaldus, S. Rodulphus, Maynardus: quorum temporibus vixit B. Petrus Damianus, & quidem, si primus excipiatur, postquam monasticam disciplinam in illa eremo amplexus est: qui aliquam sibi quasi ejusdem Ecclesiæ curam impositam fuisse scribit epist. 14. l. 1. ad Alexandrum 11. Pontificem his verbis:* Quod Eugubina Ecclesia, quæ mihi dudum a vestris decessoribus est commissa, nunc, proh dolor, est omnino confusa, & velut area, quæ pedibus conculcator, abjecta; peccatis meis id exigentibus deputo. *Idem epist. 8. l. 4. hac Maynardo Episcopo Eugubino mandat:* Instaura, venerabilis Frater, Ecclesiæ tuæ prædia, prodige sæcularibus tradita: revoca diversi generis ornamenta nocenter exposita: & saltem insignia quæque vel optima constituantur, quæ prælationis tuæ tempore graviter suspiramus ablata. *Hæc ille profecto sollicitudine ejus Ecclesiæ sibi commissæ. At librorum e se conscriptorum*

eremitorium circa annum

plures mon. Addit Epit. propos. Em. gubinus

Digitized by Google

A *ptorum judices, ac quaſi cenſores, conſtituit* S.Rodulphum Epiſcopum Eugubinum & Theodoſium Senogallienſem, *cujus etiam diœceſis eremo Fontis Avellani vicina eſt verſus mare Adriaticum. Extat epiſtola ad illos l. 4. n. 11. De Epiſcopis Eugubinis & Senogallienſibus conſule Italiam ſacram Ughelli.*

3 *Quinam præfuerint huic eremo Fontis Avellani ante B. Damianum* Priores (*ita Moderatores appellabantur*) *nec-dum legimus. Ipſe B. Petrus opuſc. 34. c. 6.* In hac, *inquit*, eremo Fontis Avellani, ubi nunc habito, Prior quidam fuerat, nomine Joannes: *& opuſc. 55. c. 28. docet, qualis debeat eligi* Prior inter Eremitas, *& quomodo electus debeat* Prioratus officio *fungi: qui tamen infra in Vita etiam* Abbas *& Magiſter nuncupatur. A morte B. Petri rexit Eremitas illos* Prior Liprandus, *cui Vitam illius inſcripſit* Joannes, *& ipſe dein, ut infra dicetur*, Prior Fontis Avellani *conſtitutus, ac tandem* Eugubinus *creatus* Epiſcopus. *Quo forſan modo ſupra memorati Epiſcopi Eugubini ex Prioribus Fontis Avellani ſunt plerique aſſumpti.* ejus Trilogio I

4 *Præerat etiam B. Petrus, ut ſupromus moderator, aliis* Congregationis ſuæ *pet diverſa loca aggregatis diſcipulis, ut n. 20. in Vita dicitur, & n. 19. quinque ub eo extructa monaſteria, ſive* eremitarum habitacula, *referuntur: quæ cum aliis quibuſdam in unam coaluerunt Congregationem, cujus caput fuit eremus ſanctæ Crucis Fontis Avellani: atque ita* monaſterium B ſanctæ Mariæ *ad portus, olim urbis Faventinæ, nunc mœnibus incluſum, in quo B. Petrus diem extremum vita clauſit*, Ordinis monachorum Congregationis S. Crucis Avellanæ *dicitur in Hiſtor. monaſtica cujuſdam anonymi Benedictini Congregationis S. Juſtinæ, apud Cajetanum, in præfatione ad opera B. Petri, quem ait circa an. 1480. floruiſſe. Regulam & vivendi inſtitutum hujus Congregationis præſcribit atque explicat B. Petrus opuſculo 15. in capita 31. diſtincto. Aſt opuſculo 14. ad exemplum & imitationem poſterorum exponit regulas & vivendi inſtituta, quibus Eremita Fontis Avellani ſuo tempore utebantur: iiſque, ut qui poſſe ſe illic vitaturi ſunt ut antur, neque ad laxiorem vita normam declinent, graviſſime obteſtatur. Eſt hæc Fontis Avellani eremus* conjunctio cum Ordini Camaldulenſi facta ſeculo 16. *ante centum circiter annos Ordini Camaldulenſi adjuncta, id agentibus potiſſimum Petro Franceſchinio Balnecabalenſi Viſitatore, & Julio Roboreo Cardinale Epiſcopo Urbinate, creato anno 1548. qui factus dein Vicentinus Epiſcopus, ac poſtea Archiepiſcopus Ravennas, mortuus eſt anno 1578. Meminerunt hujus conjunctionis Petrus Ricordanus Diario 4. Hiſtoria monaſtica, a Cajetano citatus, Auguſtinus Florentinus l. 3. Hiſteriarum Camaldulenſium aliique.*

C *De Ordine Camaldulenſi egimus 7. Febr. ad S. Romualdi ejus fundatoris Vitam, quam B. Petrus Damianus ſcripſit*, compulſus, *ut in prologo teſtatur*, multorum Fratrum precibus & germana caritate devinctus. *Idem opuſculo 15. ante citato de ſua Congregationis inſtitutis c. 16. diſcretionem debilium in Prioris ſui arbitrio ponendam docet, in exemplum diſciplinæ S. Romualdi additæ, & infra in Vita n. 19. dicitur ad montem Pregium* inveniſſe cellulam, in qua B. Romualdum quondam manſiſſe ferebant, *ibique* eremitarum fundaſſe habitacula.

5 *De poſſeſſionibus huic Eremo procuratis, dgit B. Petrus opuſcule 14.* In hoc loco, *inquit*, qui Fons Avellani dicitur, eremitæ in Fonte Avellani circ. 20. plerumque viginti, plus minus, monachi per cellulas, ſive in aſſignata cuique obedientia, degimus, ut omnes ſimul cum Converſis & famulis teicenarium quinarium numerum aut vix aut brevtter eacedamus. *Ac dein vivendi regula expoſita, ipſa ſubdit, ſucceſſorem in regimine ſubſtituendum alloquens:* Ut autem ad hæc obſervanda nullus excuſationi pateat locus, juxta id, quod exiguitate loci humilis cum petebat, ſtuduimus eotenus poſſeſſiones acquirere, ut prædictum Fratrum numerum poſſis, niſi exercendi cura defuerit, ſuſtentare. Librorum quoque numerum non minimum dereliquimus, ut Fratribus noſtris, qui pro nobis orare dignentur, meditandi copiam præberemus. Bibliothecam omnium veteris & novi Teſtamenti voluminum, licet curſim, & per hoc non exacte vobis emendare curavimus. Ex Paſſionibus quoque beatorum Martyrum, ex homiliis ſanctorum Patrum, ex commentariis allegoricas ſacræ Scripturæ ſententias exponentium, Gregorii ſcilicet, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Proſperi, Bedæ, Remigii etiam & Amalarii, inſuper & Haimonis atque Paſchaſii, divina gratia noſtris albeſcente laboribus, plures libros habetis, quibus vacare poteſtis: ut ſanctæ animæ veſtræ non ſolum oratione creſcant, ſed & lectione pinguescant. Ea quibus nimirum codicibus nonnullos pro noſtra poſſibilitate correximus: ut in ſacræ diſciplinæ ſtudiis intelligentiæ vobis aditum panderemus. a B. Petro Damiano procurata poſſeſſio, variis in bibliotheca libri,

6 Clauſtrum quoque juxta Eccleſiam conſtrui hanc intentione cenſuimus, ut, ſi quem adhuc inolita monaſtecialis Ordinis conſuetudo delectat, habeat, ubi in præcipuis feſtivitatibus ſoleoniter ex more procedat: cui & proceſſioni Crucem argenteam ſatis idoneam procuravimus. Ejuſdem quoque iotentionis ſtudio, imbecillitati fragilium conſulentes, etiam tintinnabula atque bechinia, diverſaque divinæ domus utenſilia comparavimos. Calices quoque duos argenteos pulcherrime deauratos hac vobis ratione providimus, ut, cum ſacra Domiuici Corporis & Sanguinis myſteria vultis accipere, ſtannum vel vilius quodcumque metallum veſtris labiis nequidquam neceſſe ſit adhibere. Conſpicua nihilominus ſacroſancto altari tegmina, & celebrandis Miſſarum ſolennis prætioſa contulimus ornamenta. Hæc omnia, Fratres, nos non ſine labore quæſivimus, ut vobis laboris impendia tolleremus, tantoque liberius, ſe veſter animus ad alta ſuſtolleret, quanto minus hunc ad providenda ſibi infima rei familiaris ioopia non gravaret. *Hactenus B. Petrus, qui ep. 2. lib. 3. evocatus ab Archiepiſcopo Ravennate Gebehardo, excuſat ſe ob inopiam ſuorum, quibus providere debebat:* Præcepiſti mihi, *inquit*, dilectiſſime Pater & Domine, & præcipiendo mandaſti, ut ad te veoirem: ſed ego pauperculum locum ad regendum ſuſcipiens, qui prius per memetipſum ſolummodo pauper extiti, nunc per tot pauper effectus ſum, quot regendos accepi. Perpendo igitur, & quale ſit plurimos regere, & præbendæ neceſſitatis ſtipendia non habere. *Hæc B. Petrus, qui in Chronico Gualdenſi, circa annum 1325. conſcripto apud Cajetanum, habetur* hujus eremitorii ſanctæ Crucis juxta Fontem Avellanæ conſtructor, *quod de prima eremitica vita fundatione accipi haudquaquam poteſt.* clauſtrum extructum, ſimplici ſupellectile, ornamenti

7 *Inter viros de eremo illa bene meritos fuit* S. Rodulphus *ejus diſcipulus, dein, ut diximus, Epiſcopus Eugubinus, cujus Vitam a ſe ſcriptam B. Petrus dicavit Alexandro II. Pontifici, & hac ſub initium narrat:* Ante fere ſeptennium ille *Rodulphus* cum matre & duobus fratribus, ſe pauliſper ætate præcedentibus, ſervis dumtaxat libertate donatis, caſtrum ſuum inexpugnabili monitione vallatum, mihi cum omnibus, quæ ſui juris eraot, prædiis contulit, atque ad Eremum veniens, habitum monaſticæ profeſſionis accepit. *Hac ibi. Colitur S. Rodulphus 26. Junii. Alter vero, cujus Vita cum Acta S. Rodulphi ſancta legitur, eſt* S. Domioicus Loricatus, *& ipſe B. Petri Damiani diſcipulus fuit, ut ipſis ibidem verbis teſtatur:* Longe vero poſt, Magiſtro præbente conſenſum, dignatus eſt vir ſanctus prædictus mihi miſero, & quem ipſe ſuſcipere dignaretur indigno, mita ſe prorſus humilitate committere, & ſicut Abbati monachum ſubiugare: cui nimirum præſtitit, non accepit. Et quem ſuſceperam velut in ſubiectione clientem, gaudeo me in ſchola Chriſti vere philoſophum percepiſſe doctorem. Tota quippe vita ejus, prædicatio & ædificatio, doctrina erat & diſciplina. *Hac ibi de S. Dominico Loricato, cujus natalis incidit in 14. Octobris.* Diſcipulus Rodulphus, Dominicus Loricatus,

8 *Tertius diſcipulus Sanctis adſcriptus eſt* Joannes Laudenſis, *illuſtri familia apud Inſubres Laude Pompeja oriundus, qui, ut Acta ejus habent*, tanti viri fama comperta, exemplo ejus animatus, confugit ad ipſum, & elongavit Joannes Laudenſis.

Digitized by Google

AUCT. G. H.

A vit ſe a mundo fugiens, & de terra propria & cognatione recedens, venit in terram, quam ei Dominus revelavit, & venerabili Patri Petro Damiani Priori Eremi, & devotorum Fratrum Magiſtro, ſe obtulit humiliter, gemibus flcis rogans inſtanter, ut ipſum ſub diſciplina ſacræ regulæ beatiſſimi Patris Benedicti ſuſciperet in diſcipulum & Fratrem, Regi Chriſto perpetuo ſerviendum. At vero reverendus Dei Sacerdos Petrus Damiani videns Joannis ſimplicem animi puritatem, ſervorem ſpiritus, obedientiæ promptitudinem, & verum mundi contemptum in ipſo, ipſum benigne recepit. *B. Petrus hanc inſcripſit opuſculum 44. de decem Ægypti plagis & decalogo, atque ita alloquitur*: Dilectiſſimo Fratri Joanni, jam non Laudenſi, idroque laudabili viro, Petrus peccator monachus paternæ dilectionis affectum. Contempſiſti nuper, fili, Pharaonem, & ſuperbi Regis ac opprimentis Ægypti ſimul abominatus es ſervitutem: neceſſe eſt ergo *nunc*, ut gradiens per deſertum, multa tentationum genera ſubeas, ſitis ac famis inopiam perferas, & ſic per arumnoſa pericula, diverſaque calamitatis anguſtias ad veram repromiſſionis attingas. *Plura iſthic, & in prologo & epiſtola ultimo, legi poſſunt de ſingulari B. Petri erga hanc ejus alumnum affectu, quem auctor Vitæ S. Joannis iſtis exprimit verbis*: Dux vero columnæ lucidæ Fratrum Eremi Fontis Avellanæ reverendus Prior Petrus, & Clericus Dei Joannes, ſicut duo Seraphim divina caritate inflammati, corde & ore jugiter Deum altiſſimum collaudabant, & Fratrum mentes & corda & ora ad Dei timorem & fraternam caritatem accendebant. O quam bonum & quam jucundum erat tales fratres habitare in unum! *De eodem S. Joanne in Chronico Gualdenſi hæc leguntur*: In eodem ſiquidem eremitorio inter alios ſanctos Priores monachos, ſervus Dei Dominus Joannes Laudenſis multa viguit ſanctitate & dura penitentia & abſtinentia, infra illas ſilvas condenſas & præruptu montium, corpus ſuum caſtigavit. Quo poſtmodum de Prioratu ſanctæ Crucis in Epiſcopum Eugubinum aſſumptus *in* multa ſanctitate vitæ obiit. *Dies illius natalis aſſignatur 7. Sept.*

B *ſingulari amicitia conjunctus,*

a Tolet ſontig Cruc. ſis Eugubinus Epiſcopus.

§. II. *B. Petri Damiani lucubrationes. Vita ejus edita. Diet natalis.*

9 Opera B. Petri Damiani non ſine Eccleſiaſticarum litterarum detrimento in tenebris varie difiecta jacuiſſe, *teſtis eſt Paulus 5. Pontifex Maximus in Brevi ad Conſtantiam Cajet uñ monachum Benedictinum monaſterii Catanenſis S. Nicolai de arena, cujus labore & diligentia ex multis bibliothecis conquiſita ea & collecta fuiſſe aſſerit. At variæ ejuſdem B. Petri tractatus mſſ. jam ante excerpſerat ex bibliothecis Caſinenſi, Capranica, tum Canonicorum Eccleſiæ S. Petri, atque alterius cœnobii Italiæ, Aloyſius Lipomanus Epiſcopus primo Veronenſis, dein Bergomenſis, ac curavit typis Romanis an. 1560. vulgari, quarta parte tomi octavi Vitarum Sanctorum priſcorum Patrum. Margarium item Bignus variæ ejuſdem B. Petri epiſtolas adjunxit in auctiore editione Bibliothecæ veterum Patrum. Cardinalis Baronius ad an. 1047. nu. 15. ait ſingulis ferme annis dicenda eſſe, quomodo* B. Petrus multiplici immine illis temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Catholicæ profuerit, cum ad Eccleſiaſtica negotia ſubeunda vocatus ſæpe ea eremo fuit, *ac paſſim ejus ep. aliaque opuſcula e codicibus mſſ. profert. At Cajetanus omnia ejuſdem opera undequaque collecta in tres tomos diſtinxit, quorum primus continet epiſtolarum libros octo, ſecundus varios ſermones & Sanctorum hiſtorias, tertius denique illuſtria de variis argumentis opuſcula ſexaginta. Qua omnia dein nove ſtudio ac labore recognita auctaque in Gallia prodierunt.*

C *Opera B. Petri Damiani diu latuerunt,*

dolo edita a Lipomano,

Bignæus,

Baronius,

& poſtiſſimum Cajetanus in 3. tomos diſtincta

10 *Propoſita his operibus eſt Vita B. Petri Damiani ex duobus codicibus mſſ. Ravennate & Faventino edita, ac in tertia Surii editione recuſa; quam & hic damus in capita more noſtro diſtinctam, & notis & ad margines rerum geſtarum breviariis illuſtratam. Auctorem originem S. Joannem Laudenſem, dein Priorem ejuſdem eremi, ac poſtea Epiſcopum Eugubinum, ut ſupra diximus. Ipſe nomen ſuum prodit in Vita inſcriptione, ac mox in Prologo an ſe tanto Patri, licet in extremis pene temporibus, individuum comitem nihil fuiſſe. Ipſe enim* S. Joannes, *ut in ejus Vita legitur*, fama tanti viri comperta, *quando hic* cum licentia Domini Papæ Cardinalatus gloriam deſeruit, & in eremo Fontis Avellanæ ſe recluſit, exemplo ejus animatus, confugit ad ipſum. *Quæ in ipſius S. Petri Vita poſtquam c. 8. ejus ad eremum narravit reditum, mox n. 42. qua ægi ab eo viderat refert*: Vidi nempe, *inquit*. *Et dein*, hoc quidem ipſe præſens agnovi. *Demum invalidum ad mortem uſque pervenuſſe comes, cum ille* nu. 49. caitus ſui horam appropinquare cognoſcens, exemplo nobis, *inquis*, lectulo circumſtantibus, maturinale officium peragere juſſit. *& nu. 21.* poſtquam, *ait*, illius ſepulturam Faventiæ celebraſſemus, indeque redeuntes apud monaſterium Acereiæ prima manſione hoſpitaremur; ibidem non ſolum illud, ſed & alia quædam quæ miraculo huic ſubdere curabimus, nos addiſcere contigit, refercutibus eadem quibuſdam ejuſdem monaſterii fratribus, nec non & prædictæ Eremi, qui tunc illo convenerant. *Ex adjunctis miraculis aliquot* hoc relatum *n. 24. affert* a Fratre, dum cum eodem a ſilva rediſſet. *Aliud nu. 27. & 28. narrat, prout ii, qui illud beneficium collatum erat, ſalus monachus*, totum nobis, *inquit*, ut digeſſimus, ea ordine enarravit. *Item n. 42.* dicturus ſum, quod majoribus meis condiſcipulis referentibus audivi. *At* quæ converſionem ejus præceſſerunt, *ait n. 2. ſe* relatu cujuſdam epiſcopi propinqui, viri gravis & honeſti, audiviſſe: *ut* partem ex quodam condiſcipulorum meorum, *inquit*, qui ejus contubernio ante me familiarius inhæſere, partem eorum, quæ relaturus ſum, me ea ipſius Petri ore ſuſcepiſſe memini. *Et n. 18.* Sæpe, *inquis*, nobis referre ſolebat. *Alia etiam ex ejuſdem B. Petri opuſculis excerpſit*: *ita n. 10.* Et quidem ipſemet tam hoc, *inquit*, quam aliud, quod de ejus abiectione recenter nati, ſuperius retuli, ſuis opuſculis exarando juſerunt. *Quæ c. 7. de Eccleſia Mediolanenſi reconciliata narrantur*, ſub libro cui vocabulum, Actus Mediolani, luculenter exprimi *ait*, *quæ eiſdem paſſim verbis ſervatis deſcripſit. Exiter modo, quæ* de inſtitutione Fontis Avellani *n. 16. traduntur*, *licet coram auctor & conſpexerit, & obſervarit, tamen ex opuſc. 14. & 15. deſumpta ſunt.*

D *auctore S. Joanne Laudenſi,*

individuo comite,

referente quæ vidit,

aut ab aliis diſcipulis

E

& propinquo quo ejus ſegnovit,

aut quæ B. Petrus ut veraliis,

aut ſcripta tollegit a

11 *Ughellus to 1. Italia ſacra in Epiſcopis Eugubinis*, S. Joannem Laudenſem cognomento Grammaticum *appellat, ob ſtyli ſcilicet elegantiam & gravitatem, quæ fere ſupra cæteri illius conſuetudinem eſt in hac Vita expreſſa. Hæc ergo diligens veritatis cultor, floreuti calamorum a S. Petro geſtas, unex ab obitu ejus deſcripſit, dicavit* Liprando Priori ejus ſucceſſori qui Ariprandus *forſan alius eſt, cum* B. *Petrus inſcripſit opuſculum 45. & 46. quod nihilominus ita exordiatur*: Exigis, dilectiſſime fili, ut tibi aliquid ſcribam, &, qui me dictante frequenter aliis ſcripſeras, ut tibi quoque aliquid ſcribatur, implorat: *ergo ep. 59. agritudinum ſuarum ſeriem exponit. Quæ ſub finem de apparitione B. Petri anno 1080. facta habentur, ab alio quopiam videntur poſtea adjuncta, ut ibidem obſervamus, & Appendicem referibimus.*

F *S. Joannes autem Grammaticus appellatus Liprando Priori ejus ſucceſſori idem qui Ariprandus,*

aute B. Petrum ſcripta,

Appendix ſub calcem Vitæ.

12 *Alii ſec. decimo ſexto ejuſdem B. Petri Acta ſuo ſtylo exornarunt a Cajetano cum editione Romana Epiſtolarum iterum excuſi, ſed poſtea in editione Lugunenſi omiſſi, quod ejuſdem Damiani res geſtas, quas ejus diſcipulus Joannes, e eidemque prorſus ſeculo narrent. Horum primum eſt Joannis Antonii Flaminii Forocornelienſis, quem inter & Leandram Albertum Ord. Prædic. ſumma exſtitit animorum conjunctio, ac mutua ſtudiorum communicatio. Ille Leander an. 1516. inſcripſit Vitas Generalium Ord. Præd. a B. Jordano ſucceſſore S. Dominici uſque ad Thomam Cajetanum, quæ Vita extant l. 1 Virorum illuſtrium Ordinis Prædicatorum. Flaminius etiam varias Vitas Patrum Ord. Prædicatorum a Leandro editas conſcripſit, ut S. Alberti Magni, Vincentii*

Alias Vitas hic omiſſas ſcripſerit Ja. Ant. Flaminius,

pagnolius Vitæ ex Mſſ. eruta,

A *centii Valentini, Jacobi Veneti, Mauricii Pannonii, Venturini Bergomenſis, & Jacobi Alemanni; quam tamen ex Italico Latine expreſſit. Eodem modo ſcripſiſſe ſe Vitas quatuor ſanctiſſimorum Patronorum urbis Faventinæ, in Prologo Vitæ B. Petri Damiani his verbis teſtatur*: Magna ſoleo voluptate affici, viri Faventini, quoties repeto, quam grata & quam jucunda vobis obtingat operæ, quam in deſcribendis *Vitis Sanctorum*, qui a vobis religioſiſſime coluntur, præſtare cœpi, tanta quidem animi alacritate, quanta non facile præſtari a quoquam veſtri amantiſſimo queat. Hoc autem animadverti in deſcripta nuper a me B. Terentii Confeſſoris, qui mihi primus oblatus eſt, ac B. Sabini Epiſcopi & Martyris vita. Quare cum a vobis duorum, qui adhuc reſtabant, Sanctorum ſimilem u me operam expectari audirem, putavi me debere eodem ſtudio expectationi veſtræ ac deſiderio reſpondere. Igitur B. Petri Damiani & S. Æmiliani, quos Epiſcopale faſtigium cum ſanctitate illuſtres fecit, duobus, quos dixi, prioribus adieci, ut ſpectatum jam, ui fallor, amorem erga vos meum, & voluntatem vobis omnia (quæ u me præſtari poſſint) gratificandi, manifeſtioribus quotidie indiciis experiamini. *Hæc Flaminius. Colunter memorati alii cum B. Petro urbis Faventinæ Protectores*, Terentius 30. *Julii*, Sabinus, ſive Savinus, 7. *Dec.* Æmilianus 6. *Novem. ad cujus mſ. Vitam auctor dicitur* Joannes Antonius Flaminius Faventinæ Eccleſiæ Presbyter, *quem Leander Albertus* Virum litteratum *appellat. Vitam B. Petri ita concludit*: Deum in ſepulchro marmoreo locarunt *corpus*, ubi uſque in hodiernum diem multis prodigiis ſanctum Antiſtitem ſuum Deus illuſtrem ac venerabilem populo facit. Cujus ſpectata magnis documentis mira ſanctitate atque facundia, quantum fidus in Eccleſia Dei extiterit, qui ea, quæ de illo compendioſe deſcripſimus, quique luculentos ac ſaluberrimos illius ſermones legerint, teſtari, ni fallor, abunde poterunt. Beatus autem Petrus circa annum Chriſti milleſimum & octogeſimum diem ſuum obiit, magnus Faventinæ urbis Protector & cuſtos. *Hæc ibi. De anno obitus B. Petri infra agemus.*

cum hoc exordio & epilogo,

de ejus apud Faventinos veneratione,

B

& miraculis,

t3 *Apud Cajetanum alia extat* B. Petri Damiani Vita, ex Auguſtino Furnunio monacho Congregationis Camaldulenſis libro quinto Hiſtoriarum Camaldulenſium & partis poſterioris a capite 6. uſque ad 14. *Priorem partem libris tribus edidit auctor ſub nomine Auguſtini Florentini an.* 1575. *magno Duci Etruriæ dicatam. Sub calcem hujus Vitæ relata apparitione B. Petri, quam in Appendicem rejecimus, hæc adduntur*: Beatus vero Petrus exinde (*id eſt ab anno* 1080.) ab omni Eccleſia pro Sancto habitus, & inter Cœlicolas receptus eſt. *Alia ejuſdem B. Petri Vita ex Hieronymi Rubei hiſt. Ravennate collecta eſt a Jacobo Moſandro, editaque tomo 7. de Vitis Sanctorum in Supplemento ad Surium, & apud Lipeloum recuſa. Cajetanus ex eodem Rubeo eamdem Vitam, ſed alio ordine diſpoſitam, cum præcedentibus auctoribus vulgavit. Quæ cum omnia ex Vita priore a Joanne deſcripta ſint, aut ex aliis antiquis auctoribus, de quibus infra agemus, excerpta, extentque ſapius typis impreſſa, hic omittimus, rejectis nonnullis in Notas, & ſequentes §§. Eamdem Vitam Italice l. de Sanctis ac Beatis Camaldulenſibus edidit Silvanus Razzius Abbas Camaldulenſis: quam potiſſimum præfatur ſe ex Rubeo tranſtuliſſe.*

Auguſtinus Florentinus,

C

Hieronymus Rubeus,

Silvanus Razzius,

t4 *B. Petram Damianum die anniverſaria Cathedræ S. Petri Apoſtoli ſpiritum Domino reddidiſſe tradunt Joannes in Vita c. 49. & alii eum ſecuti. Ob hanc tamen Cathedræ ſolennitatem Faventini venerationem B. Petri in diem proximam 23. Febr. reiiciunt, quo die Ferrariis in Catalogo generali iſta habet*: Faventiæ in Æmilia S. Petri Damiani Epiſcopi Oſtienſis, ejus urbis Protectoris. *Longiori encomio eumdem celebrat in Catalogo Sanctorum Italiæ, ac Sancti titulo etiam ornat, licet* nondum in Sanctorum numerum relatum eſſe *fateatur. Cum Ferrario* Sanctum *appellat Jacobillus de Sanctis ac Beatis Umbriæ ad 23. Febr. ad quem diem & ipſe aliquam Vitam ejus habet & coli apud Faventinos aſſerit, atque* antiquas Lectiones Miſſ. Eccleſiæ Faventinæ, *quæ ex Vita ejus tum recitari ſolebant, allegat. Cum ipſis Faventinis & nos Acta ejuſdem 23. Febr. damus: quo die ejus obitum referunt Caluſius ad annum* 1072. *& Schmidius in Diario hiſtorico: quod tamen apud Baronium, cujus teſtimonio nituntur, non legerant. At* 22. *Febr. quo die mortuum eſſe diximus, inſcripſere eumdem Balinghemius noſter Kal. Mariano, Ghinius Natal. Sanct. Canonicorum, Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, Martyrologiis Benedictinis, ac Surius, Haræus, aliique ejus Vitam dedere.*

Marianus eſt B. Petrus Damianus 22. Febr.

colitur 23. Febr.

AUCT. C. H. D

§. III. *B. Petri animus reverens erga S. Benedictum, hujus Regulam & ordinem. Alius ab eo Petrus de Honeſtis. Cognomen Damiani.*

15 *Cæterum Benedictini jure optimo aſſumunt etiam cultum ac venerationem B. Petri Damiani, utpote qui ſanctiſſimum Patriarcham Benedictum ſolenni cultu proſecutus eſt, in ejuſque die natali hac de cauſſa ſtrictum Quadrageſimæ jejunium poſſe aliquantulum relaxari præſcripſit opuſc.* t4. *de ordine & regula eremi Fontis Avellani.* In duabus, *inquit*, Quadrageſimis, quæ vel Natalem Domini vel ſanctum Paſcha præcedunt, conſuetudo tenuit, E ut neque monachis, neque laicis, vini vel etiam piſcis perceptio concedatur. Palmentum quoque in eiſdem Quadrageſimis numquam ſit præter unum, niſi his quatuor feſtivitatibus, ſcilicet B. Andreæ & S. Benedicti, & in Dominica Palmarum, & Cœna Domini, quibus nimirum ſacratiſſimis diebus piſces & vinum cum gratiarum actione percipiuntur. *Imo* nonnullos *ait* duplex illud quadrageſimale ſpatium abſque diebus Dominicis totum jejunando peragere ſolere, exceptis tribus ſolennitatibus, Sancti videlicet Andreæ & S. Benedicti & Annuntiationis Dominicæ. *Eſt eremus illa dicata* S. Andreæ, *unde &* monaſterium S. Andreæ de Avellana *dici legitur apud Auguſtinum Florentinum, citatum a Wione l. 2. Ligni vitæ cap. 9. At S. Benedictum in Congregatione eremi Fontis Avellani Patronum coluerunt, non ut cœnobita, verum ut anachoreta ſive eremita, quorum vitam perfectiorem, quam cœnobitarum, eſſe docet pluribus B. Petrus Damianus l. 6. ep.* 12. *ex ipſis S. Benedicti verbis.* Hæc itaque, *inquit*, noſtra non ſunt, ſed ejuſdem Patris noſtri verba: Secundum, inquit, genus eſt unachoretarum, id eſt, eremitarum: horum quo non cunctationis fervore novitio, ſed monaſterii probatione didicerunt contra diabolum, multorum ſolatio jam F docti, pugnare: & bene inſtructi fraterna ea ucta ad ſingularem pugnam eremi, ſecuri jam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, Deo auxiliante, ſufficiunt pugnare. *Hæc ex c.* 1. *Regula S. Benedicti B. Petrus, cujus & iſta ſunt in eadem epiſtola*: Hoc præterea novimus, quia B. Benedictus eremi cultor exiſtit, & hoc certe nonuptavit eſſe, quod fuit, ſed... diſpenſative conſtituit prius monaſterialis vitæ planitiem, ut illic diſciplinæ flagellis attriti, & exercitii probati jam faciliuseremi conſcendamus ad aream. Hoc itaque Benedictus, quod & Beatus fuerat Paulus. * Agamus ſiquidem erat Apoſtolus, homines tamen ad conjugium provocabar. Unuſquiſque, inquiens, uxorem accipiat, & unaquæque virum ſuum habeat... Paullo poſt tamen dicit: Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum. Aliud vero volebat Apoſtolus, & aliud præcipiebat. Volebat nos, ſicut ipſe erat, cœlibes eſſe, propter excellens videlicet vernantis pudicitiæ meritum, ſed volebat inire conjugium, quia fragilitatir noſtræ periculum timebat... Ita B. Benedictus, quamquam propenſius velit nos eſſe, quod erat, hoc eſt eremi ſectatores, tolerabilius tamen ducit nos infirmos ac debiles in monaſterii potu vel ignobiliter vivere, quam in tempeſtuoſa naufragi mundi vuragine deperire. *At tandem*

Exemplo Pontii Avellani ſocii ſancti Benedicti,

ut Petrus nom, & Fundatorem etiam eremitarum.

& eremi cultorem.

* ἐγαμησε, *inquiens,*

a Cor. 7. & 7

AUCT. G. H.

ita concludit: Ut ergo Fratres ad eremum de monaſteriali vita conſcendant, & nos horiari & nos debemos cum caritate ſuſcipere, ut non velut hoſtes a beato viro ſchiſmatica, quod abſit, averſione diſcedere, ſed ut revera diſcipuli videamur & illi invicem unanimiter conſentire.

A

16 *Hactenus in illa ſua ep. B. Petrus, qui præter conſueta monaſteriorum S. Benedicti exercitia, tradit epiſc. 14. in ſua eremo Fontis Avellani, alia quamplurima & longe excellentiora obſervari. Ita* de Pſalmodia, *inquit*, conſuetudo eſt, ut cum duo Fratres ſimul commorantur in cella, duo perſolvant in die pſalteria, unum pro vivis, alterum pro mortuis... Qui autem ſolus moratur, pſalterium quidem vivorum totum per ſingulos dies adimpleat; defunctorum ſive medium, ſive totum, juxta quod virium poſſibilitas adminiſtrat. Horarum autem Pſalmodia canonica omnino, ſicut fit in monaſterio, ita hic per ordinem nihilominus adimpletur. *Ac paullo inferius*, Regulare eſt, *inquit*, monaſteriis, ut hi, qui in via diriguntur, foris non comedant, ſi eo die ſperant reverti: cui videlicet obſervantiæ illud etiam apud nos additur, ut ſive ipſo, ſive alio die fuerit quis egreſſus, jejunus ſemper ad Eremum revertatur. *Quin etiam B. Petrus, ut in Vita legitur n. 43.* hanc *Eremi ſua* normam obſervationis in nonnullis monaſteriis, pia devotione amplectentibus, excitando inſtituit, & inſigne Caſini montis cœnobium inter regularia mandata ſtatuit *nonnulla* conſcribenda. *Quæ præclare confirmat Leo Marſicanus & ipſe Epiſcopus Oſtienſis lib. 3. Chronici Caſinenſis c. 21. his verbis*: Porro Domnus Petrus Damianus ad monaſterium veniens, cum verbo pariter & exemplo ad Dei ſervitium, quoſcumque poſſet, fervenſer accenderet; tandem permiſſione Abbatis *Deſiderii* ab omni congregatione obtinuit voluntaria oblatione in remiſſionem peccatorum omnium, ut ſexta feria per totum annum pane & aqua conteoti, diſciplinam ſinguli facta confeſſione perciperent, inſuper & triduanum jejunium in capite Quadrageſimæ per an. ſingulos agerem. *Fuit Deſiderius Abbas S. R. E. Cardinalis, ac dein Pontifex Romanus Victor 3. appellatus, quem ſæpius inviſit B. Petrus, & plures epiſt. opuſculaque eidem ſcripſit. Ejus apud Caſinenſes ſucceſſori Oderiſio dicavit Lee Chronicon Caſinenſe.*

monachis univerſis Benedictinorum alia perfectiora addunt

horum nonnulla ſuadet B. Petrus uſumi a Caſinenſibus,

17 *Florebat eo tempore pra ceteris in Gallia cœnobiis Cluniacenſe ſec. decimo extructum, ut diximus, 13. Jan. ad Vitam B. Bernonis 1. Abbatis, cui ſucceſſerunt Odo, Aymardus, Maiolus, Odilo, Hugo, viri ſanctitate illuſtres. De acceſſu B. Petri Damiani ad monaſterium Cluniacenſe in tractatu miraculorum S. Hugonis ab auctore coætaneo ſcripto, iſta in Bibliotheca Cluniacenſi col. 460. narrantur*: Tempore quodam neceſſe fuit ſancto viro pro tuendis filiis ad Eccleſiam matrem recurrere, & Romanæ Sedis patrocinium advocare. Quapropter Urbis illius refugium petens, magno labore & difficultate a latere avulſum Domnum Petrum, Hoſtienſem videlicet Epiſcopum, cognomento Damianum, obtinuit, ut ſibi daretur pro magno Petro præliaturus, & adverſarios proſtraturus mirabili ſua prudentia atque facundia. Erat namque vir ille abſtinentiæ ſingularis uſu & ſerreorum vinculorum nexu undique ſic attritus, ut vix poſſet inveniri modus, quo ejus corporis imbecillitas foveretur, ad equitandi onus grave utcumque tolerandum. Et quia levi plerumque ſcandalo offendi poterat, neceſſe habebat ſæpe aliqua ſatisfactione placari. Ad quam rem venerabilis Hugo ita ſe inclinabat, ut ejus animum reformaret ad tranquillitatem, ac ſi alter Martinus eſſet, qui nihil putaret indignum, quod humilitas agendum ſuaderet. Cum ergo veniſſet Cluniacum, alter ille Gregorius per eloquentiæ uberitatem, non tamen per Apoſtolicæ vitæ æqualitatem, vidiſſetque humanitatem & diſciplinam, virgamque & baculum contuliſſet, cœpit hærere ac ſtupere, qualiter ſancti eſſe aut ſanctos inſtitutores habere poſſent, qui tanti abundarent bonis: & rurſum quomodo non ſancti eſſe poſſent aut perire, qui tam devote ſuſtinerent tam grave pondus laboris & cuſtodiam monaſticæ diſciplinæ. Aliquando ſane judicabat ciborum copiam, aliquando mirabatur hanc jejunantibus deeſſe gratiam, quam illos habere videbat. Verumtamen ſi fieri poſſet, ſicut ipſe dicebat, ut utraque virtus obedientiæ & abſtinentiæ ſociaretur in eis, tum profecto Apoſtolicæ nihil deſuturum perfectionis.

a Pontifice Cluniacis miſſus,

obtrahat ſanctitatem monachorum latet bonitatem abundantiam

B

C

D

18 Qua de re conveniens Domnum Abbatem obſecrabat, ut a ſagimine duabus ſaltem feriis ſe ſuſpenderet, qui in ceteris tam perfecti eſſent, ut anachoretis nihil deberent. Cui venerandus Hugo, diſcretionis cuſtos egregius, Si, inquit, Pater cariſſime, vultis nobis augere coronam mercedis per additamentum jejunii, teniate prius nobiſcum pondus laboris vel per octo dierum ſpatium, & deinceps æſtimabitis, quid adiiciendum cenſere debeatis. Nam quamdiu non guſtaveritis pulmentum, neſcire poteritis, quod exigat condimentum ſalis, & ſi non adhibueritis ſaltem minimum digitum veſtrum, oequaquam judicare de onere fraterno diſerte ac digne valebitis. Quibus ille auditis ſentiens ſaſcis hujuſmodi gravitatem ſuis viribus importabilem, ceſſavit a petitione ingravandi ponderis, & ſemetipſum cepit repercutere, unde alios ferire voluit, quia ſagittam ad eos ſine ſuo vulnere nequivit dirigere: intelligens magnum eſſe penſum illud, ac debere ſufficere, quod apprehendere ipſe non poſſet, qui in tanto videbatur ſtare virtutum culmine. Eruditus itaque Præſul multo eruditior rediit quam venit, magnumque theſaurum fugiendæ inanis gloriæ & capeſſendæ veræ humilitatis ſecum reportavit. *Hac ex hiſtoria Miraculorum S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, quo peſente Vitam S. Odilonis a ſe conſcriptam eſſe teſtatur B. Petrus, ita illam exorſus*: Hugo Cluniacenſis monaſterii Rector, & ſpiritalis militiæ dux ac præcipuus informator, hoc mihi laboris injunxit, ut Vitam B. Odilonis, deceſſoris videlicet ſui, proprio ſtylo ſuccincte perſtringerem, & ex his, quæ in anterioribus paginis latius reperiebantur eſſe diffuſa, utiliora quæque, magiſque neceſſaria, brevi compendio deflorarem.

a S. Hugone Abbate diſcrete admonetur, id fieri non poſſe,

E

eo petente ſcribit Vitam S. Odilonis.

19 *Hac de S. Benedicto, ejuſque Regula & Ordine pauca fuere attingenda, quod nonnulli B. Petrum ab eremo Fontis Avellani tranſtulerint ad Portuenſes canobium diœceſis Ravennatis, & ab inſtituto anachoretico S. Benedicti ad Regulam Clericorum, ſive Canonicorum Regularium: quibus etiam conſtitutiones & recte vivendi decreta præſcripſiſſe volunt, & regulam Damianam perperam appellant. De hac Portuenſium Canonicorum Congregatione legendus Gabriel Pennotus par. 2. hiſtoria Ord. Clericorum Canonicorum c. 47. ubi n. 2. variis hujus erroris aſſertores enumerat, quorum ſententiam ſecutus Ciaconius in geſtis Summorum Pontificum & S. R. E. Cardinalium, in Stephano x. res geſtas B. Petri Damiani, & alterius Petri de Honeſtis confundit, ab Ugelli in ſecunda editione emendatus, ſublatis etiam inſignibus Domus de Honeſtis, in quibus taber leo ſtans & erectus in area alba, pineam nucem auream anterioribus pedibus quaſi manibus ſuſtinet. Arnoldus Wion, quaſi omnium ſententias conciliaturus l. 2. c. 9. ita exorditur*: Sanctus Petrus de Honeſtis, cognomento Damianus & Peccator, nobilis Ravennas, monachus monaſterii S. Andreæ Eremi de Avellana, Ordinis S. Benedicti Congregationis Columbæ &c. *Verum alius eſt Petrus Damianus, de quo agimus, alius Petrus de Honeſtis, uterque Ravennam patriam habuit, uterque Peccatoris nomen aſſumpſit: ſed ille ſe* Petrum peccatorem monachum, *iſte* Petrum peccatorem Clericum *ſubſcribere epiſtolis ſolebat. Utorque Prior fuit, ille monachorum eremi Fontis Avellani in diœceſi Eugubina, iſte Clericorum, ſeu Canonicorum Regularium, in eccleſia Portuenſi B. Mariæ in agro Ravennate, quibus & conſtitutiones præſcripſit, a Paſchale* II. Pontifice x. Kal. Janu. Indictione x. *an.* 1116. *approbatus. Mortuus demique eſt Petrus de Honeſtis in ſuo Portuenſi cœnobio an.* 1119. *id eſt poſt obitum B. Petri Damiani annis quadraginta ſeptem. Epitaphium Petri de Honeſtis, ejuſque ad Paſchalem Papam epiſtolam, ac hujus reſponſum,*

Alius eſt a Petro de Honeſtis Prioris Clericorum monaſterii Portuenſis in diœceſi Ravennate,

F

mortuus an. 1119.

A *ſum, & monaſteria varia huic Congregationi Portuenſi adjuncta recenſet ante memoratus Pennottus, qui Petrum de Honeſtis etiam Beatum appellat, mortuumque ait 4. Kal. Julii: at 4. Kal. Aprilis eundit Ughellus, quod ſuo tempore examinabitur.*

B. Petro cognomen Damiani.

20 *Unde B.Petro cognomen* Damiani *acceſſerit variant auctores. Ciaconius, Bellarminus, cum aliis nonnullis* Damiani *filium appellant. Fortunius aliique a nomine fratris Damiani, cujus operas ſtudiis liberalibus imbutus eſt, illud ſibi vocabulum adſumpſiſſe malunt, & forſan hac de cauſſa Petrus Damiani, non Damianus ab aliquibus ſcribitur. At Petrus Damianus, niſi paſſim aberrent codices quos mihi exactiſſime excuſi, appellatur a Leone Marſicano & auctore antiquo miraculorum S. Hugonis ſupra relatis. In Vita Stephani x. Papa, in epiſtolis Alexandri II. Pontificis: ſecuti dein Helinandus, Antoninus, Lupoianus, Bergomenſis, Ricondatus, Rolewinckus, anonymus Benedictinus Congregationis S. Juſtinæ, & anonymus Fontis Avellani in teſtimonii a Cajetano ante opera B. Petri exuſti.*

§. IV. Acta priora B. Petri Damiani, item apud Pontifices Gregorium VII. Clementem II. Leonem IX. Victorem II. Stephanum IX. Nicolaum II. Epiſcopatus ejus Oſtienſis. Dignitas Cardinalitia. Schiſma Benedicti Antipapa ejus optra ſublatum.

B

21 PEtrum Damianum extitiſſe Doctorem eximium, ac Reip. Chriſtianæ & Apoſtolicæ Sedis nobilem partem, teſtatus eſt Paulus V. *in memorato Breviario Conſtantinum Cajetanum. Natus is eſt Ravennæ, forſan circa an. Chr. nongenteſimum octogeſimum octavum, ut infra relato ejus obitu patebit. At primis adoleſcentiæ annis porcos paſcere debuit, etiam grandiuſculus factus:* litteris poſtea imbutus & ſtudiis liberalibus, *dein* ſcientia excellens, alios eruditiſſe *traditur an. 7. Eremiticam tandem vitam capeſſens, apud Fontem Avellanum monaſticis indutus eſt veſtibus. Cumque* lectioni ſacræ aſſidua meditatione vacaret, tanta divinarum Scripturarum ſcientia claruiſſe *dicitur an. 17.* quanta ſecularium ante non claruerat. *Docuit deinde Fratres ſuæ eremi, dein monachos Pompoſianos, a S. Guidone Abbate evocatos. Mortuus hic Abbas eſt an. 1046. ſed annos eum octo ſupra quadraginta cœnobio Pompoſiano præfuiſſe tradit Rubeus l. 5. Hiſtoria Ravennatis. Biennio apud Pompoſianos qua docendo, qua concionando exacto, ad eremum Fontis Avellani reverſus eſt: atque ab hac illuc quieteſ fructus ad celebre S. Vincentii monaſterium ablegatus eſt.*

B. Petrus notat aliquot annis ante 1000. Chriſti annum: ſtudiis imbutus,

fit eremita Fontis Avellani,

docet vocatus in monaſterio,

C *In hoc cœnobio B. Petrum Damianum ſcripſiſſe Vitam S. Romualdi circ. an. tertium decimum, poſtquam hic exceſſerat e vivis, aſſerit idem Rubeus. Vitam S. Romualdi edidimus 7. Febr. & hunc anno 1027. mortuum eſſe diximus. Hinc decimus tertius ab obitu illius annus convenit in an. Chriſti 1040. & rerum a B. Petro geſtarum epocham chronologicam firmat, ab Auguſtino Fortanio etiam ex Chronicis quibuſdam majoribus obſervatam.*

ſcribit Vitam S. Romualdi circ. an. 1040.

22 *Creatus dein eremi Fontis Avellani Prior eſt, cum aliquamdiu rebus temporalibus procurandis fuiſſet præfectus. Ut Ravennam veniret invitatus ab Archiepiſcopo Ravennate Gebehardo (eſt hic 16. Februarii anno 1044. mortuus & in monaſterio Pompoſiano ſepultus) reſcripſit epiſtolam ſupra a nobis indicatam, qua excuſat, cum jam Prior alios regere eorumque neceſſitati conſulere cogatur ſe ad eum facile venire non poſſe. Qua ante dictum annum 1044. contigerunt. Hoc autem anno poſtquam tres ſimul Pſeudopontifices Eccleſiam Romanam invaſiſſent, ſublato ſchiſmate, legitimus Pontifex creatus eſt Gregorius VI. ad quem extant initio libri; bina B. Petri epiſtola, in priore ſe nuntiu ejus electione exhilaratum oſtendit, & ſperare Eccleſiam Dei per eum, ſordibus expurgatis, priſtinum conſecuturam decorem. Baronius relata ea epiſt. ad an. 1044. n. 8. de B. Petro addit,* tanta iſta non niſi legitime electo Papa digna eſſe: ut plane, ſi deſint alia, iſta ſufficiant ad demonſtrandam ejuſ-

creatur Prior anno an. 1044.

ſcribit ad Gregorium VI.

dem canonicam electionem omni ex parte puriſſimam. Non enim ejuſmodi fuit Petrus Damiani, qui vellet hac ſcribens turpiter aduſari Pontifici: nam exæſtuans zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ, nemini parcere novit, quin acerbiſſime arguerit, quemcunque ſciret eidem adverſantem. *Hac Baronius, qui ad an. 1046. n. 3. ait eumdem* Gregorium VI. *exemplo* S. Gregorii Nazianzeni, qui ob pacem concilianda Eccleſiæ ſponte ſe abdicavit, eodem ipſum animo, eademque virtute Pontificia Sede ſponte ceſſiſſe.

AUCT. C. H. D

ejus auctoritatem legitimum Papam probatum:

23 *Huic ſucceſſit Svidgerus Bombergenſis Epiſcopus, ac Clemens II. dictus, in ipſo Natalis Domini die 25. Decembris conſecratus: qui mox Henricum Imperatorem filium Conradi Salici, ejuſque conjugem Agnetem inter Miſſarum ſolemnia coronavit. Baronius an. 1047. nu. 13.* Ad ipſum Clementem, *inquit*, Petrus Damiani, eremi incola celebris nominis tum ſanctitate, tum etiam doctrina, ſcripſiſſe reperitur epiſtolam, *cujus hoc eſt exordium:* Noverit Beatitudo veſtra, Excellentiſſime Domine, quia Dominus invictiſſimus Imperator non ſemel, ſed ſæpe, mihi præcepit, &, ſi dicere audeo, eogare dignatus eſt, ut ad Vos venirem, & quæ in Eccleſiis noſtrarum partium agerentur, quæque mihi neceſſario a Vobis fieri viderentur, veſtris auribus intimarem: *quod illa epiſtola diligenter preſtat, mittitque ana litteras Imperatoris in itinere acceptas, & rogat ut ad ſe ſcribat, utrum iter ſuſceptum ſibi proſequendum cenſeat.*

gratioſus apud Chronicorum ſcriptorem Tarum

& Henricum Imperatorem,

E

24 *Clemente II. eodem an. 7. Idus Oct. extincto, poſtquam Eccleſia a Benedicto, tertium Sedem Romanam invadente, fuiſſet aliquamdiu afflicta, creatus eſt Damaſus II. an. 1048. cui tetra primum Sedis menſem vita fuit, tandem ubi quinque menſes Sedes vacaſſet, ſucceſſit S. Leo Papa IX. ante Bruno dictus, Epiſcopus Tullenſis in Belgica I. Huic ſcripſit B. Petrus contra malevolos Obtrectatores. At Leo remiſit præclaram epiſtolam, in qua viri ſancti zelum laudat, atque incontinentiam Clericorum detegitur, & puniendam retegit, ac verbis iſtis concludit:* Fili cariſſime, inenarrabiliter gaudeo, quia exemplo revelationis inſtruis, quidquid oratoria facultate docuiſti. Plus eſt enim opere docere, quam voce. Quapropter, auctore Deo, palmam obtinebis victoriæ, & cum Dei & Virginis filio lætaberis in cœleſti manſione, & tot mercedibus eris emulatus, quot creptis per te a diaboli laqueis fueris conſtipatus, & quodammodo coronatus. *Hoc S. Leo, qui contra Simoniacos Concilium Romanum anno 1049. celebravit, cujus decretum laudat B. Petrus Damianus opuſc. 6. cap. 35. Qua autem ejuſdem Leonis extat epiſtola 10. ad Auximanos, qua poſt obitum Epiſcopi expilatores domorum Epiſcopalium redarguit, recenſetur inter epiſtolas B. Petri Damiani l. 5. n. 6. & ſub nomine Pontificis ab eo ſcripta aſſeritur. Mortuus eſt S. Leo Papa anno 1054. die 19. Aprilis, virtutum & miraculorum laude inſignis, uti eum tabula Martyrologii Romani depradicam. Succeſſit Gebehardus Aſtetenſis in Germonia Epiſcopus, dein Victor II. dictus, an. ſequente 1055. Idibus Aprilis, in Cœna Domini conſecratus: in cujus manibus Henricus Imperator anno ſequente 1056. 3. Nonas Oct. ob. tradidit Deo ſpiritum. Eſt & ipſe Victor Papa proximo anno 1057. Florentiæ defunctus 28. Julii. Reperiuntur* unum B. Petri *litteræ ad Victorem unariore animo, ſed zelo laſa juſtitiæ exeſtuante, ſcripta pro quodam illuſtri viro ſpoliato & injuſte vexata.*

S. Leonis laudatur:

ſub ejus annum ſcribit Auctor nimirum I

F

ſcribit & Victori II. Papæ:

25 *Eodem an. 1057. Fridericus ex Abbate Caſinenſi & Cardinale Presbytero invitus creatus eſt Pontifex II. Auguſti, ac Stephanus appellatus, nonnulli vulgo dicitur, qui revera decimus cenſendus, cum Stephanus Zacharie ſucceſſor anno 752. conſtitutus, licet pauculos ſolum dies in ea dignitate vixerit, Pontifex legitimus fuerit, ob ſucceſſorem itidem Stephanum perperam omiſſus. Sub hoc Pontifice B. Petrus,* obedientiæ præcepto *coactus, ut infra Acta habent, Oſtienſis Eccleſia ordinatus eſt Epiſcopus: cujus Epiſcopatus quia Cardinalium Decano, a quo Summus Pontifex conſecratur,*

Stephano vulgo 9. qui ſo. eſt,

creatur Epiſcopus Oſtienſis

AUCT. G. H.

tribus ſolet, inter S. R. E. Cardinales B. Petrus etiam merito
A *numeratur, licet hujus dignitatis mentio non ſiat in ejus Vi-*
ta, aut tum viventium Pontificum epiſtolis; neque ſemet ipſa
B. Petrus Cardinalem in ſuis lucubrationibus appellet. Extat
ejus ep. 1. l. 2. ad Venerabiles Epiſcopos Lateranenſis Eccleſiæ Caedinales: *ad quam annotat Cajetanus, colligi eum fuiſſe Epiſcopum Cardinalem ob hac verba inſerta*: Nos itaque, Fratres mei, ut & me vobis audentes interferam, nos, inquam, qui tamquam ſeptem ſumus oculi ſuper lapidem unum, qui ſtellaeum portamus imaginem, qui Angelorum tenemus per annuntiationis officium dignitatem, videamus, ſpleudeamus, & verba vitæ populis, non ſolum vocibus, ſed & moribus nuntiemus. *Hactbi. Clariora indicia ex ejus operibus mox dabimus. Bertholdus Conſtantienſis, ab Ottone Epiſcopo Oſtienſi, dein Urbano* II. *Papa, anno* 1084. *conſecratus Presbyter, appellat* Petrum Damiani piæ memorię Cardinalem Epiſcopum *in Appendice Chronici Hermanni Contracti, ad an.* 1100. *deducta. Secuti auctor Vitæ S. Joannis Laudenſis ejus diſcipuli, Franciſcus Petrarcha, Joannes Trithemius, Aloyſius Lipomanus, aliique. At Cardinalit Baronius ad an.* 1057. *a n.* 19. *pluribus exponit Eccleſiæ Romanæ formam illius temporis, ſecundum quam primum Cardinalium Epiſcoporum ſtatuit*
B *Oſtienſem: & Auguſtinus Fortunius in Vita a Cajetano edita ait*, Stephanum Pont. Max. Oſtienſem illi copulaviſſe Eccleſiam, ſacrique collegii Decanum feciſſe anno 1058.
an. 1058. initio Quadrageſimæ, meoſe Martio, Sabbato quatuor temporum, *Ciacconius ea die aſſerit primam Cardinalium creationem contigiſſe ſub Stephano, & cum B. Petro Damiano ſex aliis factos Cardinales. In ſupra memorato Brevi Pauli* 5. *ad Cajetanum* S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis *appellatur*. Stephanus ergo Papa, *ut in ejus Vita cum Conciliis edita legitur*, habitis in Urbe plurimis Conciliis contra concubinatum aliave plurima vitia Cleri, mores Eccleſiæ reformavit. Petrum Damiani ab eremo abſtractum creavit Epiſcopum Catdinalem Oſtienſem ... Ad ioviſendum S. Joannem Gualbertum fama ſanctitatis celeberrimum Florentiam profectus, incidit in morbum, & paucis diebus poſtquam ægrotaſſet. obiit 4. Kalendas Aprilis anno 1058.

26 *Quod mox obortum eſt ſchiſma, ita Leo Oſtienſis l.* 2. *c.* 102. *deſcribit*: Interea Gregorius Lateranenſis & Tuſculanenſis Comes, comperto Romani Pontificis obitu, ſociato ſibi Girardo Galereoſe & Romanis potentibus aliquot, noctu eum armatorum turbis eccleſiam una pervadunt, & Joannem Veliterrenſem Epiſcopum, Mincium poſtea cognominatum, Papam conſtituunt, Benedicti illi impoſito nomine. Quod eum Petrus Damianus, vir valde religioſus, (quem eo tempore Stephanus Papa ab eremo extractum, in Oſtienſi Eccleſia Epiſcopum feceat) comperiſſet, una cum Cardinalibus reſiſtere ac reclamare cœpit atque anathemarizare. Sed hi tamen omnes terrore compulſi, per varia loca fugere. *Scripſit B. Petrus ep.* 4. *l.* 5. *de dicti Benedicti ſchiſmate, ſub hac inſcriptione*: Domno H. reverentiſſimo Arebiepiſcopo Petrus peccator monachus, debitæ ſubiectionis obſequium. *Cajetanus miſſum opinatur* Henrico Archiepiſcopo Ravennati, *& agi de ſchiſmate Cadaloi Antipapæ. Inſcripſit Henrico opuſc.* 6. *contra Simoniacos, eum noviter ſacerdotium ſuſcepiſſet an.* 1051. *Sed in Appendice, ſeu cap.* 39. *dolet id a ſe factum, cum ne reouem quidem ſciutillam ſolutionis exculpere potuit. Unde non videtur ei poſtmodum faviſſe, aut amicitiam conſervaſſe. At de ſchiſmate Benedicti, non Cadaloi, agi clare indicat his verbis*: Hue accedit, ut quia piæ memoriæ Stephanus Papa, congregatis intra Eccleſiam Epiſcopis civibuſque Romanis, Clero & populo, hoc ſub diſtricti anathematis excommunicatione ſtatuerat, ut, ſi eum de hoc mundo migrare contingeret, antequam Hildebrandus Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus, qui cum communi omnium conſilio mittebatur, ab Imperatrice rediret, Papam nullus eligeret, Sedes Apoſtolica uſque ad illius reditum iutacta vacaret. D *Cum ergo Hildebrandus, qui poſtea fuit Papa Gregorius* 7. *ex Germania retuliſſet, Senas ad ſe Cardinales & nobiles Romanos convocavit, quorum ſuffragiis Gerardus Epiſcopus Florentinus renuntiatus eſt Pontifex Romanus, ac Nicolaus* II. *appellatus. Cum interim Benedictus occupatam ſedem Romanam adhuc vi detineret, dictam epiſtolam ſcripſit Petrus, in qua Cardinalitiam ſuam dignitatem clare indicat*: Illud autem, *inquit*, quod io calce ſubiecciſtis epiſtolæ, ut vobis ſcriberem, quid mihi de eo, qui in Apoſtolica Sede nunc præſidet, vel eo, qui ejuſdem Sedis electus eſt, videretur, quamquam per nonnullos Eccleſiæ veſtræ filios jam potuiſſetis audire, quæ ſit noſtra ſuper duorum hominum diverſitate ſenteotia; tameu, quia præcipitis, etiam apieibus annotamus. Ille nimirum abſque ulla eacuſatione Simoniaeus eſt, quia nobis omnibus ejuſdem Urbis Cardinalibus Epiſcopis reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, noEcturno rempore, eum armatorum turbis undique tumultuantibus & ſurentibus, intbronizatus eſt. *Quæ reliquis omiſſis iadicunt de ante indicato Schiſmate agi.*

27 *Cum Benedictus pſeudopapa & ſchiſmaticus in Concilio Sutrino condemnatus, omnique ſacerdotali officio privatus eſſet, & Nicolaus a Clero populoq; Romano digno honore* E *ſuſceptus, & Pontifex ſolemni coronatione meuſe Jann. anni* 1059. *inauguratus; mox eodem an. habitum Romæ Concilium centum & tredecim Epiſcoporum, in quo Berengarius hæreſim abiuravit, conſtitutio de electione Romani Pontificis edita, & decretum contra ſimoniacos factum, cujus meminit B. Petrus opuſc.* 30. *c.* 1. *Qui dein ad Mediolanenſes, a Nicolao Papa miſſus, Eccleſiam illam a labe duplici liberavit, quæ in Vita c.* 7. *referuntur, quorum memioruni Alexandri* II. *qui Nicolao ſucceſſerat, Legati in Conſtitutionibus an.* 1067. *Clero popaloque Mediolanenſi præſcriptis, ubi hac prudeater inſertu ſunt*: Quia itaque per Conſtratrem noſtrum Dominum Petrum Oſtieuſem Epiſcopum, reverendæ ſanctitatis virum, quædam ſunt olim in hac urbe correcta, non opus eſt ea, vel perteritas lites omnibus notas, replicare. *Qua legitur l.* 7. *ep.* 9. *eam ſcripſit B. Petrus nomine Nicolai Papæ ad Annam Jaroſlai Ruſſorum Regis filiam, Reginam Gallia, atque Henrici* I. *uxorem, cujus pietatem & in pauperes beneficentiam laudat, ac ſuadet ut virum ſuum Regem ad Rempublicam juſte adminiſtrandam, Eccleſiam protegendam aliaque pietatis opera inflammet: filios quoque ſuos, quibus ipſa imbuta eſt moribus, inſtituat. Mortuus eſt Henricus Rex an.* 1060. *cui Philippus* I. *adhuc puer ſucceſſit. Quod olim idem Pontifex curarat reedificari juxta Florentiam monaſterium S. Felicitatis, munivit privilegio* F *4. Idus Jann. Indictione* 13. *Florentiæ dato, is eſt an.* 1060. *qui tamen Romæ numerabatur ab Annuntiationis feſto, & inſcribitur in dicto privilegio an.* 1059. *cui cum aliis quatuor Epiſcopis ſubſcribit* Petrus peccator monachus, *is eſt, de quo agimus, Damianus.*

§. V. *Schiſma Cadaloi pſeudopapæ per B. Petrum reſtinctum: ejus ad eremum Fontis Avellani reditus. Legatio ad Cluniacenſes, Archiepiſcopos Gallia, & Henricum Regem ſub Alexandro* II. *Papa.*

28 CUm Nicolao II. orbis Chriſtiani habenas moderante, Eccleſia Dei majori tranquillitate & felicitate *frui cœpiſſet, eidem gratulatur B. Petrus ep.* 7. *l.* 1. *atque una pro Anconitanis, qui a Catholica communione ſummoti fuerunt, orat, ut infelices homines a mortis æternæ periculo eripiantur. Eidem Nicolao Pontifici inſcripſit opuſculum* 17. *de Cælibatu Sacerdotum, ipſumque hortatur, ut poſtpoſito omni humano reſpectu, adverſus hujuſmodi, Apoſtolica zelo ſuccenſus, inſurgat, aeque potentes, qui Eccleſiam turpitudine coinquinent, reveretur. Sed vel potiſſimum apud hunc Pontificem id egit B. Petrus, ut ſibi onus Epiſcopale deponere permitteret. Extat ea de re ep.* 8. *l.* 1. *ad eumdem Nicolaum Papam,*

A *Papam, & Hildebrandum S.R.E.Cardinalem. Extat etiam opuſculum 19. eidem Pontifici dicatum de Abdicatione Epiſcopatus: in cujus prologa inter alias cauſſas hanc allegat:* Cum ſub ſaucto Pontificatu veſtro jucunda pace univerſalis Eccleſia potiatur, canis meis & grandævæ jam jam ſenectuti, requies non negetur. *Ac tandem magna animi modeſtia libellum hunc capit c. 11. ita concludit:* Hoc um igitur aliorumque Patrum auctoritate ſuffultus, Epiſcopatu ſimul & monaſteriis in ſanctis manibus veſtris irretractabiliter abrenuntio, omneque jus a me movendæ inpoſterum quæſtionis ac repetitionis abſcindo. Et quia pro innumeris peccatis meis non ſum dignus in Eccleſiaſtica dignitate perſiſtere; det mihi Divina miſericordia per ſanctas orationes veſtras, venerabilis Pater, eo ipſo vitæ quod reſtat, in luctu & pœnitentia permanere ... Omnipotens Deus, qui incomprehenſibili diſpenſationis ſuæ conſilio, & me ab obtinendi regiminis ambitione detexit, & vos ad Eccleſiaſtici culminis ſumma provexit, ſancto cordi veſtro, cujus eſt inhabitator, inſpiret talia mihi per ſacras litteras mandata dirigere, quæ meis votis meiſque valeant deſideriis concordare.

29 *Hæc egit B. Petrus pro abdicatione Epiſcopatus, nec tamen voti ſui compos factus eſt, forſan ob Nicolai Pontificis mortem. Obiit is ſub finem Julii an. 1061. cui poſt duos menſes interregni ſucceſſit Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, a Cardinalibus circa Kal. Oct. legitime electus, & Alexander II. appellatus. Fuerat is comes B. Petri Damiani in celebri ad Mediolanenſes legatione, eumque opuſc. 5. quod* Actus Mediolani *indigetavit*, prudentia ac ſanctitate conſpicuum *fuiſſe teſtatur. Contra hunc Pontificem, novo ſchiſmate conflato, Cadalous Epiſcopus Parmenſis 28. Octob. pſeudopapa conſtitutus eſt, aſſumpto Honorii II. nomine: quem binis ad eum ſcriptis litteris B. Petrus monuit, ſceleris magnitudine ante oculos propoſita, & niſi reſipiſcat, Divinæ ultionis propinquum fulmen minitatur. Sunt ea ep. 20. & 21. l. primi. Quoniam vero cognoverat cauſſam Cadaloi ab affectu Henrici Regis Germaniæ, tum adhuc adoleſcentis, & necdum in Imperatorem aſſumpti, impie defendi, epiſt. 3. l. 6. ejus animum quibuſdam quaſi ſtimulis impellere conatur ad opem Eccleſiæ ferendam, erga quam eximius ejus zelus ac ſtudium elucet: quod paucis hiſce verbis ex epilogo decerptis oſtendo:* O utinam, *inquit*, ego ante tribunal tuum adjudicer reus duellionis, dum tu tamen in adverſarios Apoſtolicæ Sedis vindices arbiter æquitatis! In cervicis meæ jugulum ſecuris vibrata deſaviat, tantummodo Romana Eccleſia propriæ dignitatis apicem per te reparata conſcendat. Porro ſi Cadaloum cito, velut alter Conſtantinus Arium, deſtruis, & Eccleſiæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt, pacem reformare contendis; faciat te Deus in proximo de regno Imperiale faſtigium ſcandere, & a cunctis hoſtibus tuis inſignis gloriæ titulos reportare. alioquin ſi adhuc diſſimulas, ſi mundi periclitantis cerorem, cum poſſis abolere, detrectas; & reliqua. Cohibeo ſpiritum & conſequentiæ relinquo lectoribus intellectum.

30 *Hæc ad Regem B. Petrus, cujus eſt etiam ep. 6. l. 3. ad S. Annonem Archiepiſcopum Colonienſem, quem laudat, quod Cadaloum perſecutus ſit, & pro viribus Eccleſiaſtico mucrone jugularit: hortatur ut extremam operi manum imponat, id futurum, ſi ejus opera generalis Patrum conventus cogatur. Quod & factum eſt. Nam in Germania Oſborienſe Concilium traditur auctoritate S. Annonis congregatum, in quo, Rege Henrico præſente, recitata eſt Synodalis diſceptatio, quam B. Petrus Damianus, tamquam inter Advocatum regium & Defenſorem Romanæ Eccleſiæ habita fuiſſet, compoſuerat: ubi omnium conſenſu conclamata dicitur damnatio Pſeudopontificis Cadaloi, Alexandri vero electio comprobata. Conſule Baronium ad an. 1061. n. 23. ubi 27. Oct. ipſis vigiliis ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, hæc peractu ſcribit. Diſceptatio illa Synodalis continetur etiam inter opera B. Petri tom. 3. opuſc. 4. & to. 25. Conciliorum editionis regiæ pag. 638. Hortatu item S. Annonis, a Proceribus Germaniæ Romam legati, concilium Mantuanum an. 1064. habitum eſt, cui Alexander Papa cum Cardinalibus aſſuit; eoque perente B. Petrus Damianus & S. Anno Archiepiſcopus interfuerunt: ubi Cadaloo pſeudopapa denuo condemnato, Eccleſiæ & Imperii ſcandalum ſublatum eſt. Multa interim illis annis ſubiit vitæ diſcrimina B. Petrus, quæ epiſt. 5. lib. 6. ad monachos Cluniacenſes appellat* conglobatas Cadaloici furoris inſidias. *Quod Cadaloum hoſpitio accepiſſet Gothofredus Dux & Comes Tuſciæ, ab eodem B. Petro epiſtola* to. *l. 7. manitus eſt.*

31 *Alexander II. cum, ut ſupra dictum eſt, circa Kal. Oct. anni* 1061. *eſſet electus, conſecrationem diſtulit, quouſque Synodali decreto ſua electio canonice facta cognoſceretur, atque rata pariter haberetur. Imo cum ſchiſma Cadaloi acceſſiſſet, ab Urbe fugam arripuit, ne a nonnullis Romanis Cadaloe faventibus opprimeretur: a quo B. Petrus tum ſe onere Epiſcopali liberatum ſcribit epiſtola* 20. *quod eidem* Alexandro, Apoſtolicæ Sedis electo & Hildebrando *inſcripſit: atque ita caput* 1. *exordiatur:* Benedicta omnipotentis diſpenſatio Conditoris, quia ad vos nuper aſcendens, duorum Epiſcopatuum, unius regendi, *nempe Oſtienſis*, alterius viſitandi, *ſcilicet Eugubini*, mole depreſſus, præcepta Alpium juga tranſivi: moxque ſarcina tribulationis abiecta, exoneratus, & liber ad dilectam ſolitudinem, tamquam fugitivus poſtliminio repedavi .... Unde ego cum Eccleſiaſticum vobis regimen renuntiare diſpoſui, non erravi, quia Romanæ, quæ vos eſtis, Eccleſiæ, quod ſuum erat, digne reſtitui, & ut vobis me confeſſum eſſe profitear, pro hac refutatione centum annorum pœnitentia eſt mihi conſequenter injuncta, per illa mihi cum remedia, quæ monaſticis ſunt regulis inſtituta. *Quonodo autem centum annorum pœnitentia explicatur, exponit B. Petrus in Vita S. Dominici Loricati his verbis:* Porro cum tria ſcoparum millia unum pœnitentiæ apud nos regulariter expleant, decem autem pſalmorum modulatio mille ſcopas admittat, dum centum quinquaginta pſalmis conſtare pſalterium non ambigitur, quinque annorum pœnitentia in unius pſalterii diſciplina recte ſupputantibus invenitur. Sed ſive quinque vicies ducas, ſive viginti quinquies, centum faciuot. Conſequitur ergo, ut qui viginti pſalteria cum diſciplina decantat, centum annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidat. *At qua ætate eam pœnitentiam ſuſceperit B. Petrus, in dicto Opuſculo* 20. *c. 5. indicat:* Ecce jam oculi, *inquit*, caligant, & ſolito amplius phlegmatis humores abundant. Rugæ ſubeunt, & dentium ruinam gingivæ minantur. Caput denique, quod canis hactenus ſpargebatur, cygnæo jam albore niveſcit: vox raucit, virtus deficit: *& c. 7. inter peroraudum, addicis, ſe, ut juſſus erat*, cupere Apoſtolicæ Sedis Pontificem ordinare, *ſeu conſecrare*, ac protinus a proprii Pontificatus *Oſtienſis* arce recedere.

32 *Verum etſi B. Petro conceſſum fuerat in eremo Fontis Avellani commorari, non fuiſſe tamen eum Epiſcopali auere prorſus liberatum, innuit ipſemet epiſtola* 15. *l.* 1. ad Alexandrum ſummæ Sedis Antiſtitem, *tum conſecratum: in qua ſub finem iſta habet:* O quam jucundum, quam ſuave nuntium, quam denique dulcis ad aures meas nuper fama devenit, quæ vos Oſtienſem Comitatum mihi ſubtraxiſſe & alii tradidiſſe perhibuit ... Ultro etiam Divinam imploro clementiam, ut Epiſcopatum quoque quantocyus ordinare non differas, & ſterile arenoſi littoris aratrum mihi de manibus tollas. *Quod non videtur impetraſſe. Num prater illa, qua contra Cadaloum antipapam egit, variis adhibitus eſt legationibus, quarum forſan prior fuit ad Cluniacenſe monaſterium, cum hujus Abbas S. Hugo, ut ſupra ex ejus Vita diximus,* Romana Sedis patrocinium advocaret: *quando* magno labore & difficultate a latere *Pontificis* avulſum Domnum Petrum, Hoſtienſem videlicet Epiſcopum, cognomento Damianum, obtinuit. *Laborem tum ſe impenſum memorat B. Petrus epiſt. 2. l. 6. ad S. Hugonem Abbatem.* Cum jam

AUCT. C. II. D

partitur tibi Adalot

Imperat ab Alexandro II. electo fuccſſore ad creationem Pontificis Auſtalani.

E

Impoſita pœnitentia 100. annorum

Implendo 20. Pſalterio cum diſciplina octiaria.

F

Interim Epiſcopat adhuc Oſtienſis,

3. Annonis Archiep. Coloniſium contra Cadaloum ſtigat.

adeſt Concilio in quibus la condemnatur

ab Alexandro II. legatus trans Alpes, primo ad Cluniacenſes monachos,

AUCT. G. H.

me, *inquit*, ſenectus incueva deprimeret, & effœto viri-
A bus corpore nutabunda gradientis veſtigia ſub incertis
greſſibus vacillarent; ego ad tuæ juſſionis imperium, ani-
mam meam, ut ita loquar, in manibus meis poſui, aſſlivis
adopetta nivibus Alpium prærupta conſcendi, & pro
utilitate venerabilis monaſterii tui propinqua ſatis Occea-
no Galliarum intima penetravi. *Diu ſe ibidem morotum
conqueritur in epiſt. 5. ejuſdem l. 6. ad monachos Cluniacen-
ſes his verbis*: Promiſſum mihi fuerat, quod in Kalen-
das Auguſti forem regreſſus ad propria: ſed profligato
poſtmodum trimeſtri curriculo, & quanta potui celeri-
tate curavi, & tamen vix ante quintum Kal. Novembr.
diem, Fontis Avellani, unde proceſſeram, cacumen
aſcendi. *Meminit etiam B. Petrus hujus ſui itineris opuſc.
34. c. 6. & opuſc. 39.*

33 *Alteram B. Petri in Gallias legationem, cum eximia
ejus commendatione continet epiſt.* 21. *Alexandri Papæ ad
quinque Archiepiſcopos Galliæ, quam hic integram damus*:

Data ad Archiepiſcopos Gallie,

Alexandre Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei G. Remenſi,
R. Senonenſi, B. Turonenſi, M. Bituricenſi, T. Burdiga-
lenſi, Archiepiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictio-
nem. Non ignorat ſancta veſtra fraternitas, dilectiſſimi,
B quod ea auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cui nos indignos
clementia Divina præfecit, totius univerſalis Eccleſiæ re-
gendus ac diſponendus nobis ſtatus incumbit. Quoniam
igitur pluribus Eccleſiarum negotiis occupati, ad vos ipſi
venire non poſſumus, talem vobis virum deſtinare cura-
vimus, quo nimirum poſt nos major in Romana Eccleſia
non habetur, Petrum videlicet Damianum Oſtienſem

eum Illuſtri Tuſcii ſolo commodatum,

Epiſcopum, qui nimirum & noſtre eſt oculus, & Apoſto-
licæ Sedis immobile firmamentum. Huic itaque vicem
noſtram pleno jure commiſimus, ut quidquid in illis, Deo
auxiliante, ſtatuerit, ita ratum teneatur & firmum, ac
ſi ſpeciali noſtri examinis fuerit ſententia promulgatum.
Quapropter venerabilem ſanctitatem veſtram fraterna
caritate monemus, & in ſuper Apoſtolica vobis auctoritate
præcipimus, ut talem tantumque virum, tamquam
noſtram perſonam, digna ſtudeatis devotione ſuſcipere,
ejuſque ſententiis atque judiciis propter B. Petri Apoſto-
lorum Principis reverentiam humiliter obedire. Quiſ-
quis enim faſtu ſuperbiæ (quod abſit) inflatus, illius ju-
diciis contradictor vel adverſator extiterit, uſque ad di-
gnam ſatisfactionem, noſtram vel Romanæ Eccleſiæ gra-
tiam non habebit. Quia vero, cum ad vos Girelmum mi-
ſimus, adhuc adventum præfati Domini Petri nos impetra-
re poſſe nullatenus ſperaremus, volumus, ut ſi quid apud
C vos Girelmus cepit, ad Domini Petri magiſterium veniat,
& per ejus manum quidquid agendum eſt fiat. *Hactenus
ep. Alexandri* 21. *Inter alia tum præclare in Galliis a B. Pe-
tre patrata, ſententia executionis eum aliis Epiſcopis in Re-
gineldum monaſterii S. Medardi invaſorem lata eſt, quam
Alexander* 11. *epiſtola* 22. *ad Gervaſium Archiepiſcopum
ejuſque Suffraganeos data confirmat, eamque executioni
mandari præcipit. Epiſtolam brevitatis cauſſa omitto.*

34 *Iterum trans Alpes legatus eſt B. Petrus ad Henri-
cum Regem, cum is juvenili furore abreptus, Bertam con-
jugem, quam ante biennium in uxorem duxerat, ſtatuiſſet
repudiare. Lambertus Schafnaburgenſis, qui tum vivebat,*

poſtea ad Henricum Regem Germaniæ, Moguntiæ,

rem geſtam in Chronico ad annum 1069. *quo contigit, ita
narrat*: Poſt Pentecoſten Rex Wormatiæ cum Principi-
bus regni colloquium habuit. Ibi primum eum Epiſcopo
Moguntino rem ſecreto agit, ejuſque opem ad perficien-
dum, quod mente machinetur, obniae implorat... Sy-
nodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ proxima
poſt feſtum S. Michaelis hebdomada... Imminente jam
die, qui ſcindendo Regis conjugio dictus fuerat, Rex
Moguntiam concitus properabat. Et ecce inter eundum
comperit Legatum Sedis Apoſtolicæ ſuum Moguntiæ ad-
ventum præſtolari, qui diſcidium fieri prohibeat, & Epi-
ſcopo Moguntino Apoſtolicæ animadvetſionis ſenten-
tiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctore
rem prömiſerit. Conſternatus illico, quod rem diu exo- D
ptatam perdidiſſet e manibus, pariter quo venerat in Sa-
oniam redire vulebat. Via & ægre tamen amicorum
conſiliis ſuperatus, ne Principes regni fruſtraretur, quos
ſumma frequentia ſibi Moguntiæ occurrere juſſiſſet; 5
Franconefurt abiit, ibique eos, qui Moguntiæ convene-
rant, adeſſe juſſit. Quo dum frequentes venirent, Petrus

quem impedit ne divortium cum uxore faciat.

Damianus (is Legatus erat Sedis Apoſtolicæ, vir ætate
& vitæ innocentia admodum reverendus) mandata expo-
ſuit Romani Pontificis, peſſimam rem & a nomine Chri-
ſtiano, nedum ab regio, multum abhorrentem eſſe, quam
moliatur. Si minus humanis legibus vel Canonum ſan-
ctionibus terreretur; parceret ſaltem famæ & caſtiſ-
mationi propriæ, ne ſcilicet tam ſœdi exempli venenum,
ab Rege ſumpto initio, totum commacularet populum
Chriſtianum, & qui ultor eſſe debuiſſet criminum, ipſe
auctor & ſignifer fieret ad flagitium. Poſtremo ſi non
flecteretur conſilius, ſe neceſſario vim Eccleſiaſticam ad-
hibiturum, & Canonum lege ſcelus prohibiturum. Ad
hæc ſuis manibus numquam Imperatorem conſecran-
dum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe
eſſet, fidem Chriſtianam prodidiſſet. *Hæc ſumma lega-*
E *tionis B. Petri, quam Principes æquam cenſuere, ac Rex ipſe
tandem fractus, in regni ac thori conſortium Reginam ad-
miſit, ex eaque regni hæredem & ſucceſſorem genuit.*

35 *Henrici hujus Regis mater erat Agnes Guilielmi* 4.
*Ducis Aquitaniæ filia, cum marito Henrico Conradi Salici
filio, a Clemente* 11. *Papa, ut ſupra diximus, an.* 1046. *Im-
peratrix coronata: quo iniquo etiam tulerat abſque licentia
ſua & filii creatum fuiſſe Papam Alexandrum* 11. *& contra*

Conſtantia eſt Angelis improbabile.

*eum habaſſerat ſuveratque Cadalo pſeudopapa: proquo de-
lendo expiando Romam venit ad limina Apoſtolorum, ubi ipſa
conſilio B. Petri Damiani, in Patrem ſpiritualem aſſumpti,
cui omnia ſua peccata a prima infantia patrata confeſſa eſt.
Qua ipſemet B. Petrus teſtatur opuſculo* 56. De fluxa mun-
di gloria & ſeculi deſpectione, *illi inſcripto cap.* 5. *Extant
& quatuor ejuſdem ad hanc Imperatricem epiſtolæ lib.* 7. *in
quarum ultima eandem in Germaniam profectam horsatur,
ut Romam redeat: quod & fecit, ac Romæ permanens, ſan-
ctitate conſpicua e vita deceſſit anno* 1077.

§. VI. *Legatio B. Petri ad Florentinos & Ravennates. Obitus, ſepultura. Venerotio.*

36 IN Italia ultimis vitæ ſuæ annis multa præclara egit B.
Petrus, quorum alia cap. 8. *& 9. Vita narrantur,* F
*alia illhc emiſſa paucis hic attingimus. Magnum circa an-
num* 1063. *conflatum eſt in Eccleſia Florentina ſchiſma,*

Mentitur ob Alexandro 11. Florentinum

*diſſidentibus ab Epiſcopo monachis, inter quos primum lo-
cum tenuiſſe S. Joannem Gualbertum, Ordinis Vallis um-
broſa fundatorem, in Vita ipſius, ad* 12. *Julii illuſtranda,
aſſeritur his verbis*: Vir beatus Epiſcopum Florentinum,
nomine Petrum, patria Ticinenſem, non ſolum ſimo-
niæ, ſed etiam hæreſis, propter illud vitium eum ſuis
Fratribus reum aſſerebat, nec ab eo ſacramenta percipienda dictabat. Inde vero vehemens orta eſt contentio

diſcutit conſtans Epiſcopi de fraude accuſatio

in Clero & populo Florentino, aliis Epiſcopum defen-
dentibus, aliis monachos laudantibus, quod tanta liber-
tate illud vitium deteſtarentur. *Et Epiſcopi parens, ut-
pote* homo ſimpliciſſimus, *faſtus dicitur, ſe* Regi ter mil-
le libras dediſſe. *Alexander* 11. *miſſo B. Petro Damiano,
conatus eſt partes diſſidentes conciliare, ſed re infecta coa-
ctus eſt redire. Adverſus monachos agebat, qui Epiſcopum
ſuum, nec dum ab Eccleſia Catholica condemnatum, cla-
marent eſſe vitandum, benedictiones illius & ſacramenta
eſſe maledictiones & ſacrilegia: ac propterea prohiberent
populum accipere ſacramenta ab Epiſcopo aut ordinatis ab
eo. Hinc plurimi abſque ſacramento Euchariſtiæ morie-
bantur, neque baptizati chriſmate ungebantur. Hæc B.
Petrus opuſculo* 30. *de Sacramentis per improbe adminiſ-
tratis late deducit, quod Florentinis miſit. Correpti monachi*

juſta

A *juſta B. Petri reprehenſione, quod zelanter rectè ordinata profecturi canſam Epiſcopi eſſent; Romam profecti, coram Pontifice Epiſcopum accuſarunt, & Petrus monachus Vallis Umbroſæ, poſt ſacrificium Miſſa, indutus adhuc veſtibus ſacris ſolum caſula depoſita, per ignem illæſus tranſiit: uti pluribus deſcribit Deſiderius Abbas Caſinenſis, qui eumdem Petrum Epiſc. Albanenſem, dum ſcriberet, adhuc ſuperfuiſſe affirmat. Baron. ad an. 1063. n. 58. aſſerit* Petrum Florentinum Epiſcopum, *quem Acta S. Joannis Gualberti tradunt ab* Alexandro Pontifice de omni Epiſcopali officio depoſitum fuiſſe, *poſtmodum* reconciliatum fuiſſe, & in communionem ab iiſdem monachis receptum: *quod Ughellus Epiſc. Florentinis to. 3 Ital. ſacra negat, ſed alium meo ſubſtitutum Epiſc. etiam* Petrum *nomine, contendit.*

ut Clerici ſimul de-relictis feodis

37 *Occaſione hujus Epiſcopi Florentini celebratum eſt Romæ Concilium contra & amplius Epiſcoporum adverſus Simoniacos: ubi & canone 4. ſtatutum eſt, ut Clerici ſimul manducarent & dormirent, bonaq; in communi poſſiderent: quod Baron. an. 1063. n. 37. aſſerit* factum ſuggeſtione Petri Damiani, ſcripris ſuis Alexandrum Pontificem ad hæc ſancienda rogantis: *ſcilicet epiſc. 24. contra Clericos proprietarios. Eidem inſcripſit opuſc. 23. de brevitate vitæ Pontificum Romanor. & Divina providentia: ac pro eodem ad quæſtionem cujuſdam Patriarchæ edidit opuſc. 38. contra errorem Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti: ejuſdem*

B *variat Alexandro. ſcribit epiſtolas,* Pontificis nomine extat epiſt. 7. libri 5. *ad Clerum & populum Mediolanenſem, in qua poſtquam paternam, quam de eorum ſalute Pontifex, patria Mediolanenſis, gerebat ſollicitudinem humaniſſimis verbis oſtendit; hortatur ut nihil humile, nihil terrenum cogitantes, ad cœleſtia toto animi impetu, toto fervore ſe extollant. Alias miſit ipſi Pontifici epiſt. qua libro 1 excuſa ſunt: in iis modo pravas conſuetudines eradicandas oſtendit, modo Simoniacos oppugnat, modo Aurelianenſem in Gallia Epiſc. cujus Eccleſia ab improbis vexata, multis calamitatum procellis & turbinibus agitabatur, eidem acerrime commendat: modo deprecatur pro*

pro Rectore Archiepiſcopo excommunicato deprecatur Ravennate Epiſc. *ut ab anathematis vinculo ſolvatur.* Indignum quippe eſt, *ait*, ut propter unius homuncionis offenſam, tam innumerabilis multitudo hominum depereat & tantum Chriſti laborem, pro quo pretioſo ſanguinem ſudit, ac tot innocentium animas miſeraodæ unius perſonæ culpa ſubvertat. *Erat is Henricus creatus Archiepiſc. an. 1051. mortuus circa ann. 1070. De eo Alexander Pontifex ſcribens ad Valerianum Epiſc.* Stupuimus, *inquit*, quod Henricus Raveunas dictus Archiepiſcopus, otiosus ſitte excommunicare. Verum quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apoſtolica auctoritate te tuoſq; abſolvendo, mandamus eainde nou curare.

ſe mortuo, Ravennam miſiſſe.

C *Ita ex Ivone & Gratiano Rubeus & Ughell.* Profanatore ſublato, *uti Acta infra habent n. 49.* juſſu Alexandri II. Ravennam ptoficiſci præcipitur. Quam legationem, licet jam ætate confectus, ſuſcepit.

Faventia moritur an. 1072.

38 Iſtis vero, *ut n. 49. additur*, aliiſq; nonnullis negotiis patratis, cum prima manſione Faventiam tenuiſſet, febre correptus decubuit, & die anniverſaria Cathedræ S. Petri, ſpiritum Deo reddidit. *Annū ebitus expreſſit Bertholdus Conſtantienſis, ejus lor, ut ſupra oſtendimus, coævus, qui in auctar. ad Hermann. Contractum ad ann. 1072. ita ſcribit:* Petrus Damiani, piæ memoriæ Cardinalis Epiſcopus, jam dudum mondo crucifixus, migravit ad Dominum 7. Kalend. Mart. cui Dominus Geroldus, revera monachus, ſcientia Scripturarum inſignis, & moribus ſuo prædeceſſori non impar, in Epiſcopatum ſucceſſit. *Hæc Bertholdus. Qua præclare eum Vita B. Petri conſentiunt, ut mirum ſit a Fortunio, Rubea, Ritardato, Wione aliiſq; quam pluribus, obitum ejus differri in ann. 1080. aſſerique eum Ravennam fuiſſe ab Gregor. VII. Alexandri ſucceſſore miſſum poſt obitum Wiberti Archiepiſc. Quæ ubi nulla nixa ſunt fundamenta, ita ulteriore non indigent refutatione. Quem ergo vivens diu multumq; ſuccеſſorem petiit B. Petrus, & vumquam potuit conſequi, eundem a morte accepit. Fuit is* Gerardus, *aliis* Geraldus & Geroldus, natione Germanus, patria Ratisbonenſis, monachus ac Prior major Cluniacenſis, *qui ab Alexandro Papa in Gallias deſtinatus eſt Legatus a Gregor. VII. in Hiſpanias ac Germanias, atque, eodem Bertholdo teſte, 9. Idus Decembris anni* 1077. *vita functus. Conſule Ughel. in Ital. ſacra, & additionibus ad Ciaconium de Vitis Pontificum & Cardinalium.*

AUCT. C. H. D

39 *Baron. an.* 1072. *n.* 34. *aſſerit* B. Petrum mortuum eſſe anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto, utpote quod ipſe ſe natum teſtetur in epiſtola ad Senatum, poſt annos quinque ab Ottonis 3. Imperatoris obitu, nempe anno Domini milleſimo ſexto, nam eumdem Imperatorem exordio anni ſecundi poſt milleſimum obiiſſe ſuperius eſt demonſtratum. *Verum hanc epiſt. B. Petri ad Senatum uſquam in accurata operum & epiſtolarum editione repevire potuimus. At contra B. Petrus ad Alexandrum II. electum, ergo ſub finem anni* 1061. *aut initium ſequentis, deſcribit ſuam ſenectutem, & caput, quod canis hactenus ſpargebatur, cygnæo jam albore niveſcere: & tamen non niſi quinquageſimum quintum ætatis annum egiſſet, aut ſummum abſolviſſet. Quid ſi poſt quinque annos ab obitu Imperatoris Ottonis ſecundi ſe natum eſſe indicarit? Is eſſet annus nongeteſimus octogeſimus octavus, & capillos cygneos eum reliqua ſenectute ſupra indicata habuiſſet anno ætatis* 73. *mortuuſq; eſſet anno ætatis* 84. ætate confectus, *uti ex Actis jam diximus. Idem Baron. ita dicta n.* 34. *illuſtria B. Petri opera a ſe eommemorata concludit:* Sic Deus ut hoc deploratiſſimo ſeculo, eum exercuiſſet ad Eccleſiam obruendam diluvium carnis, dedit mundo tantum virum, qui auſteriſſimæ vitæ exemplo verbique prædicatione & ſcriptis eaiccaret tantam putredinem, pariterq; pugnaret adverſus ſimoniacam hæreſim, quæ ubique locorum graſſabatur impune. *Hæc Baron.*

nem octo ætatis 66.

nem poſtea anno; 84.

E

40 *De ſacri corporis Tranſlatione iſta tradit Ughell. ad Ciaconium:* Faventiæ ad hujus ſancti viri tumulum ardent faces, populus confluit: ſequens inſcriptio luminum uſu abolita, corporis ejus Translationem in memoriam revocat.

Corpus ejus tranſlatum an. 1134.

A. D. MCCCLIV. DIE XIII. APRILIS
TRANSLATUM FUIT CORPUS
S. PETRI DAMIANI RAVENNATIS
IN SCRIPTURA DOCTORIS
ET OSTIEN. EPISCOPI,
AC APOST. SEDIS LEGATI,
ORD. S. CRUCIS FONTIS AVELLANÆ,
IN PRÆSENTEM ARCAM A REV. P. D.
MATTHÆO DE CALLIO HIC ABB.

F

Sequentes verſus ſub eadem arca extant:

Quinque denis mille trecentis & quattuor annis,
Tertius Aprilis eom a decimo fluaerat ortus,
Tranſtulit te clerus doctum in pagina ſacra,
Oſtienſis Præſul, quem dotat Cardinalatus.
O Petre Damiane te Crua in Ordine Fontis
Avellanæ beat, tu Legatus quoque tandem
Sedis Apoſtolicæ, petra nunc clauderis iſta.
Inſtat nunc Abbas Matthæus de Callio natus.

41 *Alteram in quadam columna primarii Faventini templi appenſam ſubjicit idem Ughellus, qua B. Petrum inter urbis ſuæ Patronos relatum eſſe teſtantur Faventini: eſt quæ hujuſmodi.*

vota ſolvit ſe Patroni aſſumtum an. 1512.

Imminente civitati ex Gallis periculo cædis, exitii & flammæ, vovit univerſus populus Faventinus agere non minus ſolenniter in diebus feſtis SS. Savini, Æmiliani, Terentii & Petri Damiani, quam diebus Dominicis agi ſolitum debitumque ſit, ſi modo omnipotens Deus ruinam averteret. 1512.

VITA

A

VITA

Auctore S. Joanne Laudensi ejus discipulo,

Ex II. MSS. a Constant. Cajetano edita.

PROLOGUS

Domino Liprando Priori & ceteris senioribus eremi Fontis Avellanæ Joannes.

1 OPus mirabile, Patres, quod sanctitati vestræ placuit meæ injungere parvitati, quæm meis sit perarduum viribus & impar ingenio, ipsemet liquido perpendo. At quia non præsumo vestro quidquam abnegare imperio, licet sensus hebetudo illustres tanti viri actus inerti devitet committere stylo, ne, dum superiora sibi aggreditur, Lectorem magis ad nauseam, quam ad legendum excitare videatur; confidens tamen de vestris sanctis orationibus, ximisque ipsius pii Patris nostri Petri Damiani meritis, ad cujus vos actæ exarandæ meam obedientiam provocastis, devotus aggrediar vestris obtemperare mandatis. Ipsemet enim consultius fore censueram, ea me quovis rudi stylo interim annotare, quu digne postmodum a peritioribus elucidata scriptoribus, ad notitiam futurorum possent profutura pertingere, quæm imperitiæ notæm nimium declinando, intacta prorsus relinquere: ne forte post modicum caligine oblivionis obducta, non parvo mei discrimine de cunctorum omnino laberentur memoria. Nam cum omnibus pateat, neminem gestorum illustrium virorum conscium, absque culpæ macula ignavo silentio tegere; quantu magis constabit, non parvu me obnoxium fore delicto, qui tantu Patri, licet in extremis pene temporibus, individuus comes inhæsetim, si ejus mirabilia gesta silentio præterire, quam divulgare maluero.

Auctor hic suam scribit obedientia adstrictus.

& ne memoria illi obrepat.

2 Eorum igitur, quæ relatutus sum, partem me ex ipsius ore suscepisse memini, partem ex quodam condiscipulorum meorum, qui ejus contubernio ante me familiarius iuhæsere: quædam autem relatu cujusdam ipsius propinqui, viri gravis & honesti, quæ videlicet illius conversionem præcesserant, xudivi: cetera quidem propria præsentia ipsemet annotavi. Verum jam nostri sermonis articulus, ad historiæ ipsius vertatur exordium.

scribit a B. Petro filii relata, a ceteris narrata, aut a se visa.

C

CAPUT I.

Ortus B. Petri: infantia & pueritia adversis probata. Studia litterarum.

3 VIr itaque Dei Petrus prænominatus Damiani, famosissimæ Ravennæ urbis civis haud ignotus, liberalibus apprime disciplinis imbutus, cum Pythagorici apicis bivium paullulum transcendisset, lævum quem ceperat consulte relinquens, dextrum callem prudenter artipuit: ipsoque juventutis fervore, divina afflatus gratia, seculari pompæ renuntians, ad perfectionem monachicam avide convolavit. Qui nimirum honestis pareutibus editus, ab urtus ipsius crepundus, rebus perurgeti cœpit adversis. Cum ejus nempe mater, jam filiotum pertæsa, domo videlicet 4 hæredibus referta, hunc genuisset extremum, uuus liberorum, qui tunc jam grandiusculus adoleverat, conquestus exclamxt: Pxoh pudor, ecce jam tanti sumus, quod in hac domo vix capimur: & quam male sibi congruunt hæredum turba, & hæreditas! Ad cujus verba mater vehementius indignata, & fæminei livoris zelo succensa, complexis manibus se miseram seque ulterius vivere vociferatur indignam. Illico enim, ut ita loquar, unte pene quam lactaret ablactat, & quasi numquam ipsum de cetero suis manibus attrectandum, infausta quædam sibimet impreeans, a se prorsus ablegxt. Sic filium, antequam vivere discat, emancipat: & quod possidere solam posset, a possessione materni pectoris exhæredxt.

B Petrus Ravennæ natus.

a matre ob multiplicem prolem relictus.

4 Cum igitur perexile illud plasma, quod erat omni nutriciæ sedulitatis officio destitutum, fame simul & algore nigrescceret, & tenuis, non dicam vox, sed quasi sibilus de pectusculo vix adhuc palpitanre rauciret; cujusdam Presbyteri fœmina, quæ patrii laris erat quasi vernacula, supervenit, & inhumanam matris suæ duritiam severa, inquantum licuit, invectione corripuit. Numquid, Domina, inquit, hoc est matris Christianæ, quod noo probatur esse tigridis, vel lezne? Illæ parientes enutriunt catulos, & nos ad imaginem Dei conditos, abjicimus e nostris visceribus procreatos? Et hic forte, qui nunc ita projicitur, si ad ætatis incrementum pervenerit, locum inter suos non infimum obtinebit. Cxvendum etiam, ne cujus matet esse contemnis, filicida merito judiceris. Hujusmodi plane verbis *b* uxor Presbyteri officio functa est Sacerdotis, dum & maternum ad pietatem mollivit affectum, & morientem ad vitam restituit filium. Mox itaque non ignava virago ulnas fluentibus induviis expedit, subtractæ pelle juxta ignem puerilia membra distendit, & undique, perutgendo corpusculum, non modicæ summæ e longitm protligavit. Videres itaque tenellos artus liquescentis uruinæ fomenta combibere, & resumpto vitali calore rubescere, & sic in eo nitorem rudis infantiæ subito reflorere. Ubi notandum, & quia mater ejus facta fuerat Herodias, & illa facta est Elixs: sicque per pecatticis mulierculæ studium, & desperatus de mortis faucibus retrabitur, & mater de filicidio liberatur: quæ nimirum jam sese matrem advertens, quem velut alienum immitis exploserat, ad piæ mox dilectionis amplexum maternorum viscerum affectibus revocat, omnemque illi nutriciæ curæ diligentiam instanter exhibere non cessat. Puer autem hac diligeutia, donec ablactxtur, perfruitur: qua sane post modicum utroque orbatus parente, infra puerules adhuc annos immature privatur.

parva adhuc alia femina recipitur.

b

c

ablactatur a parentibus orbatur.

5 Ego igitur fraternæ curæ telicto (o incomprehensibile Divinæ dispensitionis arcanum!) unus ipsorum, qui attox inter ceteros honestis moribus præditos sub ovina pelle latebat, fraudulenta nunc pietate pro paterna vice educxndum suscepit: atque dum sibi cohæredem adoptare se fingit, ditæ velut emptitium servituti adjcit. Cui socia conjux bærebat, quæ nullis pietatis viscetibus ab illius sævitia differebat. Uterque igitur super innocentem, puerum unanimi feritate grassantes, corvo ac novercali eum aspectu tractantes, duris usfictionibus pendulæ illius viribus officiebant: servorum nempe cibarius, & quæ magis congruerent porcis, malignxque vappa usu sustentabant assiduu. Pedibus undis, vestibos ibat inculcus, verberibus vapulabat, pugnorum ac calcium crebris ictibus subjacebat. Porro cum jam grandiusculus sub tam iniquis licet oneribus fuisset affectus, ad porcos pascendos ejcitur, ceterisque mancipiorum conditionibus indifferenter subjcitur. Quid in bis vero considerandum, nisi quod idcirco hunc suum Dominus militem permittebat acriter affici, quo ad spiritalis procinctum militiæ discteret arctius informari: quatenus ejus virtus eo robustius atdua postmodum quæque perferret, quo ipse a puero expertus hujusmodi jam fuisset? Hic etiam succincte notabile quoddam refetre non otiosum putamus.

a fratre ejusq; uxore dira patitur.

porcos pascit.

6 Qua-

A 6 Quadam die dum idem præfata adhuc laboraret inedia, caſu nummum reperit: & tamquam ſubito divea effectus gratulabundus, quid eo mercari aptius poſſet, diu mente revolvere cœpit: nimirum dum ſuavibus cunctis egeret, dulcis appetitus per mollia quæque puerilem mentem trahebat: quod dum prolixius fieret, anceps que quod eſſet eligendum ambigeret, divinitus tandem ſuſpitatus, ait: Quid eſt quod revolvo? quidquid horum certe aſſumam, non erit ejus diuturna voluptas: melius ergo eſt, ut tradam Presbytero, qui Deo ſacrificium offerat pro patre meo. Quid hujus pueri ſimplicitate prudentius? Quid hoc egente pupillo frugalius? Et ſpectis cunctis, quæ peritura cognovis, illud ſolum elegit, quod manſurum in æternum ſperavit. Porro quid hoc fuiſſe putemus, niſi quoddam futurorum præſagium, quod appetitu videlicet æternorum contemneret temporaliter blandientia?

invenit nummum et cœpit cogitare quid ei faciendum. Miſſi pro patre offerri.

7 Ut autem ad ordinem redeamus, poſtquam Domino, qui ſuorum curam non deſerit, ea præfatis etiam calamitatibus eruere placuit ipſum pene conſumptum, ex impiorum laniatibus miſericorditer abſtraxit; & in germani alicrius ſiou, Damiani nomine, jam mulcendum tandem foveodumque locavit. Hic cum itaque cara ſatis dilectione complectens, tantam ipſius curæ diligentiam impendebat ut paternum eaccdere videretur affectum. Quem porro, jam licet grandiuſculum, litterarum apicibus *a* tradidit imbuendum, nec non & ſtudiis ſubinde liberalibus: in quibus ſcilicet tam docilis tamque iuduſtrius eſt agnitus, ut ipſis ſuis Doctoribus mirabilis haberetur. Cumq; diſcendi finem ea omni liberali ſcieotia peritus feciſſet, mox alios erudire, cheotium turba ad doctrinæ ipſius famam undiq; confluente, ſtudioſiſſime cœpit.

a Domano ſuavo optimo habetur

B *ſtudiis applicatur, &*

aſſes docet;

a *Ex his duo filii nec enervarentur, ac duarum filiarum, ſeu ſororũ B. Petri meminit ipſe epiſt. 14 l. 8. quam ipſi cum vidnis ſcripſit, ad conſtantienſem eas adhortans. Appellantur Rodelinda & Suſſicia. Fratrem Damiani & Marini meminit l. 2. ep. 14.*

Postres & ſorores ejus

b *Mox* peccatrix mulierecula *dicitur. De abuſu Sacerdotum illo tempore ſibi pellices velut uxores detinentium, infra agitur. A Fortunio & Rubeo* pellex *appellatur, a Flaminio* fœmina quædam. *B. Petrus epiſc. 6. c. 18. ait.* Macinum Presbyterum *ſuam* publice tamquam legitimam poſſidere uxorem non reveritum eſſe.

pellices Sacerdotum uxores habita.

rongia.

c Imo rongiam *legendum arbitramur, id eſt ſcabiem, Italis* rogna, *Gallis* rongne, *Hiſpanis* cona.

Damianus alios trahit

d *Damianus hic ejus frater, dein ſub Archipresbytero Ravennas, cui ſcripſit epiſt. 2. l. 5. ſub hoc titulo* Domno Damiano fratri cariſſimo Petrus peccator monachus, quidquid ſervus & filius, *hoc dein* dulciſſimum & dilectiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum *appellat, ſuam illi negligentiam confitetur, ejuſq; preces expetit. Eumdem Damianum ex Archipresbytero monachum factum tradit l. 2. epiſt. 14. Alterius Damiani nepotis ſui meminit ep. 11. l. 1. ad Alexandr. II. Pontificem, & epiſt. 29. l. 6. ad Stephanum monachum, ubi ſororis filium appellat. Eidem monacho ſcribit epiſt. 21. & 22. ejuſdem l. 6.*

C *alumnorum filios.*

Studia Parmenſia & Parma peragrata.

e Adoleſcentem ſe in Faventina urbe propter litterarum ſtudia conſtiturum *fuiſſe ait epiſt. 31. l. 6. at* dum *in* ipſo adoleſcentiæ flore & nova pubertas induceret faciem, & æſtus libidinis accenderet carnem, ſe apud Parmenſe oppidum liberalium artium ſtudiis inſtitiſſe *ait l. 1. ep. 16. quorum & l. 2. epiſt. 17. meminit.* Ivonem Magiſtrum ſuum *appellat l. 6. ep. 27. Studia diſſita in locis peracta eſſe tradit otiam Rubeus.*

CAPUT II.

Deliberatio varia & probatio ſui aſſumpta a B. Petro de vita monaſtica.

Deliberat de ſtatu vitæ

8 INter iſta nimirum dum favore populari efferretur, dum divitiarum copia cumularetur, jam pene potuis horum lenocinio ſeculari pompæ ſubtrahere, aut illecebris venereis illectus implicari. Sed quoniam ex electorum numero nequit ullus prorſus minui, reſpectu illico divino præventus, ita ſecum agere cœpit: Et cur delecter præſentibus, ut caro ſuggerit, ætas expoſcit? Sed numquid his perituris debeo inhærere, & non magis iſtis renuncians, potiora providere? At ſi forte poſtmodum hoc me facturum promitto, quia non multo cartius, multoque Deo acceptius modo agere ſatago, dum ætas viger, dum proſpera mulceos? Jam vero poſt hæc paullatim incboata mundanis ſtudiis removeri, ac divinis obſequiis accingi: &, licet exterioris cultus ſpecie adhuc videatur harere caducis, toto tamen mentis affectu bonis aſpirat æternis. Sub mollibus itaq; veſtibus cilicium induit, jejunis, vigiliis, & orationibus ſolerter inſiſtis. Et quia, caleute juvenia, ſtimulis acriter urgebatur carnalibus, mediis noctibus e ſtrato conſurgens, aquis ſe fluvialibus immergebat: in quibus tamdiu nudo manebat corpore, donec algentia membra rigerens, noxio recedente calore. Eainde vero regrediens, quæque venerabilia loca pſallendo circuiens, torum ante ſynaxim complebat pſalterium. Eleemoſynas quoque pauperum aſſiduis inſiſtens, ac frequentibus eos convivis paſcens, ſuis lætabatur manibus, eis, tamquam Chriſto, miniſtrare devotus.

æternam dominationem ſperat

jejunia

aquis ſe immergit

liberalis in egenos

9 Inter hæc ſane non prætercundum puto, quod ædificationi multorum profuturum non ambigo. Quadam die privatus prandebat, nec quiſquam ſecum præter ſolum cœcum quemdam præbendarium diſcumbebat, qui quotidianus conviva ea more ſibi aſſidere ſolitus erat. Accidit autem, ut tunc non amplius, quam unus ſtricticæ ſimilaginis panis adeſſet. Hic itaq; illi ſolus apponitur: quid vero dari poſſit meoſæ ſodali, qui non diverſis a ſe cibis ali conſueverat, non habetur. Appoſitus eſt ergo illi cibarius panis, ſuppar videlicet, & ſecundæ conſperſionis: quod hic nempe non æquis aſpexit oculis, & graviter tulit. Paullatim vero ei pavor incidit, & intra ſemetipſum cogitare cœpit: Chriſtus, inquit, ad menſam meam inferior mihi eſt? Egone comedam velut berilem panem, & delitioſum, & ille puerorum meorum pane veſcetur? Hæc, & bis ſimilia cum in pectore ſuo multa verſaret, incidit cogitatio, ut panem illius ſuo, ſuumque illius pane mutaret. Quid igitur ageret? Quo ſe verteret? tolleret illius panem? ſed pudor obſtabat: ſuum comederet? ſed conſcientia remordebat. Quid plura? Tandem vincit caro, & mens enerviter oblu&ata ſuccumbit. Incipiunt igitur uterq; comedere: hic ſcilicet, quaſi Dominus & Princeps menſæ, nitidum; ille vero, clientium, vel mancipiorum more, cibarium.

cœcum eleemoſynis more ſuo ſe

E

is deferta panis bene dexterorum dori parum mittit,

10 Sed cum comederet, ſenſum pavor accidit, & horror nimius omnium viſcerum ſuorum interna concuſſit: verebatur enim divini ſuper ſe motus evigilare ſententiam: ſuſcipiebatur certæ repentinam juſtæ ſeveritatis immittere vindictam, quod & factum eſt. Os enim piſcis guturi ejus peſtilenter inhæſit, quod ullis omnino conatibus trahi in interiora non potuit. Glutiebat ea induſtria cibum, non deſcendebat: ſcreabat, tantumdem erat: conabatur emittere, ſed affixa pernicies nihilominus immobilis permanebat. Erubeſcebat rameu dicere, quod intrinſecus patiebatur: clandeſtinus eum tenebat hamus, & velut incautum piſcem per gulam trahebat ad mortem: undiq; illi augmentabantur angustiæ, & non tam mori quam mortis turpitudo terrebat. Malebat quippe, ut ſe tela tranſfigeteot, quam fœdus prurientis gulæ interitus deturparet. Anbelus anxiebatur ſpiritus, & mœroris tenebræ ei circa oculos volvebantur. Quid pluribus moror? Tandem Chriſto detulit, eique ſe imparem, erſi non pane, ſamen poteſtate, liquido cognovis. Buccellam ſuam pauperi feſtinus appoſuit, ejuſque ante ſe vicaria permutatione locavit: & (o placabilem Deum ſuper malitia noſtra!) ſtatim ad primum accepti panis guſtum peſtis illa pertranſivit, & interceptum fragmentum decidens in interiora purgatur. Delitioſus itaque panis ei factus eſt plaga; groſſus vero & durus, medicina. Eſcam mutavit, & laqueum, qui eum ferialiter aſtringebat, abſolvit. Depoſuit ſuperbiam, cœleſtemque perſenſe

ſpinaptiſſis gutturi inhærens ostenditur,

F

panis meliore alterius oblati, liberatur.

de

AUCT. S. JOAN. LAUDENSI.

de humilitate medicinam, & ſuperniæ miſerationis medelam, quam nimirum ut ſe tam mirabiliter obtinuiſſe perſenſit, in ſui liberatoris præconium hujuſcemodi mox ſermone prorupit: Benedictus omnipotens Deus, qui perficientibus ſubvenit, & in gaudium de mœrore convertit: arrogantiam calcat, ſuperbientem humiliat, atque miſericordiam largitur, quatenus & ipſe nos ad miſericordiam invitat: Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt: ſuæque tribulationis periculum, quod eatenus erubeſcendo celaverat, jam cunctis præ gaudio narrat. Quod vis ſiquidem doloris non valuit, lætitiæ magnitudo extorſit. Et quidem ipſemet tam hoc, quam aliud, quod de ejus abjectione recenter nati ſuperius retuli, ſuis opuſculis exarando inſeruit.

Supplex Magnatas adit. Luc. 6. 36. & rem ſe ſtom populat,

11 Verum, ut ad ſuum ordinem noſter jam ſermo recurrat, hic Chriſti tiro flammam ſui pectoris ad altiora votis attollens aſſidua, quod mente conceperat, implere vehementer optabat: ſcilicet huic ſeculo funditus renunciare, habitumque militiæ ſpiritualis aſſumere. Attamen io patriis finibus prorſus hoc agere recuſabat, ne vel affinium vel neceſſariorum affectus, quolibet ſibi ad perfectionem tendenti noxium pareret obſtaculum.

aſſpirat ad eremum monaſticam,

12 Hoc autem eo meditante, atque aſſiduis orationibus exorante, quatenus ſibi a Domino aditus panderetur ſalutis, ecce duo Fratres ab eremo ſanctæ Crucis *a* Fontis Avellanæ, cujus fama jam ſibi plane innotuerat, illuc directi adveniunt: quos cum divino nutu obvios habuiſſet, ac peroptatam converſationem habere cum eis cœpiſſet, ſui pectoris revelavit arcanum. Illi vero gratanter audientes quod pandebatur, pius eum monitis in idipſum roborando ſuccendunt. Sciſcitatur ergo, an ſanctus illorum Abbas, cujus fama laudabilis ad ipſius jam notitiam venerat, illum ſuſciperet, ſi ad ipſius contuberium accedere voluiſſet. Illis quidem annuentibus, atq; ipſum hoc perſuadentibus, ſpondet ſe, Divina opitulante gratia, quantocyus ad eos venturum, ut poſſit ſuum implere deſiderium: quibus argenteum ſcyphum obtulit, rogans, quod eum ſuſcipientes, Domino Abbati deferreor. Illi vero vaſis amplitudinem cernentes, pondus incuſant, viæ longioris impedimentum prætendunt, dicentes, non ſe poſſe tanta ſarcina gravari, viamque prolixi itineris impedire. Cumq; inſuſcipiendo eum precibus inſtarer; ajunt illi: Si ergo nos tantopere cogis, nec tuo vacuos munere prorſus abire permittis, præbes hujuſmodi quidquam aliud, quod nos, abſque viæ diſpendio levius pro tua devotione perferre valeamus. Quod ille audiens, vehementer admirari, ſtupere, ſecumq; dicere cœpit: Qui ſunt iſti, qui dum pauperes egenique videntur, adeo quæ ſunt mundi hujus deſpiciunt, ut in optimo vaſe ferendo aſſumere vel minimum laborem contemnant? Nonne vero liberos verequedixerim eos beatos, qui tanta fortitudine ambitionis jugum ſuis e cervicibus excuſſiſſe, tantaq; mentis excellentia vanam mundi pompam calcaſſe cernuntur? Unde ſuper hoc plurimum ædificatus, vehementius ad ſecularis pompæ contemptum ſuccenditur.

a Sedibus deſiderium evemitic. 5. Conſ. Felic Avellani,

offert illis argenteum ſcyphum,

ſtupet non admiſſi,

13 Ab hinc igitur de ſua valde pollicitatione ſollicitus, prius cupit experiri, utrum cellulæ, quem audierat, laborem perferre ſufficeret. Quamdam itaq; *b* cellam ingreditur, in qua nimirum quadraginta diebus, ad illius eremiticæ ſanctionis inſtar, non ſeguiter exercetur. Qua ſcilicet experientia admodum roboratus, nil jam cœpit eremiticam illam auſteritatem pertimeſcere, imo toto eam affectu iuhianter appetere.

qu. diebus ſe cella eadem inclaſit. b

a *Sapiſ nomine Fontis Avellani ſolum appellatur. De eo ſupra egimus.*

b Cellam coenabii S. Mariæ ad littus maris Adriatici, *inquit ex Danubio Fortunius l. 5. Hiſtor. Camaldul.*

D

CAPUT III.

Vita monaſtica B. Petri in eremo ſanctæ Crucis Fontis Avellani.

14 TEmpore itaque optato ſuſcepto, quo videlicet id apte peragere præter ſcientiam ſuorum omnium poſſet, aſſumens ex ſuis bonis, quæ voluit, elam iter arripuit. Cum ad Eremum perveniſſet, deſiderium ſuæ mentis Senioribus illis aperiens, in illorum conſortium ſe recipi devote poposcit: cui mox, quod ſalubriter poſtulat, gratanter permittitur, atque uni ea Fratribus, pro novitiorum more inſtruendus contraditur. Qui eum eum ad cellulam deduxiſſet, mox, ut juſſus fuerat, lineis eautum, cilicioque indutum, ad Abbatem reduxit: quem Abbas cuculla ſuperindui abſque mora præcepit. Ipſe vero ſupra hoc admirans, dicebat intra ſe: Quid mihi accidit? Nonne debebam prius diſciplinæ hujus experimentum capere, ac poſtmodum ad ſuſcipiendum illum ultroneæ poſcens accedere? Numquid valeo tam ſubito prævenius obtemperare? Cumq; hoc ſecum ageret, extemplo in ſemetipſum reverſus, increpare ſe cœpit vehementer, & dicere: Numquid, ſi res poſcerer, ut plecti capite pro Chriſto deberes, ita effugeres, obſtinatuſve reſiſteres? Quod factum eſt, nonne paulo ante conſtanter tibi omnia perpeti promittebas? Cur tam cito enerviter ſuccumbere non formidas? At ſi forte illud judicas noxium, illud admittas libentius; ut quo durius toleras, eo placidius in retributione ſuſcipias. His itaq; propriis invectionibus reflexus, Senioris præcepto illico acquievit, placiduſq; gratantor obtemperavit.

Proparat ad eremum S. Crucis Fontis Avellani,

admittitur cæſibus monaſticis ladatur,

tentatiouat conſtanter reſiſtit,

15 Aſſumpto vero habitu, tanto protinus ſervore ſuccenditur, ut corporea cura contempta, ſola, quæ ſunt ſpiritus, appeteret: carnem ſpiritui totis viribus ſervire compelleret: delicata vel ſumptuoſa cuncta reſpuens, aſpera quæque & contemptibilia requireret. Porro, quod dico, hoc intueri vales exemplo. Dum hic eſſet aliquando eum ſuo profecturus Magiſtro, molliorem ſcapularem induere, atque pulchriorem, quam affectaret, equum aſcendere juſſus eſt. Rogare itaque Magiſtrum ſummiſſis cœpit precibus, ne ſibi hoc dignaretur præcipere, quod ipſe nimium, velut indecens, abhorreret. Magiſter vero ejus precibus acquieſcere nolebat, ne vilipendere videretur diſcipulum, quem diligebat tamquam unicum, ſi ſic eum juxta ſuum deſiderium ſecum permitteret incultum procedere. Diſcipulus autem longe aliter ſentiens, totumque aliorſum convertens, nimium erubeſcebat ſecularibus jam apparere nitidulus: ne ipſe, quæ olim ſeculo renunciaſſe videbatur, ſecularem pompam adhuc carnaliter quærere putaretur. Quod tamen opprobrium multo magis ille ſubire, quam inobedientiæ notam maluit, quam videlicet incurrere vehementius expavit. Videbatur enim ſibi, prout ipſe referebat, ut quicumque illum ſic comptum equitare cernerent, digito demonſtrarent, & velut carnalem ſubſannarent: ſibique non monachi, ſed ſponſi nomeo aptarent. Unde tantus rubor ejus ſuffuderat faciem, ut vix caput erigere, vix in quempiam poſſet acies oculorum dirigere. Illis autem regredientibus, cum ad *a* cœnobium S. Vincentii, cui vicina rupis Petra-pertuſa vocabulum incidit, perventum fuiſſet; jam Domini ſervus ulterius ferre nequit ignominioſum nitidulæ veſtis ornatum: occaſione itaque ibidem pauliſper remorandi reperta, Magiſter cœpto itinere tendit ad Eremum, ille vero alium ſibi ſcapularem, *b* humiliorem ſtamine & colore, acquiſitum induit: ſicque velut immani ſarcina, qua deptetſus hactenus fuerat, levatus, quantocyus poſt Magiſtrum ad proprium eſt monaſterium reverſus. Nequaquam enim eos æque poterat, qui ſqualidis

eſſem & nitidorum ſpectatorem ſe bi ſe tree faciant,

a

b

villiorem veſtem ac ſtipitis

uti-

A utebantur veſtibus, venuſtis ipſe indutus reviſere: dum moribus ornari potius geſtirent, quam veſtibus.

16 Ut autem ad ſuperiora redeamus, bonæ indolis Chriſti miles tantis illico jejuniorum, vigiliarum, ceterarumque afflictionum laboribus ſe cœpit atterere, ut ii, qui diuturnis jam ſtudiis exercitati fuerant, illius mores & vitam intuentes, ſua cogerentur acta contemnere. Nam dum inolitum vitiorum ſunditus certaret evellere, cuncta moralium ipſius loci exercitiorum genera totis geſtiebat viribus, indefeſſo operis labore, complere. Porro *e* loci inſtitutio hujuſmodi fore dignoſcitur, quod bini diviſis cellulis commorantes, die noctuque a ſpiritali luctamine, velut in acie conſiſtentes, brachia non remittebant. Incapugnabilibus namque pſalmodiæ, orationis, lectionis, abſtinentiæ, obedientiæque armis accincti, adverſus aereas poteſtates inſœderabiliter dimicabant. Abſtinentiæ vero modus hic erat, ut quatuor in hebdomada diebus pane & aqua contenti, tertia, & quinta feria panis illum leguminis ſumerent, quod videlicet ſinguli in ſuis cellulis decoquebant. Jejuniorum quippe diebus nequaquam pro ſuo libito cuiquam de pane ſumere licebat: ſed id, quod præfixa menſura præbebat. Porro de vini uſu quid memorem, cum niſi pro ſacrificio, seu forſitan pro ægro, vinum ibidem nunc prorſus deeſſe feratur? Nudipedalia paſſim per Eremum cunctis temporibus exercebant: in cellis vero nec *d* caligas induebant. Ceteris autem ſpiritalibus exercitiis diſciplinæ videlicet e metanais, *f* palmatis, proliais *g* ulnarum extenſionibus, ſedulo, prout cuique *h* ſervor virtuſque inerant, incumbebant. Porro vigiliarum hunc morem ſervabant, ut ſigno temporis perſonante, totum poſt ſynaxim Pſalterium ante lucem complerent. Petrus vero hoc commune ſignum longe vigilando præveniens, quidquid tamen noctis poſt *i* ſynaxim reſtabat, continuatis cucubiis tranſigere ſatagebat: ne communem ſcilicet videretur canonem ſolvere, qui ad injuſſa quoque ſe conabatur extendere. Noverat enim ſacratius fore, quod publica lege tenetur, quam quod inſtitutione privata dependitur; & quod gratuita munera quautumlibet grandia, minime valeant a maodato legis offerentem abſolvere, quo minus quæ lege præfixa ſunt, ſtudeat diligenter implere: cui nimirum licet quæliber pro devotione adjicere, non tamen inſtituta majorum propriis amovere. Voluntaria quippe augere merito poſſunt, eaculare omnino, quæ legis ſuot, oequeunt.

17 Denique dum hujuſcemodi pernoctarer cucubiis, tantam læſi cerebri paſſionem contraxit, quo via vel modico ſomno jam refici poſſet: atque poſtquam adhibito medicamine de concepta paſſione, divina opitulatione convaluit, ſic jam diſcrere agere didicit; quatenus & remiſſionis torporem vitare, & præcipitationis eurſum prudenti moderatione cohibere ſatagerer. Qui nimirum dum cellulæ ſtationem rigida cenſura ſervaret, & poſt aſſuetum pſalmodiæ, precum, atque orationum perſolutum, ſedula meditatione lectioni vacaret, tanta divinarum Scripturarum ſcientia claruit, quanta ſecularium antea non claruerat.

Infirmis jejuniis, vigiliis alliſque hoc loci exercitiis

c

Vigiliarum

abſtinentiæ

B

d

e f g

proliaris

h

i

Legis præſcripta voluntaria devotioni præferre

dolore capitis vexatus,

C

ex libitu ſuo,

clarus ſcientia Scripturæ.

a *De hoc monaſterio agit S. Petrus ep. 32. l. 6. ubi ſe ſummum ejus Hortatore profeſſus innuit, Quadrageſimale jejunium aliquoties præſcribendo.*

b *De vili veſtitu monachorum diſſerit epiſt. 12. & Eccleſiaſticorum epiſt. 29.*

c De ordine Eremitarum & facultatibus eremi Fontis Avellani, *item* De ſuæ congregationis inſtitutis *extant tractatus* dos B. Petri *tomo 3. epiſt. 14. & 15. ex quibus hæc videntur excerpta.*

Metanœa.

d Nudis cruribus *permanere ſolitos tradit epiſt. 14.*

e Metanœa, *μετανοια, præſertim in, hic ſignificat proſtrationem ſive inclinationem corporis in terram. Ita S. Petrus ſcribit in Vita S. Dominici Lorienſi, ab eo in uno pſalterio recitandu mille metanœas fieri, & in vitam epiſt. 14. ait profratre mortuo unumquemq; ſeptingentas metanœas facere. S. Simeon Stylita apud Theodoret. c. 26. Philothei quotidie quamplurimas inclinationes ſcribat, quibus ad mille ducentas quadraginta quatuor tandem ratis, deſeſſus qui obſervabat, numerare deſiit. Conſule Onomaſticum Roſw. ad Vitas Patrum.*

f *Palmata a palma manu dicta ſunt: eas quiſpiam ſibi infligit, quando palmas illidit terræ. Ita S. Petrus l. 6. ep. 27. ad Petrum Cerebroſum monachum, Lotica, inquit,* eſt homo indutus ad canum, ferreis membra divulſa circulis ambit, mittit eum labore metanœas, allidit in pavimentum ſæpius palmas. *Burchard. l. 19. c. 17. & 25. nis diem unum pœnitentiæ viginti palmatis redimi poſſe, ubi percuſſiones palmarum ferula inflictas aliqui intelligunt.*

g *S. Petrus in vita S. Damiani Lorienſi his hunc* duodecim pſalmos viginti ſex vicibus ſub nullo prorſus intervallo, ſed uno ductu, extenſis in modum Crucis brachiis quotidie decantaſſe: *alium* juvenculum Fratrem a capite uſque ad finem pſalterii elevata brachia tenere, ita ut laqueat rabulatum cellulæ manibus ſæpe contingat.

h *S. Petrus epiſt. 15. hæc tradit:* Super metanœis vero diſciplinis atque palmatis, ſive etiam brachiis extendendis in orationibus ceteriſque ſanctis fervoris exercitiis, nulla Fratrem lege conſtringimus. *Flo minius in Vita S. Petri ſic explicat:* Ceteris vero ſpiritualis exercitiis, verberibus, genuflexionibus, & peclixis ulnarum in Crucis modum extenſionibus, prout cujuſque fervor erat virtuſque, vacabant.

i *Ita ſæpe n. 40. ſynaxit pro nocturno ſeu matutinali officio iterum accipitur.*

Oratio ſuppliciis brachiis.

Synaxis

E

CAPUT IV.

Concionet B. Petri in variis monaſteriis habitæ. Præfectura Fontis Avellani. Diverſa monaſteria extructa.

18 CUm tempus igitur adveniſſet, ut lucerna domus Domini erecta ſuper candelabrum omnibus lucceret, jubente Magiſtro, *a* paucis illis Fratribus exhortationis verba impendere cœpit. Cumque ejus optimo jam latius effuſa crebreſceret, *b* Wido venerabilis Abbas *c* Pompoſianus, vir ſanctiſſimus, ſuos legatos ad hujus Abbatem dirigens poſtulavit; quatenus caritate Fratrum, eum ad ſuum monaſterium deſtinaret, ſecumque aliquandiu remorari permitteret: quo poſcentibus Fratribus verbi ſacri erogare pabulum debuiſſet: ejuſque pia petitio caritate, quam poſtulat, Deo diſponente, minime fruſtrarur. Illuc enim dirigitur, ubi caterva Fratrum centenarium numerum ſerebatur implere. Cumque ibidem fere biennio retentus, non parvom fructum ex jacto verbi ſemine fidelis operator Domino tuliſſet, accepto Abbatis ſui mandato, ſubnexo etiam obedientiæ verbo, quatenus ad ſe redire debuiſſet, licet pluribus obſtrictus precibus, teneri ultra nequaquam valuit: ſed tamquam vir Deo plenus, obedientiæ per omnia ſubditus, Magiſtrum non obaudire formidans, feſtinus ad eum redivit. Sæpe namque nobis referre ſolebat, cum ſermocinandi occaſio id videretur expoſcere, quo ſui nos exemplo, velut ex propinquo, ad obedientiam efficacius provocaret: quod ſi quid olim ſibi cum obedientiæ additamento præcipi contigiſſet, tanto ſua viſcera verbum hoc illico terrore concuteret, ut nulla injuncti operis difficultate ab ipſius executione retardari valeret. Peracto igitur cum ſuis conſtratribus permiſſi temporis ſpatio, iterum ejuſdem rei gratia, ob quam Pompoſiam erat, ad S. Vincentii, cujus ſupra meminimus, monaſterium pergere jubetur. Quod nemque quanto vel torba monachorum, vel latitudine facultatum cernebatur uberius, tanto ſe monaſticæ normam diſciplinæ fore declarabat anguſtius. Ibi quoque aliquandiu commoratus, nequaquam *d* ſegnis a Dominicæ vineæ cultura quievit: donec, cooperante ſibi Domino, uberem ſui fructum famulatos impenderet.

19 Magiſtar vero ejus tantam ipſius prudentiam ac zelum conſiderans, lætabatur ſtrenuum ſe recepiſſe diſcipulum, cui tuto committeret ipſius Eremi gubernacula. Aſſumpto itaque diſcipulorum conſiliu, Eremi

a Concionatur ad ſoc. b c

data ad Tépoſianos

F

& monaſterii S. Victorii Fratres,

d

creatur Præpositus

Digitized by Google

AUCT. S. JOAN. LAUDENSI.

mi procurationem ei, licet abnegantis ac renuenti, poſt ſe ſuſcipiendam mundavit. Poſt migrationem vero Magiſtri, e regimen loci ſuſcipiens, tam ſpirituali quam temporali cultu *f* haud modice dilatavit. Et quia divina gratia ad uberiorem animarum fructum ejus mentem ſuccoderat, cœpit alia loca perquirere, ubi ad ſervien-dum Deo congregare monachorum copiam poſſet. In *g* Camarinenſi itaque diœceſi aptum quemdam ad eremitarum habitaecula locum, juxta ſuam vicinam rupem curioſus indagator invenit: ibique congregatis Fratribus, oratorio fundato, ordinatoque Priore, ſub quo famulari Deo deberent, rurſum ad locum alium inveſtigandum proceſſit. Perveoit igitur ad montem Pregium, in territorio *h* Perufino, ibique alia eremitarum fundavit habitacula: ubi videlicet cellulam quamdam invenit, in qua B. Romualdum quondam manſiſſe ferebant. Quo igitur in loco, aliis locatis Fratribus, ad alium rurſus demigrant, in Comitatu Faventino congruum reperit locum, qui nuncupatur *i* Gamogniom: ubi præparatis habitaculis, alios Deo famulaturos conſtituit. Sed & vicinum huic loco monaſterium, quod *k* Accreta dicitur, conſtruxit. Alterum quoque in Arimineuſi territorio, in loco, qui *l* Murcianum nominatur. Hujuſcemodi autem ſtudio aſſiduit vacare gaudebat, non quæ ſua eſſent, ſed quæ Jeſu Chriſti, requirens.

c
f dein Prior Portus Ae-ſtuarii; deinde eremi Fon-tis Avellani
g
h
i
k
l
B

ſæpe invi-ſit eremum Lemitæ

20 Porro quamquam hit gerendis prudens Dei ſervus inſtaret, tamen dilectum ſanctæ Crucis Fontis Avellanæ locum & collegium, quod ipſe præ omnibus tamquam uoicum diligebat, crebro, quocumque diverteret, viſitare curabat. Nequaquam ſane illorum oblivi-ſci poterat, cum quibus a ſuæ converſionis exordio converſatus fuerat, quouſque juſſione Magiſtri ſibi commendatos eſſe recolebat. Quamquam nec ceteros, quos per diverſa loca diſcipulos aggregaverat, ſuadiutiut vi-litatione carere patiens, modo ſui præſentia, modo epiſtolis, modo dirigendo aliquos ſpirituallum diſci-pulorum ſibi hærentium, omnes paterna ſollicitudi-ne congruis vicibus inviſeret. Hanc quippe ſollicitudi-nem non ſolum propriit, quos ipſe fundaverat, ſed & pluribus locis aliis tam cœnobiorum, quam Canonicarum, tamquam communit parens cunctorum, non deſinebat impartire, prout cuique videbatur eapetere. Sed his paullulum intermiſſit, jam de illis aliqua loquamur, quæ Dominus per eum feciſſe dicitur: in quorum ſane relatione, Deo opitulante, quidquam immiſcere mendacii, velut ea propeio, prorſus vitare curabo: illorum traditione fideliter eæquendo, qui ſe vel ipſis interfuiſſe, vel ab his, qui interfuerant, accepiſſe, ſeu etiam, qui erga ſe ea, quæ memorabant, geſta fuiſſe dicebant.

virtutes gestis meo-Petri ſe con-Poetice em, & alium.

C

a *Monachos plerumq; vigiuti plus minus degiſſe, at cum Converſi & famuli* 35. *ſupra dictum.*

S. VVido

b S. Wido, *ſive* Guido, *cognomine* Stambianus, *mortuus eſt an.* 1046. 2. *Apr. ac ſeptimo poſtſimum* 31. *Mart. Corpus ejus aſſervatur Spiræ ad Rhenum in templo Caſtidocali illi dicato.*

Pompoſa monaſterii

c Pompoſa, *inquit Ferrar. ad* 31. *Mart. eſt* pagus cum cœnobio & abbatia inſigni in territorio Ravennate inter Ravennam & Hadriam, ab ipſa urbe Ravenna ad 15. M. P. quot ſcite a Comaclo diſtans. 2. *Petrus epiſtola* 6. *l.* 6. *mittit decanum Pompoſiæ monachis, petis ut pro ſe a merito precos fundant, ſicut pro ſuis faciunt. Idem epiſc.* 13. *de Profeſſione monachorum inſcripſit* O . . . . Abbatiæ Pompoſianæ ejuſque ſanctæ conventui.

d *Ibidem tamen eum ſcripſiſſe Vitam S. Romualdi circa an.* 1240. *ſupra diximus.*

e *Anno annum* 1044. *ſupra probatum.*

f *Bona monaſterium ſe acquiſita explicat B. Petrus opuſc.* 14. *uti ſupra nos indicavimus.*

Camerinum.

g *Eſt* Camerinum *urbs Marchiæ Anconitanæ ad radicem montis Apennini. Præerat eum Romualdus Epiſcopus, ad quem extare epiſtolam B. Petri eruditi Ughellius de Epiſcopis Camerinenſibus. In hac diœceſi condita a S. Romualdo cœnobia deſcribit B. Petrus cap.* 18 *Vitæ illius.*

Perufinum monaſt.

h *B. Petrus lib.* 6. *epiſt.* 30. *ad Tenzonem monachum hæc ſcribitit* In Perufino monaſterio, *ſanctæ videlicet Salvatoris, cui nuper* & *ipſe præfui, quidam monachus fuerat &c. An illud in monaſterio Pregio? Quod modo in urbe Perufina eſt monaſterium Camaldulenſe S. Severo ſacrum, fuiſſe olim extra portam S. Petri eruditi Criſpoltus in Panegyr. Auguſtæ lib.* 1. *c.* 18.

D

i Gamonium, *Flaminio* Gamunium, *Fortunato* Gamninium, *Rubeo* Gaviunum, *qui eis nunc Caviuum ſecundum quosdam appellatur.* 2. *Petrus opuſculum* 44. *de ſolemni ſabbati inſerviit* Fontibus in eremo Gamagni conſtituta, & *epiſtola ejus* 31. *l.* 6. *ſcripſa eſt ad ſuos eremitas Gamugnenſes S. Barnabæ. Quæ de hoc loco nostis videntur.*

Gamoniſi.

k *Hic locus prima manſione redeuntibus Faventia Eugubium occurrit, ut infra dicitur num* 21. *vide & cap.* 9. *lit.* i.

Accreta.

l *Murcianum pagus ſeptimum viſitur non procul a mari in confiniis fere Romandiolæ, verſus Ducatum Urbinatem.*

Murcianſ.

CAPUT V.

Miracula varia B. Petri meritis patrata.

a 21 QUadam igitur die apud præfatum a Gamonium cum in cella conſiſteret, Fratri, qui ei miniſtrabat, ea fonte ſibi potum afferre juſſit: qui ſtatim pergens feſtivut juſſum complevit. Quod Magiſtro guſtante vinum eſſe deprehenditur. Increpare itaque diſcipulum cœpit, quod pro aqua ſibi vinum tuliſſet. Illi vero aſſerenti, hauſiſſe ſe ea fonte, quod obtulerat, eumdem ſibi potum Magiſter porreait, jobeut guſtando ipſum eaperiri, quo valeret ſe teſte fallax convinci. Cui guſtanti licet vinum ſapuiſſet, quod erat, nihilominus tamen, ut bene ſibi conſcius, potum illum ea fonte ſe hauſiſſe affirmabat. Cumque illi fides nequaquam daretur, nlius ad eundem fontem Frater dirigitur, cujus greſſus, ne fallere ſimiliter poſſet, obſervari præcipitur. Qui ergo ea eodem fonte mox pleno vaſculo hauriens, concitut redit: potum quem hauſerat, Magiſtro tradidit. Verum dum hic cooque potatur, optimam eſſe vini ſpeciem æque fere probatur. Frates quoque, qui cum eo erant, ea eodem guſtantes, vinumque optimum comperientes, Deum præ gaudio collaudaveruht omnes. Quibut Petrut illico proſtratus ſupplicat, imo ſub obedientia interdicit ac mandat, quatenus ſe io carne degente, nulli prorſus mortalium, quod factum noverant, pandant. Quo factum eſt, quod ad noſtram notitiam id, ante ipſius obitum nequaquam pervenire potuerit: ſed poſtquam illiut ſepulturam Faventiæ celebraſſemus, indeq; redeuntes, apud præfatum monaſterium ſuom Acteretæ prima manſione boſpitaremur, ibidem non ſolum iſtud, ſed & alia quædam, quæ faciente Domino, miraculo huic ſubdere curabimut, nos addiſcere contigit: referentibut eadem quibuſdam ejuſdem monaſterii Fratribus, nec non & prædictæ Eremi, qui tunc illo convenerant.

Aqua in diſcipulo hauſta in vinum mutata,

E

vinum ob alia hoc fta

miraculum filentio premſum.

a mortu ſtatum.

F

22 Aliquando Vir Dei *b* buttem vini repoſitam apud quamdam ſuam capellam habuerat: accidit autem, ut die quadam militum turma prope ipſam capellam pertranſiret: qui dum ſiti æſtuareot, requirunt Presbyterum, ſi eis vinum præbere poſſet. Quibus illa reſpondit: Nil peorſus vini eo loci haberi, præter uuam e tinam Domini Petri, quam ipſe contingere non auderet. Quo audito, is qui ceteris præerat, quique, ut njunt, eumdem virum Dei ſubeaolum habebat, reſpondit, dicens: Utique ſi Domini Petri eſt, ea ipſo ego libentiut bibo: morque ſibi famulantibus juſſit, quateout ea vino illo ſibi ac ſociis peopinare curarent. Qui nempe conciti alacriter, ut genus illud hominum ſolet, ad hujuſmodi obſequium currunt, ſed evulſo *d* tenello, nil prorſus vini ſuſcipiunt: verturtur ad alium, tantundem reperiunt: tum cuncta foramina pandunt, & (o prodigium!) dolii aditus patent, & liquor interius, ac ſi quid ſolidum, nihilominus latet: ſuperius itaque ſpiramen pandentes, & ſi quid intus meri contineatur, curioſe rimantet, dimidio tamum palmo vas e ſemum invencrunt. Stupentes ergo hujuſcemodi eventum, arbitrantes tameu adhuc, ne quid forte obſtaculi

b

militum ora vini dolio nihil hau-ſiſſe poſſit

c

d

e

§ 2 Deinde poſt paullulum rurſum obdormiens, vidit eumdem Dominum Petrum talia ſibi verba dicentem (nam ita ſibi videbatur, quaſi ante plures dies hæc eadem ab eo verba audiſſet.) Nonne, inquit, dixi tibi, ut ad me venires? & quare non veniſti? At ille tamquam mutus cœpit ſtare. Mox Dominus Petrus, quaſi eum ira pupugit eum ſubtus ſiniſtram auriculam, de ſummitate virgæ, quam manu geſtabat: quo ictu ita ſe ſenſit eſſe perturbatum, ac ſi lanceæ vel terribili vertice terebratus fuiſſet. Denique maxilla illius tota cum gutture ita intumuit, ut pene de ejus vita deſperaretur. Tunc itaque ante altare illius Eccleſiæ proſtratus, ac toto corde ad Deum converſus eum magno gemitu dixit: Domine Deus omnipotens, qui cœlum & terram & cuncta, quæ in eis ſunt, condidiſti, ſi tibi ſervitus Domini mei Petri, ut credimus, complacuit, libera me per ejus merita ab inſtanti, quem patior, dolore. Dixit hæc, & cœpit ſtare. Et ecce non poſt longum tempus ab eo omnis tumor & dolor ita auſugit, ac ſi aliquis veniens manu ipſum vultus ab ejus maxilla vel gutture auferret. Qui ſtatim cœpit glorificare Deum, ac famulum ejus Petrum Damiani, qui eum caſtigare primo ac deinde ſanare dignatus eſt.

qui gutturali tumore caſtigatus,

ejus meritis ſanatur

§ 3 Poſtera denique die ſurgens bene caſtigatus ex verbere, Faventiam perreait; & veniens ante altare S. Mariæ ſoris portam, ubi corpus Domini Petri reconditum fuerat, proſtratus humi, ac perfuſus lacrymis facie, adoravit & laudavit, ac benedixit Deum ſuper judicia juſtitiæ ſuæ. Dehinc foris egreſſus ad Fratres ſuos, cœpit narrare Præpoſito, ac ceteris Fratribus omnia, quæ ſibi contigerant. Qui audientes, laudaverunt ac benedixerunt Deum, qui talia per ſervum ſuum oſtendere dignatus eſt mirabilia. Denique Præpoſitus cum prædicto Abbate *e* Ugano, qui ita vocabatur, ac Fratribus ingreſſus Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, pulſaverunt omnia ſigna, & poſuerunt *f* cerupeata eum luminaribus ante aream ipſius S. Petri Damiani: & celebrantes Miſſas obtulerunt ſolemnes hoſtias Deo in odorem ſuavitatis, pro animæ *g* ejus abſolutione. Amen.

ad corpus S. Petri precatus, orat.

a *Sequentia adjecta videntur Vitæ ante edita, & ut videmus, ſolita verborum phraſi contexta.*
b *Imo erat Indictio 3. quam annumq; Chriſti noſquam adhibuit S. Joannes auctor Vitæ.*
c *Videtur deeſſe* anno nono.
d *Eſt pagus S. Gregorii prope Murcianum monaſterium a B. Petro extructum.*
e Urbanum *vocat Fortunius.*
f *Cereperata, faces ex cera confectæ.*
g *An Abbatis Ugani quem B. Petrus culpaverat?*

XXIV. FEBRUARII.

SANCTI QUI VI. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

S. Anctus Mathias Apostolus, in Palæstina.

s. Montanus,
s. Lucius,
s. Tulianus,
s. Victoricus,
s. Flavianus,
& socii,
} Martyres in Africa.

a. Paulus,
s. Primitivus vel Primitiva,
} Martyres in Portu Romano.

s. Lucianus,
s. Editius, vel Edititius,
s. Petrus,
a. Felix,
a. Orbanus,
s. Martha,
s. Crisconina,
s. Cajus,
s. Florentius,
s. Donatilla,
s. Rogatilla,
s. Donatilla altera,
s. Marcellina,
s. Nummadus,
s. Felianus,
a. Nida,
a. Flavus,
a. Afferis,
a. Atulinus,
s. Sanula,
s. Calis,
s. Dicianus,
s. Januarius,
s. Diddus,
s. Securis,
s. Sellatis,
} Martyres, Nicomediæ in Bythinia.

a. Exuppus,
s. Jubitana,
s. Gemelliana,
s. Julia,
s. Fortunata,
s. Peregrinus,
a. Victoricus,
a. Maxentius,
s. Gegalus,
s. Lucianus alter,
s. Honoratus,
s. Flavianus,
s. Felix alter,
s. Castus,
s. Saturus,
s. Felicissimus,
s. Victor,
s. Maria,
s. Januaria,
s. Rufiniana,
s. Fortunatus,
a. Aurelius,
s. Rutilus,
} Martyres, Nicomediæ in Bythinia.

s. Sergius Martyr Cæsaræ in Cappadocia.

s. Modestus, Episcopus Trevirensis in Belgica 1.

s. Prætextatus, Episcopus Rotomagensis, Martyr.

s. Letardus, Episcopus Silvanectensis, Cantuariæ in Anglia.

s. Ethelbertus, Rex Cantiorum & Anglosaxonum, Cantuariæ in Anglia.

s. Joannes Theristes, monachus Ordinis S. Basilii, apud Scylum in Calabria.

B. Mesorus, vel Mesortius, Confessor.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Anctus Honoratus, Episcopus Mediolanensis, *refertur hoc die a Galesinio. De ea egimus* 8. Febr.

S. Berectus monachus in Scotia floruisse sanctæ vitæ exemplo & gloria prædicationis *traditur apud eumdem Galesinium, & qui cum secuti sunt, Wianem, Menardum, Darganium, Willanum: de eo etiam plura prædicant absque alio auctore Camerarius & Dempsterus. Videri non alium esse, quam S. Berachium, diximus ad hujus Vitam* 15. Febr.

S. Serenus, Martyr Sirmii in Pannonia. *Wilfardus in martyrologio Anglicano. Notum cum aliis* 23. Febr.

S. Polycarpus Presbyter & Confessor Romæ. *MS. martyrol. Centulense, seu S. Richarii. Alii, quos secuti sumus.* 23. Februarii.

Pri-

A Primulus, Reous, Donatianus, } *referuntur hoc die a Felicio. De iis infra agimus in Actis S.* Montani, Lucii, & *ſociorum, cum quibus fuerunt capti, &* Primulus & Donatianus, *in carcere mortui.*

Demetrias nobiliſſima Virgo Romana, *a ſanctis Patribus laudata,* (*ad quam extat epiſtola S. 1. Hieronymi*) *memoratur hoc die in Menologio Virginum Lubienſi noſtri. Aliqua Vita ejuſdem hiſtoria conſcripta eſt ab Antonio Gallonio libro de ſanctis Virginibus Romanis, nullo tamen venerationis publicæ indicatu teſtimonio, nullo aſſignato die. Sanctæ titulo utrique eam honorat, uti & Baronius in notis ad 7. Febr. litt. H, ubi occaſione S. Juliana vidua Bononienſis nominis* Julianæ ea illuſtri Anicionum familia oriundæ, quæ mater S. Demetriadis *fuit: interim* Demetriadis *nuſquam in Martyrol. Romano mentio fit. Non etiam meminerunt Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ aut Catalogo generali, Galeſinius, Maurolycus, Petrus Equilinus: non denique Octavius Pancirolus de ejus reliquiis agit. Certiora ergo cultus ac venerationis monumenta deſideramus.*

Cæcilius Sedulus, *vulgo* Cælius Sedulius, *qui quinto ſeculo floruit* Poeta & Orator, *inſcriptus eſt ad hunc diem martyrologio Hiſpanico Tamaii-Salazarii ob auctoritatem Chronici Dextri, dicturq;* Epiſcopus Oretanus *in Hiſpania fuiſſe*, & Sanctus *appellatur. Vita refertur ex Actis S. Hibernia Joannis Colgani, qui de eo agit 12. Febr. atque, ut illic divimus, ſolum* Venerabilem *nominat.*

Haſſea Virgo Aredſodi, Cumineus Abbas Huenſis, Kieranus Vameu, } *memorantur a Mariano Gorman in martyrol. mſ. Hibernico. Haſſeæ nuſquam reperimus præterea fieri mentionem, ne quidem in Indiculis Colgani ad tomos duos Ss. Hiberniæ hactenus editos. De aliis duobus hæc leguntur in mſ. martyrol. Tamlactenſi:* Cumineus Finaius, filius Fiechi, filii Fergutii, Abbas Huenſis. *Dein* Kieranus Va-meſſæ Ardſorti. *An ex hoc adjuncto ſcripta apud Gormanum* Haſſea Virgo Ared-ſodi, *num contra ex hujus nomine jam relata ex Tamlactenſi ſint Kieranæ adjecta, inquirant alii. Omiſit illos Colganus, & ſolum* Cumineum, *quem & Cumeanum appellat, ad hunc diem celebrat, verbis hiſce martyrologii Tamlactenſis:* Comineus Abbas, filius Fiachnæ, filii Faradacii, Abbas Huenſis. *At ipſe ait* patre ortum Eruano, Fiachæ filio, *qui proinde alterius ex fratre nepos deberet fuiſſe. Uſſerius de Britannicarum Eccleſiarum primordiis pag.* 702. Cummineum Album ſextum Abbatem Huenſem *ſcribit & annos præfuiſſe* 12. *eumdemque ibi & pag.* 688. *cenſet* Cummeneum Album, *quem* librum de virtutibus S. Columbæ ſcripſiſſe *tellatur 1. Adamnanus lib. 3. Vitæ S. Columbæ cap.* 5. *ſed Abbatem non appellat. Ejus vita initium indicat martyrologium Dungalenſe hoc eſſe:* Veneabilis Abbas & plurimorum Pater cœnobiorum. *Quam Vitam habemus, ſed mutilam, in codice noſtro mſ. Salmanticæ accepto, quam Wardæus communicatam Colgano edidit, qui & arbitratur dictum* Abbatem Cummeneum Album *eſſe* Cummianum Hibernum, *cujus extat ad Segienum IV. Abbatem Huenſem epiſtola de Controverſia Paſchali, edita ab Uſſerio in Sylloge veterum epiſtolarum Hibernicarum pag.* 24. *Verum hic ſenex* Cummianum *appellat, alium S. Adamnanus* Cummeneum Album. *Sed neque a S. Adamnano* Cummeneus, *neque ab Uſſerio* Cummianus *adſcribitur Sanctis. Buceline citatus Colgano eumdem hoc die refert in Menologio Benedictino. At Colganus ad n.* 25. *arguit Dempſterum, qui etiam Benedictinis adſcripſerat lib. 3. Hiſt. Eccl. Scot. cap.* 323. *ipſeq; coli tradit 4. die Aprilis. Eumdem etiam arguit, quod cap.* 250. *alium ab eo ſtatuat* Cominum diſcipulum S. Columbæ, *a Leitzo & Hectore Boethio laudatum, quem tam ibi, quam in Menologia Scotico ait coli 16. Octobr, citato Martyrologio Anglicano, in quo* S. Cominus *adſcribitur diei 6. Octobr, uti & in Fitzimonis Catalogo Sanctorum Hiberniæ, & Ferrarii Catalogo generali, citata etiam Wionis Appendice ad Martyrologium Benedictinum. Verum cum forſan plures a Colgano confluentur in unum, neque ullum antiquæ veneration is appareat monumentum, & aliis in Hibernicis Martyrologiis una relati, a Colgano præmittantur, & nos nihil de iis poſſumus ſtatuere, donec clariora & certiora fundamenta oſtendantur. De Regula S. Columbæ monachis Huenſibus præſcripta egimus 17. Februarii in Vita S. Finani Epiſcopi Lindisfarnenſis pag.* 23. *num.* 52.

C

D

Torquatus cognomento Felix, ea Archipreſbytero Toletano Epiſcopus Irienſis, inde Portuenſis & Bracarenſis, fidei cauſſa a perfidis Saracenis ſub Muza, anno 724. ..... Kalend. Martias occiſus cum aliis 27. civibus Bracarenſibus. *Ita Adverſaria Julioni Petri num.* 319. *At Tamajus Salazar adjungit 6.* Kalend. Mart. *ut ad hunc diem referret in ſuo martyrol. Hiſpan. aſſereus* memoriam *ejus, cum* penitus periret, *per* Chronicon Juliani e faucibus ereptam oblivionis. *Deeſt Memoria illius in Ordine recitandi Officii divini pro diœceſi Bracarenſi anno* 1617. *excuſo.*

Deſiderius Converſus in Claravalle ſub S. Bernardo, magnus Deiparæ Virginis cultor, *a qua apparente in morte ad cœleſtem gloriam invitatus eſt, refertur hoc die a Chryſoſtomo* Henriquez *in Menologio Ciſtercienſis, itque a Bucelino in Benedictino,* & Beatus *appellatur: Sanctajus ſolum* Pius *adſcribit.*

E

Conradus de Peruſia Ordinis Prædicatorum *ad hunc diem adſcribitur Sanctis & Beatis Umbriæ a Ludovico Jacobillo,* & Beatus *nominatur: relatur etiam inter viros ſanctitate & miraculis illuſtres poſt Martyrologium Ordinis Prædicatorum, ſed abſque titulo* Beati, *qui ibidem nonnullis tribuitur.*

Antonius de Roſatis Ordinis Minorum S. Franciſci, a Saracenis pro fide Chriſti inter aſſeres per medium ſectus, glorioſa paſſione anno 1369. conſummavit paſſionem, & Beatus ac Martyr *habetur in Martyrologio Franciſcano Arturi a Monaſterio. Agunt de eodem plures ſcriptores ab eo citati, ſed nullus aſſerit honores Martyrum ei hactenus ab Eccleſia decretos.*

Robertus Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, vir ſanctus, obiit Venetiis hoc die anno 1393. claruitque miraculis tam vivens quam vita functus, *ut ſcribit Leander Albertus lib. 5. de viris illuſt. Ord. Prædic. qui & Beatum appellat, tradunq;* corpus ejus tertio poſt mortem anno, licet cœno & aquis immerſum, integrum tamen atque incorruptum repertum. *Quæ eiſdem verbis leguntur in Catalogo virorum ſanctitate inſignium poſt Martyrologium Ordinis excuſo, abſque tamen* Beati *titulo.*

Bartholomæus Abbas Ordinis Ciſtercienſis monaſterii Populetani in Catalania obiit anno 1445. virtute & miraculis clarus, *qui fertur etiam mortuum ſuſcitaſſe. Ita Chryſoſtomus Henriquez & Bucelinus hoc die in ſuis Menologiis, qui & Beatum appellant, non indicata ullius publicæ veneration is facultate.*

F

Conſtantius Fabrianenſis *ex Prædicatorum etiam Ordine vir ſanctus, hoc die obiit Eſculi in Piceno anno* 1481. *uti memoratus ſcribit Leander, qui & Beatum appellat, uti & Ferrarius in generali Catalogo Ss. Deeſt Catalogo illuſtrium ſanctitate & miraculis virorum, poſt Martyrologium Ordinis excuſo.*

S. Victorinus, S. Victor Nivivitta, S. Nicephorus, S. Serapion, } Martyres in Ægypto. *Martyrologium mſ. Romanum, five S. Hieronymi. In Richenovienſi mſ. duo priores referuntur.* Serapion *ſolus inſcriptus martyrol. Aquiſgranenſi & Auctario Greveni. De iis agit martyrol. Romanum cum aliis* 25. Febr.

S. Rheginus Epiſcopus & Martyr. *Galeſinius, Ferrarius, Ac magnus Græcorum Menæa, & ὁ βίος αὐτῶν Cytherâ ſequenti die* 25. Februarii.

S. Hieru-

A S. Herulus, S. Locius, S. Georgius, S. Abſolon, } Martyres Cæſareæ in Cappadocia. *MS. antiquum martyrologium Romanum, ſive S. Hieronymi. Habentur etiam in mſ. Aquiſgranenſi & apud Notkerum, ſed hi pro* Georgio *junxerunt* Sergium, *quem Cæſarea in Cappadocia paſſum, infra hoc die damus. Aſt* Herulos, *Notkero* Herolus, *in mſ. Aquiſgranenſi* Herodius *dicitur, in quo vox* Abſolonis *male tranſpoſita erat poſt verbum Roma, hoc modo:* In Cæſarea Cappadociæ SS. Herodii, Lucii, Sergii, Romæ Abſolonas, Natalis Primitivi & Paoli. *Legendum ergo:* Sergii, *ſeu potius* Georgii, Abſolonis; *dein* Romæ Natalis Primitivi & Pauli, *ut infra, ubi de his agimus, dicitur. Notkerus, ſimili tranſpoſitione deceptus,* Romæ S. Abſolonem *tribuit.* Herodii & Lucii *meminit Greven. Sunt autem hi adſcripti aliis Martyrologiis ad 6. Nonas Martii, ſed* Georgius *etiam nonnullis* Sergius, *Martyrologio Romano & aliis* Lorgius *eſt. Ita* Herulus, Herolus, Herodius, *aliquibus* Erolius & Heraclius *dicitur, & aliis Martyribus* Romæ *aut* in porto Romano *paſſis adjungitur. Qua omnia accuratius diſcutientur* 11. Martii.

S. Birtaous, Epiſcopus Wintomenſis in Anglia, *inſcriptus hoc die Menologio Benedictino Bucelini, relata vita epitome ex Malmesburienſi, apud quem nihil de die obitus legitur. Maibew in Trophæis Benedictinorum in Anglia retulit ad 30. Jan. Martyrologium Anglicanum, quod cum Ferrario maluimus ſequi, in utraq; editione celebrat ejus ſolemnem memoriam die* 22. Aprilis.

B Adalbero I. Epiſcopus Metenſis, opinatiſſimæ ſanctitatis vir, ſanctæque religionis indefeſſus ubique reformator, *(ut hæc verbis ex chartulario mſ. 1. Arnulphi tradit Meurisſius in Hiſtoria Metenſi pag. 315.) refertur hoc die a Ferrario in Catalogo generali & Beatos appellatur & ejus quidem in Notatione* Tabulis Eccleſiæ Metenſis: *ſed vereor, ne legenti incuria obrepſerit, cum in memorato chartulario dicatur obiiſſe 6.* Kalendas, *non* Martii, *ſed* Maii. *Et in Necrologio Metenſi Eccleſiæ cathedralis legitur:* 26. Aprilis obiit D. Adelbero Metenſis Epiſcopus. *Quare ſi qua veneratione ſacra, cujus non meminit Meurisſius, deprehenderimus extare monumenta, referemus ad* 26. Aprilis.

S. Tertullini, S. Chryſanthi, } Martyrum corpora *e cœmeterio Romano 1. Calliſti Luxemburgum in templum Societatis Jeſu delata ſunt: cujus Translationis prima ſolemnitas habita eſt hoc die, ipſo 1. Maibia Apoſtoli feſto, anno* 1647. *ſed annua celebritati aſſignata eſt Dominica 4. poſt Paſcha, qua tum per octavam continuatur. Quod prima vice factum eſt anno* 1648. *quo illa Dominica cadebat in* 10. *Maii. Acta Translationis cum authenticis inſtrumentis erudite deſcripſit Alexander Wilhemius noſter, nunc ejuſdem collegii Luxemburgenſis Rector, qua edemus ad dictum* 10. Maii.

C S. Joannis Baptiſtæ capitis prima inventio Hieroſolymis facta *traditur hoc die in quamplurimis Martyrologiis Latinis & Græcis. Item ejuſdem* Translatio in Aquitaniam *inſcripta etiam eſt mſ. Florario. Qua erunt in feſto Decollationis ejus illuſtranda* 29. Auguſti.

D S. Gerardus Epiſcopus & Martyr in Hungaria *memoratur in Martyrologio Wiſfordi. Colitur* 24. Septemb.

S. Bonifacii Regis, S. Cleodii Martyris, } *mentio eſt in mſ. recenti Carthuſia Bruxellenſi. Infra in 2. Relatione Translationis & Inventionis corporis 1. Mathiæ nu.* 19. *dicuntur Treviris in ejuſdem 1. Mathiæ monaſterio eſſe reliquiæ* S. Bonifacii Ducis, *qui fuit unus e Martyribus Thebais apud Treviros occiſis. Forſan hic* Bonifacius Dux, *per errorem in dicto mſ.* Rex *appellatur, ejuſq; forſan ſocius* Cleodius *poteſt cenſeri. Si qua major certitudo accedat, poterit ad Acta iſtorum Martyrum Trevirenſium dici* 6. Octobris.

S. Dionyſii Epiſcopi eccleſiæ propæ Pariſios dedicatio, *olim a Chriſto apparente facta, celebratur hoc die, inſcripta Martyrologiis Wionis, Dorgamii, Menardi, Buccelini, Sauſſaii, Ferrarii, & Florario mſ. illuſtranda cum Actis S. Dionyſii* 9. Octobris.

E S. Polycarpi, S. Martii, & ſociorum } Martyrum ex ſodalitio Urſulano tranſpoſitio in monaſterio Bonæ-Spei. *Ita Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus. Sociorum nomina exprimit Rayſſius Hierogazophylacio Belgico, ſcilicet* Valerii, Honorati, Terentiæ, Margaritæ, Baldinæ, Sambariæ & alterius Margaritæ. *Horum corpora addit in Belgicis Geuſiorum tumulibus ab iconomachis redacta in cineres, quos ibidem collectos habent in veneratione. De iis agi poterit ad Acta Urſulæ & ſociarum* 21. Octobris.

S. Eltotus, *alii* Iltutus, Abbas, diſcipulus S. Germani: cujus anima viſa fuit deferri in ſpecie aquilæ, pennas aureas habentis, eum Angelis in cœlum avolare. *Kalendarium mſ. Benedictinum. Vitam habes Capgravii, dandam, quo in martyrologio Anglicano refertur,* 6. Novembris.

B. Simon de Alna, Converſus Ord. Ciſtercienſis in Belgio, *refertur hoc die a Molano in Natalib. Sanct. Belgii, Chryſoſtomo Henriquez in Menol. Ciſtercienſi, Sauſſajo in martyrol. Gallicano, Ferrario in generali Catal. Sanct. Hugone Menardo in martyrol. Benedictino, Bartholomæo Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodien. Ægidio Gelenio in Faſtis Agrippinenſibus: ſed, quæ omnes Molanum, ſequuntur. Antbertus Miræus, qui alias non temere a Molano ſolet diſcedere, ad 6. Novembris refert. Aſt Vita mſ. quæ penes nos eſt, ad* 6. Decembris.

F Hiſcæ & Hinnæ & Hionæ matronæ *memoria exſtat hoc die in Florario mſ. at Greven in auctario Uſuardi ita habet:* Olympiadis ſanctæ matronæ. Item Hiſcæ & Hionæ Sanctarum. *Nomen Hiſcæ in Friſia fœminis etiamnum in baptiſmo imponi ſolet, ajunt, Sancta alicujus id eſſe.* S. Olympiadis viduæ *feſtum colitur in martyrologio Romano 17. Decemb. De Hinna & Hiſca, qua hic conjungi videntur, ſi quid interea certi occurrat, poterit alibi referri, aut certe eodem* 17. Decembris.

S. Joannis Evangeliſtæ natalitium *refertur in mſ. parvo 1. Maximini, in pluribus heſterno die. Colitur* 27. Decembris.

D E

DE S. MATHIA APOSTOLO
IN PALÆSTINA,

Commentarius prævius :

G. H.

§. I. S. Mathiæ electio, venerdtio publica. Sermo ab Authperto Abb. Caſinenſi de eo ſcriptus: an alius a S. Auguſtino?

POST AN. LX. XXIV. JE.

1 QUæ a variis auctoribus de s. Mathia Apoſtolo dicta, ſcripta ac typis etiam exarata extant, ad diverſas ſunt referenda claſſes, pro ut ea propius videntur veritatem aſſequuta, aut etiam ab ea aſſectanda magis & magis recedunt. Certiſſima ſunt, quæ calculo divino approbata, ab Evangeliſta Luca in Apoſtolorum Actibus recenſentur, & infra aliis ejuſdem Apoſtoli geſtis inſerta referuntur. Eſt ea electio adſcripta Florario Sanctorum mſ. & auctario Grevenii, ad diem 12. Maii. Proxime accedit celebris cultus ac veneratio ejuſdem Apoſtoli, omnibus orthodoxam fidem ample. xit, ab Eccleſia injuncta. Hanc ſolennitatem peragunt Latini 6. Kalendas Martii, ſive die 24. Febr. aut, ſi annus biſſextilis fuerit, 25. Mediolanenſes 7. Febr. Græci, ut infra conſtabit, diem 9. Auguſti huic ſanctæ memoriæ conſecrarunt.

Certiſſime eſt electio S. Mathiæ in Apoſtolum,

data veneratio ſacra

B

2 Baronius in Notis ad 24. Februarii aſſerit Latinos omnes de eo agere hac die. *Quod apud nos adſervatur exemplar* mſ. Martyrologii Romani, ſive s. Hieronymi, a mille circiter annis exaratum, non habet nomen s. Mathiæ, neque 6. Kalendas Martii, neque in præfixa Notitia de locis ſanctorum Apoſtolorum. *Nam, ut legitur in epiſtola dedicatoria s. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos*, in prima parte libelli omnium Apoſtolorum feſta conſcripta ſunt, ut dies varii non videantur dividere, quos una dignitas Apoſtolica in cœlesti gloria fecit eſſe ſublimes. *Concluſa his verbis dicta s. Hieronymi epiſtola, ſequuntur hic titulus:* Notitia de locis ſanctorum Apoſtolorum, *& ita explicatur:* 3. Kalendas Jul. Natalis Apoſtolorum SS. Petri & Pauli Romæ, 11. Kal. Decemb. Natalis S. Andreæ Apoſtoli in civitate Patras Provinciæ Achaiæ, 6. Kal. Jan. Natalis Apoſtoli S. Jacobi fratris Domini & Joannis Evangeliſtæ, 8. Kal. Jul. Natalis dormitionis S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ in Epheſo, 12. Kal. Januar. Natalis S. Thomæ Apoſtoli in India. Et Translatio corporis ejus in Edeſſa 5. Kal. Jul. 8. Kal. Auguſti Natalis Jacobi Apoſtoli fratris Joannis Evangeliſtæ, in Jeroſolymis. Kal. Maii Natalis S. Philippi Apoſtoli in civitate Hierapoli provinciæ Aſiæ, 8. Kalen. Sept. Natalis S. Bartholomæi Apoſtoli, qui decollatus eſt in India juſſu Regis Aſtyagis, 11. Kal. Oct. Natalis S. Mathæi Apoſtoli, qui paſſus eſt in Perſida. 5. Kal. Novemb. Natalis Apoſtoli Simonis Chananæi & Simonis Zelotis, qui a templorum pontificibus occiſi ſunt in Suanis civitate Perſarum. *Hæc ibi, quibus mox dicit Januarii ſubjungantur: ac tum de ſingulis iterum Apoſtolis abſq; mentione s. Mathiæ indicatis jam diebus agitur. In Hiſtoria certaminis Apoſtolorum qua circumfertur ſub nomine Abdiæ Babylonia Epiſcopi & Apoſtolorum diſcipuli, dicitur quo ab Eutropio ex ſermone Hebraico in Græcum, & a Julio Africano in Latinum translata, de iiſdem ante relatis Apoſtolis agitur, nulla etiam facta mentione s. Mathiæ Apoſtoli: ut miram ſit a Galeſinio & Baronio in Notis ad Martyrologia in apocryphis cenſeri, aut ut ſpuria reiici, qua de eo Abdiæ ſint ſcripta.*

ejus mentio in Mſ. Martyrol. S. Hieronymi non eſt 24. Febr.

C

3 *Veteſtas variorum Eccleſiarum ſententias de rebus geſtis s. Mathiæ docens antiqua Martyrologia. Richenovienſe, ſive Divinis-Augia mſ. ad 6. Kalendas Martii relatis aliorum Sanctorum nominibus, de quibus infra agemus ſub finem iſta habet:* Et alibi Mathiæ Apoſtoli. *Ita etiam mſ. monaſterii s. Cyriaci Romæ.* Et S. Mathiæ Apoſtoli. *At prime loce ferme legitur in reliquis Martyrologiis. Antiquum Romanum Roſweydi:* 6. Kalend. Martii, S. Mathiæ Apoſtoli. *MSS. Colonienſe s. Mariæ ad Gradus, & Centulenſe ſub Bedæ nomine:* Natalis S. Mathiæ Apoſtoli. *In mſ. Regina Sveciæ additur:* Qui duodecimum Apoſtolatus locum pro Juda ſortitus eſt, *pro quo in mſ. Ternacenſi s. Martini iſta habentur:* Qui ex diſcipulis ſeptuaginta ſorte electus, pro Juda Scarioth, duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatus eſt. *Quæ ferme eadem leguntur in mſ. Latienſi, mſ. Trevirenſe locum præterea aſſignat his verbis:* In Judæa Mathiæ Apoſtoli, qui unus ex ſeptuaginta duobus in loco Judæ ſubrogatus eſt. *S. Iſidorus, qui Epiſcopus Hiſpalenſis ſeculo Chriſti ſeptimo floruit, in tractatu de vita & morte Sanctorum novi Teſtamenti cap. 80. de prædicatione s. Mathiæ pauca adjungit.* Mathias, *inquit*, de 72. diſcipulus unus, & pro Juda Iſcarioth duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatus, electus eſt ſorte, & ſolus ſine cognomine: cui datur Evangelium prædicationis in Judæa. *Quæ eadem in martyrologiis quamplurimis leguntur. Beda excuſus:* Natale S. Mathiæ Apoſtoli, qui de ſeptuaginta diſcipulis pro Juda traditore ab Apoſtolis electus, ſorte in Apoſtolarum ſubrogatus, in Judæa Chriſti Evangelium prædicavit. *Uſuardus vero iſta tradit:* Natalis B. Mathiæ Apoſtoli, qui poſt Aſcenſionem Domini ab Apoſtolis ſorte electus, apud Judæam Chriſti Evangelium prædicavit. *Quæ eadem in martyrologio Bellini, ſecundum morem Romanæ curiæ leguntur. Ado interponit:* atque in locum proditoris Domini ſubrogatus. *Regionem proponunt Rabanus & Notkerus his verbis:* In Paleſtina nativitas Mathiæ Apoſtoli, qui de 70. diſcipulis pro Juda traditore in Apoſtolum electus, in Judæa Evangelium prædicavit. *Habemus Martyrologia illa antiquiora & majoris auctoritatis abſque ulla obitus s. Mathiæ mentione. Hit ſimilia continentur in quamplurimis mſſ. noſtris martyrologiis.*

In Martyrologiis 24. Febr. nomen S. Mathiæ,

electio in Apoſtolis,

& quæ apud S. Iſidorum leguntur,

D

prædicatio in Judæa;

4 *Authpertus Abbas* 17. *Caſinenſis de obitu s. Mathiæ hæc ſolum in ſermone in laudem ejus conſcripto habet:* Poſtquam vero reliquit Judæam patriam prædicando, quam in ſorte prædicationis acceperat, & plurimos ethnicos ad fidem Catholicam convertit B. Mathias Apoſtolus, migravit ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. *Meminit hujus ſcriptoris Petrus Diaconus de Viris illuſtribus Caſinenſibus cap.* 13. *hit verbis*: Authpertus, ejuſdem cœnobii Abbas vir diſertus & valde eruditus inter multa & præclara ingenii ſui monumenta, in laudem S. Mathiæ Apoſtoli, nec non de Purificatione ſanctæ Dei Genitricis aliorumque Sanctorum, homilias valde pulchras compoſuit. Fuit autem temporibus Lotharii Imperatoris. *Imo* Ludovici Pii Imperatoris, *aut certe hoc ex conſpiratione filiorum abdicato*, Lotharii *tum intruſi. Præfuit namq; Authpertus, Caſinenſi cœnobio annis tribus, electus anno* 834. *mortuus anno* 837. *Joannes Baptiſta Marus in Annotationibus ad Petrum Diaconum anno* 1655. *a ſe primum in lucem emiſſum, aſſerit* ſermonem in laudem S. Mathiæ Apoſtoli ineditum adhuc credi. *Baronius in Notis ad martyrol. indicat ſe* habuiſſe charactere Longobardico conſcriptum, *eumdemq; ſe* legiſſe in codice MS. S. Mariæ ad Martyres: *incipere*, Inclytam gloriam *&c. Habemus & nos ſermonem iſtum cum dicto exordio in codice quodam mſ. noſtræ valde antiquo. Extat etiam inter Vitas Sanctorum a Mombritio collectas tomo* 2. *fol.* 146. *ex-* *eujus ſed aliquot locis mutilus. Verum neque in codice noſtro mſ. neque apud Mombritium nomen Authperti, aut alterius auctoris invenitur, quod forſan in aliquo ſuorum mſſ.*

obitus apud Authpertum

E

ſermonis ſcribendi occaſio

in Mſſ. reperto,

a Mombritio editus.

legi

Digitized by Google

AUCTORE G. H. A *legit Baronius, vix certe vel idcirco conjecit, quia e B. Benedicti regula teſtimonium adducitur, unde & nos Authperti*um *ejus ſermonis auctorem credimus, & hic damni ex dicta mſ. ac Mombritio: cujus libri olim poſt artem typographicam inventam inter primos excuſi pauciſ innotuerunt, & in variorum bibliothecis aſſervantur. Ex hoc ſermone docemur ſolennem cultum, quo s. Mathiam a illa tempora venerata eſt Eccleſia Catholica: & auctor n. 2. aſſerit ſe depromere, quæ ſancti Patres in ejus laudem mirifice protulerunt.*

Sermonis hujus partes in Breviariis

5 *Qui huic ſermoni prologus præmittitur legitur in Breviariis miſſ. aliiſq; annis 1479. 1490. & 1522. ſecundum morem Romanæ curiæ excuſis. Lectiones item Breviarii Eccleſiæ Morinenſis anni 1542. ab eodem prologo incipiunt, & iiſdem verbis cum hoc ſermone finiunt, pleriſq; intermediis aliis phraſi contractis. At prologus ille omiſſo ab ipſa ſermone incipiunt Lectiones Breviarii Monaſterienſis an. 1489. Argentinæ excuſi. Earum Lectionum prior pars ſolebat olim recitari in Eccleſia Ultrajectina, quæ in Breviaria anno 1508. edita cantinetur. Idem exordium aliaſq; ex hoc ſermone habentur in Breviario Ebroicenſi in Gallia. Aſt in eo, quo uti ſolebat Eccleſia s. Quintini in Veromanduis, ab eodem exordio, incipit Lectio tertia, duabus prioribus deſumptis ex alio de s. Mathia tractatu, quæ plenius exhibetur in Breviario Argentoratenſi anni 1478. & Spirenſi anni 1507. ac s. Auguſtino tributur: ac quæ videtur Galeſinius iſta annotaſſe*: Extat de illius vita ſermo, quem alii S. Auguſtino, alii Bedæ adſcribunt: idemq; in plerisque Eccleſiis legitur. *Et Baronius*, Fertur ſermo, *inquit*, de S. Mathia, quem alii Auguſtino, Bedæ autem alii tribuunt. *Incipiunt vero ita ha Lectiones*: Cum præclara B. Mathiæ Apoſtoli feſtivitas pee anni curſus revolutione m ſeſe repræſentat, maximæ jucunditatis gaudia merito nobis multiplicat. *Qua etiam exordia, ſed poſtea prorſus diſcrepantes, Lectiones habentur in Breviariis Ambianenſi, Tullenſi, Virdunenſi, Inſulenſi, aliiſq; ſuperiore ſeculo excuſis, Brugenſi item, & Sariſburienſi anni 1491. licet ha iterum ab invicem, uti a præcedentibus, diverſa ſint. Omnes nihilominus Lectiones ſunt deſumpta ex homilia, quæ in Milloquio s. Auguſtini a Bartholomæo de Urbino collecta continetur verbo* Mathias. *Alia ſunt Lectiones antiqui Breviarii Ternacenſis & Audomaropolitani, qua ita incipiunt*: De Mathia Apoſtolo parva nobis antiquitas monumenta reliquit.

Auti & alterius S. Auguſtino adſcripti B

6 *In omnibus hactenus, & forſan ſcrupulo nimio, enumeratis Breviariis nullum extat ullius martyrii, aut martyrum illuſtre, veſtigium. In Breviario Sleſwicenſi anni 1512. relata tribus primis Lectionibus electiene s. Mathia, ita quarta incipit*: Cum igitur Mathias Judæam in ſortem accepiſſet, prædicationi ibidem inſiſtens, & multa miracula faciens, in pace quievit. *Qua eadem in Legenda Claudii de Rota, & Jacobi de Voragine, & in Viola Sanctorum Hagenæ anno 1508. recuſa leguntur: in quibus tamen, ut infra dicetur, aliarum ſententia de nece illi illata referuntur. Martyrol. mſ. Carmeli Colonienſis diſtis aſſeritur*: Apud Judæam natale B. Mathiæ Apoſtoli, qui loco Judæ ab Apoſtolis ſorte electus, in Judæa Chriſti Evangelium prædicavit: noviſſime vero vitam in pace finivit.

S. Mathias ab aliis dicitur to paſſe glorioſe. C

§. II. *Relata de prædicatione S. Mathiæ in Æthiopia, ad Pontum Euxinum, & in Macedonia. Varia eidem tradantur inflicta tormenta.*

7 *Authpertus infra n. 15. eadem ſibi abiicit ac reſpondet.* Paſſio namque, *inquit*, illius ſi quæritur habeti, ſicut ceterorum Apoſtolorum, manifeſtiſſime conſtat, quod ipſe ſibi intulerit paſſionem, & crucem ſuam ferendo Chriſtum ſuerit ſecutus, dicendo cum Apoſtolo: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Eadem cum nonnullis aliis ex ſermone Authperti decerptis leguntur in Breviario Lingonenſi ſub initium hujus ſc. uli excuſo. Nec alia forſan paſſio (ut eodem verbo utar) poſſet ab aliquo requiri in mſ. martyrologio Aquilegrenſi*, cui ſub finem diei 24. Februarii adjuncta ſunt hæc pauca verba. Paſſio S. Mathiæ Apoſtoli. *In libro Sacramentorum s. Gregorii Magni inter opera ejus ex mſ. antiqua bibliotheca Vaticana edita, uti etiam ex mſ. Corbejenſi ſæculi a Menardo vulgata, propria Præfatia de s. Mathia legitur his verbis*: Cujus paſſionis triumphum ſolenniter celebramus. *Ubi verbo paſſionis verum intelligi martyrium perſuadet auctoritas communis Eccleſiæ, & ita paſſim cenſeri mortuum eſſe s. Mathiam infra conſtabit.*

An martyrium tulerit

Tuſſio S. Mathiæ ex traditione Græcorum Corollipoſitus

8 *Relata Judæa patria, plurimos Ethnicos alibi a B. Mathia ad fidem Catholicam converſos fuiſſe ſupra ex Authperto diximus. Græci in Menais & apud Cytherum, in Æthiopiam cum profectum aſſerunt ad 9. Auguſti, his verbis*: Erat Mathias unus ex ſeptuaginta, poſtea in locum Judæ Iſcariotæ undecim Apoſtolis annumeratus. Prædicavit vero Evangelium in exteriore Æthiopia, multiſque ſupplíciis illic excruciatus, ſpiritum Deo reddidit: *Quæ fere eadem in Menologia Caniſii leguntur*: Eodem die certamen ſancti Apoſtoli Mathiæ, qui unus ex ſeptuaginta connumeratus eſt, cum duodecim Apoſtolis pro Juda Iſcariote. Prædicavit autem Evangelium in Æthiopia, ubi multos pro fide Chriſti ſuperatis tormentis, ſpiritum Deo tradidit. *Hæc ibi, ſed per amanuenſium forſan errorem ad 8. Auguſti plane in fine relata, cum ſpectent ad ſequentem 9. Auguſti: quo die ex conſtitutione Manuelis Comneni Imperatoris Orientis feria imperamur, uti apud Balſamonem in Photii ſacrorum Canonum expoſitionem titulo 7. cap. 1. & Leunclavium lib. 2. Novellarum Auguſtalium pag. 161. legitur*. Auguſti, *inquit*, dies 6. propter Servatoris noſtri Jeſu Chriſti transformationem, & 9 propter memoriam ſancti Apoſtoli Mathiæ. *De prædicatione in Æthiopia Nicephorus lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 40. illa tradit*: Mathias porro, qui jacturam duodenarii Apoſtolorum numeri ſarciat; primam Æthiopiam adiit, atque ibi a feris, infeſtis, immanibuſque gentibus multa pertulit. Cum vero quæ oportuit & verbis & factis divino Evangelio annuntiando præſtitiſſet, & Chriſto magnam hominum multitudinem acquiſaſſet, animo intrepido & forti martyrii coronam ſuſcepit.

An in ulla Æthiopia jubitit?

An prius Taurum Euxinum prædicarit & obierit?

9 *Locus Æthiopia aſſignatur in Auctario s. Hieronymi de Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui Catalogus a Saphronia, ut ipſemet Hieronymus ſub finem teſtatur, Græce translatus eſt, & poſtmodum plurimis intruſis auctus. In eo hac cap. 10. addunter*: Mathias cum unus eſſet e numero ſeptuaginta, adlectus eſt in ordinem undecim Apoſtolorum in locum Judæ Iſcariotæ, qui fuit proditor. In altera Æthiopia, ubi eſt irruptio Aſpati & Hiſſi portus, prædicavit Evangelium, cum eſſent homines agreſtes: & illic dormivit, & illic ſepultus eſt uſque ad hodiernum diem. *Hæc ibi. Æthiopia altera dicitur, Græce αἰθιοπία ἑτέρα, quam primam Nicephorus appellat, Græce τὴν πρώτην Αἰθιοπίαν. Menæa vera ejus prædicationem adſcribunt exteriori Æthiopiæ, τῇ ἔξω Αἰθιοπίᾳ. Qua in Synopſi de Vita & morte Prophetarum & Apoſtolorum, ſub nomine s. Dorotbei Epiſcopi & Martyris edita, tribuuntur* interiori Æthiopiæ *his verbis*: Mathias cum eſſet unus ex ſeptuaginta diſcipulis, poſtea undecim Apoſtolis duodecimus loco Judæ proditoris annumeratus eſt. Hic in interiore Æthiopia, ubi Hiſſus maris portus, & Phaſis fluvius eſt, hominibus barbaris & carnivoris prædicavit Evangelium. Mortuus eſt autem in Sebaſtopoli, ibique prope ſolis templum ſepultus. *Hæc ibi, e quibus locis, ſive vera ſunt ſeu falſa, ſtatuit Ortelius in Theſauro Geographico, verbo Æthiopia, fuiſſe* circa Cholcidem hanc Æthiopiam, *prope Pontum certe Euxinum, ad quem haud procul a Trapezunte conſtituit Ptolemæus* Hyſſi portum, *ac dein verſus Colchidem* Aſpotrum fluvium, ejuſque oſtia, *pro quo etiam* Abſarum *legit Plinius, atque auctarium S. Hieronymi citatum. Ei proxime apud Ptolemæum junguntur* Sebaſtopolis, *ac dein* Phaſis civitas & Phaſis fluvii oſtia-

A ustia. *Verum potuit S. Mathias fuiſſe & in Æthiopia Africana & in hiſce ad Pontum Euxinum ditionibus: qua dein loca conjunxerint auctores Synopſeos S. Dorothei & auctarii S. Hieron. omnia procul dubio appellantes Æthiopiam: uti majorum noſtrorum tempore India etiam nuncupata ſunt America, aliaque in Oriente & Occidente longinqua regiones.*

10 *Graci in Odis ſuis ad hanc Gentilium ad Chriſtum alladunt converſionem, & inter alia ita* S. Mathiam *alloquuntur: Καὶ σὺ ἐν ἀσκήσεσι καὶ σοφῷ σου λόγῳ σαυτὸν ἀνεδίδαξας τῶν εἰδωλομανιῶν τὸ πνεῦμα.* Et divina coruſcatione ſapientium ſermonum eorum fugaſti ſtultam idololatriam in ſpiritu. *De ejuſdem martyrio hi traduntur verſus in Menæis:*

Ἐξόλθε ἀρδὶς Γῆθεν ἐπὶ βρόχῳ.
Ἐπεσόθεν ἀρδὶς Ματθίας ἐπὶ ξύλῳ.
Ἥρθα ἀμφ' ἐπάτῳ ξύλῳ ἰθὺς ὁ Ματθίας.

Diſceſſit ſuſpenſus Judas in laqueo.
Acceſſit ſuſpenſus Mathias in ligno.
Suſpenſus eſt nona in ligno divinus Mathias.

Eodem modo S Mathiam patibulum crucis perculiſſe, & tali martyrio coronatum ad cœlos aſcendiſſe, *in aliquibus libris legi tradunt Breviar. Herbipolenſe anni* 1575. *Steſ-*
B *voicenſe & Viola Sanctor. ſupra cit.*

11 *Macedoniam etiam prædicatione, miraculis & captivitate S. Mathia fuiſſe illuſtratam alii perhibent apud Equilinum l.3. c.149. his verbis:* Cum ergo Apoſtoli ad prædicandum eſſent diviſi, Mathias Apoſtolus Judæam in ſortem prædicationis accepit. Qui tamen, ut alibi reperitur, prius in Macedonia prædicavit. Gentiles vero ejus fidem & ſanctitatem probare volentes, quamdam potionem toxicatam, quæ cunctos bibentes viſu privabat, ſibi dederunt: quam in nomine Chriſti bibit, & nullam læſionem incurrit. Et cum illa potio pluſquam ducentos quinquaginta excæcaſſet, ille ſingulis manus imponens, omnes illuminavit. Diabolus vero in ſimilitudinem infantis eam eis apparuit, ſuadens ut Mathiam occiderent, quæ cultum eorum evacuabat. Quem per triduum quæſierunt, & in eorum medio conſiſtentem minime viderunt. Tertia vero die ſe eis ſponte manifeſtatum, vinctum in carcerem recluſerunt: ubi dæmones ſibi apparentes in eum dentibus fremebant, ſed appropinquare non poterant. Dominus autem cum multo lumine ſibi aſſiſtens eum confortavit, & oſtio aperto liberum abire permiſit. Et dum iterum prædicaret, & quidam obſtinati perſiſterent, mox terra ſe aperuit & cunctos illos deglutivit: reliqui vero ad Chriſtum converſi ſunt. Poſt hæc
C reverſus Apoſtolus ad Judæam verbum Domini prædicabat &c. *Eadem leguntur apud Claudium de Rota & Jacob. de Vorag. Plurima etiam continentur in Brev. Paſſavienſi anni* 1505. *Herbipolenſi etiam & Viola Sanctor. dicturque* manibus poſt tergum ligatis, & fune collo impoſito, graviter afflictus, & ſic in carcere recluſus. *Prædicatio dicta in Macedonia habetur etiam in Brev. antiquo Romano, & variis martyrol. mox referendis.*

§. III. *Acta S. Mathiæ ex Hebraico verſa. Genus martyrii a variis relatum. Scripta falſo attributa.*

12 VOlfangus Laxius Ferdinandi I. Imp. olim Conſiliarius & Hiſtor. inter alia ingenii ſui monumenta ex variis mſſ. edidit carmen incerti auctoris de Paſſione Chriſti, & memoratum Abdiam de Vitis Apoſtolorum: quibus, inquit in Præf. ut editio juſtum volumen aſſequeretur, adjeci alias Sanctorum Dei hiſtorias, quæ mihi partim ob vetuſtatem ſcriptionis, partim vero ob hiſtoriæ ſeriem veræ viſæ ſunt. Sic Mathiæ Apoſtoli hiſtoriam, ex Hebraico, incerto auctore verſam, & antiquiſſima membrana litteriſque exceptam, quis apud Abdiam non habetur, conjungere placuit. *Habemus eadem S. Mathia*

alia ex mſſ. Ultraject. S. Salvatoris, alia mſ. Leodien. Budicenſis Ord. Canonicor. Regul. S. Auguſtini diœceſis Paderbornenſis in Weſtphal. ex tertio mſ. biblioth. Sufatenſis Ord. Prædicatorum in Weſtphal. ex quarto demum mſ. Carthuſianor. monaſterii S. Albani juxta Treviros. Qui ex Hebraica Latine verſi monachus fuit Trevirens. Abbatiæ S. Mathiæ, & ſec. Chr. 12. vixit. Hinc Legenda Trevirens. paſſim appellatur ab auctoribus, qui eam aut integre in alias linguas tranſtulerunt, aut variis contractas partes ediderunt. Ex his ſunt S. Antonin. Archiep. Florentin. par. 1. chron. tit. 6. c. 15. Jacob. de Vorag. Claud. de Rota, Epiſc. Equilin. ante citati. Hujus verba, quia pauca ſunt, & de morte agunt, hic damus: Reverſus Apoſtolus in Judæam, *ut ſupra diximus*, verbum Domini prædicabat, multoſque in ſignis & prodigiis convertebat. Cui invidentes Judæi eum in concilio ſtatuerunt, duoque teſtes, qui illum accuſaverunt, primo in ipſum lapides miſerunt: quos lapides in teſtimonium ſecum petiit ſepeliri. Qui dum lapidaretur, ſecuri in capite percuſſus, ſpiritum Deo reddidit. *A Nicephoro ſupra diximus, referturque animo intrepido & forti martyrii coronam ſuſcepiſſe, & quidem, ut Jo. Langus interpres adjunxit*, lapidibus pene obrutus, ad extremum ſecuri percuſſus. *Similia leguntur in Vita S. Mathiæ a Joachimo Perionio Benedictino Cormeriacenſe ſcripta & a Lazio edita. Quæ etiam ut magis ſecura tradidere Franciſcus Haræus & Zachar. Lippelous de Vitis Sanctorum, ſed ille S. Antoninum, hic Perionium deſcripſit.*

13 Breviar. Romanum completiſſimum, *cum Officiis Sanctor. Ord. Minor. S. Franciſci, & Eremitar. S. Auguſtini, Venetiis an.* 1522. *excuſum, contract propriis in marmine, laudibus & Horis anciphon. ex eiſdem prope aſſis deſumptas. Ex eiſdem Lectiones recitantur in Brev. Spireaſi an.* 1477. *Moguntino, Wormatienſi, Erfurtano, Biſuntino in Burgundia, Remenſi, Rotomagenſi, Conſtantienſi in Gallia, Eborenſi in Luſitan. Ambroſiano a S. Carolo Boromeo Mediolanenſibus præſcripto, item Ordinis Prædic. anni* 1555. *in quibus primo* lapidibus cæſus, demum ſecuri percuſſus *dicitur. Paſſavienſe an.* 1505. *addit etiam in cruce ſuſpenſum fuiſſe hoc ordine:* Duo igitur fuerunt teſtes, qui ipſum accuſaverunt: hi primum in ipſum lapides miſerunt, deinde crucifixerunt. Demum Romano more ſecuri percutitur, & extenſis in cœlum manibus ſpiritum Deo reddidit. *Unde ſequeretur vivum de cruce depoſitum fuiſſe: & ſic aliorum ſententia ſupra relata videretur poſſe conciliari. Omittapluta Brev. dadii vitandi cauſa, maxime quæ negleCta obita priorem partem aſtorum attingunt. Solum refero, quæ in Brev. Rom. a Cardin. Quignonio concinnato,* F *& anno* 1535. *a Paulo III. permiſſo, de prædicatione & morte ejuſdem recitantur his verbis:* Hic autem (ut quidam tradunt) cum in Macedonia primum, deinde in Judæa verbum Dei latiſſime diſſeminaſſet, multoſque prædicatione & conſequentibus ſignis ad Chriſti fidem convertiſſet; a Judæis id ægre ferentibus, comprehenſus, lapidibus pene obrutus eſt, ac poſtremo ſecuri percuſſus 6. Kalend. Mart.

14 *Similia habent martyrol. ab aliquot ſeculis conſcripta. mſ. Florar.* Natali B. Mathiæ Apoſtoli: Hic electus fuit forte ab Apoſtolis pro Juda proditore, & Evangelium Chriſti conſtantiſſime prædicavit annis 33. aut circiter. Poſtea in Judæa lapidatus & ſecuri percuſſus migravit ad Dominum anno ſal. 61. *Martyrol. Coloniæ an.* 1490. *excuſum iſta habet:* Natale B. Mathiæ Apoſtoli, qui poſt aſcenſionem Domini ab Apoſtolis ſorte electus, atque in loco Judæ proditoris ſubrogatus, apud Judæam Chriſti Evangelium prædicavit: qui prius unus de ſeptuagiuta duobus diſcipulis Chriſti fuit. Primo a Judæis capitur, & velut blaſphemus lapidibus obruitur: poſt hoc quaſi bos ſecuri percutitur, & capite truncatur: tali martyrio prius oculos in cœlum figens, emiſit ſpiritum. *Similia leguntur in auctario Grevenii anno* 1515. *&* 1521. *excuſo. Plura etiam habentur in Viola Sanctor. At*

AUCT. G. H. D & in variis MSS. reperta.

contracta a S. Antonin.

Epiſtolas.

Perionio, E Haræo, Lippeloo.

In Breviariis Romanis & aliis.

& variis Martyrol.

In vetere ſuſpenſus dicitur.

Ab aliis traditur in Macedonia prædicaſſe.

A veneno illæſus ejus potu. baptizatos ſervat.

Reducit a Chriſto illapſatos.

Acta ex Hebraico verſa.

Edita a Lazio.

AUCT. C. M.

Maurol. ista tradit: Natale S. Mathiæ Apostoli, qui post A Ascensionem Domini ab Apostolis sorte electus, *in* Judæ locum successit, & in Macedonia primum, inde in Judæa prædicavit, ubi lapidatus ac secure percussus a Judæis, occubuit. *Eadem sed alia phrasi refert Galesinius, & fermone Germ. Canisius, atque Italice Felicius, sed hic prædicationi apud Macedones non meminit. Breviter hoc refertur in hodierno martyrol. Rom.* In Judæa natalis S. Mathiæ Apostoli, qui post Ascensionem Domini ab Apostolis in locum Judæ proditoris sorte electus, pro Evangelii prædicatione martyrium passus est. *Innuitur etiam ejusdem martyrium in Missali Rom. dum rubeus color in sacrificio Missa proscribitur adhibendus.*

Martyrii dedicatur in Martyrol. Rom.

15 *S. Bonavent. duo de S. Mathia sermones edidit, & priorem ita concludit:* Electus fuit ad observantiam mandatorum, sicut omnes communiter justi. Electus fuit ad perfectionem consiliorum, sicut omnes discipuli. Electus fuit ad tolerantiam martyriorum, sicut ceteri martyres Christi, sicut ex Legenda ejus potest ostendi, quæ hic poterat recitari. Electus fuit ad officium Prælatorum, sicut ceteri Apostoli, qui mundo toti constituti sunt a Christo Prælati. Electus etiam hodie fuit ad gloriam Beatorum, ad quam est ingressus consummatione martyrii. *Hoc etiam martyrium innuit B. Laurentius Justinianus in sermone de S. Mathia.* Illum, *inquit*, superveniens Paracletus caritate complevit, dedit; ut omnium linguarum generibus loqueretur, miracula faceret, converteret nationes, prædicaret Christum, ac martyrii consequaretur triumphum. Deniq; cum ceteris Coapostolis super thronos duodecim tribur Israel judicantibus sedebit. *Hactenus ille. Quæ vero de martyrio ejus a S. Bonav. Legenda citatur, ac Aliis Hebraicis ejus, quæ infra dawus, intelligi prorsus videtur.*

In sermonibus S. Bonaventuræ

B *B. Laurentii Justiniani.*

16 *Octavius Panciral. in Thesaurii urbis absconditis regione 2. eccles. 45. occasione reliquiar. S. Mathia, quæ in ecclesia S. Mariæ majoris, ut infra dicetur, adservantur, asserit,* S. Mathiam in locum Judæ proditoris electum Apostoli, ad prædicandum sortitum fuisse Judæam, & cum, facta quadam per Macedoniam Apostolica excursione, ad eam rediisset, mortem ibidem pro Christo occubuisse. *Quidni potuerit similiter in Æthiopiam aliquando, aut versus Colchidem, aut ad ora Ponti Euxini, destinatus fuisse, qui post suam ad Apostolatum electionem vixerit ad annum vertens ac trigesimum vixisse? Christum Salvatorem nostrum pro redemptione generis humani cruci affixum fuisse Tiberio Cæs. Aug. V. & Ælio Sejano Coss. alibi ostendimus, uti verosimilius. Annus is erat Æræ vulgaris trigesimus primus, ut proinde obitus S. Mathia referendus foret in ann. 64. In Florar. mss. supra relato dicitur* migrasse ad Dominum anno sal. 61. *quo etiam anno S. Jacobum, cujus infra martyrium cum cæde S. Mathia conjungitur, occisum fuisse ex Eusebio & Hieron. chron. colligunt Petav. Deckerius, & alii: & nos accuratius ad Kal. Majas, diem ejus natalem, examinabimus: nonnulla infra ad Acta annotamus.*

Quamdiu in apostolatu S. Mathias vixerit.

C

17 *Baron. in Notis tradit* Evangelium, quod nomine Mathiæ ferebatur, a Gelasio in Romano Concilio esse rejectum inter apocrypha cap. Sancta Romana. dist. 15. *Verum ibi aut editionei Decreti varitat, apocrypha consentur* Evangelia nominibus Thadæi, Thomæ, Barnabæ, Bartholomæi, Andreæ, & quæ falsarunt Lucianus & Hyrciur, *nulla facta mentione Mathia, quem S. Barnabam asse perperam asseritur l. 1. Recognitionum, quæ S. Clementi Pontifici attribuuntur: & forsan simili errore idem Evangelium nomine Barnabæ, & nomine Mathia vulgatum est. Hujus meminit Origines homil. 1. in Luc. sive in proœmio Lucæ.* Quatuor, *inquit*, tantum sunt Evangelia probata, e quibus sub persona Domini & Salvatoris nostri proferenda sunt dogmata. Scio quoddam Evangelium, quod appellatur secundum Thomam & juxta Mathiam, & alia plura legimus. Ne quid ignorare videremur propter eos, qui se putant aliquid scire, si ista cognoverint. *Hactenus ibi.* Ejusdem etiam classis, *inquit Baron.* existimatæ sunt traditiones omine Mathiæ editæ, ex quibus Marcion suam ipsius hæresim adstruebat, *Clemens Alexandr. in librum Strom. ex eis quadam fragmenta recitat: a quibus ipse ad est l. 7.* Si electur vicinus peccaverit, peccavit electus. Nam si se ita gessisset, ut jubet verbum vel ratio, ejus vitam ita esset reveritus vicinus, ut non peccasset. *Alterum vero lib. 3. illud est:* Contra carnem dacartandum est, eaque abotendum: animam vero fidei & cognitionis tamquam nutrimentis augere oportet. *Agit etiam de his scriptis falso ei attributis Eusebius l. 3. c. 25.*

Ei falso ad scriptum Evangelii.

D *& traditiones.*

§. IV. *Reliquiæ S. Mathiæ Romæ & Treviris & aliis locis adservatæ.*

18 A *Ltera restat, nec minus intricata, controversia de sacris Mathiæ Apostoli reliquiis, quæ variis in locis traduntur depositæ. Ac primo Nicephor. & Graci in Menois & Menolog. quorum supra verba dedimus, asserunt eum Æthiopiam adisse, ibiq; multa perpessum tormenta, martyris coronam reportasse. Qui Catalogum S. Hieron. de Scriptoribus Ecclesiasticis a Sophronio Græce redditum aaxit, omisso martyrio scribit & illic, sive in Æthiopia, dormivisse, sepulcrum esse usq; in hodiernum diem. In Synopsi de vita & morte Prophetar. & Apostolor. sub nomine S. Dorothei Epist. & martyris edita, dicitur* mortuus Sebastopoli, ibique prope solis templum sepultus, *prope Colchidem ut supra diximus. Hinc Nicolaus Serar. in sua de Apostolis dissertatione illa affirmat de S. Mathia:* In altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari & Hyssi portus (*ad Pontum felicem Euxinum*) sanctissimæ Christi Domini legibus agrestissimos homines peepolivit: ubi & occisus, & D. Hieronymi, imo fortassis etiam posteriorum, qui hæc Hieronymo adjecisse videntur, tempore humatus fuit. Nam quod Petionius eum in Judæa interfectum scribit, minus probatur. *Hac Serarius, qui dum aliquat ejus Reliq. Treviros fuisse olim latas non improbabile judicat, prioris relationis auctor statem, ut mox constabit, magna parta subvertit. Fatemur* S. Mathiam spatio trigesta dnorum trinuve annorum, *quos in Apostolat u exegit, & in Æthiopiam Africanâ, & in vicinas Ponto Euxino regiones, quas hi auctores insolito alus loquendi more Æthiopiam appellant, potuisse Evangelii Christi prædicandi causa proficisci: tamen omnino arbitramur in divisione orbis inter Apostolos facta ei obtigisse Judæam: eamq; illius labore & prædicatione, præipue vita tempore excultam, & sanguine eandem irrigatam. Auctores supra dedimus: quibus ex dicendis lux major accedet.*

Ab aliis dicitur S. Mathias in Æthiopia sepultus.

E *Sebastopoli prope Solis templum*

positus post fidei Christi illic etiam annuntiationem.

In Judæa Martyr obiit.

19 *Christophorus Brouverus lib. rr. annalium Trevirens. pag. 658. ex vetustissimo libro, quem tempore martyrii S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, anno 754. occisi, asseris gladiatorum ictibus male exceptum fuisse, edidit repertam* Notitiam regionum & civitatum, quibus sanctorum Apostolorum & Evangelistarum venerabilia corpora requiescunt. *Ea autem Notitia sic incipit:* B. Joannes Baptista requiescit in civitate nomine Sebasta. B. Petrus Apostolus requiescit Romæ in provincia Tuscia: *& sic de aliis Apostolis, inter quos dicitur de S. Mathia:* Mathias Apostolus requiescit Hierosolyma, in provincia Syria. *In hac ergo Notitia indicatur prima, aut saltem valde antiqua sepultura. Nam* S. Joannis Baptistæ sepulcrum tempore Juliani apostatæ, Pagani, *ut ait Rufinus lib. rr. Hist. Eccl. c. 28.* apud Sebasten Palæstinæ urbem mente rabida & funestis manibus invaserunt, ossa disperserunt atque ea cursus collecta igni cremarunt, & sanctos cineres pulveri immistos per agros & rura disperserunt. *Habemus ergo ex hac Notitia* S. Mathiæ *corpus Hierosolymis adservatum fuisse, ac potuisse inde a S. Helena matre Constantini Magni Romam deferri, quod asserunt utraque alia Translationis & varia Breviar. ac martyrol. mox indicanda.*

corpus ejus traditur Hierosolymis sepultum.

& a S. Helena Romæ delatum.

20 *Sed & illud apud scriptores disputatur, an Roma corpus*

A *pus Apoſtoli permanſerit, an Treviros ſit avectum. Petrus de Natal. l. 5. c. 149. ſupra cit. hæc de S. Mathia addit:* Cujus corpus in Judæa ſepultum, deinde Romam translatum, in eccleſia S. Mariæ majoris eſſe dicitur, & ibidem caput ejus populo demonſtratur. *Addunt S. Antoninus, Claudius de Rota & Jacobus de Voragine cum Breviar. Sleſvicenſi,* corpus *ibidem* ſub lapide porphyretico ſepultum eſſe. *Onuphrius Panvinius lib. de præcipuis urbis Romæ baſilicis, in 7. baſilica S. Mariæ majoris ait,* ſub altari majori eſſe corpus S. Mathiæ Apoſtoli. *Enumerat dein 22. claſſes reliquiarum, quæ ibidem & conſervantur & ſtatis diebus populo oſtenduntur, ac n. 17. recenſet* caput S. Mathiæ Apoſtoli, cujus, *inquit,* corpus eſt ſub altari majori hujus baſilicæ: *ac tandem in fine addit,* has reliquias populo die Paſchæ oſtendi ſolere. *Similia ſcribunt Attilius Serranus, de ſeptem Urbis eccleſiis, Octavius Pancirol. in Theſauris abſconditis Urbis, aliique. At quo tempore, quave occaſione corpus eo delatum ſit, ſub dubio relinquitur. Eſt baſilica S. Maria majoris ſub Liberio Papa, qui an. 353. ſedem Pontificiam conſcendit, ob miraculum nivis conſtructa, ut dicetur 5. Auguſti, quia is dies per Eccleſiam univerſam ob illius baſilicæ dedicationem eſt ſolennis. Ab ejus nomine baſilica Liberii dicta, poſtea a Sixto III. qui an. Chr. 432. Pontifex creatus eſt, de novo reſtituta, atque amplificata eſt & S. Maria Deipara dicata, dein S. Maria ad præſepe & S. Maria majoris appellata, cujus* abſidam *Paſchalem Papa, qui an. 817. cæpit Stephanus Pontifex Eccleſia præſſo, de vono reſeciſſe tradit Anaſtaſius Bibloth. Huic abſidi muſivo opere inſculpta eſt hæc inſcriptio:* IN HAC SACRA BASILICA CORPORA SS. MATHIÆ APOSTOLI, HIERONYMI DOCTORIS, ROMULÆ ET RSDEMPTÆ VIRGINUM RSCONDUNTUR. *Ita Baron. in Notis ad 23. Julii, quo Virgines illæ colantur, memorata a Gregorio Magnol. 4. Dialog. c. 15. qui ait eodem tempore, quo ipſe monaſterium petiit, eas juxta B. Mariæ Virg. Eccleſiam habitaſſe. Pancirolus regione 2. eccleſ. 45. opinatur aut corpus S. Mathiæ ſimul cum corpore S. Hieronymi Romam advectum, aut certe de tempore tranſlationis illius nihil ſciri poſſe. Baron. in Notis ad 9. Maii, quo martyrol. Rom. inſcripta eſt tranſlatio corporis S. Hieron. hanc putat factam eſſe, cum Saraceni Paleſtinam invaſerunt: Pancirol. annum conjicit 635. quo idem Baron. miſeram Paleſtinam & urbis etiam Bethlemitica devaſtationem in annalibus deſcribit. Demum inter Indulgentias, a Nicolao Papa IV. hanc baſilicam S. Mariæ Majoris circa ann. 1290. conceſſas, annotantur* in feſto B. Mathiæ Apoſtoli anni decem & ſea quadragenæ, & in octava ejuſdem ſea anni & ſea quadragenæ; aſt in feſto reliquorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum, (*quorum nullam exprimitur nomen*) S. Laurentii & S. Hieronymi duo anni & duæ quadragenæ. *Ex quibus id ſatis manifeſtum relinquitur, Reliquias mi ibidem tum adſervatarum antiquam ſatis apud Romanos opinionem fuiſſe. Aliquas etiam particulas in variis Eccleſiis Romanis eſſe addit idem Pancirolus.*

ea in ecclesia S. Mariæ majoris depositum,

sub altari majori,

B

tum inscriptum in capside posita,

C *& Indulgentiis concessis in festo & octava.*

25 *Contra Brovver. I. 1. annal. Trevir. pag. 659. & ſequenti opponit,* Treviros inficias non ire, quod Apoſtoli corpus ex provinciis Eois in Occidentem ſit translatum & in urbium Uebe primitus depoſitum: *at non eo in loco ſic immotum hæſiſſe, ut non ad ſe aliquando oſſa ejus penetrarint: talem eſſe fidelem majorum traditionem, cum* & inventio apud Treviros ſubinde increbuerit, & luculentis affirmata ſit miraculis, notata locis temporibuſq; contra terrarum alibi non perinde hæc in luce collocari. Alioquin, *addit,* fieri potuiſſe credas, ut res *in* oculis hominum propoſita, regione templi nobiliſſimi & cultu nobiliſſimæ civitatis intentum ac deſiaum in hac cogitatione Præſulem fugeret? *Conſule ſupra n. 3. acta poſteriora Tranſlationis, ubi dicitur Eberhardus Archiepiſc. Trevir. Romæ exiſtens, legendo cognoviſſe corpus S. Mathiæ ab S. Helena ex Judæa tranſlatum, a S. Agritio ordinato Treviror. Epiſcopo Treviros deportatum, & juxta corpora S. Eucharii & ſociorum depoſitum fuiſſe. Sed pergit Brovver.* Uç

at Treviros delatum eſſe topicis argumentis ſe oſtendere affirmat Brovverus

pueriliter factum ab eo taceam, qui illa ipſa, quæ manibus Romæ tenebat *oſſa S. Mathiæ*, hæc tam ſolerti domi cura indaganda & omnibus duceret veſtigiis perſequenda. Enimvero ſit ita, fugerit eum eos tanti, & conquiſitionis hic ardor Romæ refrixerit. Quid igitur? Tantamne induſtriam ſtudiumque poſterorum excitare potuit Eberhardus, ut quærendi ſitis ne toto quidem annorum prope ſeaagenta circuitu ſedata ſit; donec optatus in populi conſpectum e tenebris tandem iis emergeret theſaurus? Sed undecumque demum huc beatus Apoſtolus importatus ſit, vocari in dubium aut poſſeſſionem tam canam ullius petitione ſollicitari, non patiuntur Treviri. Nam Apoſtoli ſi quæras ubi cubent oſſa præcipua; ubi fulgeat venerabilis ejus vertex, adducent in rem te præſentem, & auguſtis hiſce cineribus ſacroſanctos eſſe ſibi dicent penates, & cæleſtis hiſce præſidis muros urbis ſuæ ſtare tutos. Quod ſi in judicium rem deducas & eos preſſeris arctius, ſcripturas etiam ac tabulas obſignatas afferent, quas Helenæ Auguſtæ & Silveſtri Pontificis favore, nutu, Agritii auſpicis advecta hæc oſſa eſſe doceant. Oſtendent in veteris oratorii angusta ſede titulo ſuo conſpicuum ſuiſſe Apoſtolici pignoris monumentum. Urgebunt etiam, cur inducto primi Patroni nomine (nam Eucharium olim tectum id ſeptumque ſacrum tenuiſſe quis neſcit?) poſteri totam patrocinii locique gloriam Apoſtolo Mathiæ cedere ac deberi voluerint? Unde tantæ populorum coitiones, peregrinorum concurſus, incolarum vota ſupplicia q; & Apoſtolici patrocinii prodigia excitari potuerint, exquirent. Denique utrorumque cauſſa probe cognita & diſceptata, efficient ſortaſſe non obſcure, ut utrique parti æquius melius, cavente priſcorum fide, Trevir juxta ac Romani pignoris utrimque participati gloriam titulumque ſibi merito vindicent poſſideantque, non ſine prætoria tamen exceptione. NI TREVIRI IN POSSESSIONE SINT AUGUSTI ET APOSTOLICI PIGNORIS FUERINTQUE AB MULTIS SECULORUM ÆTATIBUS, ATQUE ADEO NI NUNC ADHUC POSSIDANT: nec cauſſa ſuppetat cur non, UTI POSSIDENT, fieri vis vitetur. *Hæc Brovverus, quorum ultima forſan æque proſe Romani adducerent. Hinc S. Antoninus par. 1. chron. tit. 6. c. 15. narrato ejus martyrio addit:* Cujus corpus de Judæa tranſlatum Romam, deinde Trevirim ſecundum illam Legendam deportatum eſt: ſed ſecundum alios, Romæ dicitur communiter requieſcere in eccleſia S. Mariæ Majoris ſub lapide porphyretico: cujus caput populo monſtratur. *Ita apud Claudium de Rota, Jacob. de Voragine, & Breviar. Sleſvicen. de quibus ante actum, utraq; ſententia refertur.*

& hoc dat pro poſſeſſione vindicias,

D

E

F

Acta translationis, inventionis reliquiarum S. Mathiæ, alia auctore Virdunensi,

22 *Acta translationis corporis S. Mathiæ Trevirei facta, & duplicis earundem inventionis, & miracula ibidem ejus patrocinio patrata, damus duplicia: priora auctore eodem monacho Trevirenſi, quo interprete edimus Acta Hebraica vitæ & martyrii S. Mathiæ. Hic in priore prologo hæc præfatur:* Quomodo autem de Judæa in Treverim venit, ſicut in Hiſtoria Treverica & in monumentis Silveſtri Papæ legi, miracula quoq; ejus ſubſequenter ediſſeram. *Edimus autem ex tribus codic. mſſ. Trevirenſi Carthuſionorum, Eudicenſi & Ultrajectino, de quibus ſupra egimus. Ætatem ſuam auctor ſuggerit num. 4. dum hæc profert:* Narravit mihi quidam ſenex religioſus cum lacrymis, ſe in Compresbytero ſæpius hoc vidiſſe, *illa ſcilicet, qui circa annum 1050. manibus ſuis attrectaverat reliquias S. Mathiæ, quarum revelationem dein factam anno 1127. & annis ſequentibus patrata miracula deſcribit. Poſteriora acta damus ex mſſ. Codice ipſius S. Mathiæ monaſterii, quorum auctorem Brovverus libro 13. Annal. Trevir. pag. 739. ſuggerit his verbis:* Medio tempore dum Eberhardus B. Eucharii Abbas cœptis monaſterii vigilanter inſiſtit, divino tandem placuit Numini, pretioſiſſimum corpotis B. Mathiæ Apoſtoli theſaurum, tot annis ignoratum, in hominum conſpectum velut e tene-

AUCT. G. II.

A bris adducere, itaque iterata inventione novo quodam beneficii genere Trevirorum Ecclesiam exhilarare. Quæ res cum ingentem omnibus lætitiæ materiam peperit, tum admiscendis illico virtutibus editis, incredibilem laudantium hominum multitudinem exivit, qui omnes, precibus apud sacrum beati Apostoli corpus effusis, haud dubiam sunt opem sanitatis experti: ipseque adeo Lambertus cœnobita non illiteratus, qui opera ibi divinitus patrata scripto etiam libro est persecutus, ope se Divi Mathiæ hoc anno scribit liberatum. *Cœnobitam S. Mathiæ se insonat totâ scriptione, & n. 9 laicus Suevus, ut ait*, primam tantum litteram se cognovisse nobis indicavit, *quem, ut in fine n. 10 dicitur*, neque sibi, neque loco huic habitata ulterius commodum nobis visum fuit. *Agitur de incendio anno 1131 exorto. Accingit se auctor dein n. 12. ad enarranda miracula, sed qua nobis transmissa non sunt: nonnulla, qua in priora relatione non attinguntur, supplemus ex Annalibus Brouweri.*

alia a Libretto contenuta è Mathiæ scolpita,

23 *Interea fabrica novi templi ab Eberharde Abbate inchoata, & cujus occasione ossa sacra Apostoli Mathiæ revelata sunt a successore Bertoldo Abbate perfecta est. Quo tempore Eugen. III. Papa cum S. Bernardo & Cardinalibus viginti quatuor Treviros venit, & an. 1147. pridie ejus diei, qua primam Dominicum Adventus præcedit, ad hoc S. Mathiæ monasterium in suburbanis diversis, honorifice ibi ac splendide hospitio exceptus: inde sequenti die solennissimo Principum, Episcoporum, Cleri ac populi accursu urbem ingressus festa ibidem Natalitia Christi celebravit, ac tandem Idib. Jan. anni 1148. ipse Eugen. PP. & Albero Archiepisc. ecclesiam Divo Mathiæ Apostolo erectam, ejus honori memoriæq; summa religione consecrarunt, ac primarium aram dicantes Ss Joanni Evangelistæ, Eucharo, Philippo, Jacobo & Stephano Protom. sanctam esse voluerunt. Altare vero quod est ad tumbam S. Mathiæ in hoc templo S. Crucis, & Apostolorum Mathiæ & Jacobi fratris Domini confecrarunt: reliqua altaria dedicarunt alii aut Cardinales aut Episcopi, & tam ipsi quam Eugen. PP. varias indulgentias concesserunt visitantibus limina S. Mathiæ: & sunt ibidem e reliquiis S. Mathiæ nonnulla partes impositæ altaribus duobus prædictis, ut etiam altari ad Aquilonem sub turri, & altari in crypta: est in capsula S. Mathiæ adservatur ejusdem mentum cum diversis aliorum Sanctorum reliquiis. Qua infra ex mss. relatione dedicationis Ecclesiæ confirmantur. At brachium S. Mathiæ ostendi solere in excusso an. 1515. Catalogo reliquiarum Ecclesiæ S. Mathiæ legitur.*

ob Eugenii 3. Treviros profectu,

B

& Alberonis Archiep. consecratæ Ecclesiæ S. Mathiæ an. 1148.

24 *Solennis reliquiarum S. Mathiæ revelatio facta est* C *Kal. Septembr. cui diei postea adscripta est etiam Reliquiar. Translatio, cujus tamen ad 24. Febr. meminerunt nonnulla martyrol. & Brev. German. & 18. Julii Florar. SS. mss. At 1. Septembr. martyrol. Colonia excusum an. 1490. ista habet:* Treviris translatio S. Mathiæ Apostoli de Roma Trevirim. *Ac deinde plura ex aliis infra dandis proferuntur. Qua etiam leguntur in mart. German. Canisii & auctar. Herm. Greven, & paucis apud Molan. in addition. ad Usuard. & Ferrar. In tribus prioribus martyrol. hæc eadem 1. Septemb. leguntur*: Item Trevirit inventio ejusdem Apostoli apud S. Eucharii. *Qua in Florar. mss. ita referuntur*: Apud Trevirum in Ecclesia S. Eucharii, primi illius civitatis Archiep. & Confess. inventio corporis S. Mathiæ Apostoli sobtus altare S. Joan. Baptistæ anno salutis 1126. *Imo ann. 1127. fuit, & altare Sanctiss. Deip. Mariæ, uti infra ex Actis constat. De eadem inventione agunt Breviar. Trevir. etiam mss. & Lectionarium nuper excusum, ubi etiam annotatur*, monasterium, quod ab S. Eucharo nomen tulerat, exinde ab illa Inventione Divi Mathiæ nomine celebri cœptum. *Inter Reliqu. qua in Ecclesia colleg. S. Paulini Treviris Dominica proxima tertiis Idibus Maii ostenduntur, nonnulla sunt S. Mathiæ cum lapide super quem in ejus electione dicitur sors cecidisse. Sunt & reliquiæ nonnullæ apud sanctimoniales in Ponte Leonis.*

Reliquiar. Translatio adscripta 24. Feb 18. Julii & 1. Sept.

& eorundem festiva 1. Sept.

25 *Wilhelmus monachus S. Maximini in Gestis mss. Trevirensib. in Ottone Archiepisc. sub finem libri ista tradit:* Idem Dominus Otto caput S. Mathiæ Apostoli de castro Erenbrestteio ad ecclesiam Trevirensem suam sponsam magnifice transtulit, & apportari fecit. *Fuit hic Otto illustris Comitum de Zigenthein stirpe progenitus, & rexit Ecclesiam Trevirens. ab an. 1418. mss; ad ann. 30. ejusdem seculi. Est in diœcesi Trevirensi Confluentia urbs præclara, ubi Mosella in Rhenum illabitur: hanc urbi oppositum est castrum Erenbrettstein, nunc Hermannstein dictum, aliq; munitio prævalida: in qua non olim occasione capitis S. Mathiæ delatum sit, non legimus. Ejus relatio inscripta est 11. Augusti martyrol. Coloniæ 1490. excusso, Germanico, Canisii, auctario Greveni & mss. Florar. ubique verbis:* Treverit in majori ecclesia translatio capitis S. Mathiæ Apostoli. *In Epitome Gestor. Trevir. an. 1517. excusa, libello 3. tit. 2. referuntur reliqua ecclesiæ majoris, quæ bis per annum, in septimana sacris & die Pentecostes ostendi solent, & quinto loco ponitur caput S. Mathiæ Apostoli, cujus corpus Diva Helena de Judæa per ipsam translatum, ad Treviros per B. Agritium ... designavit. De eodem S. Mathia agit 24. Febr. Sanctuarium martyrol. Gallic. & de capite ista tradit:* Porro caput sancti hujus Apostoli pridem in Galliæ allatum, Barbariei in Aquitania tamdiu mansit repositum congrua cum observatione; quoadusque ad hæreticis Calvinianis faceario impie abstractum, flammis injectum est. Qua combustione sicut fœdi illi hagiomachi suum in tantum Christi præconem & pugilem odium prodiderunt; sic ipsimet sanctissimo Apostolo hac ex injuria nova gloria accessit. Ex hoc enim rugo hisque pretiosis cineribus tamquam gemmis conflata exit, quæ semper in vertice ejus radiabit, recenti parta triumpho corona. *Bucelinus in Sacrario Benedictino* partes reliquas S. Mathiæ in monasterio S. Justinæ de Padua tantas esse, ut velut de toto glorientur. *Scardeonius l. 2. Rerum Patavinarum pag. 90. enumerat præcipuas Sanctorum reliquias, quas in monasterium S. Justina quiescunt, neque ullam S. Mathia facit mentionem.*

D

capitis ex Erembreo. Sola Treviros Tradentia

E

reliquiæ olim Barbaristi in Aquitania a Calvinistis combustæ

an etiam Toreuit?

26 *Ægidius Gelenius in Fastis Colonien sibus eumdem S. Mathiam adscripsit, quod in Basilicis variis, singulariter colatur, ejusq; Reliquia sint in pluribus ecclesiis: videlicet in collegiatis S. Cuniberti, & S. Mariæ ad Gradus, itemque Caribusianor. & Crutigeror. & in sacello St. Willibrordi & Bonifatii, ut idem Gelenius tradit in magnitudine Colonia Agrippinensis pagina 289 310. 456. 501. & 616. Sunt etiam nonnulla ejusdem S. Mathiæ reliquiæ in metropolitana urbis Pragensis ecclesia S. Viti, & in superiori Bavaria in monasterio Andecensi diœcesis Augustana. Ejusdem articulus digiti adservatur in Ruiseosi Carthusia ad ripam Mosa prope oppidum Sevicum, & dna ejusdem S. Mathia colla in monasterio Hannonia Lætiensi: de quibus agit Rayssius in Hierogazoph. Belgico. At Masinus in Bononia perlustratus asserit in templo S. Dominici inter Reliqu. honorari digitum S. Mathiæ, ejusq; aliquas particulas esse apud sanctimoniales ejusdem S. Dominici institutum amplexas, quarum ecclesia est S. Mathiæ dicata. Sunt ejusdem reliquiæ aliquæ in celeberrimo monasterio Casinensi & aliis variis locis.*

alia reliq. Coloniæ

Pragæ in Bavaria

F

Belgio;

Italia.

§. V. *Apparitio S. Mathiæ jubentis monasterium extrui.*

27 *Cum seculo Chr. 13. S. Ludovico Francorum Regi aliisq; Principibus ad Terram sanctam proficiscentibus, variæ Sacerdotes societatem inter se iniissent, ut Ireneam populis terra mariq; tamquam eorum parochi, navarent operam; Ordinis S. Crucis, qua vestes signabantur, secerunt fundamenta, qui mox in Germania inferiore inter Mosam præcipue ac Rhenum plurimum dilatatus est, ac præcipua totius Ordinis domus Hasi oppido diœcesis Leodiensis constituta. Qua pluribus exponit memoratus ante Gelen. l. 3. syntagm. 45. ubi 9. 4. ait* totam illustrem Merodianam fami-

Ordinis Crucigerorum institutio

additi Meredii;

familiam io totum Ordinem S. Crucis mire ſemper addictam fuiſſe ab anno 1340. quo D. Warnerus illuſtris Baro de Meroda trina viſione a S. Mathia Apoſtolo, aliquot Ordin. Sanctæ Crucis Fratribus (ut habitus indicabat) ſtipato, commonitus, oratorium eidem S. Mathiæ Apoſtolo & monaſterium Ord. S. Crucis, vulgo dictum Schwartzenbroch, erexit & fundavit. *Hæc Gelenius. Eſt autem Schwartzenbroch, Latine Nigra palus, monaſterium Ducatus Juliacenſis & diœceſis Colonienſis; ab Marcodura quinque circiter millibus paſſuum diſſitum, a quo eam monaſterio, quam oppido, medio itinere diſtat Meroda, vetus caſtellum, Baronia titulo dudum illuſtre, unde nobilem familiam Merodiam, multas inſtirpes portitam, cognomentum induiſſe diximus* 10. *Febr. cum de Translatione capitis S. Guilielmi egeremus, pag.* 487. *At diſſi Warneri Merodii Vitam una cum Origine, hujus monaſterii, quod Vallem S. Mathiæ appellat, typis Colonienſibus anno* 1627. *edidit Franciſcus Thomas Franck, Ordinis S. Crucis Religioſus, ex qua quæ ad S. Mathiæ apparitionem ſpectant, hic damus. Sunt autem iſta:*

ad fundationem monaſterii Vallis S. Mathiæ.

Anno 1340 S. Mathias apparuit B. Werenero Merodio,

28 Prima origo hujus monaſterii incepit anno ſalutis humanæ 1340. verum quomodo contigerit, paucis dicemus. Cum generoſiſſimus Baro ac nobiliſſimus Dominus Wernerus a Mœrœde die quadam venationi inſiſteret, laſſatum corpus in ipſo fervore diei ſomni quitete reſocillaturus, ad locum quemdam horroris & vaſtæ ſolitudinis declinavit: qui præ nemorum ſpinarumque denſitate tunc temporis acceſſui hominum inſolitus, u ſolis inhabitabatur feris. Cumque paullulum obdormiſſet, factus eſt in caceſſum mentis, viditque virum ſtatura procerum, vultu decorum, barba proliaa, palliogue ui vei coloris umictum: viditque turbam magnam Religioſorum Ordin. Crucigerorum, quam dinumerare nemo poterat, prædicto aſtantem viro. Cumque nobiliſſimus Dominus de viſionis novitate ſtuperet, propius accedens vir ille ait: Cognoſciſne me? Et nobilis, Minime, inquit, & quis es, Domine, & quinam ſunt hi Religioſi Cruce ſignati, quos tecum eſſe conſpicio? Et

principi monaſterii cutrix

ille, inquit, ſum Mathias Apoſtolus, ea Apoſtolorum catalogo unus, in proditoris locum ab Apoſtolis ſorte electus. Miſſus autem ſum ad te, Divinam tibi inſinuaturus voluntatem. At ille: Domine, quid vis me facere? Et Sanctus, Exaudita eſt, inquit, oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei, Divinæ voluntatis eſt, in loco, quo ſoporifera reclinaſti membra, in mei nominis honorem ædificare

apparet & Eliſabetha uxori,

monaſterium, introducereque illius Ordiu Religioſos, quos in præſentia apud me eſſe conſpicis. Et his dictis diſparuit. Nec mora: poſtquam viſio hæc de illuſtris nobiliſſimique viri oculis ſublata eſt, ſimili ſub ſchemate nobiliſſimæ Dominæ Eliſabethæ de Mœrœde ejus conthorali apparuit, præcipiens eadem, quæ & ipſius marito præceperat. Cumque autem ſero factum eſſet, gradu celeri illuſtris nobiliſque Dominus caſtrum Mœrœdenſe repetit: cumque de apparitione ſibi facta, intra ſe recogitaret, mirum in modum cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Cum vero mœſtitiam intra cordis arcana reconditam oboubila facies propalaret, uxor triſtitiæ cuuſſam cœpit perquirere. Cur, inquiens, triſtior ſolito eſt facies tua? & vultus tuus quare concidit? At ille narrare cœpit quæ viderat, quæque audierat: necdum apparitionis ſeriem plene conſummaverat, empir & ipſa narrare viſionem ſibi oſteuſam. Itaque conſilio pariquu voto ſuum accerſientes Capellanum divini humanique juris peritum, apparitionem factam caponentes, ejus conſilium deſuper ruquirunt. At ille, ut vir ſagacis admodum ingenii, ſciens plures ſomno illuſi, Phantaſma, inquit, fuit. Nequaquam, ajunt, quinimo vera apparitio fuit. Si, inquit, apparitio vera & u Deo ſunt, ſupplices uterque effundite preces, ut Sanctus, de quo ipſi dicitis, Mathias rurſum vobis appareat, & de conſtruendo monaſterio plenius vos inſtructos reddat.

AUCT. G. H.

29 Mirandum ſane prodigium & relatione dignum. Intempeſtæ noctis ſilentio, cum ſopor irruit ſuper homines, ecce Sanctus, de quo diai, Mathias rurſus illuſtri Domino de Mœrode, ejuſque conthorali Eliſabethæ apparuit. Cur, inquit, increduli fuiſtis verbo meo? & quare hæſitaſtis ſuper accepto mandato? Et ad Dominum, Surge, ait, quantocyus, meum deſiderium comple, & monaſterium, de quo tibi præceperam conſtrue, Fratreſque Ordin. S. Crucis illic pone, ot Deo valeant exhibere famulatum die noctuque. Et his dictis ab eorum oculis evanuit. Nec mora: B. Mathias Cappellano apparuit. Qua, inquit, temeritate auſus es apparitionem Domino tuo factam phantaſma judicare? Niſi deſiteris, temeritatis tuæ debitas pœnas reportabis. Facto mane Cappellanus lacrymis perfuſus acceſſit ad Dominum, quæ viderat & audierat enarrat.

item a vetigne,

& dein Capellano;

30 Eodem itaque anno nobilis illuſtriſque Dominus de Mœrede in primæ apparitionis loco juxta mandatum u B. Mathia acceptum, lætam Angelis, tabeſcentibus dæmonibus, nemorum denſitate præciſa ac remota, in ſanctiſſimi Mathiæ Apoſtoli honorem fundavit eccleſiam, reliquaſque monaſterii complevit officinas, introducens juxta divinum beneplacitum Fratres religioſos Ordin. S. Crucis viveotes ſub regula S. Auguſtini, oblatiſque donariis reditibuſque annuis, delegatiſque terris, peracto feliciter fuæ vitæ curſu obdormivit in Domino. O virum ineffabilem, terrenis quamvis actibus & negotiis deditum, Apoſtolica tamen & innumeræ ſanctarum animarum Ord. S. Crucis multitudinis apparitione dignum! Felia nimirum ſtirps Mœrœdiana, quæ tantos taleſque produxit viros virtute integros.

curatur monaſterii ædificatio.

31 Confirmant autem hanc Apoſtolicam apparitionem, & originem fundationis hujus monaſterii Vallis S. Mathiæ, litteræ fundationis hujus monaſterii, quæ aſſervantur diligentiſſime a Dominis Baronibus Merodenſium, quas & mihi dictari curavit generoſus Dominus Philippus modernus Baro Merœdenſis. Idem confirmat ſermo habitus coram Venerabili Capitulo Aquiſgranenſi in Jubilæo D. Arnoldi de Merede, ubi idem ut certiſſimum & iſto tempore uoicuique notiſſimum commemoratur. Idem affirmat conſtans traditio Fratrum hujus monaſterii & litteræ fundationis Conventus ejuſdem. Idemque approbat nomen ipſum monaſterii, videlicet, Vallis S. Mathiæ, & continua hujus Apoſtoli in divinis officiis memoria. Confirmat & puteus S. Mathiæ appellatus, qui & fluit ad levandam ſitim generoſi D. Werneri. Denique confitmat quod diaimus annua ſupplicatio oppidi Marcodurani in honoram S. Mathiæ Apoſtoli.

ſupplicatio in honorem S. Mathiæ

SERMO DE S. MATHIA

Auctore Authperto Abbate Caſinenſi,

Ex MS. Antuerpienſi & Mombritio.

CAPUT I.

S. Mathiæ electio in diſcipulum & dein Apoſtolum Chriſti.

1 a Mathias Hebraice, Latine dicitur b Donatus, ut ſubaudiatur pro Juda Scarioth. Iſte enim in loco ejus duodecimus ab Apoſtolis electus eſt, cum pro duobus ſors mitteretur. Hic fine c cognomine ſolus habetur, cui datur Evangelii prædicatio in Judæa: cujus feſtum celebratur ſexto Kalendas

a b Prologus, c

AUCT. AUTHBERTO ABB. CASINENSI.

lendas Martias: fuit enim de ſeptuaginta diſcipulis unus.

2 *d* Inclytam & glorioſam feſtivitatem B. Mathiæ Apoſtoli Domini noſtri Jeſu Chriſti tanta devotione venerari & glorificare oportet, quanta illum, Divina gratia diſpenſante, ad Apoſtolicam dignitatem electum eſſe cognoſcimus. Sed qualiter, vel quo ordine, per ſanctos Apoſtolos pactatum ſit, & quid exinde ſancti Patres in ejus laude mirifice protulerint, per ſacræ Scripturæ ſeriem pandere curamus. Salvator enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus, humani generis conditor atque Redemptor, cum propenſione & arcano conſilio occuluit mundum languidum clementiſſime viſitare, ſuumq; plaſma de poteſtate diabolicæ fraudis mirabiliter eripere (quod per quinq; millia & eo amplius annorum poſſederat) ille, qui erat Rex regum & dominus dominantium, ſuo poteſtate homam Regis, Octaviani ſcilicet Auguſti, humiliter naſci dignatus eſt: *e* & ille, qui erat creator cœli & terræ, carnis noſtræ fragilitatem ſuſcipere non eſt dedignatus. Ac perinde per incrementa creſcens, ut effectum veræ Incarnationis ſuæ oſtenderet; quoniam quidem ille eſſet verus dies, qui duodecim horis lucebat, duodecim Apoſtolos eligere cenſuit: deinde ad ſimilitudinem ſeptuaginta duarum linguarum, ſeptuaginta duos diſcipulos aſſumpſit, binoſque mittit ad prædicandum. Inter quos ſiquidem B. Mathias ſanctæ prædicationis miniſterium ſuſcipiens, ita ſe divinis humiliter totum ſubdidit præceptis, ut fideliter prædicando ad ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium, Ethnicum populum perducere curaret. Unde admodum acceptabilis & devotiſſimus Chriſto factus, cum traditor ille Judas Deum proderet Chriſtum, ſuique homicida effectus apoſtolatum perderet; iſte vir Domini in loco illius ſorte & oratione ſanctorum Apoſtolorum duodecimus Apoſtolus ordinatur: cui datur ſacri Evangelii prædicatio in Judæa, ſicuti ſanctis Apoſtolis in ſingulis regionibus.

3 Verumtamen, ſi in regione Chriſticolarum, omnium feſta Sanctorum celebrari condecet, quanto magis beatorum Apoſtolorum? Qui ſpecialiter Chriſto adhæſerunt, colloquium cum illo habuerunt, comederunt ac hiberunt, omnemque illius efficaciam ſitibundo pectore hauſerunt: quique etiam ab ipſo Domino fratres & amici appellari meruerunt, cum diceret: Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos. Et alibi: Hi ſunt fratres mei. Magnamque inſuper vicinitudinem illis conſereus, Gaudete, inquit, & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hoc quia ipſo annuente ita convenit, propter hanc excellentiam illorum ſolemnitates ſub una feſtivitate merito celebrari congruum fuerat, ſicuti communem vitam atque conſortium cum Domino habuerunt. Nam & B. Hieronymus hoc aſtruens in Martyrologio, quod Chromatio & Heliodoro Epiſcopis ediderit, conjunctos eos cenſuit ordinare, dicens: Sane in prima parte libelli mei omnium Apoſtolorum feſta opportuniſſime ſcripſimus: *f* ut diebus vatis non videantur dividi, quos una dignitas apoſtolatus in cœleſti gloria fecit eſſe ſublimes. Sed quia mox obtinuit *g* in ſancta Eccleſia, ut uniuſcujuſque Apoſtoli feſta ſpecialiter, quo die cœlo ſit natus & coronatus, in illo celebrentur; nos hodierna die B. Mathiæ duodecimi Apoſtoli natalem tanta veneratione excolere debemus, quanta, ut prædictum eſt, inter Apoſtolos mirabiliter electum eſſe comperimus. Sed quemadmodum B. Petri Apoſtoli elogio, imo Spiritus ſancti gratia, ſit patratum, quia magnæ auctoritatis magnæque excellentiæ ſacramentum eſt, & a B. Luca Evangeliſta narratum; ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti atque ipſius ſancti & glorioſi Apoſtoli gloriam decentius condecet enarrare. Ait enim præfatus Evangeliſta.

4 Exurgens autem Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum ſimul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt locum miniſterii hujus: & hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus medius crepuit, & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus: & notum factum eſt omnibus habitantibus Hieruſalem. *b* Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat habitatio ejus deſerta, & non ſit qui habitet in ea, & epiſcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum congregati ſunt in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jeſus, incipiens a baptiſmate Joannis uſque in diem, quo aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex illis. Et ſtatuerunt duos, *i* Joſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, & Mathiam. Et orantes dixerunt: Tu Domine qui noſti corda hominum, oſtende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum miniſterii hujus & apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes ejus, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.

5 In hac itaque electione hujus ſanctiſſimi Apoſtoli conſideranda eſt & admiranda diſpenſatio Divinæ potentiæ atque humanæ gloriæ: quoniam quidem, ſicut divina Scriptura denuntiat, non ſicut videt homo ita prævidet Deus. Ille enim Joſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Juſtus, ab hominibus eſt electus: Mathias autem, qui interpretatur *k* Dei parvus, ſive Donatus, Spiritus ſancti electione factus eſt magnus. O vere parvum! O vere magnum, qui non ideo magnus, quia elatus, ſed ideo magnus quoniam humilis factus, ſectando ſiquidem veſtigia Domini ſui dicentis: Non venit filius hominis miniſtrari ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Et illud quod in alio loco dicit, cum *l* Zebedæi filios ad ſanctam cogeret humilitatem: Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Et Donatus ideo Mathias dicitur: a quo, vel quare? ab ipſo utique Domino Jeſu Chriſto: qui cum prærogatum habuit ante Mundi conſtitutionem, ante ſuam ſanctam Incarnationem, quatenus cum veniret olim plenitudo temporis, cum ex ſacra ſumeret Virgine carnem, cum naſceretur, cum a ſuo poſt diſcipulo traderetur, Donatus ab ipſo Domino in duodenario numero exaltaretur atq; glorificaretur, & duodenarius numerus perfectus inveniretur. Nec mirum, nec incredibile: nihil enim Dei ſapientiæ impoſſibile, nihilque incognitum eſſe creditur. Omnia enim, quæcumque voluit, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. O quantum diſtant humana merita a ſupernis judiciis atque divinis! O quantum humana ſapientia ab illa ſapientia, de qua dicit Apoſtulus: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! Hanc enim ſapientiam compleram videmus in B. Mathiæ electione, quem Dei ſapientia in theſauro ſuo reconditum habuit humilem & parvum: ſed tamen voluit in ſeculo pandere magnum & glorioſum, ſcilicet cum in thronο illum duodecimo exaltaret. Excipiamus ergo eum tamquam a Deo donatum, tamquam ab ipſo præordinatum: veneremur illum & tamquam ab ipſo inter diſcipulos valde glorificatum. Nou enim ille prædictus Barſabas æſtimandus eſt ille Barnabas comes B. Pauli Apoſtoli: nam ille filius conſolationis, hic autem filius quietis interpretatur.

d *S. Matthiæ*

e *Chriſto propter nos incarnato.*

f

g

dit catali

B

Luce 10. diſcipulos aſſumpſit

pro Juda proditore in Apoſtolicum ſibi tam

magna Deo veneratione ſolendus

Joan. 15. 15 Matth. 12. 49 Luc. 10. 20.

C

Act. 1. 15. & ſeqq. Electio ac Miſſio Apoſtolorum refertur.

D

h *Pſal 68. 26*

i

k *quia humilis & parvus*

Matth. 20 28.

l *Luc. 14. 11. & 18. 14.*

præordinatus in Apoſtolum.

E

S. Matthiæ

Job. 10. 4.

F

Rom 11. 33

a *Eſt hic prologus in miſſ. noſtro & Mombritio, & in aliquibus Breviariis legitur; non tamen meminit Baronius. Deſumptus eſt ex Iſidoro.*

b *Ita Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 9.* Mathias, *inquit*, qui inter Apoſtolos ſine cognomine ſolus habetur, interpretatur Dona-

tus.

A tus, ut ſubaudiatur pro Juda &c.

c *Hoc ab Iſidoro additur, quod ab aliis Zacheus, aut Barnabas habeatur, ut ſupra diſſum.*

d *Hoc initium citat Baronius in Notis ad Martyrologium.*

e *Hæc deſunt Membrinis. Sunt in mſ. & Breviariis.*

f *Editum paſſim:* Ut dies variis non videantur dividere. *Membrinus:* Ut diebus variis non dividere videamur.

g *Membr.* latus ſancta ſecunda Eccleſia.

h *Additur apud Lucam:* Ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis.

i *Inſcriptus eſt hic* Joſeph *Martyrologio Romano 20. Julii.*

k *Ita Arator infra, Aeda in Actа, & alii passim proferunt* Dei parum: *de cujus etymo Hebraico diſputat Cornelius a Lapide in eadem Actа.*

l *Imo tum præcedentem ſententiam dixit de monaſterio, ut ſequentem ſæpius alia occaſione dixit.*

CAPUT II.

Electio S. Mathiæ ſorte facta. Donum linguarum in Pentecoſte collatum: Privilegium cum Chriſto judicandi mundum.

4 6 a ET dederunt, ait Lucas Evangeliſta, eis ſortes, & cecidit ſors ſuper Mathiam. Neque etiam
B hoc exemplo, vel quia Jonas Prophetа ſorte deprehenſus
Cur ſorte electus, fit, indifferenter ſortibus eſt credendum: cum privilegia
b ſingularium *b* communem legem facere omnino non poſſint. Nam in ſorte Jonæ Prophetæ Gentiles tempeſtate coacti auctorem periculi ſorte quærebant: & hic B. Mathias dilectus Dei ſorte eligitur, ne ejus electio a lege veteris teſtamenti diſcrepare videretur, ubi ſummus Sacerdos
Luc. 1. 9 ſorte quæri jubebatur: ſicut de Zacharia dicitur, Secundum conſuetudinem ſacerdotii ſorte exiit, ut incenſum poneret. Sed hanc figuram licuit exerceri, donec veritas per Jeſum compleretur: cujus hoſtia tempore Paſchæ immolata, ſed die Pentecoſtes, Spiritu ſancto in igne apparente, e vere conſummata eſt. Inde eſt, quod B. Mathias ante Pentecoſten ſorte ordinatur: ſeptem vero Diaconi (inter quos beatiſſimus Martyr primus ipſe Stephanus, qui glorificando Jeſum Chriſtum, a dextris Dei ſtantem illum cernere meruit) poſtea nequaquam ſortis agitatione, ſed diſcipulorum tantum electione, Apoſtolorum vero oratione & manus impoſitione ſunt ordinati. Qui autem hanc regulam exemplo Apoſtolorum tenere voluerint, caveant & videant hoc beatos Apoſtolos non fuiſſe, niſi fratrum cœtu collecto, & precibus effuſis ad Dominum.

c *& non S. Stephanus, & forte Diaconi?*

7 Quis etenim hanc Dei miſericordiam perfectam,
C quis ejus diſpenſationis gratiam prævalet enarrare? Ipſe utique ſui Apoſtoli electionem per ignem Spiritus ſancti confirmare dignatus eſt, qui hoſtiam ſui corporis, quam pro nobis obtulit, die Pentecoſtes per ignem Spiritus ſancti mirabiliter *d* conſummavit. Sic etenim ordo ſacræ Scripturæ per beatum Evangeliſtam denuntiat, dicens:
Act. 2. 1 Et dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco: & factus eſt repente de cœlo ſonus, tamquam advenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant ſedentes, & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Illa namque in Lege hoſtia acceptabilis Deo erat, quæ cœleſti igne conſumebatur: ſicuti divinitus actum legimus in holocauſto juſti Abel Manue, patris ſcilicet fortiſſimi Sampſon, atque Heliæ & ceterorum Prophetarum, nam ubi nos legimus: Reſpexit
Gen. 4. 4 Deus munera Abel, in Græco ſcriptum eſt, e inflammavit. Ergo B. Mathiæ Apoſtoli hoſtia electionis ſacræ Scripturæ documento, habet maximam ſanctionem, & ſanctiſſimam poſſidet firmitatem. Unde igitur & ea quo? Quoniam confirmans approbat illam de cœlo Dominus, dando ignem Spiritus ſancti omnibus Apoſtolis, utique

In Pentecoſte accepit Spiritum ſanctum & donum linguarum

d *e*

& ipſi B. Mathiæ, ut omnium gentium linguis perpetuo loquerentur. AUCT. ANTIQUO PERTO ADDATE CASINENSI.

8 Sed forſitan dicit aliquis: Fuit utique Spiritus ſanctus Apoſtolis & B. Mathiæ datus tantummodo illo in tempore & in illo loco, poſtea vero ablatus eſt, ſicut D ab omnibus Prophetis & a B. Eliſeo, qui dicit de muliere orbata prole ad puerum: Dimitte illam quoniam anima 4. Reg. 4. 27 *nunquam ablatum.* ejus in amaritudine eſt: & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi. Abſit, inquam, hoc, abſit a catholica veritate. Nam ſi B. Eliſeo ac ceteris Prophetis fuit olim Spiritus ſanctus datus & ablatus; ſed nequaquam a ſanctis Apoſtolis & a B. Mathia. Illis etenim etſi ad tempus fuit datus & ablatus, ita expediebat, ita congruum fuit, ſicut propheтantibus Veritatem. Cum autem Chriſtus Veritas venit, ſanctis Apoſtolis Spiritus ſanctus perenniter eſt datus & confirmatus, ſicut & gratia omnium linguarum. Et merito. Nonne magna eſt differentia apud Dominum inter Apoſtolos & Prophetas? Illi enim ut famuli adventum Domini prædicaverunt, & crediderunt, nec tamen incarnatum viderunt: ſancti autem Apoſtoli Incarnationem ejus & viderunt & crediderunt, comederunt cum illo & biberunt, &, ut prædictum eſt, amici ab eo appellari meruerunt: inſuper etiam pro ejus E amore ſanguinem ſuum ſuderunt. Approbat hoc idem Luc. 10. 24 Chriſtus Dominus cum dicit: Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Qui autem hoc proterve improbare volucrint, caveant omnino, ne veritati reſiſtant, & ne a veritate recedant, quæ eſt Chriſtus. Ipſe enim hanc ſententiam confirmat, inquiens Joan. 14. 15 Apoſtolis: Si diligitis me, mandata mea ſervate: & ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum. Animadvertendum eſt utique, quid ſit in æternum manere. Quid eſt enim in æternum manere? Hoc eſt, quod numquam finitur, quod numquam recedit, non habens finem, neque occaſum. Et revera non ait, hodie vel cras, vel tot diebus vel annis, ſed in æternum. Hoc ſentiens B. Hieronymus, affirmat illud in duodecim quæſtionibus indubie direns: Ego utique audacter ac tota libertate pronuntio, ea eo tempore quo Apoſtoli in Domino crediderunt, ſemper eos habuiſſe Spiritum ſanctum, nec potuiſſe ſigna facere abſque Spiritus Dei gratia. Et infra de gratia omnium linguarum, Magis, inquit, neceſſarium fuit Apoſtolis varietatem linguarum univerſarum gentium loqui, ut annunciaturi Chriſtum, nullo egerent interprete. Unde in Lycaonia, cum audiſſent accolæ Paulum & Barnabam F loqui linguis ſuis, Deos etiam in homines converſos eos exiſtimabant. Idemque Apoſtolus in epiſtola ſua hoc approbans, ait: Gratias ago Deo, quod omnium gen- 1. Cor. 14. 18 tium linguis loquor. Hoc ideo inſinuando protulimus, ut intelligamus ad quantam perfectionis gratiam B. Mathias eſt electus, qui inter duodecim Apoſtolos duodecimi apoſtolatus culmen ſcandere meruit: ac proinde cum Dominus ad judicium venerit, glorioſus cum illo reſidens *f* apparebit. De hujus quoque Apoſtoli Mathiæ mi- *f* rabili electione ac Judæ traditoris dejectione iterum B. Lucæ Evangeliſtæ proſequens Arator ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, quod B. Petrus Apoſtolus *g* proſa *g* oratione perdocuit, ille *h* verſibus heroicis deprompſit *h* dicens:

abſque Interprete Chriſtum prædicant

Electio ab Aratore carmine deſcripta.

9 Primus apoſtolico, parva de puppe vocatus,
Agmine Petrus erat: quo piſcatore ſolebat
Squamea turba capi, ſubito de littore viſus, *i*
Surgit, & inſinuans divina negotia, coram
Sic venerandus ait: Noſtis, quia proditor amens
Corruit, ipſe ſuam ſtringens in gutture vocem.
Mercedem ſceleris ſolvit ſibi, tædia noxæ. *k*
Aeris ut medio communi poneret hoſti.
Debita pœna locum: cœlo terræque peroſus
Inter utrumque perit, nullo condenda ſepulchris
Viſcera

i *k*

AUCT. AUTIPERTO ABBATE CASINENSI.

Viſcera rupta cadunt, tenueſque elapſus in auras, *l*
Nunc opus eſt votis, quod verba propbetica clamant.
Quem liceat ſupplere vices, tunc ſumma precantes,
Conſtituere duos, Joſeph cognomine Juſtum,
A Mathiamque: Dei parvum quod nomen, ut ajunt,
l Hebræo ſermone ſonat, humilemque vocando.
Comprobat. O quantum diſtant humana ſupernis
Judicia! parvi merito tranſcenditur ille,
Laude hominum qui juſtus erat: duodena refulgent
Signa, chorus tertiſque jubar jaculatur olympi.

10 Verumtamen, ſi aliqui imperiti & ſanctarum Scripturarum minus idonei documentis, de hujus ſanctiſſimi Apoſtoli electione obſiſtere voluerint, dicentes; Si B. Mathias duodenarii numeri apoſtolatum explevit, & duodecimus ſedebit cum Domino ad judicandum; ergo B. Paulus Apoſtolus ab iſta ſeſſione ſequeſtratus erit; noverint utique, quia duodenarius numerus in hac re vel ceteris ſacræ Scripturæ elogiis, ſecundum tropum, qui dicitur Synecdoche, pars pro toto accipitur: qua ratione proculdubio & B. Paulus Apoſtolus, & ceteri Sancti ſedebunt cum Domino ad judicandum. Hoc namque veriſſime approbat B. Auguſtinus in explanatione Evangelii de villico, inquiens: Videmus Apoſtolum Domini Paulum B ſine ulla ambiguitate dixiſſe: Neſcitis quia Angelos judicabimus. Quos utique angelos niſi malos? & ipſum eorum principem poſuit. Ergo ſedebit ipſe Apoſtolus in duodecim ſedibus, de quibus Dominus ait: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. Sed ipſe non erat inter duodecim Apoſtolos. Ideo ſuggero, ut noveritis intelligere duodecim ſedes. Novimus enim, quia primitus a Domino electi duodecim ex eidit traditor Judas, in loco ejus ſubrogatus B. Mathias. Si enim ſinguli in ſingulis ſedibus ſedebunt, jam impletus eſt numerus: ubi ergo ſedebit Apoſtolus Paulus? An forte indebitam ſibi ſedem uſurpavit, quando dixit, Neſcitis quia angelos judicabimus? Duodecim ergo ſedes, *cum aliis Sanctis.* univerſæ ſunt ſedes, in quibus & Apoſtoli & ceteri Sancti ſedebunt cum Domino ad judicandum.

Cum Chriſto judicaturi 12. Matthæi.

Luc. 16. & S. Tarbas.

1. Cor. 6. Matth. 19. 28.

a *Hæc uſque ad finem numeri ex Beda deſcripta ſunt, nonnullis emiſſis, & paucis de S. Stephano additis. De ſortitione S. Mathiæ nonnulla habet S. Dionyſius c. 5. Eccleſiaſtica Hierarchiæ §. 5. Conſule interpretes in Acta Apoſtolorum.*
b *Interpolis Bedæ*: ut Hieronymus ait.
c *Bedæ* vera conſumpſa eſt. Veteris enim cœtus conſuetudinis acceptas Deo victimas cœleſti igne conſumi.
d *Mſ.* confitmavit.
e *Ita S. Hieronymus ex Theodotione*: Et inflammavit Dominus ſuper Abel & ſuper ſacrificium ejus: ſuper Cain vero & ſuper ſacrificium ejus non inflammavit. *Græce Theodotio ἐπεμφύσησεν* inflammavit: *at 70. Interpretes ἐνέβλεψεν* reſpexit.
C
f *Mſ.* clarebit. g *Membr.* ſua.
h *Hexadinctio Elegia inſcripſit Vigilio Pontifici, creato an. 540. mortuo anno 555. ſub quo Avaterem Cardinalem poſt alios ſanctis Ughellus in Additionibus ad Ciaconium.*
i *Omittuntur decem apud Avaterem interpoſiti verſus.*
k *Iterum 4. verſus emittuntur.*
l *Alii decem verſus omittuntur.*
m *Membr.* & quis unus inde ceciderit, & quis in loco ejus ſuerit ſubrogatus, eſt B. Mathias.

CAPUT III.

S. Mathiæ geſta reliqua. Obitus.

11 His ita definitis, breviter ad laudem B. Mathiæ Apoſtoli devotiſſime revertamur. Glorificemus illum, & veneremur, ac triumphali laude perpetuis præconiis declaremus: imitantes interim ſanctam illius humilitatem, quæ eſt mater omnium ſanctarum virtutum. Caveamus ſuperbiam, quæ eſt radix omnium malorum: quam ſequendo ille, qui primus electus eſt & princeps exitii omnium malorum, in æternam præcipitatus eſt damnationem. Unde Deus noſter clemens & omnipotens, non tantam paſſus in cœleſti patria per- *ab humilitatem, e nobis imitandam,*

manere *a* ruinam, novos Angelos recreans, novamque creaturam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam hominem plaſmare dignatus eſt: ea cujus progenie, tantos illuc aſcendere ſtatuit, cum ipſa videlicet inſtauratione decimi ordinis, quantos illic ſanctos Angelos remanſiſſe creditur, docente ſancto Propheta: Statuit terminos gentium ſecundum numerum Angelorum Dei. Ab iſta namque ruina ſuperbiæ Dominus Chriſtus diſcipulos ſuos eruere præcavens, cum dixiſſent ei, Domine, etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis, ait illis: Videbam Sathan ſicut fulgur cadentem de cœlo. Ac ſi diceret: Studete in omnibus humiliter vivere, & de miraculis nolite gloriari, ne cadatis ſimiliter ſicut ille, qui talia dilexit. Proinde hoc præceptum Domini beatiſſimus Dei Apoſtolus Mathias amplectendo & retinendo, in caritatis fundamento ſolidatus, in humilitatis nectare connexus, ſic humiliter vivere ſtuduit, ut inter ſeptuaginta duos diſcipulos Divina gratia electus ad apoſtolatus glotiam conſcendere meruerit. *Luc. 10. 17. & 18.* *S. Mathiæ Apoſtolo annumerantur,*

12 Habet ergo Apoſtolus Domini glorioſus, habet profecto prærogativam excellentiam apoſtolicæ dignitatis, non ſupra omnes, ſed cum omnibus: non *b* excellentior cunctis, ſed omnibus coæqualis. Quare hoc? Pro eo utique, quod Dominus Chriſtus, cum poteſtatem E tribueret B. Petro Apoſtolo ligandi atque ſolvendi in cœlis & in terra, non illi ſolummodo tale privilegium eonſulit, ſed omnibus nimirum Apoſtolis, omnibuſque in Sacerdotali dignitate locatis. Unde ſicut ad increpationem B. Petri Apoſtoli Ananiæ & Saphiræ, teſte B. Benedicti Abbatis r regula, corpore utique non anima mortui ſunt; ita & increpatione B. Pauli Apoſtoli Bariesu quidam Elymas magus, lumine privatus eſt: idemque Apoſtolus ſtupratorem noverce ſuę ſola miſſione epiſtolæ dæmoni tradidit, & rurſum, cum voluit, reſtauravit: dicens: Confirmate in illum caritatem, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui ejuſmodi eſt. Similiter autem Simonem illum magum, de ſublimi aere cum Coapoſtolo ſuo Petro mirabiliter præcipitavit. Dehinc eum illos Chriſtus inſtrueret, dicens: Qui credit in me, opera quæ ego facio ipſe facier, & majora horum faciet (quod de ſemicinctiis, & umbra poſtea factum legimus, Luca referente in Actibus Apoſtolorum) non prætulit aliquem, ſed omnibus æqualiter illam contribuit poteſtatem. *b* *æqualem cum aliis poteſtatem obtinuit, Act. 5. 6 cap. 57. Act. 13.* *1. Cor. 5. 11.* *2. Cor. 2. 7* *Joan. 14. 12* *Act. 19. 11 & 5. 15.*

13 Si autem quæritur: utrumnam miraculorum virtutibus, tantus Apoſtolus Domini ſpecialiter claruerit; ſciendum eſt per omnia, quia multas & ſtupendas virtutes eum ceteris Coapoſtolis & apoſtolicis viris operatus F ſit. Nam utique inter illos erat, quibus Chriſtus tribuit poteſtatem, dicens: Signa quæ ego facio, & vos facietis: & in alio loco: Si dixeritis monti huic, tranſi hinc, commovebit ſe de loco ſuo. Identidem. Habete poteſtatem calcandi ſuper beſtias & ſcorpiones. Si enim, Chriſto atteſtante, qui veraciter veritas eſt, de miraculorum viri utibus retinendum eſt, quod iſte vir Domini inter ceteros Apoſtolos operatus ſit; quantas illum credimus exercuiſſe virtutes miraculorum; in provincia ſcilicet Judææ, quæ illi in ſorte prædicationis advenit? Neque enim incredulum populum ad fidem Chriſti converiere valuiſſet ſine miraculorum patratione, ſicut de ſanctis Apoſtolis legimus. Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia: & de B. Stephano ſcriptum eſt: Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Sed quia minime ſcripta ſunt miracula S. Mathiæ, non ſunt incredulitati deputanda, ſed veritati, eum de ipſo Domino Salvatore ſcriptum ſit: Multa quidem & alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Et ut potiora inferamus, ſciendum eſt utique, quod tot mortuos ſuſcitaverit, quot ab æterna damnationis morte, ſalutifera prædicatione eripuerit: quod per omnia excelleotius atque glorioſius eſſe decer- *miraculis claruit, Matth. 17. 19* *Luc. 10. 19* *Act. 5. 12* *Act. 6. 8* *Sunt ſcripta eorum ſigna,* *Joan. 20. 30*

nitur

horum fratris monimum, in animabus conversandi.

A uitut a peccati morte animam defunctam Christo restituere, quam morituro corpori vitam donare. Quid enim gloriosius atque præstantius, quam æternaliter cum Christo vivere, cum Christo gaudere, cœleste regnum cum Angelis, cum Sanctis omnibus possidere? Quanto enim melius atque decentius beatissimum Paulum a morte animæ resuscitatum, quam Lazarum a morte corporis videmus?

14 Interea neque hoc de hujus Apostoli gloria prætermittendum, quoniam quidem, quamquam omnes Apostoli ante sæcula electi a Domino esse credantur, do-

Ephes. 1. 4 cente Apostolo ac dicente: Qui elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus. Sed tamen non de quolibet, sicut de hoc sancto Apostolo, Dominus Christus contulit mentionem,

Joan. 11. 9 cum diceret in Evangelio: Nonne duodecim horæ sunt diei? sanctos videlicet Apostolos significans, & Judam inter eos. Si enim horæ erant, S. Augustino docente, lucebant: si lucebant, quomodo Judas diem Christum ad mortem tradebat? Ergo non Judam dixit in hoc loco tra-

singulari Dei ordinatione electus est.

ditorem: sed B. Mathiam successorem ejus & prædicatorem. Hunc ergo prævidit, hunc insinuavit, quem in loco illius alterius postea mirabiliter ordinavit. Ipse etenim in cœlo jam regnans, Apostolum illum constituit,

B qui in terris positus ceteros elegit Apostolos: nam & in cœlis tunc cum Patre regnabat, & in terris eos ut filios

Matth. 20. 28 gubernabat, sicut pollicens inquit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Ac per hoc datur intelligi: ut, sicuti decimum ordinem in cœlesti gloria restituit de humana generatione, ita duodenarium numerum de B. Mathiæ digna electione.

15 Passio namque illius si quæritur haberi, sicuti ceterorum Apostolorum, manifestissime constat, quod ipse sibi intulerit passionem: & crucem suam ferendo,

Gal. 6. 14 Christum fuerit secutus, dicendo cum Apostolo: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu

passus dum mundo crucifixus,

Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Cum enim manifestum sit, quod duo sunt genera passionum, unum in occulto, & alterum in manifesto; patet nimirum, quoniam quidem ille mundi erat crucifixus, quia odio illum habebat, & tamquam mortuum æstimabat. Similiter & illa mundo: quia illum ad sua gaudia trahere non valebat. Quis etenim sapiens ignorat tutiora esse supplicia, quotidie spiritualiter in

C acie stare, diabolicæ fraudi resistere, quam uno momento tyrannico gladio vitam finire. Hoc sentiens beatus Apostolus Petrus, commonere curabat dicens: Adversarius noster diabolus, tamquam leo rugiens, circuit

pugnando cum diabolo,

1. Pet. 5. 8

Ephes. 6. 14 & v. 17

quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide. Et B. Paulus similiter, State, inquit, succincti lumbos vestros in veritate, ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Nonne magnus Jacobus gladio Herodis trucidatus, sed dilectus admodum Christo Joannes Evangelista germanus ejus in pace sanctæ Ecclesiæ a Christo vocatus & coronatus est?

16 Ergo beate nimis Apostole Christi Mathia exulta & gloriare in Domino Jesu Christo: gaude jam lætus gaudio sempiterno: & merito, quoniam prælago nomine vocitatus, & a Christo donatus; jam non parvus, sed magnus, non infimus in sæculo, sed gloriosus polles in

Exclamat scriptor ad S. Mathiæ,

cœlo. Et quare hoc? quo pacto? qua gratia? Pro eo scilicet, quoniam cum esses humilis in corde tuo, nec laudes hominum cupieres, nec favorem, non aurum, non gemmas, non fluxa sæculi regna; pro terreno regno cœlestem patriam; pro perituris gaudiis adeptus es paradisi amœnitatem. Nam te mirabiliter ut Apostolum Paulum placide vocavit a cœlo: illum namque prius præclaro lumine privans, ad gremium sanctæ Ecclesiæ cœlitus destinavit; te quoque per cœtum sanctum, per sancti Spiritus actum celsum & apostolicum fecit conscendere thronum. Ille te nimirum elegit de grege discipulorum, qui Petrum & Andream, Jacobum & Joannem de littore ethnicorum. Plaude ergo inmis, plaude per cuncta beatus: jam cœtibus angelicis sociatus, jam Christi nectare satiatus: inter apostolicas sedes in judicio illo magno, cum judicabit orbem terræ in æquitate, com Christo Domino nostro exaltatus. Sed quia hoc totum donavit tibi gratia Christi, supplices petimus, humiliter postulamus, quo eum pro nobis exorare digneris: ut nos clementer exaudiat postulantes, & placide remuneret decertantes. Postquam vero *d* reliquit Judæam patriam prædicando, quam to sorte prædicationis acceperat, & plurimos ethnicos ad fidem Catholicam convertit B. Mathias Apostolus, migravit ad Dominum nostrum Jesum Christum e sexto Kalendas Martias, qui *e* cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum.

AUCT. AUTHERT. ABBATE CAN. NENSI.

D *ejusq; peculiarem implorat.*

d

e

a *Mombritius* dxmationem.
b *Idem*, excelsior.
c *S. Benedictus* c. 57. Memorentur, *inquit*, Ananiæ & Sapphiræ, ne forte mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint, in anima patiantur. *Cæterum qui Patres senserint de damnatione horum, disputare Hostiensis l. 9. Disquisitionum monasticarum tract. 3. disquis. 4. Cornelius a Lapide & alii Interpretes in cap. 5. Actorum.*
d *Deest hoc verbum & Mombritio & ms. sed ex antiquo Breviario Morinensi apposui.*
e *Deest Mombritio diu: legitur in ms. & Brev. Morinens.*

E

aACTA S. MATHIÆ a

ab anonymo olim Hebraice conscripta,

ab interprete monacho Trevir. aucta.

ex IV. *MSS. editione Wolfgangi Lazii, & variis Breviariis.*

PROLOGUS I. INTERPRETIS.

1 b CUm multo studio & sollicitudine flagrarem, quomodo gesta B. Mathiæ Apostoli, quæ apud nullum Ecclesiasticorum interpretum habentur, invenirem; quidam Presbyter, nomine Theodoricus, fluctuantem me ac tristem videns, causas a me tristitiæ requisivit & accepit. Unde summa exultatione perfusus, quia hoc in me studium invenerat, dixit: Quod, si eorumdem gestorum interpres esse vellem; cum quodam Judæo familiari suo se acturum, ut mihi librum, quem ipse Damnatorum imitatur, pro eo quod in ipso contra Legem agentium damnatio contineatur, Mathiæ scilicet, Jacobi utriusque, & Srephani, idem Judæus præsentaret. Didiceram eo tempore a quodam ex Judæis litteras Hebraicas. Venit ergo libellum deferens, cujus cum ego titulum legerem, Sir Hasirim, hoc est, Cantica canticorum scriptum inveni: tantaque indignatione commotos sum, ut vix ab illo manus continuerim. Nam illo sibi in Christianos odio ingenito decipere me gestiebat. Et tu, inquam, leno spurcissime, Clericumne fallere tentas, qui Hebraicarum Græcarum & Latinarum historiarum plenissimam acceperit scientiam? Nihil est certe in vestra bibliotheca, sive Græca, sive Latina, quod nesciam. Timore ergo correptus maxime ne ei apud Principem, in cujus gratia tunc fui, nocerem, jurejurando se mihi satisfacturum promisit, quod & fecit. Lecto usmque titulo libri, quem postmodum detulit Ay Mathsy, hoc est, Vita Mathiæ, scripsum deprehendi. Denique opinatus omnia me intelligere, quæ infra scripta erant, licet tovitus, omnem tamen ea ordine

b Interpres de Actis S. Mathiæ follicitus.

F

a Judæo eum scripsit.

INTERPRETE MONACHO TREVIRENSI.

diue veritatem mihi aperuit, acceptoa nobis peetio viginti trium ſolidorum. Poſt hunc anno ſequente Dominus meus Archiepiſcopus ab alio Judæo, in periculo rerum ſuarum conſtituto, ita ſe omnia habere deprehendit, excepto quod ad nomen ſuum alluſiſſe dixit verſiculo Pſalmi. Poſtea cuidam incluſæ pro hoc ipſo triduanum jejunium agenti idem revelatum eſt. Legatur itaque abſque omni dubitationis ſcrupulo, quod tam certis argumentis verum eſſe deprehenſum eſt, quia omne ambiguum Spiritus ſanctus abolevit. Quomodo autem de Judæa in Treverim venerit, ſicut in hiſtoria Triverica & in monumentis Silveſtri Papæ legi, miracula quoque ejus ſubſequenter ediſſeram.

adiungit Translationem & miracula

a *Sunt ea ſuſpecta fidei, & a nonnullis apocrypha habentur.*
b *Prologus hic deeſt in mſſ. Trevirenſi & Sufatenſi, datur ex mſſ. Badicenſi & Ultrajectino, ac Lazio.*
c *Lazius* Hxymsiay.

PROLOGUS II. INTERPRETIS

a 2 REverendiſſimo Domino ſuo, Eccleſiæ S. Eucharii Treviris Abbati vere dignitſſimo, humilis Levita, omnium Fratrum illi commiſſorum ultimus, B debitæ ſubiectionis devotum obſequium. Cum verbo ſimul & opera præpolleas, Pater beatiſſime, plurimos a b levitate ſeculari retractos theoricæ *b* clauſtro ſocietati, ex quibus in ſpecialius illud tœ ſollicitudinis ſtudium impendiſti. Atteſtantur iis tua inſtantia, quotidiana ammonitio, correptio: quam licet ex juvenili levitate non ſatis libenter excipiam, ex qua tamen pietate prodeat, cum mentem a vanitate recolligo, non ignoro. Illud quoque præterire non debeo, quod me lectioni inſtare jugiter præcipis & hortaris, ne ſcilicet otioſum inimicus inveniat, ne murmurando mentem occupet, ne detractio in lingua deſerviat, ne manus operi, quod ad rem non attinet, inſiſtat. Præcipit igitur beatitudo tua, ut Vitam B. Mathiæ Apoſtoli, ad cujus oſſa digne præſides, ab Hebraico volumine (qui Damnatorum liber intitulatur, quod in eo contra Legem agentium, judicia continentur) exceptam *c* latius exponerem, ſecundum indagatam avido, vel putius extortam omnem rei veritatem. Quod ego, licet audaciæ overtio denoter, feci tamen ut potui. Proinde licebit alii latius, tum eloquentius explanare, ſtylumque ruſticum lima urbana deco- C tius expolire. Dominus te incolumem nobis cuſtodiat, Pater cariſſime. Amen.

jubet Abbatis ſui Latine ſcire

c & latius exponit.

a *Datur ex Lazio ſolo. Deeſt in omnibus mſſ.*
b *Deeſt verbum*, adjunxiſti in clauſtro *aut ſimile.*
c *Hinc conſtat non eſſe eandem interpretationem, ſed nonnulla a monachis adjuncta fuiſſe.*

PARS I.

Vita & obitus S. Mathiæ.

CAPUT I.

S. Mathiæ ortus, educatio, electio in diſcipulum & Apoſtolum Chriſti. Prædicatio in Judæa.

3 IGitur glorioſiſſimus Apoſtolus Domini noſtri Jeſu Chriſti Mathias, de tribu Juda, civitate Bethleem, illuſtri proſapia oriundus fuit. Parentes vero ejus multis divitiis & nobilitate generis & inſignes, grandi apud Deum & homines morum venuſtate pollebant. Unde vere divinitus illis creditur conceſſum, ut religioſi parentes religioſiorem ea ſe filium procrearent. Natum itaque pue- D rum Mathiam, quod in noſtra lingua Dei parvus, ſive donatus, dicitur, nuncupaverant: quem etiam ab annis puerilibus divinæ inſtitutionibus Legis manciparuot. Ad pedes itaque *b* Simeonis ſummi Sacerdotis & incom- *b in lege inſtitutus* parabilis viri, atque tunc temporis in Lege Moſaica doctiſſimi, prima Legis elementa percepit, divinaque ſibi gratia cooperante, unnem in brevi Legis & Prophetarum ſcientiam comprehendit. Studebat jam tum in tenera ætate majorum imitari ſtudia, divinæ lectioni incumbere jugiter, laſciviæ ſenſum non impendere, ſed annos puerules morum vincere maturitate. Proinde adoleſcens factos, crebris diſputationibus examinatus, non ſolum condiſcipulis, ſed & ipſi Magiſtro ſuo mirabilis habebatur. Quippe, qui licet eruditiſſimus eſſet, nullatenus extollebatur, ſed juxta nominis ſui etymologiam ſe vere parvum & humilem exhibere nitebatur, illud *doctus & humilis*, Sapientis ſæpe commemorans: Quanto magnus es, hu- *Eccli. 3. 20. Prov. 25. 21* lia te in omnibus. Et illud: e Superbum ſequitur ignominia, humilem autem ſpiritu gloria. Erat igitur vir beatus corpore *d* mundiſſimus, animo purus, in ſolvendis *c* ſacræ Scripturæ quæſtionibus acutiſſimus, in conſilio *d* providus, in e ſermocinatione nudus & expeditus. Informabatur ſenſim animus ejus ad virtutem, ut eſſet ad in- *e in omni virtute exercitatus* telligentiam habilis, ad miſericordiam facilis, in proſperis non elatus, in adverſis conſtans & intrepidus. Sata- E gebat ut quod ſcoſu perceperat, opere compleret, & manus aſſertione orii probaret doctrinam. *f* O beatum virum, cujus præconium non ſolum in Eccleſia Sanctorum, ſed, quod mirificum magus eſt, in ſynagoga reſonat *g* Judæorum. Nam qualis quantuſve exiſtimandus eſt fuiſſe, quem boni totius æmuli, iidemque damnatores ejus, non deſinunt laudibus extollere?

4 Ut igitur lucerna de *h* modio Legis ad candelabrum *h* tranſiret Eccleſiæ, vocatione Chriſti dignus habitus, pauperem Chriſtum pauper ipſe ſecutus, in ſortem & nume- *adoptatur a Chriſto inter 72. diſcipulos* rum ſeptuaginta duorum Diſcipulorum ab ipſo Domino deſignatus eſt. Completo deinde diſpenſationis Domini- *i* cæ i ſacramento, Incarnatione videlicet, paſſione, reſurrectione & adſcenſione in cœlos, ſurgens Petrus in medio fratrum dixit: (Erat autem turba hominum fere *Act. 1.* centum viginti) Viri fratres, oportet impleri Scripturam de Juda, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum, qui connumeratus eſt in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterii hujus. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede ini- *in locum Judæ prodigioris* quitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt F omnia viſcera ejus: & notum factum eſt omnibus habitantibus Hieruſalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum namque eſt in libro Pſalmorum: Fiat habitatio eorum deſer- *Pſal. 68 & & 108.* ta, & non ſit qui inhabitet in ea, & epiſcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum congregati ſunt in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus noſter Jeſus Chriſtus, incipiens a baptiſmate Joannis uſque in diem, qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis ejus fieri nobiſcum unum ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Joſeph, qui dicebatur Barſabas, qui cognominatus eſt Joſtus, & Mathiam & orantes *ſors ducitur eſt Apoſtolus.* dixerunt: Tu Domine, qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum miniſterii hujus. Et apoſtolatus, de quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam. Et annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis. Cum ergo complerentur dies Pentecoſtes, accepta in linguis igneis Spiritus ſancti gratia, Apoſtoli diſperſi ſunt toto orbe terrarum. Beatus ergo *in Judæa prædicat* Mathias ex decreto ejuſdem Spiritus ſancti, Judæam in ſortem prædicationis ſuſcepit, in qua *k* quantum divinæ *k* gratiæ lumine præventus, æmulorum in ſe livorem accenderit, ſequens pagina declarabit.

4 S. Mathias naſcitur e nobilibus & piis parentibus

a *Lazius*

A x *Lazini* venerandi.
b *Videtur intelligi* S. Simeon ſenex, *qui Luc. 2. Chriſtum in ulnis excepit. Lazini impreſſi* Simonis ſummi & incomparabilis viri *amiſſa voce* Sacerdotii, *quæ in 4. mſſ. habetur.* S. Simeon *a Cyrillo Hieroſolymitano, Epiphanio, aliiſque dicitur* Sacerdos *fuiſſe. Imo ſtillatis, Doctoris apud Hebræos inſignis fuiſſe aut diſcipulum aut filium, & in ei ſpiritum Synagogæ magnæ Judæorum defuiſſe tradunt ex Talmudicis Galatinus l. 1. cap. 3. Genebrardus in Chronologia aliique. Conſule Barradium to. 1. Concordiæ Evangelicæ l. 10. c. 2. Colitur* S. Simeon 8. *Octobr. Fuit interim* Simeon *filius Boethi ſummus Sacerdos, ſed ut Joſephus ait l. 15. Antiquit. Judaic. c. 12. regni Herodis, cujus fecit eres, an. 13. ante Chriſti Æram an. 24. Alius* Simon *deceſſor Caiphæ ſtatuitur: alius denique tertius a Caipha ſucceſſor.*
S. Simeon ſenex.
alii Simeones ſummi Pontifices.
c *Editio vulgata habet:* Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.
d *Mſ. Ulor.* caſtus.
e *Idem*, ſermone nitidus.
f *Lazius hæc interponit:* O bestium virum, qui ſub umbra poſitus, operæ lucis exercebat, qui Legi ſubditus, virum gratiæ præferebat. *Deſunt in 4. mſſ.*
g *Mſ. Trevir. cum Lazio*, impiorum.
h *Mſ. Ultrajectl. & Lazius* medio.
i *Mſ. Trevir.* myſterio. *Lazius* miniſterio.
k *Idem mſ. & Lazius*: quemadmodum divina gratia quaſdam mancipans, æmulorum *&c.*

B CAPUT II.

S. Mathiæ miracula: quæſtio de eo habita. Blaſphemia Judæorum in Chriſtum.

a b 54 ANno igitur poſt paſſionem Domini *b* tricesimo
c tertio plus minus, *c* Ananus junior, qui a
d Caypha Pontificatum adeptus, *d* credens ſe opportunum tempus invenisſe, idem Pontifex adverſus diſcipulos Domini inflammatus, & Feſto Præſide mortuo, & Albino adhuc in itinere conſtituto, conſilium Judaicum fecit, & quoſdam deducens ad ſe, inter quos & fratrem Jeſu Jacobum tradidit puniendos. Qua tempeſtate beatus Apoſtolus Domini Mathias verbum vitæ æternæ Judæis per
Miracula ejus. circuitum nuntiabat, multoſque filiorum Iſrael convertebat ad Dominum ſignis & prodigiis. Cæcos namque illuminabat, leproſos mundabat, dæmones ex obſeſſis corporibus in nomine Chriſti fugabat; claudis greſſum, ſurdis auditum, mortuis quoque vitam reſtituebat. Inſtruebat nos quid erat vitæ, quid morum, quid religionis, Moyſen quidem ſanctum prædicans, Legem nihilominus
C omni cultu dignissimam, ſed quæ ſub palea litteræ maxima in ſe Chriſti & Eccleſiæ ſacramenta contineat. Chriſtum denique ab ipſo Moyſe ſignis & ænigmatibus præfiguratum, verbis propheticis annuntiatum, in redemptionem generis humani miſſum a Deo Patre per Virginem mundo innotuiſſe, divinæ Legis teſtimonio comprobabat, plurimaque ediſſerens, & interpretans illis, omnia ſignis potentiſſimis approbabat.

6 In hunc ergo modum dum circuiſſet vicos & caſtella, benefaciens & annuntians verbum Dei, devenit in
e civitatem Galilææ, quæ Latine *e* Giſcala dicitur: & introiens in ſynagogam, cœpit ex Scriptura Legis evangelizare Chriſtum. Illi autem nitebantur contraire ſermonibus ejus, blaſphemiis & deteſtationibus, nomini ſancto
comprehenditur a Judæis. maledicentes. Cumque inſtantius ipſe de Jeſu ſermonem faceret, illi repleti zelo, duxerunt eum, & vincientes, nuntiaverunt Principi Sacerdotum & ſenioribus, dicentes: Condemnati illius Jeſu, qui ſe Filium Dei dicebat, diſcipulum comprehendimus, quem ſubvertentem plebem per ſynagogas & compita deprehendimus. Quid opus
examinatur. facto ſit, conſulite. Nos enim multis Legis quæſtionibus examinavimus illum, & invenimus hominem contra Legem quidem agentem, ſed in ipſa Lege peritiſſimum,
f qui & gloriatur *f* Simeonem ſe habuiſſe Magiſtrum. Nobilis eſt genere, illuſtris & acceptus in plebe, quamobrem decrevimus nihil in illum abſque auctoritatis veſtræ imperio præſumere. Quidam ex ſynagoga Principis diacrint: Lex noſtra, fratres, ut noſtis, non niſi ex ſua confeſſione, ſeu teſtium veracium aſſertione, condemnat, ſicut ſcriptum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Et abſque teſtibus nemo punietur. At illi dixerunt: Invenimus eum per ſynagogas ſubvertentem populum per totam Galilæam, conventicula facientem, circumferentem doctrinam Jeſu Nazareni, Principum judicio crucifixi. Denique non eſt civitas aut vicus, in quo novam ſectam non introduxerit homo perditiſſimus, & qui in Moyſen locumque ſanctum & Legem blaſphemare non timuit. Hujus rei teſtes ſumus.

INTERPRETE MONACHO TREVIRENSI. D
Deuter. 19. 15

7 Pontifex Ananus dixit: Nomen ejus edicite. Reſponderunt Mathias natus de Bethleem Judæ. Pontifex dixit: Quandoquidem non expedit nobis nec generi noſtro, ſermonem de Jeſu propagari, adducatur, ut, ſi qua temeraria per ignorantiam protulit, diluat per pœnitentiam: ſin aliàs, pœnam prævaricationis incurrat. Abeuntes ergo cum miniſtris Pontificis & aliis Principibus Magiſtratuum, adduxerunt beatum virum in concilium. Quem intuitus Pontifex, ait: Scit omne conſilium hoc, & orbis univerſus, in quantum reſpublica noſtra devenerit opprobrium, non quidem culpis noſtris exigentibus, ſed paucorum qui ejecerunt ea nobis perverſitate, Præſidumque Romanorum avaritia, vel, ut ita rectius dicam, ſeveritate. Nec enim fuerunt nominandi quidam rerum novarum cupidi, ſectas adducentes, per quas tot millia Judæorum perverſa ſunt, quos a Romanis exercitibus interemptos, vos noſtis. Nec enim talia ex ipſa ſua magnitudine latere potuerunt, & ex ipſa vicinitate ſeu potius viſione terruerunt. Verumtamen illorum cum ſuis auctoribus vanitas, non ſine magno generis noſtri opprobrio penitus interiit. Nec invenitur eſt, qui populum ea ipſorum ſuperſtitione vel hæreſi poſt illos irretiverit, fuerunt enim *g* Judas Galilæus, & *h* Theodas magus, quos poſt illorum interitum nemo recolit, nemo venerari vel imitari contendit.

filium ejus ille.
E
Ananus Pontifex deplorat miſeriam Judæorum.
g h

8 Maasmus horum hæreſiarches Jeſus Nazarenus ſurrexit, qui Deum ac Dei Filium ſe prædicans, Legis obſervationem nihili pendit, multorum oculos & animos ſignis ſuis & præſtigiis illiciens averti. Suſcepit ramen in ſe Legis decreta, quæ contempſit, reaſiter hoc approbans, quod verbaliter interdixit. Sed quorſum iſta? Scimus a Domino Moyſi ſancto Legem datam, a Patriarchis verbis & effectibus approbatam, a Prophetis nihilominus obſervatam: quibus & Deus miracula facere dedit: qualia Jeſus facere non potuit. Quis enim neſciat Moyſen eum Domino quaſi homine collocutum? Quis neſciat Heliam igneo curru ad ſidera tranſvectum? Quis ignorat cadaver Helizei mortuum de ſepulchro invectum ſuſcitaſſe? Quis ambigat ceteros Dei ſanctos plurima miracula perpetraſſe: quorum nullus tamen hanc dignitatem nominis divini uſurpavit, nullus Legem novam adinvenit. Denique ſancti Prophetæ abjecto habitu, voce humili, qua tantum datur intelligi, non ſponte ſed torrente ſancti Spiritus impulſi, locuti ſunt. Hic autem ad oſtentationem omnia agens, paſſim verba vana jactavit. Intantum proceſſit ejus inſania, ut & Principes Sacerdotum ſuis contumeliis laceraret, Scribas & Pharizæos hypocritas appellare. Quis hoc Prophetarum præſumpſit? Sed ille præſumptionis dignum finem inveuit: atque utinam memoria ejus cum ipſo periiſſet, neque eſſet qui errorem doctrinæ ejus ſemel emortuum reſuſcitaret! Sed præter votum accidit. Ecce templum ſanctum, civitas ſancta, leges paternæ, Romano Præſidi & legibus Romanis expoſita ſunt. Non eſt qui condoleat, non eſt qui miſereatur, nemo qui judicet, nemo qui reputet. Trahimur ad judicium, & ſuſtinemus: ſeducimur, & conſentimus: in direptione ſumus, & tacemus. Iſti præcipue Galilæi in manus Romanorum nos tradunt, dum ſanguinem Jeſu, quaſi innocentis hominis, in nos

in Chriſtum impie blaſphemant.

& in

INTERPRETE MONACHO TREVIRENSI.

& in genus noſtrum reſundere non erubeſcunt. Expedit ergo nobis, ut pauci pereant ne Romani totum locum deleant & gentem. E duobus malis, ſi neutrum vitari poteſt, minus & tolerabilius eligendum eſt. Proſpicere A tamen errantibus, & ſalutis afferre remedium, magis eſt ſinere quam de voluntario ipſorum interitu vel perditione gratulari. Neque nos in periculis poſiti, cujuſquam deſideramus periculum: ſed, quod noſtro competit officio, lapſos reformare, errantes corrigere, periclitantibus ſummopere adeſſe ſtudemus. Perpendat & hic igitur animi noſtri maoſuetudinem: tempus habet, dantur induciæ, quatum interſtitio poſſit animum ſuum revocare religioni. Habet poteſtatem pro ſe quæ expediunt allegare, verbis *k* executoris obiecta refellere.

k

a *Deeſt hoc initium in mſ. Trevirenſi.*

b *Is foret Æra Chriſtiana 64. ſed forſan ſubſtituendus an. a paſſione 30. aut 31. at una cum S. Jacobo occiſus.*

c *Alii* Ananias, Anianus. *De eo Joſephus l. 20. Antiquit. Judaic. c. 8. ita tradit.* Rex vero *Agrippa junior* Joſepho *Pontifice* juſſo privatam vitam agere, ſacerdotium ejus dedit Anani filio; & ipſi vocato Aneno.... Is audax erat, erat & ferox ingenio, ſecta Sadducæus, quod hominum genus apud Judæos in judicando eſt ſeveriſſimum. *Nicephorus in Pontificibus Judæis Ananiam etiam vocat.*

Ananus ſive Ananias pontifex.

d *Joſephus loco indicato hæc ita narrat:* Tempus opportunum ſe nactum ratus, mortuo Feſto, Albino adhuc agente in Italiæ, concilium Judicum advocat, ſtatuitque coram eo fratrem Jeſu Chriſti, Jacobum nomine, & una quoſdam alios rans impietatis peractos, lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea civitate bonis & legum ſtudioſis vehementer diſpliceit. *Hæc Joſephus. Occiſum eſſe S. Jacobum dicto an. 61. ex Euſebii & Hieronymi Chronico recte tradunt Petavius, Euſebius, & alii.*

B

S. Jacobus occiſus an. Chr. 61.

a Giſcalam *Galilææ oppidum indomitum, a Tito captum, & cives ſeditioſos diſperſos Joſephus l. 4. belli Judaici cap. 4. Lazius addit* nomine Golim *fuiſſe.*

f *Mſſ. Andr. & Trevir. eum* Lazio Simonem *habent.*

g Judam Galilæum *appellat Joſephus, qui l. 18. Antiq. Judaic. c. 1. & 2. deſcribit ejus ſectam.*

h Theodas Magnus *legitur in mſſ. Trevir. & Euſat. ac Lazius ac mſ. Andr.* Theodas magus. *Joſephus l. 2. Act. Jud. c. 2. ſub finem*, Theodas præſtigiator, *ubi & cædes ejus indicatur.*

i *Lazius & mſ. Trevir.* ſententiæ, *at potius legendum* ſalubre.

k *Idem*, excuſatoris.

CAPUT III.

S. Mathias in fide conſtantia: martyrium.

9 TUnc B. Mathias extenſis ad cœlum manibus dixit: De obiectis, viri fratres, quæ vos criminis dicitis, non oportet me multa dicere, quandoquidem eſſe Chriſtianum non eſt crimini, ſed gloriæ. Nam C ipſe Dominus dixit per Prophetam: Vocabo ſervos meos in noviſſimis diebus nomine alio. Pontifex Ananus dixit: Quomodo non eſt criminis Legem ſanctam pro nihilo ducere, Deum inhonorare, fabuliſque ſuperſtitioſis & inanibus vacare? B. Mathias reſpondit: Si meis verbis præbeatis auditum, docebo vos, qualiter hoc quod prædicamus fabuloſum non ſit, ſed ab initio Legis teſtimoniis approbatum. Deus Patrum noſtrorum Abraham eduxit de Ur Chaldæorum, promitteus illi terram Chanaan, & ſemini ejus ſe daturum in hæreditatem, cum neque filios neque filias haberet, & Sara uxor ejus ſterilis eſſet: de quo tamen ſcriptum eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. Et locutus eſt Dominus ad Abraham dicens: Juxta condictum revertar ad te, & habebit Sara filium. Per repromiſſionem igitur natus eſt Abraham patri noſtro filius, quem appellavit Iſaac. Ex illo natus eſt Jacob, qui ſurripuit primogenita fratris, a Domino electus: in quo repromiſſio fructificatet, ſicut Scriptura dicit: Jacob dilexi, Eſau autem odio habui. Cumque zeloretur Eſau Jacob ut eum occideret, abiit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban, & ſervivit ſub mercede, uſquequo loqueretur ei Deus, dicens: Revertere in terram nativitatis

S. Mathias fidem Chriſti profitetur.

Chriſtum oſtendit promiſſum Abrahamo.

Gen. 15. 6

Gen. 18. 14

Malach. 1. 2

Gen. 25

tuæ, eroque tecum, & eruam te, & liberabo te. Cum D igitur abiiſſet cum multa familia & peculio, & veniſſet in Phanuel, deſcendit ad eum vir qui luctabatur uſque mane cum eo, dixitque ad eum: Dimitte me, aurora eſt. Qui reſpondit ei: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Et benedixit ei, & dixit ad eum: Non vocaberis ultra Jacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Sciſcitanti nomen viri ait: Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? Et abiit Jacob, & eum illo, quos genuit, in terra b Chanaan duodecim Patriarchæ: ex quibus præmiſit Deus in Ægyptum firmamentum ac Salvatorem, qui adeſſet eis & ſemini eorum in tempore afflictionis. Facta demeeps fame in terra Chanaan, deſcendit Iſrael in Ægyptum in animabus ſeptuaginta, & habitaverunt patres noſtri in oppidis Geſſen, & multiplicati ſunt nimis. Cumque afflictiones multas toleraſſent ab Ægyptiis, ſurrexit Moyſes vir potens & eruditus, qui fugiens Pharaonem perſequentem, devenit in Madian. Unde cum paſceret oves ſoceri ſui Jethro in deſerto Madian, apparuit ei Dominus in igne flammæ rubi. Appropinquante autem illo ut videret viſionem mirabilem, dixit ei Dominus: Solve calceamentum de pedibus tuis. Quod quidem, fratres, ſcientibus legem loquor, ſignum fuit repudii. Quod intelligens idem vir ſanctus, ait: Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es, ſignificans vi- E delicet quod idem poſtea ſcribit filius Iſrael dicens: Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus de fratribus veſtris tamquam meipſum, huoc audietis, juxta omnia quæ locutus fuerit vobis.

& Iſrael Gen. 32

& Moyſi

Exod. 3. 5

Exo. 4. 13 *expoſtulanti alium qui mittendus erat.* Deut. 18. 15

10 Et iratus Dominus ad Moyſen, ait: Ecce Aaron frater tuus venit in occurſum tibi, oſtendens nondum conſummatam plenitudinem temporis: in quo verus ille nuntius adeſſet, qui populum ſuum non de manu ſignificativi Pharaonis, ſed de poteſtate intellectualis & ſignificati, qui eſt diabolus, liberaret. c Significativa enim c cetera omnia quæ geſta ſunt: Phaſe veſtrum, iodicio eſt, quod a patribus ad literam celebratum, maxima in ſe myſteria continere manifeſtis & evidentibus de cauſis patet. Quid enim eſus carnium agni peoderat ad conſcientiam? Quare renes accingitis? Quare in manibus baculos tenetis & calceamenta in pedibus? Hæc omnia, fratres, licet ſcientiam Legis habeatis, ſicut ſcriptum eſt, niſi crediderit, non intelligetis. Quomodo enim ſanguis agni in utroque poſte & in ſuperliminari aſperſus ab exterminatore nos liberaret, niſi Crucem Jeſu, qui dicitur Chriſtus, ſignificaret? De ipſo namque Iſaias dicit: Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & inter cetera: Cum iniquis reputatus eſt.

omnia oſtendit Judaïs in figura Chriſti veri tunc geſti

Iſa. 53. 7 & 12

11 Ut ergo nomen Jeſu Pontifex audivit, furore repletus eſt, & ait: Hæc itaque ad deſtructionem Legis F proſequeris? An ignoras ſcriptum; Si quis propheta aut Somniator in Iſrael ſurrexerit, ut averiat vos a Lege Domini Dei veſtri, moriatur homo ille? S. Mathias reſpondit: Propheta, de quo nobis ſermo, non tantum Propheta eſt: ſed & Dominus Prophetarum, & Deus Dei Filius, cujus divinitas veris indiciis declaratur. Hac igitur ductus ratione in ipſum credidi, ſperans quod in confeſſione nominisejus perſeverabo. Pontifex dixit: Si dantur toduciæ, viſne aliquando pœnitere? S. Mathias reſpondit. Abſit *Chriſtum non eſſe Deum profitetur.* a me, ut a vetitate, quam ſemel ioveni, non per pœnitentiam, ſed per apoſtaſiam, recedam. Jeſum Nazarenum, quem vos tradidiſtis & negaſtis, verum Dei Filium, Patri per omnia conſubſtantialem & coæternum atque coæqualem corde confiteor, ore prædico. Chriſti ſervus ſum, alius eſſe non potero.

Deut. 13. 1

12 Tunc Pontifex obturans aures ſuas, & ſtridens dentibus in eum, cum furore clamavit, dicens: Blaſphemavit. Et ſubjunxit: Audiat Legem. Et lecta eſt juxta quod attinebat: Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemaverit nomen Domini morte moriatur: lapidibus eum obruet

adjudicat ſuæ genti mortis Lev. 24. 15 & 16

omnis

A omnis populus : non parcet illi oculus veſter, ut auferatis malum ex Iſrael. Cumque vir ſanctus nec blandimentis averti, nec minis concuti poſſet ; proculit in eum ſententiam dicens : Os tuum contra te locutum eſt, ſanguis tuus ſit ſuper caput tuum. Proinde ductus
d eſt ad pœnam. Cumque veniſſet *d* Bethlaskila, hoc eſt,
ducitur ad locum ſepulti. domus lapidatorum, indixit ſilentium & dixit: Quare, fratres, Adamhay, hoc eſt, hominem viventem, interficitis? Scriptum namque eſt : Cum videro faciem Domini Sabaoth, oumquid non vivit anima mea? Vel ut alii Judæo peritiori placuit ſecundum Hebraicam veritatem : Quando veniam, & apparebo ante faciem
Pſal.41.3. Dei? Ait enim, quia prima & ultima littera nominis, quæ ſunt Mem & Jod, ſimul junctæ reſonent, quando & ipſe per has litteras alluſerit ad nomen ſuum
Pſal.93.21 verſiculo Pſalmi. Et ſubjunxit vir ſanctus : Hypocritæ, bene prophetavit de vobis David, dicens : Capra-
Ezech. 13. 19. bunt in animam juſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt. Et Ezechiel ait : Mortificabant animas, quæ non moriuntur.

lapidatur, Levit.24. 14. 8 Teſtes igitur duo numero, ſecundum Legis mandatum, poſuerunt manus ſuas ſuper caput ejus, &
ſecuri occiditur ; in cumulo lapidum dejecerunt eum, ac primi lapides miſerunt. Matthias autem petiit duos lapides conſepelliri ſibi in teſtimonium illis. Et lapidatus eſt ab illis,
B e *e* ſecuri quoque Romano more percuſſus eſt, ut quaſi
f *f* in hoc Præſidi Romanæ majeſtatis aliquid deſerretur. Tunc extenſis in cœlum manibus reddidit ſpiritum die ſexta Kalendarum Martiarum. *g* Et accedentes diſcipuli ejus honorifice ſepelierunt eum in
ſepelitur a diſcipulis. nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti : cui eſt honor & gloria cum æterno Patre Spirituque ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

a *Alii*, Anianus & Ananias, *ut ſupra*.
b *Lazini* & MS. *Trevir.* alienæ.
c MS. *Bodic.* Significativa enim tunc fuiſſe conſtat omnia, quæ geſta ſunt. Phaſe enim veſtrum judicium eſt.
d MS. *Sufan.* Beshlaſcila. *MS. Bodic.* Beshlaſrua. MS. *Ultra.* Beshlaſria.
e *Hinc paſſim eum ſecuri pingitur*.
f MSS. *Bodic. Ultr. & Sufan.* nihil Præſidi deferretur.
g *Ita* MS. *Trevir. In aliis ſic legitur* : Et accedentes visi ex diſcipulis ejus ſepelierunt eum : quorum ſunt nomina, Lachis, Raph, Herda, Samuel, Simon, Naaman, Joſeph, Iſmael, Simeon, Ioannes. Quinque Ioannes gratia Dei deſtitutus apoſtatavit, cereris in fide permanentibus Domini noſtri. *Loco* Herda, *Lazini habent* Himna & Heimhda.

PARS II.

De corpore S. Mathiæ apud Trevirenſes, & variis miraculis.

auctore eodem monacho Trevirenſi, ex III *codicibus MSS.*

CAPUT I.

Corpus S. Mathiæ Roma Treviros translatum.

a 1 a HIs de paſſione beati Apoſtoli prælibatis, nunc qualiter corpus ipſius in civitate Trevericæ, in qua modo honorifice requieſcit, translatum ſit, pro poſſibilitate noſtrarum virium & ſancti Spiritus dono, recto ordine proſequemur.
b Conſtantino itaque patre Auguſtorum *b* monarchiam
c Romani principatus adepto, atque in *c* Chriſti religione fundato, mater ejus Helena, *d* primum quidem Judaica impietate ſeducta, poſtmodum autem Divina diſpenſatione correcta, Hieruſalem profecta
e eſt : ubi cum voto ſuo per *e* inventionem ſanctæ

Crucis ſatisfaceret, ad filium rediit, ac deinde Romam ad *f* Papam Silveſtrum demigravit : cum quo communicato conſilio, multum ſe de perditione urbis Trevericæ, cujus ipſa eſſet indigena, dolere confeſſa eſt. Unde ſummopere petiit, ut prædicatores præfatæ urbi tranſmitteret. At beatiſſimus Papa Silveſter, ejuſdem urbis antiquam conſiderans dignitatem, quæ ſecunda Roma olim vocari meruerat, quemnam inveteratæ ſuperſtitionis extirpatorem idoneum legaret, hæſitabat. Eapropter religioſa fœmina jejuniis & orationibus vacans, factæ petitionis effectum adepta eſt. Divinitus namque inſpirato conſilio B. Silveſter S. Agricium *h* Patriarcham Antiochenum, virum eruditum & multis confeſſionibus clarum, ad ſe vocavit, eique prædicationem & Archiepiſcopalem in Treviros dignitatem commiſit. Quod cum ille, utputa longo jam *i* ſenio ac labore fractus, renueret, utriuſque precibus tandem victus, aſſenſit, & Trevirim ire perrexit.

2 Huic B. Helena reliquias magnificas, *k* tunicam videlicet Domini inconſutilem, eum uno clavorum ac *l* cultello Jeſu, Sanctum quoque Mathiam Apoſtolum de Judæa translatum ſuæ urbi defendendum, per manus Silveſtri Papæ tradidit. Cui etiam idem Apoſtolicus privilegium antiquæ dignitatis, quod hactenus in monimentis publicis habetur, reformavit. Veniens autem Agricius urbem Treviricam a priſtino revocavit errore, aquiſque ſalutatibus abluiam Chriſtianæ religioni mancipavit. Sacras quoque Reliquias pro fidelium petitione in diverſis locis diſtribuit : Mathiam vero Apoſtolum altius terræ infodiens, juxta corpora ſanctorum Patrum Eucharii, Materni, Valerii in ſuburbio Treverenſi ad meridiem collocavit. Quo in loco poſt multos in Chriſto defunctos labores, Idibus Januarii carnis eductus carcere, ipſe quoque requievit. Poſt cujus ubitum urbe quinquies a *m* Barbaris everſa, ubinam locorum Beatus Apoſtolus reconditus fuerit, oblivioni traditum eſt.

AUCTORE MONACHO TREVIRENSI.

D
f
g
h. Helena imperatore apud S. Sil. Vitam S. Agricii la tenus ſuos Treviros
b
i
k tradidit veſtem Chriſti locoſque, idem, &c.
l & corpus S. Mathiæ
E
ab conjuncta, corpora SS Eucharii Materni & Valerii populorum.
m

n *Hæc præfatio uſque ad* Conſtantino *deeſt in MSS. Bodicenſi & Ultrajectino, extat in Trevirenſi*.
b *Anno Æræ Chriſtianæ* 306. *quo pater Conſtantini obiit*.
c *Anno* 310. *vel* 311. *in Belgica & Treviris Conſtantinum fidem Chriſti amplexum eſſe, ibiq. Crucis ſignum vidiſſe, pluribus probat Sanderius lib.* 2. *Belgii Romani cap.* 5.
d *Septem ſequentia verba deſunt in MS. Trevirenſi, quæ ad Vitam ejus* 18. *Auguſti ſunt examinanda. Conſule interim Baronium ad an.* 315. *num.* 11. & 12.
e *Anno* 326. *ait* 3. *Maii dicetur. At S. Helenam aliquot poſtea ad hos annos vixiſſe diximus* 18. *Februarii ad Vitam S. Conſtantiæ neptis num.* 10.
f *Sedit S. Silveſter a Kalend. Febr. anni* 314. *ad* 335. *quo obiit* 31. *Decembris*.
g *De hac Trevirorum opinione, quod ſcilicet Treviris nata S. Helena fuerit, egimus* 23. *Jan. ad Vitam S. Agricii cap.* 7. *notat. A.*
h *An S. Agricius fuerit Patriarcha Antiochenus, ſaltem deſignatus, an ſolum ea Clero Antiocheno, aliaqi in quiſvimus ad eam Vitam, ubi diximus eum ſediſſe an.* 314. & *Ariatenſis* 1. *Concilio ſubſcripſiſſe*.
i *Forſan circa an.* 328. *ſenio fractus Romæ fuit, ac petiit onere Epiſcopali liberari, ac tum Reliquias accepit*.
k *Meminit harum aliarumq. unas allaterum Reliquiarum Browerus lib.* 4. *Annal. Trevir. pag.* 244. & *ſeqq. ac Vita S. Agricii num.* 2. *ſed abſque mentione hujus tunicæ*.
l *Calvellum eſſe, quo Chriſtus in ſacratiſſima tonſura uſus eſt, præduxi dicti Browerus & auctor Vitæ S. Agricii. Defunctus hac de calvello in MS. Trevir.*
m *Urbs Trevirorum vaſtata, aut etiam everſa dicitur a Francis, Vandalis, Hunnis, iterum a Francis ac tandem a Normannis. Conſule Joannem Eam cap.* 7. & 9 *Brouverum & alios. Salvianum lib.* 5. *Calamitatum, ait Trevirorum urbem, ex qua ornandæ erat, quadruplici vaſtatione proſtratam*.

A

CAPUT II.

Duplex reliquiarum S. Mathiæ inventio : Negligentia in cultu ejus punita.

a b c 3 ANno ab Incarnatione Domini *a* milleſimo centeſimo viceſimo ſeptimo, regnante *b* Henrico Romanorum Imperatore ſecundo hujus nominis, *c* Everhardus Archiepiſcopus Sedem Trevericam gubernavit. Huic Henricus Imperator totius Eccleſiæ Treverenſi ſacram ſuam direxit legationem, in qua partem corporis B. Mathiæ, & *d* corpus B. Valerii Archiepiſcopi, integrum ſibi tranſmitti non ſolum petiit, ſed etiam præcepit. Qua de re inito conſilio, cum civitas tota turbaretur, veredariis remiſſis, hanc prætenderunt excuſationem, videlicet ſe neſcire ubi locorum ſanctus depoſitus eſſet Apoſtolus : ſui periculo capitis incumbere, ſi illum locum, quo reconditus putabatur, contra voluntatem plebis adire voluiſſent. Sed cum juſſio Regis urgeret, maximeque promiſſa, quæ ipſe poſtmodum devotus implevit, corda plebis mulcerent, convocatis Suffraganeis ſuis, Archiepiſcopus locum ipſum quæſivit & invenit. Com igitur veſtibus ſacris induti, glebam B. Mathiæ aperoiſſent, tantum odorem omnes adſtantes naribus hauſerunt, ut ſe Paradiſiacis odoribus refectos æſtimarent. *e* Theodoricus vero Virdunenſis Epiſcopus, cognomento Sanctus, cum ſe inclinaret, ut quippiam Regi ac ſibi de ſancto corpore tolleret, divinitus coercitus, deorſum ruens, *f* partem cappæ purpureæ, eo quod oſſa ſacta tetigerat, abſciſſam in ipſo perdidit ſarcophago.

Brevius Imperatore ſolignaſſe S. Mathiæ perſuaſo.

d

B

reſoſſum ſuavem odorem emiſiſſe :

e

f

4 Erat autem ibi quidam officio Presbyter, cui ſolum reponendum ſe S. Mathias permiſit. Hic conſilio & præcepto Epiſcopotum, quos ingens terror invaſerat, Mathiam Apoſtolum in tres portiones diviſit, tribuſque altaribus diligenter & ſecrete repoſuit, pauciſſimis fidelibus conſciis, ne poſtmodum alicujus violentia civitas Trevirica propriо perveretur Patrono. Nec tamen Impetator omnino fruſtratus eſt, ſed quomodo ejus ſatisfactum ſit voluntati, novit Deus arbiter ævi. Presbyter autem, qui ſacra oſſa tetigerat, meruit hoc omni tempore vitæ ſuæ donum habere ſingulare, ut ubicumque de B. Mathia eo præſente ſermo fieret, utriuſque manus ejus digiti, quos medicos vocamus, oleo ſtillarent. Narravit mihi quidam ſenex religioſus cum lacrymis, ſe in Compresbytero ſuo ſæpius hoc vidiſſe cum admiratione multorum. *g* Nec mirum, ſi de pio hoc oleum pietatis emanavit : numquid oleum prætenderet, qui pietatem quam intimis pluribus exercuit, legit, advertit?

ibus altaribus impoſitum a Presbyteris.

ejus digiti olei inſtillant ei.

C

g

5 Poſt hæc to Epiſcopatu Tungrenſi quondam, nunc vero Leodienſi, locus quidam eſt, *h* Suſtris nomine, proeo quod ſanctimoniales ſibi degunt: quas volgo Sorores vocant. Erat in eodem loco Mater monaſterii religioni operam dans: quæ, ſicut moris eſſe ſolet, ſortu candelarum unum ea Apoſtolis ſibi Patronum eligere decrevit. Inſcripſit igitur duodecim candelis nomina duodecim Apoſtolorum, altaique ſuperponens, triduanum jejunium & afflictionem toti indixit congregationi. Tertia veto die cum oratum ab omnibus eſſet, ipſa caput ab oratione levans, ad altare acceſſit, unum candelarum corripiens legit, & nomen Mathiæ ſcriptum lovenit : unde plurimum indignata, quod minimum, ut putabat, Apoſtolorum inveniſſet, abivit, & ſprevit : iteratoque jejunium indiceos, ſimili exitu & ſorte Mathiam accepit. *i* Cumque & tertio idem feciſſet, nihilominus Mathiam elegit. Timens igitur, ne totiens ſortem replicando, Deum provocatet, a Deo ſibi delegatom Patronum omni ſtudio amplectitur, conſtituitque a duobus Presbyteris ter in hebdomada Miſſas celebrari in honore Apoſtoli. Quod quidem unus omni ſollicitudine executus eſt, alter vero, ſive negligentia, ſeu contemptu dubium, indictom ſibi officium non explevit. Quadam ergo nocte cum vino ſimul & ſomno ſtertcteret, Sanctus ei Mathias per viſum aſtitit, & quare dictum officium negligeret, inquiſivit. Cumque ille quod diceeet non haberet, vir ſanctus ait : Eras quidem morte dignus, ſed patienter illatam mihi ad tempus perfero lujuriam. Tamen ne hanc viſionem falſam æſtimes, hanc tibi notam inorendam conſtitui, ut hac cicatrice & tuam omnes defidiam & noſtram intelligant animadverſionem. Dixit, eoque in fronte tacto, ſubito receſſit. Mane cum ille viſionem nihili penderet, & ſe, ut aſſolet, ſomun deluſum vanitate putaret, quidpiam foris acturus egreditur. Cumque occurrentem ſibi quemdam ex familiaribus ſuis ſalutaret, ille cicatricem admiratus, quidnam ei contigiſſet, requiſivit. Hic autem, ut erat vanus, nihil reſpondens prærerit: ſed ab alio de ipſa macula compellatus, iteinque a pluribus, tonc demum viſionem ſuam cœpit recolere, &, quia fruſtra non fuiſſet, cogitare. Salubri itaque timore correptus atque correctus, deinceps S. Mathiam Apoſtolom in maximo habuit honore, & quod negligentia deliquerat, omni ſolertia corrigere ſtuduit. Omni ramen tempore vitæ ſuæ cicatricem circumtulit ad correctionem & emendationem multorum.

h *Sorores in Tungrorum itinere olim et edibus.*

i

D

negligenti do ne Miſſas celebraverit, ſcripſit in ſomno apparens.

& mendam ſuam inoris,

E

ſuæ illius vitæ reliquam.

6 Ea tempeſtate Presbyter quidam, monachus eccleſiæ Eucharii primi Trevirorum Archiepiſcopi, ubi Mathias Apoſtolus, ut prædiximus, pauciſſimis conſciis latebat, viſionem vidit præſagam futurorum. Videre enim ſe vidit in media eccleſia ſtellam quamdam radiare, quæ ſuo fulgore claritatem ſolis excedens, non ſolum Gallias, ſed & totum orbem illuſtrabat. Cumque expergefactus iterum obdormiret, vidit ex eo loco, quo ſtellam viderat, fontem aquæ limpidiſſimæ ſcaturire : qui in diverſos effluens, totius orbis terminos fluentis ſalubribus irrigavit. Vidit, & intellexit.

Oſſa S. Mathiæ latuiſſe in diſcooperta fontis ſplendidi.

fons ſcaturiens.

7 Præterea vir quidam in laico habitu conſtitutus, cui moris erat nocturno tempore Sanctorum cœmetéria circuire, ut orationi liberius vacaret, quo id tempus a negotiis ſemotum eſt, ad eccleſiam S. Eucharii quadam nocte devenit. Ibi dum ex more de loco ad locum diſcurreret, ante oratorium beatæ Dei Genitricis Mariæ procubuit, & dom multa cordis contritione Deo ſupplicaret, humana tandem victus fragilitate, dormitare cœpit, divinoque, ut poſt patuit, nutu obdormivit. Vidit enim altare beatæ Dei Genitricis *k* velut in duas partes ſcindi, in cujus medio quemdam libratæ ſtaturæ & ætatis vidit dormire virum. De ſub illo autem fons aquæ puriſſimæ ebulliebat : ad quem hauriendom diverſi ſexus & ætatis multitudo innumerabilis properabat. Ex eo vero quicumque bibiſſent, aut corpus inunxiſſent, a quacumque detinebantur infirmitate, incolumitati priſtinæ reddebantur. Acceſſit igitor & ipſe, ut ejuſdem benedictionis *l* & gratiæ particeps fieri mereretur. Tunc quaſi ſtrepito circumſtrepentium vir jacens in altari cacitatus, & ad eum converſus, quidoam quæreret, reqoiſivit. At ille primum obſtupuit, verum ſæpius inrer pellatos, cauſſa ſalotis accedere ſe eum aliis profeſſus eſt. Enimveto video, inqoit, quantæ jucunditatis & gratiæ participium deferant, qoi benedictionis hujos fonte, haud dubium quio tuæ, reficiantur. Accedo proinde & ego, rui maxime præſentia provocatus, in quo divioum quiddam ineſſe ſcotio, tam ea habitu corporis quam ex copia virtotis. At ille vulto placido, Mathias, inquit, ego ſum, jam olim hic latens : ſed noveris, quod tempus revelationis meæ inſtat. Noveris autem quia te manent merces maxima, & eos, qui me tuo exemplo adire voluerint, ſalutis gratia conſequetur. Nullius erit irritum votum, oullius vacoa poſtulatio, ſed uniuſcujuſque *m* affectum plenior ſubſequetur effectus.

k

F

l *S. Mathiæ veſtes laruiſſe.*

l *id loquatur.*

& patrocinium ad-dictos.

m

effectus. Evigilans autem ille, ſecum quæ viderat recenſuit, & poſtmodum paucis fidelibus quæ vidiſſet gratulabundus aperuit.

8 Cum ergo plenitudo temporis veniſſet, in quo theſaurum in agro, cui benedixit Dominus, abſconditum divina diſpenſatio iterum manifeſtare decreviſſet ; *n* Everhardus Abbas ampliare eccleſiam S. Eucharii diſpoſuit. Cumque proſpero effectu opus ipſum de die in diem creſceret, neceſſe fuit altare prædictum ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ubi reliquiæ ſancti Apoſtoli a ſupra memorato monacho occultius ſecunditæ ſuerant, penitus auferri, ut ſcilicet locus novæ ſtructuræ pateret. Conſilio igitur inito primo diei hora, quæ Kalendis Septembris illuxerat, præſcotibus viris religioſis ipſum altare perfractum eſt, de quo mirt odoris ſuavitas emanavit. Qua jucunditate invitati, cum pridem eodem ſigno Mathiæ paſtes, unam menſe Januario, alteram menſe Martio inventiſſent, ſicut a Presbytero triſariam diviſus fuerat, propius ſe iterum contulerunt. Invenerunt itaque arcam plumbeam caſtigatæ quantitatis ritulumque marmori inſcriptum Græcis quidem litteris, ſermone autem Latino hoc modo : S. MATHIAS APOSTOLUS. Flentes igitur præ gaudio cum multa exultatione majora oſſa B. Mathiæ Apoſtoli cum ipſo ſarcophago in præfatam eccleſiam intulerunt, & in theca lignea ferro diligenter compacta, pro tempore repoſuerunt : ubi quantum effuſum ſit lactymarum gratiarumque actiones redditæ, lectionis induſtriæ relinquo. Ea illo autem die pax cœpit eſſe, ut omnium Principum diſcordia in concordiam, ira in miſericordiam, odium in caritatem verteretur. Hæc eſt vere mutatio dexteræ Dei excelſi : hæc mirabilis Altiſſimi. Celebrata eſt hæc inventio major & ceteris illuſtrior Kalendis Septembris ad laudem Dei omnipotentis.

Oſſa præcipua reperta

Kalend. Septemb.

cum lo ſarcophago.

a *Eſt hic annus malo intruſus ; ſpectat ad aliam inventionem infra n. 9. relatam : ante illam hæc 10. fere annis contigit, ut infra Lambertus in altera relatione tradit, & ex ſequentibus manifeſtum eſt. Contigerunt autem vires annum 1050.*

b *Henricus Imperator II. Rex III. ſucceſſit Conrado patri an. 1039. pridie Nonas Junias defuncto, mortuus 3. Nonas Auguſt. anni 1056.*

c *Eberhardus ſucceſſit Popponi 16. Kalen. Julii anni 1047. defuncto, obiit 17. Kalend. Maii anni 1063.*

d *Eſt corpus* S. Valerii *nunc Henrico Imperatori donatum, & ab eo Goslariæ, urbe Imperiali Saxoniæ, depoſitum. Quam vim Henrici diplomate teſtatur an. 1053. Vilmaria municipio donata ipſi monaſterio S. Mathiæ. Diploma editum eſt a Leibnitio vero lib. II. pag. 256. Vitam S. Valerii dedimus 29. Januarii.*

e *Theodericus Gothelonis Ducis Lotharingiæ filius, fuit Epiſcopus Virdunenſis ab anno 1047. ad 1090. Fuit aliquamdiu in ſchiſmate pro Imperatore contra Pontificem Romanum.*

f *Waſſenbergius de Epiſc. Virdunenſibus fol. 451. ait in MS. codice Aaron-Vallis legi eum manum amiſiſſe, quod hinc refelliturr.*

g *MS. Trevir. ſequentia ita habet :* Quod cum illo oleo infirmorum plurimi peſtilentiæ ſanitati reſtituti ſunt.

h *Theofride in Vita S. Willibrodi* Sueſtra, *ſive* Suſtera *dicitur, in pago Moſatiorum ſita, haud procul Ruremunda, in Ducatu nunc Juliacenſi. Ceterum hæc in MS. S. Trevirenſi poſt n. 1. habentur.*

i *Hæc de ſtrata forte ſolum habentur in MS. Trevirenſi.*

k *MS. Trevir.* altro. l *In MS. Bodic. additur,* fidei.

m *MSS. Bodic. & Ultr.* votum. n *MS. Trevir.* Eberhardus.

CAPUT III.

Submerſus, ope S. Mathiæ ad vitam revocatus : ægri ſanati. Reliquiæ immobiles reddita.

9 *a* FUit eo tempore *b* molendinarius quidam, nomine Lambestus, civis Tseverenſis, qui parvulum ſecum aſſumens in navi *c* filium, ac molendinum in medio Moſellæ *d* alveo conſtitutum navigare properabat. Cumque ædiculam ipſius moleodini ſubintraſſet puerum in navicula incaute dereliquit, qui baculum manu teneos, cœpit colludere aquis, & ſimplicitate puerili quæque præterfluentia captare. Cum-

a b

c

d

Puer in Moſella ſubmerſus,

que manum aquæ fluenti cubito tenus immergeret, ipſe quoque toto corpore ſubſecutus eſt. e Pater autem ejus peracto negotio, pro quo venerat, ad naviculam redit, puerumque, quem ibi reliquerat, minime invenit : unde nimio dolore correptus quæ ſibi ululatibus omnia complevit, maximamque multitudinem ruſticorum in ripa fluminis ſuis clamoribus congregavit. Et cum in quam ſe mittere vellet, ut ſcilicet ipſi pueso commoreretur ; rogabant eum alias es, ne deſperatione actus, duplicem de ſe triumphum hoſti antiquo permitteret : ſed magis ſpe ſua in Deum repoſita, ſibi puerique conſuleret, ſciretque Mathiam Apoſtolum ad ſalutem omnium eſſe revelatum. Qua conſolatione recreatus, invocato S. Mathiæ nomine, *f* puerum aquæ ſupernatantem, ſed extinctum, reperit, extractumque ſipa fluminis eum incredibili dolore juxit : ubi eunctorum lacrymis exceptum corpuſculum libitina componit, ac ſepulturæ præparat, ne calore corrumpi poſſet ac diſſolvi. Sæpius tamen Mathiam cum multo gemitu cordis invocans, puerum ab ipſo cœpit repoſcere, dicens, ut ſibi eum deinceps ſerviturum reſuſcitaret. Quod & factum eſt. Demque intes manus ejulantium ad nomen B. Mathiæ puer aſſurgens, aquarum ſuperfluitatem evomuit, & ab omni dolore libet, in ſervitio S. Mathiæ multo poſtea viait tempore *g*.

e Pater AUCTORE MONACHO TREVIRENSI.

D

a

Invocato S. Mathia a patre ejus, reſuſcitatur,

f

& reſuſcitatur,

additur frontiſp. S. Mathiæ.

E

g

10 Quo tempore ſummam inventionis ejus & miraculorum latitiam maxima pene *h* deſolatio ſubſecuta eſt. Nam in eodem monaſterio S. Eucharii quidam Suevus hypocrita, quamquam illiteratus, habitum tamen aſſumpſit Monachilem, & ſe, ut id genus hominum aſſolet, callidiſſime ſimulata religione palliabat. Servichat omnibus, non coram Deo, ſed ad oculum, videlicet non ut Deo, ſed ut hominibus placeret. Unde quia ſpecie recti decipimur, magnum in brevi ſavorem omnium adeptus eſt, ita ut in brevi ſubcuſtodis ei officium aſtu rentemi committeretur : & pene, quidquid ad cuſtodiam attinebat, poteſtati & diſpoſitioni ejus permitteretus. Cum ergo novi operis ſpatium quotidie pararetus, & altaria de locis ſuis tranſponetentur, aut frangerentus ; ille ſacris Reliquiis oculos injecit, oppotunitatem quærens, quomodo ſibi magnum aliquid tolleret, quod in patriam ſuam quæſtus gratia detuliſſet. Venit itaque ad altare quoddam, in quo nomen S. Agricii, de qua ſupra memimus, ſupra niſa ejus in marmore exaratum invenit : ſed cum non intelligeret penitus ipſam ſcripturam, ſentari cœpit ſi quid uſpiam ſimile reperiret : quod & fecit. Nam ſimile quid in codice vitæ ejus ſcriptum inveniens, crebra inquiſitione ad notitiam hujus nominis acceſſit. Diabolico igitus inſtincto prædictum altare violavit ac fregit, reliquiaſque ſacri corporis ſecum aſportavit : quas inter oſſa vulgi ignobilia in cæmeterio repoſuit, quouſque itineri ſno neceſſaria præparaset. Poſt triduum pœnitentia ductus, quod ſacra oſſa indigne collocaſſet : ea rurſum inde tranſtulit, & *i* in tusris cujuſdam cochlea, ligno & myricis coopeſta, quanto dignius potuit, declinavit. Quadam autem die cum lumen ob veneratiouem ſanctarum Reliquiarum ibi accendiſſet, eo aliud quid cuſaute, ſubito *k* lumen ipſum, caſune an potius nutu divino dubium, eacidit, ædiculamque ipſam votaa ignis apprehendit. Unde cum ingens incendium ſurgeret moa ab urbe tota illuc curritur. Fratres vero huc, illucque circumferuntur. Quod cum Suevus ille videtet, cochleam adſcendit, de qua cum depoſitum deponere vellet, omnino movere non potuit. Scrinioium vero, ut vel modicum quid inde ſuſtiperet, attentavit : ſed moa ignis ea ipſis oſſibus profiliit, & faciem ejus genaſque ſubuſſit, qui veluti amens effectua, n gradu in gradum dilabitur, & via ad ſa roverſus flammas evaſit.

h deſolatio ſubſecuta eſt,

Iu ſanto ſubcuſtodis officio,

furto ſanctis reliquiis S. Agricii auferre,

i

k incendio ortum a

AUCTORE MONACHO TREVIRENSI.

A *Reliquias S. Mathiæ abſtraxerunt,*

movere non queunt.

15 Interea maligni quidam, conſilio inito, Mathiam inde aſportare volebant, aſſerentes, monachos ſicut veſte, ita etiam moribus nigros, indignos eſſe Mathia: quorum peccatis exigentibus tam ſanctus & celebris locus exueretur. Et cum plurima in hunc modum vane commentarentur, plurimorum ſibi ſimilium animos in idem facinus deduxerunt: funibuſque applicitis thecam ſancti corporis abſtrahere conati ſunt: ſed mentita eſt iniquitas ſibi, & ſpes impiorum fruſtrata eſt. Non eſt enim ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum. Denique cum centum & eo amplius homines acceſſiſſent, locum ipſum movere non potuerunt: quo miraculo conterriti deſtiterunt. Area vero poſtmodum a duodecim viris inde relata ſine labore multis & magnis miraculis uſque in præſens coruſcat. Suevus ergo ille, non monachus, ſed dæmoniacus, ut vidit tam enorme ſuum facinus latere non poſſe, per ordinem rem geſtam Fratribus aperuit, & eum multo dedecore, ut dignum erat, receſſit: oſſa autem B. Agricii ſemiuſta collecta ac repoſita ſunt.

Sanati ad reliquias paralytici.

16 Eo tempore quidam paralyticus de Ardenna ſilva, quæ maxima eſt totius Galliæ, audita opinione Apoſtoli, ſpe ſalutis animatus, votum vovit, ſtatimque paullo melius habens, lateri utrique aptavit baculos, & ad urbem Trevericam ire perrexit. Tribus igitur hebdomadibus via iter confecit: veniensque ad locum ſanctum, orationi ſe dedit. Cum vero præ multitudine plebis orare non poſſet, paullulum receſſit: deinde receſſu ſilentium nactus, orationi totus incubuit. Qua completa ſanus evaſit.

B

paralytica,

17 Nihilo minus vidua quædam paralytica cum illo devecta eſſet, ſimiliter viſa revelatione, cum devotiſſima oratione oraret, officium corporis recipere meruit.

ab invidia.

18 Alia vidua cum filiam haberet, ſolatium ſenectutis ſuæ, eo patientius pauperiatem ferebat, quo filiæ ſtudio ac ſedulitate regebatur. Judicio igitur divino, ſeu dæmonio ſeu phreneſi exagitata filia, intolerabilem matri incuſſit terrorem. Cumque fama B. Mathiæ ad aures ejus perveniſſet, gravibus cæteris collum ejus compreſſit, eoque eam deveait. Cumque triduo orantes nihil impetraſſent, quarta demum die mater filiam ſanam recepit, & regreſſæ ſunt magnificas Deo gratias referentes.

Maledicus abreptatur miraculorum S. Mathiæ,

C

19 Inter hæc & alia ſtupenda atque evidentia divinæ virtutis opera, quæ per B. Mathiam illis temporibus in civitate Trevirenſi, & in hac regione illuxerunt multimoda; quorumdam mentes, livor Judaicus & Phariſæorum invidia intantum cæcæcavit, ut magnificis operibus Domini detrahere non metuerint. Pro hujuſmodi de quodam participe eorum ad cautelam auditorum intimare volumus: quomodo videlicet, ad multorum de ſimili erga Sanctos præſumptione correctionem, illius ſit redarguta impietas. Quadam namque die, aliquibus ab urbe egredientibus, qui B. Mathiam cum oblationibus ſatis devote venerati, alii ejuſdem pietatis ac deſiderii affectu occurrerunt, ſi vera eſt fama, quæ de miraculorum ſæpedicta Apoſtoli glorificatione proceſſit, ab eis curioſius ſciſcitantes. Ad quos unus maligno ſpiritu plenus, ut paullo poſt claruit, Omnia hæc, inquit, doli & fallaciæ plena ſunt, monachorum & clericorum adinventiones novæ: deteſtanda hæc eorum confictio, & totius veritatis aliena, niſi ad confuſionem eorum detecta fuerit, inſatiabilis eorum avaritia, non ſaluti, ſed lucro inhians, multorum ſimplicium fidelium animas ſub hac falſa ſpecie ſanctitatis illaqueabit. Hæc & his ſimilia plurima, cum in auribus omnium inconſiderate evomuiſſet, omnes fere animo conſternati ſunt, & tam ſancta & ſalubri apoſtolicæ venerationis iteratione, deſiſtere mente cœperunt; niſi quod a quibuſdam ejuſdem comitatus, ad non credendum falſiſſima, quæ ille inſanæ mentis protuliſſet, ſalubrioribus nimirum verbis perſuaſi fuiſſent. Uxor namque illius & filius tamquam propinquitatis affectu, verbis quantum potuerunt, a tanta iniquitate revocare tentaverunt, aſſerentes, timium inconſulte cuncta hæc eum protuliſſe: de occultis alienis nihil eſſe affirmandum: in caput eorum reſpicere qui talia agerent: fallenti potius quam falſo, facienti & non patienti, omne peccatum plus nocere, & impunitum apud Deum non manere. In hunc modum verbis utrimque pro ſuæ intentionis ſtudio prolatis; noviſſime juſto Dei judicio, cum nec ab uxore quidem & filio rogatus voluiſſet abſtinere, eidem, cujus inſtinctu tam perverſa locutus fuerat, maligno traditus ſpiritui, manibus ſatis ſibimet injectis veſtem a pectore uſque deorſum ſcidit: deinde aſcenſo jumento ſuis eum inſequentibus ad montium & ſilvarum invia evaſit. Per biduum quæſitus eſt, nec inventus; jumentum vero quo ſedebat in cœnoſa palade uſque ad latera infixum repererunt: infelicem autem illum ac miſerum, abdita quæque perſcrutantes, non invenerunt. *l*

D

miſere a dæmone abreptus perit.

E

a *Deſunt ſequentia in MS. Trevirenſi Carthuſianorum: ſed primum excuſum a Brouwero eſt lib. 13. Annal. Trevir. pag. 740. & 741.*

b *Brouwerus* aquariæ molæ curator.

c *Idem* VVenerum *appellat.*

d *Idem addit:* ubi hodieque Moſella ſubluens, molendina totat & exercet.

e *Idem addit:* Ad oratorium uſque B. Remigii paſſuum intervallo ferme ducentorum ſub undis devolvitur.

f *Idem* Vides ſummis equis eminus ferri bacillum, qui ſcilicet navicula adpelli, anaque bacillo adhærere puerum deprehendit: quoniam hunc, ut mos morientibus, tenacissime prehendebat.

g *Brouwerus addit aliud juvenis refuſcitati miraculum, infra a nobis eo dandum.*

h *Anno 1153. et ea alia infra relatione conſtat, quæ multo exactior eſt.*

i *In ſacrarii ſuperiore parte collocata infra dicuntur.*

k *Hæc incendii cauſa infra in dubium vocatur, admittitur a Brouwero pag. 750.*

l *Brouwerus hæc refert pag. 742. additque* Sceleſtus a dæmone, uti creditum eſt, ad ſtygiam uſque paludem evectus, vivus videnſque ſuorum pœnas luit.

ALIA ACTA INVENTIONIS CORPORIS S. MATHIÆ ET MIRACULORUM,

auctore Lamberto monacho Trevirenſi,

ex MS. Trevirenſi monaſterii S. Mathiæ.

F

PROLOGUS.

1 Dignum & juſtum quidem, nec non credimus diſplicere, ſi in gloriam & honorem B. Mathiæ Apoſtoli Domini, præter illam reverentiam, quæ ei in toto orbe terrarum ſub die ſexto Calendarum Martiarum a Chriſti fidelibus exhibetur, civitas Trevirorum, quæ ſelecta ejus oſſa continet, *a* alium quoque diem ſolennizet. Rite etenim vera pium eſt atque conveniens, ut, quibus gratia datum eſt Domini Dei noſtri, præ ceteris gentibus familiarius ejus quaſi perfrui allocutione, atque quotidiana conſovere benedictione, illum propenſiori, quam quibus hæc gratia non contigit, revereantur honore. Hoc autem maxime congruum judicavimus, die ſalutiferæ revelationis ejus. De cujus lætabunda tranſlatione ſimul & inventione, nec non & revelatione, ſed & qualium quantorumque miraculorum glorificatione lætificati ſimus. Domino adjuvante, prout poſſumus, dicemus ex ordine. Sed ipſam B. Mathiam in omnium primordiis neceſſe eſt, per Dominum Jeſum deprecemur, quatenus ejus interceſſione non alia, quam quæ ſibi digna

a

ac

A ac Déo ſunt placita, noſtra ducti inſipientia proſcæramus.

a *Kalendis Septembris*, quem diem, *inquit* Brouwerus, ſancti Apoſtoli inventioni cœnobitæ poſteri in divinis officiis habent feriatum.

CAPUT I.

*Corporis S. Mathiæ Treviros delati duplex * inventio.*

a Corpus S. Mathiæ a S. Helena

a ITur anno Incarnati Verbi Dei trecentesimo *a* ſeptuageſimo octavo, Conſtantino Magno, patre Auguſtorum, Chriſtianiſſimo Imperatore Romani nominis ſceptra feliciter regente, S. Helena, mater ejus, Imperatrix Auguſta, & ipſa nihilominus Chriſtiana in profeſſione firmata, Dominica Cruce inventa, hujus patriæ ſuæ (erat enim indigena civitatis Trevericæ) præ memoriæ B. Mathiam Apoſtolum a Judæa translatum cum aliis magnificis reliquiis, de quibus modo non eſt ſermo per Patriarcham Antiochenum Agricium cum benedictione B. Silveſtri, tunc Romani Pontificis, huc deſtinavit. Quod utrumnam *b* exempla ipſius B. Silveſtri eidem Agricio data legendo cognovimus. Quem videlicet B. Mathiam non longe poſt fideles populi, qui tunc erant Treviri, in gaudium & lætitiam venturis retro filiis, cauta conſideratione, propter ingruentes quas Ariani & Pagani concitabant Eccleſiarum perſecutiones, juxta corpora *c* SS. Eucharii, Valerii & Materni tetræ altius infuſſum, venerabiliter collocaverunt, cujus nos nunc revelati gaudii participatione, Dei noſtri gratia perfruimur.

per S. Agricium Treviros tranſlatus fama

b

B in terra defoſſum;

3 Perinde multum temporis fluxerat, annorum propemodum *d* ſexcentorum, & Eberhardus Archiepiſcopus vir Induſtrius Trevirorum Eccleſiam gubernabat. Hic effligitatus eſt a Rege, qui regnavit in illo tempore, Heorico ſcilicet Conradi ſecundi Imperatoris filio, quatenus ad illuſtrandum templum ſuum, quod Goslariæ faciebat, impertiretur ei de reliquiis S. Mathiæ Apoſtoli, nec non & de corporibus aliorum Sanctorum, quorum fama eſſet Eccleſiam ſuam Trevirenſem plus omnibus Ciſalpinis abundare. Epiſcopus autem reliquias petenti denegabat, quoniam an illic eſſent dubitabat: imo & ſi ibi eſſent, ignorabat ubi eſſent. Inter hæc quadam vice, cum, ut ſæpe faciebat, veniſſet Romam, ſive orationis gratia, ſive alia qualibet exigente cauſſa, forte reperit librum illic, continentem, quibus in locis ſinguli Apoſtolorum prædicaverunt, ubi & quomodo paſſi ſint & quieverint: cognovitque legendo S. Mathiam in Judæa prædicaſſe & quieviſſe, ac poſtmodum ab Helena Conſtantini matre a Judæa translatum, & per Patriarcham Antiochenum Agricium Treverim ſuiſſe tranſmiſſum, ibique juxta corpora diſcipulorum Chriſti filii Dei, in ſiniſtro latere inter Aquilonem & Auſtrum fuiſſe depoſitum. Quod videns gaudio gaviſus eſt, & aſſiſtentibus ſibi quibuſdam Trevericæ hujus Eccleſiæ non ſatis fidelibus cauſſa congratulationis oſtendit. Qui poſt Regi, propter quod prælibavimus, non quieſcenti, ſed magis magiſque de die in diem, ut deſideriom ejus compleretur inſtanti, ad gratiam Regis adulatores, magnifici & pretioſi atque ſacroſancti illius Eccleſiæ theſauri delatores effecti, aperiunt, quod legendo cognoverint. Itaque cum Rex audierat quod juxta corpora, ut diximus, diſcipulorum Chriſti (nec dubitandum, quin S. Eucharii ac ſociorum ejus) oſſa illius fuerint antiquitus depoſita, petiit cum interminatione gratiæ ac dilectionis ſuæ, ſimul cum illius reliquiis quantumlibet modicis dari ſibi corpus S. Valerii Epiſcopi, pollicens, quod & fecit, ad honorem Dei & quaſi conciliationem patriſamilias monaſterii illius, beato ſupra nominato Eucharo, quatenus fratrem & commilitonem ſuum a ſe ſeparari permitteret, daturum ſe de e redditibus ſuis magnifica beneficia. Igitur perſuaſu ſuffragaueorum Epiſcoporum, *f* Adalberonis, vocabulo Sancti, Metenſis, & Theodetici, cognomento Magni, Virdunenſis, aliorumq; quos illo rempore Treviri contigit eſſe, effodi de profundiſſima terræ altitudine, licet invitus, tamen permiſit Archiepiſcopus.

per tempora Heorici Imperatoris ejus reliquias,

c

d

ſepulchrum aperuiſſent, tanta ea eo repente odoris ſuavitas emanavit, quod omnes admiratione & meru perculſi, & or credimus, divinitus inſpirati, tanto thesauro regionem hanc nequaquam fraudare, ſed coopereulo ſepulchrum citiſſime claudere deliberaverunt. Ibi Theodericus Virdunenſis Epiſcopus extremitatem cappæ, qua eu de ſoleuniter erat indutus, amiſit: quia dum ipſe ſanctis Reliquiis curioſius intendit, ut, ſi poſſet, aliquid ex eis ſubriperet, clauſu cum celeritate ſepulchro, partem cappæ intus claudi contigit, quam eo invito & renitente, ſtatim ferro incidi oportuit. Venerabilis vero Presbyter, qui oſſa Apoſtoli tractare meruit, tali teſtimonio omol reliquo vitæ ſuæ tempore claruit; ut, quoticſcumq; cum aliquo earumdem reliquiarum mentionem haboiſſet, ſtatim mirum in modum digiti manus ejus dexteræ, Sanctorum oſſium tacto ſacratæ, quaſi oleo imbuti ſtillare cœpiſſeot. Porro prædictorum corporum totiuſque Eccleſiæ petitione atque conſultu, B. Mathiæ Apoſtoli oſſa ſacratiſſima non deinceps ſunt terræ inſoſſa, ſed deſuper terram, verumtamen ne furtc furto furriperentur, in parietibus vel in altaris ſunt recondita, vel iuſta ejuſdem baſilicæ ſepta, ubi a fidelibus illis deferrentur piæ devotionis obſequia, nec tamen auſetri facile poſſent cujuſquam perſonæ violentia: ſicque ficret ot civitas hoc munita Patrono, perpetuo ejus non defraudaretur beneficio. Ubi vero ſacra illa pignora tunc fuerint depoſita, ſenibus populis de medio factis, ſuccedentibus filiis incognitum fuit.

digiti ot-tactu ſacratio oleum ſtillantes;

E

in altorib-bus recondita,

5 Verum decurſis abbinc fere octoginta annis, placuit Domino Eberhardo, ejuſdem, ſanctorum videlicet Confeſſorum Eucharii ac ſociorum, cœnobii Patri, quatenus veteres monaſterii muros deſtrueret & novos ædificaret. Quacunq; occaſione opus iſtud inceptum ſit, factum non eſt abſq; divina diſpenſatione, maxime cum nulla veterum ædificiorum urgente ruina tale ſit opus exorſum, quod tam ſumptuoſum, tamque mæſtimabile poſtularit impendium. Verum quid Deus intenderit, uſque in tempus illud abſconditum fuit, quod ipſe præſcivit & prædeſtinavit. Fuit præterea in eodem monaſterio vir quidam vitæ ſanctitatis laudabilis, presbyterii honore prædirus, voltu angelicus, ſenea & Deo dignus, plenus dierum, qui in ſomnis vidit orama præſagium futurorum. Viſum eſt ei quaſi de medio monaſterii ſtella rutilans, ac ſereniſſima exurgeret, quæ immenſo fulgore ſui non ſolum civitatem, ſed & provinciam omnem illuſtraret. Rurſum vidit, quaſi de medio altaris, quod erat ibi ſeorſum in honore ſanctæ Dei Genitricis, fons exuberans limpidiſſimus ebulliret, qui rivis affluentibus totam civitatem irrigaret. Rurſus quidam ex civibus conſuetus erat nocturno rempore Sanctorum loca viſitare, & plus ceteris B. Eucharii monaſterium frequentare. Cum ergo in una noctium hujus beatæ conſuetudinis ſuæ excubias celebraret, eſſetque orans ibi ſecus altare, quod fuit ibi ſeorſum contra pedes Confeſſorum, in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ conſecratum, ut ſupra diximus; inter orandum, ut fit, repente obdormivit, & vidit in interioribus altaris per tranſverſum B. Mathiam jacentem quaſi dormientem, indutum auro textam chlamydem: viſumque eſt ei quod de ſub eo fons limpidiſſimus ebulliret, de quo veniens utriuſque ſexus innumerabilis multitudo bibebant, ſeſeque lavabant, & quicunque ea eis infirmabantur ſani fiebant. Hoc videns in viſu ſurrexit, & venit propius. Quo appropinquante, con-

Inter ædificandum,

præcula oleosa ſtillæ rutilantis

F

fontis omnibus beneficii,

S. Mathiæ jacentis.

AUCTORE I. AM. BEATO MONACHO EX MS.

D

e

f

reperium & ſuavem odorem omiſit;

magnitudo.

de loco depoſitionis corporis facto,

AUCTORE LAMBERTO MONACHO. EX MS.

versus ad eum S. Mathias, ita alloquitur: Quid quæris? Qui ait: Quomodo video de concurrente turba, qui infirmi veniunt, fonte hoc potati, sive loti, salvi fiunt; venio & ego ajusdam salutis gratia consequendæ. Imo vero quomodo te, Domine, illic accumbere video, desiderantius accedo: sciebat enim ipsum esse Apostolum. Es Mathias, Bena, inquit, & sapienter agis, hic me coties visitans. Dico enim tibi, quod, quicumque ad hunc locum, de peccatis suis vere pœnirens, cum fide ac devotione venerit, & Dominum per merita Sanctorum hic quiescentium precatus fuerit, propitiabitur illi Deus. Quomodo quidem elatorum Dei hic corpora plurima sunt recondita: cum quibus & ego jaceo. At ille expergactus, quod viderat, cum reverentia indicara curabat.

6 Interea crescebat illa novi structura ædificii, & deducebatur magna admodum cum festinatione, priori tabernaculo adhuc habente ttasum. Contigit itaq; ætate peracta, autumno inchoante, ut altari majorum areuom, qui sunt in conspectu sanctuarii, machinas præstruentes, altare sanctæ Dei Genitricis, quod supra diximus, opportunum judicarent esse amovendum. Quod dum fieret, res gaudio digna, omoi lapide pretioso gratior g essulsit: fidalis sermo. Ibi invenerunt locellum in modum arcæ plumbeæ majora corporis ossa Mathiæ Apostoli continentem, sed & marmos latom ad modum palmi, in quo caraxatum fuit, S. MATHIAS APOSTOLUS, simul cum reliquiis intsinsecus positum. Quid plura? Nimisom ædes illa una omnium cauitstione & laodantium Dominum voce personuit. Arca autem sacras habans reliquias, in medio delata: theca lignea pro tempore upparata, ferro firmissime compacta, aliaque: propter quod supta paucis iotimavimus cautissima custodia observatum esse, donec perfecto, quod præ manibus erat, opere uovo, communi deliberaretur consilio, ubi condecenti mitteretur in loco. Paucis deinde rsansactis diebus, cœperont multi infirmi confluere, & precibus Apostoli sobsecuta est gratia Domini. Benedixit enim Dominus terram suam, avertit captivitatem Jacob: quia post longos annos ttarilitatis, inediæ & famis ters s dedit fructum suum, & Dominus præparavit mensam populo suo, & depulsa violentia tyrannorum & prædonum, jucunda tempora pacis & quietis succesterunt, ut vere dicere exultantes possimus: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ. Contigit autem hæc inventio anno Dominicæ Incarnationis osillesimo centesimo vicesimo septimo, Indictione quioca, regnante sereniſſimo & Dei cultora b Lothario Saxone, sub Pontificatu Martyris Christi i Meginheri Episcopi die Kalend. Septembris, primu hosa diei, ad laudem & gloriam Christi.

A *& accessit ad eum,*

& petrecit illum ad diversorium,

reperta ossa majora S. Mathiæ

B *cum reliquiis,*

clarent miraculis,

b *an. 1127. K. Sept.*

i

C

a *Imo vicesimo octavo, ut ex diplis exaratis, legendum. Eum tamen annum 363. eum desiderant Guidolmus monachus S. Maximini in Gesta Trevirorum MSS. cap. 9. Unde corruptam chronologiam apud eos virgisse conjicit, cum Constantinus obierit an. 337 & S. Helena aliquot ante eum annis.*

b *Joannes Enen in Epitome gestorum Trevirensium an. 1517. excusa privilegium S. Salvatori Agricio datum cap. 4. tradit, in quo corporis S. Mathiæ ab Helena ei traditi meminit. Verum, ut illic editum est hoc privilegium, suspecta fides est.*

c *Idem cap. 5. tradit* corpus S. Mathiæ oratorio cellæ S. Eucherii ab Agricio illatum.

d *Imo leprosorum, ad annum circiter 1050.*

e *Id, accepto corpore S. Valerii fallum esse an. 1053 supra diximus.*

f *Adalbero III. filius Friderici Comitis Luxemburgensis, factus Episcopus Metensis an. 1046. mortuus an. 1082. Idibus Novemb. In Necrologio Metensi* pius Episcopus *appellatur. De Theoderico Virdunensi ante actum.*

g *Decrat hoc verbum, ex Brouvero supplevimus.*

h *Lotharius regnare capit anno 1125. coronatus an. 1133. mortuus an. 1137.*

i *Meginherus creatus Archiepiscopus 1127. qui cum Romam versus iter haberet, a Conrado Suevia Duce, & Imperii candidato, captus & carceri Parmæ in Italia inclusus, ubi cum decem pene menses in squalore exegisset, Kalendis Octobris anni 1130. mortuus est: cui nisi coronam martyrii attribui observat Brouverus ad illum annum.*

Meginherus Archiep.

D

CAPUT II.

In incendio monasterii, reliquia S. Mathiæ servata, S. Eucharii dissipata.

7 SEd sicut nullis præcedentibus mesitis operum bonorum, sed gratuita potius Dei misaratione de hujus sanctissimi Apostoli iusperata iuventione magnifice lætati, provecti & consolati sumus; ita peccatis nostris merentibus; causisque, quas sopermemoravimus, impellentibus, gravites post hæc contristati & periclitati sumus. Anno denique abhinc quinto, qui est Dominicæ Incarnationis millesimus centesimus tricesimus primus, cum jam veteris S. Eucharii structura monasterii in novum studiosissima repararetur ttatum, quæque aa parte sanctuarii perfecta ttabiliter cooperta trabibus tegulisq; fuisset; 18. Kalend. Junii, cum Fratres meridiana transacta hora, jam Nonam more solito inchoassens, subito & insperate in ædificio sacrarü, quod versus Aquilonem eidem monasterio adhærebas, maximus ignis accasus, minaces in altum flammas eatulis, & correpto citius tecto sanctuarii, eartialem omnibus minabatus interitom. Mox dicto citius uoiversa civitas commota, simulque in unum conglobata, ad sedandum occurrunt ignem: eui se undique ascenso ipso ædificio opponeotes, incendium divina, ut postmodum rei eaitus docuit, voluntata sæviens frustra conabantur eatinguere. Igne autem super capita illorum cadente, nec enim ardentia poterant scandere tecta, ingressuque, per quod intraverat, jam prope obstructo, com evasioois nullus pateret egressus, & ex imminenti periculo undique coarctarentur; licet ioviti sævientibus cessere flammis, & aliqui per fenestras super inferiora proxima delapsi tecta, aliqui varo per funes se summittendo vix incolumes evaserunt. Rursus certatim concurrentes tecta dormitorii & claustri ecclesiæ destruunt, ne ignis de monasterio decidens, locum omnino inhabitabilem redderet. Quod utique factum esset, nisi clemens miseratio Dei affuisset. Nam ex oborto incendio monasterii longissime in extremitate villæ domus incensa est, quanto magis proxima ædificio tecta, nisi Dei protectio affuisses, pena consumpta fuissent. Unde merito proclamare possumus: Nisi Dominus adiuvisset, forsitan obortus ignis vivos nos absorbuisset. Quantum inibi lacrymarum fusum sit, quanti fletus, quanta suspiria, quis digne valeat enarrare, cum amantissimum cerre locum in toto regno per gratiam Dei ex iuventione & ex miraculis B. Mathiæ nominatissimum, putarent ab exitialibus flammis exterminandum. Sed quid Dominus misericordiæ & consolationis ostendere dignatus sit, justissime videtus insinuandum.

an. 1130. exstructo magno templo,

E

F

8 Primum ante omnia incumbebat nobis sollicitudo de Reliquiis Sanctorum, & maxime da pignoribus S. Mathiæ Apostoli, quibus Dominus locum illustrare dignatus est; ne malevolæ mentis homines aliqua machinando consilsarent, ea quibus locus esset ludibrio deinceps & despectui subdeudus. Quod ita etiam per omnia eveniisset, nisi, us paullo ante dixeram, miseratio Dei affuisses. Cum etenim ignis, ut prædiximus, contigua circumquaque lambendo consumeret, & ædiculæ, qoa majus altare cum sarcophago Sancti continebatur, ignis jam immineret; quidam malignæ meosis iu unum congregati, communi tractabant consilio, qualiter idem sarcophagum fotas extractum, arte qua possent laborarent, ut iode subtractum urbi inferrent, diceotes; manifestis indiciis declarasse, non esse ipsius volontatis, amplius ibi commorari, cujus protectionis omnimodis monachi iudigni fuissent. Circumdatum ergo sarcophagum longissimo sune, ad exteriorem portam usque eeudeute,

reliquiæ ab impiis loco moventur, sed non possunt.

omni

A omni conamine de incendio eruere conabantur, ſed qua intentione id facerent, evidens rei declaravit eventus. Nam centum & eo plures, nunc brachiis, nunc ſuſtibus impingentes, de loco vix movere potuerunt, donec vegientes ſanioris conſilii & majoris auctoritatis viri, adhibitato eorum conſilio, ſic tandem cum ingenti labore foras extractum, ante ipſius fores oraculi poſuerunt.

facile refocillatur, Quod tamen poſtmodum ſimilo incendio in locum priſtinum referentes, leviſſimi inventum eſt oneris, ut, quod paullo ante a centum viris non potuit moveri, nunc a duodecim facillime referretur.

9 Ea qua autem cauſſa ortum ſit, vel cur permiſerit Deus hoc prævaluiſſe inceodium, ſcire volentibus pro poſſe pandamus; nam ſilentio res ſupprimenda non eſt, quia cauſſa incendii major ipſo incendio fuit. Erat ibi quidam monachus, *a* ea aliunde adveniens, ibi jam ex multo tempore ſuſceptus, qui non ibi ſecundum regulam promiſſæ obedientiæ, ſed abſque ſubjectione morabatur, & tantum falſiſſimæ utique fidelitatis ubique demonſtrabat, ut non ſolum ei minima quæque committerentur, verum etiam cellarii indigne injungeretur obedientia. Qua tandem, licet invitus, amiſſa, quia inquietiſſimæ *Abundans malo otium* vitæ fuerat, maligno utique ſuadente diabolo, rurſum cuſtodis arripuit non juſſus officium, quo & ſpontaneo quod præbebat adjutorio ad hanc quoque obedientiam B aptus eſſe judicaretur. Quid plura? Ut ſuæ voluntatis erat, cuſtodis adjutor depotatus, conſeſtim contra voluntatem Fratrum, & etiam ſæpe contradicentium, in monaſterio ſibi lectulum collocabat, quo aptius perficiendæ ſuæ dementiæ locum inveniret. Inerat autem ei diſcedendi deſiderium, ob quod omnimodis ſatagebat, licet *furtivo quibus reliquias S. Agricii* furtive, Sanctorum reliquias acquirere, cum quibus in alium locum veniens, honorabilius ſuſciperetur. Remanſerat autem ibi de veteris monaſterii ſtructura turris admodum magna, ingredientibus templum pandens introitum, ſtudioſiſſime quondam a venerabili Bertulfo Abbate conſtructa: in cujus aſcenſu altare ſtatuerat, quod licet ex eo quod nuper ab his, quos ſupra notavimus, violatum, & Reliquiis in ſummitate ſui fuerat vacuatum, negligeretur tamen, ut poſtmodum patuit, ex oſſibus & cineribus S. Agricii Autiocheuſis Patriarchæ, & Trevirorum Archiepiſcopi copioſiſſime fuerat infignitum. Qui licet per tot tempora nullo ſciente ibi ſervaretur, tamen hoc a ſenioribus memoriæ traditum audivimus, quod prædictus venerabilis Abbas interdum clanculo aſcenſa ipſa turre, orationi ibi per totum vacaret diem, ſæpiſſime etiam pervigilem ante memoratum altare proſtratus duxerit noctem. Forte igitur ſic operis ratio poſtulaverat, C ut eadem turris deſtrueretur, quatenus locus novæ daretur ſtructuræ. Cumq; ædificia ejus & laquearia jam pene ablata fuiſſent, prædictus monachus, neſcio quo inſtinctus ſpiritu, cum jam cenandi horam præteriiſſet, operarius ab opere ſuo domum diſcedentibus, arrepto ferramento, prædictum altare conſtringere aggreſſus eſt. Et *Ex altari turris* cum aliquantum in frangendo laboraſſet, invenit ſcrinium diligentiſſima ſigillo ſu perpoſito reconditum: quod ſigillum, quia litteras non noverat, cujus eſſet, ſcire non poterat, ſed primam tantum litteram ſe cognoviſſe nobis retulit, quæ aſt in capita ſupradicti Abbatis Bertulfi, & ideo ipſius fuiſſe judicatur, qui ædificata ipſa turre altare pariter ſtatuerat. Foras ergo prolatum ſcrinium, rejecto ſigillo, temeraria non verebatur aperire manu: brevemque titulum marmori inſcriptum ipſis oſſibus ſuperpoſitum aufereus, quia aperte erat ſcriptus, utcunque potuit legendo, cognovit S. AGRICIUM ARCHIEPISCOPUM, ſcriptum eſſe. Latus ergo effectus, ſcrinium deſcendens ſecum detulit: & quia illud ſecure ſervandi locum non habuit, in cœmeterio inter oſſa mortuorum in crypta repoſuit, donec tandem aptum ſibi locum provideret, quo illud ſine timore, nullo ſibi conſcio ſervare poſſet. Quod & triduo ibi abſconditum latuit, quoadusque in ſacrario, quia, ut diximus, cuſtodis adjutor erat, locum aptum ſervandarum Reliquiarum cautiſſime provideret. Eſt autem ſacrarii domus inferior lapidibus camerata, ſuperior autem ligneis adoperta, ad quam de inferiori per cochleam aſcenditur. In hac ergo ſuperiori locum inter trabes & tectum præparavit, ibique ſacra oſſa de crypta reportata locavit, magnamque ſtruem lignorum veteris ædificii circumpoſuit, ſæpiuſque illic eundo, interdum etiam ibi dormiendo locum frequentare non deſtitit. Interea iter ſuum licentia acquiſita parat, nunciumque fideli ſuo cuidam amico direxit, rogans eum omnibus ad ſe venire, adjiciens quod rei quam vellet cum illo tractare, nullum omnino alium vellet intereſſe. Reliquiarum igitur parte de ſcrinio pannis quos præparaverat impoſita, ſtudioſiſſime ſatagebat, quatenus nil ſuæ obſtaret profectioni: ut omnibus rite præparatis, quacumque die ſibi placeret, liber poſſet diſcedere.

AUCTORE LAMBERTO MONACHO, EX MS.

Ex ſacrario deductæ,

10 Talia miſer, divinam non recogitans animadverſionem, tractaverat: ſed Deus omnipotens, qui S. Agricium noluit ſeparare a ſanctiſſimo ſuo Apoſtolo, cujus quondam per tanta terrarum ſpatia vector eaſtiterat, impiam ejus diſpoſitionem manifeſtavit & eaſavit. Cum etenim, ut prædiximus, locum eumdem aliquandiu jugi ſollicitudine frequentaſſet; die ante prædicta inde deſcendens more ſibi ſolito, alias neſcio quo ire paravit: cum ſubito ipſa domus, incertum unde exorta incendio, cum Reliquiis & monaſterio combuſta eſt, licet aliqui ad honorem Reliquiarum eum lumen ibi habuiſſe affirment, quod ipſe ea toto negavit: vel rurſum alii *poſt multos annos* dicant, ab igne, quo candelæ ibi parabantur, hoc eveniſſe; quod incredibile videtur, quia ante triduum ignis ea toto ibi defecerat: re autem vera divina voluntate hoc decretum fuerat. Igne autem flammas in altum jacente, ille miſerrimus anaius de Reliquiis, feſtinus accurrens, domum aſcendit: pannum cum reliquiis jam locendio proximum apprehendit, quem ſecum trahere cupiens, omnino non potuit: nec ultra iniquis manibus tractando ceſſit, ſed potius ibidem comburenda remanſit. Qui *Impediter dicto locum dia,* eum in trahendo fruſtra diu laboraſſet, deſperans ſcrinium aperuit, ut ſaltem aliquod membrum inde acciperet, quod ſuæ voluntati incombuſtum ſervare poſſet. At cum introſpexiſſet, ſubito ignis, quaſi fulgor de ſacris oſſibus jaculatum, ita faciem ejus inflammavit, ut reſuptnus corruens, pene exanimatus eſſet. Sed nec tunc quidem os aperuit, ut alicui ex accurrentibus cum armis & aqua rem panderet: quod ſi feciſſet, jam illæſæ incendio Reliquiæ ereptæ fuiſſent. Ita Deo diſponente, Agricii oſſa & pulvis in loco permanſerunt, quæ inique furanda de loco requietionis ſublata fuerant: quæ poſtea minutatim inter carbones diligentiſſime requiſita magna ex F parte inventa ſunt, ut majorem ipſius corporis partem *furtivo oſſibus inter carbones ſuperſtiti,* nos non dubitemus habere. Pulvis vero cum cineribus cautiſſime cribro purgatus, ibidem in unum locum ſervandus repoſitus eſt, quibuſdam ſuadentibus, ut in honorem ejuſdem S. Agricii altare ibi ſtatueretur, & dedicaretur Eccleſia. Per omnia benedictus Deus, qui nos licet indignos, noluit privare Patrono tali: cujus nos auxilio ubique gaudemus perfrui. Poſtquam autem hæc acta ſunt, videns auctor hujus ſceleris, non poſſe celari, quod Deus voluit manifeſtari; cuncta quæ geſſerat, vel cogitaverat, protulit in medium: monſtravit quoque locum, ubi reliquias collocaverat: quem Fratres diligenter perſcrutantes, ſicut jam diximus, quantum potuerunt, ſemjuſta oſſa coadunaverunt, & honorifice in reliquum habenda conſervaverunt. Ille autem miſer, dictante omnium ſententia, eum licentia diſceſſit, quia nempe ſibi nec loco huic habitare, ulterius commodum nobis viſum fuit.

11 Si quem vero movet, cur Deus oſſa Sancti ſui permiſerit ab igne conſumi, non enim defuere, qui de hoc murmurare & nos falſitatis arguere invidioſe non

deſiſte-

AUCTORE LAMBERTO MONACHO, EX MS.

deſiſterent, dicentes: Quia ſi reliquiæ iſtæ ſanctæ fuiſſent, ab igne non perirent. Quibus omiſſis, ſi quem fidelium movet, breviter reſpondendum eſt illi. Primo quia ſicut Deus mirabilis in Sanctis ſuis, multos eorum
A invifibiliter eripuit de manibus impiorum, ſic plurimos corum per cruciatus temporales tranſmiſit ad regna cœlorum: illos quidem protegens miſericorditer, illos autem occulto judicio permitteus cruciari crudeliter, qui viſi oculis inſipientium quaſi mori, ſed in pace ſunt tranſlati. Denique tres pueros in ignem Babylonium miſſos ſacra Scriptura refert hymnum Deo inter ignes illæſos cantaſſe, Joannem vero Baptiſtam Evangeliſta teſtatur in præmium ſaltatrici capite cæſum eſſe, cujus etiam oſſa
b Euſebii Cæſarienſis hiſtoriæ liber undecimus a Paganis eſſoſſa refert & igni cremata fuiſſe. Et quis neſciat Baptiſtam Domini non ſolum tribus pueris, ſed etiam omnibus natis molierum ſecundum vocem Domini majorem ſurrexiſſe? Quotidie quoque videmus pro peccatis populi ab infidelibus Chriſtianis corpus Dominicum cum eccleſiis comburi, quo nihil unquam ſanctius dici vel cogitari poteſt. Secundo autem hujus rei dubitationibus reſpondemus, ſicut ſuperius initio deſcriptionis ajus jam diximus, pro peccatis noſtris hoc evenille, nec nos dignos fuiſſe, quos majoris ſigni indicio Dominus dignaretur lætificare. Quippe nobis deſidioſis & male viventibus, quos baculo ſuſtentaverat paternitatis, gaudio ſcilicet B. Mathiæ inventionis, nullo uſi ſtudio converſationis melioris juſtum fuit adhiberi virgam correptionis acrioris, ſicut Scriptura dicit: Flagellat Dominus omnem filium quem recipit. Si igitur ſummi Patris filii ſumus, vel ſi non ſumus & eſſe cupimus, flagella Patris quaſi filii ſuſcipiamus, ſuſcipiendo mala quæ fecimus recogitemus, recogitando fletibus diluamus, diluendo præterita, futura caveamus. Quamvis, etſi alrius aliquid ſentire volumus, nequaquam ſine miraculo incendium iſtud tranſiſſe cognoſcere potuerimus. Excepto enim, quod liquido apparuit, quod Apoſtolos Domini a S. Agricio ſeparari noluit, vel rorſus quod S. Agricius hinc aſportari abnuit; mihi hoc ſatis mirum videtur, quod in tanto periculo ignis & incendii, in tanto concurſu & multitudine utriuſque ſexus populi, nemo prorſus vitæ vel ſaluris ſuæ debilitatem incurrit, nullus omnino noſtrum rerum ſuarum aliquid perdidit.

12 Hæc utcumque dicta ſufficiant, nunc aliqua miraculorum B. Mathiæ dicamos, quæ ante inventionem ejus contigiſſe multi adhuc in corpore manentes religioſi prædicant, a quibus nos hæc contigit audiſſe. Si enim multis profuturæ Dei ſummi opera, & pro ſui veneratione conctis admiranda propalare & annarrare honoteficum eſt, a patribus filiis tradita, ab ipſis utique poſteris tradenda ſunt, ut devotio fidelium ad perſolvendas ei graies impigra ſemper & expedita maneat, per modicam fidem noſtram & pene diſſoluram, & ut ita dicam, jam jam per omnia conſciſſam deificis miraculis redintegrare & recuperare non deſiſtit.

Reliquiæ incendio diſſipari permiſſæ Deo ob varias cauſas. I Dan. 6.

Mar. 6.

b

Matth. 11. 11.

Heb. 12. 6.

C Miracula B. Mathiæ narrare ſtatuit

a Svevus *ſupra dicitur.*

b Ino *Ruffino lib. 11. cap. 28. qui id ſub Juliano apoſtata factum tradit: & Euſebii hiſtoria in Conſtantino Magno deſinit, cui reliqua a Ruffino annectuntur.*

CAPUT III.

Miracula nonnulla ex Annalibus Trevirenſibus Chriſtophori Brouweri ſupplera.

a 13 SEd nec minus in illum adoleſcentem Apoſtoli prumptum opitulandi ſtudiom eluair, qui per eoſdem dies vico Temelza, cæco Moſellæ gurgite raptus, & diu multumque cooqoiſitus, extractuſque, demum exanimis eſt. Hujus, cum magnis anni caloribus, offenſi cadaveris odore propinqui, feſtioant exequias, mater jam fractis annis, orbitate icta, & pervicaa doloris, domum velle daferri mortuum, ut vel lacrymis ſuis & extrema pietate filio parentet. Lecto igitur compoſito, ſtratoque de more, triſtis ac flebilis circumſiſtit vicinia, aſſiduiſque precibus Apoſtolom implorat. Nocta ergo tota in pervigilio ac precibus acta, limeis amotis, ſenſiunt leniter aſpirare defunctum, & ſenſim in corpus, rigore jam ſuo conclamatum, ſpiritus immigrare vitales. Quid multa? Qui diem noctemque mortuus jacuetat, Apoſtolo duce, redux in derelictæ vitæ lucem regreſſus eſt. D Refuſcitatur ſubmerſus,

14 Sed & puer Colonienſi diœceſi, villa S. Severini mortuus, gravi ea infirmitate, cum lauius ornatuſque, pervigilio agitato, mater Apoſtolum Mathiam plenis fiduciæ precibus oraſſet, puer, (mirum dictu) exterritis & diffugere parantibus, quotquot aderant, illico reviait. & alios mortuos;

15 Atque hæc ea quamplurimis pauciſſima afferendæ Apoſtoli inventioni. Nam ego quid varia triſtiom morborum agmina, ad memoriam hanc ſedibus ſuis alioqui pulſa fugataque memorem? tabidos actus ſuo reſtitutos vigori, fluentes paralyſi nervos, ſola prece ſubſtrictos; & auribus, lingua, pedibus, ceterorumque membrorum captos officio, muneribus ad vota dumtaxat ſuis redditos? quid, propulſatos ab obſeſſorum corporibus dæmonas, rabie percitos & furore ſolita mentis tranquillitate, naufragos porro, ſaluteque donatos? infinitum ſit, ſi nunc iſta percenſeam. varii morbi depoſiti; E

16 Ardebat Luizelburgiorum vaſtitate atque populatione adhuc diœceſis, ob caſtrum Bommagenſe in S. Petri fundo conſtructum: & Brunicho tyrannus, loci municeps in omnes prædandi occaſiones intentus, provinciam percurſabat: cum Immo agricola pagi Puideticbi, qui ſub B. Joannis Baptiſtæ natalem cum filio & conjuge, flumine adverſo ſubvectus ad honorandam Apoſtoli memoriam labitur in tyranni manus; iſque ocyus conſtrictum & in cuſtodiam abductum ferreis compedibus onerat, conjuge dimiſſa ac filio fuga elapſo. At uxor vicem ſollicita mariti, cum aſſidois precibus ac votis B. Maibiæ Apoſtoli patrocinium ſatigat, & captivus haud ſegnius graviora indies perſunctos, eumdem adhibet deprecatorem propulſandæ ſervituti; ecce ubi cum æſtivo ſole, cœlo flagrantiſſimo, ſopitis ſomno cuſtodibus, immo vehementius incumbit in preces. Illicet compedum retinacula crepitare, & laxatum ſponte ſua, in ſublima ferrum exilire. Tum pavor mos circumſiſtit hominem animoque vario fluctuatus, ea ſummane murorum corona ſe præcipitet, an vero per madios cuſtodes contendat ad ſaluiam? Ad extremum interiore cura beatum Apoſtolum invocans, Deoque immortali caput ſalutemque ſuam commendans, a alto ſe dat in caſum, citraque noxam delatus ad ima, ſoſpes lætuſque graſſatorum manus effugit. captivus miraculoſe liberatur; F

17 Opem Apoſtoli nec is irritam ſenſit, qui cum prævalido antagoniſta vel nolens comparatus, in arenam duelli cauſa deſcendit. Vir nobilis erat, cujus da induſtria omni pepercere, ſævus & oppido crudelis in ſubditos. Is graviter in ſa odia omnium concitatis, cum rapinis & iojuria multos afflixiſſet, alios exhauſiſſet funditus; ad extremum irritatis læſorum animis, in ajus horrea atque ædificia furtim congeſtæ faces, atqua ultio eo relegata, unde ſæviendi initium illa ſumpſerat. At is tam inopinati caſus intolerans, dum auctor incendii manet in occulto, vicino ſuo innocio diem dicit, obrutumque calumniis, ea duobus alterum eligat compellit; or vel judicium reus ſubeat, vel ſingulari inito ſecum certamine cauſſam diſceptet. Hic trepidare ad ſola pugillis varba miſellus, & ſe ſuaqoa omnia in ſervitutem dicare, ſina recoſatione, dummodo hac tanta ſe calumnia liberet, amicorumque preces ad id conſiquendum ioterponit. Sed exorari flectique homo implacabilis nequit. Tum innocens ille, velut læto facer, & are- multus ſua gulari certamine pugnavit,

A & arenæ deſtinata victima, prodit uno dumtaxat clypeo tectus, munituſque clava. At contra nobilis ille monomachus non ſine ſatellitio, thorace etiam atque diverſo telorum genere, probe incedebat inſtructus. Magna hominum erat expectatio, palæſtram corona ambientium. Ubi collato propius pede conſertæ manus, nobilis prægrandi librata ſecuri clypeum adverſarii, ictu uno minutatim diſtringit. Hic tum nudo latere palpitans gladiator ineaercitatus, jugulum præbere, aut fugam
opt. S. Mathiæ oleum latebraſque circumſpicere. Sed animabant prope jacentem voces adſtantium, pariterque rogantium, ecquid jam fertum recepturus, infelix ad Apoſtolum Mathiam preces noo funderet? Ergo eum gradu reſumpto, ſe fortius colligit in arma ſimulque manum haud fruſtra miſſurus, Mathiam Apoſtolum appellat, adverſarium ictu clavæ ſic ferit, ut rueoti ſpiritum mox expreſſerit, urnaque potentior imbecillo ſubmiſit. Ita ſub monomachiæ, licet parum laudatæ periculo, innocentem tamen Apoſtolus protexit; & nec votis populi, pugnantis famæ ſalutique deeſſe voluit. b

b

18 Atque hæc de beati Apoſtoli Matbiæ tum recens inventi illuſtrata miraculis gloria, ab hoc ipſo ævo literis propagavere probati ſcriptores. Quo temporum curſu, ad veneration em publice item ea poſita msgni Patroni oſſa, pro manifeſto tradiderim. Sed primæva
B theca, quæ præoobili opere, ea verſicolore metallo, & Tumbo reliquiarum prior laminis argenteis extructa, parergis & imaginibus effulgebar, ſeu bellorum, ſeu hominum injuriis periit, ejuſque cruſta nonnulla, & reſegmina tabulis reliquiarum inſerta creduntur. Arculam, qua Apoſtoli ſacra oſſa aſſervantur, materie cedrinam exiſtimant, cujus longitudo unius ulnæ eum dimidia, latitudinem quarta pars longitudinis dimetitur. Quæ vero jam in oculis bominum eſt e tumbæ ſpecies, ea candido lapide, opere ſtatuario non ineleganti quidem, at minime vetuſto, refecta eſt, cum inſcriptione:
cedrina,
c
nunc lapidea.

IN HAC TUMBA CONSERVATUR CORPUS S. MATHIÆ APOSTOLI CUM MEDIETATE CORPORIS S. PHILIPPI.

a *Egerat Brouverus ante de filio maledicerit in Moſella ſubmerſo, & patricidio S. Mathiæ ad vitam revocato, de quo in ſuperiori relatione num. 9. actum, rejectis ad notas variantibus lectionibus.*

b *Addebatur gravis maledici obtrectatoris punitio ſupra num. 15. relata.*

c *In catalogo reliquiarum monaſterii S. Mathiæ an. 1515. exeuſo, dicitur ſacratiſſimum corpus ante chorum in tumba argentea conſervari.*

CAPUT IV. ex MS. Trevirenſi.

Baſilica Trevirenſis S. Mathiæ ab Eugenio III. Papa dedicata: varia indulgentia conceſſa: reliquiæ variorum Sanctorum aſſervatæ.

19 ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, decennovenalis Cycli anno nono, Indictione undecima, præſidente Apoſtolico a Eugenio III. Romanæ Eccleſiæ Summo
a Ao 1148. dedicata Ecclesia ab Eugenio III. Pontifice, anno Papatus ſui tertio, Imperii Coorardi tertii Regis glorioſi ſecundo, regni undecimo, venerabilis autem b Adalberonis hujus civitatis Archiepiſcopi anno decimoſexto, dedicatum eſt hoc monaſterium ab eodem venerabili Apoſtolico, & ab Adalberone Archipræſule, Idibus Januarii, peteote venerando Bertoldo Abbate, ordinationis ſuæ unno duodecimo. Conſecratum eſt autem principale altare in honore S. Joannis Evangeliſtæ & S. Eucharii, Apoſtolorum Philippi & Jucobi, S. Stephani Protomartyris, quorum etiam reliquiæ ibi continentur; inſuper habetur ibi de petra ſuper qua natus eſt Dominus, de præſepio Domini, de
MS. TREVIR. D virga qua flagellatus eſt Dominus, de ſudario Domini, de ſepulchro Domini, de virga Moyſis, de veſtimentis S. Mariæ Matris Domini, de pallio S. Jacobi fratris Domini, Reliquiæ ſanctorum Apoſtolorum Jacobi fratris S. Joannis Evangeliſtæ, S. Bartholomæi, S. Mathiæ, Urbani Pontificis Maximi, SS. Innocentium, Adelberti, & Wenzeslai Martyris, 40. Martyrum Thebæorum, ſanctorum Martyrum Blaſii, Cypriani, Mauritii, Cyriaci, Vitalis, Bonifacii, decis S. Hippolyti, Leandri, Alexandri, Juſtini, Creſcentii, Maaentii, dens Lazari & de ſepulchro ejus, Pancratii, Hermetis, Gangulfi Martyris, Severæ Virginis, Euſtachii, Thyrſi Ducis Trevirenſis, Bonifacii Ducis. Reliquiæ Epiſcoporum Confeſſorum Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Cyrilli, de ſtola & de pallio S. Maximini, Magnerici, Modeſti, Auctoris, Mari, Modowaldi, Bonoſii, Felicis, ſanctorum Trevirorum Pontificum, Nicolai, Remigii, Auguſtini, Medardi Epiſcoporum, Benedicti, Euſebii, Celſi, Felicis in Pincis, Galli, Undecim millium Virginum, Vincentiæ Virginis de undecim millibus, Martinæ Virginis, Praaedis Virginis, Benedictæ Virginis.
Reliquiæ in altari majori,

20 Altare quod eſt in medio monaſterii ad tumbam B Mathiæ Apoſtoli conſecravit idem Eugenius Papa & Albero Archiepiſcopus Trevirenſis, in honore ſanctæ E Crucis & ſanctorum Apoſtolorum Mathiæ & Jacobi fratris Domini. Continentur etiam ibi Reliquiæ de ſepulchro Domini, Reliquiæ Apoſtolorum Mathiæ, Jacobi, Bartholomæi, ſanctorum Martyrum, Cornelii Pontificis, Stephaoi Pontificis, Pancratii, Gangulfi Martyris, Sevetæ Virginis, Thebæorum Martyrum, Thyrſi Ducis Trevirenſis, undecim millium Martyrum, de Reliquiis SS. Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Remigii, Euſebii, Celſi, Undecim millium Virginum, Vincentiæ Virginis, Martinæ Virginis. Iſte Eugenius Papa & Albero Archiepiſcopus Trevirenſis contulerunt ad dedicationem monaſterii noſtri & duorum altarium, videlicee ad principale altare, & ad illud quod eſt in medio monaſterii ad tumbam S. Mathiæ triginta annos, decem & octo c Carenas.
In altari ad tumbam S. Mathiæ,
c

21 Altare quod eſt ad Aquilonem ſub turri conſecravit d Hamedeus Loſannenſis Epiſcopus in honore S. Joannis Baptiſtæ, & omnium Patriarchatum & Prophetarum. Continentur vero ibi reliquiæ de dente S. Joannis Baptiſtæ, Stephani Papæ & Martyris, Mathiæ, Eucharii, Valerii, Auctoris, Thebæorum martyrum, Bonifacii martyris Maguntini Epiſcopi, martyrum Georgii, Marcellini & Petri, Naboris, Nazarii, Euſtachii, dens Hippolyti, Thyrſi Ducis & martyris, Alexaodri, Creſcentii, Maaentii, Conſtantii martyris, Undecim millium Virginum: qui etiam cootulit F unum annum indulgentiæ & quatuor Carenas.
d
In altari ad Apostolorum,

22 Altare quod eſt inferius, conſecravit idem Epiſcopus in honore SS. Gregorii Papæ, Nicolai & S. Benedicti Abbatis & omnium ſanctorum Confeſſorum: continentur ibidem reliquiæ SS. Benedicti, Nicolai, Valerii, Materni, Agritii, Auctoris, Clementis Metenſis, Maximini, Modowaldi, Sigiſmundi Regis, Undecim millium Machabæorum martyrum & aliorum Martyrum & Confeſſorum & Virginum. Idem Epiſcopus contulit ad dedicationem ipſius altaris annum unum indulgentiæ & quatuor Carenas.
In altari inferiori,

23 Altare quod eſt ad Auſtrum ſub turri conſecravit e Hymerus Tuſculanus Epiſcopus & Cardinalis, in honore S. Stephani Protomartyris, S. Laurentii & omnium ſanctorum Martytum. Continentur ibi reliquiæ S. Stephani Protomartyris, S. Clementis Papæ, S. Cornelii Papæ, SS. Laurentii, Vincentii, Blaſii, Georgii, Chriſtophori, Gangulfi, Euſtachii, Oſwaldi Regis, Sigiſmundi Regis, Thebæorum Martyrum, Undecim
In altari ad Aprum,

EX ANNAL. BROYVERI.

decim millium Virginum & aliorum multorum Sanctorum. Qui Cardinalis ad dedicationem ipſius altaris coorulit duos annos & octo caremas quærentibus & petentibus limina B. Mathiæ.

24 Altare vero quod eſt proximum oſtio monaſterii conſecravit *f* Henricus Archiepiſcopus Eboracenſis, in honore S. Agathæ Virginis & omnium SS. Virginum. Continentur ibi Reliquiæ SS. Virginum Agathæ, Luciæ, Agnetis, Caeciliæ, Odiliæ, Anaſtaſiæ, Barbaræ, Scholaſticæ, Eugeniæ, Concordiæ, Columbæ, Euphraſiæ, Praxedis, Priſcæ & aliæ. Inſuper & pyxis plumbea maxima, quæ reperta eſt in antiquo altari pleno reliquiis Sanctorum: qui etiam contulit unum annum pœnitentiæ & quatuor carenas.

f In altari prope oſtium

25 Altare, quod eſt in crypta, conſecravit *g* Hartwicus Gebennenſis Epiſcopus in honore SS. Petri & Pauli, & omnium Apoſtolorum. Continentur ibi reliquiæ ſanctorum Apoſtolorum, Andreæ, Bartholomæi, Matthiæ, Euchatii, Valerii, Agricii, Martini, Thebæorum Martyrum, conſimiliter vero & aliorum multorum Sanctorum. Qui contulit annum onum pœnitentiæ & quatuor carenas.

g In altari in crypta

26 Omnes fere Reliquias prædictas contulit Dominus Eugenius Papa de Urbe. Iſti autem ſunt Cardinales, qui interfuerunt huic conſecrationi, Hymerius Tuſculanus Epiſcopus & Cardinalis, *h* Humboldus Presbyter Cardinalis de titulo Joannis & Pauli, *i* Wido de Summa Presbyter Cardinalis de titulo S. Laurentii & Damiani, Gulielmus Presbyter Cardinalis de titulo S. Marci, *k* Hugo Presbyter Cardinalis de titulo S. Laurentii in Lucina, Julius Presbyter Cardinalis de titulo S. Marcelli, Wido Presbyter Cardinalis de titulo S. Potentianæ Virginis, Heribertus Presbyter Cardinalis de titulo S. Anaſtaſiæ Virginis, *l* Wido Diaconus Cancellarius de titulo Coſmæ & Damiani, Octavianus Diaconus & Cardinalis de titulo S. Nicolai in carcere, *m* Widu Cremenſis Cardinalis de titulo S. Euſebii, *n* Gregorius de titulo S. Angeli Cardinalis, Joannes de titulo S. Mariæ novæ, & Dominus Hyacinthus de titulo S. Mariæ Coſmedin, Dominus *o* Otto de titulo S. Georgii ad velum aureum.

h Cardinales tum Eugenio Papæ præſentes.

i

k

l

m

n

Omnes iſti Cardinales quilibet eorum contulit omnibus viſitantibus limina SS. Apoſtolorum Joannis & Matthiæ, Philippi & Jacobi, & ſanctorum Confeſſorum Euchurii, Valerii, Materni, Agricii & multorum aliorum Sanctorum, qui in noſtro monaſterio requieſcunt, annum unum pœnitentiæ, & centum dies & unam carenam. *p*

o

p

a *Eugenius* III. *creatus eſt Summus Pontifex anno* 1145. *venit in Galliam an.* 1147. *anno ſequente Romam reverſus: mortuus an.* 1153. *Adventum ejus ad urbem Trevirenſem late deſcribit Gesta verum p.* 775. *& ſeqq. ubi & hos temporis charactores refert.*

b Adalbero, *infra* Albero. *ut poſſim ab aliis dictum*, Adalbero *etiam apud Joannem Ensn legitur.*

c Carenæ *auctor appellat, quas alii* Quadragenas.

d Amedeus Lauſanenſis *aliis* : *cujus extant homiliæ de Deipara Virgine.*

e Humarus & Imotus *alii, creatus Cardinalis an.* 1140. *mortuus Clunaci an.* 1154. *ad quem ſcripſit variis epiſtolas S. Bernardus.*

f *Eſt Henricus Trevirenſis Dominica* II. *Adventus anni* 1147. *ab Eugenio Papa Archiepiſcopus Eboracenſis conſecratus, mortuus Everlaci an.* 1154.

g *Forſan is eſt, qui Claudio Roberto eſt* Ardicius *Genevenſis Epiſcopus, ante etiam dicebatur. Nam catalogus admodum imperfectus eſt.*

h *Alii* Humbaldus & Hubaldus, *Allucingulus Lucenſis, creatus an.* 1140.

i *Alii* Guido, *Diaconus ab Innocentio* II. *falſus; dein Presbyter Cardinalis tit. SS. Laurentii & Damaſi, nec & Gilibertus hic Gulielmus dictus.*

k *Creati ſunt anno* 1144. Hugo, Julius & Atibertus, *hic Heribertus. a Cœleſtino* II. *at Guido, hic Wido, Cibo Genuenſis a Lucio* II.

l *Guido alii. Piſanus ex Comitibus Capronæ, creatus Cardinalis Diaconus an.* 1130. *eſt Octavianus* 1138.

m *Gualmi hujus titulus S. Calliſti ab aliis datur: creatus eſt an.* 1145.

n *Gregorii titulum alii non exprimunt, creatus eſt an.* 1144. *cum Joanne, & Hyacintho.*

o *Alias Otho ſive Otho tit. S. Gregorii in Velabro creatus anno* 1130.

p *Plura addebantur ſubſecutis temporibus falſa, quæ omittimus. De reliquiis ſacris epiſtolam monaſterii extat catalogus anno* 1515. *editus.*

DE SS. MONTANO, LUCIO, JULIANO, VICTORIO, FLAVIANO ET SOCIIS, MARTYRIBUS IN AFRICA,

G. H.

Commentarius prævius.

AN. CCLIX. XXIV FE. *In perſecutione Valeriani & Gallieni a. Cypriani cecidit an.* 257. *exilio an.* 258. *24. Septemb.*

1 *Octava in Chriſtianos excitata perſecutione, atrociter ſæviebant Valerianus & Gallienus, Imperatores anno* 254. *creati. Tunc* Valeriano quartum & Gallieno tertium Coſſ. *anno* 257. tertio Kalendarum Septembrium S. Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis, *ab* Aſpaſio Paterno Proconſule *examinatus, & exul* in urbem Currubitanam *miſſus eſt: anno ſequente* 258. Tuſco (*alii* Fuſco) & Baſſo Coſſ. *a* Proconſule Galerio Maximo, *qui Aſpaſio Paterno ſucceſſerat, morti adjudicatus,* die 18. Kalendarum Octobrium paſſus eſt, & poſt paucos dies Galerius Maximus Proconſul deceſſit: *nti ea uberiora hiſtoria paſſionis S. Cypriani, una cum illius operibus edita, narrantur.* Cum autem, *ut infra in horum Martyrum Actis num.* 25. *legitur*, Epiſcopus Cyprianus ſolus paſſus fuiſſet, oſtenſum eſt S. Flaviano, quaſi Cyprianum ipſum interrogaret, *& ipſe poſtmodum Martyr futurus eum aliis qui ab eodem Proconſule Galerio Maximo capti & in carcerem conjecti ſunt, &* a Procuratore fiſcali Solone, *qui infra num.* 6. *dicitur* defuncti Proconſulis partes adminiſtraſſe, *morti adjudicati anno* 259. *antequam Roma alius cum faſcibus ſubmitteretur Proconſul.*

Aſſignatur ipſis Martyrio aſſenſu an. 259.

Petavius de doctrina temporum lib. 13. *ad dictum annum* 259. *eorundem martyrium indicat his verbis*: In Africa perſecutio graſſari pergit, in qua plures S. Cypriani diſcipuli martyrio affecti.

2 *Hiſtoria paſſionis horum Martyrum eleganti ſtylo perſcripta eſt, & lectu digniſſima, uti obſervat Molanus in auctario Uſuardi ad* 24. *Februarii, & præfatur Laurentius Surius ante eadem Acta aſcedita. Sunt autem illa partim ab ipſis Martyribus conſcripta, qua priore ſcilicet capite continetur, partim ab alio quodam, qui præſens interfuit, ſuppleta. Baronius in Annalibus ad annum* 262. *quo ipſe eos martyrium conſummaſſe arbitratus eſt, aſſerit num.* 4. epiſtolam a Confeſſoribus in carcerem detruſis, & in ipſo quoque carcere ſcriptam eſſe: quam, *inquis*, ex antiquioribus ſcriptis codicibus erutam, & collatione facta cum ea, quæ apud Surium edita eſt, ut fideliſſimam omnique ex parte ſibi conſtantem huc attexere, ut inſignis antiquitatis monumentum, perutile, jucundum gratumque fore exiſtimamus: quippe quæ ab iis ſcripta eſſe reperiatur, qui S. Cypriani doctrinæ ac diſciplinæ aſſueverunt, utpote qui diſcipuli ejus fuiſſent,

Acta poſſionis eorundem ſeu epiſtola ab ipſis Martyribus ſcripta.

eoque

A eoque uſi ſint familiariſſime. *At recitata epiſtola num.* 15. *ita addit:* Quid autem de illis, qui hæc ſcripſerunt, ſubſecutum ſit, eos, qui iis aderant, oculiſque ſpectarunt, ea perpetuæ memoriæ commendaſſe gaudemus. *Quæ dein Acta Annalibus inſerit ad numerum uſque* 31. *ubi ita concludit:* Hucuſque auctor & finis dictorum miniſtrorum Eccleſiæ Carthagineenſis, quorum una dies, nempe ſexto Kalendas Martii, licet poſt biduum ab aliis Flavianus paſſus ſit, Eccleſiaſticis tabulis anniverſaria celebritate recolitur. *Hæc Baronius, qui etiam ad Martyrologium Romanum eadem Acta germana haberi aſſerit: quæ nos damus ex perveteri codice MS. celeberrimo monaſterii S. Maximini prope Trevirot, cum editionibus Suriana & Baroniana collata, pro quibus multæ exactiora variis locis apparent. Auctor autem num.* 12. *teſtatur* a S. Flaviano hoc ſibi munus injunctum, ut quidquid litteris eorum deeſſet addereturi: *& num.* 21. *ait ipſum, Flavianum* juſſiſſe hæc ſcribi, & ad propria verba conjungi, addi quoque oſtenſiones ſuas: *ac tandem concludit* ea ad memoriam poſterorum merito conſcripta eſſe, ut ſinc exempla quæ diſcamus.

Martyres eorum hi ſunt, Julianus, B

Lucius, Fluvianus, Montanus,

Victorinus, & ſocii,

C

ac latet ſactus Primolus, Donatianus & Renatus defuncti,

Renatus,

dein Martyres Victor Presb.

Quartillofia,

Succeſſus Ep. & Comites?

3 *Memoria ſacra horum Martyrum inſcripta eſt Martyrologiis ad hunc* 24. *Februarii, quo die iſta Notkerus habet:* In Africa Juliani, Juliæ & aliorum plurimorum. In Nicomedia Luciani Presbyteri. *At nulla* Julia *in his Actis reperitur: eſt inter Martyres Nicomedienſes, quos damus* 49. *ſatis nominibus expreſſos, ut forſan ea verba,* Juliæ & aliorum plurimorum, *ſint poſt* Lucianum *referenda. Hermannus Greven in auctario Uſuardi aliquos horum Martyrum exprimit:* Item Lucii, *inquit*, & Flaviani, Montani & Gemelli Martyrum. *Ex his* Gemellus *ad hos etiam non ſpectat, qui forte eſt* Gemelliana *inter eoſdem Martyres Nicomedienſes. At Galeſinius hos ita refert:* In Africa ſanctorum Martyrum Montani, Lucii, Juliani, Victoris & Flaviani, quorum præclara pro fide certamina gaudenti animo ſuſcepta & mirabiliter confecta leguntur. *Eadem tradit Caniſius in martyrologio Germanico. Sed monet Galeſinius in Notis,* pro Victore *reponendum eſſe* Victoricum, *qui eum aliis ita memoratur in martyrologio Romano;* In Africa ſanctorum Martyrum Montani, Lucii, Juliani, Victorici, Flaviani & ſociorum, qui fuerunt S. Cypriani diſcipuli, & ſub Valeriano Imperatore martyrium conſummaverunt: *quibus additur apud Ghinium:* Qui primo ad ignem deſtinati, cum divina virtute fuiſſet extinctus, in tetrum carcerem vinculis conſtricti, fame & ſiti afflicti, ſed divina favente gratia refocillati, cum iterum atque iterum interrogati, libere Chriſtum confiterentur, idolaque deteſtarentur, tandem gladio peremperi coronas meruerunt.

4 *At qui* Socii *in martyrologio Romano & apud Ghinium invocantur fuiſſe, certe numero in MS. Florario SS. ad* 18. *Maji cenſemur his verbis:* Sanctorum Martyrum Montani, Lucii, Flaviani, & aliorum quinque. *Horum nomina Felicius ad hunc* 24. *Februarii ita exprimit:* Mootanus & ſocii, videlicet Lucius, Julianus, Victoricos, Flavianus, Primolus, Renus, Donatianus, diſcipuli ante S. Cypriaoi, qui poſt martyrium Magiſtri variis tormentis martyres coronati ſunt: quamvis Renus & Donatianus primo magnis pœnis dilacerati in carcere deceſſeriot. *At Acta num.* 2. *referunt* Donatianum & Primolum *in carcere & baptizatos & mortuos eſſe. Dein num.* 5. *viſio Reni narratur, neque nulla ejus deinceps mentio fit. Quidni potius octavus locus attribuitur* Victori Presbytero, *qui ab aliis num.* 7. Commartyr *appellatur, & ſtatim* poſt viſionem, *de qua ibi agitur,* paſſus *dicitur? & ita recte a Galeſinio & Caniſio memoraretur* S. Victor, *uti aliis in martyrologio Romano & apud Ghinium* Victoricus. *Demum poſſet & Quartillofia addi, quæ num.* 8. *dicitur maritum & filium martyres ſubſecuta.* Succeſſus Epiſcopus *denique* & Paulus cum comitibus *martyrio coronati reſeruntur num* 23. *Sed hi forſan ad* 19. *Januarii ſpectant, alii ad aliot dies non ſint una eademque omnes luce mortui aut interempti.*

AUCTORE G. H D

5 *Quæ extat num.* 20. *aut* 21. *inter epiſtolas S. Cypriani ad Celerinum ad Lucianum, hæc interſerit de Montano:* Et nunc modo duplex mihi triſtitia incubuit, quod cum Montanum fratrem noſtrum communem abs te de carcere ad me eſſe venturum ſciebas, de ſalute tua, vel quid penes te agatur, mihi non ſignificaveris. *Hæc ibi, quæ generoſe animo S. Montani ſatis convenunt, ut incarcerates ipſe Confeſſores ante inviſerit, neceſſaria procurarit, & ad martyrii palmam excitarit. De* Lucio, Juliano, Victorico, *quicumque demum illi ſint, agitur in epiſtolis S. Cypriani, ſed quia ab eo relicti Epiſcopi fuerunt, hinc non videntur ſpectare, cum hi potius, ut ſupra ex Baronio dictum,* miniſtri Eccleſiæ Carthaginenſis *ſub S. Cypriano Epiſcopo fuiſſe videantur.* Flavianus *ad carcerem reductus eſt, quaſi ſe Diaconum eſſe negaſſet.*

An meatio S. Montani in epiſtola Celerini?

ferunt ubi olim ſtetiſſe Eccleſia Carthaginenſis

ACTA PASSIONIS

Ex MS. S. Maximini, Baronio & Surio.

CAPUT I.

Epiſtola Martyrum de captivitate, inedia & tormentis in carcere toleratis. E

t *a* ET nobis eſt apud vos certameu, fratres dilectiſſimi, ut nihil aliud agendum Dei ſervis & Chriſto ejus dicatis, quam multitudinem fratrum cogitare, quam vim, quam rationem. Hic amor, hoc officium ad has nos impulit litteras, ut fratribus poſt futuris & magnificentiæ Dei fidelis teſtimonium, & labores ad tolerantiam, noſtri per Domiuum memoriam relinqueremus.

a Prolegomi

2 Poſt popularem tumultum, quem ferox vulgus Præſidis in necem concitavit, poſtque ſequentis diei acerrimam perſecutionem Chriſtianorum, apprehenſi ſumus Lucios, Montanus, Flavianus, Julianus, Victoricos, Primolus, Renus, & Donatianus cathecumenus, qui baptizatus in carcere ſtatim ſpiritum reddidit *b* ab aquæ baptiſmo ad martyru coronam immorulato itinere feſtinans. Circa Primolum ſiquidem ſimilis conſummationis exitus contigit. Nam & ipſum ante paucos *c* dies habita confeſſio baptizavit.

Captivitas ss. 8.

b

c

3 Igitur apprehenſis nobis, & apud Regionantes in cuſtodia conſtitutis, ſecutentiam Præſidis milites nuntiaveront, quod die heſterno ardens, nobis interitom minaretor. Nam, ut poſtea quoque veriſſime cognovimus, exurere nos vivos cogitarat: ſed Dominus, qui ſulus de incendio ſervos ſuos liberat, in cujus manu ſermones & corda ſunt Regis, furentem a nobis Præſidis ſævitiam avertit: & incumbentes precibus aſſiduis tota fide, ſtatim quod petivimos accepimus: accenſus pene in eatsium noſtræ carnis ignis extinctus eſt, & flamma caminorum ardentium Dominico rore ſopita eſt. Nec difficile credentibus ſoit, nova poſſe ad vetera exempla contingere, Domino in ſpiritu pollicente: quia qoi gloriam iſtam operatus eſt in tribus pueris, vincebat & in nobis.

in carcere moriuntur Donatianus & Primolus

pro illos olli imperatum ignis extinctus.

Dan. 3.

4 Tunc a propoſito ſuo, Domino propugnante, confractos, mitti nos in carcerem juſſit. Quo deducti a militibus ſumus, nec ea pavimus fœdam loci illius caliginem; moaque *d* catcer tenebroſus ſpiritu præluceute reſplenduit, & contra *e* obſcuritatem deformi & & cæca nocte contectam inſtar diei, fidei nos devotio candida luce veſtivit: & ad ſummum aſcendebamus locum pœuarum, quaſi aſcenderemus in cœlum. Qualos illic dies duximus, quales tranſegimus noctes, ex-

d

e

detrudendos in carcerem divinitus illuſtratum?

EX MS. ET SURIO, dire poſtulantes.

poni nullis ſermonibus poſſunt: tormenta carceris nulla affirmatione capiuntur: nec veremur atrocitatem loqui, ut eſt. Quo enim tentatio grandis eſt, eo major eſt ille A qui eam vincit in nobis: nec noſtra eſt pugna, quia eſt Domino protegente victoria. Nam & occidi ſervis Dei leve eſt; & ideo mors nihil eſt, cujus g aculeum comminuens, atrocitatemque deviocens Dominus, per trophæum Crucis triumphavit. Sed & nulla cauſa armorum eſt, niſi quia miles armandus eſt: & armatur, quia egreſſio eſt, & in coronis noſtris ideo præmium eſt, quia certamen ante præceſſit: nec datur palma, niſi b congreſſione perfecta. Sed paucis diebus viſitatione fratrum refrigerati ſumus. Nam omnem noctis laborem, dici ſolatio lætitia ſublevavit.

i tentantur viſiones Reni;

1 Tunc Reno, qui nobiſcum fuerat, ſomno i apprehenſo, oſtenſum eſt ei produci ſingulos. Quibus prodeuntibus lucernæ ſingulæ præferebantur. Cujus autem k lucerna non k præceſſerat, nec ipſe procedebat. Et eum proceſſimus nos cum lucernis noſtris, eapergefactus eſt. Et, ut nobis retulit, lætati ſumus, tidentes nos cum Chriſto ambulare, qui eſt lucerna pedibus noſtris, & qui eſt ſermo, ſcilicet Dei.

Pſal. 118.

6 Poſt ipſam noctem dies oobis hilaris augebatur. Et continuo eadem die ſubito rapti ſumus ad Procuratorem, B qui defuncti Proconſulis partes adminiſtrabat. O diem lætum, gloriam vinculorum! o optata vitis omnibus catena! O ferrum honorabilius atque pretioſius optimo auro! O ſtridor ille ferri, qui ſtrepebat, dum trahitur per aliud ferrum! Loqui noſtrum futurum ſolatium videbatur: atque ne hac jucunditate tardius frueremur, a militibus ubinam nos Præſes audire vellet, huc atque illuc per totum forum circumducti ſumus. Tunc nos in ſecretarium vocavit, quia necdum hora paſſionis advenerat. Unde proſtrato diabolo victores ſumus in carcerem reverſi, & ad alteram victoriam reſervati. Hoc itaque prælio victus diabolus, ad alteras ſe aſtutias vertit, fame nos & ſiti tentare molitus. Et hoc ſuum prælium multis diebus fortiſſime geſſit, ita ut, quod magis l ſe cum diabolo facere adverſarius putabat, m ægrotantium copia ad Solonem fiſcalem & aquam frigidam laboraret.

deducuntur ad Proconſulem; remittuntur ad carcerem; l m Inedia cruciantur;

7 Hic autem labor, hæc inopia, hinc neceſſitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectiſſimi fratres. Nam qui nos tentari voluit, ipſe ut n allocutionem in ipſa tentatione haberemus, oſtendit. Nam Victori Presbytero, Commartyri noſtro, qui ſtatim poſt hanc eamdem viſionem paſſus eſt, oſtenſum eſt hoc. Videbam, inquit, puerum huc in carcerem introiſſe, cujus fuit vultus perlucidus ſuper ſplendorem inenarrabilem, qui nos deducebat per omnia loca o quaque iremus, egredi tamen non potuimus, & ait mihi: Adhuc modicum laboratis, quia nunc impedimini. Sed confidite, quia ego hic vobiſcum ſum. Et adjecit: Dic illis, quia glorioſiorem coronam habebitis: & ad Deum ſuum ſpiritos properat, & anima jam proxima paſſioni ſedes ſuas requiſivit. Nam hunc eumdem Dominum de Paradiſo interrogavit, ubi eſſet. Cui ille ait: Extra mundum eſt. Oſtende illum, inquit, mihi. Qui ait illi: Et obi erit fides? Cumque hic per humanam p puſillitatem diceret, Quod me mandas, tenere non poſſum: dic ſignum, quod eis dicam. Reſpondit ei Dominus, & ait: Dic illis ſignum Jacobi: Lætandum eſt, fratres dilectiſſimi, ut Patriarchis, etſi non juſtitia, laboribus adæquari poſſimus. Sed qui dixit, Invoca me in die preſſuræ, & eximam te, & clarificabis me, ad clarificationem q fuit flexus, poſt preces ad ſe habitas commemoratus eſt noſtri, prius miſerationis ſuæ denuncians munus.

n admonetur apparitionis Chriſti Martyri Victori facta; o C p Pſal. 49. 15. q

8 De hoc enim ſorori noſtræ r Quartilloſiæ hic nobiſcum poſitæ oſtendit: cujus mulieris & maritus & filius ante triduum paſſi erant. Ipſa quoque ſ hic reſidens, propinquitatem ſuam velocitet ſubſecuta eſt, quæ in hunc modum, quod vidit, eapoſuit: Vidi, inquit, filium meum, qui paſſus eſt, veniſſe ad carcerem: qui ſedens ſuper labrum aquarium, ait: Vidit Deus preſſuram veſtram & laborem. Et poſt hunc introivit juvenis miræ magnitudinis, qui ferebat phialas duas ſingulis manibus, lacte plenas, & ait: Bono animo eſtote, commemoratus eſt veſtri omnipotens Deus. Et ea phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus bibere. Quæ phialæ non deficiebant. Et ſubito t ablatus eſt lapis, qui feneſtram dividit medius: ſed & claræ feneſtræ ipſo medio u allatæ, liberam cœli faciem admiſerunt. Et poſuit juvenis ille, quas ferebat phialas, unam de altera, alteram ad ſiniſtram, & ait: Ecce & ſatiati eſtis, & abundat, & tertia adhuc phiala ſuperveniet vobis.

r Quartilloſa videns; s t u a

9 Tunc abiit altera dies, quæ poſt hanc viſionem eluxit. Expectantes autem eramus horam illam, quando fiſcalis non x cibus, ſed penuria & neceſſitas inferretur; quia cibos nullus nobis ſuberat. Nam & altera die jejuni manſeramus. Subito autem ut ſitientibus potus, eſurientibus cibus, deſiderantibus marcerium obvenit; ita laboribus noſtris refrigerium Dominus per Lucianum cariſſimum nobis præbuit: qui diſrupto y catenarum obice, velut per duas phialas per z Herennianum Hypodiaconum, & Januarium cathecumenum, alimentum indeficiens omnibus miniſtravit. Hoc ſubſidium ægros & laborantes nimium ſuffulſit. Eos quoque, qui per eumdem laborem, hoc eſt, per incommodum Solonis & frigidæ aquæ ægritudinem jam inciderant, ab E infirmitate revocavit. Cujus tam glorioſis operibus omnes apud Deum gratias agimus.

x y z viſitantur ſalutiferis alimentis;

10 Jam nunc, dilectiſſimi fratres, & de amore, quem in nos invicem habemus, aliqua dicenda ſunt: nec inſtruimus, ſed admonemus: quia ſicut ſimul unanimes ſumus, ita & apud Dominum una vivimus & oramus. Tenenda eſt concordia caritatis, & dilectionum vinculis inhærendum eſt. Tunc diabolus proſternitur, tunc a Domino, quidquid poſtulatur, aceipitur, ipſo pollicente ac dicente: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petieritis a patre meo, continget vobis. Nec alio modo vitam æternam accipere & cum Chriſto regnare poterimus, niſi fecerimus quod præcipit faciendum, pro quo & vitam promiſit & regnum. Eos denique hæreditatem Dei conſequi, qui pacem cum fratribus tenuerint, ſuo magiſterio ipſe Dominus enuntiat, dicens: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quod exponens Apoſtolus, ait: Ut ſimus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Si quidem compatimur, ut & commagnificemur. Si hæres non poteſt eſſe, niſi filius: filius autem non eſt, F niſi pacificus: hæreditarem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quaſi admoniti dicimus, aut ſine divina oſtenſione ſuggerimus.

mutuam caritatem commendat; Matth. 5. 9 Rom. 8. 17.

11 Nam cum Montanus cum Juliano habuiſſet ſermones aliquos aa ob eam, quæ ad noſtram mulierem obrepſit, communionem, quæ nec communicabat; cumque poſt correptionem, quam in eam congeſſerat, in rigore ipſo diſcordiæ manſiſſet; oſtenſum eſt eadem nocte Montano hoc: Viſum eſt, inquit, mihi veniſſe ad nos Centuriones. Cumque deducerent nos per viam longam, perveni- mus in campum immenſum, in quo occurrerunt nobis Cyprianus & bb Leucius. Pervenimus autem in locum eandidum & facta ſunt veſtimenta noſtra candida, & caro noſtra immutata, candidior veſtimentis candidis. Ita autem perlucida fuit caro noſtra, ut oculorum viſum ad intima cordis admitteret. Et reſpiciens in pectus meum, video quaſdam ſordes, & expergefactus ſum in viſione. Et occurrit mihi Lucianus, & retuli illi viſionem, & ajo illi: Scis quoniam ſordes illæ, illud eſt, quod non ſtatim concordavi cum Juliano? Et in hoc expergefactus ſum. Qua de re, fratres dilectiſſimi, concordiam, pacem, unitatem omni virtute teneamus: imitemur jam hic eſſe, quod ibi futuri ſumus. Si nos jovitant juſtis

aa

bb

& viſio S. Montani confirmatur.

promiſſa

A promiſſa præmia, ſi terret injuſtis pœna prædicta, ſi cum Chriſto eſſe & regnare cupimus, quæ ad Chriſtum & regnum perducunt illa faciamus. Optamus vos bene valere.

a *Eſt hoc exordium in mſſ. S. Maximini. Baronius præponit hæc verba*: Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus & Victoricus &c. ſcriptibus univerſis ſalutem: *ac dein cum Surio ita incipit*: Dilectiſſimi fratres, nobis nihil aliud eſt agendum, quam ut de Dei ſervis & Chriſto ejus dicamus, & de multitudine fratrum cogitandum: quamquam ratione hic amor per hoc officium ad has nos ſcribendas impulerit litteras, ut præſcribus poſt futuris & magnificemiæ Dei fidele teſtimonium, & laboris tolerantiam per Dominum memoriam relinqueremus.

b *Defunt ſequentia* 9. *verba in excuſſis*.

c *Surius & Baron.* menſes. d *Mſ.* acceſſus.

e *Surius*: obſcuritatis deformia & cæca noctis contecta. *Baron.* cæca nocte.

f *Baron. & Surius*: ſed veremur xtrocitatem loci ut eſt dicere, quia ubi tentatio grandis eſt, ille ibi major eſt &c.

g *Surius*: aculeum connivens, conſenſionemque. *Baron.* convelleus.

h *Sur.* ſolatium lætitiæque abſtulit. *Baron.* lætitiaque.

i *Mſ.* comprehenſus. k *Idem* proceſſerat.

l *Sur. & Baron.* ſecum facere.

B m *Mſ.* ægrorum. *Bosm.* quod ægrotabant corpora ob Solonem ſiſcalem, qui aquam frigidam poſt laborem non dare.

n *Baron.* alleviationem. o *Sur. & Baron.* ut exiremus.

p *Mſ.* fragilitatem.

q *Ita Baron. At Sur.* ſui fletus *Mſ.* poſt fletus ad preces confugiens.

x *Mſ.* Tharquillacſiæ. ſ *Idem Mſ.* his reddens.

x *Sur.* allatus.

u *Baron.* ſublato. *Mſ.* illius e medio ablati.

x *Mſ.* cibatia. y *Idem* Catarſtariorum.

z Hermeniani Hypodiaconi *mentio fit in epiſtolis* 78. 79. & 80. *apud S. Cyprianum*, *quibus hic reſpondetur a damnatis Confeſſoribus ad metalla, cum S. Cyprianus hiſce per illum pecuniarum ſubſidia miſiſſet. Inter Hermeniani ſocios tum aderat* Lucanus acoluthus, *qui hic videtur* Lucicius *dici*.

aa *Ita Mſſ. quæ intricata ſunt apud Surium & Baronium verbis tranſpoſitis*, ob eam mulierem, quæ ad mulierem acceſſit *Sur.* oppreſſit.

bb *Alias* Lucius, *annotant Surius & Baronius*.

CAPUT II.

Martyrium SS. Lucii, Juliani, Victorici, Montani: S. Flaviani in carcerem reducti conſtantia.

C

52 HÆc omnes de carcere ſimul ſcripſerant. Sed quia neceſſe erat omnem actum Martyrum beatorum pleno ſermone complecti, quia de ſe & ipſi propter modeſtiam minus dixerant, & Flavianus quoque privatum hoc nobis munus injunxit, ut, quidquid litteris eorum deeſſet, adderemus; neceſſario reliqua ſubjunximus. Cumque per plurimos menſes recluſi fuiſſent in carcere, & fame ac ſiti diu laboraſſent, tandem ſero produci jubentur, & ad prætorium Præſidis admoveri. Et omnibus quidem glorioſa voce confeſſis, cum Flaviano adjutotium *a* reclamaret amore perverſo, negans eum Diaconum, quod confitebatur; inter ceteros, id eſt, Lucium, Montanum, Julianum, Victoricum, dicta ſeutentia eſt, Flavianuſque rurſum receptus eſt. Et quamvis haberet plenam doloris materiam, quod ſcilicet de ſam bono collegio ſeparatus eſt, tamen fide & devotione, qua vixit, credebat id fieri, quod Deus vellet, & triſtitiam ſolitudinis deſtitutæ religione ſapientiæ temperabat. Dicebat etiam: Cum cor regis in manu Dei ſit, quæ cauſſa mœroris eſt, aut quare ſuccenſendum putem homini, qui hoc loquitur, quod jubetur? Sed de Flaviano poſtmodum plenius.

a Adjectitia hæc mendoſa, redeuntem Flavianum ad carcerem.

53 Interim ceteri ducebantur ad victimæ locum. Concurſus fit undique gentilium & omnium fratrum. Qui quamvis obſequentes aliis & ceteris Dei teſtibus pro religione & fide, quam Cypriano docente didicerunt; tunc tamen officio pleniore & copia majore convenerant. Erat illic videre Martyres Chriſti felicitatem gloriæ ſuæ vultus hilaritate reſtantes: ita ut poſſent ceteros provocare ad propriæ virtutis exempla, etiamſi tacerent. Sed nec ſermonis largitas deſuit. Nam exhortationibus ſuis ſingulos plebem Dei corroboraverunt: Et Luciam quidem præter ingenitam lenitatem & probam ac modeſtam verecundiam infirmitas etiam gravis & labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus paucioribus ſolus ante præceſſit, *b* ne multitudinis nimiæ preſſura defuſioni ſanguinis invideret: qui tamen & ipſe non tacuit, ſed comites ſuos quomodo purius potuit inſtruxit. Cui cum dicerent fratres, Memento noſtri: Vos, inquit, mei mementote. Quanta Martyris humilitas, de gloria ſua nec ſoli ſub ipſa paſſione præſumere? Julianus quoque & Victoricus toſinuata diu fratribus pace, & commendatis omnibus Clericis, maxime eis, qui famem carceris *c* paſſi erant, ad paſſionis locum cum gaudio & ſine pavore venerant.

EX MT. ET SURIO. D

verbo & exemplo animant alteros

b S. Lucius in morte preces ſocios & ipſe aliorum petit.

b SS. Julianus & Victoricus blandiuntur in morte.

E

54 Sed enim Montanus, corpore & mente robuſtus, quamquam & ante martyrium glorioſus, quidquid ſemper veritas poſtularet, conſtanter & fortiter dixerit ſine ulla exceptione perſonæ; tamen de martyrio proximo creſcens, prophetica voce clamabat: Sacrificans dius eradicabitur, niſi Domino ſoli. Et hoc frequenter iterabat, inſinuans & inculcans, non licere, deſerto Deo, ad ſimulacra & manufacta *d* idola ſacrificia offerre. Hæreſicorum quoque ſuperbiam & improbam contumaciam retundebat, conteſtans eos, ut vel de copia Martyrum intelligerent Eccleſiæ veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapſorum abrupta feſtinantia e negotiatione nem pacis ad planam pœnitentiam & Chriſti ſententiam differebat, nec non integros quoque ad tutelam integritatis exhortans: State fortiter, fratres, & conſtanter militate, dicebat. Habetis exempla: nec vos lapſorum perfidia deſtruat ad ruinam, ſed noſtra tolerantia magis ædificet ad coronam. Virgines quoque ſingulas admonebat, ut ſanctitatem ſuam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut Præpoſitos venerarentur. Præpoſitis quoque ipſis concordiam pacis inſinuans, nil eſſe melius aiebat, quam Præpoſitorum unanimem volantatem: tunc & plebem poſſe ad ſacra obſequia provocari, & ad vinculum dilectionis animari, ſi Rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim eſt propter Chriſtum pati, Chriſtum etiam exemplo ſermonis imitari, & eſſe probationem maximam fidei. O exemplum grande credendi?

d Hæreſiarchas, & lapſos

dat multa in Scala Chriſtiana

F

55 Cum aurem jam carnifex immineret, & gladius ſuper cervices ejus libramento nutante penderet, expanſis ille manibus ad Deum, voce clara, ita ut non tantum ad totius plebis aures, ſed & ad Gentiles quoque ipſos ſonus vocis evaderet, oravit, rogans & deprecans, ut Flavianus, qui per ſuffragium populi de comitata eorum remanſerat, ſequeretur die tertio. Et quo precis ſuæ fidem faceret, *f* manualem, quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas diſcidit, juſſit alteram reſervari, qua Flaviano oculi poſt craſtinum ligarentur. Sed & in medio eorum in area ſolum ſervari juſſit, ut nec ſepulturæ conſortio ſepararetur. Et perfectum eſt ſub oculis noſtris, quod Dominus in Evangelio ſuo repromiſit, ut qui tota fide peteret, quidquid peteret, impetraret. Nam poſt biduum, ſecundum quod poſtulatum fuerat, Flavianus quoque productus, gloriam ſuam paſſione perfecit. Quoniam tamen, ut ſupra dixi, etiam ipſe mandavit, ut bidui moram *g* memoratis cauſſis jungeremus, faciendum erat neceſſitate majore, quod fieri merito deberet, etiamſi non juberetur.

occidendus erat pro S. Flaviano

f petit ut ejus ſervent partem ſiorsi, & unam ſepulturæ Matth. 18

g

56 Poſt ſuffragia illa, poſt voces, quibus quaſi pro ſalute ejus amicitia inimica ſurrexerat, revocabatur in caterem virtute robuſta, mente invicta, fide plena.

EX MS. ET SURIO.

Nihil de animi ejus vigore mutilaverat, ne remanendi quidem contemplatio; quæ quamvis poſſet movere, tamen fides, quæ imminentem paſſionem tota devotione præſumpſerat, temporanea impedimenta calcabat. Hærebat lateri ejus incomparabilis mater, quæ præter fidem, qua ad Patriarchas pertinebat, in hoc etiam ſe Abrahæ filiam comprobavit, quod filium ſuum & optabat occidi, & quod interim remanſiſſet, contriſtabatur intimo dolore. O matrem religioſe piam! O matrem iorer vetera exempla venerandam! O Machabæicam matrem! Nihil enim intereſt de numero filiorum, cum perinde & hæc tu unico pignore totos ſtiectus ſuos Domino mancipavit. Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem ſuam non doleret, Scis, inquit, mater merito cariſſima, ut ſemper tentaverim, ſi confiteri contigiſſet, martyrio me frui, & frequenter catenatus videri, & ſæpe differri. Si ergo contigit, quod optavi, gloriandum eſt potius quam dolendum.

17 Et cum ad carceris januam veniretur, difficilius multo & tardius viſum eſt, quam ſolebat, aperiri, obnitentibus etiam *b* carcerariorum miniſtris: ita ut videretur obfirmatum ſpiritu quodam repugnante atque teſtante, indignum eſſe carceris ſordibus eum fœdari, cui B cœleſte habitaculum pararetur. Quia tamen divinitas coronæ dilatæ dignas cauſas habebat, jam cœli & Dei hominem invitus carcer admiſit. Qualis illic mens fuit biduo illo, qua ſpe, quave fiducia, cum Martyris Dei animus & de collegarum petitione præſumere, & de ſua crederet paſſionem futuram? Dicam, quod ſentio. Dies ille poſt biduum tertius, non quaſi paſſionis, ſed quaſi reſurrectionis dies ſuſtinebatur. Admirans erat denique turba gentilium, qui vocem Montani *k* petentis audierant.

a *Amici ſcilicet Flaviani, miniſtri Eccleſiæ, negabant eum Diaconum eſſe, ut eriperent. Hinc ad carcerem redactus eſt, ut cauſſa ejus plus animi cognoſceretur.*
b *Surius & Baron.* ne multitudo nimiæ preſſuræ de fuſione ſanguinis invideret.
c *Idem* viſitaverant.
d *Idem*, figmenta accedere.
e *Mſ. & Surius* negationem.
f *In Actis S. Cypriani* laciniæ manuales, *item* linteamina & manualia: *in aliis ejuſdem Actis* linteamina & oratia *legimus. Infra in mſ. Baronii* vitta *dicitur.*
g *Surius & Baron.* juberemus. h *Mſ.* Cataractariorum.
i *Sur. & Bar.* divinitatis corona dilata.
k *Mſ.* pœnitentis.

CAPUT III.

S. Flaviani animus generoſus, viſionis, martyrium.

18 POſtquam vero produci tertio die juſſus eſt, rumore cognito, conſtuebant incredeli & *a* perfidi, fidem Martyris probaturi. Egrediebatur de carcere Dei teſtis, jam ad carcerem non reverturus. Communis omnium magna lætitia, ſed major habebatur in animo ſuo cerro, quod & fides propria & petitio anteceſſorum ſuorum eatorqueret Præſidi vel invitam, licet populo reclamante, ſententiam. Unde & occurrentibus fratribus & ſalutare cupientibus fide tota pollicebatur, quod in *b* Fuſcianu cum omnibus pacem facturus eſſet. O magna fiducia, fides vera! Ingreſſus deinde prætorium, cum miraculo omnium in cuſtodiarum loco ſtabat, expectans donec vocaretur.

19 Illic nos in latere ejus conſtituti eramus, junCti penitus hærentes, ita ut manus manibus teneremus, exhibentes Martyri honorem, & contubernii caritatem. Ibi condiſcipuli ejus ſuadebant, cum lacrymis etiam, ut præſumptione depoſita, ſacrificaret interdum, poſtea quidquid vellet facturus: nec incertam illam & ſecundam mortem pluſquam præſentem vereretur. Et hæc Gentilium verba ſunt, qui dicebant ultimi furoris eſſe, magis *c* mortis modum timere, quam vivere. Sed ille gratias agens, quod amicitia duce, quantum in ipſis erat, conſultum ſibi vellent; tamen & de fide & de divinitate non tacuit, dicens, multo melius eſſe primo in loco, quantum ad libertatem integritatis pertineret, occidi, quam lapides adorare. Tunc deinde ſummum eſſe Dominum, qui omnia imperio ſuo fecerit, ac *d* propterea ſolus colendus ſit: addens & illud, quod Gentiles minus credunt, etiam ſi de divinitate quid ſentiunt, vivere nos etiam cum occidimur, nec vinci morte, ſed vincere; ipſos quoque, ſi vellent pervenire ad conſcientiam veritatis, etiam Chriſtianos eſſe debere.

20 His illi retuſi & revicti, poſtquam nihil per ſuadelas obtinere potuerunt, ad crudeliorem ſe miſericordiam contulerunt, certi eum a propoſito voluntatis ſuæ vel tormentis depoſſe. Et cum admoveri juſſus eſſet, interrogatus a Præſide, quare mentiretur ſe Diaconum, cum non eſſet, mentiri ſe negavit. Et cum Centenarius diceret, r Notariam ſibi datam eſſe, qua contineretur eum fingere, reſpondit: An non eſt verisimile me mentiri & illum verum dicere, qui notariam falſam dedit? Qui cum reclamante populo ac dicente, Mentiris, iterum a Præſide interrogaretur, an vere mentiretur, reſpondit: Quod eſt compendium mentiendi? Ad hoc populus exaſperatus, torqueri eum iteratis clamoribus poſtulavit. Sed Dominus, qui ſervi ſui fidem *f* ſciebat, non eſt paſſus probari Martyris corpus tormenti alicujus vel levi laceratione pulſari. Cor enim Regis ad ſententiam ſtatim ſtetit, & reſtem ſuum, uſque ad mortem fidelem, conſummato curſu & agone perfecto, *g* coronavit.

21 Exinde jam gaudens, quia per ſententiam datam paſſionis ſuæ erat certior, etiam jucundo colloquio fruebatur. Et ſic effectum eſt, ut juberet hæc ſcribi, & ad propria verba conjungi: addi quoque oſtenſiones ſuas voluit, quarum pars ad moram biduI pertineret. Cum adhuc, inquit, Epiſcopus noſter ſolus paſſus fuiſſet, oſtenſum eſt mihi hoc, quaſi Cyprianum ipſum interrogarem, An pati ictus doleret, ſcilicet Martyr futurus de paſſionis tolerantia conſulebat. Qui mihi reſpondit & dixit: *h* Alia caro patitur, cum animus in cœlo eſt, & nequaquam corpus hoc ſentit, cum ſe Deo tota mente devovit. O verba Martyris, Martyrem cohortantis! Negavit eſſe F in paſſionis ictu dolorem, ut qui & ipſe habebat occidi, animari conſtantius poſſet, quod nec parvum quidem ſenſum doloris de paſſionis ictu haberet.

22 Poſtea, inquit, cum plures paterentur, contriſtabar in viſu noctis, quod quaſi a collegis meis remanſiſſem. Et apparuit mihi vir quidam, dicens: Cur contriſtaris? Cui cum cauſſam triſtitiæ meæ dicerem, ait: Quid triſtaris? bis Confeſſor es, tertio Martyr eris per gladium, & ſic impletum eſt. Nam confeſſus Chriſtum primo ſecretario, ſecundo publice, reclamante populo, juſſus recludi, a collegio ſuo ſecundum oſtenſionem ſuam remanſit, & productus poſt confeſſiones duas, tertio paſſionem perfecit.

23 Deinde, inquit, eum jam *i* Succeſſus & Paulus eum comitibus ſuis coronati fuiſſent, & ego poſt infirmitatem convaleſcerem, video ad domum meam veniſſe Succeſſum Epiſcopum, vultu pariter & cultu nimiae lato, cujus effigies difficulter agnoſceretur, eo quod carnales oculi Angelico ſplendore rutilarent. Quem cum via agnoſcerem, ait mihi: Miſſus ſum nunciare tibi, quoniam tu paſſurus es. Hoc cum diſſiſſet, ſtatim venerunt duo milites, qui me perducereor & perduxerunt me in locum quemdam, ubi erat fraternitatis multitudo collecta: *k* & eum ad præſidem admotus eſſem adduci juſſus ſum, & apparuit ſubito in medio plebis mater mea, dicens: *l*

Laudo

a mortis ad martyrium animator.

magna ſpe bidui in carcere de martyrio.

b Laus ejus a carcere ad prætorium.

c condiſcipulos gentiles ad ſimulata ſacrificium dum lacrymis ſuadent.

d

e affirmat ſe Diaconum eſſe.

f

g adjudicatur morti.

Alia ſcribi mandat ex viſione S. Cypriani.

h

alterius viſio.

i

k & v. ſucceſſi Epiſcopi oppoſitionem.

l

A Laudo te, quia nemo ſic martyrium duxit. Et vere nemo ſic. Nam, ut omittam carceris abſtinentiam ſingularem, & ut accipientibus ceteris vel modicum cibum, qui de ſordibus penuriæ fiſcalis offerebatur, ſolus ſe ab ipſo modico continuit, rarii habens jejuniis multis & legitimis fatigari, dummodo alios victu proprio ſagināret.

24 Ad illa igitur venio, quod cum tanto honore deductus eſt, qui a tot Sacerdotibus comitatus, diſciplinis omnibus *m* ordinatis, ad inſtar ducis dirigi meruit. Sic regnaturum cum Deo Martyrem, jam ſpiritu ac mente regnantem, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de cœlo teſtimonium deſuit. Imbee largus & lenis temperato rore deſcendens fluebat, ad multa proficiens: primo, ut Gentiles pernicioſe curioſos interventu pluviæ refrænaret, tunc deinde ut diverteodi daretur occaſio, & ſacramentis legitimæ pacis nullus profanus arbiter intereſſet. Et quod Flavianus ipſe ore ſuo dixit, adhuc pluebat, ut Dominicæ paſſionis exemplo aqua ſanguine jungeretur. Sic *n* confirmatis omnibus fratribus & pace perfecta, proceſſit e ſtabulo, quod Fuſciano de proximo junctum eſt. Ibi cum editiorem locum & ſermoni aptum conſcenderet, ſilentio manu facto, hujuſmodi verba

B emiſit: Hæc noveritis, fratres dilectiſſimi, quod nobiſcum pacem habetis, ſi Eccleſiæ noveritis pacem, & dilectionis unitatem ſervaveritis: nec putetis paucæ eſſe, quæ dixi, cum & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, paſſioni proximus, hæc noviſſime dixerit: Hoc eſt mandatum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Et ſupremum illud adjunxit, & in teſtamenti modum ultima ſermonis ſui fide ſignavit, quod *p* Lucianum Presbyterum commendatione pleniſſima proſecutus, quantum in illo fuit, ſacerdotio deſtinavit. Nec immerito. Non enim difficile fuit, ſpiritu jam cœlo & Chriſto proximante, habere notitiam. Deinde ad locum victimæ, perfecto ſermone, deſcendit, & ligatis oculis *q* ea parte, quam Montanus ſervare ante biduum jufferat, ſuis tamquam ad precem genibus, paſſionem ſuam cum oratione perfecit. O martyrum glorioſa documenta! O teſtium Dei caperimeota præclara, quæ ad memoriam poſterorum merito conſcripta ſunt, ut, quemadmodum de ſcripturis veteribus exempla, dum diſcimus, ſumimus, etiam de novis aliqua diſcamus. EX MS. ET SURIO. D *q*

m adnitente comitatu Sacerdotū,

n Jann. 19.

ceelo pluvio,

p

E

a *Mſſ.* perfidiæ mentis conſtantiam probaturi.
b *Sur.* Fuſcano.
c *Idem* mortem malle timere. *Baron.* mortem vel temere.
d *Mſſ.* perpetualitate ideo colendas.
e *Baronius hæc annotat*: Quam hic auctus dicit Notariam, idem eſt quod Notoria. Apuleius, & ipſe Afer, de Aſino aureo l. 7. ſic nominat. Eadem quoque nomenclatura utitur Auguſtinus epiſtola 160 ad Apringium, cum ais Donatiſtas cura eorum, qui diſciplinæ publicæ inſerviunt, præmiſſa Notaria, ad judicia legeſque perduxit. Sed interdum Notoriam pro Notorio habes epiſtola 159. ad Marcellinam. Eſt autem Notaria, ſive Notaria, ſcripto relatio, quæ ab aliquo ſit Judici. l. Accuſatores 5. Nunciatores. ff. ad S. C. Turpil. *Hæc Baronius. Mſſ. S. Maxim. non* Notoriam, *ſed* victoriam *habet.*
f *Addebatur in mſſ.* jam in carcere pœnis pleniſſime, *ſupple* probatam, *quod deerat.*
g *Mſſ.* conſummavit. h *Baron.* Nulla cura.
i *Mſſ.* Succeſſum. *Baronius putat* Succeſſum *illum eſſe ad quem Cyprianus ſcripſit epiſtolam* 82. *aſſeritque Epiſcopum Abirrenſem Germaniæ, qui interfuit magno Concilio Carthaginenſi. Colunter* 19. *Junii inter varios Martyres Afros* Paulus & Succeſſus, *ſed nulla Epiſcoporum facta mentione.*
k *Sur. & Baron. hæc ſolum habent*: inter quos opposuit matet mea.
l *Mſſ.* Laudate, laudate.
m *Idem Mſſ.* ordinatus. n *Sur. & Mſſ.* conſummatis.
o *Mſſ.* fine.
p *Lucianus hic obiectus eſt Epiſcopus Carthaginenſi, Sede hallonus poſt obitum S. Cypriani vacante, ut ex Ophalo tradit Baronius. Sur. & Mſſ.* Luccinum *habent.*
q *Baron.* ea vittæ paste: *at ſupra* manualem *dixit.*

DE SANCTIS MARTYRIB. IN PORTU ROMANO

PAULO ET PRIMITIVO, SIVE PRIMITIVA.

G. H.

XXIV. FE. I POrtus Romanus, *ſecunda Epiſcopalis civitas Cardinalitia dignitate ornata, ab Urbe millaria* 18. *diſtat ad Tiberis dexteram non longe ab Oſtia, primacivitate Epiſcopali Cardinalitia prærogativa. Hic Portus modo*

To Porto Romano

C *piſcatoriarum caſularum receſſus ignobilis eſt, olim nobiliſſimorum ædificiorum celebris: ac varie appellatur, modo ſolum* Portus, *modo addito cognomine* Portus Romæ, Portus Romanorum, Portus Urbis, Portus urbis Romæ, Portus Auguſti *&c. & frequenter in Martyrologio Romano* Portus Romanus: *in quo quamplurimi Sancti palma martyrii coronati fuere. Inter hos eminet* S. Hippolytos *ejuſdem loci Epiſcopus, a quo reliqui Epiſcopi Portuenſes, etiam* S. Hippolyti *appellantur: hunc aliosque Martyres in* Portu Romano *paſſos celebrat Martyrologium Romanum* 22. *Aug. quo item die adſcripti antiquo mſ. Romano Martyrologio, quod S. Hieronymo adſcribitur, celebrantur in* Portu Romæ. *Quod itidem mſ. Martyrologium diem* 24. *Febru. ita auſpicatur*: 6. Kal. Martii, Romæ in Portu natale Pauli & Primitivi. *Mſ. antiquum Richenovienſe ab his quoque Sanctis orditur*: *ſed* Portu *omiſſo.* Romæ, *inquit*, Pauli & Primitivi. *At mſ. Aquigravenſe ſub dubio locum aſſignat, his verbis*: Romæ Abſolonas Natalis Primitivi & Pauli. *At quid illud* Abſolonas? *Notkerus* Sanctum *ſtatuit.* Item, *inquit*, Romæ Abſolonis. *Aſt idem legitur in mſ. S. Hieronymi, jungiturque Martyribus Cæſarea Cappadocia paſſis, ut nomen illud perperam huc translatum & infertum videatur, unde præcedenia in eo Martyrologio ita arbitramur ordinanda*: In Cæſarea Cappadociæ Natalis Ss. Herodis, Lucii, Ser-

omiſit Martyres fuere,

hos die 20. Febr. notant Taolus & Polmiſienſes

gii, Abſolonis. Romæ Natalis Primitivi & Pauli. *Prieres in Syllabo Prætermiſſorum ad* 6. *Nonas Martii reiecimus. Poſteriores etiam refert Greveuius in auctario Uſuardi anno* 1555. *&* 1521. *excuſe:* Romæ ſanctorum Martyrum Primitivi & Pauli. F

2 *Omiſio Paulo* Primitivus *ſolus celebratur in antiquis Martyrologiis mſſ. Tornacenſi S. Martini & Lateranſi his verbis*: Romæ natalis Primitivi. *Huic ex quinque mſſ. Martyrologiis antiquis & optima fidei prolatis, & confirmato Greveni olim his excuſi auctoritate, obiicitur mſ. Martyrologium S. Cyriaci, in quo iſta habentur*: Romæ Natal. S. Primitive. *Ita in apographo noſtro* Romæ *eum diphthongo ſcribitur, &* Primitive *abſque diphthongo: ut facilis ex* Primitivi *parnerit amanuenſium error obrepere. Hinc tamen Baronius Martyrologio Romano hodierno ita inſcripſit*: Romæ S. Primitivæ Martyris. *Annotatque* de ea conſcotire vet. manuſcr. quorum ſupra meminit, *tamobis ſcilicet S. Cyriaci, ut alibi ſapius monuit. Ferrarius etiam in Catalogo Ss. Italiæ*, Primitiva, *inquit*, Martyr in Rom. Martyrol. tantum memoratue. An ea nupta fuerit vel Virgo, & ſub quo Imper. martyrium ſit perpeſſa, ubi corpus ejus requieſcat, prorſus ignoratur. Quod & de multis, quorum ſola exſtat memoria, contigit. *Adde & facile nominis alitujus litteram unam interturbari, ut hic factum appareat.*

ab aliis feſtis Primitivi,

ante Primitivo.

3 *Altera in* Paulo Martyre *controverſia eſt, num is ex hoc* 24. *Febr. ad* 6. *Nonas Martii amandandus ſit, quod eo die in Martyrologio Romano iſta legantur*: In Portu Romano ſanctorum Martyrum Pauli, Heeachi, Secundil-

abs Idem Taolus ab aliis refutatur ad Martii.

AUCT. G. H.

A

læ & Januarii. *Annotat autem Baronius*: Beda de Paulo tantum agit, & Heraclium omittit, ſed reſtituitur ex dictis vet. manuſcr. *Verba Bedæ ſunt*: In Portu Romano Pauli, Secundolæ, Januariæ. *Galeſinus*, *Beda ſolum eſtuto*, Heraclium *adjunxit*, *qui alteri claſſi Martyrum ab aliis accingitur*. *In mſ. Martyrologio S. Cyriaci iſta ſolum habentur*: 6. Kalend. Martii. In Cæſarea Cappadociæ Lucæ Epiſcopi, Primitivi, Romæ Pauli Januarii. *In Tornacenſi mſ. hæc leguntur*: In Cæſarea Cappadociæ Natalis Lucæ Epiſcopi, Januarii & Primitivi. Eodem die in Portu Romano in cœmeterio Pauli Natalis Secundolæ & Januariæ Virginum. *In his Martyrologiis ſupra* Paulus *non jungebatur* Primitivo: *quos tam 24. Febr. ut diximus, quam 11. Martii conjungit Grevenus in auctario Uſuardi, his verbis*: Romæ SS. Georgii, Eraclii, Abſolonii, Pauli, Januarii, Primitivi, Secundolæ. *Qua hoc modo leguntur in mſ. Richenovienſi*: Romæ Primitivi, Erolii (*lege* Eraclii, *aut* Heraclii) Georgii, Abſoluni, Secundulæ, Janu. *In mſ. Martyrologio S. Hieronymi hæc aliter diſtinguuntur*: Cæſaræ Cappadociæ, Lucii Epiſcopi & Primitivi. Romæ Secundulæ, Januariæ. *In mſ. Aquiſgranenſi denique hæc traduntur*: Natalis S. Lucii Epiſcopi Via Appia ad Scm Siatum Natalis SS. Georgii, Heraclii, Abſoloni, Pauli, Januarii. In Cæſarea Cappadociæ Lucæ Epiſcopi, Primitivi. *Et hæc ſunt Martyrologia, quæ utroque die horum Martyrum meminerunt: quibus ſi alii repererint certiora, eaque ſuggeſſerint, ad 11. diem Martii proferemus*. D

DE SANCTIS MARTYRIBUS NICOMEDIENSIBUS

B LUCIANO, EDITIO, VEL EDITITIO, FELICE, ORBANO, MARTHA, CRISCONINA, CAJO, FLORENTIO, DONATILLA, ROGATILLA, ITEM E DONATILLA, MARCELLINA, NUMMADO, FELIANO, NIDA, FLAVO, AFFERE, ATULINO, SANULA, CAHE, DICIANO, JANUARIO, DIDDO, SECURE, SELLARE, EXUPPO, JUBITANA, GEMELIANA, JULIA, FORTUNATA, PEREGRINO, VICTORICO, MAXENTIO, GEGALO, ITEM LUCIANO, HONORATO, FLAVIANO, FELICE, CASTO, SATURNO, FELICISSIMO, VICTORE, MARIA, JANUARIA, RUFINIANA, FORTUNATO, AURELIO,

G. H. RUTILO.

XXIV. FEB. C

1 *Paginam ſanctorum Martyrum nominibus implemus, theſaurum oſtendentes, quem multorum annorum intervallo deploramus pene obrutum. Notkerus primum indicavit, qui aliis ad tam illuſtre forſan certamen excitavit*. In Nicomedia, *inquit*, Luciani Presbyteri. *Et Africa adſcribit* Juliam, *qua hoc ſpectat. Ultimum refert Hermannus Greven in auctario Uſuardi, ſed aliis junctum*: Romæ, *inquit*, ſanctorum Martyrum Primitivi & Pauli, Rutili, Serapionis, Herodii, Lucii. *Ex his priores duos ſolum Roma paſſos retulimus*. Rutilus *ad hos Nicomedienſes ſpectat*. Serapion *cum aliis in Ægypto paſſus eſt, a nonnullis etiam hoc die relatus, a pluribus proximo 25. Februarii, ubi nos de eo & ſociis agemus*. Herodium *vero, aliis* Herulum *& Lucium Martyres Cappadoces ad 6. Novas Martii reiicimus. Idem Greven inter Africanos Martyres recenſet* Gemellum, *qui forſan hic* Gemeliana *dicitur. Et hæc in excuſis Martyrologiis ſolum reperimus: ex mſſ. reliqua damus. Aquiſgranenſe cum memorato Greveni auctario fere convenit: in eo hæc leguntur*: In Cæſarea Cappadociæ Natalis SS. Herodii, Lucii, Sergii, Abſolonis. Romæ Natalis Primitivi & Pauli. Rutili, Serapionis Martyris. *De verbo* Abſolonis *poſtpoſito voci* Romæ *ſupra actum eſt. In quodam mſ. Pariſienſi Labbai noſtri referuntur* Edititius *&* Rutilus, *quorum ille aliis* Editius *dicitur. In parvo Martyrologio mſ. monaſterii S. Maximini, ſed perantiquo, hæc conjunguntur*. 6. Kalendas Martii, Natalitium S. Joannis Evangeliſtæ, Orbani, Sergii Sirmis. *Ex his* Orbanus *ad hos Nicomedienſes pertinet*, Sergius *ad Cappadoces*. *Quid verba* Sirmis *indicetur, non capimus*. 23. *Februarii dedimus varias Martyres* Sirmii in Pannonia *paſſos: unde perperam vocabulum illud ad diem ſequentem forſan tranſlatum. Nam pridie in pluribus mſſ. celebratur nativitas S. Joannis Evangeliſtæ. In eodem mſ. S. Maximini die ſequenti refertur* Marcellina, *qua hoc ſpectat*. F

Martyres Nicomedienſes, Lucianus, Julius,

Rutilus,

Gemelliana,

Editius, vel Edititius,

Orbanus, Marcellina,

2 *In Martyrologio mſ. Tornacenſi S. Martini hæc ſolum memorantur*: In Nicomedia Natalis Luciani Presbyteri. *Vetuſtum mſ. Richenovienſe numerum ſociorum Martyrum addit his verbis*: 6. Kalendas Martii, Romæ Pauli & Primitivi, & in Nicomedia Luciani Presbyteri & aliorum 43. *pro quo numero ſi 48. ſubſtituantur, omnes ſupra in titulo recenſiti comprobendentur: illas nobis præbet antiquiſſimum mſ. Martyrologium Romanum, quod S. Hieronymo attribuitur in hunc modum*: 6. Kalendas Martii, Romæ in Portu Natale Pauli & Primitivi. In Cæſarea Cappadociæ, Natale SS. Heruli, Lucii Georgii, Abſolonis. Nicomediæ Luciani, Editii, Petri, Felicis, Orbani, Criſconinæ, Caji, Florentii, Donatillæ, Regatillæ, item Donatillæ, Marcellinæ, Nummadi, Feliani, Nidæ, Flavi, Afferis, Atulini, Sanulæ, Cahis, Diciani, Januarii, Diddi, Securis, Sellaris, Exuppi, Jubitanæ, Gemelianæ, Juliæ, Fortunatæ, Peregrini, Victo-

& alii hic recenſiti in Mſ. S. Hieronymi.

A Victorici, Maxentii, Gegoli, item Luciani, Honorati, Flaviani, Felicis, Caſti, Saturi, Felicissimi, Victoris, Matiæ, Januariæ, Rufoiani, Fortuoati, Aurelii, Rutuli.

3 *Hactenus Martyrologium S. Hieronymi, & hucusque ab ipso probabiliter scriptum: cui alius sequentia adjunxit & aliquos ex dictis Martyribus, fortassis diverses ratus,* repetiit *his verbis*: Nicomediæ Natale SS. Luciani Presbyteri, Petri Palatini, Aduiti. *Hic supra* Editius *appellatur. Dedimus* 22. *Febr. alios Nicomedienses Martyres, quorum dux & antesignanus erat Enterius Polatinus: ubi nonnulla de hac dignitate observavimus. Qui inter hujus diei Martyres* Felicissimos *est, legebatur in mſſ.* Felissimus, *errore amanuensium, ut videtur. Eodem modo qui* Feliaous *est, forsan* Felicianus *dicendus est: quin & in aliis nominibus possunt menda subesse, ex aliis mſſ. codicibus, si aliquando reperiantur, emendanda.*

4 *De S. Luciani sorte ac conditione quari potest, num* Presbyter *appellandus sit cum Notkero, & mſſ. Tornacensi & Rishenovensi, imo & auctario Martyrologii S. Hieronymi: quod forte adjectum a librario, existimante S. Lucianum Antiochenum Presbyterum qui Nicomedie passus, ut 7. Jann. diximus, ad eoem diem omnibus pene Martyrologiis inscriptus est: ac memorata mſſ. S. Hieronymi & Richenovienſe ita eumdem diem ouspicantur*: 7. Idus Jauu. In Nicomedia S. Luciani Presbyteri. *Addunt mſſ. Tornacense & Latense*: Qui in quatuor partes est divisus, singulæ autem partes singulis lapidibus alligatæ in mare sunt mersæ: quæ Deo redintegrante, Elenopoli altera die consolidatum corpus cum ipsis quatuor lapidibus inventum est. Item Clerici, Diaconi & Aotiocheni, qui septies torti, & de carcere producti, decollati fuot. *Hoc ultima verba in aliis Martyrologiis in singulari numero efferuntur, de* S. Cleto Diacono Antiocheno, *de quo tunc eodem 7. Januarii egimus. Posset aliquin non temere queri, an non illi Clerici, Diaconi, & Antiochem scilicet utriusque sexus, bis* 48. *sint, quos jam* 24. *Febr. passos referimus, maxime si* Lucianus Presbyter *hic iterato positus dicatur, ut discipulis sociisque certaminis jungeretur.*

AUCT. G. H. D & alios a S. Luciano Presb. Antiochens?

aliqui repetiit.

An S. Luciani Presbyter fuerit,

An fuerit fuit Clerici, Diaconi & alii Antiochenſi?

E

B

DE S. SERGIO

MARTYRE, CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA,

Commentarius prævius.

G. H.

ANNO CCCIV. XXIV. FE. S. Sergii veneratio fusior.

1 *Cæſarea metropolis Cappadociæ primo, multorum illustrium Martyrum palæstra fuit: in qua hoc die palmam cœlestis victoriæ promeruisse* S. Sergium, *indicant Martyrologia tam manu exarata quam excuſo, Beda, Usuardi, Adonis, Bellini, Maurolyci, Romanum antiquum Rosweydi, hodiernum Baronii. In hoc ista leguntur*: Cæsareæ in Cappadocia S. Sergii Martyris, cujus tum admirabilis ob Christum dimicatio extitit, tum alia divine facta narrantur. *Eadem describit Canisius in Martyrologio Germanico. Annotat vero Golesnius, scribi ab Martyrologis* ejus præclara acta extare,

C nihil tamen adhuc compertum esse.

2 *Tamajus Salazar eumdem inscripsit Martyrologio Hispanico his verbis*: Cæsareæ Cappadociæ natalis S. Sergii monachi & Martyris, cujus sacra pignora Hispaniam adlata, apud Betulonem Laletaniæ in Cathalonia honorifice delitescunt. *Idem in Notis addit* in difficiloribus

Acta antiqua quæ

iovestigandis Actis se totam operis indaginem accommodasse: *ea autem* Acta ex pervetosto Codice Mſ. Gothico, apud cœnobium Toletanum Montis-Sioo Cistercienſis Ordiois adservaro, exscripta recepisse, opitulante D. Martino de Zelaga Ocariz, tunc apud Toletanos Inquisitore, nunc apud Salmanticenses Scholastico dignissimo. *Hæc ergo Acta a Tomaie edita damus, quamvis ab homine imperito vidcantur conscripta.*

3 *Genus mortis Martyrologio Latino non suggerebant, quod Acto clare docent contigisse* amputato capite, *& confirmant nostram conjecturam, quo* tt. *Jonn. indis avimus hunc Sergium videri, quem Grosi in Menais & apud Cytheraum eo die celebrant, asseruntque* capite plexum vitam finivisse.

4 *Primis Cabilunensis Episcopus in Topographia Sanctorum ante annos* 200. *scripto, de* S. Sergio *Betulone quiescente ista habet*: Betulon ejusdem provinciæ *Tarraconensis Hispaniæ* littoralis civitas prope Barcinonem. Hic Anastasius miles ex Lerida cum sociis septuaginta tribus

An S. Sergius Betulone sepultus, sit cum

Februarii Tom. III.

Martyr. Hic jacet S. Sergius in suo monasterio Martyr. *De* S. Anastasio *ejusque sociis cum Ferrario egimus* 23. *Jann. & una* S. Sergium, *conjunximus, ne videremur separare, quos alii etiam Hispani scriptores conjunxerunt. Ambrosius Morales l.* 10. *Histor. Hisp. cap.* 28. *fol.* 385. *& Domenecus Hist. S. Cataloniæ pag.* 123. *narrata S. Anastasii cade, addunt* ibidem etiam martyrio affectum monachum, Sergium dictum. *Eadem memorantur in Chronico sub nomine Juliani Petri edito*, & S. Anastasius miles in persecutione Decii *statuitur occubuisse, ejusque* martyrium adeo fuisse illustre, ut 5. die Decembris Græci in suis Menologiis hujus fortissimi militis & Martyris meminerint. *Ita illic n.* 86. *An autem, postquam Menologium Græcorum ab Henrico Canisio editum est, aut saltem postquam ex codice mſſ. & Menæis Græcis nomen illius Martyrologio Romano adscriptum est, hæc primo sint composita, alii inquirent. Non meminerunt Græci Decii Imperatoris, non Hispaniæ ullius urbis, imo nec sociorum, qui in Chronico illo n.* 87. *asseruntur* septuaginta, *etiam* socii in difficillima pugna & in corona.

S. Anastasio thiarum ortum?

F

5 *His de S. Anastasio & sociis narratis, n.* 88. *de* S. Sergio *ista adstruuntur*: Betulone in Laletaoia allatum est corpus S. Sergii monachi, pro fide passi in Cæsarea Cappadociæ, cujus dies 24. mensis Febru. celebris habetur. Sunt qui putent hunc Sergium filium fuisse S. Philippi Martyris, qui post administrationem egregiorum magistratuum factus monachus, martyrium post patrem sororemqoe pertulit, & eum eisdem Romæ sepultus, cum eis æternam palmam possidet. Bene dicunt passum fratrem esse Eugeniæ. Quidam vero auctores fallunter, passum Romæ dicentes: sed revera passus est martyrium illustre Cæsareæ Cappadociæ. *Hæc ibi, qua paululum emendando.* Bene, *inquit*, dicunt passum *Sergium* fratrem esse Eugeniæ. *Colitur hac* 25. *Decembr. cujus Acta edidit Lipomanus, & ex ee Surius: in quorum exordio de parentibus ejus, & fratribus ista leguntur*: Commodo post Marcum suum patrem, Romanum tenente Imperium, cum jam septem annos in eo transegisset, quidam Philippus vir illustris Ægypto præficitur: qui simul cum

an frater S. Eugeniæ

AUCT. G. H.

uxore Claudia & filiis mittitur in Ægyptum. Ei erant
A duo quidem filii maſculi Avitus & Sergius, filia autem, nomine quidem Eugenia, animo vero generoſa, ſicut etiam corpore & forma inſignis. *At Philippo Alexandriæ inter oranduin, pro fide Chriſti occiſo* 13. *Sept. quo die Faſtis ſacris adſcriptus eſt, Claudia uxor cum filiis & S. Eugenia Romam reverſa eſt: quando, ut hujus Acta habent*, Senatus Romanorum ejus filios elegit ad inſignes magiſtratus, Abitam quidem Proconſulem Carthaginis, Sergium autem Africæ Vicarium. *Hinc in Chronico Juliani dicitur* poſt adminiſtrationem egregiorum magiſtratuum factus monachus, martyrium poſt patrem ſororemque pertuliſſe. *Verum de ejus monachatu aut martyrio nihil in Actis habent: ut forſan, quia nomen ibi Sergii inventum eſt, illi, qua ad S. Sergium Cappadocem ahnumve monachum ſpectant, ſint leviſſima conjectura adiecta. Nam Commodus Imperium Romanum cepit anno* 180. *occiſus anno* 193. *& S. Sergius martyrium ſubiit an.* 304. *non vere martyrium ejus, multo minus corporis tranſlatio referenda ſuns ad tempora Decii, cum infra in Actis* poſt ſororem, *qua ſub Gallieno paſſa eſt, dicatur* martyrium pertuliſſe. *Verum Chronicon forſan exponendum eſt, quod occaſione martyrii S. Anaſtaſii, quod Betulone peregit, adjuncta ſit*
B *Tranſlatio corporis* S. Sergii *ad eamdem Laletunia urbem Betulonem.*

6 Infra in Actis S. Sergii *hæc de Tranſlatione clauſula legitur:* Poſtmodum currente tempore ſancti monachi
corpus S. Sergii in Hiſpaniam delatum, *lipſana in Hiſpaniam delata ſunt, & apud oppidum Betulonem ſepulta honorifice quieverunt, licet hodie ſitus ſepulchri penitus ignoretur. Qua clauſula majoris apud nos fuiderit eſſet, quam Chronicon Juliani, ſi poſſet non fuerit Actis adiecta. Alegretus in Paradiſo Carmelitice, ſtatu* 2. *ætate* 6. *c.* 151. *ſtatuit* martyrium S. Sergii
an ſub Arcadio & Honorio? ad annum Chr. 400. ſub Imperatoribus Arcadio & Honorio fratribus regnantibus. *Potius conici poſſet tunc contigiſſe corporis tranſlationem; atque eam clauſulam cum ipſis forſan Actis ſcriptam fuiſſe: quo tempore ſanus ſepulchri ignorabatur, quod urbs Betulon ſole æquata & diruta dicatur, & ex ejus ruina* Badolona *conſtructa. Non tamen,*
an ipſi monachus & Carmelita fuerit? *quiſquis is* Sergius *fuerit, Ordinis Carmelitici monachum fuiſſe abſque antiquorum ſcriptorum auctoritate temere dixerim. Forſan monachus ſolum habitus, quod monaſterium* S. Sergii, *ob ejus reliquias illic depoſitas, fuerit appellatum. In antiquis Martyrologiis nullum monachatus ejus reperitur veſtigium. Qui a nobis relatus eſt* 23. *Febr.* Sirenus, *ſive*
C Sinerius, *Sirmii in Pannonia inferiore ſub Maximiano Imperatore paſſus*, monachus *paſſim in Martyrologiis dicitur, ob vitam ſolitariam in prædio quodam ſuo, aut locis deſertis, uſtam, ut ibidem diximus nu.* 1. *Hic in mſ. Floriæ dicitur ab aliis etiam* Sergius *appellari. An ab ille ad hunc Cæſarienſem Sergium nomen monachi ſit tranſlatum, haud ſcimus.*

7 Molanus annotat ad Uſuardum de S. Sergio forte
an de hoc Sergio agat Greg. Turonenſis? agere S. Gregorium Turonenſem de Gloria Martyrum c. 97. *cujus hoc eſt initium:* Sergius quoque Martyr multa ſigna in populis facit, curans infirmitates, ſananſque languores fideliter deprecantium. *Agit idem Turonenſis de* S. Sergio *Martyre l.* 7. *Hiſt. Franc. c.* 31. Narravit, *inquit*, quidam, quod aliquis in partibus Orientis Rex ablato S. Sergii Martyris pollice, in dexteo brachio corporis ſui ſervaſſet *&c. Colunter Nonis Octob.* SS. Sergius & Bacchus, *nobiles Romani, ſub Maximiano Imperatore in provincia, Auguſta Euphrateſia dicta, occiſi. De quo* Sergio *Turonenſem in Hiſt. Franc. agere ſcribit ad eum* 7. *Octob. Baronius. Adjungitur hoc* 24. *Febr.* Sergius *alius* Ss. Herulo, *ſive* Herodio, Lucio, Abſoloni, *paſſis etiam Cæſaræ Cappadociæ, prope que* Sergio *alii* Georgium *aut* Lorgium *ponunt, ut ſupra inter Prætermiſſos monuimus, & plenius diſcemus* 21. *Martii.*

D

VITA

Ex MS. Toletano edita a Joanne Tamajo Salazario.

r ANno *u* vigeſimo Imperii Diocletiani & Maxi- *a*
miani, & Conſulatus eorum *b* II. per univerſum orbem adverſus Chriſtianos impietatis eorum edicta *b*
e tranſmiſſa ſunt: quæ per diverſarum provinciarum *c*
Judices deſtinata, ſub grandi metu capitiſque ſui pericu- *In perſecutione Diocletiani & Maximiani*
lo ſuſceperunt, ut ſi qui cultui Chriſtianæ religionis ſervientes reperirentur, diverſis pœnis & cruciatibus interirent. Quibus neſandiſſimis juſſionibus amanantibus, dum in Orientalibus maxime partibus perſecutionis atrociras immineret, per omnes *d* utriuſque Aſiæ *d*
provincias, quicumque Chriſtiani reperti ſunt variis tormentis gladioque ſunt necati. Eo igitur e tempore, autu *e*
Divino ac providentia factum eſt, ut in *f* Nicomedia *f*
Maximianus, & Mediolani Diocletianus privatam vitam appetentes de Imperio diſceſſiſſent. Quam ob rem
E Dominus ſanctir Eccleſiis vel Chriſtianæ religionis cultoribus requiem modicam præſtitit. Igitur quidam, Sapricius nomine, Melira genitus ab Imperio Romano, *g* *g*
tam Armeniæ quam Cappadociæ Præſidiatus actionem promeruit: quam in utriſque partibus uno tempore miniſtravit. Cumque Præſes idem Sapricius iter dirigens *Sapricio Cæſaræ in Cappadocia ſe in Chriſtianos ſæviente,*
in Armeniam, per Cappadociam tranſitum faceret, in Cæſaream advenit: ubi dum Chriſtianos ſtricte requireret, & repertos a ſuis miniſtris ſibi præſentari præciperet, non defuerunt duo viri Chriſtiano nomini inimici, ac peſtanis idolis ſervientes, qui plurimos Chriſtianos eſſe in eadem civitate dicerent: quos ſibi idem Præſes Sapricius ab Officio juſſit adduci. *h* Dorotheam Virgi- *b*
nem, *i* Barlaam, & alios dira Præſidis ſeritas brevi tem- *i*
pore conſumpſit. Poſtea ſceleratiſſimus Præſes idolorum ſacrificiis deditus, neſandorum Principum Diocletiani & Maximiani per totam Cappadociam juſſione cunctis innotuit: ſuir etiam præceptis conſtruens, ut, ſi in quocumque loco Chriſtiani repeeti fuiſſeur, uſque ad neccm diverſis excogitatiſque ſupplicils toequerentur. Quod dum in Cæſaeca metropolitana civitate Cappadociæ cognitum fieret, & Paganorum Principum juſſiones, vel edicta ſacrilega ſæviſſimi Præſidis publice legerentue, F
& ea cuncti obſervare fortiter urgerentur, runc quidam parvo numero Chriſtiani reperti ſunt, qui tamen juſſionibus eiſdem nec territi ſunt, nec aſſentire propoſitis ſuppliciis voluerunt. Creſcebat autem per dies ſingulos turba fidelium, & multiplicabantur apud Deum coronæ juſtorum.

2 Contigit autem in diebus illis, neſandiſſimo Jovi, quem profanorum idolorum Gentiles putabant eſſe Peincipem, annua ſacrificia fieri in Capitolio, quod baſilicæ Præſidis vicinum erat: ad quod ſceleratorum turbæ cum immundis hoſtiis concurrebant. Alii autem per viam ſaeram, ſecundum eorum morem ſacrilegum, cum albis & laureatis tauris & magna exultatione, ut dæmoniis ipſis ſacrificarent, ad ipſum Capitolium feſtinabant, quamdam execrandam feſtivitatem ſimulacri vaniſſimi celebrarer. Hæc illis gereutibus, monachus quidam, Sergius nomine, Chriſtianæ fidei a ſuis *k* parentibus eruditus, & *k*
Chriſti Domini fidelis ſeevus jam effectus: qui primo per ſecularia *l* miniſteria mundanis Principibus deſervierat; *l*
ſed ſacrilegi ſeculi turbines timens, & humanæ gloriæ *S. Sergius impoſitos ſibi preſbiteratus honores reddit mutat*
auras contemnens, relictis omnibus, & pauperibus diſtribuens, in vaſtum ſeſe receperat montis tugurium, ubi nudus Chriſtum nudum requirebat, & jejuniis, oratione & ciliciis deditus, aſpera veſte coopertus, ſic

Chriſtum

A Chriſtum lucrifacere curabat. Hic Dei nutu in orbem accedens, in turbas ſacrilegorum intercurſus, vanum ſacrificiorum apparatum expectabat, & illa hora, qua ſacerdos ille ſacrilegus idolorum ſuos complices verbis quibuſdam magicis exorabat, Sergius io corde ſuo Deum deprecari cœpit, ut mirabilium ſuorum inſidelibus populis oſtenderet magnitudinem, ita ut ſcelerati ſacerdotis actionem faceret tamquam nihilum evaneſcere. Ita ergo factum, quatenus idolorum miniſter infauſtus nullom deinceps ab idolis reſponſum accipere potuit, propter quod iratus ſacrificia defesens, diverſas mendacii techoas effingere cœpit, quibus deorum ſuorum, propter Chriſtiani nominis permiſſionem, iram exardeſcere propalabat. His fidei zelo ſuccenſus Sergius, in medio omnium caiſtens, voce magna clamavit: Ecquid, ſacrilege ſacrifice, deorum tuorum iram meotiris, quando Dominus meus Jeſus Chriſtus, qui hogoas ſapieorium facit diſertas, propter nominis ſui gloriam aliqoando dæmonum obmuteſcit loquelas. Iseſt, ſcelerate, qui propter mei ſervi ſui orationem, & propter ipſius elemeutiæ dignationem, ora mendacia hujus dæmonis reſeravit. Iſte eſt, ſuperſtitioſe, qui me indignum elegit miniſtum, & ut tuæ & totius hujus populi maniſeſtasem iuvidiæ errorem, & ut meæ omoibus seligionis vetitatem intrepide pateſacerem. *reprehendit ſacrificulum*

B 5 Obſtupuit illico ſacrificus, & in Sergium manus injiciens, omnes, qoos ad ſacrificandum populos congregavesat, convocavit, qui ſanctum monachum comprehenderunt, & male diſtractum coram Præſide detulerunt. Qui omoia a flaminibus acta pernoſcens, ad Sergium reverſus, diait: Quis tu, qui deos noſtros, dæmones dicis, & Auguſtos noſtros dæmonum cultores affimas? Cui Sergius: Ego ſum ſervus Domini mei Jeſu Chriſti, eujus virtute & idola tua tamqoam nihilum ante me, & ſimulacra Auguſtorum mentita, ora licet habentia, non loquentur. Præſes reſpondit: Omnes Chriſtiani iſtis magicis artibus gloriamini, ſed numquam a morte vos liberat Deus veſter. Reſpondit Martyr: Statutum eſt hominibus ſemel mori. Væ vobis, qoi hac temporali vita privati, æternam, ſi Chriſto Deo meo non creditis, mortem accipietis. Nos temporalem, propter decretum habemus, ſed poſtea vitã nobis remanet glorioſa. Subſiſt Sspricius, & poſtmodum diait: Procul dubio judicio privatus inſanis. Propter deos omnes, ſi non ſacrificaveris, non elongabo a te capitalem ſententiam ſubire, ſed mox te faciam gladio vita privari, ut illam a te mautitam *a Præſide examinatus, intrepide mortem contemnit.*

glorioſam experiaris. Cui reſpondens Sergius, dixit: Ego gratias ago Domino meo Jeſu Chriſto, qui me peccatorem de multis ſordibus & poteſtate dæmooum liberare dignatus eſt, ut amplius non errem: & ideo, quæcumque voloeris a me ſupplicia inferre, paratus ſum, quia idolis noa ſacrificabo. Tunc protulit io eum ſententiam dicens: Sergium dis inobedientem, Dominoſq; Auguſtos ooſtros blaſpoemantem, gladio pereuti decrevimus, atque omues faculcates ejus publicis titulis præſignari. Quibus prolatis, ſatellites Sergium arripiunt, & amputato capite, cospus inihi reliquerunt, quod nocte chriſtiani colligeotes, in domo honeſtæ matronæ ſepelicrunt. Paſſus eſt autem 6. Kalend. Martias. AUCT. ANON. D *capitis plectitur.*

4 Poſtmodum curreoie tempore ſancti monachi liſpania io Hiſpaniam delata ſunt, & apud oppidum Betulonem ſepulta honorifice quieveruot, licet hodie ſitus ſepulchri penitus ignoretur. *Corpus in Hiſpaniam defertur.*

a *Ann. 20. Dioclet. cadit in ann. Chr. partim 303. partim 304. eſtque ea Æra Dioclet. qua poſtea, abolito impii perſecutoris nomine, Æra Martyrum dicta eſt. Incepit ea anno Chr. 284. die 29. Aug.*

b *Aberrat auctor: erant eo quoque anno 303. Dioclet. 8. & Maximianus 7. Conſules, eſt anno 304. Dioclet. 9. & Maximianus 8. Conſules.*

c *Imo a Paſchate an. 302. edicta promulgata fuiſſe ſupra ex Euſeb. diximus.*

d *Quanam duplex aut utraque Aſia ab antiquis indicata?*

e *Kalend. April. anni 304.*

f *Imo contra Mediolani Maximianum & Dioclet. Nicomediæ purpuram poſuiſſe ſcribunt Idatius & alij.*

g *In Actis quartis S. Blaſii, 3. Febr. pag. 349. ex ms. cod. Card. Baron. editis, dicuntur n. 2. Lyſias & Agricolaus tam Armeniæ quam Cappadociæ præſidentes gubernaſſe, idque poſtquam Diocletianus Nicomediæ, Maximianus autem Mediolani purpuram depoſuerunt: ait ibidem num. 1. legitur, ubi ita Commentarius pravio eſtendimus num. 6 eumdem Agricolaum iſthic præfuiſſe etiam imperatoribus Dioclet. & Maximiano, uti deinde ſuo Luciano, & urbem Sebaſtiam, in qua S. Blaſius paſſus eſt, ab pleriſque Armeniæ minori, a nonnullis Cappadociæ attribui, ac proinde dici Agricolaum præfuiſſe eam Armeniæ quam Cappadociæ, quod Sapricio non videatur convenire, qui ſolii Cappadociæ potius præfuit.*

h *S. Dorotheæ Aſia dedimus 6. Febr. qua eam ſub Sapricio vofervant paſſam.*

i *Colitur S. Barlaam Martyr 19. Novembr. de quo exoet forma S. Baſil. aliiſque S. Chryſoſt. hunc Fronto Ducaus Latine a ſe reditum edidit tomo 3. Operum.*

k *S. Philippum Martyrem patrem oppoais Tamejus Salez. de eo & Claudia uxore & S. Eugenia filia ſupra actum.*

l *In Chron. Juliani Pœri dicitur adminiſtratio egregiosum Magiſtratuum, in vita S. Eugeniæ vicariatus Africæ, ſed de eodem Sergio ne agatur, tempora non permittunt.*

C

DE S. MODESTO

EPISCOPO TREVIRENSI IN BELGICA I.

Commentarius hiſtoricus.

G. H.

CIRCA ANNUM CCCC. LXXX. XXIV. FEB. *S. Modeſti cultus ſocor in Martyrol.*

1 *INter quamplurimos ſanctos Eccleſiæ Trevirenſis Epiſcopos floruit ſeculo Chriſti quinto* S. Modeſtus, *cujus ſolennis memoria celebratur 24. Febr. in variis mſſ. martyrolog. Trevirenſi S. Paulini, Ultrajectino Clericor. S. Eluron. Leidenſi ſanctimonialium s. Cæcilia, Lovanienſi Societatis Jeſu, aliiſque Uſuardi codicibus adjuſum Eccleſiarum Belgicarum auctis: item in mſ. Florario Sanctor. Manrol. Felicio, Ghinio, Molano in auctario Uſuardi: in quibus, & martyrol. quoque Rom. hac fere eadem verba legantur:* Treviris S. Modeſti Epiſcopi & Confeſſoris. *Eadem pauci additis habentur in martyrologio Colonia an. 1490. excuſo, & apud Grevenum in auctario Uſuardi, & Canifium in martyrologio Germanico:* Trevisis, *inquiunt*, in eccleſia S. Eucharii depoſitio S. Modeſti, ejuſdem loci Epiſcopi & confeſſoris. *Mſ. Bruxellenſe s. Gudila, & aliud recens Carthuſia Bruxellenſis:* Treviris S. Modeſti Epiſcopi & confeſſoris, qoi poſt Milerum eum multo fructu ibi Eccleſiam regit. *Longiori enim elogio celebrat Sanſajus in Gallic. martyrologio:* Ipſo die, *inquit*, Treviris S. Modeſti Epiſcopi & confeſſoris glotioſi, qoi tempore Gelaſii Papæ hanc Eccleſiam gubernans, magnis ſanctitatis & ſapientiæ ſolgoshus eam dem irradiavit: divites enim in officio pietatis contiuuit, pauperes re non minus quam coofilio aodivit, aberrantes in viam revocavit, omnes denique ad ſancte agendi ſtudium ſalutaribus documentis & virtutum ſuarum admirabilium exemplis inflammavit, hiſque locupletatus gratiæ dirinæ fœnorihus evocatus eſt ad præmium: *Hac Sanſajus. Officium Eccleſiaſticum ſic Treviris hoc die de s. Mathia Apoſtolo cum commemoratione*

AUCT. G. H. A tione S. Modeſti Epiſcopi, qui pridie ſen 23. Febr. refertur in martyrol. Wiſordi.

& offita Eccleſiaſtica anno mortis a. 499. 2 Quibus Epiſcopus ſederit annis aut quando vita functus ſit, non ſatis liquet. In mſ. Florar. aſſignatur annus mortis quadringenteſimus nonageſimus nonus. Et Geſtalius quidem, cujus tempore Epiſcopum fuiſſe ſtatuit Sauſſ. conſcendit Cathedram an. 492. moritur an. 496. At Crateplius in catal. Epiſcopor. de eo iſtu tradit: S. Modeſtus mundi gandia, ejuſque noxia blandimenta caduca neglexit, moetuus eſt anno 486. Chriſtophorus Brouver. l. 5. Annal. Trevirenſ. narrata ſeheitate Childerici Regis Francor. in Gallia ditionibus ſubjugandis, hac pauca de iſtius temporis Epiſcopis Trevirenſ. pag. 356. annotat: Miletus pee id tempus Treviris natuæ conceſſerat, vita innocentee acta in Divorum faſtis ad undevigeſimum Septembtis diem venerandus. Suſcepit gregem inde Teevietcum Modeſtus Epiſcopus, qui item ob vietutis abſolutæ pulcheitudinem, Divi dignatione cohnneſtatns fextum Kalendarum Maet. habet tn feetis. Ejus ſacri memoriam ceſpitis ſervat B. Mathiæ cœtus. Porro hinc Eccleſiæ Treveticæ præfectus Antiſtes Maximiauus, qui annum circiter quadringenteſimum octogeſimum attigit: neque inteem ullis ad memoetam claris actionibus hi omnes Epiſcopi, quos diximus, innotuere: nt fatiget animum ſucceſſiones has nectere tam ceebras, & rerum etiam, quod caput eſt, tnanes.

an. 480 B

3 Hac Brouver. Regnavit Childericus ab an. 455. ad ad 479. que illi ſucceſſit Chlodoveus filius, anne dein 494. fidem Chriſti amplexus. Hinc colligimus difficillimis temporibus præfuiſſe Eccleſiæ Trevirenſi S. Modeſtum, dum ſcilicet iterata aut forſan tertia vice urbs illa a Francis, gentilitia adhuc deorum falſorum ſuperſtitione irretitis, tempore Childerici Regis capta eſt & vaſtata: quam cladem memorant Hincmarus in Vita S. Remigii, Sigebertus in chron. Geſta Regum Franeor. c. 8. At Trevicorum civitatem jam pridem ante a Francis direptam incenſamque ſecunda irruptione fuiſſe ex Frigeridis tradit Gregor. Turonenſis l. 2. Hiſt. Franc. c. 9. A Chunis etiam tempore Merovei Regis Francor. ac patris dicti Childerici Trevires deſtructos fuiſſe in iiſdem Geſtis Regum Francor. c. 5. legimus. Vixit eodem fec 5. Silvanus Epiſcopus Maſſilienſis ſed S. Modeſto aliquanto ſenior, qui lib. 6. de Gubernatione Dei

Urbs Trevi ſ. ſtepte & incenſa. quater eradit expugnatos Treviros, & interim eos corruptiſſimis moribus fuiſſe affirmat, teſtis oculatus: Vidi ſiquidem ego ipſe, inquit, Treviros domi nobiles, dignitate ſublimes, licet jam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen e verſos rebus fuiſſe, quam moribus.... Lugubre eſt referre quæ vidimus, ſenes, honoratos, decrepitos, Cheiſtianos, imminente admodum jam excidio civitatis, gulæ ac laſciviæ ſervientes. Ac ſimilibus relatis finis his verbis: Ad hoc quotidie malorum pullulantium multiplicatione perventum eſt, ut facilius eſſet urbem illam ſine habtatore, quam ullum pene habitatorem ſine cemine eſſe. Inter illos igitur eorumq; ſihos ac poſteros vigilantis & fidelis Paſtoris partes proculdubio egit S. Modeſtus, gregem ſibi commiſſum conatus verus fidei virtutumq; documentis inſtruere, atque ad tutiſſimum æterna ſalutis ovile deducere. D

turpia vitia dedit

vigilantia S. Modeſti,

4 Depoſitum corpus in eccleſia S. Eucharii ſupra ex martyrol. diximus. Eſt an eccleſia poſtea S. Mathiæ dicata, ob ejuſdem Apoſtoli corpus illic aſervatum, ut jam hoc die retulimus. Hinc & Brouver. ſupra cit. ait, ejus ſacri memoeiam ceſpitis ſeevare B. Mathiæ cœtum, ideſt monachos Benedictinos Buriſeldenſis congregationis, in hoc S. Mathiæ extra muros urbis I revireuſis monaſterio, quod Jo. Schecmanuus in Epitome ſeu Medulla Geſtor. Trevirenſium a Jo. Enen colleſtorum libello 3. deſcribu, ac tit. 2. tradit ibidem requieſcere hos ſanctos Teevirorum Peæſules, Celſum, Cyrillum, Modeſtum: & tit. 3. inter alias reliquias in ſeptimana ſanſta ante Paſcha, & in Vigilia Penteceſtes oſtendantur, numeratur caput S. Modeſti Epiſc. Trevirorum. In catal. item Reliquiarum monaſterii S. Mathiæ an. 1515. aveenſo, dicuntur decimo loco oſtendi capita SS. Celſi & Modeſti Teevirenſium Epiſcoporum: tum caput Severæ Virg. & Abbatiſſæ ſororis S. Modoaldi Epiſc. Trevirenſis, ac materteræ S. Gertrudæ Virg. Colnntur S. Severa 20. Julii, S. Cyrillus 19. Maii, & 23. Febr. S. Celſus ubi hiſtor. Inventionis ejus dedimus. Aliquas ejuſdem S. Modeſti & aliorum Sanctor. reliqu. jam olim in altari majori eccleſia S. Mathiæ ſumma cum veneratione aſervatas fuiſſe legitur c. 4. Hiſtoria 2. translationis & Inventionis reliquiarum S. Mathiæ ſupra pag. 453. Aliquas S. Modeſti Epiſcopi reliquias eſſe Bononiæ in templo S. Lucia, quod nunc ad Patres Societ. Jeſu ſpectat, eraditur ad hunc diem in Bononia perlegrata Maſſus. E

corpus ejus in templo S. Mathiæ,

caput publice oſtendi ſolitum,

reliquiæ in altari,

alia Bononiæ.

DE S. PRÆTEXTATO
EPSICOPO ROTOMAGENSI MARTYRE,

G. H. C F

Commentarius prævius.

AN. D. LXXXVI. XXIV. FE. 1 Floruit ſec. Chr. 6. S. Prætextatus Eccleſia Rotomagenſis in Gallia Epiſcopus: deceſſorem habuit S. Flavium ad 23. diem Auguſti ſacris Faſtis inſcriptum, qui Concilio IV. Aurelianenſi interfuit circa ann. 541. forſan vita functus an. 547. quando ſub die 5. Kalendar. Novembr. habitum eſt Concilium Aurelianenſe V. cui nullus ſubſcripſit Epiſcopus Rotomagenſis, nec Presbyter aliquis vel Diaconus: ſive Archidiaconus, vel Abbas ab eo directus: uti conſtat ex ſubſcriptionibus longaſerie a Sirmondo ex codicibus mſſ. Corbejenſi & Lugdunenſi relatis. Subſcripſit Optatus Abbas directus a Prætextato Epiſcopo Eccleſiæ Cabellicæ, olim in Provincia Viennenſi, nunc ſub Archiepiſcopo Avenionenſi: qui Prætextatus etiam ſubſcripſit Concilio Pariſienſi II. Verum poſtea Pariſienſi III. interfuit S. Prætextatus Eccleſiæ Rotomageſis Epiſcopus, qui a Baron. in Notis ad martyrol. Roman. & in Annalib. ad ann. 552. n. 27. uti a Demochare, Chenu, Claudio Roberto in catalogis Archiepiſcoporum Rotomagenſium, & in Conciliis a Binio & Surio collectis adſcribitur concilio Aurelianenſi V. ſed alter ſubſtituendus eſt Prætextatus. At quo anno habitum ſit concilium Pariſienſe III. cui Rotomagenſis Prætextatus adfuit, aſſerit Sirmondus non liquere. Retulit ipſe circa ann. 557. alii ad annum 559. Interfuit dein S. Prætextatus Turonenſi II. anno 6. regni Chaiberti, Chriſti 566. cui hac formula ſubſcripſit: Prætextatus, etſi peccatoe, in Chriſtu nomine Epiſcopus Eceleſiæ Rotomagenſis, hunc conſeuſum noſtrum ſecundum Pateum ſtatuta eelegi, cooſenſi & ſubſcripſi, ſub 15. Kal. Decembris, Turonus. At ſua & aliorum Epiſcoporum, fere omnium qui dicta Concilio ſubſcripſerunt, decreto confirmavit congregationem a S. Radegunde apud Pictavos inſtitutam, uti ipſa petierat Regina, ſcriptis pro ejus ſtabilitate & tutela litteris, quas curarat concilio Turonenſi confirmandas offerri. De quibus conſule Gregorium Turonenſem lib. 9. Hiſtor. Franc. cap. 39. & 42. & alia concilia Turonenſia.

Subſcribit Concil. Pariſienſi 3.

& Turonenſi 2. anni 566.

Acta ejus deſunt in Greg. Turonenſi.

2 Quæ deinceps a S. Prætextato geſta extant, accurate referuntur a Gregorio Turon. qui coram adfuit, & præ reliqnis

A *reliquis Epiſcopis tutelam patrociniumq; ejus ſuſcepit. Hujus arge verbis Acta S. Prætextati damus, ſuniq; ea potiſſimum, qua ad ejus exilium & necem ſpectant. Priorem partem de exilio ejus & reſtitutione ſcripſit Aimoinus l. 3. hiſt. Franc. c. 25. 26. & 64. Paucula etiam attigit Fredegar. in Hiſt. Epitomata c. 78. Videri etiam poſſunt Paulus Æmilius, Robertus Gaguinus & alii rerum Francicarum recentiores ſcriptores: uti & Baron. in annalib.*

colitur ſanctus 24. Febr. 3 *Inſcriptus eſt S. Prætextatus tabulis Martyrol. Rom. die 24. Febr. iſtis verbis:* Rotomagi paſſio S. Prætextati Epiſc. & Martyris. *Quæ fere eadem leguntur apud Galeſinium, Camiſium, & Molanum in priori editione Uſuardi a ſe auctâ. Plura addidere Ghinius in Natalib. Sanctorum Canonicorum & Sauſajus in Martyrol. Gallicano, cujus* *elogium ex Sauſajo,* *hæc ſunt verba:* Rotomagi S. Prætextati Epiſc. illius ejus vitatis & Martyris, qui doctrina & pietate clarus, cum commiſſam Eccleſiam ad divinum beneplacitum adminiſtraret, falſis criminibus impetitur, Sede ſua dejectus, & in exilium apud Brencium Conſtantienſis tractus inſulam ablegatus, hanc ærumnam maximam Chriſtianæ patientiæ tolerantia pertulit: donec agnita ejus innocentia, honorifice pia Guntheramni Regis opera, adeoque ex Epiſcoporum Lutetiæ conſidentium ſententia reſtitutus eſt. Quam juſtam redintegrationem cum Fredegundis Regina, quæ odio gratis virum Dei habebat, infeſto animo ferret: cum Melantio, quem in ejus locum intruſerat, necem ejus machinata, affecit, ut ipſo die ſacratiſſimo Paſchæ, dum pius Antiſtes ante altare preces fundens ſeſe ecclebrandis divinis myſteriis præpararet, a nefario ſicario pugione ſub axilla confoderetur. Ex quo lethali ictu erumpente cruore, agnus manſuetus, fontis vitæ ſitientiſſimus, propius ad eram acceſſit, divinaq; humiliter ſuſcepit ſacramenta. Factusque gitur ætæ & menſæ Dominicæ ex voto particeps, divinæ victimæ carne confortatus, calicisque ſalutaris fluentis inebriatus, ſopore beato obdormitus, ad montis cœleſtis adytum, & divini tabernaculi, quæ innocentibus & mundo corde hominibus præparavit Divina majeſtas, ſempiterna gaudia emigravit. *Hæc Sauſajus, multa pie interpretatus, quæ apud Gregorium non legantur.*

occiditur an. 586. 4 *Interemptus eſt S. Prætextatus anno Gunthramni* 25. *Childeberti* 22. *Chriſti* 586. *die* 24. *Aprilis, in quem tum incidit Paſcha, cyclo Luna* 17. *Salis* 7. *littera Dominicali F. Baronius velata ejus nece ad annum* 589. *hoc cum elogio exornat:* Quo pariter anno nocta *laudatur a Wandelo.* eſt Gallia novo Martyre, nempe Prætextato Epiſcopo Rotomageſi, qui diu multumque, odio perfidæ Fredegundis, exilio fatigatus & afflictatus, nihil remittens ſacerdotalis conſtantiæ in redarguendo perperam facta Principum, potiſſimum vero Fredegundem ipſam, quam alteram Jezabelem his temporibus Gallia paſſa eſt, ab eadem immiſſo tandem ſicario, in eccleſia ipſa ferro percutitur, ac paullo poſt ſpiritum Deo reddidit. Ita plane ſecundum S. Ambroſii ſententiam utitur Principes odio Epiſcopos perſequuntur, quam illecebris blanditur. Ad coronam enim ſuorum Sacerdotum permittit Deus ſceleſtos Principes inſanire ſurereque adverſus eos: quo quid in eis intus virtutis lateat, foris appareat, & qui in vaſis fictilibus theſauros occultabatur, in multorum utilitatem effundatur, & lumen, quod reconditur in lagenis militum Gedeonis, iiſdem perfractis, foris appareat, quo ſancta Dei illuſtretur Eccleſia. Hæc *Baronius. Hunc ſecutus &c.* Vide Append. pag. 759. col. 2.

D

ACTA EXILII ET MARTYRII

Ex hiſtoria Franc. S. Gregorii Turonen.

CAPUT I.

Calumnia in S. Prætextatum: ejus exilium.

1 INterempto *a* Sigeberto Rege, *b* Chilpericus Rex Pariſius venit, adprehenſamque e Brunichildem Reginam apud Rotomagenſem civitatem in exilium truſit, theſaroſque ejus, quos Pariſius deruerat, abſtulit: filium ſuum Meroveum cum exercitu *d* Pictavos dirigit. At ille relicta ordinatione patris Turonos venit, & dies ſanctos Paſchæ tenuit; multum enim regionem illam exercitus ejus vaſtavit. Ipſe vero ſimulans ad matrem ſuam ire velle, Rotomagum petit, & ibi Brunichildi Regioæ conjungitur: eam quoque ſibi in matrimonio ſociavit.

a b lib. 5. cap. 1 *c* cap. 2. *d* *Maximo ala inito inter Meroveum filium Chilperici Regis & Brunichildem.* cap. 19.

2 Audiens Chilpericus, quod Prætextatus Rotomagenſis Epiſcopus contra utilitatem ſuam populis munera daret: eum ad ſe accerſiri præcepit. Quo diſcuſſo, reperit cum eodem res Brunichildis Reginæ commendatas: ipſiſque ablatis, eum in exilium uſque ad ſacerdotalem audientiam retineri præcepit. e Conjuncto Concilio, exhibitus eſt. Erant autem Epiſcopi, qui advenerant, apud Pariſius in baſilica S. Petri Apoſtoli. Cui Rex ait: Quid tibi viſum eſt, o Epiſcope, ut inimicum meum Meroveum, qui filios eſſe debuerat, cum amita ſua, id eſt patrui ſui uxore, conjungeres? An ignarus eras, quæ pro hac cauſſa Canonum ſtatuta ſanxiſſent? Etiam non hic ſolum excelliſſe probaris, ſed etiam cum illo egiſti, datis moneribus, ut ego interficerer. Hoſtem autem filium patri feciſti; ſeduxiſti pecuniæ plebem, ut ſibi mecum fidem habitam cuſtodiret: voluiſtique regnum meum in manu alterius tradere. Hæc au dicente, infremuit multitudo Francorum, voluitque oſtia baſilicæ rumpere, quaſi ut extractum Sacerdotem lapidibus urgeret. Sed Rex prohibuit fieri. Cumque Prætextatus Epiſcopus ea, quæ Res dixerat, facta negaret; adveneruntſalſi teſtes, qui oſtendebant ſpectes aliquas dicentes: Hæc & hæc nobis dediſti, ut Meroveo fidem promittere deberemus: Ad hæc ille dicebat: Verum enim dicitis, vos a me ſæpius muneratos; ſed ono hæc cauſſa extitit, ut Rex ejiceretur a regno. Nam & cum vos mihi & equos optimos & res alias præberem; numquid poteram aliud facere, niſi & ego vos ſimili ſorta remunerarem?

e Chilperico S. Prætextatus in exilio detinendus, eoſque juſſus. *a* *Io Synodo reliquos ſuffragantes,* *ad falſa teſtes.*

3 Recedente vero Rege ad metatum ſuum, nos collecti in unum ſedebamus io ſecretario baſilicæ B. Petri: conſabulantibuſque nobis, ſubito advenit Actius Archidiaconus Pariſiacæ Eccleſiæ; ſalutatiſque nobis, ait: Audite me, o Sacerdotes Domini, qui in unum collecti eſtis: aut enim hoc tempore exaltabitis nomen veſtrum: & bonæ famæ gratia reſulgebitis; aut certe nullus vos amodo pro Dei Sacerdotibus eſt habiturus, ſi perſonas veſtras ſagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo dicente, nullus Sacerdotum ei quidquam reſpondit: timebant enim *f* Reginæ furorem, cujus inſtinctu hæc agebantur. Quibus intentis, & ora digito comprimentibus, ego ait: Attenti eſtote, quæſo, ſermonibus meis, o ſanctiſſimi Sacerdotes Dei, & præſertim vos qui familiariores eſſe Regi videmini. Adhibete ei conſilium ſanctum atque ſacerdotale, ne exardeſcens io miniſtrum Dei, pereat ab ira ejus, & regnum perdat, & gloriam. Hæc me dicente, ſilebant omnes; illis vero ſileotibus adjecit:

defenditur ab Actio Archidiac. Pariſien. *f* *& S. Greg. Epiſc. Turon.*

Memen-

EX HIST. GREG. TURON.

Mementote, Domini mei Sacerdotes, verbi prophetici, quod ait: Si viderit ſpeculator iniquitatem hominis, & A non diaarit, reus erit animæ perceuntis. Ergo nolita ſilere, ſed prædicate & ponite ante oculos Regis peccata ejus, ne forta aliquid mali contingat, & vos rei ſitis pro anima ejus. Au ignoratis quid * novo geſtum ſit tempore, quomodo apprehenſum *g* Sigimundum Chlodomeris reſtruſit in carcerem, diaitque ei *h* Avitus Dei Sacerdos; Ne injicias manum in eum, & cum Burgundiam petieris, victoriam obtinebis? Ille vero annuens, quæ ei a Sacerdote dicta fuerant, abiit, ipſumque cum uxore & filiis incteremit: petitque Burgundiam, ibique oppreſſus ab exercitu, interemptus eſt. Quid *i* Maximus Imperator? nonne cum B. Martinum compuliſſet communicare euidam homicidæ Epiſcopo, & ille, quid facilius morti addictos liberaret, Regi impio conſenſiſſet, proſequante Regis æterni judicio, ab imperio depulſus Maximus, morte peſſima condemnatus eſt?

Exech. 33. 6.

* al. noſtro.

g

h

qui dum animas Epiſcopes, ut peccata Regis eadem arguere, ſ

4 Hæc me dicente, non reſpondit ullus quidquam; ſed eraut omnes intenti & ſtupentes. Duo tantum adulatores ea ipſis (quod de Epiſcopis dici dolendum eſt) nuntiaverunt Regi, dicentes, quia nullum majorem inimicum in ſuis cauſſis, quam me haberet. Illico unus ea aulicis curſu rapido ad me repræſentandum dirigitur. Cumque venilem, ſtabat Rea juxta tabernaculum ea ramis factum, & ad deateram ejus *k* Berthramnus Epiſc. ad lævam vero *l* Ragnemodus ſtabat: & erat ante eos ſcamnum pane deſuper plenum, cum diverſis ferculis. Viſoque me, Rea ait: O Epiſcope, juſtitiam cunctis largiri debes, & ecca ego juſtitiam a te non accipio: ſed, ut video, conſentis iniquitati, & impleetur in te proverbium illud, quod corvus oculum corvi non eruet. Ad hęc ego: Si quis da nobis, o Rea, juſtitiæ tramitem tranſcendere voluerit, a te corrigi poteſt; ſi vero tu excelleris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi voluaris, audis: ſi autem noluerit, quis te condemnabit, niſi is qui ſe pronuntiavit eſſe juſtitiam? Ad hæc ille, ut erat ab adulatoribus contra me accenſus, ait: Cum omnibus anim inveni juſtitiam, & tecum invenire non poſſum. Sed ſcio quid faciam, ut noteris in populis, & injuſtum te eſſe omnibus perpateſcat. Convocabo enim populum Turonicum, & dicam eis: Vociferamini contra Gregorium, quod ſit injuſtus, & nulli hominum juſtitiam præſtet. Illis quoque hæc clamantibus reſpondebo: Ego, qui Rea ſum, juſtitiam cum eodem invenire non poſſum; & vos qui minores eſtis, invenietis? Ad hæc ego: Quod ſim injuſtus, tu neſcis. Quod vero falſo clamore populus te inſulcante vociferatur, nihil eſt, quod ſciunt omnes a te hæc emiſſa. Ideoque non ego, ſed to potius in declamatione notaberis. Sed quid plura? Habes legem & canones: hæc te diligenter rimari oportet, & tunc quæ præcepernt, ſi non obſervaveris, noveris tibi Dei judicium imminere.

ad Regem vocatus;

B

k

l

ut ſolet fatuo ſolgus;

C

interepido ſe defendit

5 At ille, quaſi ma demulcens (quod doloſe faciens, putabat me non intelligere) converſus ad *m* juſcellum quod coram eo erat poſitum, ait: Propter ea hæc juſcella paravi, in quibus nihil aliud præter volatilia, & parumpet citeris continetur. Ad hæc ego, cognoſcens adulationes ejus, dixi: Noſter cibus eſſe debet, facere voluntatem Dei, & non his delicitis delectari: ut ea quæ præcepit nullo caſu prætermittamus. Tu vero, qui alios de juſtitia culpas, pollicere prius, quod legem & canones non omittas; & tunc credimus quod juſtitiam proſequaris. Ille vero porrecta dcatera, juravit per omnipotentem Deum, quod ea, quæ lea & canones edocebant, nullo prætermitteret pacto. Poſt hæc accepto pane, hauſto etiam vino, diſceſſi. Ea vero nocte, decantatis nocturnalibus hymnis, oſtium manſionis noſtræ gravibus audio cogi verberibus, miſſoque puero, numios Fredegondis Reginæ adſtare cognoſco: quibus introductis, ſalutationem Reginæ ſuſcipio. Deinde precantur pueri, ut in ejus cauſſis contrarius non exiſtam, ſimulque ducentas argenti promittunt libras, ſi Præteatatus me impugnante opprimeretur. Dicebant enim: Jam omnium Epiſcoporum promiſſionem habemus, tantum eu adverſus non incedas. Quibus ego: Si mihi milla libras auri argentique donetis, numquid aliud facere poſſum, niſi quod Dominus agi præcipit? Unum tamen pollicor, quod ea, quæ ceteri ſecundum canonum ſtatuta conſenſerint, ſequar. At illi non intelligentes quæ dicebam, gratias agentes diſceſſerunt. Mane autem facto, aliqui de Epiſcopis ad me venerunt, ſimile mandatum ferantes: quibus ego ſimilia reſpondi.

non ello regio terſore ſi

m

6 Convenientibus autem nobis in baſilica S. Petri, mane Rea adfuit, diaitque: Epiſcopus enim in furtis deprehenſus ab Epiſcopali officio, ut avellatur, Canonum auctoritas ſanxit. Nobis quoque reſpondentibus, Quis ille Sacerdos, cui furti crimen inrogaretur; reſpondit Rea: Vidiſtis enim ſpecies, quas nobis furto abſtulit. Oſtenderat enim nobis ante diem tertium Rea duo volucra, ſpeciebus & diverſis ornamentis referta: quæ appretiabantur amplius quam tria millia ſolidorum: ſed & ſacculum cum numiſmatis auri pondere tenentem quaſi millia duo. Hæc enim dicebat Rea ſibi ab Epiſcopo ſuiſſe furata. Qui reſpondit: Recolere vos credo, diſcedente a Rotomagenſi urbe Brunichilde Regina, quod venerim ad vos, diaique vobis, quia res ejus, id eſt, quinqua ſarcinas commendatas haberem: & frequentius advenire pueros ejus ad me, ut ea redderem, & nolui ſine conſilio vettro. Tu autem diaiſti mihi, o Rea: Ejice hæc a te, & revertantur ad mulierem res ejus: ne inimicitia inter me & Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reverſus ergo ad uruem, unum volucrum tradidi pueris, non enim valebant amplius ferra. Reverſi iterum, requirebant alia. Iterum conſului magnificentiam veſtram. Tu autem præcepiſti dicens: Ejice, ejice hæc a te, o Sacardos, ne faciat ſcaodalum hæc cauſſa. Iterum tradidi eis duo ea bis: duo autem alia remanſerunt mecum. Tu autem, quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cum hæc cauſſa non ad furtum, ſed ad cuſtodiam debeat deputari? Ad hæc Rea: Si hoc depoſitum penes te habebatur ad cuſtodiendum, cur ſolviſti unum ea his, & hmbum aureis conteatum filis in partes diſſecaſti, & dediſti per viros, qui me a regno dejcerent? Præteatatus Epiſc. reſpondit: Jam diai tibi ſuperius, quia munera eorum accaperam. Ideoque cum non haberem de præſenti quod darem, hinc præſumpſi, & eis viciſſitudinem munarum tribui. Proprium mihi aſſe videbatur, quod filio meo meroveo erat, quem de lavacro regenerationis eacepi.

S. Prætextatus ſe ram Epiſcopis furti a Rege accuſatus,

D

E

ſe defendit

F

7 Videns autem Rea Chilpericus, quod eum his calumuis ſuperare nequiret, attonitus valde ac conſcientia confuſus, diſceſſit a nobis: vocavitque quoſdam de adulatoribus ſuis, & ait: Victum me verbis Epiſcopi fateor, & vera eſſe, quæ dicit ſcio. Quid unc faciam, ut Reginæ da eo voluotas adimpleatur? Et ait: Ite, & accedentes ad eum dicite, quaſi conſilium ex vobiſmetipſis dantes: Noſti quod ſit Rea Chilpericos pius atque compunctus, & cito flectatur ad miſericordiam. Humiliare ſub eo, & dicito, ab eo objecta a te perpetrata fuiſſe. Tunc nos proſtrati omnes coram pedibus ejus, dari tibi veniam impetramus. His ſeductus Præteatatus Epiſc. pollicitus eſt ſe ita facturum. Mane autem facto, conveoimus ad conſuetum locum; advenienſque; & Rea, ait ad Epiſcopum: Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur ſacramenta poſtulaſti, ut ſidem meroveo ſervarent? Reſpondit Epiſc. Petis, fateor, amicitias eorum haberi cum eo: & non ſolum hominem, ſed ſi fas fuiſſet, Angelum de cœlu evocaſſem, qui eſſet adjutor ei. Filius enim mihi erat (ut ſæpe dixi) ſpiritalis ea lavacro. Cumque hæc alter-

eous ſi eos da a Rege emeyitare,

innocentem ſe dixit, quem ea, quæ non fecerat, fatetur;

nil parentis a Regina Fredegde obſeſſa compellitur;

A altercatio altius tolleretur, Prætextatus Epiſc. proſtratus ſolo ait. Peccavi in cœlum & coram te, o Rex miſeritordiſſime. Ego ſum homicida neſandus, ego te interfi-cere volui, & filium tuum in ſolio tuo erigere. Hæc eo dicente, proſternitur Rex coram pedibus Sacerdotum, dicens: Audite, o piiſſimi Sacerdotes, reum crimeu execrabilem confitentem. Cumque nos flentes, Regem elevaſſemus a ſolo, juſſit eum a baſilica egredi. Ipſe vero ad metatum diſceſſit, tranſmittens librum Canonum, in quo erat quaternio novus adnexus, habens canones quaſi Apoſtolicos continentes hæc: Epiſcopus in homicidio, adulterio, & perjurio deprehenſus, a ſacerdotio divellatur. His ita lectis, cum Prætextatus ſtaret, ſtupens Beſchramnus Epiſc. ait: Audi o frater & Coepiſcope, quia Regis gratiam non habes, ideoq; nec noſtra caritate oti poteris, priuſquam Regis indulgentiam mereaeris. His ita geſtis, petiit Rex, ut aut tunica ejus ſeinderetur aut centeſimus octavus Pſalm. qui maledictiones *o* Scharioticas continet, ſuper eſput ejus recitaretur, aut certe judicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum commuoicaret. Quibus conditionibus ego reſtici, juxta promiſſum Regis, ut nihil extra canones, gereretur. Tunc Prætextatus Epiſc. a noſtris oculis raptus, in cuſtodiam poſitus eſt. De qua, cum fugeret nocte, graviſſime cæſus, in *p* inſulam maris, quod adjacet civitati Conſtantiæ, in exilio eſt detruſus.

o Scharioticas continet, ſuper eſput ejus recitaretur, aut certe judicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum commuoicaret. Quibus conditionibus ego reſtici, juxta promiſſum Regis, ut nihil extra canones, gereretur. Tunc Prætextatus Epiſc. a noſtris oculis raptus, in cuſtodiam poſitus eſt. De qua, cum fugeret nocte, graviſſime cæſus, in *p* inſulam maris, quod adjacet civitati Conſtantiæ, in exilio eſt detruſus.

Fraſtra obtentate S. Gregorii

In exilium pelluntur

B

p

x *Sigebertus Rex Auſtraſior. occiſus eſt anno regni 14. Chr. 575. cui ſucceſſit Childebertus filius, cujus regni primus annus cadit in annum Chr. 576.*

b *Chilpericus Rex Suiſſionenſis frater Sigeberti & S. Gunthramni Regis Aurelianenſis & Ingundinnam: & Chariberti Regis Pariſiorum ſed ab anno 570. defuncti, uxorem habuit Fredegundem priſtinam famineam.*

c *Viduam Sigeberti.*

d *Fuerant urbis Pictavienſis & Turonenſis Chariberti Regis Pariſiorum: & ob mortem ejus a fratribus capiebantur, ceſſerunt dein Childeberto filio Sigeberti.*

e *Anno Childeberti x. Chilperico 16. Chr. 577. qui Paſcha diverſi modi celebrarunt 21. Mart. 18. & 25. April. chronologiam firmat.*

f *Aimoin. l. 3. c. 2. hæc Prophetæ verba ſubſtituit: Si me dicente ad impium morte morieris non annunciaveris ei, ſanguinem ejus de manu tua requiram. Ezech. 3. 19. at que a Gregor. citantur, ſenſu non verbis habentur Ezech. 33. 6.*

g *Narrat ea fuſe Greg. Turon. l. 3. c. 6. qui dicenda erunt ad Vitam S. Sigiſmundi Regis Burgundionum Kalend. Maii. Occiſus eſt Chlodomeres anno 524.*

h *Eſt is Acicus Abbas Nanetenſis.*

i *Eſt hic Maximus Imperii invaſor, occiſus anno 388. Reliqua ad Vitam S. Martini Epiſ. Turonenſis referenda 11. Novembr.*

k *Arebiepiſcopus Rhedegalenſis, filius Ingeltrudis filia Chlotarii 1. Regis Francorum.*

l *Epiſcopus Pariſienſis, ſucceſſor S. Germani.*

m *Aimoinus ferculum.* n *Idem varix ornamenta.*

o *Scilicet quod S. Petrus Act. 1. 3. dixerit de Juda Iſchariote, ex hoc Pſal. citato hæc verba: Et Epiſcopatum ejus accipiat alter.*

C

p *Brencium appellat Sanctus in Martyrologio.*

CAPUT II.

Reditus S. Prætextati ab exilio: cades, ſepultura. Inquiſitum in auctores cadis.

a *Lib. 7. c. 1. cap. 4. Pro obitum Chilperici cap. 15. Fredegde cum ſuis in malitia perſistunt.*

8 DEfuncto a Chilperico, inventaque, quam diu quæſierat, morte, Fredegundis Regina jam viduata Pariſios venit, & cum theſauris, quos intra murorum ſepta concluſerat, ad eccleſiam confugit. Multa quidem ibi vaoa exercens, non metuebat Deum, in cujus eccleſia petebat auxilium. Habebat tunc rempo-tis ſecum Audonem Judicem, qui ei tempore Regis in multis conſenſerat malis. Ipſe enim cum Mummulo b Præfecto multos de Francis, qui tempore b Childeberti Regis ſeuioris ingenui fuerant, publico tributo ſubegit. Qui poſt mortem Regis ab ipſis ſpoliatus, ac denudatus eſt, ut nihil ei, præter quod ſuper ſe auferre poſuit, remaneret: domos enim ejus incendio ſubdidesunt. Abſtuliſſent utique & ipſam vitam, ni cum Regina eccleſiam eapetiſſet. Prætextatum vero Epiſcopum ægre ſuſcepit, quem cives Rotomagenſes poſt exceſſum Regis de exilio eapetentes, cum grandi lætitia & laude eivitati ſuæ reſtituerunt. Poſt reditum vero ſuum ad urbem Pariſiacam advenit, ac ſe Guntchramno Regi repræſeutavit, exorans ut cauſſam ſuam diligenter exquireret. Adferebat enim Regina, eum non debere recipi, qui fuiſſet per judicium quadraginta quinque Epiſcoporum a ſacerdotali officio ſegregatus. Cumque Rex pro hac cauſſa Synodum excitare veller, Ragnemodus hujus urbis Epiſc. peo omnibus reſpoſum reddidit, dicens: Scitote ei pœnitentiam iodictam a Sacerdotibus, non tamen eum prorſus ab epiſcopatu remotum. Es ſic a Rege ſuſceptus, atque convivio ejus adſcitus, ad urbem ſuam regreſſus eſt. Interim dies placiti advenit & Epiſcopi ex joſſu Regis Guntchramni apud *c* Matieenſem urbem collecti ſunt. Prætextatus Rotomagenſis Epiſc. orationes quas in exilio poſitus ſcalpſit, recitavit. Quæ quibuſdam quidem pluerant, a quibuſdam vero, quia artem ſecutus minime fuerat, reprehendebantur. Stylus tameo per loca Eccleſiaſticus & rationabilis erat.

a 3 Guntchramno Rege miſſa adhibitum,

Rotomagi commoratur, lib. 8. c. 10.

c In Synodo Meriſcondenſi cauſam ſuam egit

E

9 Dum Fredegundis apud Rotomagenſem urbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato Pontifice habuit, dicens: Venturum eſſe tempus, quando exilix, in quibus detentus fuerat, reviſeret. Et ille: Ego ſemper & in exilio, & extra exilium Epiſcopus ſui, ſum, & ero; nam tu non ſemper regali potentia perfrueris. Nos ab exilio provehimur, tribuente Deo, in ſegnum: tu vero ab hoc regno demergeris in abyſſum. Rectius enim erat tibi, ut relicta ſtultitia atque malitia, jam te ad meliora converteres, & ab hac jactantia, qua ſemper ferves, abſtrahereris: ut & tu vitam adipiſcereris æternam, & *d* parvulum, quem genuiſti, adducere ad legitimam poſſes ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier graviter acciperet, ſe a conſpectu ejus ſelle fervens abſtraait.

cap 31. miaoeri Prædegild

dat multo amarus jocum,

d

10 Adveniente autem Dominicæ Reſurrectionis die, cum Sacerdos ad implenda Eccleſiaſtica offiria, ad eccleſiam maturius properaſſet, Antiphonas juxta conſuetudinem incipere per ordinem cœpit. Cumque inter pſallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui Epiſcopum ſuper formulam quieſcentem, extracto balcei cultro, ſub aſcella percutit. Illr vero vocem emittens, ut Clerici qui aderant adjuvarent, nullius auxilio de tantis adſtantibus eſt adjutus. At ille plenas ſanguine manus ſuper altarium extendens, oratiouem fundens, & Deo gratias agens, in cubiculum ſuum inter manus fidelium deportatus, & in ſuum lectulum collocatus eſt. Statimque Fredegundis cum Beppoleno Duce, & Anſovaldo adfuit, dicens: Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi tuæ, o ſancte Sacerdos, ut iſta tuo cultui eveniret. Sed utinam indicaretur, qui talis auſus eſt perpetrare, ut digna pro hoc ſcelere ſupplicia ſuſtinuret! Sciens autem eam Sacerdos hæc doloſe proferre, ait: Et quis hæc fecit, niſi is qui Reges interemit, qui ſæpius ſanguinem innocentem effudit, qui diverſa in hoc regno commiſit? Reſpondit mulier: Suns apud nos peritiſſimi medici, qui huic vulneri mederi poſſunt; permitte, ut accedant ad te. Et ille; Jam, ioquit, me Deus præcipit de hac mundo vocari. Nam tu, quæ his ſcelribus princeps inventa es, eris maledicta in ſeculo, & erit Deus ultor ſanguinis mei de capite tuo. Cumque illa diſcederet, Pontifex ordinata domo ſua, ſpiritum exhslavit. Ad quem ſepeliendum e Romacharius Conſtantiæ urbis Epiſcop. advenit.

dic Poſtbaetis in templo graviter vulneratus.

Fredegildi Reginæ nuntiatur hoc miſſidio imperato,

mortuus.

a

11 Magnus tunc omnes Rotomagenſes cives, & præſertim famiores loci illius Francos, mœror obſedit

ex

EX HIST. GREG. TURON.

ex quibus unus ſenior ad Fredegundem veniens, ait: Multa enim mala in hoc ſeculo perpetraſti; ſed adhuc pejus non feceras, quam ut Sacerdotem Dei juberes interfici. Sit Deus ultor ſanguinis innocentis velociter: nam & omnes erimus inquiſitores mali hujus, ut tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cum autem hæc dicens diſcederet a conſpectu Reginæ, miſit illi qui ad cum convivium provocaret. Quo renuente, rogat, ut ſi ejus convivio uti non velit, ſaltem vel poculum hauriat, ne jejunus a regali domo diſcedat. Quo exſpectante, accepto poculo, bibit abſynthium cum vino & melle mixtum, ut mos barbarorum habet: ſed hic potus venenio imbutus erat. Statim autem ut bibit, ſenſit pectori ſuo dolorem validum immittere: & quaſi ſi incideretur intrinſecus, exclamavit ſuis, dicens: Fugite, o miſeri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, ſed feſtinantibus abire, ille protinus exacerbatus, aſcenſoque equo tertio ab hoc loco ſtadio cecidit & mortuus eſt.

Argumus Fredegundem hujus cædis;

occasum Interimitur;

f

12 Poſt hæc Leudovaldus *f* Epiſc. epiſt. per omnes ſacerdotes direxit, & accepto conſilio eccleſias Rotomagenſes clauſit, ut in his populus ſolennia divina non ſpectaret, donec indagatione communi reperiretur hujus auctor ſceleris. Sed & aliquos adprehendit, quibus ſupplicio ſubditis, veritatem extorſit, qualiter per conſilium Fredegundis hæc acta fuerant. Sed ea defenſante, ulciſci non potuit. Ferebant etiam ad ipſum percuſſores veniſſe, pro eo quod hæc inquirere ſagaciter deſtinaret, ſed cuſtodia vallato ſuorum, nihil ei nocere potuerunt. Itaq; cum hæc ad Guntchramnum Regē perlata fuiſſent, & crimen ſuper muliere m jaceretur, miſit tres Epiſcopos ad filium, qui eſſe dicitur Chilperici, quē ſuperius Chlotharium ſcripſimus vocitatum, id eſt, Arthemium Senonicum, Veranum Cabillonenſem, & Agrecium Tricaſſinum: ut ſcilicet cum his qui parvulum nutriebant, perquirerent hujus ſceleris perſonam, & in conſpectu ejus exhiberent. Quod cum Sacerdotes locuti ſuiſſent, reſponderunt ſeniores. Nobis prorſus hæc facta diſplicent, & magis ac magis ea cupimus ulciſci. Nam non poteſt fieri, ut ſi quis inter nos culpabilis inventur, in conſpectum Regis veſtri deducatur, cum nos poſſimus noſtrorum facinora regali ſanctione comprimere. Tunc Sacerdotes dixerunt: Noveritis enim, quia ſi perſona, quæ hæc perpetravit, in medio poſita non fuerit, Rex noſter cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vaſtabit: quia manifeſtum eſt hanc interfeciſſe gladio Epiſcopum, * qui maleficiis Francum juſſit interfici. Et his dictis diſceſſerunt, nullum rationabile reſponſum accipientes: obteſtantes omnino ut numquam in eccleſia illa Melantius, qui prius in loco Prætextati *h* ſubrogatus fuerat, Sacerdotis fungeretur officio.

Simplex Rotomagenſis aliquæ dicta ſenſa,

B

missi a Gilbehanno Rege Epiſcopi bonis ſidem impetunt.

D

re infecta reverti coguntur; a quo.

h

13 Cum autem &c. Vide Append. p. 759. col. 2.

14 *i* Anno quoque 13. Childeberti Regis, cum ad occurſum ejus uſque ad Meteníem urbem properaſſemus, juſſi ſumus ad Guntchramnum Regem in legationem accedere, quem apud urbem Cabillonenſem reperimus.... Cui ego: Indicaſtis nepoti veſtro, ut omnes regni ſui Epiſcopi in unum convenirent, quia multa ſunt, quæ debeant emendari. Sed juxta conſuetudinem canonum placebat gloriofiſſimo nepoti veſtro, ut unuſquiſq; Metropolita com provincialibus ſuis conjungeretur, & tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione ſacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſſa eatat, ut in unum tanta multitudo conveniat *k* Eccleſiæ fides periculo ullo non quatitur: hæreſis nova non ſurgit. Quæ erit iſta neceſſitas, ut tanti debeant in unum conjungi Domini Sacerdotes? Et ille. Sunt multa, inquit, quæ debeant diſcerni, quæ injuſte geſta ſunt, tam de inceſtis, quam de ipſis quæ inter nos aguntur cauſſis. Sed præcipua illa Dei cauſſa eatat omnibus major, ut inquirere debeatis, cui Prætextatus Epiſc. gladio in eccleſia fuerit interemptus. Tunc joſſit in Kalend. menſis quarti hæc Synodus prolongaretur.

i *lib. 9. c. 20.*

Gregorius Rex juſſus in Synodo ſuggerendo quid de cæde Prætextati.

E

x *Anno 584.*

b *Childebertus filius Chlodovei 1. Rex Pariſiorum, mortuus anno 558.*

c *Mutiſconenſe 2. Concil. intelligitur, habitum anno 585.*

d *Hic eſt Chlotharius 2. in obitu Chilperici patris quatuor tantum menſes natus.*

e *Nacxius etiam aliis, in mſſ. Regium Suecia poſt Append. Roberti de Monte ad chron. Sigeberti dicitur S. Maximus.*

f *Epiſcopos Bajocaſſinus dicitur a Greg. Turon. l. 9. c. 13. datſſ. apud Cland. Robertum.*

g *Colunter S. Arthemius Senonenſis 24. April. & Vernus Cabilonenſis 11. Octobr. Hunc alij a Verano Epiſcopo Eccleſiæ Cabillonenſis, quæ ſub Archiep. Avenionenſi modo eſt, non ſatis diſtinguunt.*

h *Tempore exilij ejus, ſed poſt ejus reditum ſubmouit, ut dicit Turon. l. 7. c. 19. At reſtituitur poſtea Sedi Rotomagenſi conſtat ex epiſt. S. Gregor. Magni ad eum & alios Francorum Epiſcopos, quæ commendavit SS. Auguſtinum, Lauorentium, & Mellitum in Britanniam ad converſionem Angiorum miſſos. Robertus de Monte in auctar. Sigeberti, ac mſſ. Regium Suecia, ad annum 589. aſſerit Prætextato interfecto ſucceſſiſſe Melantium, licet indigne, qui, ut fertur, de nece ejus particeps fuiſſ. Quæ etiam innuit Sanctus jam ſupra relatus.*

i *Is obiit anno Chr. 588.*

C F

DE S. LETARDO

EPISCOPO SILVANECTENSI IN GALLIA, CANTUARIÆ IN ANGLIA,

Commentarius prævius.

§. II.

SUB INITIUM SEC. VII. XXIV. FEB. SS. Erbilbertus Rex, & Letardus, ſimul vixerunt, & obiere.

§ *EOdem tempore & loco diu vixerunt S. Letardus Francus, Epiſc. Silvanectenſis, & S. Ethelbertus Rex Cantiorum apud Anglo-Saxones: uno eodemque etiam in templo amborum in morte ſunt corpora ſepulta, ac poſtea ob ſacrum illis exhibitum cultum uni eidemq; altari impoſita. Quare & nos uno eodemque die Acta illorum conferimus, ac ſacra eos venerationis participes non tam reddimus, quam relinquimus. Mortuus eſt S. Ethelbertus Rex anno Chriſti 616. die 24. Februarii: cui etiam aliquot ante eum annis functus eſt S. Letbardus Epiſcopus, at quo die, nondum potuimus aſſequi. Nomen ejus varie ſcriptum eſt,* Luidhardus, Ledbardus, Lethardus.

§. Letardus Ep. Silvanectenſis.

a *Guilhelm. Thornus c. 2. chron. §. 2. ſecutus Thom. Sprottum, hac de ejus Epiſcopatu tradit:* Iſte Lethardus *erat* Ep. Silvanecten. in Gallis, cujus metropolis eſt Archipreſulatus Remenſis. *Harpsfeldius ſec. 7. hiſt. Angl. c. 4.* Salvanortenſem, *errore amanuenſium ſeductus, appellat. Quot annis enim Epiſcopatū geſſerit non conſtat. Inter deceſſores habuit* Gonotigernum, *qui concil. Aurelianen. 5. an. Chr. 547. ſubſcripſit: deceſſor an ſucceſſor, an forte vicarius fuerit* Maluſſus, *qui Chilpericum Regem Sueſſionum an. Chr. 584. interemptum ſepelivit, uti ſcribit Gregor. Tur. l. 6. c. 46. ſuccertit.*

Inter

A *Inter Gonotigernum Maluiſumq; nunc apud Claud. Robert. in Gallia chriſtiana medius collocatur* Sanctinus, *ſed ſolo nomine notus, ſi tamen tabulis fidendum. Nam quem ex concil. Gallia a Sirmondo noſtro editis dedimus* Gonotigernum, *a Claud. Rober. appellatur* Hodiernus, ſeu Frodigernus, vel rectius Frudigerius. *Ita forte, qui huic* Sanctinus, *noſter* Sanctus Letardus *eſt, aut certe* & Sanctinus & S. Letardus *inter prafatos* Gonotigerum & Maluiſum *pomerat eā diœceſim Epiſcopi rexiſſe. Abierunt in Canium Letardus, vel vicarium ſibi Epiſcopum ſubſtituit, ut ſit, qui quamdiu ipſe abeſſet, adminiſtraret diœceſin ſacraq; ſobiret; vel Epiſcopatu ſe ſuo, ut plures ea tempeſtate ad gentium converſionem peregre in perpetuum aut ad incertum tempus, proficiſcentes, annuente Pontifice Romano, abdicavit.*

religionis ſuæ conſors dotis Bertha,

3 *Occaſionem illius profectionis, & vita deinceps in Cātio acta, ita paucis Beda l. 1. c. 25. narrat*: Rex Cantuariorum Ethelbertus uxorem habebat chriſtianam de gente Francorum regia, nomine Bertham. Quam ea conditione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis ſuę cum Epiſcopo, quem ei coadjuditorem fidei dederat, nomine Luidhardo, inviolatam ſervare, licentiam haberet. *Fuerunt autem Bertha parentes* Charibertus Rex Pariſiorum, *Chlotharii 1. filius, Clodovei 1. nepos, circ. ann. 570.*

filia Chariberti Regis Pariſiorū,

B *mortuus; & Ingoberta, qua, teſte Gregor. Turon* anno Childeberti Regis 14. *Chr. 589* migravit a ſeculo .... relinquens filiam unicam, quam in Cantia Regis cujuſdam filius matrimonio cupulavit: *Idem l. 4. c. 26.* Purro Charibertus Rex, *inquit*, Ingobergam accepit uxorem, de qua filiam habuit, quæ poſtea in Cantia virum accipiens eſt de ſocia: *additq; Ingobertam* a Chariberto relictam eſſe, & Merufledem acceptam. *Ingoberga ergo repudiata filiā matrimonia copulavit: ſed conditis, ſecundum Bedam*, a parentibus *appoſita, de fide ſervanda, & Epiſcopo eam in Cantium comitaturo. Et per* parentes *aut conſenſum Chariberti patris, adhuc tempore viventis, intelligitur, aut certe patrui Regis aliq; conſanguinei aſſenſioac ſua & pactis conditionibus matrimonium approbarunt, quod nobis veroſimilius videtur. Nam* S. Ethelbertus Rex (*verba ſunt Malmesburien. l. 1. de Geſtis Regum Angl. c. 1.*) primis pubeſcentis regni temporibus adeo victus Regibus fuit ridiculo, ut uno & altero pulſus prælio via ſuos terminos tutaretur. *Qua ad ann. 568. referuntur in antiqua chronol. Saxon. & chronicis Wigornienſi & Weſtmonaſterienſi.* Poſtmodum, *pergit Malmesburienſis*, cum adultiori ætati etiam conſultior militiæ acceſſiſſet peritia, brevi omnes nationes Anglorū, præter Northanhimbros, continuis victoriis domitas ſub jugum traxit: & ut caternorum quoq; familiaritatem aſciſceret, Regis Francorum affinitatem filiæ ejus Bertæ

nepos S. Ethelberto Regi Cantii,

fabellis plerisque Anglis gloriatur.

C nuptiis ſibi conciliis vir. *Ubi inanitur pluret alacri fluxiſſe poſt cladis priores an. 568. acceptas, ut Charibertus ante ſiha nuptias videatur e vivis exceſſiſſe.*

4 *Qua poſtea in Cantio contigerunt, ita proſequitur Malmesburienſis*: Tum vero Francorum contubernio gens catenus barbara ad unas conſuetudines conſęderata, ſilveſtres animos indies exuere, & ad leniores mores declinare. His addebatur Letardi Epiſcupi, qui eum Regina venerat, cælebs admodum vita, qua Regem ad Chriſti Domini cognitionem etiam tacens invitabat. Quo factum eſt, ut poſtea S. Auguſtino prædicanti Regis animus jam emollitus facile cederet, & primus de numero patrum ſuorum ſacra ſacrilegis renuntiaret. *Et Beda l. 1. c. 26. eccleſiam, in qua is ſacris operaretur, indicat his verbis*: Erat autem prope ipſam civitatem *Cantuariam* ad Orientem Eccleſia, in honorem S. Martini antiquitus facta, in qua Regina, quām chriſtianam ſuiſſe prædiximus, orare conſueverat. In hac ergo, *ſicut ante S. Letardus*, & ipſi, *ſcilicet S. Auguſtinus & ſocii*, primo convenire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare & baptizare cœperunt. *Thorn. c. 1. chron. §. 2. dicta paucis confirmat*: Letardus, *inquit*, Epiſc. in Eccleſia S. Martini ipſi Reginæ coltus myſteria celebrabat, ubi etiam Auguſtin. cum

ſanctæ & caſtæ vitæ Regina ad Chriſti cognitionem addutta

in templo S. Martini divina officia peragit

ſociis obſequiis ſe dedere divinis, ipſo Rege Ethelberto AUCT. C. M. D
ritibus paganicis adhuc ſerviente. Nec dubium, *quin Harpsfeld ſec. 7. c. 4.* quin Berthę & Letardi preſentia valde Evangelicum negotium apud Ethelbertum poſt Auguſtini tempus promoverit. Certe Letardo id inter alia imprimis laudi fuit, quod Gallia ralicta ad barbarum & infidelem populum, non ſine ſuſpitione periculi, Reginam ſequi voluerit: cujus ſanctitatem hæc aliaq; rum etiam ſigna ab ea poſt obitum edita commendant, ut non ſine cauſſa majores noſtri ſuperum civium catalogo eum ante multa ſecula adſcripſerint.

ad converſionē Regis juvat,

5 *De obitu & ſepultura* S. Letardi & *Regina Bertha idem Thornus iſta narrat*: Anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo decimo tertio B. Laurentius Archiepiſc. *S. Auguſtini ſucceſſor*, conſecravit eccleſiam iſtam Ss. Petri & Pauli, præſente Rege Ethelberto cum conſuetis turbis, & ſanctum corpus Auguſtini in eccleſia introduxit conſecratam, atqui in porticu Aquilonali ſepelivit. Corpus vero S. Letardi & Bertæ Regioæ in porticu ſepelivit S. Martini. Iſta eorum duo corpora extra eccleſiam primu fuerant ſepulta, eo quod tempore eorum, eccleſia non fuerat conſecrata. *Hac ubi, e quibus conjecta poteſt, ambas, S. Letardum nempe, ac Reginam Berthan, non multis ante eccleſia conſecrationem annis e vita migraſſe. Mortuus eſt S. Auguſtin. an. 605. die 7. Kalend. Junii, quo ejus Vita edetur. De S. Laurentio ejus ſucceſſore egimus 2. Febr.* Defunctus autem eſt Rex Ethelbertus, *teſte Beda l. 2. c. 5.* anno 616. die 24. menſi Februarii, atq; in porticu S. Martini intra eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſepultum, ubi & Bertha Regina condita eſt, *& cum ea, ut diximus*, S. Letardus Epiſc.

in templo SS. Petri & Pauli ſepultus eſt Bertha Regina,

& dein S. Ethelberti Regis,

6 *Erat in Monaſtico Anglicano ſchema ſeu figura ſummi altaris hujus eccleſiæ SS. Petri & Pauli (quæ poſteris ſub nomine S. Auguſtini, una cum monaſterio adjuncto, magis innotuit) cum Reliquiarum ſerenis in eo, aut circum, poſitis, & inſcriptionibus in veteri ejus exemplari mſ. inſertis. Inſcriptiones binæ appoſitæ ſunt his verbis*: Anno Domini 1240. iſtud altare dedicatur in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli & S. Auguſtini 5. Kalend. Novembr. *Eidem*: Anno Domini 1325. iſtud altare dedicatur in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, S. Auguſtini anglorum Apoſtoli, & S. Ethelberti Regis Kalend. Martii, a Petro Epiſcopo Corbonienſi. *Hactenus inſcriptiones, e quibus tempora eruuntur, quibus illud altare reſtauratum fuit & denuo conſecratum. In medio pegmatis ſupra altare erecti, & ſingulari artificio elaborati, viſitur mauſoleum cum hac inſcriptione*: Sanctus Ethelbertus, *in quo ſcilicet corpus ejus conditum fuit. Supra hoc mauſoleum, in ſuperiore pegmatis parte, viſitur præclara Chriſti reſurgentis ſtatua, verſus quam reſpiciunt duo Angeli in utroque latere conſtituti: inter q; hos & Chriſtum duo poſita mauſolea, quaſi parva oratoriola ſunt, quorum unum adſcriptum*: Sanctus Letard, *alteri* Reliquiæ. *Duo utrimq; prope altare ſunt oſtia, per quæ ad corpora Sanctor. datur acceſſus. Sunt autem undecim Archiepiſcopor. Cantuarienſium ſingula ſuis cancellis incluſa, videlicet* Ss. Auguſtini, Laurentii, Melliti, Juſti, Honorii, Deuſdedit, Theodori, Briſwaldi, Tatwini, Nothelmi, & Jamberti. *Præterea ſunt corpora* S. Mildredæ Virginis, & S. Adriani Abbatis. *Quibus duobus ſingula altaria ſunt adjuncta, uti tertium S. Auguſtini, ejuſq; primis ſucceſſoribus. Hactenus illud ſchema ſenſigura ſculpta, & ut dixi, in Monaſtica Anglicano excuſa: e quo antiqua venerationis S. Letardi, & diſtorum Archiepiſcopor. veſtigia certa eruuntur.*

in altari gentis honoratus.

ſunt depoſita corpora SS. Ethelberti, Letardi

& aliorum 13.

7 *Acta aliqua tam S. Ethelberti, quam S. Letardi conſtant in nova Legenda Sanctor. Angliæ a Joan. Capgrav. collecta, & an. 1516. Londini excuſa. Verum utrorumq; Acta rum eſſe auctorem facile ſtylus perſuadet. Miracula autem* S. Letardi *ad duntur, qua noſtris, inquit auctor*, temporibus crebreſcunt poſt tot ſui obitus ſecula: *ac dein n. 4. meminit* Reginæ Egithæ, *quam arbitramur Godvviæ ſiliam*,

Acta Ethelberti & Letardi

AUCT. C. 11. A

S. *Edwardi Regis & confeſſoris circa an.* 1050. *quarem fuiſſe, qua aliis etiam* Edgitha, Exigitha, Edgida, Goditha, Editha *dicitur. Quo jam tempore altera quatuor ſæcula ab* S. Letardi *obitu erant elapſa.*

VITA

Auctore anonymo,

Ex Legenda Joannis Caggnavii.

ſæculo 11. ſcripſit.

S. Letardus præcurſor & ſanctorum vocaturi Auguſtini, in Anglia apparuit.

S. Auguſtino adfuit Bertha Regina.

1 DIgnus Deo Antiſtes Letardus, præcurſor & ſanctorum vocaturi Auguſtini, in Anglia apparuit. Prævenit illum, ut lucifer ſolem: paravit ei viam, ſtabilivit greſſum & locum, ut ille pararet Dominо. Prodigus ingentis animæ non timuit ferinam Gentilium barbariem, ſecuit Principibus terribilem. Ipſe Dei famulæ Reginæ Bertha, dum Ethelberto Regi adhuc Gentili Chriſtiana a patrono regno Francorum mitteretur, dux, comes, doctor, ſervator, ac totius pietatis inſtigator, a monſtruoſis ritibus monimentorum, ab idololatria ſectarium, a diaboli venabulis obſtaculum, in omni adverſitate patris ſolatium: quæ etiam cum eodem ſancto Patre, ac Rege jam

B

plus, & obſtaculis dedita,

Chriſto ſacrato, enaſepelirt meruit. Nec illam arbitremur illaudabilem, nec pietate in Deum carentem, ſcilicet religioſe, eleemoſynis ceteriſq; moribus benignis polleotem, quæ & Chriſtianis Regibus ac populis nata centum habuit inſtitutorem. Inter profanos Chriſti cultæ opprobrium, in eccleſia ridiculum, in Dei ſui cultu ludibrium. In antiquiſſima ſancti Petæſulis Martini eccleſia ſub urbe ſita, beato Pontifice Letardo præſidente, ſiequentabat Regina Miſſarum & orationum ſacramenta cum ſuorum cumitum familia chriſtiana. Sanctiſſimus vero Letardus, quis digna exiſtimet, quanta miracula per tot merita exhibuerit in vita, cujus tanta crebruſcunt noſtris temporibus poſt tot ſui obitus ſecula, de quibus injuria eſt memoriæ non commendare aliqua?

in ædo S. Martini dictam offerla peregit,

miraculis a morte claruit;

ſanatur cæca,

2 Puella quædam a nativitate cæca ad ipſius tumulum accedens, meritis S. Letardi, fugatis oculorum tenebris, viſum recepit.

& contracta,

3 Contractus quidam, ſolutis ſelcaneis & axtenſis tibiis, mox pedes erexit, & ambulare cœpit.

4 Abbas Abondonix annulum Reginæ Egithæ caſu fortuito perdens, ubiq; illum quærens, invenire non potuit. Cum lacrymis demum & precibus Letardi clementiam expoſcit & illico annulus, ubi orabat, reluxit. D

annulus amiſſus recuperatur,

5 Matrona quædam parera non valens, anguſtius partus pene exanimata, in arduis montis ſuperciliis, ut ſibi in ſpiritu viſum fuit, rapitur, & terreis dæmonum tenebris territa, ab immaniſſimis tortoribus eam rapientibus cum diris ſupplicis torquetur. Itaq; per arctum ſibi ameniratæ illam extendere atq; dentibus, & in ſulphureas ſiat baraethet abyſſos præcipitare conantur. Cui in tanto timore & tremore jugiter Salvatorem inclamanti, inuſitatis bilis claritatis ſidus eminus apparuit, quod quanto propinquius, tanto clariis radios ſuos effudit. Et ecce in medio illius coruſcæ lucis B. Letardus emicuit, qui pontificali auctoritate peſtiferos monſtros exterminans, dixit: Diſcedite damnati ſpiritus in tartara veſtra. Quid vobis cum Dei famula quod illam raptaris? Falſo, inquiunt, nomine, non fidei executione Chriſtianam vendicamus in noſtra jura. Noſtra eſt pediſequa, noſtra hæreditabit tormenta. Interdico, inquit Epiſcopus, vobis omnem in ea poteſtatem: cujus diſcedite ab illa in veſtræ perditionis ergaſtula. Ad ejus enim imperium relicta captiva, omnes dæmonum minæ, omnia machinamenta ſuoditus exinanita evanuerunt. Mulier vero, reſumpto ſpiritu, de B. Lotardi vultu & patrocinio lætificata, prolem apixa eſt.

parturiens

contra dæmonum tentationes

S. Letardo apparuit defenſa,

parit,

E

paralyticus citra parietem corporis ſocatur,

6 Paralyticus quidam cum ad tumbam ejus cum lacrymis nocem implorares, ſopore depreſſo adſtitit pius Pater, quid velit, quid eum tam importune eſſagitet quærens. Debilis ſe ſanitatem quærere reſpondit. Et ille, Quando, inquit, debitas pœnas luctis, tunc ſupplices venitis: ubi deſiderata obtinueritis, immemores & ingrati divinis beneficiis cita terga vertitis. Ad hæc illo obmutuit inſiſtente, & emendationem pollicente, intercors Pater ſubintuhit: una tibia ſanatus cum altera abibis, quatenus pars ſana te admoneat grattarum bonitatis divinæ, ioſimq; redarguat ingratæ negligentiæ. Et cum tanto deſiderio requitas ſuſpitatem ablatam, diſcas non parvi pondere collatam. Sutrexit ergo ſemianus, uno curu erectus, altero relictus. Erat enim a temibus & infra ante curationem Sancti totus paralyticus.

corpore S. Letardi tactus;

7 In proceſſione annali Rogationum, vel Litaniarum, ſulet effetti ſermo auteo B. Lethardi corpus opiferum in benedictionem & proventuum agrorum ac plebium. Cum aliquando a duobus Fratribus corpus ejus ſanctum per campos veheretur, quædam mulier inſania capta, feretrum cum impetu tangens, pleno intellectu & ſatione formatus.

inſanta ſolitur.

DE S. ETHELBERTO,

REGE CANTIORUM ET ANGLO-SAXONUM,

CANTUARIÆ IN ANGLIA,

G.H.

Commentarius prævius.

§. I. *S. Ethelberti nondum Chriſtiani regnum: conjugium.*

AN. CHR. DCXVI. XXIV FE. *Cantium (cujus Britannicum nomen ſit) a Belgis colitum,*

1 CAntium & antiqua olim Britannia, & hodierna jam Anglia clavis, anguſtiore mari a reliqua Europa ad Gallium Belgicam diviſum, regio meridiana omnis, ſita in latere illius, quod contra Galliam eſt, altero angulo ad orientem ſolem, quo ſero naves ex Gallia appellunt: quod alibi obſervavi Julius Cæſar l. 5. de bello Gallico. Cantio primum, pulſis indigenis, potiti Belgæ cum reliqua parte maritima, qui & ſua nomina civitatibus provinciiſque ſubditis, tcſte Cæſare, impoſuerunt; ita Cantium *a ſita angulari, quem etiamnum* Kant, *dicunt, appellarunt: cujus incolas ait Cæſar ceteris omnibus Britannis longe humaniſſimos eſſe, neque multum a Gallica differre conſuetudine. Romanis quoque Cantium prima Britannicarum provinciarum ceſſit, eorumque, cauſſabilite deinde in ea inſula imperia, a Præſide Britanniæ prima gubernatum. Idem quoque* Cantium *prima depradationi Saxonum poſtea expoſitum fuit, ſubalta ora ejus maritima, quam* Litus Saxonicum *ideo dixerunt: e quo biſce pradonibus excurbatis, Præfectum habuit, Ammiano Marcellino auctore lib.* 27., tractus maritimi Comitem, *quem libet Britan-*

a ſita angulari idem.

a Romanis interpoſito

titiarum Imperii ſpectabilem virum littoris Saxonici Comitem per Britanniam vocat. *Demum ſub Theodoſio juniore, ut infra e Beda referemus, Romanor. legionibus ad tutelam Galliæ evocatis, Britanni, Pictor. Scotorumq; crudelitati expoſiti, electo ſibi Rege Vortigerno, Saxones in ora maritima Germanica Belgicæ, prædominantes in ea vilium evocarunt, domicilio in Cantio eis aſſignato, qui poſtea ex hoſpitibus domini facti, plura ibidem paullatim regna Anglo-Saxonica erexerunt.*

Saxonibus creditum,

2 *Horum primum in Cantio occupavit* Hengiſtus, *abavus S. Ethelberti, circa ann. Chr.* 457. Rea Cantii, Cantiæ, Cantiorum, *vel* Cantuariorum *dicti*. *Acceſſit circa ann.* 490. Ælla, *ſive* Elli, Rea Auſtealium Saxonum, *quem Beda l. c. c. 5. primum ſtatuit inter Saxones Regum potentiſſimum. Cepere deinde regno* Cerdicius *apud* Saxones occiduos *an.* 519. Et Kenwinus *apud* Saxones orientales *anno* 527. & Ida *in* Northumbria *an.* 547. *Hoc fere Regum ſtatu, quintus in Cantia ſceptrum ſuſcepit S. Ethelbertus circa ann. Chr.* 560. *obitq; ſecundum Beda computum, anno regni* 56. *Chriſti, ut infra dicemus,* 616. *De ejus initio ita Florentius Wigornienſis*: Anno 561. Æthelbrihtus Rex Cantuariorum regnare cœpit, & 56. annis, teſte Beda, regnavit. *Matthæus Weſtmonaſterienſis in Florib. hiſtoriar.* Eodem anno 560. Æthelbertus Rex magnus Cantuariorum ſecundum quoſdam regnare cœpit, quibus etiam Beda conſentit. Verumtamen aliorum ſententia apparet probabilior: *& dicit*: Anno gratiæ 566. Æthelbertus Ermerici filius regnū Cantiæ ſuſcepit, 56. ann. illud ſtrenuiſſime gubernavit. *Sed ſe ipſe mox corrigit, dum eum* an. 616. poſt regnum temporale, quod 56. annis glorioſiſſime tenuerat, æterna cœleſtis regni gaudia conſcendiſſe *ſcribit*: *in* 56. *regni annis conſentiunt Simeon Dunelmenſis ad an.* 616. *Joan. Brumton. in chronico Regum Cantiæ, Capgrav. Polydor. Virgil. Harpsfeldius & paſſim alii. Malmeſburienſis l. 1. de Geſtis Regum Anglor. c. 1. dubius hæret*: Æthelbertus, *inquit*, filius Ermerici reeum potitus 53. annos juxta chronicam, juxta Bedam 56. tenuiſſe: viderit Lector, quomodo hanc diſſonantiam componat: nos ea, quæ admoniſſe ſufficeret, in medio reliquimus. *Eſt hæc chronol. Saxon. una cum hiſtor. Beda edita, in qua ita legitur ad annum* 560. Hic Ethelbertus Cantuariorum regnum capeſſit, annoſq; 53. tenuit. *Verum annos hic* 56. *legi debere obitus ejus convincit, ibidem ad annum* 616. *relatus.*

regnavit 56. annis,

3 *Hac de initio regni, in quo, teſte* Malmesburienſi, primis pubeſcentis regni temporibus, adeo vicinis Regibus fuit ridiculo, ut uno & altero poſtſu prælio, vix ſuos terminos tutaretur. *Qua fere eadem leguntur in chron. Joannis Bromton. Wigornienſis hæc ita refert ad ann.* 568. Æthelbrihtus Rea Cantuariorum, dum Regi Occidentalium Saxonum Ceaulino & Cutbæ ejus filio bellum inſtulerit, ab eis in Cantiam eſt fugatus, duobus ejus Ducibus Oslavo & Cuibbaio in Wibbandune trucidatis. *Hi duo* Comites *dicuntur in Floribus Weſtmonaſterienſis & chronol. Saxonica, in quo* Oslac & Cuebban *nominantur. Eſt autem* Ceaulious, *Beda*, Celin, *inter Reges Anglo-Saxones potentiſſimus ſecundus habitus, & regnavit uſq; ad ann.* 593. *Hujus* Ceaulioi *& S.* Ethelberti *tempore exorſi ſunt regnum* Uſſa *apud* Oeientales Anglos *anno* 575. *&* Cridda, *ſeu* Ceeadda, *apud* Mercios *anno* 582. S. Ethelbertus *interim, teſte Malmesburienſi, eum* adultiori ætati etiam conſultior militiæ acceſſiſſet peritia, omnes nationes Anglorum, præter Northamhimbros, continuis victoriis domitas ſub jugum traxit: *&, ut Beda refert, poſt Ceaulinum* tertius in Regibus gentis Anglorum, cunctis Auſtralibus eorum provinciis, quæ Humbro fluvio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur a Borealibus, impetavit.

juvenis a Saxonibus occidois dejectus,

ſeniori vellquis debellatis

ad Humbrum ſt. aſque imperat,

4 *Idem* Ethelbertus, *addit Malmesburienſis*, ut externorum quoque familiaritatem addiſceret, Regis Francorum affinitatem filiæ ejus nuptiis Bertæ ſibi conciliavit. *Erat autem regnum Francor. ſeculo illo Ch. 6. quatuor in fratres diviſum, primo filios Chlodovei 1. tum Chlotharii 1. ut dictum eſt 1. Febr. ad Vitam S. Sigeberti Regis, & alibi. Gaguinus lib. 2. Hiſtoria Francor. c. 3. ait*, quia nec filiæ, nec Regis nomen ab auctoribus traditur, ſe temporum annotationem ſecutum, conjicere hunc fuiſſe, aut Chlotharium 3. aut Chilperici com, ejus ſcilicet *filium Regem Sueſſionum*: Chlothatium *etiam Petrus Aurelius, aliiq; crediderunt. Sed nullum præter conjecturam proferunt fundamentum. Si enim hoc ex temporis ratione ſumatur, obſervandum eſt cum* Chilperico *vixiſſe tres ejus fratres Reges*, Sigebertum *apud Auſtraſios*, Guntramnum *apud Burgundos, & apud Pariſienſes* Chatibertum. *Hujus autem* Cheriberti *ex* Ingoberga *uxore filiam fuiſſe, clare innuit Gregor. Turonenſis l. 9. hiſtoria Francor. c. 26.* Anno, *inquit*, Childeberti Regis 14. *Chriſti* 589. Ingoberga Regina, Charibeti quondam relicta, migravit a ſeculo, mulier valde cordata, ac vite religioſa prædita, vigiliis & orationibus atq; eleemoſynis non ignava . . . relinquens filiam unicam, quam Eo Cantia Regis cujuſdam filius matrimonio copulavit. *Hæc Gregor. qui evocatus ægrotanti adfuit* Iugobergæ, *anno poſt mortem mariti vicesimo vita functa: obiiſſe vero* Cheetbertum *circit. annum* 570. *alibi oſtendimus. En, quod ignorari aſſerebat* Gaguinus, *nomen patris & matris: ipſius autem filia nomen* Beetham *tradit Beda*, Aldibergam S. *Gregor. Papa. Guilielmus Thornus c. 2. chron. §. 6.* Bertam *aſſeris* filiam Aubeeti Regis Pariſiorum, *qui eſt* Charibertus. *Ricardus Vitus Baſiliochum l. 9. hiſtoriar. Britannia* Bertam *a* Berteſtede, *altera* Chariberti, *ſed ex pellice Merceſtede, filia, non diſſinguit: qua, cum dicta Ingoberga moreretur, ſanctimonialis monaſticam vitam agebat. De hac ita Gregor. Turonenſis l. 9. c. 33. ſcribit*: His diebus, *poſt mortem Ingobergæ ante indicatam*, Ingelteudis, quæ monaſterium in atrio S. Martini *apud Turones* ſtatuerat, ad Regem quaſi filiam accuſatuea procellit. In quo moneſterio Berteſtedis, filia quondam Chariberti Regis reſidebat. Sed iſta *Ingeltrude* egrediente *ad Regem*, hæc *Berteſtedis* in Cenomaonicum *monaſterium* eſt ingreſſa: erat enim gulæ & ſomno dedita, & nullam de officio Dei curam habens. *Hæc de Berteſtede, qua vivo Gregorio Turonenſi monaſticam vitam deſeriſſet, ejus calamum non effugiſſet.*

AUCT. G. H. D

Dubitatum eam filiam Regis Pariſiorum una Chiltberti b. aut Chilperici,

ſed Charibeti Regis Pariſior. & Ingobergæ Regina.

Berthæ ſeu Aldibergæ

non Bertæ, ſtudium e

E

F

5 *De conjuge S. Ethelberti & parentibus etiam agit idem Turonenſis l. 4. c. 26.* Porro Charibertus Rea, *inquit*, Ingobergam accepit uxorem, de qua filiam habuit, quæ poſtea in Cantia virum accipiens eſt deducta. Tum, *inquit Malmesburienſis*, Francorum contubernio gens catenus barbara Anglorum ad unas conſuetudines confœdereta, Silveſtres animos indies exuere & ad lenniores mores declinere. His addebatur Letaedi Epiſcopi, qui eum Regina venerat, cælebs admodum vita, qua Regem ad Chriſti Domini cognitionem etiam invitebat. *Atque ita ante adventum S. Auguſtini, Bede teſte*, ad Regem chriſtianæ religionis fama peiveoerat, *nulla accurata ſcientia: eaque de auſu* verba S. Auguſtini nova *illi videbantur* & inceeta, *quibus* continuo non poſſet aſſenſum tribuere. *De S. Letardo jam nunc hoc etiam die egimus.*

Abbas ad illius Vitam

parum Rea & ſubditi in ſide inſtituti

6 *Francos incuſat negligentia S. Gregor. Papa lib. 5. epiſt. 58. ad Theodoricum & Theodebertum Francorum Reges miſſa*: Pervenit, *inquit*, ad nos, Anglorum gentem ad fidem chriſtianam, Deo miſeante, deſideranter velle converti, ſed Sacerdotes veſtros e vicino negligere, & de fide ea eorum ceſſare ſua adhortatione ſuccendere. Ob hoc igitur Auguſtinum cum aliis ſervis Dei illuc prævidimus dirigendum. *Idem ſcribit epiſt. 56. ad Brunechildam Reginam*: Sacerdotes, qui in vicino ſuot, paſtoralem erga eos non habere ſollicitudinem. *Baron. anno* 596. *ſect. 9. eauſam conjicit in aſſidua bella, quibus* non vitam illis adferre gratiæ, ſed, quam a natura haberent, auferre pro viribus laborarent, vel ſaltem

S. Gregor. ideo Francos arguit,

AUCT. G. II.

dempta libertate ducerent ſub jugo captivos, ac venumdarent. *Propterea S. Gregor. l. 5. ep. 10. Cum Ido Presbytero in Gallias ad patrimonium exigendum miſſo commendat*, ut pueros Anglos, qui ſub annis decem & ſeptem, vel decem & octo, ut in monaſteriis dati, Deo proficiant, comparet, quatenus ſolidi Galliarum apud proprium locum viriliter expendantur. A

7 *Demum S. Gregor. l. 9. epiſt. 59.* Bertham, *ſeu* Aldibergam Reginam *hortatur, ut poſt adventum S. Auguſtini cultum religionis Chriſtiana ante non promotum, ad debita perfectionis culmen producat.* Et quidem jam dudum, *inquit*, glorioſi filii noſtri conjugis veſtri animos prudentiæ veſtræ bono, ſicut revera Chriſtianæ, debuiſtis ſubjectere, ut pro regni & animæ ſuæ ſalute fidem, quam colitis, ſequeretur: quatenus & de eo & per eum de totus gentis converſione digna vobis in cœleſtibus gaudiis retributio naſceretur. Nam poſtquam & recta fide Gloria veſtra munita, & litteris docta eſt, hoc vobis nec tardum, nec debuit eſſe difficile. Et quoniam, Deo volente, apcum nunc tempus eſt, agite, ut divina gratia cooperante eum augmento poſſitis, quod neglectum eſt, reparare. Itaq; mentem glorioſi conjugis veſtri in dilectione chriſtianæ fidei adhortatione continua roborate. Veſtra illi ſollicitudo augmentum in Deum amoris infundet, atq; animos ejus etiam pro ſubjectæ ſibi gentis pleniſſima converſione ſuccendat. B

& Regioſi,

8 *Demum Britann. incolit antiquis hoc vel maxime vitio vertit Beda l. 1. c. 22. quod* numquam genti Saxonum vel Anglorum ſecum Britanniam incolenti verbum fidei prædicando committerent. *Dedimus 13. Jan. Vitam S. Kentigerni Epiſc. Glaſcuenſis, & 29. Jan. Vitam S. Gildæ Sapientis, qui umbo ſeculo Chr. ſexto ſuam referuntur caritatem & zelum fidei erga Saxones Angloſque exhibuiſſe. Id forſan eſt magis obſervatum, quod rariſſimi viri, Apoſtolici, ſimili caritate erga Anglos & Saxones inflammati.*

Britanni ab Anglo-Saxonibus arcti.

§. II. S. Ethelberti Regis converſio, pietas, poſt mortem cultus: Vita ejus ſcriptores.

9 *Proſcripſerunt Anglo-Saxones a ſuis finibus religionem chriſtianam: poſtliminium in Cantiano Ethelberti regno induitum. Is quippe & ſui illius ampliſſimo potentatum fecit, templorumq; publice dicandorum Chriſto, ac primus Regum ejus gentis ſocrum ſuſcepit baptiſmum, ac Regibus ceteris lucem, quam ſequerentur, prætulit: Epiſcopis quoq; ſedes conſtituit, Sacerdotibus eccleſias condidit, cœnobitis monaſteria extruxit, eademq; hac omnia luculentis dotavit prediis, &, ut tutius poſſiderentur, amplis munivit privilegiis. Annus huic felicitati illuxit Æra chriſtiana, 596. quo a S. Gregorio Papa, de Anglorum ſalute pridem, etiam ante pontificatum ſollicito, miſſi ſunt viri Apoſtolici, Auguſtinus, Laurentius, Petrus, aliiq; numero circiter 40. ſecundum Epitomen Bedæ, ſequente anno 597. inſulam ingreſſi. Verba ibi hæc leguntur:* Anno 596. Gregor. Papa miſit Britanniam Auguſtinum eum monachis, qui verbum Dei genti Anglorum evangelizarent. Anno 597. venere Britanniam præfati Doctores: *quo eodem anno Regem ad fidem chriſtianam converſum baptizatum, quod forte Beda epitome indicatum voluit. Illius converſioni* diem Penteceſtes *adſcribit an Tor hiſtor. fundationis monaſterii S. Auguſtini Cantuarienſis Thom. Sprottus, ejuſdem cœnobii ſub an. Chr. 1270. monachus:* & ex eo alter ibidem monachus Gaiſh. Thornus, c. 1. *chron.* §. 3.

In Cantia fides Chriſti primo reſtituta eſt.

miſſi a S. Greg. ultra Apoſtolici anno 596.

S. Ethelberto baptizato an. 597. die Penteceſtes

10 *Rege baptizato reverſus in Galliam Auguſtin. ab Etherio Archiepiſc. non Arelatenſi, ſed Lugdunenſi (ut 11. Febr. ad Vitam S. Laurentii probatum eſt) Archiep. Anglorum ordinatus fuit, die ſecundum Sprot. & Thorn. 16.* Kalend. Decembr. anno prædicto. *Annum tum adhuc fluxiſſe 597. præclare confirmat S. Greg. P. P. l. 7. epiſt. 30. Eulogiæ Ep. Alexandrino ſcripta, in qua refert* Auguſtinum

confertur a S. Auguſtino in Anglia epiſc. 16. Nov.

Epiſcopum factum vel hos, qui cum eo tranſmiſſi ſunt, tantis miraculis in gente Anglorum coruſcare, ut Apoſtolorum virtutes in ſignis, quæ exhibent, imitari videantur. In ſolennitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima Indictione tranſacta eſt, pluſquam decem millia Anglos baptizatos eſſe. *Convenit ea Indictio t. in annum 597. quo tot millibus baptiſmus celſatus fuit; partim in 598. quo ea epiſt. a S. Gregor. exorata eſt. Sigebertus in chron.* Auguſtinum cum aliis a S. Gregorio anno 597. deſtinatum ad prædicandum in Anglia *ſcribit, &* anno 599. Edilbertum Regem eum gente ſua baptizatum, *quem annum Regis baptiſmo adſcribit Uſſerius in Indice chronolog. ad antiquitates Eccleſiarum Britannicarum: quæ ſatis refutata.* D

Baptizati 10000. Anglorum in feſto Nativitatis Chriſti.

11 *Regni Cantii caput, ſedeſque S. Ethelberti erat* Dorovernum, *Ptolemæo* Darvernum, *Beda* Dorovernia, *aliis* Doroberna, *poſteris Cuntuaria, Anglice* Canterburi. *Saxonice* Cant-wara-byrig, *id eſt*, Cantiam populi urbs: *quam* S. Ethelbertus Rex, *ut trodit Cambden. in Cantio*, eum jure regali Auguſtino Archiepiſcopo gentis Anglorum conſecrato elargitus *dicitur. Alii quidam ſcriptores volunt eum* palatium regium, *ſeu* ſolium regni, in ſedem Pontificalem aulamque ſuam in Chriſti eccleſiam tranſtuliſſe. *Nonnulla poſmodum facta a Regibus Anglorum, illi forſan adſcribuntur: ito ex Tabulario monaſterii S. Auguſtini, refert idem Cambdenus*, a Guilielmo Ruſo *poſt Normanor. ingreſſum* civitatem Cantuariæ datam Epiſcopis ea ſolido, quam ante tenuiſſent ex beneficio. *Eminent etiamnum S. Ethelberti dono ſive opera in duobus templis, quibus ſua adjunxit monaſteria, alterum* Chriſti Salvatoris *eſt, quod in medio quaſi urbis ſinu tanta majeſtate ſe in cœlum erigit, ut procul etiam intuentibus religionem incutiat, in quo tot illuſtres & ſancti Archiepiſcopi ſederunt: & poſterioribus ſeculis maxime celebratum fuit, ob memoriam atque ſepulturam ſanctiſſimi martyris Thomæ Archiepiſcopi, ut ejus etiam nomine* templum S. Thomæ *fuerit appellatum. Alterum templum ſub urbe ad Orientem ſitum,* S. Auguſtini *nomine notum, quod ejus hortatu* S. Ethelbertus *in Regum & Archiepiſcoporum ſepulturam ad honorem* Ss. Petri & Pauli *extruxerat. Huic monaſterio præfuit primus Abbas* S. Petrus, *de quo egimus 6. Jun. Alio templa etiam extra Cantium a* S. Ethelberto *extructa infra referimus.* E

urbs Dorovernum,

id eſt, Cantuariam, aut verius palatium eam dedit Archiepiſcopis

conſtruit templum Chriſti Salvatoris

& S. Auguſtini.

12 *Varia diplomata a* S. Ethelberto *data fuiſſe aliqui negarunt, alii affirmarunt; tria referuntur a Spelmanno a pag.* 118. *& Clemente Raynero l.* 2. *Apoſtolatus Benedictinorum in Anglia tract.* 1. *ſect.* 1. §. 13. *Atque apud Thornum & Harpsfeldium etiam extant, quæ ibi videri poſſunt. Edgarus Rex confirmat Doroberneuſem eccleſiam matrem eſſe & dominam aliarum regni eccleſiarum, S. Ethelberti ſtatuto allegato:* Anno, *inquit*, Dominicæ Incarnationis 958. Ego Edgarus Rex Anglorum, divinaque concedente clementia Monarchus, Regum antiquorum Ethelberti & ſucceſſorum illius, ac Archiepiſcoporum Brithwaldi & Athelardi ſtatuta & privilegia, eum venerabilis Archipontificis Dunſtani conſultu atque conſilio, renovamus & in Domino roboramus: ſtatuentes, ut Eccleſia Chriſti in Doroberna altarum Eccleſiarum regni noſtri mater ſit & domina, & eum omnibus ſuis perpetualiter ſit ubiq; libera præter expeditionem pontis & arcis conſtructionem, &c. *uti ex mſ. codice eccleſ. Cantuar. refert Spelmannus t. concilior. & Decretor. Britann. pag.* 432. *qui idem Spelman. pag.* 504. *tradit ex Saxonino a ſe latine redditum privilegium Æthelredi regis circa annum* 1006. *datum, in quo approbat* monachorum ordinem, quo S. Auguſtinus ex præcepto S. Gregor. & ea magni Regis Æthelberti conſtitutione & auailio in terram hanc intulit, & ejuſdem monachos ſanctos in eccleſia Chriſti diſpoſuit. *Ad hanc Sedem Cantuarienſem dignitas Metropolitana, ſive Archiepiſcopi, Londino (ubi ſub Britannis antea fuerat, reſtituendamq; mandarat S. Gregor.) tranſlata a S. Auguſtino; or-*

Diplomata S. Ethelberti.

Cantuaria ſedes Archiepiſcopi

Digitized by Google

A *ne, ordinata Episcopo Londinensibus S. Mellito: tum, ut in epitome Beda dicitur,* anno 604. Orientales Saxones fidem Christi perceperunt sub Rege Saeberchto & Antistite Mellito. *Qua Edgarus Rex in quodam diplomate Westmonasterienſi Eccleſia conceſſo apud Uſſerium de Britannicis antiquitatibus c. 14. ita exponit*: Eccleſia B. Petri, quæſita eſt in loco terribili, qui ab incolis Thorney nuncupatur, ab occidente ſcilicet urbis London, olim Dominicæ Incarnationis anno 604. B. Ethelberti hortatu, primi Anglorum Regis Chriſtiani, deſtructo prius ibidem abominationis templo Regum paganorum, a Seberto prædivite quondam Subregulo Loodon, oepote videlicet ipſius Regis, conſtructa fuit. *Erat hic ex Regibus quos a S. Ethelberto ad fidem Chriſti excitatos refert infra Capgravius.*

Londinum Epiſcopi,

Obiit S. Ethelbertus an. 616.

13 Anno 616. Edilbertus Rex Cantuariorum defunctus eſt. *Ita Beda Epitome, & infra Vita, ubi tamen vitio librariorum legitur* ann. 613. *Saxonice melius ut expreſſus, & ab omnibus poſtea chronologis accurate deſcriptus, annus regni 56. & poſt miſſum Roma S. Auguſtinum, 21. ut mirum ſit apud Baronium in Annalibus ad annum 613. ejus obitum referri. In chronolog. Saxonica hæc epocha ad ejus mortem ſolenni quaſi formula indicatur:* Anno 616. Ethelbertus Rex Cantuariorum obiit, regnumque filius Eadbaldus ſuſcepit: eodemque anno ab initio mundi quinque millia annorum cum ſexcentis & ſedecim annis effluxerunt. *Diem obitus Beda, Capgravius & reliqui omnes fuiſſe* 24. *Febr. obſervant, quo Beda dicitur æterna cœleſtis regni gaudia ſubiiſſe, & cœli regna conſcendiſſe. Reliquam vitam dumtaxat ex eodem Beda collectam, eique adjungimus alteram vitam a Joanne Capgravio in Legenda Sanctorum Anglia editam; quam ſeculo Chriſti undecimo ſcriptam fuiſſe conjecimus ſupra in Actis S. Letardi Epiſcopi. In ea annotatur*, antiquitus a primordio, ipſius inter Sanctos celebrata ſolemnitas. *In diplomate Edgari Regis ſupra relato* B. Ethelbertus *dicitur.*

Vita unde edita?

B

nomen ſe cundo faſtis

14 *In Elogio mſ. Sanctorum hoc die:* Cantuariæ in Anglia Adelberti Regis & confeſſoris anno 661. *imo ordine numerorum tranſpoſito*, anno 616. *In martyrologio Coloniæ anno* 1490. *exciſo*: Item S. Athelberti Regis & confeſſoris. *Eadem habet Greven in auctario Uſuardi. Martyrol. Romanum*: In Anglia S. Ethelberti Regis Cantuariorum, quem S. Auguſtinus Anglorum Epiſcopus ad fidem Chriſti convertit: *additurque in Notis*, eum migraſſe ex hac vita anno Domini 616. *Galeſinius ita ſcribit*: In Anglia S. Etbelberti Regis, confeſſoris: qui
C B. Auguſtini, ab Gregorio Pontifice ad eam inſulam miſſi, prædicatione, fidem complexus, eccleſias Deo ædificavit, religioniſque Chriſtianæ amplificandæ ſtudio deditus, cum multa pie ſancteque egerit, ad præmium abiit in cœlum. *Eodem fere habet Wion in martyrologio Monaſtico; quem ait a ſe* proferri, non eo quod monachus exiterit, ſed quod converſos ad fidem chriſtianam per monachum Benedictinum fuerit anno Domini fere 601.; *imo prius anno* 597. *Similia elogia leguntur in Martyrologio Anglic. & Germ. & apud Molanum in auctario Uſuardi, & Edwardum Maiberw in trophais Anglicanis Benedictinorum. In Breviario Eccleſiæ Sariſburienſis hæc de eo habentur oratio*: Deus qui inter Reges Anglorum B. Ethelbertum Regem & confeſſorem tuum primo ſociaſti regno Angelorum, concede propitius, ut, cujus triumphalem memoriam veneramur in terris, ejus perpetuo conſortio lætemur in cœlis. Per Dominum &c. *Extat imago altaris ſummi Eccleſiæ Cantuarienſis S. Auguſtini cum Monaſtico Anglic. excuſa, in cujus altaris medio corpus S. Ethelberti locatum eſt, atque infra hæc verba*: Anno Domini 1325. iſtud altare dedicatum in honore Apoſtolorum Petri & Pauli. S. Auguſtini Anglorum Apoſtoli & S. Ethelberti Regis Kal. Mart. a Petro Epiſcopo Corbonienſi. *Et* 12. *Septemb. Februarii* Tom. III.

oratio,

altare,

celebratur in quodam recentiore mſ. Tranſlatio S. Ethelberti Regis. *Sed num de hoc agatur* Rege Cantii, *quem alii* confeſſorem *appellant, an de* S. Ethelberto Martyre Rege Anglorum Orientalium, *incertum eſt. Colitur hic* 20 Mart. *Polydorus Virgilius l. 4. hiſtor. Anglica tradit* S. Ethelbertum inter Divos relatum, *ſuo tempore* multis emituiſſe miraculis. *Agunt de eodem reliqui omnes hiſtor. Anglicana ſcriptores, antiqui & recentiores, qui ea tempora, quibus vixit, illuſtrant.* AUCT. G. H. D

miracula

15 *Inter poſteros ſuos S. Ethelbertus habuit & longo ſerie Reges Cantiorum & plures vita ſanctitate eminentes. Ac primo filius illi ſucceſſit* Rex Eadbaldus, *qui apoſtaſiam, per Laurentium revocatus, teſte Beda l. 2. c. 6.* Eccleſiæ rebus, quantum valuit, in omnibus conſulere & favere curavit. *Prater hunc filium Regem, duas illi filias futruit* S. Edelburga, & S. Eadburga: *prior* S. Edwino *Northumbrorum Regi nupta, ſuo matrimonio, ut tradit idem Beda c. 9.* occaſio fidei fuit percipiendæ genti Northanhymbrorum, *cui a cade mariti Cantium reduci dedit* Rex Eadbaldus *frater* villam Limming, *non procula mari & portu Dubrenſi*, in qua ipſa monaſterium conſtruxit, & a B. Honorio *Archiep. Cantuarienſi* velamine conſecrata, Mater plurimarum Virginum & viduarum fuit, *ut legitur in vita ejuſdem Honorii apud Capgrav. ibidemq;* cum ſorore ſua S. Eadburga requieſcit, *ut docet in Vita S. Wereburga 3. Febr. Goſcelinus Columitur autem S. Edelburga 8. Septem. S. Eduinus Rex ejus maritus 12. Octobr. S. Eadburga refertur 23. Decembſed paſſim credita S. Edburga Abb. monaſterii S. Mildredæ, proneptis illius, cujus corpus hac tranſlatum in eccleſiam novam a Cuthberto Archiepiſcopo poſt ann. 741. conſtructam, & requieſcit cum S. Mildreda in Taneto inſula.*

S. Ethelbertifilius Eadbaldus Rex,

filia S. Edelburga nupta S. Edwino Regi

& S. Eadburga,

E

16 *Nati ſunt Eadbaldo, nepotes S. Ethelberti, Principes* Ermenredus, & Ercombertus, *& neptis* S. Eanſwida, *qua coli ſolebat* Folkſtonii *ad Oceanum, qua Dubri verſus Occidentem abitur, in monaſterio ab eaſdem extructo.* Ermenredo *nati, pronepotes* SS. Ethelredus & Ethelbrictus *martyres, quibus* 17. *Sept. ſacer eſt, & quatuor ſanctæ ſorores*, Dompneva, Ermeoburga, Etheldritha, & Ermengitha. *Colitur* S. Ermenburga 19. *Nov. Dompneva nupta Merualdo Principi Merciorum genuit dictam* S. Mildredam, *de qua agemus* 13. *Julii, ejuſq; ſorores* Ss. Milburgam & Milwidam, *quarum illam poſuimus* 23. *Febr. hanc* 17. *Jan. Acta de filiabus & neptibus Ermenredi nepotis S. Ethelberti: at frater ejus Ercombertus Rex apud Bedam l. 3. c. 8.* præcepit in toto Cantii regno idola deſtrui, & jejunium Quadrageſimale obſervari. *Huic* S. Sexburga, *filia Regis Orientalium Anglorum, de qua agemus 6 Julii, genuit Egbertum ac Lotharium Reges Cantii, &* SS. Ermenildam & Earcongotam: *quarum hac apud Francos in monaſterio S. Faræ, diœceſis Meldenſis prope Pariſios, vixit, colitur qua 23. Febr.* 13. S. Ermenilda, *qua Vulfero Merciorum Regi nupta, eidem peperit* S. Wereburgam *Virginem, ad cujus Vitam 3. Febr. de his uberius actum. Regnarum deinde in Cantio S. Ethelberti abneposes, Edricus & Withredus: ac deinde tres hujus filii, illius abnepotes Edbertus, Ethelbertus & Alfricus, omnes religionis Chriſtianæ acerrimi defenſores: poſt quos ab anno 794. adulterinum Principum genus exortum eſt, qui ſe & Remp. penitus peſſum dederunt.*

ex eo progenti Sanctimonia,

Ercombertus Rex,

pronepotes Egbertus & Lotharius Reges, ſororis ſuæ filia,

F

abneposes & abnepotes Regis &c.

A

V I T A

Ex S. Bedæ hiſt. Eccleſiaſt. gentis Angl.

C A P U T I.

S. Ethelberti majores in Britanniam evocati. Eorum & S. Ethelberti regnum. Hujus uxor Bertha.

Ea lib. 1. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 25. 26. , & lib. 2. cap. 5.

lib. 2. c. 5. a b c S. Ethelberti genus & regnum. lib. 1. c. 15. d

1 ETHelbertus Rex Cantuariorum erat filius *a* Irminrici, cujus pater *b* Octa, cujus patet Oeric cognomento *c* Oiſc, a quo Reges Cantuariorum ſolent Oiſcingas cognominari. Cujus patet Hengiſt. Perhibentur frattes fuiſſe Hengiſtus & Horſus. Erant autem filii Wetgisli, cujus pater Vecta, cujus pater *d* wodeu: de cujus ſtirpe multarum provinciarum regium genus originem duxit.

B a. 2. b Britannia Romano militi eodem, c c. 12. f a Scotis & Pictis vocatum, g c 13.

2 Anno ab Incarnatione Domini quadringentesimo ſeptimo apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur & occiditur. Hujus loco Conſtantinus ea infima militia, ut invaſit Imperium, in Gallias transiit. c Exin Britannia omni armato milite, copiis univerſis, tota floridæ juventutis alacritate ſpoliata (quæ tyrannorum temeritate abducta, nuſquam ultra domum rediit) ſub duabus gentibus vehementer ſævis, *f* Scotorum a Cirtio, Pictorum ab Aquilone, multos ſtupet gemitque per annos. Anno autem regni Theodoſii junioris *g* vigeſimo tertio, Actius vir illuſtris, qui & Patricius fuit, tertium cum Symmacho geſſit conſulatum. Ad hunc pauperculæ Britonum reliquiæ mittunt e piſtolam, & ita ſuas calamitates explicant: Repellunt Barbari ad mare, repellit mare ad Barbaros: inter hæc oriuntur duo genera funerum, aut jugulamur, aut mergimur. Nec quidquam ab illo auxilii impetrare quiverunt, utpote qui graviſſimis eo tempore bellis cum *b* Bleda & Attila Regibus Hunnorum erat occupatus. Initum conſilium, quid agendum, ubi quærendum eſſet præſidium ad evitandas vel repellendas tam feras, tamque creberrimas gentium Aquilonarium irruptiones: placuitque omnibus cum ſuo Rege Vottigerno, ut Saxonum gentem de *i* tranſmarinis partibus in auxilium vocarent. Anno ab Incarnatione Domini quadringentesimo quadragesimo nono, Saxonum gens invitata a Rege, Britanniam tribus longis navibus advehitur, & in Orientali parte inſulæ, jubente eodem Rege, locum manendi, quaſi pro patria pugnatura, re autem vera hanc expugnatura, ſuſcepit. Iſnito ergo certamine cum hoſtibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſere Saxones. Duces eorum primi perhibentur duo frattes Hengiſtus & Horſus poſtea a Britonibus occiſus.

b c. 14. Incolæ Saxones C i c. 15. Iterum an. 449.

Anno Marcellæ ab exord. Ethelberti,

3 Confluentibus certatim in inſulam catervis, grandeſcere cœpit populus advenarum. Tum inito cum Pictis fœdere, in ſocios arma vertere incipiunt. Adverant autem de tribus Germaniæ fortioribus populis, id eſt, Saxonibus, Anglis, Jutis. De *k* Jurarum origine ſunt Cantuarii, & Vectuarii, hoc eſt, ea gens, quæ Vectam inſulam tenet, & ea quæ uſque hodie in provincia Occidentalium Saxonum Jutarum natio nominatur, poſita contra ipſam inſulam Vectam. De Saxonibus, id eſt, ea regione quæ olim antiquorum Saxonum cognominatur, venere Oriental Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones. Porro de *l* Anglis, hoc eſt de illa patria, quæ Angulus dicitur, & eo tempore uſque hodie manere deſertus inter provincias Jutarum & Saxonum perhibetur, *m* Orientales Angli, Mediterranei Angli, Mercii, tota Nord-humbrorum progenies, id eſt illarum gentium, quæ ad boream Humbri fluminis inhabitant, ceterique Anglorum populi ſunt orti.

k ortum partim Saxonum partim Jutis. D l & Anglis, m.

4 Cunctis Auſtralibus eorum provinciis, qui Humbræ fluvio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur a Borealibus, imperavit Rex Cantuariorum Ethelbertus, qui quoque habebat Chriſtianam de gente *n* Francorum regia, nomine *o* Bertham. Quam ea conditione a parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis ſuæ cum Epiſcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inviolatam ſervare licentiam haberet. Erat autem prope ipſam civitatem Dorovernenſem, quæ imperii totius erat metropolis, ad Orientem Eccleſia, in honorem s. Martini antiquitus facta, cum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina orare conſueverat.

l. 2. c. 5. S. Ethelberti ſotd Imperium, l. 1. c. 25. n o nunc Cabeilon. c. 26.

a *Al.* Irmetici, Ermetici, Hunetici, *initium regni ejus ſtatuitur anno* 532.
b *Al.* Otha, *capiſſe creditur regnum an.* 515.
c *Al.* Oſca, Eiſc, Eſk, *regnaſſe ab an.* 455. *dicitur.*
d VVodan, *ſeu* Godan, *Germanis* Mercurius *eſt, quem deorum maxime ab iis tradit Tacitus de moribus Germ. cap.* 9. *hinc dies Mercurii illis dicitur,* Godensdach, VVodensdach *& per contractionem* Goensdach, VVoensdach. *De eo egimus ad Vitam S. Kenigerni* 13. *Jan. c.* 6.
e *Hæc Beda refert verbis Gildæ Sapientis de Excidio Britanniæ, quæ apud utrumque plenius legi poſſunt.*
f Britannos Pictis & Hibernis hoſtibus affluentes *tradidit olim ſub finem ſec.* 3. *Eumenius Rhetor in panegyrico ad Constantium patrem Conſtantini Magni. Ab eoſdem Britannos, Scotorum, Pictorumque, gentium ferarum, ejecturſu Conſt. Conſtantio Aug.* 10. & Juliano Cæſare 3. *anno Chr.* 360. *vaſtatos fuiſſe ſcribit Amm. Marcellinus l.* 20. *& iterum de poſterioribus annis l.* 27.
g *Ab obitu ſcil. Honorii. Chr.* 446. *cum Theodoſius ann.* 38. *Imperij abſolverat.*
h *Al.* Bledla & Bedla. Is *a fratre Attila interemptus. De Attila ab Aetio anno* 451. *debellato ſupra egimus.*
i *De altero ſæculo Saxones in Belgica, Friſia & Germanica maritima dominatos fuiſſe oſtendimus ad Vitam S. Sigiberti* 1. *Feb.* §. 2. *unde vel inde facile ad littus Britann. Saxonicum, ab iiſdem olim occupatum, in vitati tranſierint. Tantum Saxonum memoriæ Gildas. Eorum antiquam ſedem trans Albim in Holſatia deſcripſimus* 3. *Febr. ad Vitam S. Anſchar.* §. 1.
k Jutas *in editione Colonienſi perperam* Vitzo *altimos Cimbricæ Cherſonenſi populos a Saxonibus evocatos cum illis biſce in ſedibus habitaſſe opinamur.*
l *De hac antiqua Anglorum ſede, ut & Jutarum, egimus* §. 10. *nec non Vitam S. Anſchar. Alij* Anglicum Varinto *&* Deutingis, *ſive* Thuringis, *conſtituit a Tacito de moribus Germanorum c.* 40. *evaſtati in interiorem Germ. & Saxonibus immiſti, quorum Regi filiam Theoderici I. Auſtraſiæ R. Regis deſponſam fuiſſe, deinde unam Principi Varnorum tradit Procop. l.* 4. *Gothicorum, additque Britanniam tum inhabitatam fuiſſe a Britonibus indigenis, Anglis, & Friſiis, quos alij Saxones vocant.*
m *Uti ſeculo integro horum regna in Britannia, poſt advenum Saxonum caperunt, ita Anglos a Saxonibus advenas ſenſim venuiſſe in inſulam nobis veroſimilius videtur.*
n *Feliam fuiſſe* Chariberti Regis *ſupra probavimus.*
o S. Gregor. Papa *l.* 9. *ep.* 59. Aldioergam. *corrupte pro* Adelbertha, *ſeu* Ethelbeſſha: *ita* S. Ethelbertus *eidem Gregorio* Aldiberſus *eſt.*

Angli, F

horum reges.

C A P U T II.

S. Ethelberti ad fidem Chriſti converſio.

Ea lib. 1. cap. 23. 25. & 26.

5 ANno ab Incarnatione Domini *a* quingentesimo octogesimo ſecundo Mauritius Imperium ſuſcipiens *b* uno & viginti annis regnavit. Cujus anno regni *c* decimo Gregor. vir doctrina & actione præcipuus, Pontificatum Romanæ & Apoſtolicæ Se-

a a. 582. b c *Al.* Greg. Papa.

A Sedis ſortitus reait annos *d* tredecim, menſes tres, & dies
d decem. Qui divino admonitus inſtinctu, nono decimo
quarto ejuſdem Principis, adventus vero Anglorum in
Britanniam anno *e* circiter centeſimo quinquageſimo,
e anno 596. S. Auguſtinum & ſocios miſſos, miſit ſervum Dei Auguſtinum, & plures alios cum eo
monachos timentes Dominum, prædicare verbum Dei
genti Anglorum. Qui cum juſſis Pontificalibus obtem-
perantes, memoratum opus aggredi cœpiſſent, jamque
aliquantum itineris confeciſſent, perculſi timore inerti,
redire domum potius, quam barbaram, feram, incre-
dulamque gentem, cujus nec linguam quidem noſſent,
adire cogitabant, & hoc eſſe tutius communi conſilio
decernebant. Nec mora: Auguſtinum, quem eis Epi-
ſcopum ordinandum, ſi ab Anglis ſuſciperentur, diſpo-
ſuerat, domum remittunt: qui a B. Gregorio humili
ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborio-
ſam, tam incertam peregrinationem adire deberent.
Quibus ille cohortatorias mittens litteras, in opus eus
verbi, divino confiſus auxilio, proficiſci ſuadet.

n. 29. 6 Robotatus ergo confirmatione beati Patris Gregorii
Auguſtinus, eum famulis Chriſti, qui erant cum eo,
redit inopus verbi, perveniteque Britanniam. Erat eo
tempore Rea Ethelbertus in Cantio potentiſſimus, qui
S. Ethel-bertus ad confinium uſque Humbri fluminis maximi, quo Me-
ridiani & Septemtrionales Anglorum populi dirimuntur,
B fines imperii tetenderat. Eſt autem ad orientalem Cantii
in Taneto inſula appulſus, plagam Tanetos inſula, quam a continenti terra ſecernit
fluvius Wantſumu. In hac ergo applicuit ſervus Domini
Auguſtinus & ſocii ejus, viri (ut fertur) ferme quadra-
ginta. Acceperat autem, præcipiente beato Papa Gre-
gorio, de gente Francorum *f* interpretes, & mittens ad
Ethelbertum mandavit ſe veniſſe de Roma, ac nuntium
ferre optimum, qui ſibi obtemperantibus æterna in cœ-
jubos ſubſiſtere: lis gaudia, & regnum ſine fine cum Deo vivo & vero
futurum, ſine ulla dubietate promitteret. Qui hæc
audiens manere illos in ea, quam adierant, inſula, &
eis neceſſaria miniſtrari, donec videtet, quod eis faceret,
juſſit. Nam & ante fama ad eum Chriſtianæ religionis
pervenerat.

7 Poſt dies ergo veoit ad inſulam Rex, & reſideos ſub
divo, juſſit Auguſtinum cum ſociis ad ſuum ibidem ad-
alloquitur, venire colloquium. Caverat autem, ne in aliquam do-
mum ad ſe introirent, veteri uſus augurio, ne ſuperven-
tu ſuo, ſi quid maleficæ artis habuiſſent, eum ſuperando
deciperent. At illi non dæmonica, ſed Divina virtute
prædicti, veniebant, Crucem pro vexillo ferentes argen-
C team, & imaginem Domini Salvatoris in tabula depi-
ctam, Letaniaſque canentes, pro ſua ſimul & eorum,
audit eos-dem annun-tiantes. propter quos & ad quos venerant, æterna ſalute Domi-
no ſupplicabant. Cumque ad juſſionem Regis reſidentes,
verbum ei vitæ una cum omnibus, qui aderant, ejus
comitibus prædicarent, reſpondit Rex, dicens: Pulchra
ſunt quidem verba & promiſſa, quæ adfertis; ſed, quia
nova ſunt & incerta, non his poſſum aſſenſum tribuere,
relictis eis, quæ tanto tempore cum omni Anglorum gen-
te ſervavi. Verum, quia de longe huc peregrini veniſtis,
&, ut ego mihi videor perſpexiſſe, ea, quæ vos veta &
optima credebatis, nobis quoque communicare deſidera-
ourlpis be-ſpiritus tis, nolumus moleſti eſſe vobis: quin potius benigne vos
hoſpitio recipere, &, quæ victui veſtro ſunt neceſſaria,
miniſtrare curamus: nec prohibemus, quin omnes, quos
poteſtis, fidei veſtræ religionis prædicando ſocietis. De-
dit ergo eis manſionem in civitate Dorovernenſi, eiſque,
ut promiſerat, eum adminiſtratione victus temporalis,
licentiam quoque prædicandi non abſtulit.

n. 26. 8 Ac ubi ſibi datam manſionem intraverunt, cœperuot
Apoſtolicam primitivæ Eccleſiæ vitam imitari, ora-
ſanctiſſima illorum ut. verſantur tionibus videlicet aſſiduis, vigiliis ac jejuniis ſerviendo,
verbum vitæ, quibus poterant prædicando, cuncta hujus
mundi velut aliena ſpernendo, ea tantum, quæ victui
neceſſaria videbantur, ab eis, quos docebant, accipien-
do, ſecundum ea, quæ docebant ipſi, per omnia viven-
do, & paratum, patiendi adverſa quæque, vel etiam
moriendi pro ea, quam prædicabant, veritate, animum
habendo. Ceperuot ergo in eccleſia S. Martini primo con-
venire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare & ba-
ptizare ptizare. Crediderunt nonnulli, & baptizabantur, miran-
tes ſimplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem doctri-
næ eorum cœleſtis. At ubi ipſe Rea etiam inter alios de-
delectatus lectatus vita mundiſſima Sanctorum, & promiſſis eorum
ſuaviſſimis, quæ vera eſſe miraculorum quoque multo-
rum oſtenſione firmaverunt, credens baptizatus eſt;
baptizatus cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere,
ac relicto gentilitatis ritu, unitati ſe ſanctæ Chriſti Ec-
cleſiæ credendo ſociare. Quorum fidei & converſioni ita
congratulatus eſſe Rea perhibetur, ut nullum tamen
cogeret ad Chriſtianiſmum, ſed tantummodo credentes
arctiori dilectione, quaſi concives ſibi regni cœleſtis, am-
fovet fobdi-tis nouo-verſos. plecteretur. Didicerat enim & a doctoribus auctoribuſ-
que ſuæ ſalutis ſervitium Chriſti voluntarium, non coa-
ctitium, debere eſſe. Nec diſtulit, quin etiam ipſis do-
ctoribus ſuis locum ſedis eorum gradui congruum, in
Dorovernia metropoli ſua donaret, ſimul & neceſſarias
in diverſis ſpeciebus poſſeſſiones conferret: ipſi etiam
majorem prædicandi per omnia, & eccleſias fabricandi, E
vel reſtaurandi, licentiam acciperent.

a *Succeſſit Tiberio 14. Aug. mortuo, pridie accepta ejus filia in conjugem, ſuccoſſor deſignatus Indictione 15. ut præclare Bedæ conſentit Chronicon Alexandrinum.*
b *Imo anno 21. regni, Chriſti 602. 23. Novemb. occiſus.*
c *Citius ordinatus eſt, ſcilicet anno 590.*
d *Has accurate emendabuntur ad ejus Vitam 12. Martii.*
e *Aut biennio citius.*
f *Hos Presbyteros volunt, vicino duci S. Gregorius, ut ſcribit ad Theodoricum & Theodebertum Reges Francorum, lib. 9. ep. 58.*

EX HIST. ECCL. BEDÆ.

CAPUT III.

S. Gregorii Papæ dona & epiſtola ad S. Ethelbertum, aliaſque in Britannia.

Ea lib. 1. c. 27. 29. 31. & 32.

9 INterea vir Domini Auguſtinus venit *a* Arelas, & *a* l. 1. c. 27
ub Archiepiſcopo ejuſdem civitatis Etherio, jux- *S. Gregorius inſtructa Anglorum converſione.*
ta quod juſſa ſancti Patris Gregorii acceperat, Archiepi-
ſcopus genti Anglorum ordinatus eſt. Reverſuſque Bri-
anniam, miſit continuo Romam Laurentium Presby-
terum & Petrum monachum, qui beato Pontifici Gre-
gorio gentem Anglorum fidem Chriſti accepiſſe, ac ſe F
Epiſcopum factum eſſe referrent. Simul & de eis, quæ
neceſſaria videbantur, quæſtionibus ejus conſulta flagi-
tans. Nec mora: congrua quæſtionibus reſponſa rece-
pit. Præterea idem Papa Gregorius miſit Auguſtino eum *c. 29* *mittit voca-tio donc.*
præfatis legatariis plures cooperatores ac verbi miniſtros,
& per eos univerſa quæ ad cultum erant ac miniſterium
Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta
altarium, ornamenta quoque eccleſiarum, & ſacerdo-
talia & cleticalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſto-
lorum ac Martyrum reliquias, necnon & *b* codices plu- *b*
rimos. Miſit etiam litteras, in quibus ſignificat, ſe ei *& epiſto-las.*
pallium direxiſſe, ſimul & inſinuat, qualiter Epiſcopos
in Britannia conſtituere debuiſſet. Miſit etiam Auguſti- *c. 31.*
no epiſtolam ſuper miraculis, quæ per eum facta eſſe *c. 32.*
cognoverat. Miſit & idem beatus Papa Gregorius eodem *etiam S. Ethelberto,*
tempore etiam Regi Ethelberto epiſtolam, ſimul & do-
na in diverſis ſpeciebus perplura: temporalibus quoque
honoribus Regem glorificare ſatagens, cui gloriæ cœle-
ſtis ſuo labore & induſtria notitiam proveniſſe gaudebat.
Exemplar autem præfatæ epiſtolæ hoc eſt:

10 Domino glorioſiſſimo atque præcellentiſſimo
filio

EX HIST. ECCL. BEDÆ.

filio Ethelbergo Regi Anglorum Gregorius Epiſcopus. Propter hoc omnipotens Deus bonos quoſque ad populorum regimina perducit, ut per eos omnibus, quibus prælati fuerint, dona ſuæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus, cui veſtra gloria idcirco præpoſita eſt, ut per bona, quæ vobis conceſſa ſunt, etiam ſubiectæ vobis genti ſuperna beneficia præſtarentur. Et ideo, glorioſe fili, eam, quam accepiſti divinitus, gratiam ſollicita mente cuſtodi. Chriſtianam fidem in populis tibi ſubditis extendere ſeſtina: zelum rectitudinis tuæ in eorum converſione multiplica: idolorum cultus inſequere, ſanctorum ædificia everte, ſubditorum mores in magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo & boni operis exempla monſtrando, ædifica: ut illum retributorem invenias in cœlo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipſe enim veſtræ quoque gloriæ nomen etiam poſteris glorioſius reddet, cujus vos honorem quæritis & ſervatis in gentibus. Sic enim Conſtantinus quondam piiſſimus Imperator Romanam rempublicam a perverſis idolorum cultibus revocans, omnipotenti Domino noſtro Jeſu Chriſto ſecum ſubdidit, ſeque cum ſubiecerit populis tota ad Deum mente convertit. Unde factum eſt, ut tanto in opinione prædeceſſores ſuos, quanto & in bono opera ſuperaret. Et nunc itaque veſtra gloria cognitionem unius Dei, & Patris & Filii & Spiritus ſancti Regibus ac populis ſibimet ſubiectis feſtinet infundere, ut & antiquos gentis ſuæ Reges laudibus ac meritis tranſeat, & quanto in ſubiectis ſuis aliena peccata deterſerit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat.

A

B

11 Reverendiſſimus autem Frater noſter Auguſtinus Epiſcopus, in monaſterii regula doctus, ſacræ Scripturæ ſcientia repletus, bonis auctore Deo operibus præditus, quæque vos admonet, libenter audite, devote peragite, ſtudioſe in memoria reſervate: quia, ſi vos eum, in eo quod pro omnipotente Deo loquitur, auditis; idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. Si enim, quod abſit, verba ejus poſtponitis, quod omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro Deo? Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei ſtringite, atque adjutum illius virtute, quam vobis Divinitas tribuit, adjuvare: ut regni ſui vos ipſe faciat eſſe participes, cujus vos fidem in regno veſtro recipitis, & facitis cuſtodiri.

12 Præterea ſcire veſtram gloriam volumus: quia, ſicut in Scriptura ſacra ex verbis Domini omnipotentis agnoſcimus, præſentis mundi jam terminus juxta eſt, & Sanctorum regnum venturum eſt, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent, quæ ante non fuerunt: videlicet immutationes aeris, terroreſque de cœlo, & contra ordinem temporum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræ motus per loca, quæ tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies omnia ſubſequentur. Vos itaque, ſi qua ea his evenire in terra veſtra cognoſcitis, nullo modo veſtrum animum perturbetis: quia idcirco hæc ſigna de fine ſeculi præmittuntur, ut de animabus noſtris debeamus eſſe ſolliciti, de mortis hora ſuſpecti, ut venturo Judici in bonis actibus inveniamur præparati. Hæc nunc, glorioſe fili, pauca locutus ſum, ut, cum Chriſtiana fides in veſtro regno excreverit, noſtra quoque locutio apud vos latior excreſcat: ut tanto plus loqui libeat, quanto ſe in mente veſtra gaudia de gentis veſtræ perfecta converſione multiplicant.

C

13 Parva autem munuſcula tranſmiſi, quæ vobis parva non erunt, cum a nobis ea B. Petri Apoſtoli ſuerint benedictione ſuſcepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam ſuam, quam cœpit, cuſtodiat atque perficiat, atque & hic vitam veſtram per multorum annorum curricula extendat, & poſt longa tempora in cœleſtis patriæ congregatione ſuſcipiat. *c* Incolumem Excellentiam Veſtram gratia ſuprema cuſtodiat, Domine fili. Data die decima Kalendarum Juliarum, imperante Domino noſtro Mauritio Tiberio piiſſimo Auguſto anno decimo nono, poſt Conſulatum ejuſdem anno decimo octavo, Indictione 1v. *d*

D

c optat cœleſtem gloriam.

d

a *Imo* Lugdunum, *ubi* Etheriam *fuiſſe* Archiepiſcopum *diximus* 2. *Febr.* § 2. *ad Vitam S. Laurentii Archiepiſcopi. Tum autem Arelatenſis Archiepiſcopus erat Virgilius creatus anno Childeberti Regis Auſtraſiæ* 13. *Chr.* 587. *ut ibidem ex Greg. Turonenſi docuimus.* Etherius Lugdunenſis Epiſc.

b *Evangeliam S. Gregorii adhuc extare in bibliotheca Cottoniana ſcribit Clemens Reynerus* tr. 1. *Apoſtolatus Benedictini* ſect. 3. §. 13. *ad Auctorem hiſtoriæ fundationis Monaſterii S. Auguſtini, qui* Biblia S. Gregorii *ſuo tempore exiſtiſſe addit. De aliis deinde infra agetur.* oculeus S. Gregorii.

c *Reliqua deſunt apud S. Gregorium in regiſtro epiſtolarum.*

d *Additur in aliquibus editionibus*, id eſt, anno Domini 601.

CAPUT IV.

Eccleſia ab S. Ethelberto Rege conſtructa. Synodus habita.

E

Ea lib. 1. c. 33. lib. 2. c. 2. & 3.

14 AT Auguſtinus, ubi in regia civitate Sedem Epiſcopalem accepit, recuperavit in ea, regio fultus admiculo, eccleſiam, ibi Romanorum antiquorum fidelium opere factam, & eam in nomine ſancti Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti ſacravit, atque ibidem ſibi habitationem ſtatuit & cunctis ſucceſſoribus ſuis. Fecit autem & monaſterium non longe ab ipſa civitate ad Orientem, in quo ejus hortatu Ethelbertus eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli a fundamentis conſtruxit, ac diverſis donis ditavit: in qua & ipſius Auguſtini & omnium Epiſcoporum Dorovernenſium, ſimul & Regum Cantii, poni corpora poſſent.

l. 1. c. 33. S. Ethelbertus dat S. Auguſtino eccleſiæ S. Martini,

extruit SS. Petri & Pauli.

15 Auguſtinus adjutorio uſus Ethelberti Regis convocavit ad ſuum colloquium *a* Epiſcopos ſive Doctores proximæ Britonum provinciæ, in loco ubi uſque hodie lingua Anglorum *b* Auguſtines-ac, id eſt, robur Auguſtini, in confinio Wicciorum & Occidentalium Saxonum, appellatur. Dicebat autem eis, quod in multis quidem noſtræ conſuetudini, imo univerſalis Eccleſiæ contraria geritis; & tamen, ſi in tribus his mihi obtemperare vultis, ut Paſcha *c* ſuo tempore celebretis, et miniſterium baptizandi, quo Deo renaſcimur, juxta morem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ compleatis, ut genti Anglorum una nobiſcum verbum Domini prædicetis, cetera, quæ agitis, quamvis moribus noſtris contraria, æquanimiter cuncta tolerabimus. At illi, nihil horum ſe facturos, neque illum pro Archiepiſcopo habituros eſſe, *d* reſpondebant. Quibus vir Domini fertur minitans prædixiſſe, quia ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi. Et, ſi nationi Anglorum noluiſſent viam vitæ prædicare, per horum manus ultionem eſſent mortis paſſuri. Quod ita per omnia, ut prædixerat, Divino agente judicio, eſt peractum. Siquidem poſthæc Rex Anglorum e Ethelfridus, collecto grandi exercitu ad civitatem *f* Legionum, quæ a gente Anglorum Legaceſter, a Britonibus autem rectius Carlegion appellatur, maximam gentis perfidæ ſtragem dedit. Sicque completum eſt præſagium ſancti Pontificis Auguſtini, quamvis ipſo jam multo ante tempore ad cœleſtia regna *g* ſublato, ut etiam temporalis interitus ultionem ſentirent perfidi, quod oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreverant.

l. 2. c. 2. *a* jovat in Synodo Britonum collectos *b*

c

F

d

e

f

g

16 Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo quarto Auguſtinus Britanniarum Archiepiſcopus ordinavit duos

Laudat eli ob ſuſceptã fidem.

ad eam ſubſidiendam hortatur,

exemplo Conſtantini ſuper.

utq; S. Auguſtinum Doctorem audiat;

ob adventum finẽ mundi

non terreat

et deus mittit,

A duos Epiſcopos, *b* Mellitum videlicet & Juſtum. Mellitum quidem ad prædicandum provinciæ Orientalium Saxonum, qui Thamesi fluvio dirimuntur a Cantia, & ipſi Orientali mari contigui, quorum metropolis Londonia civitas eſt ſuper ripam præfati fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum terrâ marique venientium. In quâ videlicet gente tunc temporis Seberhtus, nepos Ethelberti ex ſorore Ricula, regnabat: quamvis ſub poteſtate poſitus ejuſdem Ethelberti, qui omnibus, ut ſupra dictum eſt, uſque ad terminum Humbri fluminis, Anglorum gentibus imperabat. Ubi vero & hæc provincia verbum veritatis prædicante Mellito accepit, fecit Rex Ethelbertus in civitate Londonia eccleſiam S. Pauli Apoſtoli, in qua locum Sedis Epiſcopalis & ipſe & ſucceſſores ejus haberent. Juſtum vero in ipſa Cantia Auguſtinos Epiſcopum ordinavit in civitate *i* Doruverni, quam gens Anglorum a primario quondam illius, qui dicebatur Rof, Roffeceſtre cognominat. Diſtat autem a Doroverni millibus paſſuum ferme viginti quatuor ad Occidentem, in qua Rex Ethelbertus eccleſiam B. Andreæ Apoſtoli fecit, qui etiam Epiſcopis utriuſque hujus Eccleſiæ dona multa, ſicut & Doruvernenſis, obtulit: ſed & *k* territoria ac poſſeſſiones in uſum eorum, qui erant cum Epiſcopis, adjecit.

b S. Mellito Londini Epiſcopo

ecclesiam S. Pauli.

i & S. Juſto Roffenſi Epiſcopo.

ecclesiam S. Andreæ.

B a *De his Epiſcopis eorumque Sedibus faſe & dolor diſputat Uſſerius in Antiquitatibus Eccleſ. Britan. c. 5.*

b *Forte jam villa Auſtric, quaſi Auſtinſtic, dicitur, in limite Wigornia, cujus populi Wicii, verſus Herefordia Comitatum. Cruſentur autem Epiſcopi Wigornenſis & Herefordenſis inter reliquos Britones adhuc. Wigornenſibus victus eſt Glocestrius, quam eam ultimis orbibus occiſis fribus Regibus Britonum, anno 577. Coanlium Regem Occidentalium Saxonum invaſerunt fradunt Wigornenſis & alii.*

Leuni Synodi.

c *A* XV. *Luna ad* XIII. *non tam a* XIV. *ad* XX. *ut* 2. *Febr. offra dimus.*

d *Reſponſionum Abbatis Bangor ex mſ. codice exhibet Henricus Spelman, inter Concilia Britannica, & quidem Britannice & Anglice, cum ſua interpretatione Latina. Quo autem Auctore aut tempore codex ille confectus fuerit, addit ſe explorare non poſſe; ut nihil inde certi concludi poſſit. Reſponſio autem habetur pag. 108. & 109.*

reſponſum Abb. Bancor.

e *Hic Ethelfridus, Rex Northumbrorum factus an. 593. regnavit* 24. *an. ut ait Beda l. 1. c. 34. colligitur. Hunc Ethelfridum, aliique Saxonum Regulos, ad Britones colloquio magno vocatos perdendi, fuiſſe a S. Ethelberto ſtimulatos tradit Galfridus Monumetenſis; qui Epiſcopos Aſaphenſis clarudit an. 1160. Sed cujus fidei a Guilielmo Neubrigenſi auctore coarcuo, aliiſque plurimis dotrahitur, poſſimum ubi cauſſa Britonum agitur.*

Britones cæſi.

f *Eo eſt a legitur* 11. *Auguſta olim dicta ad fluvium Iſcam apud Silures antiquos in Britannia* II. *nunc Comitatu Monmetenſi.*

g *Obiit S. Auguſtinus anno 608. die 26. Maii, feria* 3.

C h *Colunitur Mellitus* 24. *Apr. Juſtus* 10. *Novemb.*

i *Ita libri: ſed ſcribendum Dunobrivi: uti habet Antonini Itinerarium: ſadr in tabulis Peutingerianis contractum nomen Roibis: an inde potius Roſ deductum, ut tenſis Cambdenus in Cantiis?*

orbis Roffenſis.

k *Spelman in Concilliis Britan. pagina* 130. *ra antiquis ita ſcribit. Æthelbertus Rex, Deo inſpirante, pro animæ ſuæ remedio dedit Epiſcopo Mellito terram, quæ appellatur Tillingam ad monaſterium, ſive ſolatium, ſcilicet S. Pauli. Ergo Rex Æthelbertus ita ſimiliter concedo tibi Præſuli Mellito poteſtatem ejus habendi & poſſidendi, ut in perpetuum in monaſterio utiliter permaneat. De bonis Cantuarienſi monaſterio & eccleſiæ collatis ſuperſim agemus.*

donato S. Mellito;

CAPUT V.

Leges a S. Ethelberto lata. Mors ejus & ſepultura.

Ex lib. 2. cap. 4. & 5.

l. 2. c. 4. 17 LAurentius Archiepiſcopi gradu potitus, ſtrenue fundamenta Eccleſiæ, quæ nobiliter jacta vidit, augmentari, atque ad profectum debiti culminis, & crebra voce ſanctæ exhortationis & continuis piæ operationis ea emplis provehere curavit. His temporibus venit Mellitus Londoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſariis Eccleſiæ Anglorum cauſſis cum Apoſtolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem Papa reverendiſſimus eogeret Synodum Epiſcoporum Italiæ, de vita monachorum & quiete ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit anno octavo imperii Phocatis Principis, *a* Indictione decima tertia, tertia die Kalendarum Martiarum, ut quæque erant regulariter decreta, ſua quoque auctoritate ſubſcribens confirmaret, ac Britanniam rediens, ſecum Anglorum Eccleſiis mandata atque obſervanda deferret, una cum epiſtolis, quas idem Pontifex Archiepiſcopo Laurentio, & Clero univerſo, ſimul & Ethelberto Regi atque genti Anglorum direxit. *b*

EX HIST. ECCL. BEDÆ. D

& S. Mellito Romæ præfecto.

a Bonifacius 4. Papa præfuit S. Ethelberto;

b

18 Ethelbertus Rex inter cetera bona, quæ genti ſuæ conſulendo conferebat, etiam decreta illi judiciorum, juxta exempla Romanorum cum conſilio Sapientium conſtituit. Quæ conſcripta *c* Anglorum ſermone hactenus habentur, & obſervantur ab ea. In quibus *d* primitus poſuit, qualiter id emendare deberet, qui aliquid rerum vel Eccleſiæ, vel Epiſcopi, vel reliquorum ordinum ſurtu auferret, volens ſcilicet tuitionem eis, quos & quorum doctrinam ſuſceperat, præſtare.

hic ſolis tradit decreta judicialium,

a

d

19 Anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo decimo ſexto (qui eſt annus viceſimus primus, ex quo Auguſtinus cum ſociis, ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Ethelbertus Rex Cantuariorum poſt regnum temporale, quod *f* quinquaginta & ſex annis glorioſiſſime tenuerat, æternum cœleſtis regni gaudia ſubiit: qui tertius quidem in Regibus Anglorum cunctis Auſtralibus eorum provinciis qui Humbre fluvio & contiguis ei terminis ſequeſtrantur a Borealibus, imperavit; ſed primus omnino cœli regna conſcendit. Defunctus vero eſt Rex Ethelbertus die vigeſima quarta menſis Februarii, poſt *g* viginti & unum annos acceptæ fidei, atque in porticu S. Martini intra eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſepultus, ubi & Bertha Regina conducta eſt.

cap. 5.

c

mortuus anno 616.

E

f

g

ſepultus.

a Anno 610.

b Additur Saxonice, in ſolatium, rectæque vitæ perfectionem.

c Ideſt Saxonice, *prout extant in Codice mſ. qui Textus Roffenſis appellatur apud Spelmanum ſub illo titulo: Hæc ſunt decreta, ſeu judicia, quæ Æthelbertus Rex conſtituit tempore Auguſtini.*

d Ea ita referuntur apud Spelmanum. 1. Quicumque res Dei vel Eccleſiæ abſtulerit, duodecima componat ſolutione, Epiſcopi res undecima ſolutione, Sacerdotis res nona ſolutione, Diaconi res ſexta ſolutione, Clerici res tertia ſolutione: Pax Eccleſiæ violata, duplici emendetur ſolutione: Pax monachi, duplici etiam ſolutione. 11. Si Rex populum ſuum convocaverit, & hos illic quiſpiam injuria affecerit, duplex eſto emendatio, & præterea quinquaginta ſolidos Regi pendito. 111. Si Rex in domo alicujus conpotaverit, & damnum illic quis intulerit, duplici emendatione compenſato *&c.*

Leges S. Ethelberti.

e Ita Saxonicus interpres ut ſupra diximus: alii decimo tertio.

f Alii quinquaginta & uno.

g Annumeratis annis Incompletis & 597. quo baptizatus, & hoc 616. quo mortuus eſt: aliquot menſibus exquiſitis; ut vigeſimi anni explentur.

ALIA VITA

Ex legenda SS. Angliæ Joan. Capgravii.

1 EThelbertus *a* autem Rex Deo amabilis, tertius erat *b* Regum Cantiæ; ſed primus regni cœlorum aſcenſor. Quidquid Anglorum Apoſtolus Auguſtinus, diſcipulique ſui Evangelici, in vinea & meſſe Domini profecerunt, ſalva Chriſti præventrice gratia, huic debetur. Quantum enim in humanis rebus eſt, niſi ille conceſſiſſet, niſi Divinos operarios adjuviſſet, nullus cultus, nullus fructus veræ ſalutis Anglorum terræ pro-

a

b

S. Ethelbertus ante, dum fuſcepto fide Chriſtianâ favet,

Digitized by Google

Ex CAPGRAVIO. A proveniſſet. Suſcepit in legatis ſuis Chriſtum adhuc incredulus: laudavit æternæ felicitatis nuntium, cui diffidebat: collegit anxios adveoas in urbe ſua Dorobernia, quos neſciebat: dedit ibi cum vitæ neceſſariis manſionem temporalem, deinde perennem his, quorum ſectam non admittebat. Non illos ut ignoto habitu & moribus abhorruit, non ut alienos repulit, non ut humiles contempſit, non ut ſuorum ouminum ac paternarum legum damnatores damnavit: ſed animi clementia prædicantibus favit, &, ut ad ſuam fidem, quos poſſent, converterent, patienter rulit, clementer annuit.

Sapientiæ fidem propagat.

2 Tam benignus in Chriſtianos in nativa gentilitate fuit, quam tandem induta Chriſtianitate. Quod enim Auguſtinus cum cooſortibus humiliter evangelizabat, iſte ſublimiter confirmabat. Quod ille Apoſtolice plantavit, ille regifice propagavit. Rea enim exhortatione ac promiſſione beatitudinis æternæ magis, quam ſuo terrore, ſatagebat ſicut divino documeoto didicerat, vo-

exit apud Reges, luntarios, noo coactitios, Deo acquirere. Reges quoque ſubiectos vel conſortes ad cultum Chriſti tota benignitate excitabat: credentes, ut fratres, cognatos, & concives regni æterni mire amplectebatur. Ubique Chriſtus colebatur, & eccleſiis paſſim conſtructis, ſana & delubra, aut deſtruuotur, aut in eccleſias conſecran-

B tur. Quanto hunc congratulationis affectu, pro ſuſcepta fide S. Gregorius fovit, quam melliflua epiſtolarum inſtrumentis, ac ſi cœleſtibus oſculis, ad omnem pietatem attraxit, ad omnem virtutem accendit, ad ineffabile dilatandi Chriſti regni præmium, propoſito Conſtantini Auguſti exemplo, incitavit.

auctoritate S. Gregorii

3 Conſtruxit per Auguſtinum Domini Salvatoris eccleſiam, ac etiam extra urbis muros in honore Apoſtolorum Petri & Pauli inſigne monaſterium, ubi & Rex & Pontifex eum omnibus ſucceſſoribus ſuis perpetualiter requieſcerent. In Londonia in honore B. Pauli Apoſtoli eccleſiam conſtruens, illi Epiſcopum provexit: Roffenſis ſimiliter præſulatus eum eccleſia S. Andreæ Apoſtoli ab ipſo fundatus, ſufficienter ditatur. *c* Elienſis quoque

auctoritate eccleſiaſtica

& monaſterium Elienſe. monaſterii ipſe fundator in antiquis chartis legitur, quamquam beata Virgo *d* Etheldreda poſt longam deſolationem ſuum ibi primatum mereatur. Hæc & alia inclyta, vel Pontificalia, vel monaſterialia, quantum liberaliſſimus Rex, & ſuperni regoi cultor amantiſſimus, cum ceteris minoribus oratoriis ſublimaverit, re ipſa hodie eluceſcit. Monaſterium Apoſtolorum regius poſſeſſionibus ampliavit, ornatu vario decoravit, regia liberalitate & Apoſtolica auctoritate privilegiis multiplicibus honorando. Ad hoc enim monaſterium e S. Duuillanus

& Apoſtolorum Petri & Pauli

C *e* crebris noctibus orandi gratia veniens, viſionem ſupernorum civium vidit, & hymnis cœleſtibus intereſſe meruit: qui ſæpius dixiſſe fertur, quod, ubicumque in eccleſia vel cæmeterio pedem quis verteret, ſuper aliquem Sanctorum calcaret: adeo loca corporibus Sanctorum plena eſſe aſſeruit.

4 Ethelbertus enim Rex, cum uſque ad Humbræ fluvium ſub ditione ſua poſſideret, ſic ſe pauperem Chriſti exhibuit, tamquam nihil haberet. Glorioſum etat videre late imperantem egenis ſervire; Reges terreutem, Sacerdotes Dei metuere; populis præſidentem, obedire, puſillos & infimos Eccleſiæ venerari. In compeſcendis vitiis, virtutibus extollendis, mandatis Dei explendis, eunctiſque pietatis operibus quantum enituerit, ille æthereus liber tanto clarius expreſſit, quanto

obtentibus ornatus

mperitur, to in his ſegnius muodus obmutuit. Migravit autem ad Dominum 6. Kalend. Martii, anno regni quinquageſimo ſexto, adventus B. Auguſtini ad ſe ac ſuſceptæ Chriſtianitatis viceſimo primo, & anno Domini ſexcenteſimo decimo ſeato *f*.... Ejus autem ſanctitatis teſtis eſt aotiquitas, veterumque Sanctorum favens auctoritas, quod ſcilicet antiquitus a primordio, ipſius inter Sanctos celebrata ſit ſoleunitas.

f locus Sanctos rolitos?

5 Cum quodam tempore ejus feſtivitas negligeretur, D nec porticus ſua ſolito ornatu, nec lumine veſtiretur, Sacerdos quidam eadem nocte devotionis gratia ibidem excubans, vidit puerum quemdam de tumba ſancti Regis procedere cum tanta clarıtate, ut porticus tota reſplendere videretur: faculam luciditſimam in manu geſtabat, facies benigna & oivea cum oculis fidereis illi erat, aurea cæſaries humeros velabat, & contemplatorem ſuum ſtupidum & trepidum ſic affatur: Nec lucem, loquit, mihi in hac una mea nocte miniſtrare curaſtis, nec adeo dignum exiſtimaſtis. At ego perenni illuſtratus ſplendore, requaquam veſtro indigeo lumine. Hæc increpando dicens, tumbam ſuam, eodem contemplatore vigilante, & evidentiſſime intueote, ſubit. In myſterio viſionis hujus poteſt videri formam pueri ſignificare ejus puſt baptiſmum in Chriſto ſimplicitatem, atque evangelicam parvuli innocentiam in nuditate, mornatæ ſuæ porticus injuriam, io præteuſa lampade, Fratrum redargoiſſe negligentiam, & incredulæ cæcitatis culpam.

In viſione Sacerdos increpatur ob lumen ad veſtigiales ann exteoſum.

a *Hinc colligas prærogum Aallredi a Capgravio rejectum.*

b *Addo ia Regibus Anglorum, qui cunctis Auſtralibus provinciis imperavit, as jam ex Beda retalimus. Alias* quintus *fuit* E *Regum Cantiæ.*

c *In Monaſtico Anglicano pag. 87. dicitur* Rex Ethelbertus Elienſis Eccleſiæ fundator miniſtrii officium Dei cumpleates conſtituiſſe, quos Pendæ Regis exercitus poſtea fugavit. *Situm eſt monaſterium Elyenſe in regno Orientalium Anglorum, in Comitatu Cantabrigienſi, ad fluvium Granum in inſula cognomine.*

d *Alias* Adilredis, *vulgo* S. Audrye, *filia fuit Annæ Regis Orientalium Anglorum: colitur* 23. *Junii, de qua agit Beda l. 4. c.* 19. *&* 20. *Gadwinus adfatur de Epiſcopis Elienſibus, iſtis poſtea conſtitutis, præfatur S. Ethelbertum ex conſilio S. Auguſtini ibi eccleſiam condidiſſe, quam poſtea fatiſcentem & vetuſtate proximam reparavit S. Ethelbeda, & in fœminarium canobium converſa facta prima illic Abbatiſſa.* S. Ethelbeda,

e *Archiepiſcopus Cantuarienſis vita functus an.* 988. *colitur* 19. *Maii.*

f *Omiſimus hic judicium datum verbis Bedæ inſerta, a nobis ſupra an.* 18. *relata.* S. Duuſtanus.

HISTORIA DONATIONUM S. ETHELBERTI

EX Mſſ. apud Spelmanum.

1 *a* SAnctus Ethelbertus Rex Angliæ, qui ſuſcepit *a* Chriſtianitatem a B. Auguſtino miſſo *b* B. Gregorio Papa an. Dom. 596. in Eccleſiam Chriſti Cantuaria F dedit eidem Auguſtino & ſucceſſoribus ſuis palatium regium, & ſedem perpetuam in civitate Doroberniæ, quæ nunc dicitur Cantuaria, cum eccleſia veteri, quæ ab antiquo tempore Romanorum ibidem fuerat fabricata, quam ipſemet Auguſtinus Salvatoris nomine dedicavit, poſt conſecrationem ſuam *b* Arclatenſi factam.

S. Ethelberti donatio S. Auguſtino poſt lationi

2 *c* Ordinatus igitur Auguſtinus Angliam rediit, & *b* cum gloria, & omni qua decuit ſolennitate, a Rege & *c* populo eſt ſuſceptus, atque in civitate Cantuaria Sedem Epiſcopalem Rege annuente adeptus, primarium Anglicæ genti retulit primarehatum. Patrocinium illud primarchale Rex ipſe Deo amabilis tanto fuit trium phali gaudio eaeipiens, ut illum ſtatueret ſuæ metropoli Eccleſiaſticum Præſidem, quem primitus ſuſceperat hoſpitem; nec tantum urbis, ſed & totius orbis ſui ſpeculativum fiducialiter præferebat Cuſtodem: ſolium regni in Sedem Pontificalem, aulamque Regis in Chriſti Eccleſiam transferens. Verumtamen, ut veterem primitus eum actibus ſuis exueret hominem, & novum decentius indueret, ſanum illud, ſive idolum, quod ſitum fuit non longe ab ipſa civitate ad Orientem, quaſi in medio itinere inter Eccleſiam prætactam S. Martini &

pro ſede Pontificali

muros

A mnses civitatis, in quo secundum ritum gentis suæ solebat non Deo, sed dæmoniis immolasse, consilio salutari beatissimi Augustini ab inquinamentis & sordibus Gentilium purgari fecit, & simulacro, quod in eo erat, confracto, in Ecclesiasticam Synagogam mutavit; & eam fecit in nomine d Pancratii Martyris dedicari: & hæc est prima ecclesia a nostris in Christo procreante & Pontifice dedicata.

3 a Statuit etiam idem Rex, auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ut in Ecclesia Cantuariæ ordinem monasticum monachi in perpetuum observarent: ne primorum videlicet prædicatio monachorum a memoria deleretur, sed semper recens in mentem recedentium perseverare. Dedit etiam idem Rex possessiones amplas prædictis Fratribus, infra civitatem Cantuariæ & extra. Ex unde dicta Doroberniensis Ecclesia propter primatum, & quia inde primo Christiana religio emanavit, & regnum Anglorum illuminavit; sicut Rex ipse tenuit suas terras, & consuetudines liberas & quietas in suo dominio, ita Archiepiscopi & Ecclesia prænominata tenuit terras suas & consuetudines suas omnino liberas & quietas in suo dominio, & inconcussa habuit dicta Ecclesia Cantuariæ omnimodas libertates & consuetudines suas in possessione pacifica sine interruptione cujuscumque, ut consuetudine & antiquo more sine f castis vel munimenti scgris, usque ad tempora g Wybredi Regis; cujus munimentis tantor salis est: Anno Dominicæ Incarnationis 694. Wishredus gloriosus Rex Cantiæ cum Reverendissimo Archiepiscopo h Brihtwald præcepit congregari Concilium in loco qui nominatur Bacanceld, præsidente eodem Concilio jam nominato clementissimo Rege Cantuariorum Wihredo, & eodem venerando Patre & Primate totius Britanniæ, simulque a Tobia Episcopo Rossensis Ecclesiæ, cum Abbatibus, Abbatissis, Presbyteris, Diaconibus, Ducibus, Satrapis, pariter tractantes de statu Ecclesiarum Dei in Anglia, & de his quæ a fidelibus Regibus prædecessoribus & propinquis, k Athelberto videlicet posterisque ejus, Deo omnipotente in propriam hæreditatem data fuerunt, qualiter secundum veram justitiam stare & permanere valeant, vel quomodo ea conservare oporteat amodo & usque in finem sæculi, constituunt. l

4 m Augustinus Episcopus, Doroberniæ Sedis famulus, omnibus successoribus suis Episcopis, cunctisque Angliæ Regibus cum suis posteris, atque omnibus Dei fidelibus, & in fide & gratia pacem & salutem. Patet omnibus, quod Deo amabilis Rex Ædalbertus, primus Anglorum Regum Christi regno sacratus, nostra instantia & sua prodiga benevolentia, inter cæteras Ecclesias, quas fecit, & Episcopia, monasterium extra metropolim suam Doroberniam in honorem Principum Apostolorum Petri & Pauli regaliter condidit, & regalibus opibus, ampliſque possessionibus ditavit, dilatavit, magnificavit, perpetuaque libertate & omni jure regio cum omnibus rebus & judiciis intus & foris illi pertinentibus munivit, suoque regio privilegio & superni judicii imprecatione, atque Apostolicu sancti Papæ Gregorii interminatione excommunicatoria, contra omnem injuriam confirmavit.

a *Hæc Spelmannus ex codice Mſ. Ecclesiæ Cantuariensis pag.* 125.
b *Imo Lugduni, ut ante probatum.*
c *Hæc interseruntur ex codice mſ. fundationis monasterii S. Augustini Cantuariensis, cujus Acta de Gestis post interrogationes Augustini a Gregorio mc. 31. Vide Spelmannum pag.* 113. & 114. *Clemens Reynerus l.* 1. *Apostolatus Benedictinorum in Anglia, tract.* 1. § 15. *eandem refert historiam ex Sprotto & Spino descriptam. Sunt autem aliqua apud Thornam c.* 1. § 4. & 5. *eisdem verbis edita.*
d *Est hic Pancratius puer, annorum* 14. *Romæ sub Diocletiano capite plexus* 12. *Maii, quo die in basilica ejus tumulatus* 47. *in Evangelia habuit S. Gregorium Papa, qui eum ecclesiam a Pueſbyteris negligenter convocatis abstulit, dedicque monachis qui ad sanctissimum Martyris corpus quotidie opus Dei peragerent, ut idem l.* 3. *regiſtri epiſtola* 12. *Forte inde aliqui monachi in Britanniam missi ejus cultum magis promovuere. Addunt hic in codice mſ. S. Gregorium olim Abbatem monasterium S. Andreæ de patrimonio S. Pancratii fundasse. Addit Thornus suo tempore adhuc exisiisse altare in porticu ecclesiæ australi, in quo S. Augustinus solebat celebrare, ubi prius steterat simulacrum Regis.*
e *Hæc quoque ex codice mſ. Ecclesiæ Cantuariensis.*
f *Gervasius monachus Doroberniensis in Chronico ad ann.* 1184. *asserit monachos cœnobii S. Augustini produxisse duas chartas suspectas & falsas. An ideo hic auctor aliquas S. Ethelberto attributas negaris? Quod firmius probandum ipsis contra diplomata Regum Edgari & Ethelredi supra allata.*
g *Regnavit ab anno* 693. *ad* 726. *per* 33. *annos.*
h *S. Berevvaldus ordinatus eſt Archiepiscopus anno* 693. *& vide Beda l.* 5. *cap.* 24. *sedit annos* 37. *menses* 6. *dies* 14. *defunctus anno* 731. 9. *Jann. quo die de eo actum eſt.*
i *Et hic traditur Episcopus fuisse ab anno* 693. *ad* 727.
k *Hæc solum de S. Ethelberto in ea Synodo seu Comitiis regni proferuntur: ut ne vel levis inde suspicio formari posſit, quasi ea in nulla diplomata fuerint concessa.*
l *Reliqua ex quinque Codicibus mſſ. exhibet Spelmannus pag.* 182 & 191.
m *Hoc initium eſt diplomatis seu scripti S. Augustini, quo donationem S. Ethelberti confirmat, & eandem ab omni jurisdictione Archiepiscopi eximit. Integrum exstat editum a Thorne c.* 1. § 10. *& Spelmanno pag.* 121. *qui ibidem & in Archæologo de bulla plumbea argentea agit.*

Ex Spelmanno D & S. Augustino confirmatum.

a monachis Cantuaria constituta

dedit varias possessiones,

B

f

g Wybredo Regi

h

i

k

l

m

E

S. Pancratii

fides diplomatum.

Berevvaldus.

diploma S. Augustini.

C F

DE S. JOANNE THERISTE

MONACHO ORDINIS S. BASILII.

APUD S. TYLUM IN CALABRIA,

Commentarius prævius.

G. H.

CIRCA ANNUM MCXXIX. XXIV. FEBR. Dies natalis S. Joannis Theristæ 24. Febr.

1 *Joannem Theristen venerantur cultu Ecclesiastico die* 24. *Febr. Panormitani in Sicilia, & Stylitani in Calabria: illi ut apud ſa mundo olim natum, hi ut cœlo in monasterio vicino hac die raptum. Stylitanorum pietatem indicat Basilius Gualtericius in Gloriosa triumpho Sanctorum Calabriæ pag.* 167. *De Panormitanis in Martyrologio Siculo ita scribit Obsequius Cajetanus noſter:* 24. Februarii, Panhormi S. Joannis monachi, cognomento Theristis, ex Ordine S. Basilii. *Martyrologium Siculum citat & describit Fortunius in Generali Catalogo*, asseritque in Notis forte hanc diem esse Translationis, *quod* duodecim Martyrologium Romanum *agat* ad diem 24. Junii, *ubi hæc legantur*: Apud Stylum in Calabria, S. Joannis cognomento Theresti, monasticæ vitæ laude & sanctimoniæ insignis. *Eadem leguntur in Martyrologiis Benedictinis Menardi, & Wionis: meminit illius etiam Dorganius, omisso cognomento, & loco venerationis. Buchinus in Indice* Joannem Theresetum *notat ad* 24. *Junii spectare, quo eum eodem die amisit. Mongrdus lib.* 2. *Observationum annotat Cajetanum relatum asserere* eum fuisse ordinis S. Basilii, *quod infra ex Actis manifestum redditur: in quibus n.* 12. *dicitur templum ejus* S. Kalendas Julii consecratum: *ipse*

non 24 Junii,

quo nicolaio ejus celebratur eſt

6. Kalan-

AUCT. G. H.

6. Kalendas Martias evolaſſe in cœlum.

A

2 *Adnotat Baronius*, Acta ejus fideliter conſcripta extare, quæ ei enarrata fuerunt a Cardinale Sirleto *additque hanc ea Actis reddidiſſe certam rationem de ejus cognomento, cur a metendo Thereſti fuerit appellatus: qua n. 50. in Actis leguntur. Ea nobis Neapoli miſit Antonius Beatillus noſter Græce reperta in codice mſ. monaſterii Cryptæ Ferratæ, & Latine reddita a Stephano Bardarone Stylo Ordinis Minorum conventualium, ut infra in epilogo legitur. Eadem Acta hoc ferme ſæculo edidit memoratus ante Gualterius, ex eodem antiquo codice Cryptæ Ferratæ, citato hoc exordio:* S. Joannes Terreſtri, Ordinis noſtri Pater, in Calabria, a parentibus claris, Chriſti humani generis Servatoris religionem colentibus, procreatus eſt. *Quæ eadem Latina Acta ex verſione Bardari damus. Auctor Græci eſt ejuſdem Baſiliani Ordinis monachus. Cognomen* S. Joannis *Gualterius ſcribit* Terreſtri, *Mſſ. Acta* Theriſti, *Baronius & alii* Thereſti, *Cajetanus optime* Theriſtir, *aut* Theriſtæ. *Græce appellatur* Ἰωάννης ὁ θερίζτης, *meſſor, deno τῦ θερίζειν, metere, meſſem facere, ob cauſſam, infra referendam*,

Affo ipſe Græce ſcripſit,

Latine reddita,

Italice edit. hoc

cognomen Theriſtæ.

3 Stylus, *Leandro Alberto* Stillum, oppidum in monte perhoneſtum, *ab* ora maris Jonii introrſum quatuor millibus, *in Brutiis (nunc appellant Calabriam ulteriorem) inter Locros & ſinum Scylacium. Sedem ibidem olim Epiſcopalem fuiſſe tradunt hac Acta, & quidem reſtauratam, poſtquam urbs ea ab aquæ vicina a Saracenis jam pridem everſo fuerant, de quibus extant antiqua monumenta apud Gualterium pag. 566. his verbis*: Hi ſunt Epiſcopatus, qui ſub ipſa perſecutione deſtructi fuere, a parte maris Oceani, Epiſcopatur Tauriani, Nicoteræ, Vibonis, Amanteæ, Agelli, Veliæ... A parte maris Adriatici Epiſcopatus Bruzzani, Hieracii, Stili, Triſticenſ.... Qui Epiſcopatus, ultra defectionem populorum & perſecutionem, per multa tempora proprii Epiſcopi caruerunt. Conſtantinopolitanum Imperium nullam poterat præparare adjutorium, propter Cretenſium & Saracenorum obſtaculum. *Hactenus*.

Stylus, oppidum Calabriæ,

B

ac Sedes olim Epiſcopalis.

4 *Fuit Creta a Saracenis Hiſpanienſibus occupata circa annum* 823. *ab Africanis vero Sicilia circa annum* 828. *exinde Calabria & Apulia cum vicinis ditionibus Saracenorum depradationi patuerunt: at poſt decentos circiter annos, Normanni rerum in Apolia potiti, inde paolatim & Græcos & Saracenos expulerunt: quod Guilielmo Tancredi filio, qui a Brachio ferreo cognomen traxit, potiſſimum tribuitur, qui & Apulia Comes dictus eſt. Hunc fratres ſucceſſerunt, quorum precipuus Robertus Guiſcardus, cujus infra in Actis mentio eſt, Apuliæ Calabriam adjunxit, dein a Nicolao* II. *Pontifice an.* 1059. *Dux Apoliæ & Calabriæ creatus, tum & Siciliæ, quam occupare ſperabat. Accitus a Roberto Duce, fuerat in auxilium frater Rogerius Comes, pater junioris Rogerii, cujus itidem Acta meminerunt. Hic Meſſanam occupavit anno* 1060. *ac cum Duce Roberto contra Saracenos feliciter ſæpius congreſſus, poſt aliot Siciliæ urbes eaſdem Panormum anno* 1071. *eripuit. Roberto Duce anno* 1085. *aut etiam, ut alii volunt, anno, mortuo, ſucceſſerant filii, Rogerius, Dux dictus, & Bohemundus, qui in Syriam profecti, creatus eſt Princeps Antiochiæ. Mortui ambo ſunt & Rogerius Dux & Bohemundus Princeps anno* 1110. *Ille ſubtilimus filius Dux Guilielmus, at nullo relicto hærede, vita functus an.* 1127. *die* 7. *Kalendas Auguſti. Supererat junior Rogerius, nepos ex fratre Roberti Ducis, qui etiam menſe Januario anni ſequentis eorum Honorio* II. *Pontifice, præſtito fidelitatis juramento, ab Archiepiſcopo Capuano Dux Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ſolenni ritu conſtitutus eſt, ac tandem an.* 1130. *die Nativitatis Chriſti, auctoritate Anacleti Pontificis Panormi in Regem utriuſque Siciliæ coronatus. Qua pluribus referuntur apud Falconem Beneventanum, Gaufredum monachum, Lupum Protoſpatam, aliosque ævi illius ſcriptores.*

Calabria & Apulia a Saracenis infeſtata,

liberata a Normannis,

C

Ducibus primo ereatis,

data ab eis ſuæ Siciliæ Regibus.

5 *His relatis ita ætatem S. Joannis ordinamus. Mortuus eſt, cum ultimus* Rogerius Calabriæ *eſſet magnus & auguſtus Princeps, ab obitu fratris Guilielmi Ducis, & quod bene advertit Gualterius, cum nec adhuc eſſet Rex coronatus: quod ſomniaſſe ſub finem anni* 1130. *diximus, ut* 24. *Febr. ejuſdem anni, aut certe uno alterove anno prius, in cœlum emigraret, annis ipſe meritiſque cumulatus. Cayetanus pag.* 77. *annum adſcribit* 1066. *& quidem ſub* Comitibus Siciliæ, *quando vitam monaſticam juvenis egerat. E Sicilia in Calabriam a matre S. Joannes miſſus eſt, quo tempore Meſſana cum reliqua Sicilia ſub jugo adhuc gemebat Saracenorum: ideoque ante annum* 1060. *quo Meſſanam Saraceni ereptam diximus.* Ephebos tunc pubeſcebat, adoleſcens, juvenis, impubis, pubes, imberbis, *uti his verbis appellatur, ætatis annorum forſan duodecim aut quatuordecim: natus matre Panormum captivum abducta, & patre in irruptione Saracenorum in Calabriam occiſo: at quo anno non conſtat. Pandulphus Collenutius lib.* 3. *Hiſtor. Neapol. tradit eo tempore, quo Henricus* II. *Imperator, ab Clemente* II. *Romæ coronatus, Capuam uſque profectus eſt, & rem Campaniæ conſtituit*, iterum ventis in Italiam Saracenos, & Scunnum in Calabria cepiſſe. *Conſtituit Clemens* II. *Pontifex anno* 1046. *ipſe Natalitii die, mox Henricum Imperatorem coronavit. Poteſt autem illa cum aliqua anterior Saracenorum irruptio intelligi, atque ita S. Joannes mortem aliquot ſupra octogenta explevit vita annos.*

mortuus eſt S. Joannes circiter an. 1127

natus poſt an. 1046

F

6 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ* 6. *Nonas Martii hoc elogium profert ex hactenus dictis elucidandum*: Joannes, *cognomine*, monachus S. Baſilii, & poſtea Abbas apud Stylum Calabriæ oppidum (quod olim Conſilinum dictum eſt) Thereſtur cognomento, mira ſanctitate claruit. Is S. Nilo Abbatiæ contemporaneus fuit: quem ille in tanta veneratione habuit, ut terram, quam Joannes pedibus calcabat, humiliter oſcularetur, & eum alterum Joannem Baptiſtam appellaret. Eumdem S. Bartholomæus S. Nili diſcipulus ſummo honore proſequebatur. Factus Abbas multos annos monaſterio præfuit, illudque ſanctiſſime rexit, multis ſui inſtituti relictis diſcipulis, ac miraculis clarus ibidem quievit in pace. Corpus in magna apud Stylanos habetur veneratione. *Additque hæc tradere ea ejus Vita ſatis prolixa, in qua ejus miracula pluribus enarrantur. Hac die Styli cultus, ſed in Martyrologio Romano de illo agi* 8. Kal. Julii: appellari Thereſtum quaſi meſſorem, cauſſamque miraculi reponi: de eo agere Hieronymum Marafiotam in Chronico Calabriæ lib. 3. *Hæc Ferrarius in illo Catalogo Sanctorum Italiæ anno* 1613. *excuſo, qui poſtea an.* 1625. *edidit novum Catalogum Generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, & de S. Joanne Theriſte agit nobiſcum ad* 24. *Febr. & monachum, non Abbatem appellat, annotatque Vitam ejus Græce ſcriptam, extare, quam Latine verſam hic damus. Silet ibidem Ferrarius de Sanctis Nilo & Bartholomæo, quos forſan tunc didicerat, S. Joanne Theriſtæ ſeniores, & S. Nilum diu ante deceſſiſſe, quam is natus fuerit in Sicilia: in qua cum moraretur ſub Saracenis, etiam mortuus videtur S. Bartholomæus inſcriptus Martyrologio Romano ad diem* 15. *Nov. & S. Nilus ad* 26. *Sept. in cujus Vita Græco Latina a Caryophilo Romæ an.* 1624. *edita nullam hujus Joannis Theriſtæ reperimus mentionem. De utroque agit ſupra citatus Marafiotus l.* 1. *c.* 35. *laudata etiam Joannis cujuſdam ſanctitate, quam Sanctos Nilus & Bartholomæus reverebantur, ſed cognomen Theriſtæ non apponit, ut is alius Joannes videatur fuiſſe.*

seu fors Abbas

E

atque cum SS. Nilo & Bartholomæo vixit.

7 *Presbyter Congregationis Oratorii, qui in marginalibus notulis ad Martyrologium Romanum indicavit Annalium Baronii loca, ubi de Sanctis ſit mentio, aut ſi id non fiat, tempora ſuggeſſit, quibus floruerunt; ad relatam memoriam S. Joannis Theriſtæ* 24. *Junii, appoſuit hunc floruiſſe* circa annum 976. contemporaneum S. Nilo, *quo annonulla geſta S. Nili commemorat in Annalibus Baronius, ut idem Presbyter ad* 26. *Sept. etiam annotavit. Sed hæc ex Ferrario deſumpta jam rejecimus.*

atque floruit anno 976.

VITA

A

VITA

auctore monacho Ord. S. Baſilii, interprete Stephano Bardaro.

ex MS. Antonii Beatilli Soc. JESU.

CAPUT I.

S. Joannis Theriſtæ ortus, educatio, converſio ad fidem, & ad monachatum.

1 SAnctus Joannes Theriſti, Ordinis noſtri Pater, in Calabria a parentibus claris, Chriſti humani generis Servatoris religionem colentibus, procreatus eſt: ejus pater Comes fuit oppidi cujuſdam, quod Corſanum appellabatur, in Stylitano poſitum territorio: ubi hac noſtra tempeſtate *a* Butteria dicitur eſſe. Quo tempore Sicilia pene tota Mauris referta erat, qui nomini ac populo Chriſtiano ſempiterni hoſtes, impia inter ſe totta ſocietate, maximo cum terrore fidei coltorom, ingentem claſſem, & exercitum numero amplifſimum, in ea inſula comparaverunt: a qua ſolventes, & Calabriæ littoribus appellentes, quam plurimos pagos ac permulta oppida, inter quæ *a* Taurianum, *b* Vibonem, Stylarum & *c* Curſanum, evertere. In Corſani autem everſione Dei permiſſu Joannis parens de medio ſublatus eſt. Mater vero gravida ad famoſum Paormum tracta, quam venuſtate ac decore affluentem, illius urbis vir primarius uxorem ſibi adjunxit. Mulier parvulum in lucem editom Chriſtiaoæ fidei præceptis toto pectore; conjux autem Mahumetis legibus imbuebat.

2 Ephebus cum pube ſceret, eumque modeſtum, & prudentem noſceret mater, ſic ſuit allocuta: Fili, captiva huc ipſa ducta ſum, idcirco patria hæc mea non eſt: neque iſte, quem toom hodie potas genitorem, tuus eſt ſator. Nam pater tuus, qui Comes erat, ab hac barbara gente in Calabriæ Curſano nobili noſtro oppido, Stylom prope ſito, ſecus amnem ſupra monaſterium Ordinis *d* Rhodiani inhumane trucidatus eſt. Ac paullo poſt: Nate, Curſani dominatus, nec non bonorum noſtrorum diſpoſitio ad te tamquam ad verom hæredem, & filium ſpectat. Itaque, ſi illis potitum contendere volueris, theſaurum etiam magnum ibi in palatio noſtro reperies, quem ego & pater tuus jampridem obroceramus: & de loco eum ſatis edocoit. Poſt hæc Comitiſſa ad pueri, quod plurimum erat, ſe accinait ſalutem, propterea & ajebat: Nate, Maurorum ſectæ adhæreotes, tartari utique expectant pœnas: amplectentes vero Chriſtianam fidem nihil ſaſtinebunt incommodi. Quin etiam addebat: Nemo, fili, nemo animam ſuam in tuto locare; nec illa beatiſſima ac jucundiſſima Dei viſione perfrui valebit; niſi qui in hac æromnarum valle regenerationis lavacro mundatus fuerit: quod humanæ ſalotis remedium Curſani tribuitur. Illic Deo vero eahibetur cultus: hic ſalvus eſſe nequibis, dum non eſt, qui te hujuſmodi abluat lavacro.

3 Hæc, & alia verba pia educatria ſæpenumero faciens, geniti animum ad baptiſmi ſoſceptionem inflammavit; & ideo inquit: Mater Curſanom eundi voluntas mea æſtuat deſiderio, etiamſi peream. Tum fœmina Propheticum illud attulit: Jacta ſuper Dominum curam ruam &c. poſtremo firmum in tali propoſito natum intelligens, Cruciculam, quam penes ſe caute cuſtodiebat, donavit: ſigno maximo munivit, & commonuit, ut io adverſis ad illam perfugeret: moltiſque oborti lacrymis dimiſit: qui inde ad ſalum profieiſcens, & cymbam conſcendens, audacter navigationem ſubiit. Cum autem Mamerrioum fretum tranſmitteret, a cuſtodibus Meſſanæ viſos, actutum ſuit exagitatus. At vero pubes Cruciculam præ manibus accipiens, & ad illos converſus, omnes & ſtupidos atque immobiles reddidit.

4 Interea dum æſpiraret Favonius, ſecundiſſime iter ſuum proſequens, ad Styli tandem oras incolumis appulſus eſt. Hunc regioois incolæ Mauritano habito & indutum more cerneutes, comprehenderunt, Dei conſilio & providentia ad Epiſcopum perduxere: abs quo interrogatus quis eſſet, unde veniret, vel quidnam quæreret, ſubmiſſe reſpoodit: Ea Mauritania, quod in his regionibus dari audivi, ſacroſancti baptiſmatis ergo. Cui Præſul: Tu hac in ætate id aſſequi non poteris: nihilominos, ſi iſta teneris cupiditate, in olci ferventis lebetem tibi prius ingrediendum erit. Tunc adoleſcens hilari fronte: Ecce paratus ad omnia, modo optatum mihi contingat. Pontifex juvenis animum tentare ſtudens, ignem accendi, & ſuper eum vas imponi juſſit: cui, ut cito ebulliret, ligna identidem ſupponebat eaterius: cumque eſſet vere inſpexiſſet, baptiſmi amore flagrans, e epitogium, quo amictus erat, ſibi detraxit, cujus fortitudinem admirans Antiſtes, illum ampleaatus eſt continoo: deinceps eum, qua potuit ſolertia, eathechizavit: porro autem ad templum duxit, ibi magna cum ſolemnitate baptizavit: ſuo Joannis nomine vocari, apud ſe diverſari & remanere voluit.

5 Sub idem tempus adoleſcens delubrum crebro frequeotans, aliquando diverſorum icones Sanctorum in eo circumſpectans, aſtantes rogavit: Quænam imago hæc, vel quænam hæc? Ad Divi Joannis Baptiſtæ cum perveniſſet. Quiſnam pelle tectos eameli? Cui: Iſte eſt Joannes Baptiſta, Deo cariſſimus, qui pœnitentiæ ſpeculum ſoit: quem eu jure optimo imitari deberes, ſiquidem ejus nomen es ſortitus. Atqua ab eis illius vitam percontatus eſt, qui ipſam horridam, & aridam in eremo, & finem ejus quam breviſſime enuclearunt.

6 Hiſce auditis, divino lomine aſſlatus Joannes, Præſulem convenit, ut in ſolitudinem a mortalium turba, qao Domioo Dominorom tutius famulari valeret, ſe patereiur conferre. Cui Antiſtes ædiculam iotra lucos quoſdam Boream verſus ad ſecundom lapidem a civitate, ubi in præſens oſſa Joannis ſancta venerantur, indicavit: quo loco religioſiſſimi Patres, Ambroſius nempe & Nicolaus, juxta regulam magni Patris noſtri Baſilii cœleſtem vitam tranſigebant. Is petita ab Epiſcopo venia, ad monachos feſtinanter perrexit, eoſque ſupplicibus verbis oravit, ot ſe in ſuam adſciſcerent ſibi ſocietatem. Verum ii: Revertere fili, quia impubis es, & tu potius pro noſtra perturbatione, quam ædificatione huc acceſſiſti. Quibus imberbis: Patres mei, nulla alia de cauſſa ad vos veoi, niſi ut ſaluti animæ meæ conſuletem, Deo & vobis obſequium præſtando. Et eomobiæ ad eum: Regredere puer, nobis enim vivendi uorma adeo arduа eſt, ut ægre ipſi illam ſoſtinere queamus. His dictis, excloſo hoſpite, ad luminum Patrem obſecrationibus conſugerunt monachi. Atqui ad vena eatra fores nonnullos dies maxima ſubmiſſione & fletu eos deprecans, intromiſſos, bis dictis verbis, iterum ab eiſdem admonitus eſt: Redito fili, quia admodum juvenis es, & regulæ jugum deferre minime poteris. At adoleſcens: Deo bene juvante, veſtroque fretus auxilio, id mihi fore ſuave ſpero. Ea demum probata obſecrantis conſtantia, Fratres divino impetu ducti, eum ad ſuam ſodalitatem incredibili cum Joannis jubilo admiſere.

7 Aliquot poſt menſes educatticis ſermonum haud immemor tiro ad ſuum genus pertinentia, item ad theſaurum obrutum ſignificavit cœnobitis: quocirca u majore Corſanum miſſus, eumque plane inventum, cum immenſo monachorum gaudio, pro ſanctiſſimi

a. Joannes e Comitibus Curſanis in Calabria orlundus,

B patre orbato,

ab

c

nascitur in Sicilia mater e Saracenis abducto,

ab ea educatur genus ſuum,

d

poſſeſſiones vitat,

C & fidei Chriſtianæ myſteria

abitrans in Calabriam.

Pſal. 54. 23.

accepto ab eo Cruciſixo,

EX MS. I. red it ſtupidos immobiles

in Calabriis ab Epiſcopo examinatur

objecto olei ferventis lebete

e

baptizatur

E

occaſione imaginum tempti,

imitari S. Joannis Baptiſtæ,

F

monachos S. Baſilii adit,

poſt locum ſemi-paſſum,

admittitur,

theſaurum patris Tribulis pauperibus

EX MS. A

Cissimi Patris noſtri Baſilii regula, pauperibus diſtribuit. Eam aſſiduis orationibus, contemplationibus, jejuniis, corporis macerationibus, vigiliis, ac ſacræ Scripturæ lectionibus incubuit.

Tauriani a Tauriani *meminit Pleiuſ lib. 3. cap. 5. atque antiqua Tabula. Marafiotus lib. 1. Chronici Calabriæ cap. 35. ibidem in monaſterio S. Mercurii viciſſe tradit SS. Faſtinum Abbatem & Philaretum monachum aliſque imo & SS. Nilum & Bartholomæum, de quibus jam egimus, ibidem vitam monaſticam auſpicatos. Sita urbs ad mare Tyrrhenum fuit, olim Sede Epiſcopali ornata: ex ejus ruinis Parma, ſeu Palma, oppidum excitatum fuit, aut, ut alii, oppidum S. Elia aut Samaca.*

Vibo, b Vibo, ſeu Vibona Valentia, *olim urbibus Pliniô lib. 3. cap. 5. & Strabone lib. 2.* Hippo & Hipponium, *Sedes iisdem olim Epiſcopalis, ea parte maris Tyrrheni. Miratur Leonis oppidum nunc ipſo multorum opinio aſt. Conſule Marafiotum lib. 2. cap. 20.*

c *Prope Curſanum primo excendiſſe Saracenos tradit Gualterius; qui ab eis præterea deſtructam ait Nicoteram, urbem hoc tempore Epiſcopalem, & Mattapodium, nunc Vaſapodium dictum.*

d *Gualterius nunc eſſe Medicinaſium ſcribit, ſed ſinum nomen non audet conjungere.*

Epitogium. e Epitogium. *Græca vocabula, ſuperior tegula, a præpoſitione ἐπὶ ſuper, & τήγανον i. formamus hoc a Latina voce Tega, ita Græce τήγα legitur in Chronico Alexandrino.*

B

CAPUT II.

Miracula. Obitus.

8 A Cœnobio haud procul catat ſpecus, qua perennis ſcatet unda, quæ quidem, ut fama eſt temporibus noſtris, Aqua Sancti propter ſequentia nuncupatur. Huc de ſui Prioris licentia ad preces Deo Optimo Maximo fundendas ea intervallo Joannes concedebat. Hyemis interdum tempore eum humores inter gelidos hic oraret, Styli Regulus, cui nomen erat itidem Joannes, venato rediens, & hac obiter tranſiens, in Chriſti ſervo ſuum fixit obtutum; & repente in offenſionem incidens, aſſeclas ſuos & comites reſpiciens, inquit: Animadvertite quid faciunt monachi, ſe lavant, quo alios pulchriores & venuſtiores videantur. Ac dum loqueretur, e veſtigio ejus præcordia quaſi flammam acerrime concremantem, & ardorem numquam non augentem ſenſere. Ac tamen ad ædes ſuas laboriose revectus, ſuper genitricis collum exclamando, & amare fiendo ſemivivus procubuit. Quæ: Fili quid? Hei mihi, parens, quia flammis male auritur cor meum. Quæſitus quidnam feciſſet, quave tranſiſſet, vel quidnam vidiſſet, reſponſum dedit: Vanatus ſum, ac ſpecum, quæ eſt ſecus eremum permeavi, ibique cœnobitam ſe abluentem conſpexi: quapropter in offenſionem lapſus ſui, & illico hæc me tovaſit aduſtio. Mater unice eum diligens, omni cunctatione abjecta, una eum conſervis ſuis domum properant monachorum, quos horatios recitantes pſalmos adnuvenit. His cum finem via impoſuiſſent, eremi cultores ſtatim accerſivit triſtis fœmina: atque ad illorum pedes ſupplex proſtrata, incendium ingenito vultu, voce, & collacrymatione deprecata fuit. Commotus Joannes Dominæ precibus, vaſculum porreait dicens: Vade mulier ad ſpeluncam, unda & reple, & nato devote propina. Quo ab eodem degoſtata, (mirum) flamma extincta eſt, & protinus convaluit infirmus. Quamobrem B. Joanni fundum, quem poſtmodum in beneficii memoriam diaerunt Pyrrho, quod ignis explicatur, ipſe Regulus pariter cum matre ejuſque germano condonavere.

Aqua Sancti dicta,

quo Seraceni dum Regibus inſidiati,

igne ſacra correptum,

atque juſſu S. Joannis degoſtata ſanatur.

9 Eques quidam in monaſterio S. Joannis Rhodiani, quod noſtro ævo Monaſteracium appellatur, quippe qui bene meritus de Patribus in eremo tunc delitescentibus, ad eorum alimoniam & operimentum eorumdem quotquot annis ſuppeditabat neceſſaria. Joannes invifeve Junio menſe hunc meſſionis tempore ſtudens, amophorum mero plenum, ac panis a bucellatum ſibi cepit. Is cum ad agros, quorum unus Maro, alter vero Mutarvolum nuncupatur, adventaſſet; meſſorum ſortem & ſtrenuam eoſdem metentem equitis multitudinem ibi nactus fuit. Quem ſpectantes homines, et moris eſt, illuderę, & convitiis conſectari coperunt: tamen Baſilii filius perinde ac ſi nihil audiret, illis appropinquans, & ſalutationem dicens, panem, & merum, quod ferebat, obtulit in refectum, atque apposuit. Qui quidem adentes ſimul & bibentes, Dei munere ſaturati ſunt univerſi: & quod caput ſuit, & admiratione dignum, panis & vini quantitas ſemper integra reſtitit.

S. Joannis meſſoribus pietatis gratia, ſe invidentibus,

duo cibum & potum, quantitate non diminuere;

10 Hoc Joannes contemplans, & Deo omnipotenti gratias agere cupiens, ab illo ex induſtria ſe duxit loco. Inter vero gratiarum actiones habendum, præter opinionem aeram nubem coactus eſt, & mox imbre manavit cœlum; quare operæ mercenariæ pluviam vitantes, ad arborum tegmina ſeſe receperunt. Pater cum grates Altiſſimo, ut par erat, agiſſet, utrumque meſſum agrum nec non manipulos devinctos cognovit: verenſque ne ob eam rem aliqua veneratio vel obſervantia ſibi præſtaretur, ab incœpto nimere deſiſtens, revocit in cœnobium. Deinde ſerenato aere, ſoleque reducto, ad falcem repetendam manus ſurrexit ardens juvenum: qui cum agrorum ſegetes demeſſas omnes contaneeptur, Chriſti famulum non iovantentes, magna eis de hoc admiratio inceſſit. Noviſſime vero diverſi inter ſe poſt habita conſilia, equitis domicilium canentes carmina, ac animia lætitia geſtientes, mercedis cauſſa, remeabant. Quibus herus obviam prodiens, illos objurgavit, dicens: Quæ eſt hæc inepta? Numquid animi impotes? Cur hora hac cum nondum ſit meridies, ab agris meis diſceſſiſtis, & opus non aſtis proſacuti? cui unica voce? Domine, meſſis abſoluta, & manipuli ſubjugati ſunt. Tum Eques: Qui hoc? quoniam eras totidem mihi neque ſufficiunt operarii? Eo magis idem narrata firmiſſime aſſeverabant. Ille rurſus: Num adventitium imploraſtis aut alium? Haudquaquam reſpondere; ſed tantum ad nos venit monachus ille Joannes, qui potum & eſcam tradidit, & poſtea ſeceſſit. Dominus inquiſitione facta, ac rei veritate facile comperta ait: Pater Joannes agros meos demaſſuit, propterea eos jam alargiendos illi decrevi: quod paucis interpoſitis diebus pius Eques effecit, unde cœnobitæ in præſentia ſtuctus capiunt, & alunctur. Pro quo miraculo Joannes Thereſti, quod meſſor ſonat, denominatoseſt; ideocum cnaophoro, falce, & buccellato pingitur.

dum Equitis agros ita ſuos auxerit

& Therefti cognominatus & pingitur.

11 Rogerius *b* Guiſcardus junior, Robetti ex fratre nepos, Calabriæ magnus & auguſtus Princeps, inſanabili ulcere mori ergo jamdiu laboraverat io facie: quem eum tum Deo permittente nemo medicorum curare valuerat. Joannus rumor ad ipſum cum pervenebniſſet; illum viſendi ſtudio, difficile quodcumque negligens iter, adut, ſed diam ſuum obtuſe inveni: quandoquidem paullo ante ejus anima, nimirum 6. Kalendas Martias, a terreno hoc carcere evolaverat in cœlum: & quam vis Chriſti amici mors ſummo dolore Principem huc affecerit, nihilominus genibus fleatis eadaver unte ſanctum ſuaviter olens magni devotione ſic affatus eſt: O B. Joannes, deprecare Dominum pro me, ut per ſuam immenſam pietatem hoc morbo eripere dignetur. Hac peracta obſecratione, fimbriam deſuncti reverenter ſumpſit habitus: qua eumdem morum confrieans, Dei miſeratione & meritis ſanctiſ, non ſine magna Herois voluptate, in ea uſſixos remanſit morus: & quod maximum fuit, nullum cicatricis ſignum in Principis vultu amplius apparuit: obſtupefactus prodigio Princeps, ejuſque omnis Proceruin & comitantium caterva, pleno ore, cuncti Deo Deorum in ſervo ſuo gloriam dedere. Inſuper alias quoque innumeris miſericordiarum Pater & Deus totius conſolationis famuli ſui ſanctitatem portentis & miraculis declaravit, quoniam lumen captis oculis, & auribus auditum reſtituit, mutis linguæ ſolvit vinculum, atque a

mortuus eſt Februarii 4.

ad ejus ea dem domum ſe confert Rogerius Guiſcardus Princeps Calabriæ,

& variis aliis.

cæcubi-

A cacodæmonibus vexatos liberavit: complures denique ab aliis depulit languores ac morbos: e quibus permotus Rogerius cœnobium, & sacum, sicut hodie cernitur, conduxit, & S. Kal. Julii d consecrandum curavit: item aliquos campos, & saltus dilargitus est, quos hoc sæculo monasterium fruitur, & sustentatur.

12 Vitam hanc D. Joannis Theristi e quodam vetustissimo codice manuscripto, qui in monasterio Cryptæ Ferratæ ad Tusculum asservatur excerpsi: & ex Græco in Latinum, licet incompositè, fideliter tamen converti ego Frater Stephanus Bardarus a Strylo Ordinis Minorum Conventualium, anno ab effracto serpentis capite 1624. die vero decima quarta Junii.

Epilogus hagiographi.

a *Ita & Græci Buccellatum cibum e pane paratum appellant, & Buccellarium gregarium, & mei legitur lib. 9. Basilicôn tit. 18. dicitur ex tà Βοῦκα σίτισμα, ὅ ἐστι κόμμα ἐκ τοῦ ὀνόματος, ex nomine Βοῦκα, quod panem significat.* D *Buccellatum.*

b *Guiscardus cognomentum erat Roberti, & forte sic legendum: Rogerius junior Roberti Guiscardi ex fratre nepos. De illis supra egimus.*

c *Addit Gualterius, tempore siccitatis reliquias S. Ioannis delatas ad mare, & optatam impetrâsse pluviam, & anno 1625. die 13. Aprilis post allatas hasce sacras reliquias mare ex suo loco ad tredecim pedes recessisse.* *S. Joannes pro pluvia implorandi.*

d *Idem Gualterius asserit consecratum ad honorem S. Ioannis Theristæ, & hoc monasterium caput aliorum hujus ordinis cœnobiorum Calabriæ constitutum esse.*

DE B. MEFORIO
SIVE MEFORTIO CONFESSORE.

G. H.

XXIV. FE. *Antiquum Martyrologium MS. quod in Colonienſi Carmela aſſervatur, poſt relatum 24. die Februarii natalem S. Matthiæ Apoſtoli, & Inventionem ſpiritus S. Joannis Baptiſtæ, addit hæc ſolum:* In Cæſarea Cappadociæ S. Sergii Martyris. Ipſo die Beati Meſorii Confeſſoris. *De S. Sergio ſupra actum eſt. De* Meſorio *agunt etiam MS. Florarium SS. Martyrologium Colonia anno* B *1490 auctum, & Hermannus Greven in auctario Uſuardi anno 1515. & 1521. vulgata, hiſce iiſdem verbis:* Ipſo die B. Meſorii Confeſſoris. *At Maurolycus Abbas Meſſanenſis in ſuo Martyrologio nomen ita effert:* Ipſo die B. Meſortii Confeſſoris. *Eumdem* Meſortium Confeſſorem *etiam hunc diem adſcripſit Felicius in Kalendario Urbini anno 1577. edito. Cetera quæ locum & tempora ſpectant, cum aliis ejuſdem Actis, non latent. MSS. Additamenta Carthuſiæ Bruxellenſis ad Hermannum Greven illa habent:* Eodem die S. Mauri translatio, *qua de eodem* E Meſorio *aut* Meſortio *videntur dicti.*

XXV. FEBRUARII.

SANCTI QUI V. KALENDAS MARTIAS COLUNTUR.

S. Anctus Donatus,
s. Juſtus,
a. Hirenæus, vel Hirenæ,
s. Piſinion, vel Piſion,
s. Auruliua,
B s. Rutulus,
s. Primaſius,
a. Ingenula, vel Ingenua, & alii XLV. } Martyrea in Africa.

s. Ingona, vel Ingenua,
a. Fortunatus,
s. Piſſinus,
a. Hirenæus,
a. Juſtus,
s. Creſcentiua,
s. Revocatus,
a. Januaria,
a. Lucioſa,
s. Caſta,
a. Forrunatus alter, } Martyres.

s. Victorinus,
a. Victor,
s. Nicephorus,
s. Claudianua, } Martyres in Ægypto.

a. Dioſcorus,
s. Serapion.
a. Papias, } Martyres in Ægypto.

a. Antoniua Martyr.

s. Ananias Presbyter,
s. Petrus claviger,
VII. milites, } Martyres.

s. Rheginus Epiſcopus Scopulorum Martyr.
s. Cæſarius, Quæſtor provinciæ Bithyniæ, frater S. Gregorii Theologi.
a. Felix III. Papa.
a. Theodorua Salus.
s. Aldetrudis Virgo, Abbatiſſa Malbodienſis in Belgio.
s. VValburgis Virgo, Abbatiſſa Heidenheimenſis in Germania.
s. Taraſius, Patriarcha Conſtantinopolitanus.
s. Getlandus, Epiſcopua Agrigentinus in Sicilia.
B. Robertus de Arbriſſello, Fundator Ordinis Fontis-Ebraldi in Gallia.

a. Averranus. Converſus Ordinis Carmelitarum.
B. Romæua. } Lucæ in Etruria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Ancti Furſei Confeſſoris Translatio *conſignatur ad hunc diem in Menologi & Galeſinii martyrologiis ac monaſticis Wionis, Menardi, Bucelini, Anglicanoque Wilſoni, & Ferrarii Catalogo novo. Varias illius Sancti Translationes indicat Colganus hoc die tom. 2. de Actis SS. Hiberniæ: nos dum in ejus Vitam narravimus* 16. Januarii.

S. Felix IV. Papa *ad hunc diem Faſtis Romanis inſcriptus fuit, ac perperam diſtinxit* S. Gregorii Magni atavum, *ut etiam in Nomenclatoribus & Annalibus obſervavit Baronius. In poſtrema Martyrologii correctione, Urbani* VIII. *juſſu adornata, hic Felix* III. *poſitus, qui vere S. Gregorii atavus fuiſſe videtur. De eo prolixe hic agimus, de* S. Felice IV. *ſupra* 30. Januarii.

S. Maximi Levitæ mart. } Cum Neapolim translatæ
S. Julianæ Virg. mart. } reliquiæ *ſunt* 5. *Kalendas Martias anno* 1207. *Indictione* 10. *Cujus Translationis hiſtoriam dedimus ad Vitam* S. Julianæ 16. Februarii. *De S. Maximo agemus* 30. Octobris.

S. Conſtantia Virgo, Conſtantini Magni filia,
S. Attica, } Virgines S. Gallicani Conſulis filiæ
S. Artemia, } *colentur hoc die Romæ Officio Eccleſiaſtico in Eccleſia S. Petri, ni Octavius Pancirolus teſtatur in Theſauris obſconditis urbis Romæ, reg.* 2. *eccleſ.* 62. *De iis egimus ſupra* 18. Febr.

S. Rogatianus martyr *hoc die refertur in quodam MS. martyrol. Philippi Labbei noſtri, ubi ignotus: niſi is ſit forte Aſſis, qui in duobus MSS. junctus reperitur martyribus in Pannonia trucidatis, ut diximus* 23. Febr.

S. Marcellina martyr *memoratur in exiguoquodam, ſed antiquo martyrologio MS. monaſterii S. Maximini Trevirit. An forſan eſt, qua inter martyres Nicomedienſes recenſita* 24. Febr.

S. Victorius martyr Carthagine *coronatus ſcribitur hoc die a Galeſinio, MS. codicem allegante. Ferrarius, Guleſininm tamen citans*, Victorem *appellat. Ignotus ille nobis, ſeu* Victor, *ſeu* Victorius.

Benjamin anachoreta, *a Palladio in Lauſiaca hiſtoria cap.* 13. *inque Heraclidis Paradiſo laudatus, Richardi Witfordi Anglicano martyrol. hic inſcriptus; alteri, quod adhuc viderim, nulli.*

S. Kienani, *ſive* Kenani, Abbatis *nomen tradit Colganus hoc die reperiri Hibernicis quibuſdam adſcriptum martyrologiis, nullo indicato, quo colatur, loco, nec quo vixerit tempore. Conjicit ipſe, illum eſſe* Kenanum, *cujus in Vita* S. Joannæ, *ſive* Jovini *Epiſcopi Leonenſis, mentio fit ad diem*

ad diem 11. Martii apud Albertum Magnum de Merlaix in lib. de St. Britannia Armorica. Alberti de Kenano *verba ita Latine reddita e Gallica in ejuſdem Jaeva Vita recitat Colganus n. 13.* Inter hæc S. Paulo, in monaſterio Baaz vitam ſolitariam ducente, Jaeva S. Kenanū ad ſe accerſit, quem & Sacerdotem & Canonicum conſtituit, ac deinde parœciam de Plou-Kerneaw ei adminiſtrandam dedit, magno fructu conſecuto. *At n. 14 dicitur idem* Kenanus *divino monitu didiciſſe* S. Jaevæ *morbum lethalem, ac cœleſtibus Sacramentis eum munisſe, & defuncto funus curaſſe. Fatetur ibidem Nota 1. Colganus*, S. Jaevæ *nomen non extare in Hibernienſibus Martyrologiis, vel quia nomen depravatum, vel quia extra patriam deceſſit: quod quidem & aliis Sanctis multo celebrioribus contigit. Nos quis ſit* Kenanus *in Colgani MSS. relatus ignoramus: neque tamen Canonicum illum Leonenſem cogimur vel Hiberuum vel Abbatem fateri. Nam quod ait præcipuarum Eccleſiarum Canonicos eo ævo monachos fuiſſe, &* quibus commiſſum particularium Eccleſiarum regimen, *Abbates; non probat, nec univerſim verum eſt.*

B Cailanus monachus ac cellæ cuidam præpoſitus, *cum eſſet a S. Columba ad monaſterium, quod in Hy, ſive Jona, inſula hic conſtruxerat, evocatus, eadem qua venerat hebdomada, ad Chriſtum migravit, ut ei idem Sanctus prædixerat. Quod tacentem narrat S. Adomnanus in Vita S. Columbæ cap. 31. obſque tamen ulla debita Cœlitibus reverentia ſignificatione, aut Sancti Beative titulo. Eam David Camerarius, citato S. Adamnano, Abbatem ait fuiſſe, & hoc die Scotico Menologio inſcribit. Thomas Dempſterus in hiſt. Eccl. Scotorum Abbatem quoque ſtatuit, & ſcripſiſſe tradit* Meditationum librum unum, *ac* Sanctum a nonnullis habitum, colique 13. Martii: *quo tamen die, uti & hoc 25. Feb. in ſuo Menologio, poſtea excuſo, ejus nomen omiſit. Dempſterum arguit Colganus notat. 76. ad Vitam S. Columbæ, conſerque ſi alunde conſtare poſſit venerationem ei ceu Indigeti deberi, potiut ad 25. Julii, vel 29. Octobris referri debere.*

S. Gotardus Epiſcopus & Confeſſor Mediolani, *tatidem verbis hiſce inſcripſit Martyrologio Goleſinii*, ex antiquo (*ut in Notis ait*) libro, *qui ab Hieronymo Aqueo, baſilica S. Ambroſii Canonico Mediolani aſſervabatur. Nobis de eo Antiſtite nihil conſtat.*

Valerius *quidam memoratur, Eremita primum, deia Abbas cœnobii S. Petri de Monte in Hiſpania ſcriptorq; Vita S. Fructuoſi Ep. Brachorenſis, atq; ejuſdem monaſteriis fundatoris. Eum abſolute* S. Valerium *appellant Prudentius Sandovallius in libro de monaſteriis Hiſpanienſibus Ord. Benedictini, Antonius Tepeſius to 2. Chronicorum ejuſdem Ordinis ad an. 646. c. 3. Authertus Miraus in Chronico Benedictino pag. 146. at tandem Joannes Tamajus Salazarius, qui ejus nomen ad diem 25. Februarii Martyrol. Hiſpanico inſcripſit propter hoc ejus epitaphium:*

In hoc cœmeterii jacet loco inſigne Valeri
Corpus humi datum, ſed anima ad aſtra volatum
Aſſumpſit ſancta. Nam ſufficit gloria tanta
Noſtro huic Rupiano cœnobio Petri-Montanu.
Implebit ſepulchri eavas venerabilis Abbas
Era ſeptingentena tribus additis ad tricena,
Menſe Februario, die quo minus in Kaleodario,
Si bene perpendas, numeratur Quinto Kalendas
Sequentis menſis, anno octavo Egicanenſis.

Ex quo quidem epitaphio conſtat de die & anno mortis Valerii: *ſi tamen id ab initio ejus tumulo inſcriptum, de quo dubitare atcumque Tamajus videtur.* Cujus corpus, *inquit*, honorifice ſepultum, hac Leonina inſcriptione ſubſignatum, traditur inventum fuiſſe ſarcophagum; *at nihil in eo continetur, quod non de alio quovis viro pio dici poſſe videatur. Sandovallius narrata ejus Vita ex ipſiuſmet, ut ait ſcriptit; poſt mortem relatam Iſidori Aſtarienſis Epiſc. qui ſecum eum ducere Toletum, ut ex-*

mia præditum eruditione, cupiebat, iſt a ſubacta it: Nihil de rebus a ſe geſtis amplius ſcribit Sanctus, nec ego alibi quidquam reperi. Haud dubium, quin eo in monaſterio diem obierit, ac ſepultus ſit, & ſacrum ejus corpus unum aliquod ſit ex iis, quæ illic arcis incluſa ſunt: neque enim refodiebant Sancti monachi corpora, inque thecis auratis & intrinſecus byſſo obductis recondebant, & juxta majus altare locabant, niſi quorum eſſet explorata ſanctitas, perſpicuis etiam miraculis teſtata. *Qua ex formula loquendi hujus ſcriptoris nobis non omnino affirmate aſſeri ab eo videntur. Quare* Valerium *tamiſper hic omittimus: nihil tamen ejus ſanctitati derogantes, ſed certiora expectantes documenta, a quibus liquido conſtet, eum in Cœlitū numero palā haberi.*

S. Walbuega V. Bituricenſis *hoc die a Maurolyco, Caniſio, Felicio refertur, ut diverſa ab Heydenheimenſi, qua hodie colitur, cum eadem ſit, ut in prolegomenis ad hujus Vitam dicitur.*

Ætherius, Uxmeenſis in Hiſpania Ep. *S. Beati (de quo 19. Februarii egimus) in oppugnanda Felicis Urgellitani & Elipandi Toletani hæreſi adjuvit, a Joanne Tamajo Salazario* Beatus *appellatur, reponiturque 25. Februarii, ob hos verſus, quos inter ſepulchralia codicis ſui reperit, ſed a quo compoſiti ſint fatetur ſe ignorare.*

Morior en quinto Martis nunc ipſe Kalendas.

Una ma corpus habet, & ſua feſta colit.

Meminere Ætherii ſcriptores alii permulti, nemo illi cæleſtes honores decretos tradit. Deceſſiſſe eit Tam. an. Sou.

Walbuega Virgo, ſoror Luithardi Paderbornenſis in Weſtphalia Epiſcopi, monaſticam vitam amplexa in cœnobio Herſwerde prope Paderbornam, *a Wione & Bucelino in Menologio Benedictino, atque a Ferrario in generali Catalogo, Sanctis annumerata, videtur pro* S. Walburge, *ſive* Walburga *Heydenheimenſi, qua hodie colitur, ſumpta, ut ad hujus Vitam dicemus.*

Lucius II. Papa *deceſſit* 5. *Kal. Martii* 1145. *Meſſanus in Bononia perluſtrata, ad hunc diem ſcribit in eccleſia quadam Bononia ſpectari ejus effigiem, appoſito* Sancti *titulo. Nil ſimile apud alios legi. Fere* Sanctiſſimus *dicitur, ut ceteri Pontifices.*

Adelelmus Abbas primus monaſterii Montis Angelorum vulgo Engelberg, apud Underwaldios in Helvetia, *hoc die, anno* 1131. *mortuus dicitur &* Beatus *appellatur a Chriſtophoro Hartmanno in Annalib. Eremi Deiparæ, cujus monaſterii alumnus fuerat Adelelmus: itemq;* Beatus *eſt Henrico Murero in Helvetia ſancta,* Sanctus *Gabrieli Bucelino in Menologio Benedictino. Additque hic, ejus* in hodiernum uſque diem ſacrum corpus apud incolas ex teruſque ob earum miraculorum virtutem præcipua haberi in veneratione, *eque illius* etiam hodie tumulo plurimos miram, eamq; ſuaviſſimam ac cœleſtem odoris fragrantiam percipere conſueviſſe. *Hartmannus ait*, teſte & auctore veneranda antiquitate, plura miracula ad ejus ſepulchrum facta. *Murerus ſcribit, e priori ſepulchro, anno* 1611. 14. *Julii, corpus ejus tranſlatum, tum in honorificentiori loco eſſet, tum quia inſtaurari templum oportebat: ad dextrum autem Chori latus inter altaria trium Regum & antiquorum Patrum Ord. S. Benedicti, in terra quidem ſepultum, ſed tumulo altiore: illic, ut ad prius ſepulchrum, multa in diet obtinuere a Deo beneficia. Nos tamen clare produnt hi ſcriptores, an aliquis illi publice honor, vel decreto Eccleſiæ, vel antiqua Antiſtitum conniventia, habeatur.*

Mechtildis Virgo ſanctimonialis inſtituti Ciſtercienſis in Germania, *ab Chryſoſtomo Henriquez in Menol. Ciſtercien. & Bucelino in Benedictino ad hunc diem* Beata *appellatur, utrique ſolo nomine nota ex Kalend. Divione an.* 1617. *edito & neſcio quo alio: nobis quoque ignota.*

Jancelinus Prior Generalis decimus Ordinis Carthuſiani, *qui alias* Jacelinus, *eſt adſcriptus Supplemento Martyrologii Gallicani, ſed titulo ſolum* beatæ memoriæ *honeſta-*

A tus: *ab aliis refertur 26. Februarii, ut illic dicemus.*

Electus *quidem* Ordinis Minorum *Guardianus in Savonia a Francisco Gonzaga in SS. ac BB. Catalogo,* Beati *quoque titulo ornatur, usi & ab Arturo in Martyrolog. Francisceno hoc die; quo tamen non constat eum decessisse, nedum ab Ecclesia* Beatum *declaratum, aut antiquae populorum religione cultum.*

Benedictus de Pace, B. Joannis Columbini socius, 25. *Feb. an.* 1375. *pie mortuus est, ut testantur Ludovicus Jacobillus to.* 1. *de SS. Umbria, qui & Beati cum titulo decorat, cum neque auctoritate Ecclesiae, neque populorum diuturna religione, cum illi dignationem habitam doceat.*

Maria Sulperia *anno* 1600. *aetatis suae* 75. 25. *Februarii, magna sanctitatis opinione Lovanii in majori nosocomio e vita migravit, cum aegris* 40. *per annos summe diligentia & caritate ministrasset. Ossa ejus Albertus & Isabella Belgii Principes e terra elevari, locoque impositae, sacello muro inferi curarunt anno* 1617. *additque epitaphium marmori incisum, quod Miraeus in Fastis Belgicis recitat, qui cum a se non semel visum testatur, cum ipse Lovanii studiorum causa versaretur. Recitat id quoque ex Miraeo Raissius in Auctario ad Molani natales.*

S. Nestor, S. Pamphilus, S. Casta, *in Martyrol. Beda typis vulgato Martyribus Afris, qui hoc die coluntur, additi: in Canisii Martyrol.* Nestor & Casta: *in Rabani* Pamphilus, *aliis in aliam classem retrusis. Verum non*

B Pamphili Martyris, *sed* Pamphyliae regionis *facta mentio a Beda, nisi librarii intervertisse. Nam ita Notkerus Pamphylia* Nestorem Castamque *attribuit:* Pamphylia, *inquit,* Nestoris, Castae. *Idem habent MSS. Martyrol. Aquigranense, Toraccense S. Martini, Latinense: sed in hoc postremo* Castus *est, non* Casta. *Sola hunc pertinet* Casta, *cum* S. Crescentio, *qui cum illa etiam* Nestori *sociatus legitur in MS. Florario, ac MS. Adonis Martyrol. monasterii S. Laureatii Leodii. Verum* Casta & Crescentius *cum aliis* 9. *Sanctis conjungantur hoc ipso die in vetustissimo Martyrol. Romano in quo, & Rubenovensi, seorsim* S. Nestor *refertur, de quo nos, cum Usuardo, Beda, Adone, ac Martyrol. Romano, agemus* 26. Febr.

S. Victor Confessor in pago Trecassino, *memoratur hoc die in Greveni auctario ad Usuardum, alioque Martyrol. excuso Colonia anno* 1490. *Felicio quoque, ac Maurolyco, & annalibus MSS. Ast in caeteris* 26. Februarii.

S. Angiltrudis Virgo, filia S. Bavonis Confess. *hoc die in MS. Florario SS. refertur eisdem verbis. Vita metrica S. Bavonis* Aglethrudem *vocat, alia* Adeltrudem. *De ea agemus* 19. Martii.
vel ad diem ipsius S. Bavonis 1. Octobris.

S. Alexander miles in Thracia sub Maximiano Imp. pro Christi fide gladio caesus, *hoc die memoratur in Menaeis,*

C *Galesino, Ferrario. Eum esse suspicamur, cujus Acta extant apud Metaphrasten, Lipomanam, Surium, quae dabimus* 13. Maji.

S. Aglaes Martyris *nomen hoc die extat in Greveni auctario ad Usuardum, de qua & MS. Florarium:* Romae Aglaes meretricis & Martyris anno salutis 317. *Ea esse videtur* Aglae *nobilis matrona Romana, qua cum aliquando cum Bonifacio possessionem suarum curatore peccasset, facta deinde poenitentia, sancte deinceps vivere instituit, ut & Bonifacius, qui pro fide Christi Tharsi in Cilicia mortem oppetit; unde Romam relatam corpus* Aglae *honorifice sepelivit, ac* 13. *deinceps annos sancte vixit, atque in pace obdormivit. Acta S. Bonifacii cum Breviario Romano dabimus* 14. Maji.
Aglaen *plures referunt ad* 6. Junii.

Janustrius monachus Cafinensis, discipulus S. Guinizonis, magnae & obedientiae & abstinentiae (*quem ferrum candens in terram lapsum unda manu suscepisse supraque eadem posuisse tradit Desiderius Abbas Casinensis, qui deinde Victor* 111. *Papa fuit, lib.* 1. *Dialog. & Petrus Diaconus lib. de ortu Justorum Cafinen. cap.* 29.) *hoc die*

D *refertur a Gabriele Baccliao in Menol. Benedictino. Joannes Baptista Marus in Notis ad Desiderii Dialogos, fatetur* Guinizonem in Martyrol. Benedictino inter Sanctos recensiti: *ac mox de Januario agens, cultus ei adhibitis non meminit, neque Fasti alii ab Italis aut etiam monachis concinnati. At Petrus Diaconus cum narrasset,* Guinizonem mortuum esse 7. Kal. Junii, & sepultum in ecclesia S. Nicolai in loculo plumbeo ad dextram partem altaris, in loco qui Ciconia dicitur, *additi in quo & S. Januarius discipulus ejus defunctus una cum magistro suo positus est: ad quorum Christus merita declaranda miracula diem usque hodiernum patrare non cessat. Ceteram cum nec ipse diem indicet, quo Januarius obierit, nisi aliunde innotesceret, magistro eum suo jungemus* 26. Maji.

S. Antonii de Padua, Ordinis Minorum, Translatio *consignata est hoc die in generali St. Catalogo Philippi Ferrarii, qui Officia Minorum extat: in quibus non 25. sed 55. Februarii vita duplici ea celebratur. De qua nos ad illius Vitam* 13. Junii.

S. Pauli Apostoli capitis inventio *hoc die adscripta est Martyrologio Aquicinctino. De ea agetur* 29. Junii.

S. Victoris & sociorum Martyrum in Ecclesia Aeduensi commemorationem *fieri hoc die scribit in Martyrol. Gallicano Sanssajus. Sed cum plures sint* Victores Martyres, *quis hic potissimum sit, haud facile constat. Is est forsan, qui cum pluribus sociis Massilia colitur* 21. Julii.

S. Marcellum Episcopum Apameae Cypri, qui gladio E percussus martyrii coronam adeptus est, *hoc die commemorant* Menea, *& Maximus Cyberaeus. Suspicamur* Apameae in Syria *legendum, eamque esse* S. Marcellum, *quem Martyrol. Romanum refert* 14. Augusti.

S. Burchardus Episcopus Herbipolensis *hoc die refertur a Galesinio,* Wione, *Bucelino. Agitur festum ejus Herbipoli feria* 5. *post Ss. Dionysii, Rustici, Eleutherii. Vitam ejus dabimus* 14. Octobris.

S. Hypatios Gangrensis in Paphlagonia Ep. *ob haereticis, dum a Synodo Nicaena rediret, interfectus hoc die, ut habent* Menaea. *Nos de eo agemus cum Mart. Rom.* 14. Nov.

Piammon Eremita ac Presbyter *inscriptus est Martyrol. Anglicano Richardi Wiuford, ante annos* 140. *edito. Videtur is esse, de quo agit Rufinus lib.* 2. *de Vitis PP. cap.* 32. *Sozomenus in historia Eccles. aliique, Palladius cap.* 72. Ammonam *appellat.* Ammonx *plures faciunt, uti* 29. Januarii *diximus, atque etiam* Ammonii. *Iteram de hoc quaerere licebit, quando, sub nomine etiam* Piammonis, *in quibusdam Martyrologiis ejus meatio fit,* 14. Novembris.

Adamus coenobii Ebracensis Ordinis Cisterciensis in Franconia primus Abbas *in Menol. Cisterc. Chrysostomi Henriquez, & Benedictino Buceliai ad hunc diem* Beati F *titulo insignitur. Datus a Conrado Romanorum Rege ad Comitia, populo, ac Principibus sua facundia persuasit, in expeditionem adversus Saracenos suscipereat, Cruce signati, uti testatur Otto Frisingensis lib.* 1. *cap.* 40. *Extant ad eum epistolae binae S. Bernardi, quinta & septima. Obiit, at auctor est Brachius, anno* 1161. *postridie S. Cacilie. Si quem ei cultum impendi cognoverimus, licebit de eo agere ad* 23. Novemb.

Leobardus *monasterium in Alsatia prope Tabernas condidit, quod* Lewartzell *dictum, ideo* Leobardi cella, *postea a Mauro restauratore* Mauri-monasterium, *vulgo* Maur-munster. *In veteri quodam regio diplomate apud Jodocum Coccium nostrum* Dominus Leobardus Abbas *appellatur: in alio pag.* 59. B. Leobardus Aquilejae Mauri-monasterii primus fundator. *Ita & Brachius in Chronologia monasteriorum Germaniae,* B. Leobardum Eremitam & Abbatem *nuncupat. Praefatus postea ei monasterio* 1. *Benedictus Abbas Indeasis, uti in hujus Vita* 12 Febr. *n.* 34. *narratur. Pollicitis illic eramus nos hoc die de* Leobardo *& Mauro actaros, cum* Menardus utrumque

Sanctum

A Sanctum vocet. *Sed cum nuper Joannes Gamansius noſter ſagaciſſimus ſacrarum antiquitatum indagator, nobis ſignificaſſet, ſe in eo monaſterio omnia accurate luſtraſſe, ac nihil reperiſſe, vel ab alle, etiam canobita ac loci Prie-* D *re, viro curioſo, cognoſcere potuiſſe, & Coccius pag. 64 ſcribat*, Leobardum pridie Kalend. Januar. cœlo receptum; *nos illum (omnia interea per otium plenius examinaturi) reiicimus ad* 31. Decemb.

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS DONATO, JUSTO, HIRENÆO, VEL HIRENA, PISINIONE VEL PISIONE, AURULIO, RUTULO, PRIMASIO, INGENULA, VEL INGENUA, ET ALIIS XLV.

Sylloge hiſtorica. G. H.

XXV. FE. 1 *OVi hic a nobis referantur ſub duobus ſequentibus titulis Martyres, in duas turmas diſtinguuntur in antiquo & numquam ſatis laudato martyrologio mſ. Romano, quod ait Hieronymo credam quidam conſcriptum. Id hunc diem iſtis verbis auſpicatur:* 5. Kalend. Martii. In Africa natale Donati, Julli, Hirenæi, Piſimonis, Aurulii, Rutuli, Primaſii, Ingenuæ & aliorum 45. *Priores duo inſcripti quoque ſunt antiquis martyrologiis, Lateuſi & Tornacenſi. Martini:* In Africa natale SS. Donati & Juſti. *In mſſ. Ultrajectino 1. Maria & Trevirenſi 1. Martini numerus hic Martyrum adjungitur:* In Africa Donati & Juſti Martyrum & aliorum quinquaginta unius. *Qua eadem legnntur in auctario Greveni ad Uſuardum. At mſ. Conſulenſe, ſeu 1. Richarii*, Ingeniam, *quaſupra* Ingenula *dicitur, jungat, & numerum minuit.* In Africa SS. Donati, Juſti, Ingenuæ, & aliorum quinquaginta. *Ceterum numerus hactenus in omnibus convenit. Mſ. Aquiſgranenſe hos quatuor recenſet, amiſſo innominatorum numero:* In Africa natalis SS. Donati, Juſti, Hirenæi, Piſionis. *Aliis ſub finem adjungitur* Ingenua, *quæ aut* Ingenula *hic relicta eſt, aut potius* Ingena *ad ſecundam claſſem pertinens. Mſ. martyrologium 1. Cyrilei:* In Africa Donati, Juſti, Erenei, Ingenuæ & aliorum 45. *Ita epographum noſtrum Romo acceptum. At Baronius annotat ad hunc* 25. *Februarii*, in vetere martyrologio, monaſterii S. Cyriaci præter hos recenſitos ſuperaddi & alios quadraginta quatuor. Ingenua *omittitur in martyro. Ingio Romano, in quo iſta leguntur*: In Africa ſanctorum Martyrum Donati, Juſti, Hirenæ & ſociorum.

Martyrum numerus in variis Martyrologiis.

B

C 2 Herena *etiam dicitur in Beda exemplari excuſo, & meum exarate monaſteris Richebergenſis. Sed alii, qui hæc non ſpectant, junguntur ſecii, his verbis:* In Africa natale SS. Donati, Juſti, Rotuli, Horenæ, Piſionis, *qui hæc ſpectant: dein* Pamphili, *ſed legendum*, In Pamphilia Neſtoris. Caſtæ: *hæc ſequentibus adjungenda. S. Neſtor ad* 25. *Februarii remittendus. Canſius in martyrologio Germanico, omiſſis* Rotulo & Pamphilo, *reliquos recenſet, additis* alios *fuiſſe* ſocios quinquaginta, qui omnes fidem Chriſti magna patientia conſtanter profeſſi, per varias tribulationes ac tormenta æterna gaudia adepti ſunt. *Rabanus*: In Africa nativitas SS. Donati, Juſti, Rotuli, Herenæi, Piſionis, Pamphili (*pro quo legendum*, In Pamphilia) nativitas Neſtoris & Caſtæ. *Notkerus cum aliis clare diſtinguit*: In Africa SS. Donati, Juſti, Rutuli, Hirenæi, Piſionis. *Dein* Pamphyliæ Neſtoris & Caſtæ. *In mſſ. Richenovienſi, in duas claſſes diſcernuntur, qui hæc ſpectant*: In Africa, Juſti, Herenæi & 45. Donati, Piſcationis, Aurilii, Rutuli & aliorum 10. *Hi alii* 10. *forſan referendi ad ſequentem claſſem, & ſic legendum*: In Africa Juſti, Herenæi, Donati, Piſcationis, Aurilii, Rutuli & 45. *ac dein* & alibi 10. *qui tamen undecim, ſed ſecundus* Fortunatus *forſan omiſſus eſt. In mſ. Pariſienſi Philippi Labbei noſtri legnntur*: 5. Kal. Mar. Donati, Ingenuæ cum aliis 45.

quibus aliis perperam junctus

E

3 *Ex horum Martyrum ex antiquis martyrologiis deprompta memoria.* Donatus & Juſtus *in omnibus eodem modo expreſſi. Qui* Hirenæus, *alibi* Herenæus Horiæus, Erenæus, & Herena *ſcribitur.* Piſimio, *etiam* Piſio, Ingenola, Ingenua & Ingenia, Rutulos & Rotulus. Aurulius & Aurilius, Primaſius *in ſolo martyrologio 1. Hieronymi additur.*

nomina variis exprimo.

4 *Baronius in Notis ad hunc* 25. *Februarii*, Videatur hi, *inquit*, illi eſſe, quos Lucianus in epiſtola 22. apud Cyprianum refert, & inter alios nominat Donatum & Herenem: licet Pamelius in Anaot. *ejuſdem epiſtolæ*, auctoritate cujuſdam altarius manuſcripti bibliothecæ Guilielmitarum Brugenſium, diverſis diebus illos eſſe paſſos affirmet. Nos autem Romano plus deferimus. *Verba Luciani in citata epiſtola* 22. *ſunt iſta*: Saluta Numeriam & Candidam, quæ ſecundum Pauli præceptum & cæterorum Martyrum, quorum nomina ſubjicio, Baſſi in pejoratu, Mappalici in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli a quæſtione, Fortunæ, Victorini, Victoris, Herenæi, Crodulæ, Herenæ, Donati, Fremi, Venti, Fructi, Juliæ, Martialis & Aruſtionis, qui Deo volente in carcere fame necati ſunt. *Hæc Lucianus. En nomina* Donati & Herenæ *a Baronio relata. Sed cur* Herenæum *in eadem epiſtola nominatum omittis? De aliis a Luciano relatis egimus* 15. *&* 22. *Februarii, denuo acturi* 17. *Aprilis. Nec tamen omnium nomina Lucianus expreſſit, quia non erat id ejus inſtituto neceſſarium. Ceterum qui ſupra relatus eſt* S. Aurulius *aut* Aurilius *forſan Aurelius eſt, cujus meminit 1. Cyprianus ep.* 23. *his verbis*: Aurelii quoque adoleſcentis, tormenta perpeſſi, nomine libelli multi dati ſunt, ejuſdem Luciani manu ſcripti, quod litteras ille non noſſet.

Num de his Martyribus agat Lucianus apud S. Cyprianum?

F

5 *Baronius in Annalibus hanc a nobis recitatam epiſtola Luciani partem retulit ad annum* 253. *quem Decii annum primum numerat: Sed jam ſupius monuimus, Decium triginta ſolum menſes imperaſſe ab anno* 249. *ad an.* 252.

Quo tempore poſſit?

DE SANCTIS MARTYRIBUS INGONA, VEL INGENUA, FORTUNATO, PISSINO, HIRENÆO, JUSTO, CRESCENTIO, REVOCATO, JANUARIA, LUCIOSA, CASTA, FORTUNATO.

G. H.

XXV. FE. 1 *Acta hæc ſanctorum Martyrum turma in peranti-quo mſ. martyrologio Romano, ſive s. Hieronymi, refertur poſt Martyres Afros, de quibus jam egimus, hoc ordine:* Et alibi Ingunæ, Fortunati, Piſſini, Hirenæi, Juſti, Creſcentii, Revocati, Januariæ, Lucioſæ, Caſtæ, Fortunati. *Dein additur:* Pamphyliæ, Neſtoris, *qui in variis martyrologiis hoc die memorantur, in pluribus ſequenti, ubi & nos de eo cum martyrologio Romano agemus. Qui in mſ. Richenovienſi poſt Martyres Afros in duas claſſes diſtributos addun-tur* alii decem, *hunc ſpectare ibidem diximus, ac forſan in eo martyrologio ultimum* Fortunatum *non comprehendi. Sunt etiam inter Martyres Afros* Juſtus & Hirenæus, *atque iterum inter hos ejuſdem nominis Martyres in citato martyrologio s. Hieronymi recenſentur.*

22. Martyres hic commemorati;

alibi denſ;

2 Creſcentii *ſolius mentio fit apud Wandelbertum hoc verſu:*

B Quinta dies Creſcenti augetur laude Beati.

& ſanctus Crepidius,

Idem Creſcentius & Caſta *legantur in mſ. Adonis monaſterii s. Laurentii apud Leodium, & in Florario mſ. ſed jungitur* Neſtor *Epiſcopus in Pamphylia, atque ut diximus, martyrio coronatus, & ad ſequentem diem remittendus. Hæc autem leguntur:* Eodem die Neſtoris, Caſtæ & Creſcentii Martyrum. *In veteri codice mſ. qui apud Philippum Labbeum noſtrum Lutetiæ extat, hæc habentur:* Juſti, Creſcentiæ, Rogatiani, Neſtoris. *Ex illis hoc ſpectant* Juſtus & Creſcentia, *aliis omnibus* Creſcentius *dictus.* Rogatiani *alibi nulla hoc die mentio eſt. Colitur 23. Februarii inter Martyres, qui in Pannonia paſſi,* Rogatianos; *inde forſitan huc tranſpoſitus, aut eo hinc.*

Caſta;

Juſtus,

3 *Qua primo loco* Ingona *legitur, aliis* Ingenua *dicitur, & cum* Caſta & Neſtore *inſcripta eſt martyrologio Aquiſgranenſi.* In Pamphylia Neſtoris & Caſtæ, Ingenuæ. *Quæ duæ huc ſpectant, & in mſ. Ternacenſi ita referuntur:* In Pamphylia natalis Neſtoris & Caſtæ & depoſitio Ingenuæ. *Hermannus Greven in auctario Uſuardi poſt relatos Martyres Afros addit:* Item Herenæi, Piſionis, Neſtoris, Caſtæ. *Eſt inter hos Martyres* Piſſinus, *& inter Afros* Piſinio, *pro alterutro in aliquibus* Piſio *legitur. Cæterum tempus & locus martyrii deſunt.*

Ingenua,

E Hirenæus, Piſſinus,

DE SANCTIS MARTYRIBUS ÆGYPTIIS VICTORINO, VICTORE, NICEPHORO, CLAUDIANO, DIOSCORO, SERAPIONE, PAPIA,

G. H. Sylloge hiſtorica.

CIRCA AN. CCLXXXV. XXV. FE. 1 *Conſcripta fuiſſe olim horum Martyrum Acta, ex elogiis eorum, quæ in variis martyrologiis, iiſque perantiquis, reperiuntur, videmur poſſe colligere. Quare donec ea, ſicubi forſan quacunque lingua, etiamnum latent, in lucem proferantur, quæ de iis Martyrologia memorant, hic viſum recitare. Primum ergo 24. Februarii antiquum mſ. martyrologium Romanum, ſive s. Hieronymi, de his ſub finem diei illius ita habet, quæ forſan ad ſequentem diem revocanda fuere; ut titulus hic 5. Kalendas Maetii illis ſolo amanuenſium errore, poſt poſitus, fuerit præfigendus:* In Ægypto natale SS. Victorini, Victoris Ninivitæ, Nicuphori, Serapionis. *Suſpicari quiſpiam poſſit, ut* Victor *a quamplurimis ejuſdem nominis Sanctis diſcerneretur, patriam ejus appoſitam, Aſſyriorum nempe urbem, Miniven, aut certe, aha de cauſſa illud ei cognomen fuiſſe. In mſ. martyrologio Augia divitis, ſeu Richenovienſi, hæc eodem 24. Februarii traduntur:* In Ægypto paſſio SS. Victorini, Victoris Ninentiæ: *pro quo in priori mſ. legitur* Ninivitæ. *At fortaſſis* Victor *& Ninentia, vel Ninivitta, diverſi ſunt. De hac tamen Ninentia nulla præterquam in his duobus mſſ. mentio apud antiquos.* Serapion *eodem 24. Februarii refertur in mſ. martyrologio Aquiſgranenſi, & auctario Grevenii ad Uſuardum, jungiturque aliis Martyribus, quos ibidem in varias claſſes redegimus, & Serapionem hiſce Ægyptiis addendum cenſuimus.*

C 24. Febr. referuntur in Ægypto paſſi

Victorinus, Victor,

Nicephorus,

Serapion,

2 *Reliqui Latini de iiſdem agunt hac 25. Februarii. Mſſ. martyrol. Trevirenſe s. Martini numerum ſolum indicat:* In Ægypto 7. Martyrum. *Nomina indicantur in martyrol. mſ. Mariani Germani in Hibernia, ſed loco omiſſo, & alio*

25. Febr. ad alios Latinos

fere ordine, quam apud reliquos: Victor, Victurinus, Claudianus, Papias, Serapion, Dioſcorus, Nicephorus. *Vetus Romanum a Roſweydo editum hoc eo ordine, quem reliqui fere ſervant, refert:* Apud Ægyptum Victurini, Victoris, Nicuphori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ. *Adiicit mſ. Leodienſe s. Lamberti,* ſub Numeriano Imperatore, *os mſ. Colonienſe s. Mariæ ad Gradus & Florarium mſ. addunt,* agere Sabinum Ducem. *MS. Trevirenſe s. Paulini nominibus recenſitis, ſubdit.* Qui omnes ſolenne martyrium Chriſto dedicaverunt, ſub Mimeriano (*lege* Numeriano,) Principe, Duce Sabino. *In eodem mſ. qui aliis* Dioſcorus, Dionyſius *eſt. Simili modo in mſ. Carmeli Colonienſis,* Nichodorus *& Papinion ſcribuntur, qui ſunt* Nicophorus *alibi &* Serapion: *imo & Imperator* Numerianus *inepte* Juvenianus *vocatur:* qui ſub Juveniano Imperatore, *inquit,* exquiſita tormentorum genera toleraverunt. *Uſuardus in omnibus paſſim codicibus manu exaratis & typo caſis.* Apud Ægyptum, *inquit,* natalis SS. Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ, ſub Numeriano Imperatore: quorum primus, ſecundus & tertius pro confeſſione Deitatis conſtanter exquiſita ſuppliciorum genera tolerantes; reliqui quatuor, Claudianus & Dioſcorus, flammis inceſſi, Serapion & Papias gladio cæſi ſunt. Omnes itaque celebre martyrium dedicaverunt. *Eadem leguntur in martyrologio Romano Bellini, & Viola Sanctorum. Pro* Claudiano *apud Molanum* Claudius *habetur. In martyrologio Colonia 1490. excuſo hæc ſub finem addantur:* martyrium, agente Duce Sabino, dedicaverunt.

Idem & Claudianus.

Dioſcorus, & Papias,

F

3 *Beda*

A 3 *Beda excuſus & mſ. monaſterii Richebergenſis, longiore hoc encomio eos celebrat* : Apud Ægyptum natale SS. Victorini, Victoris, Nicefori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ, ſub Numeriano, agente Sabino Duce. Quorum primus in pilam e robore cavam, & undique circumforatam miſſus, ac pro ſingulis foraminibus diuriſſime tranſpunctos, & cum animus ſanguis effluereret, eductus e pila, capite cæſus eſt. Secundos manibus ac pedibus amputatis, in eandem pilam miſſus, peruris tormenta ſuſtinuit, & noviſſime gladio cæſus eſt. Tertius cum uterque pilam fuiſſet ingreſſus, indignatus judex juſſit eum inde produci, & ſuper craticulam prunis ſubſtratam aliquantiſper aſſari & inverti. Cumque in confeſſione perſiſteret, ſublatos inde, minutatim gladio concidit, ſpiritum reddidit. Reliquorum quatuor Claudianus & Dioſcorus flammis incenſi, Serapion & Papias gladio conſummati ſunt. *Hæc Beda, quæ verbis hinc inde paucis commutatis habent Ado Viennenſis, Notkerus, Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 151. Martyrologia mſſ. Regina Sueciæ, Treverenſe 1. Maximini, Bruxellenſe 2. Gudilæ, in quo dicitur natale ſanctorum ſeptem fratrum. In Adone mſ. Lodienſi 1. Laurentii pro* Dioſcoro eſt Moſcorus, *& Fabianus Dux pro* Sabino. *In mſ. Regiæ Sociæ omiſſa Numeriano Imperatore, poſt nomina Martyrum hæc legantur* : Qui ſub Sabino Duce perempti ſunt, quorum primus in pilam e robore cavam *&c. in mſ. Trevirenſi* ex ebore cavam *habetur. Idem apud Equilinum* cultris trecenſ punctus *dicitur. At* tertium juſſit judex *ſecundum Notkerum* cloaca nullum peraſſari. *Denique in ſine codicis Bruxellenſis* gladio peremptos omnes, celebre martyrium conſummaverunt. *Ex dictis elegans in hodiernum martyrologium ob ejuſmodi translatum*: In Ægypto natalis ſanctorum Martyrum, Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ ſub Numeriano Imperatore, quorum duo primi pro confeſſione fidei exquiſita ſupplitiorum tormenta conſtantes tolerantes capite plectuntur. Nicephorus poſt creticulas candentes, ignemque ſuperatos, minutatim conciſus eſt. Claudianus & Dioſcoros flammis incenſi, Serapion vero & Papias gladio cæſi ſunt.

& alius e

B

4 *Urbem Ægypti, in qua hi glorioſi athletæ coronam martyrii promeruit, faciunt, aſſignans aliqui* Dioſpolim, *ſive* Diopolim. *Nam Petrus Calabianenſis Epiſcopus in Topographia ſanctorum Martyrum ante annos decennes compoſita ac poſtea a Maurolyco recognita, int. D. ita ſcribit:* Diopolis civitas Ægypti. Hic Victorinus, Victor, Nicephorus Claudianus, Dioſcorus & Papias, ſub Numeriano Imperatore Martyres. Dioſpolis parva civitas in Ægypto. Hic habitaverunt Amos, Macarius Ægyptius, & Iſidorus diſcipulus Antonii magnæ cœnob. *Ptolomæus lib. 4. cap. 5. utramque*; Διὸς πόλις *appellat, illam μεγάλην hanc μικρὰν. Post priorem, de qua hic agitur, metropolis Thebaidos, quam horum Martyrum palæſtram etiam ſtatuunt Maurolycus, Galeſinius, Canſius, & Ferrarius in Topographia martyrologii Romani. Tormenta primorum paulo altius narrat Galeſinius*: Dioſpoli, *inquit*, in Ægypto ſanctorum Martyrum, Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ, ex quibus Victorinus in caveam ex quercu confectam, bidui perforatam inclauſus, & per foramina cultris vulneratos, capite eũ extaret, ſecuri percuſſus eſt. Victor idem perculit, *&c. In Notationibus jubet pro* Nicephoro reponi Nicophorum; *ita enim* ſe omnibus ſcribi. *In hodierno martyrol. Romano* Nicephorus *ſcribitur, uti eum Græci, de quibus mox agemus, appellant: Baronius quoque in Annal. to. 2. an. 284. num. 50. quo ipſe more illorum martyrium refert.*

Ab poſt Dioſpoli 2

Nicephorus, alibi Nicephoreus.

C

5 *Idem in Notis ad martyrologium Romanum aſſerit Græci in Menologio de his agere 31. Januarii. Per auctoritate Baronii magis moti & ipſe 31. & præcedenti 30. Januarii, & ſequentis 1. Februarii de iis inter Præmiſſos egimus, atque inde ad hanc 25 rejecimus alterutrum inquiſitionem. Die autem 30. Januarii in Menologio a Canſio edito ſic habentur* : Eodem die ſanctorum Martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis & Papiæ in urbe Coriotho paſſorum Imperatore Decio. *At magis hoc encomium 31. Januarii aſſerunt in magnis Menais*: Eodem die memoria ſanctorum Martyrum, Victorini, Victoris, Nicephori, Claudii, Diodori, Serapionis & Papiæ Corinthiorum. Hi Decio Imperante ob fidei in Chriſtum confeſſionem comprehenſi, & ad Tertium Proconſulem, Corinthi Græciam conſulari imperio adminiſtrantem, adducti. Ea Corintho autem ſancti ſunt amiſſi: & poſt plurimos & intolerabiles cruciatus vario fine vitam cleuſerunt. Victorinus, Victor & Nicephorus in mortarium compacti & contuſi, animas edidérunt: Claudius manibus pedibuſque truncatis vita eaceſſit: Diodorus exuſtus, Serapionis capite pleaus, Papias morſus martyrium abſolvit. *Hæc in illis Menais, quæ etiam apud Cyberæum ad Βίους δίχην legantur. Addantur ea Menais decem verſus, quibus hæc indicantur*:

Trea, membris in mortario contritis, ſacti generoſi.
Apparuerant hi tres membra corporis Chriſti.
Illuſtres primitias Claudius Domino
E corpore dedit, manus & pedes.
In igne etiam datur certaminis corona:
Ingreſſus es Diodore, & Martyr coronaris.
Dein, o vita, contra timorem gladii te confirmabo,
Quemadmodum etiam Deus confirmavit Serapionem.
Lotus es, o Papia, in acerbis maris balneis,
Et dulcedinem adeptus es cœleſtium delitiarum.

3 *Ea eſt inter Gregorii Orationes decima, in cujus exordio profitetur ſe in eo ut laudando, ita & laudando moderatione uſurum.* Nam nec eum, inquit, qui deceſſit, amplius quam par ſit lugebimus, utqui ne in aliis quidem talia probare ſolemus; nec in eo laudando modum ac decorum excedemus: quamquam gratum, ac, ſi quod aliud, maxime congruum munus eſt eloquenti viro oratio, & ei qui ſermones meos unice amavit, laudatio: nec munus dumtaxat, ſed etiam debitum omnium debitorum juſtiſſimum. *Ubi dein quæ dicturus ſit, propoſuit, elegantem ſubnectit rerum a Cæſario geſtarum narrationem: quam ita tranſcribemus, ut in quatuor §§. eam partiamur: primus inſtitutionem ejus ac ſtudia complectetur. Alter, quæ poſt illa ſub Conſtantio Imperatore geſſit, ab anno 354. quo Gregorium Athenis diſceſſiſſe, ipſum Alexandria, tradit Baronius, ante conſulatum Arbetionis & Lolliani. Tertius, quæ ſub Juliano Apoſtata egit, quaſque cum eo de fide dimicationes ſubivit. Quartus denum, quibus ornatus fuerit honoribus a Valentiniano ac Valente, quorum anno ſexto deceſſiſſe videtur, Chriſti 369. proxime poſt terræ motum, quo diram in modum Nicæa urbs eſt labefactata. Annum illum terræ motus Socrates hiſt. Eccl. l. 4. c. 10. indicat:* Valentiniano & Valente ſecundum Coſſ. 5. Id. Oct. terræmotus in Bithynia factus, Nicæam urbem deturbavit: *is erat annus Æræ vulgaris 368. Anno ſequenti mortuus S. Cæſarius videtur: nam S. Gregorius obitum illius ita narrat, ut eum dicat cum e terra motu incolumis exiſſet, non item morbum evadere potuiſſe, quaſi inter illa haud longum ſpatium temporis interceſſerit.*

a Gregorii fratris laudatio ornatoſque libri,

4 *Erat tunc in Bithynia Quæſtor Cæſarius, ſive Præfectus theſaurorum: quod munus qui gerebat, ſub* illuſtri viro Comite largitionum *erat, ut ex Notitia Imperii Orientalis patet. Nam quod attinuiſſet eum in Bithynia habitare, ſi Quæſtor fuiſſet,* cujus ſub diſpoſitione, *ut in eadem Notitia dicitur,* Leges dictandæ, *&c. eui* vir magnificus, illuſtris, gloriosiſſimus *dicebatur? Cauſſam tamen cur in Bithynia fuerit eum §. 4. n. 17. ſignificat Gregorius:* Διετριβε μεν εν τῇ Βιθυνῶν, ἡ ὑποκειται ἀνὴ βασιλεως διὰ τῶν ἀρχῶν, ὑ δὲ ἐν βασιλεῖ καὶ χρόνῳ, καὶ ἡ δεσποτεῖν ἔχων ἡ ἐπιμελεῖσθαι. Jo Bithynia habitabat, non poſtremam ab Imperatore adminiſtrans præfecturam, pecunias nimirum Imperatori congerendi, & theſaurorum curam gerendi. *Et cur aliequin ſubderet iſta idem ſcriptor?* Ἐπιτίθει γὰρ αὐτῷ τὰς μείζους ἀρχὰς ἐνῶ ἐξὸν ἐφοπιμεῖσθαι. Hoc enim illi majorum dignitatum velut præludium eſſe Imperator volunt. *Atqui Quæſtoris dignitas in Notitia Imperii una de maximis eſt. At ſub* diſpoſitione viri illuſtris Comitis ſacrarum largitionum *primi ſunt* Comites commerciorum, Præfecti theſaurorum, Comites metallorum *&c. Erant autem Præfecti theſaurorum, ut Guidus Pancirolus notat, in ſingulis fere provinciis.*

Præfectus erat theſaurorum in Bithynia! E

5 *Non ergo hic eſt, ut quidam exiſtimarunt,* Cæſarius *ille* Comes rerum privatarum, *ad quem extat reſcriptum Valentiniani & Valentis ipſo ſtatim initio imperii datum, de quo Baronius ad annum 364. n. 8. Nam qua tandem ratione* præfectura theſaurorum *illi gradus eſſe poterat ad ampliores dignitates anno quarto diſſorum Imperatorum, ſi jam primo eorum anno* Comes rerum privatarum *fuerat, qua illuſtrior multo dignitas? Minus adhuc credibile eſt, quod Leunclavius adſcripſit ad Zoſimum in margine, fratrem Gregorii Nazianzeni fuiſſe Cæſarium illum urbis Conſtantinopolitanæ Præfectum, quem idem Zoſimus atque Ammianus l. 26. tradunt, ſaltio imperii Valentis a Procopio tyranno in carcerem conjectum. Non id filiuſſet Nazianzenus, non diviſſet per præfecturam theſaurorum voluiſſe Imperatorem, ut ad majora ſenſim proveheretur, ſi jam ante annum e primariis tribus imperii magiſtratibus geſſiſſet.*

Anno Comitum rerum privatarum; F

eadem urbi ab Ct. Præfectus

6 *Ubi porro mortuus ſit Cæſarius noſter, nuſquam exprimitur. Nazianzum devectum eſt cadaver, ubi id parentes tumularunt, atque exequiarum ac honorem ritu Chriſtiano impenderunt, ut frater teſtatur. Idem in carmine de vita ſua, quod poſt Cæſarii obitum ſuſcepit, ita narrat:*

Munus gerebat publicum quoddam meus
Germanus: (o quæ vis tua eſt, nequiſſime!)
Quæſtorem agebat: inque medio muncre
Excedit ævo. Tum canum vis maxima
In mortui nummos rabida & cenſum ruit:
Lacerant amici cuncta, ſervi, extranei.
Quis quum cadente ligna, non quercu rapit?

Sepulcrum ejus Nazianzi; mortui bona quidam invadente

Quantum

A Quantum attinebat ad meas res ſcilicet,
Negotiorum non timebam ſarcinas:
Volucris enim ſum facile in altum pſovolans.
Sed me decebat parce cum dulci meo
Tam lata feſte, quam vices rerum aſpexas,
Atque eſſe ſocium, non opum, at moleſtiæ.

citra quas Gregorius ſpem impleri Sophronii Præfecti ubi CT.

7 *Scripſit tunc Gregorius ad* Sophronium Præfectum *epiſtolam, (qua eſt 52. inter eas quæ extant) opem ejus implorans adverſus eos, qui in mortui fratris fortunas trudebter invaſerant, eaſque diripiebant. Principio autem epiſtola de vitæ fragilitate & inconſtantia egregie, ſed breviter, philoſophatur, tum de cauſſa Cæſarii bonorum ita ſcribit:* Erat quondam non inter obſcuros, tuus quoque, Cæſarius, imo (niſi me fraternus amor fallit) inter valde illuſtres, eruditionis nomine conſpicuus, morum probitate multis ſuperior, claſus etiam amicorum copia, quorum primum re tuamque nobilitatem eſſe, ſum ipſe confidebat, tum nobis perſuadebat. Ac vetera quidem iſta ſunſi tuque plura pes reipſum adjicies, funebribus eum honoribus proſequens, quod omnibus natura poſitum eſt, ut mortuo amplius etiam quidpiam elargiamur. Ac nunc (ſed vide ut ſiccis oculis buoc ſarmonem tranſmittas, aut decore certe commodeque collacrymes) hic quidem e animis jacet, ab amicis inops, deſertus, miſerabilis, pauxillo myrrhæ delibusas, (ſi tamen id etiam impeoſum) pauciſque & vilibus indumentis opertus: ac magni æſtimandum, quod hæc quoque hominum miſeratione conſecutus ſit. Impetum autem adverſarii, ut audio, fecerunt, in ejus facultates, eaſque alii aliunde, liberrime & inſulentiſſime paſtim jam diripiunt, partim direptas ſunt. O crudelitatem atque immanitatem! Nec quiſquam eſt qui prohibeas: ſed humaniſſimus quiſque hoc ſolum præſtas, quod legum fidem implorat atque obteſtatus. Et, ut breviter dicam, fabula facti ſumus, qui felices quondam habebamus. Hæc tibi ne levia & tolerabilia videantur, obſecro: ſed vicem noſtram dole, ſimulque indignare, & beneficio ſublatum e vivis Cæſarium affice. Eia te per amicitiam ipſam obteſtor! Eia per quæcumque habes cariſſima, per ſpes animo conceptas, quas tibi faaſtas efficere, fidum te erga mortuum amicum præbens, ut in

veteris amici ejus

B Orcuſi. quæ nunc diſtribuas ſuis ſocciſ.

aſiam, qui adhuc in vivis ſunt, hoc largiaris, & ſpem iis meliorem afferas. An tu nos pecuniarum cauſa angi putas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, ſi ſolus ea omnibus moralibus Cæſarium amicis caruiſſe videatur, qui

C

Gr. ſat.

ſibi eſſe permultos exiſtimabat. Ac deprecatio quidem talis eſt, atque a tabbus profecta: quandoquidem tu nos quoque fortaſſis non contemnendo loco habes. Quod autem auxilium, quave ratione ſerendum ſit, tum res ipſæ admonebunt, tum prudentia tua diſpiciet.

8 *Hallonus Gregorius. Porro Sophronius, cui ſcripſit, is eſt qui Valente ſub initium imperii rebellionem Procopii nuntiavit, ſtlam egreſſus Conſtantinopoli. De ea Ammianus Marcellinus l. 26. c. 18. ita ſcribit:* Nonnulli omnia tutiora præſentibus rati, e civitate occulte dilapſi, Imperatoris exitra petivere itineribus feſtinatis. Hos omnes Sophronius vivaciſſimo curſu prægreſſus, runc Notarius, Præfectut poſtea Conſtantinopoleos, Valentem a Cæſarea Cappadocum jam profecturum, ut vaporatis æſtibus Ciliciæ jam lenitis ad Antiochiæ procurreret ſedes, textu narrato geſtorum, ſpe dubia, ut in ſalibus, percitum ac ſtupentem, avertit Galatiam, res adhuc trepidas arreptarum. *Erat is Cæſareæ Cappadociæ oriundus, ut epiſtola 332. indicat S. Baſilius, cujus & alia multa extant ad hunc Sophronium epiſtolæ, ex quibus conſtet eum poſtea Magiſtrum officiorum fuiſſe.*

olim Notarii,

Cæſareæ oriundi, poſtea Magiſtri officiorum.

9 *Sub finem orationis alia quadam de Cæſario indicat ejus fratres poſtremum natu fuiſſe inter Sanctum Gregorii ac Nonna liberos, conditumque ſepulchro quod ſibi ipſis parentes conſtruxerant.* Quo quidem officio, *inquit*, nos etiam functi, finem dicendi, ut & vos lacrymandi, faciemus, jam ad ſepulchrum veſtrum properantes, quod ſolam ac tri-

Cæſarius in parentū ſepulchro tumulatus,

ſte donum Cæſarius vobis habet, parentibus quidem & ſenectuti opportune paratum, filio autem ac juvenili ætati donatum, præpoſtere quidem, at non abſurde apud eum qui res noſtras adminiſtras. O omnium domine & effector, ac præcipue hujus figmenti..... nunc quidem Cæſarium, diſceſſus noſtri primitias, quæſo, ſuſcipe. Quod ſi poſtremum natu, primum; ſuis rationibus, quibus omnia regentus, cedimus. Nos vero poſt quoque opportuno tempore ſuſcipe, tamdio in carne vitam noſtram moderatus, quamdiu conducibile fuerit.

AUCT. L. 8. D

primus ex eorum liberis mortuus:

10 *Uxore ac liberis tamiſſe eum in eadem oratione oſtendit:* Quid alia, *inquit*, commemorare neceſſe eſt? As hæc, quæ præclara omnibus & expetenda cenſentur, non uxorem habebis, non filios? At neque eos lugebit, aut ab illis lugebitus, aliis reliquens, vel ipſe calamitatis monumentorum ſelectus. Non opes hæreditate accipies? At hæredes ipſe habebit quos habere commodiſſimum eſt, & quos voluit, ut dives hinc migraret omnia ſecum ferens.

uxore & filiis carens,

pauperes hæredes habuit

§. II. S. Cæſarii apparitio: ſcripta.

11 *Quod in Martyrologio Romano dicitur Gregorius Cæſarium fratrem* inter agmina Beatorum vidiſſe, *ſumptum ex eis quæ in eadem oratione ita ſcripſit Gregorius:* Expectabo Archangeli vocem, e tremam ſubam, cœli tranſformationem, terræ immutationem, elementorum libertatem, totius mundi renovationem. Tunc Cæſarium videbo, non jam peregrinantem, nec qui jam ab aliis feratus, & lugeatur ac miſerationi ſit: verum clarum, illoſtrem, excelſum, qualis ſæpe mihi in ſomnis viſus es, o ſtatrum cariſſime, & fratrum amantiſſime, ſive voluntate mea, ſive ipſa veritate hoc informante. *Quamvis autem non omnino manifeſte affirmet eum fuiſſe veram animæ Cæſarii apparitionem; ita tamen accepiſſe videtur S. Joannes Chryſoſtomus Damaſcenus ſub finem orationis*, de iis qui cum fide ex hac vita exceſſerunt. *Cum enim S. Ephræm Syrum citaſſet, ſubjicit:* Ac rurſus ille Theologi cognomentum conſecutus, Tunc, inquit, Cæſarium, clarum, illuſtrem, & gaudio exultantem perſpiciam: qualis mihi etiam in ſomnis viſus es fratrum cariſſime. *At neutro loco dicitur fratrem vidiſſe* inter agmina Beatorum, *quod habeat Martyrologium.*

E

ut interpretatur S. Damaſcenus;

12 *Extant to. 4. Bibliothecæ veterum Patrum editionis Colonienſis anni 1618. a pag. 644. ad 697.* Cæſarii viri illuſtris Dialogi quatuor, *qui ab hoc Nazianzeno Cæſarie conſcripti eſſe dicuntur. Atque id clare indicatur in titulo Græcolatina editionis, quam Auguſta Vindelicorum adornavit Elias Ehingerus, qui titulus ita habet:* Quæſtiones propoſitæ a Conſtantio, Theochariſto, Andrea, Gregorio, Domno, Iſidoro, Leontio, quo tempore Cæſarius Nazianzeni germanus frater, a ſecretis erat, & Conſtantinopoli docens 20. totos annos commorabatur. *At tot annos Conſtantinopoli non videtur commoratus Cæſarius, qui, ut Baronius calculum init anno 354. Alexandria diſceſſerit, fuerit aliquamdiu in patria, ad quam item reverſus Juliano imperante, in Bithynia dein habitavit ſub Valente, cujus anno ſexto, Chriſti 369. obiit.*

F

Dialogi, ſive Quæſtiones Cæſarii, an hujus?

13 *Si autem Dialogorum illos, ſeu Quæſtiones edidit, quomodo non ejus meminit in l. de ſcriptoribus S. Hieronymus, Nazianzeni auditor? Ac ne ſacra quidem ſtudia tractaſſe Cæſarium oſtendit ipſe Gregorius: imo innuere videtur, nihil omnino eum in lucem edidiſſe.* Non ſermones, inquit, oſtentabit? ſed per ſermonas (*aliorum ſcilicet*) admirationi erit. Non Hippocratis & Galeni, & eorum qui ipſi adveſantur, dogmata pertractabit? At neque morbis vexabitur, ee aliorum calamitatibus moleſtias capiens. Non Euclidis, Ptolemæi & Heronis ſcripta demonſtrationibus explicabit? As neque ob imperitos homines, tumidiores animos gerentes, dolorem concipiet. Non Platonis & Ariſtotelis, & Pyrrhonis, & Demo-

ut ipſa Theologi verba ſonant,

nec aliud quidquam edidiſſe

AUCT. I. B.

A critî cujuſdam, Heraclîti, & Anaxagoræ, & Cleanthis, & Epicuri, & Academicorum placitis ſe venditabit. At neque, quonam pacto illorum argutias diſſolvat, laborabit. *Ita ergo erant artes, in quibus percolendis præcipue deſudarat Cæſarius, quasque ſcriptis illuſtrare cum laude potuiſſet; oratoria facultas, medicina, matheſis, aſtronomia, philoſophia. An ſi eruditos illos Dialogos ſcripſiſſet, id vel omiſiſſet hic Gregorius, vel ignoraſſet? Si quis citata Gregorii verba accipere ita voluerit, ut non de ſermonibus tractatibuſque ſcribendis egerit, ſed quod orationibus ad populum habendis, ac diſputationibus de re medica, aſtronomicis obſervationibus, philoſophicis ſubtilitatibus, parere ſibi nomen potuiſſet, ſi diuturnior ei contigiſſet vita; tamen etiam hic de Quæſtionibus illis agere debuiſſet, ſi a Cæſario fuiſſent ſcriptæ.*

14 *Atque ita quoque ſenſit Jacobus Billius, & Obſervationum ſacrarum l. 1. c. 3. ſcripſit*: Quin ne hoc quidem mihi verisimile videtur, hujus Cæſarii Nazianzeni eſſe Quæſtiones illas Theologicas, quas D. Pontacus in ſua Chronologia penes ſe eſſe ait. Nam ſi præter medicinæ ſcientiam, quam in Juliani Auguſti aula profitebatur, tantum inſuper in divinarum litterarum doctrina profeciſſet, ut etiam in eo genere monumentum eruditionis poſteritati relinqueret, ſaue Gregorius in ea oratione, qua funus ejus ornat, inter ceteras laudes, quas in eum congerit, hanc, B ut opinor, minime omiſiſſet. *Fertur quidem Suidas alia Cæſarii hujus opera recenſere: verum id ego in tribus Suidæ editionibus reperire non potui.*

15 *Quiſquis tamen ejus libri ſit auctor, liber quod Photii de l. quod aliorum, illius ævo, de auctore judicium fuerit, ex ejus Bibliotheca declarare. Ita ergo habet* 210. *Tum memorat* Cæſarii Capita eccleſiaſtica 220. Legi Cæſarii librum Capita continentem Eccleſiaſtica 250. quibus partim enuntiata quædam explicantur, partim quæſtiones ſolvuntur. Dicas autem hunc ſcriptorem & ætate etiamnum floreret, & cum Rhetoricæ quaſi ſœturs, tam externæ non minus quam noſtræ philoſophiæ eruditione turgere. Quamquam non minima deeſſe videntur, ut verbo dicam, quo motus illi atque impetus dedecore careant. Attamen clara illius dictio eſt (crebru licet ad poeticas vnces juvenititer deflectat, atque ab uſitata conſtructione, non ſua defecta aliquo recedat) & ad ſummam dogmatum accurationem parum ſane ei deeſt. Per Quæſtiones porro & Reſponſiones, ſuppoſitis quoque perſonis (*interloquentibus*) compoſita illi oratio eſt. Et quidem Gregorii, ut ajunt, cujus hunc auctorem eſſe fratrem, Theologi cognomen indicat. *Ita Latine vertit edidique Andreas Scottus auctor. Sed obſcura ſunt poſtrema, quæ Græce ita efferuntur: Εἰσὶ δὲ καὶ Γρηγορίου, ὃν Θεολόγον ἐπώνυμον ἡ συγγραφὴ ἀδελφὸν δηλοῖ.* Eſſe autem ajunt Gregorii, cujus cognomentum Theologus, ſcriptorem fratrem declarat. *Ita ad verbum e Græco: nec ſat tamen clarum. Si abeſſet δηλοῖ; ita reddi poſſet*: Scriptorem ajunt Gregorii, cui cognomentum eſt Theologus, fratrem fuiſſe.

16 *Conſtat hinc ſaltem, commentarium illum jam tunc Photii ætate (qui nona Chriſtiana Æra ſeculo vixit) antiqui ſcriptoris fatum habitum. Si quis vel Photii auſteritate, vel alia ratione lucubrationem illam eſſe Cæſarii contendat; ſuſpicari licebit, Gregorium ejus in illa oratione non meminiſſe, quod eam auctor non evulgarat, ac nec ipſe fortaſſis tunc legerat, ſed poſtea cum reliqua Cæſarii ſupellectile ſcripti-*que *accepit. Quod ſi viderit opus non eſſe perpolitum, ideoque ejus mentionem conſulto non fecerit? Qui autem opus illud poſtea recognovit, eique limam adhibuit, is forſan aliqua ex S. Gregorio Nyſſeno aliiſque ſcriptoribus inſerſiſſe aut alius deinde quiſpiam videtur. Liquet porro ex Photio, majus olim fuiſſe opus illud quam quod ante extat: nam* 220. *capita miſſe legiſſe, cum ab Ebingero* 78. *damtaxat edita ſint: aliquanto fortaſſe plura in Bibliotheca Patrum, at nova, quæ illi deſunt,* 142.

D

VITA S. CÆSARII

ex Orat. a. S. Greg. Theologi.

§. I. *S. Cæſarii ortus, educatio, ſtudia litterarum.*

1 CÆſarius, ut hinc incipiam, unde me maxime decet, potentes eos habuit, quos omnes noſtis, quorumque virtutem oculis atque auribus uſurpautes, mirificis laudibus in cœlum effertis, aliiſque, quibus ea ignorata eſt (ſi qui tamen ejuſmodi ſunt) commemoratis, alius aliam quamdam partem accipientes; neque enim fieri poteſt, ut unus omnia exponat, nec unius linguæ hoc opus eſt, quantumvis aliquis labore ac diligentia valeat, ac ſummum animi ſtudium ac contentionem adhibeat. Quibus cum multa & magna laudum argumenta ſuppetant, (niſi fortaſſe cuipiam inepte facere videor, qui domeſticas laudes prædicem) una tamen eos res potiſſimum nobilitat & inſignes reddit, nempe pietas. Hos graves & canos dico, nec minus virtutis, E quam ſenectutis nomine venerandos: quorum corpora quidem tempore fracta & debilitata ſunt, animæ autem Deo florent ac pubeſcunt.

2 Pater quidem *a* ea oleaſtro in fructiferam olivam pulchre inſitus, pinguedinisque uſque adeo particeps factus, ut & aliorum quoque inſitioni præfectus ſit, & animarum curationi, eaceſſe huic populo præſidens, facundus quidam Aaron aut Moſes, eam dignitatem conſecutus, ut ad Deum appropinquet, ac vocem divinam aliis procul ſtantibus ſubminiſtret; manſuetus, ab ira alienus, vultu tranquillus, ſpiritu ſervidus, dives his rebus quæ oculis cernuntur, ditior iis quæ tectæ & abſconditæ ſunt. Quid autem eam, qui notus eſt, deſcribere aggredior? Neque enim, etiamſi ſermonem in longum protraherem, parem tamen illius virtuti orationem afferrem, quantumque unuſquiſque veſtrum novit ac poſtulat, dicerem. Ac præſtat id ro opinionibus veſtris & cogitationibus relinquere, quam ſermone meo magnam miracoli partem amputare. *b* Mater autem antiquitus quidem atque ab ipſis proavis Deo conſecrata, pietatem, inſtar neceſſariæ cujuſdam hæreditatis, non ad ſeipſam tantummodo, ſed ad liberos quoque deducens, ea ſanctis primitiis vere ſancta conſperſio. Quam etiam tantum auxit & amplificavit, ut ne mariti quidem perfectionem (dicam enim, etiamſi hic ſermo temeritate non careat) alu ulli, quam ipſi, adſcribendam eſſe nonnulli credant ac prædicent, eumque (o rem miram!) pro pietatis præmio majorem ac perfectiorem pietatem accepiſſe.

3 Ambo filiorum ſimul & Chriſti amantes, (id quod ſumma admiratione dignum eſt) imo Chriſti amantiores quam liberorum: quippe qui unum huuc ea liberis fructum caperent, ut a Chriſto cognoſcerentur, nomenque ducerent, ſolaque virtute, atque cum eo, quod præſtantius eſt, velut conjunctione ac velut neceſſitudine felicem prolem definirent. Ambo humani, miſericordes, multa tioeis & latronibus & muodi principi eripientes, ab incolatu ad habitationem ſeſe transfereutes, maximamque hæreditatem, hoc eſt, futuræ vitæ ſplendorem, filiis coacervantes. Sic illi ad altam ſeuectutem perveuerunt, virtute atque annisinter ſa pares, ac pleni dierum, tam qui manent, quam qui fluont ac dilabuntur: utetque primas inter mortales habituus, niſi mutuo ipſi ſeſe principatu prohiberent. Atque omnes felicitatis oomeros expleverunt, excepta hac poſtrema, ut quiſpiam exiſtimare queat, ſive probatione, ſive

diſpeu-

AUCTORE ſi quis citata Gregorii verba accipere ita voluerit, ut non de ſermonibus tractatibuſque ſcribendis egerit, ſed quod orationibus ad populum habendis, ac diſputationibus de re medica, aſtronomicis obſervationibus, philoſophicis ſubtilitatibus, parere ſibi nomen potuiſſet, ſi diuturnior ei contigiſſet vita; tamen etiam hic de Quæſtionibus illis agere debuiſſet, ſi a Cæſario fuiſſent ſcriptæ.

aliquis id Gregorius forte ejus laudi tribuiſſet.

14 Atque ita quoque ſenſit Jacobus Billius, & Obſervationum ſacrarum l. 1. c. 3. ſcripſit: Quin ne hoc quidem mihi verisimile videtur, hujus Cæſarii Nazianzeni eſſe Quæſtiones illas Theologicas, quas D. Pontacus in ſua Chronologia penes ſe eſſe ait. Nam ſi præter medicinæ ſcientiam, quam in Juliani Auguſti aula profitebatur, tantum inſuper in divinarum litterarum doctrina profeciſſet, ut etiam in eo genere monumentum eruditionis poſteritati relinqueret, ſaue Gregorius in ea oratione, qua funus ejus ornat, inter ceteras laudes, quas in eum congerit, hanc, B ut opinor, minime omiſiſſet. Fertur quidem Suidas alia Cæſarii hujus opera recenſere: verum id ego in tribus Suidæ editionibus reperire non potui.

15 Quiſquis tamen ejus libri ſit auctor, liber quod Photii de l. quod aliorum, illius ævo, de auctore judicium fuerit, ex ejus Bibliotheca declarare. Ita ergo habet 210. Tum memorat Photii ætate Cæſarii Capita eccleſiaſtica 220. Legi Cæſarii librum Capita continentem Eccleſiaſtica 250. quibus partim enuntiata quædam explicantur, partim quæſtiones ſolvuntur. (conjecturæ de operis judicium) Dicas autem hunc ſcriptorem & ætate etiamnum florerer, & cum Rhetoricæ quaſi ſœturs, tam externæ non minus quam noſtræ philoſophiæ eruditione turgere. Quamquam non minima deeſſe videntur, ut verbo dicam, quo motus illi atque impetus dedecore careant. Attamen clara illius dictio eſt (crebru licet ad poeticas vnces juvenititer deflectat, atque ab uſitata conſtructione, non ſua defecta aliquo recedat) & ad ſummam dogmatum accurationem parum ſane ei deeſt. Per Quæſtiones porro & Reſponſiones, ſuppoſitis quoque perſonis (interloquentibus) compoſita illi oratio eſt. Et quidem Gregorii, ut ajunt, cujus hunc auctorem eſſe fratrem, Theologi cognomen indicat. Ita Latine vertit edidique Andreas Scottus auctor. Sed obſcura ſunt poſtrema, quæ Græce ita efferuntur: Εἰσὶ δὲ καὶ Γρηγορίου, ὃν Θεολόγον ἐπώνυμον ἡ συγγραφὴ ἀδελφὸν δηλοῖ. Eſſe autem ajunt Gregorii, cujus cognomentum Theologus, ſcriptorem fratrem declarat. Ita ad verbum e Græco: nec ſat tamen clarum. Si abeſſet δηλοῖ; ita reddi poſſet: Scriptorem ajunt Gregorii, cui cognomentum eſt Theologus, fratrem fuiſſe.

16 Conſtat hinc ſaltem, commentarium illum jam tunc Photii ætate (qui nona Chriſtiana Æra ſeculo vixit) antiqui ſcriptoris fatum habitum. Si quis vel Photii auſteritate, vel alia ratione lucubrationem illam eſſe Cæſarii contendat; ſuſpicari licebit, Gregorium ejus in illa oratione non meminiſſe, quod eam auctor non evulgarat, ac nec ipſe fortaſſis tunc legerat, ſed poſtea cum reliqua Cæſarii ſupellectile ſcripti-que accepit. Quod ſi viderit opus non eſſe perpolitum, ideoque ejus mentionem conſulto non fecerit? Qui autem opus illud poſtea recognovit, eique limam adhibuit, is forſan aliqua ex S. Gregorio Nyſſeno aliiſque ſcriptoribus inſerſiſſe aut alius deinde quiſpiam videtur. Liquet porro ex Photio, majus olim fuiſſe opus illud quam quod ante extat: nam 220. capita miſſe legiſſe, cum ab Ebingero 78. damtaxat edita ſint: aliquanto fortaſſe plura in Bibliotheca Patrum, at nova, quæ illi deſunt, 142.

& parum ob cauſas non intelligi, illius Gregorius.

D

VITA S. CÆSARII

ex Orat. a. S. Greg. Theologi.

§. I. *S. Cæſarii ortus, educatio, ſtudia litterarum.*

1 CÆſarius, ut hinc incipiam, unde me maxime decet, potentes eos habuit, quos omnes noſtis, quorumque virtutem oculis atque auribus uſurpantes, mirificis laudibus in cœlum effertis, aliiſque, quibus ea ignorata eſt (ſi qui tamen ejuſmodi ſunt) commemoratis, alius aliam quamdam partem accipientes; neque enim fieri poteſt, ut unus omnia exponat, nec unius linguæ hoc opus eſt, quantumvis aliquis labore ac diligentia valeat, ac ſummum animi ſtudium ac contentionem adhibeat. Quibus cum multa & magna laudum argumenta ſuppetant, (niſi fortaſſe cuipiam inepte facere videor, qui domeſticas laudes prædicem) una tamen eos res potiſſimum nobilitat & inſignes reddit, nempe pietas. Hos graves & canos dico, nec minus virtutis, E quam ſenectutis nomine venerandos: quorum corpora quidem tempore fracta & debilitata ſunt, animæ autem Deo florent ac pubeſcunt.

S. Cæſarius ortus, parentibus clarus,

pius

2 Pater quidem *a* ea oleaſtro in fructiferam olivam pulchre inſitus, pinguedinisque uſque adeo particeps factus, ut & aliorum quoque inſitioni præfectus ſit, & animarum curationi, eaceſſe huic populo præſidens, facundus quidam Aaron aut Moſes, eam dignitatem conſecutus, ut ad Deum appropinquet, ac vocem divinam aliis procul ſtantibus ſubminiſtret; manſuetus, ab ira alienus, vultu tranquillus, ſpiritu ſervidus, dives his rebus quæ oculis cernuntur, ditior iis quæ tectæ & abſconditæ ſunt. Quid autem eam, qui notus eſt, deſcribere aggredior? Neque enim, etiamſi ſermonem in longum protraherem, parem tamen illius virtuti orationem afferrem, quantumque unuſquiſque veſtrum novit ac poſtulat, dicerem. Ac præſtat id ro opinionibus veſtris & cogitationibus relinquere, quam ſermone meo magnam miracoli partem amputare. *b* Mater autem antiquitus quidem atque ab ipſis proavis Deo conſecrata, pietatem, inſtar neceſſariæ cujuſdam hæreditatis, non ad ſeipſam tantummodo, ſed ad liberos quoque deducens, ea ſanctis primitiis vere ſancta conſperſio. Quam F etiam tantum auxit & amplificavit, ut ne mariti quidem perfectionem (dicam enim, etiamſi hic ſermo temeritate non careat) alu ulli, quam ipſi, adſcribendam eſſe nonnulli credant ac prædicent, eumque (o rem miram!) pro pietatis præmio majorem ac perfectiorem pietatem accepiſſe.

a

patre ob erroribus ſummotos;

data Epiſcopo.

b

matre ab avorum Chriſtianorum;

3 Ambo filiorum ſimul & Chriſti amantes, (id quod ſumma admiratione dignum eſt) imo Chriſti amantiores quam liberorum: quippe qui unum huuc ea liberis fructum caperent, ut a Chriſto cognoſcerentur, nomenque ducerent, ſolaque virtute, atque cum eo, quod præſtantius eſt, velut conjunctione ac velut neceſſitudine felicem prolem definirent. Ambo humani, miſericordes, multa tioeis & latronibus & muodi principi eripientes, ab incolatu ad habitationem ſeſe transfereutes, maximamque hæreditatem, hoc eſt, futuræ vitæ ſplendorem, filiis coacervantes. Sic illi ad altam ſeuectutem perveuerunt, virtute atque annisinter ſa pares, ac pleni dierum, tam qui manent, quam qui fluont ac dilabuntur: utetque primas inter mortales habituus, niſi mutuo ipſi ſeſe principatu prohiberent. Atque omnes felicitatis oomeros expleverunt, excepta hac poſtrema, ut quiſpiam exiſtimare queat, ſive probatione, ſive

ambobus virtutes conſpicuis;

ac fortunatis

diſpeu-

A diſpenſatione, hoc eſt, meo quidem judicio, ut præmiſſo eo filio, cui propter ætatis lubricum magis timendum erat, ita jam ipſi ſecuro animo vitam claudant, & cum univerſa domo ad ſuperna transferantur.

4 Atque hæc expoſui, non ut illorum laudes prædicaram; nut quod eſſem neſcius, vix quemquam etiam tota oratione de eorum laudibus inſtituta, materiæ dignitatem aſſequi poſſe; verum ut illud oſtenderem, a progenitoribus impoſitam Cæſario fuiſſe colendæ virtutis neceſſitatem, nec mirum aor incredibile videri debere, ſi tales nactus parentes talibus laudibus ſe dignum præbuit: ſed illud potius ſi neglectis domeſticis & propinquis exemplis, alios ſibi ſpectandos propoſuiſſet. Atque initia quidem ejuſmodi fuerunt, & qualia eſſe nobilibus conveniebat, ac recte & honeſte victuris. Ut autem media incidam, hoc eſt, pulchrum udinem, magnitudinem, atque illius in omnibus rebus gratiam, & velut in ſonis concentum, (quandoquidem nec noſtrum eſt, res hujuſmodi mirari, tametſi aliis non parvæ eſſe videantur) ad ea quæ deinceps ſequuntur, & quæ, ne ſi cupiam quidem, facile prætermittere poſſum, orationem conferam.

abilis re-ſte educa-tus,

5 Igitur ſub hujuſmodi moribus *e* educati & inſtituti, atque hujuſce loci diſciplinis ſatis exercitati & exculti, in quibus ille ingenii celeritate dici non poteſt quam longo intervallo pleroſque poſt ſe relinqueret (o quonam pacto harum rerum memoriam ſine lacrymis prætеribo, nec me, contra quam pollicitus ſum, patrum fortis animi eſſe dolor oſtendet?) eum jam peregrinationis tempus eſſe videretur, tum primum alter ab altero diſtracti ſumus: ego nimirum ob rerum oratoriæ amorem in Palæſtinæ ſcholis tunc florentibus, moratus; ille autem Alexandriam profectus, urbem, & tunc, & nunc quoque, tum vere, tum hominum exiſtimatione, doctrinæ omnis officinam.

B *ſtudiorum cauſa in Alexandriam,*

6 Quid primum, aut quid maximum ex illius laudibus commemorem? aut quid ſine graviſſimo orationis damno prætermittam? Quis præceptoribus fidelior? Quis æqualibus jucundior? Quis improborum ſocietatem & conſuetudinem magis vitavit? Quis optimorum virorum, eum aliorum, tum celeberrimi cujuſque *d* ex patria & nobiliſſimi familiaritati ſeſe magis adjunxit? Quod videlicet non ignorarer, ad virtutem aut vitium permagni referre, cum quibus quiſpiam conſueſcat. Atque idcirco quis præſidibus, imo quis non verſæ urbi carior, (quamvis alioqui ob ipſius magnitudinem omnes obſcuri atque incogniti eſſent) aut quis ob temperantiam clariot, aut ob ingenii ſagacitatem illuſtrior? Quodnam doctrinæ genus non peragravit? Imo quodnam eſt, quod non, ut ne unum quidem alius? Cuinam autem conceſſit, ut ad ipſum vel tantillum appropinquaret, non æqualium tantum, ſed etiam majorum natu, & qui plus temporis in litterarum ſtudiis conſumpſerant? Nam & omnino unum eacoluerat, & ſingula rurſum ut omnia. Ac ut volucri ingenio præditos, ſtudio & diligentia, ita ſtudioſos & induſtrios ingenii celeritate ſuperabat: vel, ut rectius loquar, ingenioſos ingenio, & laborioſos ſtudio, & eos qui utraque re pollebant, utraque præcellebat.

C *hi præſtore ſe fecit,*

d

ac ſummo progreſſus fuit,

7 Atque ex Geometria quidem & Aſtronomia, & e doctrina aliis periculoſa, cum, quidquid utile erat, collegiſſet; hoc eſt, ut ea corporum cœleſtium concentu ordine Creatorem admiraretur; quidquid noxium & exitioſum erat, effugit: nempe ea, quæ ſunt ac fiunt, ac ſiderum motum haudquaquam referens; quemadmodum ii qui conſetvam ſuam creaturam advetſus Creatorem concitant, verum, ut alia omnia, ſic eorum quoque motum, ut par eſt, divinæ providentiæ attribuens. In numeris autem & ſupputationibus, atque ea *f* ea imiæ artis medicæ parte, quæ in naturis ac temperamentis, cauſiſque morborum inquirendis verſatur, ut ſuccisis radicibus rami quoque ſimul amputentur; qui ita inceptus & pervicax erat, ut ſecundas ipſi daret, ac non bene ſecum agi duceret, ſi proximum illi numerum obtineret, ac primas inter ſecundos ferret? Neque vero hæc ſermo quidam ſunt, nullo teſtimonio ſaltultus, verum & Orientalis & Occidentalis ora, & denique omnes eæ regiones, quas poſtea perluſtravit, inſignes ipſius doctrinæ columnæ ſunt.

in geometria, aſtronomia,

aritmetica,

f medicina,

D *obis poſtea claruit.*

n *Pater SS. Gregor. Cæſar. Gorgonia, Gregorius & ipſe dictus, ab Hypſiſtariorum ſecta media inter Gentiles & Judæos, ad fidem converſus quo tempore Epiſcopi ad Synod. Nicænam præſiderbantur an. 325. ut 15. Jan. cum de S. Leontio, Cæſarienſi Epiſcopo agerentur, dictum. Id hic filius indices, dum eum ex oleaſtro in fruticoſam olivam inſitum ait, metaphora ex S. Pauli ep. ad Romanos ſumpta, uti obſervat Elias Cretenſis. Petro Gregor. deinde Nazianzi Ep. fuit, & in Sanctor. tabulas relatus ad 1. Januar. ubi Vitam ejus, ſive filii, Gregor. feliciter Theol. orationem in ejus funere habitam dedimus.*

b *Mater S. Nonna colitur 5. Aug.*

c *Inſitorum ſenſus. Referri hæc debent ad illa, quæ poſt ſequuntur: diſtracti ſumus.*

d *Ea Cappadocia ſecunda erat, ut Elias Cretenſis notat.*

e *Id eſt aſtrologia, ut inquit Elias, qui præclare quid in his artibus, aſtrologia, geometria, aritbmetica, Cæſarius ut vanum rejecerit, quid elegerit tamquam utile oſtendit.*

f *Aſſeris idem Elias, hoc non per ironiam eſſe dictum: revera enim ἐυφυᾶ τὸν ἰατρὸν ad laudis admirationem dignum eſſe medicinam, quibus verbis Græce uſus Gregor.*

E

§. II. *S. Cæſarii a ſtudiis ad parentes reditus: vita aulica ſub Conſtantio Imp.*

Domum revertitur.

8 Cum autem ut omnis generis mercibus in ingentem navim onerariam, ſic ipſe omnis virtutis ac diſciplinæ genere in animam ſuam collecto, in patriam rurſus navigaret, ut pulchras doctrinæ ſuæ merces aliis etiam impertiret; hic quoque admirabilis quædam res accidit: quam (quia ejus recordatio me omnium maxime delectat, vobiſque etiam volo præterm aſſerre poſſet) non alienum fuerit paucis exponere. Mater noſtra, materno quodam voto, atque amoris erga filios pleno, hoc optabat, ut quemadmodum ambos eodem tempore emiſerat, ſic ambos quoque ſimul redeuntes videret. Eramus enim, ſi non aliis, matri quidem certe, cum ſimul conſpiceremur, *a* par quoddam votis exoptandum atque viſendum, licet nunc ab invidia male diſſolutum. Etecce Dei impulſu, (qui juſtas preces audit, & parentum erga probos filios umorem in pretio habet) nec ex conſilio ullo, nec ex compacto, ille Alexandria, ego *b* ex Græcia, alter a terra, alter mari, eodem tempore in eamdem civitatem appulimus. Hæc autem erat Byzantium, urbs totius Europæ principatum nunc renens: in qua tam brevi gloriam Cæſarius adeptus eſt, ut publici honores, nobileque matrimonium, ac ſenatoria dignitas ei oblata fuerit; communique decreto a *c* magno Imperatore per legatos peritum ſit, ut principem urbem viro eruditorum principe ornari atque honeſtari vellet, (ſi quidem hoc ipſi curæ eſſet, ut vere primaria, nomineque ſuo digna exiſteret) atque ad ceteras ipſius laudes hanc accedere, ut Cæſario & medico & cive ornaretur: quamvis alioquin præter cæterum ſplendorem, viris, tam in philoſophia, quam in aliis artium generibus, eximiis abundet. Sed de hac re ſatis.

aptus mi-hi ſimul cum fratre reditus,

4

cum eo, illum ignoro,

F

b

ſimul venit Conſtantinopolim

c

ut ibi mearet, magnis promiſſis pollicitatus,

9 Illud autem quod tunc contigit, licet aliis temere ac fortuito contigiſſe videretur, cujuſmodi multa fert caſus in rebus humanis; apud pios tamen perquam manifeſtum erat, nulli alii eam rem adſcribendam eſſe, quam Deo earis parentibus ad unius voti ſummam explendam, filios rum terra tum mari in unum colligentibus. Age, ne hanc quidem Cæſarii laudem prætereamus, quæ quamvis aliorum judicio exigua fortaſſe, &

IN ORAT. I. IN LAUD. GREG. NAZIAN.

ne commemoratione quidem digna ſit mihi tamen, materia & tunc viſa eſt, & nunc item videtur, (ſi modo A fraterus amor laudem meretur) neque unquam cam inter primas collocare deſinam, quoties mihi de rebus narratio toſtit ota fuerit. Nam cum civitas iis, quos diximus, honoribus eum retineret, negaretque ſe illi ulla ratione poteſtatem diſcedendi facturam; ego tamen, cujus auctoritatem Cæſarius in omnibus rebus plurimi faciebat, in contrarium nitens, hoc ſum conſecutus, ut nec parentes voto ſuo, nec patris debito ſibi officio, nec denique ego deſiderio meo fruſtrarer. Itineris enim ſocium comiteque ſe mihi adjunxit, neque non urbibus ſolum & populis, non honoribus & proventibus, qui multi ad eum undique partim confluebant, partim in ſpe atque expectatione erant; verum propemodum ipſi quoq; Imperatori ejuſque edictis antepoſuit.

10 Hinc ego, excuſſa omni ambitione, c non ſecus ac gravi quodam domino, & moleſto morbo, philoſophari atq; ad ſuperne vitæ ſtudium meipſum transferre conſtitui: vel potius antiquior quidem cupiditas fuit, vita autem poſterior. At vero Cæſarius, cum doctrinæ ſuæ primitias patriæ conſecraſſet, dignamque laboribus admirationem ſui commoviſſet; poſtea gloriæ cupiditate ductus, atque, ut mihi fidem faciebat, quo urbi præſidio eſſet, in aulam ſe contulit: non ille ſane rem admodum gratam nobis faciens, (me etenim apud vos purgabo) quoniam inter noſtrates apud Deum cenſeri, ſatius & ſublimius eſt, quam apud terrenum Imperatorem primas ferre, non tamen reprehenſione dignam. Philoſophari enim ut maximum, ita difficillimum eſt: nec id aggredi multorum eſt, nec aliorum, quam quos divina meneis magnitudo, quæ probe hominum voluntati manum porrigere ſolet, advocavit. Non parvum autem hoc quoque eſtimandum eſt, ſi quis ſecundo vitæ genus compleaus, probitati ſtudeat, ac majorem Dei ſaluteſque ſuæ, quam terreni ſplendoris, rationem habeat, atque hunc quidem, tamquam ſcenam, aut perſonam quamdam ex multis & caducis præferat, hujus mundi fabulam agens; ipſe autem Deo commagine, quam ſe ab eo accepiſſe, eique debere novit, vitam ducat.

11 Quem quidem ſcilicet animum Cæſario fuiſſe compertum habemus. Nam cum non magno negotio ac labore opus habuiſſet; verum doctrinam dumtaxat ſuam, vel potius brevem quemdam doctrinæ prologum oſtendiſſet; primum ſtatim inter medicos dignitatis gradum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, ampliſſimis honoribus affectus eſt. d Gratiam porro arcis humanitatem Proceribus propoſuit, illum nimirum capturatum habens, nihil eſſe, quod hominem ad altiora proveheret, quam virtutem, & famam honeſtis rationibus collectam. Et quibus gradu inferior erat, eoſdem gloria longe ſuperabat. Qui cum ob pudicitiam & temperantiam omnibus caruiſſet, eaque de cauſſa pretioſarum rerum curam ſuſciperet; nec e adjuratore Hippocrate ullo modo opus haberet, f adeo ut nihil prorſus eſſet Crateris ſimplicitas, ſi cum illius ſimplicitate conferretur; omnibus rorſum magis quam pro dignitatis ipſius gradu venerabilis erat.

12 Cumque magis quotidie dignitatibus ornaretur, majoribus tamen, ac jam in ſpe poſitis, dignus habebatur, tum ab ipſis Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui primas ſecundum eos tenebant. Quodque maximum cenſendum eſt, non commiſit, ut a gloria, aut ab iis, inter quas verſabatur, deliciis, animæ ſuæ nobilitas corrumperetur. Quin potius cum multa & magna ipſi ſuppeterent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quod Chriſtianus & eſſet & nominaretur: ſic ut alia omnia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nugæ ipſi eſſent. Alia enim ab aliis etiam ludi poſſe, non ſecus atque in ſcena, quæ celerrime & figitur & diſſolvitor, imo facilios fortaſſe deletur, quam conſtituitur, ut ea multis hujus vitæ mutationibus, & proſpecitate ſurſum ac deorſum labente, perſpicera licet: pietatem vero honum onum proprium eſſe, quodque tuto permaneat. In his ſtudiis Cæſarius, etiam in g Chlanide, verſatus eſt: in his cogitationibus & viait & vita ceſſit, majorem quantum ad abſconditum hominem pietatem oſtendens & exhibens, quam quæ in commune ſpectabatur.

a *Grace eſt, ἅμαξά γέ τις ἐλαυνομένη τις.* biga quædam videbamur.
b Gr. ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος. Ex Hellada; *Athenis nempe.*
c *Erat is Conſtantino Conſtant. Magni F. Ad eum miſſi a Senatu legati, ut Cæſar eum juberet in urbe regia manere. Ita in Græc: ὅτε.... ἐξ ἁπάσης βασιλικῆς ἐκλογῆς τὸν μέγαν ἐκεῖ παῖδα βασιλέως, τὸν πρῶτον τῆς ἑαυτοῦ κοινωνίας καταξιῶσαι τοῦ καὶ τιμᾶσθαι, ut .... ad magnum illum Imperatorem legatio mitteretur ex communi decreto, ut principem ſibi eruditorum principe omnium & honorati juberet.*
d *Gr. Ἀπόδοσις δὲ τῶν τοιούτων φιλανθρωπευμάτων τοῖς τὰ τέλη μεταχειρισαμένοις. Quod vel ita intelligi poteſt, ut iis qui in dignitate erant, gratis curationem adhibuerit, vel ut gratis medicinam ſit decuerit.*
e *Extat juramentum illud Hippocr. init. 4. claſſis operum ejus. Elias Cretenſis ſcium ex eo ipſa delibat:* ne quid benignæ atque humanæ hujus artis adulteraret, ne cum fraude exſtaret, nec operam ſuam pretio addiceret. *Plura ſunt illius juramenti capita; at non poſtremum, niſi irrita ſe rebus.*
f *Crateris Thebanus opes ſuas plebi projecit, ſed ex inani oſtentatione, ut Elias Cretenſis obſervat.*
g χλανὶς, inquit idem, *Senatoria dignitatis ſymbolum.*

§. III. *S. Cæſarii apud Julianum Apoſtatam gratia: conſtantia in fide Orthodoxa.*

13 ATque ut alia omnia prætermittam, propinquorum nempe, qui in calamitatem aliquam inciderant, curam & præſidium, faſtui contemptum, æquabilitatem inter amicos, auctoritatem apud Præſides, certamina quæ pro veritate ſuſcepit, ſermones quos multos & frequentes & cum multis habuit, non argutos ſolum, ſed etiam admodum pios & ardentes; rem unam pro omnibus dicam, qua nihil in ipſius vita celebrius eſt, magiſque pervulgatum. Furebat adverſus nos d infandos Imperator, & cum in ſeipſum primum per Chriſtianæ fidei abjectionem infanuiſſet, jam alia quoque totolerabilis erat: nec ceterarum quidem Chriſti hoſtium in modum magno animo impietatem profitens, verum humanitatis obtentu perſecutionem celans; atque inſtar flexuoſi illius ſerpentis, qui ipſius animum obſidebat, omni machinarum genere in voraginem ſuam miſeros callide pertrahens. Ac ne eos honores, qui Martyribus haberi ſolent, conſequeremur (hos enim Chriſtianis vir egregius invidebat) primum illius artificium hoc fuit, ut qui Chriſti cauſſa patiebantur, tamquam fontes & factionoſi cruciatu afficerentur. Alterum, quod hujus rei non tyrannidis, ſed perſuaſionis nomen imponebat: quo ſcilicet major eorum infamia, quam periculum eſſet, qui ſponte ad impietatem ſe conferebant.

14 Cumque alios pecuniis, alios dignitatibus, alios promiſſis, alios variis honorum generibus (quos ne regie quidem, ſed perquam ſervuliter in omnium aſpectu deferebat) omnes denique verborum præſtigiis ac ſuo exemplo ad ſe alliceret, poſt multos Cæſarium quoque aggreditur. Proh ſtuporem & amentiam, ſi ſpem habuit fore, ut & Cæſarium, & ſtatrem meum, & his parentibus natum, prædaretur? Verum (ut in hoc ſermone paullum immorer, atque ea hac narratione delicias capiam, quemadmodum ea ſpectaculo, ii qui tunc adfuerunt) ingrediebatur vir ille ſortis, Chriſti ſigno ſeptus, clypeique vice magnum Verbum præferens, ad hominem multum in armis & magnum in dicendi facultate. Nec vero ad illius aſpectum ollo meto perculſus eſt, nec ob verborum blanditias de animi ma-

IN ORAT. I. IN LAUD. GREG. NAZIAN.
fraterio tamen amori ſic ſe paſſim reddit.
poſtea ad aulæ fredit,
fratre non omnino probante;
ſit primum medicus, & amicus Imperatoris,
artem graviſ ſubinde Proceribus,
ſummo eſt in honore;
tempeſtive & pie cavit.
Julianus Apoſtata Chriſtianos perſequitur;
non aperte ut,
ac Martyres ferant,
fides callide multos pervertunt,
ipſi quoque Cæſarium oppugnant,
intrepide ab eo agit,

A magnitudine quidquam objecit: verum promptus & paratus athleta erat ad decertandum, tum ſermone tum opere, adverſus eum, qui in utroque genere viribus polleb at. Ac tale quidem erat ſtadium eorumque pietatis propugnator. Atque certaminis præſer, hinc quidem Chriſtus, per Paſſionem ſuam pugilem armans; illinc autem gravis tyrannus, tum verborum illecebris athletam mulcens, tum potentiæ mole territans. Quin etiam utrimque theatrum erat, hoc eſt, & eorum qui in fidei pietate adhuc remanſerant, & eorum qui ab illo abrepti fuerant, in utram partem eorum certameo inclinaret ſpectantium, atque uter vinceret, magis laborantium, quam illi ipſi quos ſpectabant.

b 15 Ao non *b* timuiſtis, ne quid Cæſario animi alacritate parum dignum accideret? Ar bono eſtote animo: cū Chriſto enim victoria, qui mundum vicit, ac nihil quidē mallem, quam ut ea, quæ tu oc dicta & propoſita ſunt, figillatim nunc eaponerem (nam & logicas aliquot captiones & argutias, meo quidem judicio, memoratu non injucundas ea diſputatio continet) verum intempeſtivum proſus hoc foret, & ab orationis inſtituto alienum. Ut autem Cæſarios cunctis verborum illius neribus, & conatibus omnibus tam apertis quam obſcuris, ludi cujuſpiam inſtar propulſatis, magna & clara voce chriſtianum ſe & eſſe & ſemper fore pronuntiavit, nec ſic quidem proſur ejicitur: mire etenim Imperator Cæſarii doctrina frui atque exornari geſtiebat. Quo enim tēpore celeberrimum illud, conctis audientibus, prolocutus eſt: O felicem patrem! o infeles libros! Nam nos quoq; ignominiæ ſocietate eroandos duxit, quorum & eruditionem & pietatem Athenis cognoverat. Verum in rectum ejus reſervatus (commodum etenim illum adverſus Perſas juſtitia armabat) ad nos redit, exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quam ob ſplendorem & gloriam. Hanc ego victoriam magna illius manu, & ſublimi purpura, & ingantis pretii diademate longe ſublimiorem & excellentiorem eſſe cenſeo. Hæ narratione magis eſſetor, quam ſi univerſum imperium cum eo partitus eſſet. Malis igitur temporibus cedit, in coque legi noſtræ obtemperat, quæ hoc ſancit, ut ſi quando tempus negcat, pro veritate quidem, periculum adeamus, nec pietatem per ignaviam prodamus; quamdiu autem licet, pericula ipſa ne provocemus, ſive animarum noſtrarum meto, ſive ut iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt.

Or nonnos ejus laudis

Si ſemper Chriſtianū ſore profeſſus

B

cumbe ejus dictio perſtringitur, quo cum fratre,

redit in patriam.

a *Julianus Apoſtata, Conſtantio mortuo ſolus imperavit ab anno 361. ad 3. Mart. 363. Quæ adverſus Chriſtianos ab eo geſta, paſſim commemorans Eccleſioſtica hiſtor. uti hic breviter S. Gregor. Nazianzenus.*

C b *Timuiſſe certe Gregor. ipſe videtur, cum fratrem intellexit in Juliani ſe familiam contuliſſe. Scripſit enim graviſſimam ad eum epiſtolam, in qua aliorum etiam ſenſum ſignificat, Magnopere tus cauſſa erubuimus, inquit.* Nam quod mœrore affecti fuerimus, quid ſcribere attinet, ad eum præſertim, cui id omnium mortalium maxime perſuaſum eſt? Etenim (ac de nobis nihil dicamus, nec quanta mœſtitia, addam etiam timore, nos ſams ea, quæ de te percrebuerant, implevet it) vellem, ſi fieri poſſet, ſeemonibus iis, quos alii de re, tam familiares, & neceſſarii, quam externi, quoque modo nobis cogniti, dum tamen Chriſtiani, & quidem omnes uno ore ferunt, intereſſes, quandoquidem etiam homines promptius cupidinſqua in alienis rebus philoſophari ſolent. Jactat aliut cujuſpiam dectamationis hæc verba ipſis fueruāt: Nunc Epiſcopi filium militare, nunc externam potentiam & gloriam appetere, nunc pecuniis atqua opibus deditum, (quando pecuniarum communio iguis accenſus eſt, atque in ſalutis animæqi periculo verſantur homines) ac non potius nostra hanc gloriam & ſecuritatem & opes caiſtimare, animirum ſortiter & ſtrenue adverſus tempas ſtare, & quam longiſſime ſe ab omni ſcelere & præculo remouere.... At dominum quidem patrem noſtrum, ſeemones hos perquam ægre & indigne ferentem, ipſiuſque etiam vitæ tædio laborantem, quoque modo ſolor at rectio, de tua volantate omnique ſententia illi ſpondans, atque confirmans, re nequaquam diutius nobis moleſtum fore. Ac *deinde inter alia* ad exiſtimandas vitæ ſuæ rationes eam hortatur;

Gregorius eum auctor a comitatu Juliani ea quæ ſequuntur monitus.

D

§. IV. S. Cæſarii ſub Valente Imper. officia: mors: ſepultura.

16 POſteaquam autem hæc caligo diſcuſſa eſt, exteroaque regio cnuſſam recte diſceptavit, ac vibratus gladius impium proſtravit, reſq; ad chriſtianos redieruot, quid dicere acceſſe eſt, quanto cum honore & gloris, aut cum quot & quantis teſtimoniis, ac velut ipſe beneficium potius dans quam accipiens, in aulam tuſum receptus ſit, ac novus honos priorem exceperit? Ac tempus quidem *a* Imperatores ſubinde commutavit; Cæſario autem gloria, & nuctoritatis apud eos principatus haudquaquam convulſus ac diſſolutus eſt. Quin potius de eo inter *b* Imperatores certameo erat, quiſnam Cæſarium magis ſibi adjungeret, & cujuſuam ille magis amicus & familiaris diceretur. Talis Cæſarii pietas, talia pietatis præmia. Audiant juvenes, audiant viri, ac per eamdem virtutem ad eumdem ſplendorem contendant, (bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus) quicumque hoc etiam ambiunt, atque in felicitatis parte collocant.

Tollunt mortem ad autem vocatur,

a utrorumſi-mus Imperatorum ſuerit,

17 Jam vero quale hoc quoque ipſius miraculum eſt, quod ſimul & parantum & ipſius pietaris maximum argumentum habet? In Bithynia degebat, *c* præfecturam ab Imperatore non poſtremam adminiſtrans. Quæſtoris ſiquidem munere fungebatur, ac theſaurorum curam gerebat. Hoc enim illi majorum dignitatum velut præludium eſſe Imperator voluit. Cum autem Nicææ terræmotus, poſt hominum memoriam maximus, exortus, omnes pene oppreſſiſſet atque una cum urbis pulchritudine deleviſſet; ſolus ipſe ex illuſtribus viris, aut certe cum admodum paucis, evaſit: idque modo quodam incredibili, hoc eſt, ipſa ruina protectus, ac patvas quaſdam periculi notas referens, ut eo ſcilicet modo metum caperet majoris ſalutis magiſtrum, totumque ſeſe ſuperæ parti adjungeret, traoslata militia a rebus motui obnoxiis, & commutata ſibi ipſi aula. Atque hoc quidem in animo habebat, & ſummo ſtudio exoptabat, quemadmodum mihi per litteras perſuadebat, eum hanc ad eum monendum *d* occaſionem arripuiſſem: quod nec umquam facere deſtiti, moleſte ferens, illius indolis magnitudinem in deterioribus rebus verſari, animamque adeo philoſophicam in publicis negotus volutari, ac velut ſolem nubibus obduci.

E

c ſi Quæſtor Bithyniæ,

in ruina Nicææ ea terræmotu ſervatur, retento ſtabulario,

ſuadente fratre, Ariſtotelis opera ad eum ſcripta,

d

18 Verum terræmotu quidem ſuperior fuit, a morbo vero non iram: homo enim erat. Atque illud ipſi proprium fuit, hoc cum alis commune: illud pietaris, hoc naturæ. Atque conſolatio calamitate m anteverit: ut ipſius morte concuſſi, ob admirandum ſalutis genus gloriemur. At nunc nobis magnus ille Cæſarius ſervatus eſt, civis pretioſus, mortuus laudatus, ea hymnis ad hymnos tranſmiſſus, ad Martyrum ſacraria cum pompa ductus, ſanctis parentum manibus honoratus, matre cereorum geſtatione pietatem mœrori ſubrogante, lacrymis philoſophia ſuperaris, pſalmodiis luctum ſedantibus, denique anima recens creata, quam Spiritus *f* per Baptiſmum reſotmavit, dignos honores recipiens.

e morbo mortuus,

F

la parola ſolennizza ſe ſteſſima

f

19 Hoc tibi a me, Cæſari, funebre munus: hæ ſeemonum meorum primitiæ: quos occultavit perſæpe queſtus, in teipſum detecturos eras. Hoc tibi a me ornamentum, tibi quidem, ſat ſcio, omni ornamento caritus: non ſericæ ac molles, ac circumfluentes telæ, quibus, neque dum adhuc ſuperſtes eſſes, multorum more delectabaris, utpota virtute ſola ornatus: nec lini pellucidi teaturas, nec pretioſorum unguentorum infuſiones, quas prius etiam ad gynæcea remittebas, & quorum fragrantiam dies unus ſolvit: nec denique aliud quidquam parvorum, & quæ apud parvos in pretio ſunt: quæ quidem omnia hodierno die amarus

Frater funebri oratione eum laudat,

quæ optimo parocchiæ dedicavit,

hic

EX ORA. S. GREG. NAZIAN.

hic lapis una cum pulchro corpore conteniſſet. Valeant Grntilium certamina & figmenta, per quæ miſeri juvenes ornati ſunt, exigua exiguorum certaminum præmia proponentes: & quibuſcumque rebus per libamina & primitias & coronas, ac tecens deceptos flores, homuibus vita functis parentent, patriæ legi potius & ſtolido mœroti, quam rationi ſervientes.

20 Meum munus eſt oratio, quod etiam fortaſſis futurum tempus excepturum eſt, perpetuo motu præditum, nec eum qui hinc migrarit, prorſus abſcedere ſinens, verum auribus animiſque hominem, quem ornandum ſuſcepit, ſemper conſervans, ac deſiderati ſimulachrum expreſſius, quam in tabula ſpectandum proponens. Ac talia quidem ſunt, quæ a nobis offeruntur. Si autem parva & meritis tuis inferiora, Deo quoque gratum eſt, quod ſit pro viribus. Atque alia quidem perſolvimus, alia vero dabimus, anniverſarios & honores & commemorationes offerentes, ii quidem certe qui ſuperſtites erunt.

ac præfagit anniverſa-rios honores hobitos hic.

a *Inde conjicies forſan quiſpium, ad Jovianum Imp. fuiſſe revocatum, deinde eo mortuo ad Valentinianum ac Valentem.*

b *Eoſdem nempe Valentinianum ac Valentem.*

c *De ea præfectura egimus in prolegomenis.*

d *Extat Gregor. ap nunc ſcripto, qua Cæſario illud inculcat, mortales Deum ſequi debere, a quo ſalutem accepturi, atque ad illius partes ſefe adjungere, parva & humi cepentio parum curantes. Tam ſe excuſans, quaſque deprecans importunitatem, ita loquitur:* Fortaſſis graves tibi ac moleſti eſſe videmur, qui de his rebus ſæpius ad te ſcribamus: ac ſe mones noſtros non admonitiones em, ſed oſtentationem eſſe exiſtimas.

e *Et paullo poſt coreptus videtur, atque initio ſequentis anni obiiſſe. Unde falli certum eſt Nicephor. qui l. 11. c. 44. ſcribit eum Elebecho miſſum Antiochiam a Theodoſio, anno Chr. 388. ad vindicandam populi rebellionem, Cæſarium Gregorii fratrem quantum Magiſtri dignitatem in Imperiali aula obtinebat. Nam cum hæc habita eſt in Cæſarij exequiis oratio, vivebat adhuc parens uterque: ac poſt poſita mortuum laudatui quoque funebri oratione ob eodem Greger. eſt, præſente S. Baſilio, qui tamen mortuus eſt anno 10. ante tum ullum Antiochenum, qui, ut nos ſtatuimus, vicesimo poſt Cæſarij obitum contigit.*

f *Hinc conjicio non pridem ante baptizatum fuiſſe Cæſarium, qui mortuus eſt ætate multorum, ut in adultam ætatem baptiſmum differretur, he ad ſuæ prudentii conſilio, inter tot undiq; impendentes mortalium vitæ caſus.*

B

DE S. FELICE III. PAPA. E

G. M.

Commentarius hiſtoricus.

§. I. Felices quatuor Pontifices Romani ſancti: Felicis III. cultus facer, progenies nobilis.

ANNO CCCC-XCII. XXV FEB. *Felix 3. Pontifex Romanus. Felix 3. Mart.*

1 INter ſummos Eccleſiæ Romanæ Pontifices memorantur 4. Felices appellati, omnes ſacris tabulis Martyrol. Romani adſcripti: ac duo quidem priores, ſuo ritu ſanguine ægrum Evangelicum ſibi commiſſum irrigarunt, annuo cultu Offitii Eccleſiaſtici aram hinc, honorantur, Felix 1. qui ſub Aureliano Principe *circa ann.* 275. martyrio coronatus eſt, *ad diem* 3. *Kal. Junii: ad* 4. *Kal. Aug.* Felix 2. qui a Conſtantio Imperatore Ariano ob fidei defenſionem e Sede ſua dejectus & Cære in Tuſcia occulte gladio necatus glorioſe occubuit: *uti iiſdem verbis traditur in Mart. Rom. ubi &* Papa ſecundus *nuncupatur: ut mirum ſit eum ex numero Pontifi. um expungi ab Onuphrio Panvinio in chronico Eccleſ. & Notis ad Platin. Alphonſo Ciaconio in hiſtor. Summor. Pontif. aliiſque. Extat antiquus codex mſ. in biblioth. Sereniſſ. Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, in quo ſub nomine Damaſi Papæ contiuetur Hiſtor. Summor. Pontifi. ad S. Felicem IV. poſt tempore Damaſi continuata, adjunctis deinde in abſq; ullo elogio nominibus ſequentium Pontif. ad Pelagium uſq; 2. S. Gregorii Magni deſcriptorem. In hac hiſtor. etiam Felix 2. inter Summos Pontifices recenſetur, ac ſucceſſor S. Liberii adhuc viventis, & ab Conſtantio Imper. quod nollet hæreſi Ariana conſentire in exilium relegatus, qui tum videtur ultro pontificatu ceſſiſſe & Clero Rom. plenum libertatem dediſſe facultatem, præficiendi univerſali Eccleſiæ Paſtorem, qui eam (uti S. Felix fecit) contra violentiam infidoſque Arianor. propugnaret. Hiſtor. Pontif. aſſerit Felicem aut* cum conſilio Liberii ordinatum, *aut, ut aliqui cod. habent eum* a Libetio cum conſilio aliorum ordinatum. *Ita S. Cæleſtinus V. nullis etiam publica urgente neceſſitate, anno* 1294. *dignitate Pontificia aliquamdiu adminiſtrata, ſeſe abdicavit. Reliqua de S. Felice* 2. *diſcentientur ad* 29 *Julii.*

Felix 2. Mart.

an hic Succeſſor Liberii Pontifex?

C

2 *His obiter prohibatis ſecurim ſequentes cum Martyrolog.* Felicem 3. Papam, Felicem 4. Papam *vocamus, quos* Ciaconius *aſſerit* Felicem 2. & Felicem 3. *fuiſſe ac dici debere. Altera de hiſce duabus controverſia eſt, qui dies cultui ſacro ſingulorum in Martyrol. aſſignentur. Peranſquam mſſ. Martyrol. Richenovien. & mſ. Carmeli Colonien. varia item exemplaria mſſ. Uſuardi ad uſum fere Eccleſiar. Belgicar. omnia, MS. Florar. Martyrol. Colonie* 1490. *exi uſum, Bellin. de Padua, Molan. in additionib. ad Uſuard.* 30. *die Decembr. hæc pauco habent:* Romæ S. Felicis Epiſcopi, *quem Maurol.* Papam III. *nominat. Petrus de Natal. lib.* 2. *cap.* 21. *eumdem* Simplicii Pontificis ſucceſſorem *tradit, ac* 3. Kalend. Januar. in baſilica B. Pauli Apoſtoli ſepultum. *Hermann. Greven in auctario Uſuardi.* Secundum catalogum, *ioquit*, Romæ Felicis Papæ tertii (ſecundum alios quarti) & confeſſoris. *At qui referant illo die Felicem IV. necdum legimus. Hujus obitum contigiſſe* 4. *Id. Octobr. tradit ante cit. Hiſtor. Pontif. in qua de die, quem Felix III. ultimum in hac vita habuit, nihil omnino dicitur. Ejuſdem Felicis III. memoria verum conſecratus traditur die* 3. *Id. Maii in mſ. Florario his verbis:* Romæ depoſitio Felicis Papæ III. anno ſalutis 492. ſepulti in baſilica S. Pauli. *At Canif. in Martyrologio Germanico* 16. *Septembr.* Romæ, *inquit*, S. Felicis Papæ tertii, viri admodum ſancti, qui Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum hæreſeos condemnavit. *De eodem* S. Felice *in Romano Martyrol. tabulis auctoritate Urbani VIII. Pontificis Maximi recognitis ita legitur* 25. *Febr.* Romæ natalis S. Felicis Papæ III. qui S. Gregor. Papæ atavus fuit: de quo is refert, quod S. Tharſillæ nepti apparens, illam ad cœleſtia vocavit. *Anno eam recognitionem legebatur:* Romæ natalis S. Felicis Papæ quarti, qui S. Gregorii atavus fuit &c. *At* 30. *Jan. olim legebatur* Romæ S. Felicis Papæ III. qui pro fide catholica multum laboravit. *Nunc illud Tertii ſublatum eſt, & Felix IV. illo die colitur, ut tum dictum eſt pag.* 1032. *& ſeq.*

colitur 30. *Decembr.*

13. *Mell.*

16. *Sept.*

& 25. Feb.

F

3 *S. Gregor. Magnus homilia* 38. *in Evangelia de* S. Felice *ita verba ſua ipſa ſcribit:* Quadam nocte Tharſillæ *nuncupata*, quæ inter ſorores ſuas virtute continuæ orationis, afflictionis ſtudioſæ, abſtinentiæ ſingularis, gravitate vitæ venerabilis, in honore & culmine ſanctitatis excreverat, ſicut ipſa oatravit, per viſionem atavus meus Felix, hujus Romanæ Eccleſiæ Auctiſtes, apparuit, eique viſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis manſione ſuſpicio, quæ ſubſequenti mox febre correpta, ad diem pervenit extremum. *Hoc S. Gregor. qui l.* 4. *Dialogor. c.* 16. *ex cit. homil. eadem recolit, eumq; od Vitam S. Tharſillæ nuncupatam ejus die* 24. *Decembr. plenius enarranda. Venerabilis Beda l.* 2. *Hiſt. Eccl.*

per errorem 10. Jan. quo colitur Felix IV.

Felix 3. atavus S. Gregorii Magni,

A *Eccl.Gentis Anglor. c.1. Felicem Papam etiam atavum S. Gregorii aſſerit.* Eras Gregorius, *inquit*, natione Rumanus, ex patre Gurdiano, genus a proavis non ſolum nobile ſed & religioſum ducens. Deinde Felix ejuſdem Sedis Apoſtolicæ quondam Epiſcopus, vir magnæ gloriæ in Chriſto & in eccleſia fuit ejus atavus. *Hæc Beda ſecutus S.Greg. ex quorum verbis, quatus hic Felix fuerit non liquet. Joan. Diac. qui circa ann. 880. de vita S.Gregorii libros quatuor conſcripſit, atavum ejus Felicem PP. IV. dixit.* Ille *Gregor. inquit*, ſenatoria ſtirpe progenitus, tam nobiliſſimam quam etiam religioſiſſimam genealogiam duxit, ita ut quartus Felix Apoſtolicæ Sedis Pontifex, vir magnæ in Chriſti Eccleſia revereotiæ, qui baſilicam Sſ. Coſmæ & Damiani martyrum via ſacra juxta templum Romuli, ſicut hactenus cernitur, venuſtiſſime fabricavit, ejus atavus fuerit. *Hæc ibi. Quæ de fabrica baſilicæ SS. Coſmæ & Damiani referuntur, ad S.Felicem IV. ſpectant, & in ejus Actis 30. Jan. narrantur. Jo. Diac. ſecutus Leo Marſicanus Epiſc. Oſtienſis, qui circa ann. 1100. floruit, l.2. chron. Caſinen. c.1. de S. Benedicto loquens iſta de S. Felice adjungit*: Claruit *S. Benedictus, inquit*, temporibus Imperatorum Juſtini ſeniuris & Juſtiniani, Romanorum vero Pontificum, Joannis primi, & quarti Felicis, quem ſanctus Papa Gregorius atavum ſuum fuiſſe teſtatur.

non 55.

B 4 *Hæc Leo, ita prædicta S. Gregorii verba cum Jo. Diacono interpretatus, cum ipſe ſolum dicat* atavum ſuum fuiſſe Felicem Rumanæ Eccleſiæ Antiſtitem: *eumq; eſſe Felicem III. de quo hic agimus, perſuadent & patria utriuſq; Felicis, ac tempus recte ponderata. Nam Felix IV. fuit Samnis natione, patria Beneventanus. et Felix III. Rom. Atqui certum atq; indubitatum eſt S. Gregor. non ex Samnitibus originem ducere, ſed ab antiquis Romanis Senatoribus. Præterea ſi anni ubobius Felicis IV. numerentur, uſq; ad electionem S. Gregorii Papæ jam tum ſenis, annũ 60. inveniuntur, quibus includi nequeunt quinq; generationes ab atavo ad atnepotem ſtatuendæ: haberi autem poterunt, ſi anni circ. 100. interponantur, quos forte fluxerunt ab obitu S. Felicis III. uſq; ad S. Gregorii Pontificatum. Qua pluribus exponit Baron. in Notation. ad Martyrol. Rom. & in Annal. an. Chr. 492. ubi cum n.1. narraſſet, S. Felicis III. obitum, addit, expoſita depravata lectione, qua in Martyrologio Romano legebatur Felix Quartus, legi S. Felicem Papam Tertium. Conſentiunt paſſim reliqui ſcriptores; Onuphrius Panvin. Jo. Stella, Alphonſ. Ciacon. de Pontificibus Rom. Arnoldus Wion, Je. Seifridus, aliiq; qui de familia Aniciana, ut mox dicetur, ſcribunt, Petau. de Doctrina temporum lib.13. ad an. 492. Severin. Binius in collectione Concilior. His refragatur Ferrar. in catalogo SS. Italiæ*, ſed ante recognitionem *Martyrologii Rom. ab Urb. VIII. curatam, & fruſtra abſq; antiquorum auctoritate confugit ad familiam maternam S. Gregorii, quaſi vel ita eſſet ex Samnitibus oriundus. Ac quod maximum ex ratione temporis poſuimus firmamentum, ſilentio præterit: neq; aliud extat effugium, quam enervando notionem vocis* atavus, *quaſi ea* avus *aque vel* proavus *indicetur. Qua fruſtra exegitantur. Cum Ferrario ſentit Vipera de SS. Beneventanis hoc die.*

Felix III.

C 5 *Arnoldus Wion ſecutus Hieron. Bardum Florentin. Ordin. Camaldulenſis, cujus librum mſ. Italice ſcriptum de nobiliſſima & antiquiſſima familia gentis Anicia habuit, in ſuo de eadem familia tract. S. Felicem III. PP. atavum S. Gregorii Magni, a Quinto Anicio Proboſſino, quem anno Urbis conditæ 450. ante Chriſtum natum circit. 300. progenitum aſſerit, interpoſitis quindecim clariſſimor. viror. generationibus. Hos Wionis & Bordi conatus illuſtrat & proſequitur Jo. Seifrid. in arbore Aniciana Serenissimor. Principum Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ. Avus S. Felicis ab his auctoribus dicitur Anicius Tertullus, Sexti Anicii filius, ac Sexti Petronii Probi, qui anno 371. cum Gratiano ſuper. Conſulatum geſſit, frater. Hanc autem Anicium Tertullum an. 359. & duobus ſequentibus adminiſtraſſe in Occidente Præfecturam Prætorii obſervavit Onuphr. lib. 3. Comment. in Faſtos. Porro pater S. Felicis, ut hi auctores ſentiunt, fuit Flav. Anicius Felix, dictus Anicii Tertulli filius, de cujus conjugio hæc ſcribit Seifridus lib. 3. pag. 104. Veroſimillimum, inquit*, mihi videtur hujus Felicis conjugem exiſtiſſe Petroniam illam, cujus epitaphium viſitur Romæ ad D. Pauli extra muros: nam in una eademq; tabella & filii Gordiani & filiæ Æmilianæ ſepulchralis inſcriptio annexa legitur, quæ nomina ſtirpis Auiciæ Gordianæ propria hoc tempore fuere, & illa in eodem epitaphio Leviræ conjux fuiſſe prædicatur: quod ſana de eo quo loquimur Felice, intelligi non improbabiliter poteſt, præſertim cum ratio temporis minime nobis adverſetur, niſi malimus opinari Petroniam hanc in Felicis Papæ III. connubio vixiſſe antequam nimirum ſacris initiaretur ordinibus. *Hæc Seifridus. At memoratum epitaphium edidit Gruterus in ouſtario antiquarum inſcriptionum pag. 1157. & ex eo Seifridus, cujus priorem partem de Petronia hic lectoris judicio ſiſtimus, eſt ante tale*:

Leviæ conjux Petronia, forma pudoris.
His mea diſcedens Sedibus oſſa locu.
Parcite vos lachrimis dulces cum conjuge oatæ,
Vivenſemque Deu credite flere nefas,
DP. in pace 3. Non. Octob. Feſto VC. Conſ.

Hæc ibi. Fuit Conſul cum Marciano anno 472.

avus Anicii Tertulli.

Tertullus a quibuſdã e nobiliſſima Anicia familia oriundus.

auctor G. M. D. patre Flavio Anicio Felice, avo etiam matre Petronia, nomen habuerit majorum?

E

6 *Natus autem eſt* S. Felix tertius patre Felice Presbytero de titulo Faſciolæ, *ut prodit Hiſtor. Pontificum antiqua, & ab Anaſtaſio deinceps, in omnibus paſſim manu exaratis & excuſis exemplaribus, aut variis ad eam lectionis ſimul typis regiis nuper editis, & Onuphr. in epitome ſummor. Pontificum eumdem Felicem appellat* Presbyterum Cardinalem Romanæ Eccleſiæ in titulo Faſciolæ. *At Baron. ad an. 483. n.16. ex netere Anaſtaſii libro aſſerit* ea patre quidem Felice genitum, *ſed ipſum Papam* functum antea presbyterio in Titulo Faſciulæ, *& ideo fuiſſe ante* Presbyterum Cardinalem ſanctorum Martyrum Nerei & Achillei *addit Ciacon. Reliqua, qua S. Felix in juventute ac potiore virilis ætatis parte, ſeu cælebs ſeu matrimonio conjunctus, aut etiam ſacris Ordinibus ſuſceptis egerit, non latent. Exiit tamen, qua deinceps referemus, eum Pontificem Maxim. creatum, præclare admodum ac ſanctæ id munus executum eſſe, recte colligimus, priorem vitam eum magno cum virtute peregiſſe. De poſteris ejus ad S. Gregor. uſque prædicti ſcriptores agunt, & alibi poterit eſſe nobis agendi occaſio, maxime ſi certiora nanciſcemur monumenta.*

nom ipſe an pater facti Presbyter Card.

§. *II. Pontificatus S. Felicis. Pulſis Epiſcopis ſubſtituti Alexandriæ Petrus Mongus, & Antiochiæ Petrus Fullo. Hic a S. Felice excommunicatur.*

F

7 *Quem tempore turbulentiſſimo, in cathedram S. Petri ſervavit Deus S. Felicem, qui ſumma cum auctoritate libertatis, eſſet orbi univerſi Eccleſiæ, Orientalibus neq; Occidentalibus præfuturus, leges opportunas conditurus, cauſas neceſſarias cognaturus, ac controverſias occurrentes definiturus, oppreſſis opem laturus, faſtu elatos depoſiturus, Imperatorum audaciam coerciturus, ac barbaris reſiſturus Regibus: qui denique & aliorum eſſet legationes ab Oriente & Occidente ſuſcepturus, &, ubi ipſe præſens corpore nequiret aſſiſtere, ſuarum auctoritate legationum ac per vicarios præfecturas præſto futurus, cunctiſq; Eccleſiis ſupremus ipſe arbiter & Judex ſanctæ præſidio adfuturus. Præfuerat multis annis Orienti Zeno Imperator, homo ſemper perfidus, ſed quitnam impellente Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano, vaferrimo hæretico, in deterius prolapſus, fidei formulam ab illo conceptam promulgavit: Enuncio, id eſt, Conciliatorium appellarunt, ſub quo Oecumenica Synodi Calchedonenſis tacita abrogatio latebat. Joannes Talaja, ſeu Tabennenſiota, Epiſcopus catholicus, ac legitime ordi-*

Tempore Præfecturæ S. Felix III. difficultates

turbidibus pacem Eccleſiæ Zenonis Imp. Acacio Ep. c.7.

AUCT. C. II.

ordinatus, Sede pulſus erat Alexandrina, ac Petrus Mongus, quem Magnum & Moggum alii vocant, ob hæreſes a S. Simplicio Pontif. Rom. damnatus ante depoſitus; eo inconſulto & nulla habita ſynodo in illam redibus Sedem: anathemate adeniq; ab hiſce hæreticis & laicis hominibus in Epiſcop. legitimos aliosq; viros Orthodoxos lata ſunt. Rebus hiſce adeo intricatis ſubſidium porrectum erat S. Simplicius Papa, ſed morte præventus rem integram ſucceſſori reliquit.

Petri Mongi Ep. Alexandrini,

Petri Fullonis Ep. Antiocheni

Mortuus is dicitur 6. Non. Martii, quo die antiquus Martyrol. inſcriptus eſt. Annus eo moriente labebatur 483. Intruſus etiam in Sedem Antiochen. Petrus Fullo Eccleſia illius pacem plane turbavit.

Odoacer Rex Italiæ

8 Odoacer Rex Erulorum, qui e remotis apud mare Suevicum ſen Balthicum ſedibus oriundus, ſed, ut obſervat Theophanes, in Italia educatus ab Imper. Nepotis fautoribus in odium Oreſtis, qui Nepote fugato, Auguſtulum filium ſuum Imperatorem appellaverat, in Italiam cum milite evocatus eſt, qui occiſis Oreſte, ejuſq; fratre Paulo, ac relegato in Campaniam Auguſtulo ſublatoq; Imperio Occidentali, Rex ipſe Italiæ factus imperabat octavo anno: ſeſta ipſe Arianus, de Summi Pontif. electione legē tulit libertati Eccleſiaſticæ repugnantem, quam Symm. Pont. an. 502. in ſynodo Rom. Palmari dicta, abrogavit, in qua dicitur Baſilius ſublimis & eminentiſſimus vir, Præfectus Prætorio, atq; vices præcellentiſſimi Regis Odoacris agens, Clero in unum apud B. Petrum Apoſtolum reſidenti dixiſſe: Quamquam ſtudii noſtri & religionis intereſſit, ut in epiſcopatus electione concordia principaliter Eccleſiæ, ne per occaſionem ſeditionis ſtatus * civilitatis vocetur in dubium, tamen admonitione beatiſſimi viri Papæ noſtri Simplicii, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſſe ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, ut propter illum ſtrepitum & venerabilis Eccleſiæ detrimentū, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cujuslibet celebretur electio. Hac ubi, quibus inſunt fraudes & Odoacris Regis & Baſilii Præfecti intrudere ſe in Summor. Pontif. electionem conantium. Potuit Simplicius PP. forſan petiiſſe aliqua auxilia, qua ad comprimendas turbas, ſi qua ab hoſtibus Eccleſia concitarentur, neceſſaria forent, non autem confuſionem requiſivit, multo minus, ut laicus Sacerdoti anathema diceret, & contra Canones, quod e, non competebat, conſtituetec: quemadmodum ſententia ſynodi Palmaris ea conſtituta, decernuntur nullius eſſe momenti, enervata eſſe & in irritum deducta.

Præfectum prætorio

B

* al. civilitatis. Libertatem electionis Pontificiæ impedivit

9 Num autem propter iniqua Regis edicta inter obitum S. Simplicii, & electionem S. Felicis major temporis mora interponenda ſit, dubitamus. Sex Sedis vacantis dies paſſim aſſignantur, viginti addunt alii cod. alii ſolum tres dies interponunt. Annum S. Felicis 1. componit Theophan. cum anno decimo Imperii Zenonis: cujus tamen Imper. annum primum non numerat ab obitu Leonis ſenioris, quem ſtatuit vita deceſſiſſe menſe Januar. Indict. 12. anno Æræ vulgaris 474. at mox addit Zenonem menſe Februar. a Leone juniore filio ſuo Imperatorem coronatum, & dein inchoatum a Septembri proximo annum, primum aſſignat Imperii Zenonis, ac mortem indicat Leonis junioris, quem ait ſolos decem menſes cum Zenone proprio parente moderatum Imperium obiiſſe, menſe ſcilicet Decembri ejuſdem anni 474. cum quo Baron. Petav. aliiq; primum Zenonis annum finiunt. Hujus ergo Imperii anno 10. a quo S. Felicis annos Theophanes numerat, decimum tertium agebat Acacius in Pontificatu Conſtantinopolit. egiſſetq; in Alexandrino ſecundum Jo. Talaja, ſen Tabennenſiota, niſi jam ante pulſus fuiſſet, ob cauſſam quam deſcribit Theophanes: Hoc etiam anno partium Petri Mongi ſtudioſi, largitionibus atque impoſturis Zenoni ſuaſerunt, ut Joannem Tabennenſiotam Epiſcopum, quaſi præfecc ejus mentem conſecratum, expelleret Alexandria, Petrum vero Mongum ab Euchitarum locis Alexandriam revocaret. Tum vero Henoticon, pacis nimirum ſanctionem, ab Acacio Conſtantinopolitano, prout aſſerunt nonnulli, dictatum, Zeno tulit, & per omnes provincias promulgavit. Mongum vero, priuſquam rediret Alexandriam, cum Simplicio Romano Pontifice & Acacio juſſit Zeno communionem habere. Hinc ut Mongum acciperent, ejicerenc autem Joannem, Acacius ad Alexandrinos ſcripſit. Joannes Petri adventu comperto, Clero licet & populo pro eo animas ponere paratis, ac ne diſcederet deprecantibus, mala quæ foret Petrus commiſſurus ſecum reputans, prudenter & citra tumultum urbe dilapſus eſt.

Joannes Tabennenſiota Ep. Alexandr. expellitur,

alitra urbe auſſs dicitur,

10 Liberatus in Breviario de cauſſa Neſtoriana & Eutychiana c. 18. aſſerit Joannem tum profectum eſſe Antiochiam, & ſumptis ab Calandione Patriarcha Antiocheno intercellionis ſynodicis literis Romanum Pontificem Simplicium appellaſſe: ad quem Alexandria fugientem Joann. properaſſe, tradit l. 3. c. 15. Evagrius his verbis: Joannes fugiens Alexandria, ad antiquam Romam contendit, ubique magnas concitavit turbas. Dixit namque ſe pro decretis Leonis & Chalcedonenſis concilii ſua Sede epiſcopali exturbatum fuiſſe, alterumque, qui illis adverſabatur, in ipſius locum ſubrogatum. Quare cum Simplicius autnque Romæ Epiſcopus vehementer conturbaretur, & literas propterea ad Imperatorem Zenonem daret; teſcribit Zeno, crimenque perjurii objectat Joanni, eumque ejus rei, non autem alterius, gratia, epiſcopatu abdicatum eſſe. Hæc Evagrius. Victor Tunnunenſis in chron. ita ſcribit per ata: Theodorico V. C. Coſ. anno Chr. 484. Felix Romanæ Eccleſiæ Præſul monachis & clericis per Orientem, Ægyptum & Bythiniam commorantibus ſcribit ut Petrum Alexandrinum Epiſcopum Chalcedonenſis ſynodi obtrectationem, & ejus communicatores tamquam hæreticos vitent. Theophanes eum anno 11. Zenonis ſuſpicatur primum annum Petri Mongi poſt ejus reditum ad Epiſcopatum Alexandrinum. Nam, ut ait idem ad ann. 3. Zenonis, in mortui Petri Æluri locum Petrus Mongus inducitur, vir nequam & veritatis adverſarius, ab uno Epiſcopo, eoque etiam depoſito, conſecratus, quem Dei zelo moti monachi adorti, ſex tantum & triginta dies Pontificatus honorem aſſecutum detuibaruut.

ad S. Simplicii Romam recurrit?

Petrus Mongus an. 484. proſcribitur a S. Felice Papa tamquam hæreticus vulgatur,

Sede Alexandrina olim vacante

11 Calandion, vir catholicus, Epiſc. Antiochenus, ut Evagrius c. 16. tradit, ſcribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Petrum Mongum non ſolum adulterinum vocat, verum etiam eum, cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſi concilio anathema indixiſſe aſſerit. Sed vel imento criminis invento, Calandion ad tucolendam Oſiin condemnatus fuit, quod partes illi, Leontii, & Pamprepii contra Zenonem foveret. Erant hi tunc ſtricta obſidione in Papurio Caſtello preſſi, ex quibus Leontius tamquam Imperatur Antiochiam ingreſſus fuerat menſe Junio, Indictione ſeptima, anno 484. m ea exacte narrat Theophanes. Puſſo autem Calandione, ni addit Evagr. Petro, cognomento Fullo (qui Cnapheus, ſive Gnapheus, Græcis Γναφεὺς, etiam appellatur) qui ante Calandionem & Stephanum ibi Epiſcopus fuerat, propriam Sedem recuperavit, qui Henotico Zenonis ſubſcripſit, & Synodicas literas Alexandriam ad Petrum Mongum miſit. De priore ejus Epiſcopatu iſta ad annum primum Imperii Zenonis habet Theophanes: Julianus Antiochiæ Præſul, ex geſtis rebus dolore concepto, vitam amiſit. Petrus autem Fullo throoum invadens, ſe ad anathemata & tumultus excitandos convertit: ex quo cædes & domorum direptiones ab hymno, quem τρισάγιον appellant, appoſitum additamentum. Dein anno 3. Imperii Zenonis iſta de ejus depoſitione tradit: Ceterum Petrum Fullonem, ut qui Baſiliſco Imperii invaſori faverat, Zeno habuit exoſum, Orientalis itaque ſynodi decreto dignitate motus eſt, & in ejus locum Joannes ordinatus. Hic quoque poſt menſes tres ejicitur, ac demum ſucceſſor ejus Stephanus, vir pierate ſpectabilis, Antiochiæ præmoretur Epiſcopus. Hic autem, ut

ejus fraudes detegit Calandion Ep. Antiochenus,

quæ ideo expellitur

ſubſtituitur Petrus Fullo,

olim ibi Epiſcopus

qua omnia facta ſunt Zenone,

Stephanus,

anno

A *anno Imperii Zenonis 4. Indictione* 1. *refert Theophanes*, communi Petri Fullonis ſequacium ſuffragio Antiochiæ deſignatus Epiſcopus, apud Zenonem quaſi Neſtorianus accuſatur: cum tamen, velut ab impoſito crimine alienum, Orientalis synodus, Imperatoris mandato Laodiceæ congregata, ſuæ Sedi reſtituit. Qui, *ad annum Imperii Zenonis* 7. fatis functo, Stephanum alterum Zenonis Imperatoris juſſu in ejus locum ordinaverunt, quem fidei perduelles, pro ſua in Petrum Fullonem propenſione, in amentiæ ſubſidium furorem armantes, in ſancti Martyris Barlaam baptiſterio acutis calamis perfoſſum & necatum in Orontem fluvium projecerunt. *Adſcribitur is eſt martyrelogii Romanis tabulis ad diem* 25. *Aprilis. Huic tunc Calendion, ut diximus, ſucceſſit, cui, pulſo Petro Fullo recuperavit Sedem an.* 484. *cujus tamen annum primum Theophanes cum anno Imperii Zenonis* 12. *conjungit.*

S. Stephanus alter, Martyr,

Calendion,

12 *Additus mox a Petro Fullone ad Triſagion his verbis*: Crucifixus propter nos, *exhorruit orbis auditus, & concilia contra eum habita ſunt, & Roma a S. Felice Papa, & Conſtantinopoli ab Acacio Antiſtite, & varia ab his duobus aliiſq; Epiſcopis ad Petrum Fullonem epiſtola miſſa ſunt, quæ tome* 10. *Conciliorum editionis Regiæ exſant Græco-Latina. Eorum prima eſt* S. Felicis Papæ *a pag.* 18. *qua oſtendit illum non ſolum in Valentini, Manichæi, Arii, Sabellii, Apollinaris hæreſes, verum etiam in errores gentilitatis, plures Deos aſſerentes incidiſſe: ac confutatis ſingulis blaſphemiis in fine eum ſic alloquitur*: Hæc tibi ſcripſi una cum præſente Synodo conveniens te coram Deo & ſanctis Angelis ut ea doceas, & nobiſcum ſentias, ut illibata fides noſtra maneat ad gloriam Dei. *Eſt hæc prima Synodus a S. Felice congregata. Extat altera ejus epiſtola a pag.* 26. *qua Petrus Fullo deponitur & anathemate percutitur.* Et non ſolum, *inquit*, ab Antiochena Eccleſia, ſed ab omni civitate deponit: & firma ſit hæc tua depoſitio a me, & ab his, qui una mecum Apoſtolicum thronum regunt, & ab Acacio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Paſtore, & a venerabilibus Epiſcopis ſibi ſubjectis, quoniam ipſorum monimenta non ſuſtinuiſti. *Sequitur dein a pag.* 30. *epiſtola* S. Felicis *ad Zenonem Imperatorem, qua ei nuntiat Petrum Fullonem ſynodali judicio ſententia anathematis condemnatum, ideoq; ab ejus communione abſtinendam eſſe: petitq; ut Petrum depoſitum ex Antiochena Sede expellat: Quia* multum, *inquit*, a nobis, & in Chriſto dilectis fratribus noſtris, qui in Oriente ſunt, & a venerabili Acacio vaſtræ regalis & Deo amatæ civitatis Archiepiſcopo, admonitus, converti noluit. *Aliorum epiſtola habentur a pag.* 47. *ad pag.* 71. *& ipſius Acacii a pag.* 56. *Baronius ad an.* 483. *n.* 66. *aliam, qua interierit, a S. Felice ſcriptam epiſtolam arbitratur, quod in epiſtola ultima ad Pallonem ex editione, qua habetur tome* 1. *epiſt. Rom. Pontif. hæc verba legantur*: Nec ambulare in veritate nec noſtris duabus epiſtolis aurem voluiſti accommodare, nunc igitur ſum exorſus adverſus te proferre ſententiam. *Qua etiam in Græcit, ab interprete alio emiſſa, ita referuntur*: Καὶ ἐγὼ ἄρχομαι τῆς κλαδὶς, ἣ τοῖς ἐμοῖς δύο γράμμασι ἐμὸν ἐκυτὸν ἀποδεῖξαι τὸν ἡξίωσας ἀνορθοῦσθαι κατὰ σε. Ceterum Petrus Mongus, *inquit Evagrius cap.* 17. homo fraudulentus, verſutus & temporibus ſerviens, minime in una peſtitit ſententia, ſed modo concilium Chalcedonenſe anathemate damnavit, modo palinodiam cecinit, idemque ipſum conciliom omnibus ſuffragiis approbavit. *Illud vel maxime agit in adjuncta epiſtola ad Acacium, qua dicto capite recenſetur.*

B

qui cum depoſuit & excommunicat:

ac indicat Zenoni ſuper,

C

Mongus tempori ſervitus

§. III. *Legati a S. Felice ad Acacium miſſi, & pecunia corrupti.*

13 *Evagrius relatis rebus, qua ad Sedem Antiochenam & Petrum Fullonem ſpectant, c.* 18. *ad Epiſcoporum Alexandrinum (quem pulſo Joanne Talaia ſta Tabennenſiota, recuperaſſe Petrum Mongum diximus) tranſiens, iſta tradit*: Joannes, qui Romam confugerat, Felicam, qui poſt Simplicium Epiſcopus Romanus fuit, admonet de tebus a Petro geſtis, ſuadetqua, ut narrat Zacharias, uti epiſtolam abdicationis ideo mittat Acacio, quod Petro communicaverit. *Qua accuratius explicat Theophanes ad annum Zenonis* 12. *& 13. Felicis*: Hoc anno, *inquit*, Epiſcopi Orientis per litteras Acacio conqueſti ſunt, quod Mongo communionis conſortium impertiſſet. Ille ſpretis eorum monitis, Mongum eumdem in communionem admittere compulit cunctos. Cives autem urbium Reginæ cunctique ſimul Orientales Felicem, qui poſt Simplicii obitum Romanam Sedem tenebat, ſupplices adierunt, & malorum omnium auctorem incuſaverunt Acacium. Interea Joannes Alexandriæ Præſul hæc eadem denuntiaos Romam ingreditur: *aut certe, ſi a temporibus* 1. *Simplicii Roma permanſerit, jam aliorum legatione impulſus, Romanorum animos magis occupavit. Annus tam labebatur Zenonis* 12. *Chriſti* 485. *Eumdem annum indicat Victor Tunnunenſis in Chronico, & reliquam Orientis labem deſcribit his verbis*: Poſt Conſulatum Theodorici V. C. Orientales Epiſcopi, præter paucos, per Henoticum Zenonis communione atque conſenſu polluti Petri Alexandrini, Petri Antiocheni, & Acacii Conſtantinopolitani Epiſcoporum, ſynodo Chalcedonenſi renuntiant. *Et Theodorus Lector lib.* 2. *Collectaneorum*, Cum omnes, *inquit*, alii Patriarchæ, ut fertur, Henoticum Zenonis approbarent, ſolus Felix Romanus illi non communicavit. *Henoticon Græce habet Evagrius cap.* 14. *& Latine Liberatus cap.* 18. *& alii ex illis.*

Iterum Petrus Fullo,

hæreſes convictas in Synodo Conſtantinop. ſub Acacio, & Romana ſub Felice,

D

Acacio ob emunitatem Petri Mon. gi promotæ,

urbodoxi ad S. Felicis confugiſſe

anno 485.

E

14 *Qua dein* S. Felix *egerit, ita narrat Theophanes eodem* 12. *anno Zenonis*: Felix itaque ſynodo in corvphæi Apoſtolorum Petri templo coacta, duos Epiſcopos & una Defenſorem Conſtantinopolim ablegat, Zenonique & Acacio litteris ſignificat, ut Petrum Mongum, ceu hæreticum, Alexandria ejiciant. *Eadem referunt Anaſtaſius Bibliothecarius & Cedrenus, qui anno* 12. *Zenonis hac etiam geſta aſſerit. Evagrius cap.* 23. *iſta ſic exponit*: Cum libelli Felici a Joanne *Talaja* contra Acacium, quod contra Eccleſiæ ritum eum Petro *Mongo* communicaverat, dequa alia facinoribus ab eo contra canones admiſſis, dati erant; mittuntur a Felice ad Zenonem Vitalius & Miſenus Epiſcopi, ut ejus auctoritate tum concilium Chalcedoneuſe confirmaretur, tum Petrus ut hæreticus epiſcopatu pelleretur, tum denique Acacius mitteretur ad ipſum Felicem, rationam de rebus, quas Joannes ei objectaſſet, ſedditurus. *Quæ plenius continentur tum in epiſtolis Synodicis* S. Felicis *Papæ ad Zenonem Imperatorem & Acacium e Concilio Romano datis, tum in libello citationis Acacii, ad eoſdem Zenonem & Acacium miſſi, qua in dicta tome* 10. *Conciliorum habentur pag.* 51. 44. *&* 45. *De Epiſcopis & Defenſore Eccleſia Conſtantinopolim miſſis, ita in epiſtola ad Zenonem ſcribit* 1. *Felix*: Conveniens fuit, ut Vitalis & Miſeni fratrum & Coepiſcoporum meorum, & famuli veſtri Felicis, Eccleſiæ Defenſoris, ad vos neceſſariam legationem mitterem, qui non tam bajuli ſpecie iſta deferrent, quam meam vicem peragentes, ma quodammodo vobu facerent eſſe præſentem. *In libello citationis ad Acacium de hiſce legatis ita loquitur*: Ad quam rem de collegin noſtro fratres & Coepiſcopos noſtros Vitalem & Miſenum, cum quibus illum a latere noſtro fidelitſimum noſtrum Felicam Defenſorem, ſanctæ Eccleſiæ Romanæ ordinatione diſeximus. *Fuiſſe autem* Miſenum Cumanæ Eccleſiæ in Campania Epiſcopum, & Vitalem Droentinum, *ſive* Truentinum, in Piceno, *monet ex perbrevi hiſtoria auctoris coævi Baronius ad an.* 483. *num.* 19. *Qui hiſce addebatur libellus Joannis Talaja, hactenus deſideratur.*

ſi ſynodi ſolligit:

miſſi legati Conſtantinopolim:

Felicem Defenſorem Eccleſiæ,

F

Epiſcopos Miſenum Cumanum, & Vitalem Truentinum,

15 *At qua hiſce legatis inter proficiſcendam adverſa obvenerint, ita Theophanes ad annum Zenonis* 13. *Chriſti* 486. *narrat*: Hoc anno legatis Roma proſectis, & apud Abydum Zenonis & Acacii conſilio detentis, vi quoque ablatis eorum litteris, ipſiſque in carcerem conjectis: eos, niſi eum Acacio & Petro Mongo communicaut, interfecturum, Zeno comminatur.

detentus Abydi in carcere anno 486.

AUCTORE G. H. A

Eſt Abydus urbs provincia Helleſponti prope ipſum fretum, cujus Epiſcopus Hermias ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi. Victor Tunnunenſis hæc geſta tradit Longino V. C. Coſ. *id eſt annus* 486. Acacius, *inquit*, Conſtantinopolitanus Epiſcopus litteris Felicis Romanæ Eccleſiæ Præſulis admonitus, ut a damnatorum ſynodi Chalcedonenſis communione utque ſocietate abſtineat, legatos ejus cuſtodiæ mancipat. *Dum interim ab orthodoxis Conſtantinopoli ſummo deſiderio legati expectantur, a Cyrillo, monaſterii s. Dii, quod Acœmetorum eſt, Hegumeno, litteras ad s. Felicem datas eſſe ſcribit Evagrius cap.* 19. At priuſquam, *inquis*, Vitalis & Miſenus venere ad Imperatorem, Cyrillus monachorum, quos Acœmetas appellant, Hegumenus, mittit ad Felicem, quo eum, cum tam gravia péccata contra veram fidem admiſſa eſſent, inſimularet tarditatis. Felix igitur ſcribit ad Miſenum, ut nihil ante moliretur, quam eſſet cum Cyrillo locutus, & ab eo quod eſſet faciendum didiciſſet. *Hæc ibi, quæ etiam apud Nicephorum lib.* 16. *cap.* 16. *leguntur: uti præcedentia ex Theophane deſcripſit Cedrenus, ejuſq; etiam annorum epocham obſervat.*

Jobes illius agere cum Hegumeno Acœmetarum.

16 Anno *dein* Zenonis 14. *Chriſti* 487. *iſta contigiſſe refert Theophanes:* Porro Zeno Acacii ſuggeſtionibus, Orientales Epiſcopos Henotico, ſive Concordiæ ſanctioni, ſubſcribere, & Petro Mongo communicare cogebat: ſed & ipſius Felicis Romani Pontificis Apocriſiarios, blanditiis delinitos & pecuniis ineſcatos, præter mandatorum ſibi impoſitorum fas, in Petri communionem adduxit, omnibus Catholicorum partium in adverſum conteſtantibus atque reclamantibus: & primo quidem hamum ſuniculis circumligantes, uni ex illis publice appenderunt, ſecundo librum immiſcerunt, tertio etiam olerum cophino impoſuerunt. *Eadem ex Theophane referunt Anaſtaſius & Cedrenus, ſed hic emiſſe anno* 14. *Imperii Zenonis*, a *Theophane indicato, tradit ea contigiſſe τῷ ἑξῆς τοῦ τοῦ*, anno 15. At *Liberatus non meminit Abydi urbis, ſed Conſtantinopolim & captivitatem & reliqua geſta adſcribit cap.* 18. *his verbis*: Quoniam vero tot epiſtolæ, quæ vel ad Acacium a Papa, vel ad Impetratorem miſſæ ſunt, nihil penitus profecerunt; ex deliberatione Vitalis & Meſenus Epiſcopi in legatione directi ſunt, ut quæ ſuperius dicta ſunt allegarent, & Petrus, ſicut antea, de Alexandrina Sede pelleretur. Item eſt Conſtantinopolim & ſuptadicti Epiſcopi in cuſtodiam ſunt redacti, chartis ſublatis, ne Catholicis, quibus ſcriptum fuerat, redderentur. Quos iterum Acacius poſt hæc de cuſtodia ejiciens, ſecum fecit procedere, ut quaſi confirmato Petri ſacerdotio dimitterentur. Redeunt aliquando Legati, ſed præceſſerant monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi communis & convicti ea ipſis litteris, quas detulerunt, a locis propriis ſunt remoti. Felix Defenſor Eccleſiæ, qui cum Legatis directus fuerat, impediente infirmitate cum ipſis pergere non potuit. Sed, poſtquam Vitalis & Meſenus a cuſtodia Conſtantinopoli ſunt egreſſi, perrexit eam chartis Eccleſiaſticis Conſtantinopolim: paſſuſque eſt & ipſe, ſublatis chartis, graviſſimam cuſtodiam. *Hæc Liberatus, a quo ea de reprehenſione Legatorum a monachis facta narrantur, ita Evagrius cap.* 19. *exponis*: Qui autem ex monaſterio Acœmetorum ad Felicem, Miſenum & Vitalem venerunt, eos propterea coarguerunt, quod ad ipſorum uſque adventum Conſtantinopolim, Petri nomen clam & occulte in ſacris tabulis legi conſueverat; ea eo autem tempore ad præſens uſque palam & aperte Miſenum ac Vitalem cum Petro communicaſſe. Ac *dein cap.* 20. Crevere, *inquit*, res iſtæ ſermone Symeonis monachi cœnobii Acœmetorum Romam ad Felicem Papam a Cyrillo Hegumeno miſſi. Nam Miſenus & Vitalis ab eo fuere reprehenſi, propterea quod cum hæreticis communicarent, idque eum nomen Petri, ut hæretici, palam in ſacris tabulis recitaretur: quodque ea ratione multi ſimplices homines ab hæreticis in errorem

B

bi pecunia corrupti. Acacio conſentiunt anno 487.

arguuntur a monachis Acœmetis

& acœmetæ apud s. Felicem

inducerentur, qui affirmare non dubitaruot, Petrum ab Epiſcopo Romano in communionem receptum eſſe. Addidit etiam Symeones, cum quædam quæſtiones rogarentur, Miſenum & ejus fautores noluiſſe quemquam orthodoxorum in colloquium venire, vel litteras reddere, vel quidquam contra veram ſinceramque fidem admiſſum accurate examinare. Prodacebatur item in medium Sylvanus Presbyter, qui cum ana cum Miſeno & Vitali fuiſſet Conſtantinopoli, verba monachorum confirmavit. *Haſtenus Evagrius.*

D

§. IV. *Anathemate percuſſi a S. Felice Legati & Acacius: hujus & aliorum Patriarcharum inſeritas. Schiſma ſublatum.*

17 *Prævaricatione legatorum per dictos monachos orthodoxam intellecta, indixit s. Felix ſynodum, Roma apud s. Petrum Apoſtolum habendam, ad quam Epiſcopi ſeptuaginta ſeptem venerunt. Qua in ea ſynodo contra hoſce Legatos ſententia lata ſit, Gelaſius Papa s. Felicis ſucceſſor in Concilio Romano anno* 495. *habito, antequam Miſenus abſolveretur, ita pag.* 222. *refert*: Sedes Apoſtolica quidem, quę, Chriſto Domino delegante, totius Eccleſiæ retinet principatum, pro diſpenſatione curaque generali, quam pro fide Catholica vel pro paternis canonibus regulisq; majorum neceſſaria ſemper circumſpectione dependet, Miſenum atque Vitalem, quos contra Eutychianæ peſtilentiæ ſectatores, vel contra eos, qui talium ſe communione polluerant, ſuæ poteſtatis legatione ſuffultos, ad Orientem dudum ſub ſanctæ memoriæ deceſſore meo Præſule deſtinarat, quod Apoſtolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum, adverſum quos miſſi fuerant, conſortia recidiſſent, geſtis ſynodalibus rerum diſcuſſione patefacta, communione pariter & honore, merito jureque ſubmovit. *Et ipſi* 77. *Patres in hac ſynode ſub s. Felice congregati in epiſtola ad Clericos & monachos Orientales pag.* 75. *hanc ſuam ſententiam contra dictos Legatos & Acacium latam eſſe teſtantur*: Hic ergo, *inquiunt*, deterioribus compertis, Vitalem atque Miſenum, a ſacerdotali collegio & ſacroſancta communione ſuſpendimus, Acacium quoque membris Chriſti perniciosius inhiantem, & per civitates atque provincias unam de fide Catholica Eccleſiam diſſipantem, inter Epiſcopos ſanctos atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi..... eum jam nunc, Eutychianæ hæreſeos defenſorem & patronum, e corpore Eccleſiaſtico, ut partem putridam anathematizamus, ſententia memorata abſciſſum.

In Concilio 77. Epiſcoporum confirmata ejus ſententia,

E

ſtatuitur privatum,

Acacius ei anathemate percutitur,

18 *Editum ſententia s. Felicis Papæ, quod propter ejus damnationem in Orientem directum eſt, ex codice mſ. edidit Sirmondus in Notis ad Facundi librum contra Maciacum, & nos, quia haſtenus in tomis Conciliorum non eſt excuſum, hic damus, eſtque tale*: Acacius, qui ſecundo a nobis admonitus, ſtatutorum ſalubrium non deſtitit eſſe contemptor, neque in meir credidit eſſe carcerizandum, hunc Deus cœlitus prolata ſententia de ſacerdotio fecit ejectorem. Ergo ſi quis Epiſcopus, Clericus, monachus, laicus, poſt hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema ſit Spiritu ſancto exequente. *Scripſit dein* S. Felix *epiſtolam Acacio, qua relatis ejus criminibus, munere eum ſacerdotali & fidelium communione privatum monet ſub finem his verbis*: Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem ea ſententia præſenti, quam per tuæ tibi direximus Eccleſiæ Defenſorem. Sacerdotali honore & communione Catholica, nec non etiam a fidelium numero ſegregatum ſublatum tibi nomen & munus miniſterii ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus judicio & Apoſtolica auctoritate damnatus, numquamque anathematis vinculis exueudus. Cælius Felix Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ ſubſcripſi. Data 5. Kalend. Auguſti, Venantio V. C. Coſ.

F

hoc edicto a s. Felice in Orientem miſſo,

& epiſtola ad Acacii.

19 *Hæc*

Digitized by Google

AUCTORE G. H. D

A 59 *Hac ibi. Sed qui tunc* Conſul Venantius, *qui reperitur ſolum cum* Theodorico *eam dignitatem geſſiſſe anno* 484. *Zenonis XI. quo nempe anno ſcribit Theophanes* Theodoricum e Thracia Byzantium evocatum, Conſulemque renunciatum, & Thraciæ præfectura donatum: *qui poſt varia geſta, in Italiam profectus cum Odoacre conſtigere cœpit, eoq; tandem devicto Rex Italiæ factus eſt. Quo eodem anno eidem Theophanes adhuc Calendionem refert Epiſcopum Antiochenum, in cujus tum expulſi locum Petrus Fullo intruſus eſt: quem & ipſe Acacius damnavit, atq; ni ab Apoſtolica Sede damnaretur, inſtitit, ut in hac ipſa epiſtola 1. Felicis etiam indicatur, & ex aliis epiſtolis* S. Felicis *ad Zenonem & Petrum Fullonem ſupra relatum eſt. Baronius an. 483. num. 44. ait* epiſtolam S. Felicis ad Zenonem Imperatorem reddi in nonnullis obſcuram ob mendoſam ſcriptionem & cariioſam vetuſtatem: *quidni & ſimili de cauſſa nomen Venamus loco alterius Conſulis irrepſiſſe dicatur? Victor Tunnunenſis* poſt Conſulatum Longini, *ſive ad annum 487. ita refert:* Acacius Conſtantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus Epiſcopi, Chalcedonenſis ſynodi inimici, a Felice Romanæ Eccleſiæ Præſule & ſynodo in Italia facta damnantur, & ipſa damnatio Acacio Conſtantinopolim legatis miſſis per monachos monaſteriorum Acbimitenſium atque Dii ingeritur. *Hoc autem, & duobus præcedentibus annis, hi notantur in Chronico Marcellini Conſules:* Symmachus ſolus, Boetius ſolus. *At Caſſiodorus aliiq;* Longino ſocium aſſignant Decium. *An etiam* Boetio collega Venantius *dari debeat poſſitve ob hanc 1. Felicis epiſtolam inquirant alii. Infra ob nomen* Boetii Conſulis *loco* Mavortii *intruſum, obſervamus epiſtolam 1. Felicis Papæ IV. perperam Felici III. tributam. Eſt ergo dicta epiſtola ſignata* 5. Kalend. Aug. *an.* 487

B 20 *Qua autem dum comigerunt, anno Zenonis* 14. *ita narrat Theophanes*: Felix vero cognitis legatorum ſuorum geſtis, Eccleſiæ dignitate dejecit, & adverſus Acacium parem depoſitionis ſententiam ſcripſit. Qui ipſam perferebat, eos qui Abydi in foſſidiis locati fuerant præterlapſus, ad Dii monaſterium appulit. Dienſes autem monachi Acacio in ſacrario ſtanti die Dominica Felicis epiſtolam tradidere. Acacii fautores quoſdam ex monachis, qui dederunt epiſtolam, necavere: uot, alios ſupplicüs exammatos in carcerem detruſerunt. *Hac ibi. Memoriis horum ſanctorum Martyrum adſcripta eſt martyrol. Romano ad* 8. *Februarii, quo die egimus de monaſteriis Dii, ejuſq; Hegumenis ſive Archimandritis, ac eorum zelo in defendenda contra Acacium orthodoxa religione. Qui autem literat monachis Acametis ſeu Dienſibus dedit miſſus a 1. Felice Defenſor Eccleſiæ,* Totus, *ſeu* Turus, *appellabatur. Addit Liberatus* epiſtolam ab Acæmeto in pallio Acacii ſuſpenſam fuiſſe.

C 21 Acacius, *inquit Theophanes*, abſque ullo motu depoſitionem accepit, & Felicis nomen eapunxit. *Atq; ut Liberatus tradit cap.* 18. patrocinante Imperatore, remanſit uſque ad mortem ſacrificans. *Nam, teſte Facundo Epiſcopo Hermianenſi in Africa in libello contra Mocianum*, ſupradictus Zeno Sedis Apoſtolicæ decreta contemnens, prædicto Acacio communicabat, & omnes Eccleſias in ſui regni finibus conſtitutas idem facere compellebat. *At non diu vixit Acacius, cujus obitum ponit Theophanes anno Zenonis* 15. *Et Liberatus*. In iſtis turbis, *inquit*, conſtituta Eccleſia moritur Acacius. *Ad annum* 488. *refert Baronius, ad ſequentem Victor Tunnunenſis, dum* Conſulatum Euſebii *exprimit*.

22 *Theophanes eodem anno Zenonis XV. de Acacii ſucceſſoribus ita tradit*: Acacio defuncto Phravitas (*qui ab aliis etiam* Flavitas & Flavianus *appellatur*) tres menſes Epiſcopatu potitus, Felici literis ſignificat, ſe cum illo quidem communionem habere, cum Petro Moogo nullam. In adverſum Mongo ſcribit, ſe eum illo communione conjungi, a Felice vero ſe penitus alienum. Felix porro de literis ad Mongum datis, eum ab orthodoxis certior factus fuiſſet, Phravitæ legatos eum ſynodalibus litteris ad ſe adventantes minus honorifice tractatos dimiſit, *aut, ut vertit Anaſtaſius*, eum inhoneſtate dimiſit. *Grace, ἀτίμως ἀπέπεμψεν. Nicephorus lib.* 16. *cap.* 19. *ἀτίμως διαπεμψάμενον. At pergit Theophanes*: Phravita vero mortuo Euthymius, Presbyter & pauperum in urbe Neapolitana rator, Conſtantinopolitanum Epiſcopatum aſſecutus eſt. In extemplo Petri Mongi nomen e ſacris tabulis erafit manibus propriis, & Felicis Pontificis Romani repoſuit: atque ita reſedit in throno. *Hac Theophanes ad dictum annum* 15. *Zenonis: e quibus illa, quæ ad ſucceſſionem Euthymii ſpectant, ſecundum Baronium ad annum* 489. *referenda ſunt. Evagrius cap.* 23. Euphemius *inquit*, eum litteras Petri Mongi de mutua inter ipſos communione accepiſſet, animadvertaretq; eas Actis Concilii Chalcedonenſis anathema indixiſſe, valde animo commotus eſt, ſeq; a Petri communione penitus ſejunxit ..... Quapropter cum Euphemius & Petrus eſſent inter ipſos graviter dimicaturi, & ſynodos alter adverſus alterum convocaturi, Petrus ceciſſit e vita: *cujus obitum tradit Theophanes ad annum* 16 *Zenonis*. Hoc anno, *inquit*, Petrus Mongus Alexandriæ deceſſit e vivis: & Athanaſius cognomine Celites in ejus locum promotus eſt. *Et anno Zenonis* 17. Petrus, *inquit*, Fullo, *Epiſcopus Antiochenus*, interiit, & Palladius ſanctæ Protomartyris Theclæ Eccleſiæ, quæ eſt in Seleucia, Presbyter promotus eſt Epiſcopus. *Cujus interim annum primum cum* 16. *anno Zenonis in profixa tabula conjunxit, ac poſtea ad annum* 1. *Anaſtaſii Imperatoris Petrus Fullo petit ab exilio reditum ad Sedem Antiochenam, qua arbitramur ad dictum annum* 16. *Zenonis referri debere, eumque anno frequenti mortuum eſſe, ubi Grace τεθνηκὼς legitur.*

23 *Hæc de tribus Sedium Patriarchalium Epiſcopis, in anathematis damnatione contra eos ac. Felice latis miſere extinctis: cum quorum obitu necdum optata Eccleſiis Orientalibus exorta pax eſt: quod Euphemius Conſtantinopolitanus impedimentum poſuerit, ut ad annum Zenonis* 17. *ita expoſui Theophanes*: Hoc anno ſynodales Euphemii literas Felix accepit, & ut Catholico communionis impertit conſortium: haud tamen Epiſcopum agnovit, quod Acacii ejuſque in Epiſcopatu ſucceſſoris Phravitæ nomen e tabulis Eccleſiaſticis non eapunxerat. *Qua eadem ſcribit Nicephorus lib.* 16. *cap.* 19. *Liberatus cap.* 18. *aſſerit* Euphemium a Felice Papa ſuſcepiſſe ſcripta, *ſed qua Baronius ad an.* 489. *num.* 1. *intelligit* non communicatoria, *ſed* commonitoria: ſicut & reperiuntur, *inquit*, litteræ quas S. Felicis ſucceſſor Gelaſius ad eumdem Euphemium ſcripſit, quibus eum admonuit, ut nomen Acacii aboleret, ſi vellet conſequi Eccleſiæ Catholicæ communionem. *Eſt hæc prima Gelaſii epiſtola a pag.* 87. *in tom.* 10. *Conciliorum editionis Regiæ relata. Ceterum Zeno Imperator eodem Imperii anno* 17. *ſecundum computum Theophanis, tomitiali morbo extinctus eſt, Indictione* 14. *& in ejus locum ſuffectus Anaſtaſius Silentiarius, eadem Indictione* 14. *anno* 495. *magno feria quinta ſolemnitatis Paſchalis, ſive hebdomada ſanctæ, die* 18. *Aprilis, qui mendoſe apud Theophanem dicitur* 14. *Aprilis. Nam Paſcha contigit* 21. *Aprilis, cyclo Solis* 24. *& Luna* 17. *littera Dominicali F. Hic Anaſtaſius poſt annos Imperii* 8. *ipſo etiam majore hebdomade fulmine ictus interiit die* 11. *Aprilis anni* 518. *quando cyclo Lunæ* 6. *Solis* 23. *littera Dominicali G, Paſcha celebratum fuit* 15. *Aprilis. Succeſſit Juſtinus ſub quo miſſa ab Hormiſda Papa legatione damnati hæreſcos ſunt Neſtorius, Eutyches, Dioſcorus Alexandrinus, Timotheus Ælurus, Petrus Mongus, Acacius Conſtantinopolitanus, & hujus ſucceſſorum Phravita, Euphemii, Macedonii & Timothei nomina e Dyptychis eraſa, uti etiam Zenonis & Anaſtaſii Imperatorum. Hæc poſſimum peracta eſſe feria* 5. *hebdomadis majoris anni* 519. *conſtat ex epiſtola Legatorum ad Hormiſdam Papam, quæ pag.* 519. *& ſequentes tomo* 10. *Conciliorum. Hic Facundus contra Mocianum, relata Zenonis pervicacia, addit:* Anaſtaſio deinde in impe-

anno ſcripto Venantio Conſule

Petrus Mongus, anno ſequenti expunctus e dyptychis Conſtantinopolitanis

& Petrus Fullo anno Sedi dejecto.

Ob eamdem Acacii non expunctionem actum Romæ ſub Felice.

tradito Acacio a monachis Dienſibus, idque martyrio affectis

moritur Acacius,

an. 488. aut 489.

ejus ſucceſſor Phravita,

ceciſſo ab S. Hormiſda ſub Juſtino Imp.

an. 519.

AUCTORE G. H.

A

sium & præſumptionem ſimilem ſuccedente, omnis Oriens, præter admodum paucos, qui in illo multitudine occulti latebant, a communione Sedis Apoſtolicæ per annos ferme quadraginta (*a temporibus S. Simplicii, quo ſchisma hæc hæreſis cœpit*) uſque ad tempora Juſtini permanſit. Et cum quidam per illud tempus ejuſdem partis Epiſcopi communionem Sedis Apoſtolicæ ſibi ac ſuis Eccleſiis poſtularent, non impetraverunt, donec Principi Juſtino temporibus Acacii damnationi ſubſcriberent.

§. V. Reliqua S. Felicis geſta, obitus, ſepultura.

24 HActenus egimus de graviſſimo diſſidio Epiſcoporum Orientalium ſub Imperio Zenonis & Anaſtaſii, qui ideo fuere a S. Felice Papa ſancta Romana Eccleſia communione privati. Nunc pauca reſtant, circa Eccleſias Africanas ab eodem S. Felice conſtitutas. Ingemiſcebant ea jam pridem ſub Regibus Vandelis, Ariana hæreſi infectis, primo ſub Geiſerico invaſore, deinde ſub ejus filio Hunerico, qui primis annis Sedis S. Felicis gravem adverſus Catholicos perſecutionem movit, aut certe ſupino motâ renovavit. De illuſtribus Martyribus tunc cæſis, & variis Confeſſoribus in exilium miſſis, ſupius toto hoc opere agimus. Sed non evaſit truculentus tyrannus ultricem ſupremi Judicis manum. Nam, ut Victor Uticenſis, cum lib. 3. perſecutionem hanc Vandalicam enarraſſet, ſub finem tradit, ſceleratiſſimus Hunericus meritorum ſuorum mortem conſummavit, dum putrefactum & abullientis vermibus non corpus, ſed pariter corporis ejus viderentur eſſe ſepultæ. *Honorico ſubrogatus Gundabundus, ejus ex fratre Gunzone nepos, pacem nec Eccleſiæ reddidit, & Catholicis ab exilio permiſit reditum. Cum eſſent ergo Gundabundi indulgentia Epiſcoporum & aliorum orthodoxorum relaxata exilia, ubi, qui ante ad Arianos tranſierant, atque, ab eis fuerant baptizati, nunc reſipiſcentes, medicinam quæſivere vulneribus, ſed quod ab orthodoxis Confeſſoribus ab exilio reverſis vitarentur, confugerunt ad Romanam Eccleſiam, ejuſque Paſtorem ſummum S. Felicem, ut is pro mentre ſua dignaretur lapſis & reſurgere deſideranibus manum auxiliatricem porrigere. Pontifex evocatis triginta octo Epiſcopis ſynodum coegit in* baſilica Conſtantiniana, ſub die 3. Idnum Martiarum, Flavio Boetio V. C. Conſule, *anno Chriſti* 487. *& pro qualitate delictorum opportuna remedia adhibuit, ex quibus aliquot capitibus doſinxi, quæ a pag. 77. in dicta Conciliorum tome legentur: ubi pag. 78. Epiſcopis longo ordine receſſitis:* Felix Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romanæ præſidens ſynodo, dixit: Communis dolor & generalis eſt gemitus, quod intra Africam rebaptizatos etiam Epiſcopos, Presbyteros, Diaconoſque cognovimus: quæ res ſine dubio ad veſtræ quoque pervenit auditum ſanctitatis: de quo quid obſeſs veri debeat, ordinare nos convenit. Proinde ut manifeſta ſit ſuper hoc noſtræ ſententiæ, quæ nobis ſunt viſa recitentur. *De hac ſua ſententia ſcripſerat epiſtolam, ad univerſos Epiſcopos per Africa provincias conſtitutos, qualem in confeſſu Patrum fuit, & ſententia eorundem approbata. Legitur ea epiſtola a pag. 36. in dicta* 10. *Conciliorum tome, conſignata Idibus Martii, Dinamio & Subidio Coll. Roma ſcilicet detenta ad annum* 488. *quo in Africam miſſa eſt. Reliqua ibidem lege poſſunt, & a Baronio in Annalibus ad an.* 487. *num.* 1. *& ſeqq. explicantur.*

25 *Premebatur Hiſpania ſub ſervitute Gothica, quo tempore Zeno inter Epiſcopos Hiſpalenſes receſſimus ibidem floruit, quem* 1. *Felix in ea epiſtola eidem ſcripta inter mundi turbines gubernatorem Eccleſiæ præcipuum appellat, cujuſdam Terentianum commendat. Reliqua circa Eccleſias Hiſpaniarum a* 1. *Felice decreta latent. Alia quædam Felicis Papæ epiſtola ad Cæſarium Epiſcopum ſuſpenſes diu tenuit vires doctas cum Boetii Conſulatus, poſt quem data vulgo annotabatur, congruores cum Felicis III. temporibus: unde & Baronius ad annum* 488. *num.* 7. *eam epiſtolam retulit. Verum diligentia Jacobi Sirmondi noſtri diſcuſſa ſunt tenebræ, & reddita auctori ſuæ epiſtola, id eſt Felicis IV. cum ex codice Arelatenſi veram reſtituerit lectionem, qua data legitur poſt Conſulatum non Boetii, ſed Mavortii, anno Chriſti* 527. *quo vivebant & 1. Felix IV. Papa, & 1. Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis. At tempore 1. Felicis III. dominabantur in Gallia Alaricus Rex Viſigothorum, Gundobadus & Godegiſilus Reges Burgundionum, omnes hæreſi Ariana infeſti, & Chlodoveus I. Rex Francorum necdum ad fidem Chriſti converſus. Quæ hiſce temporibus vigilantia Summi Pontificis apud Epiſcopos Galliæ orthodoxos peracta ſint, etiam latent.*

26 *In geſtis Sammorum Pontificum apud Anaſtaſium aliuſque, pauca hæc obſervantur:* Feciſſe eum baſilicam S. Agapeti juxta baſilicam S. Laurentii Martyris. Feciſſe eadem ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decembrem conſecratos; Presbyteros viginti octo, Diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca triginta unum. *Demum* fuiſſe Pontificem temporibus Odoacris Regis, *quos ambos de imperio Italia vidit confligentes, eoque ipſe tempore mortuus eſt, quo Odoacer in urbe Ravennatum ab Theoderico obſidebatur, qui altero ab obita* 1. *Felicis anno interemptus eſt. Sedit* S. Felix annos octo, menſes undecim, dies 23. *aut ſecundum alios codices*, dies 15. *aut* 17. *vel* 18. Sepultus eſt in baſilica S. Pauli Apoſtoli. *Bucelinus in Sacrario Benedictino tradit* corpus ſacrum tanti Pontificis quieſcere in monaſterio S. Pauli Romano. *Victor Tunnunenſis*, Anaſtaſio & Rufo Coll. *inquit*, Romæ Eccleſiæ Præſuli Felici ſuccedit Gelaſius. *Annus is eſt* 492. *Marcellinus in Chronico, quod mirum eſt, in tempore Sedis multum aberrat. Nam* Indict. 5. Teocondo & Severino Coll. *hac ſcribit*: Romæ Eccleſiæ Felix 46. Epiſcopus ordinatus vitit annis 12. *qui numerantur ab anno* 482. *ad annum* 494. *ad quem* Afterio & Pompeio Coll. *ſtatuit* S. Gelaſium ordinatum, *cui dies* 21. *Novembris ſacer eſt.*

B

C

D

E

F

DE S. THEODORO SALO.

A G. H.

YYX. FE. Pſal. 36.

MIrabilem Deum in operibus ſuis agnoſcimus omnes, mirabilem eumdem depradicant ſacra litterarum in Sanctis ſuis: quos petiſſimam modo prorſus admirando addoxit ad perfectionem vitæ, ac tandem æternam ſalutem. Inter hos Sanctos eminent illi, qui, in vita ſanctiores, famam gloriamque mirabilium factorum de ſe ſparſam abolerent, neve ex ea inſoleſcerent, & ſalutis jacturam facerent, ſtultitiam ſimularunt, ac quadam paradoxa atque ab uſu vitæ communis remota admiſerunt. *Quæ res quam Deo grata fuerit, ſupius miraculis confirmatum eſt: quale legitur in Actis* 1. *Simeonis Sali ad Kalendas Julii illuſtrandis: cujus etiam funus cœleſtis ſymphonia Angeli celebreſtarunt. Similem Sanctum hoc die celebrant Græci in Menais, & apud Maximum Cythereum, his verbis:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀγίου Θεοδώρου τοῦ Χριστοῦ σαλοῦ τοῦ ἐν Ἐμέσῃ τῆς Φοινίκης. Eodem die S. Theodorus Salus, ſeu propter Chriſtum Rultus, in poco vitam fiervit. *Eumdem Græci in Menais comparant cum Davide Rege, qui* 1. *Reg. cap.* 21. *apud Achim Regem Philiſtinorum dementiam ſimulavit, dum, ut var.* 13. *legitur*, immutavit os ſuum *coram ſervis Regis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliva ejus in barbam, quando eum Achis hominem inſanum & furioſum, qui in domum ſuam ingredi non poſſet, judicavit. Imitatus Davidem S. Theodorus etiam diſſimulata prudentia, vitam peregit & æternam beatitudinem aſſecutus eſt. Reliqua alia haſtenus latent.*

D E

aut in exilium ſuos, 484.

In Africa a Vandalis multi martyrii palmam, aut in exilium ſuos,

ab exilio reverſi,

a S. Felice, habita ſynodo, ad ſuos remittuntur anno 487.

miſſa epiſtola anno 488.

alia epiſtola S. Felicis ad Epiſc. Hiſpalenſem,

non eorum ad Cæſarium Ep. Arelatenſem;

baſilicam S. Agapeti struxit;

conſecrat Ordinationes ſuas;

ſedit fere 9 annos,

ſepultus in baſilica S. Pauli.

Digitized by Google

DE S. ALDETRUDE VIRGINE,

ABBATISSA MALBODII IN BELGIO,

Commentarius prævius.

G. H.

SUB FINEM SECULI VII XXV. FE.

1 MAlbodii, *ſive* Melbodii, *quod oppidum eſt Hannoniæ in Belgio ad Sabim fluvium, extat perveteſtum nobilium Canonicarum collegium, a* S. Aldegunde *nobiliſſima Virgine extructum, uti fuſe dictum eſt ad ejus Vitam* 30 *Januarii. Hujus Virginis ſoror fuit* S. Waldetrudis, *neptis* S. Vincentio Comiti: *colitur ipſa* 9. *Aprilis, maritus* 14. *Julii. Eorum filia fuerunt* SS. Aldetrudis & Madelberta Virgines, *atque amba poſt* S. Aldegundem *materterum Abbatiſſæ Malbodienſes, prior* Aldetrudis, *quæ* 25. *Februarii colitur, tum* Madelberta, *cujus dies natalis incidit in* 7. *Septembris.*

Sanctæ Aldetrudis familia nobilis & ſanctæ.

Acta MSS.

2 *Acta aliqua* s. *Aldetrudis damus ex codice mſ. monaſterii Rubeæ Vallis prope Bruxellas, inſerta primæ parti Hagiologii Brabantinorum. Horum Actorum prior pars legitur in mſ. Breviario Montenſi itidem pervetuſti nobilium Canonicarum collegii, a* s. Waldetrude *in ea urbe condito. Hæc*
B *pars eſt in illo Breviario diſtributa in novem Lectiones, quibus additur hæc Oratio in ejus feſto recitanda:* Beatiſſimæ Aldetrudis ſolemnitatem agentes, tuam, Domine, deprecamur clementiam, ut per ejus preces aſſiduas a cunctis criminibus nos abſolvas. *Colitur etiam hac tempore* s. *Aldetrudis Officio novem lectionum in Eccleſiis collegiatis Canonicarum Malbodienſium ac Monaſteriis & ſecundi Nocturni lectiones ex eiſdem Actis recitantur, exceptis paucis, quæ ex Geſtis* s. *Aldegundis emendantur, quæ ſic in priore Vitæ pag.* 1039. *num.* 22. *leguntur:*

officium Eccleſiaſticum;

3 Chriſti ſecuta veſtigia beata & venerabilis Virgo Aldegundis, inter ceteras, quas diabolo ſubtrahens, Chriſto lucrata fuerat, filiam quoque furoris ſui Waldetrudis, nomine Aldetrudem, ab ipſius cunabulis in monaſterio regulariter educaverat. Quæ quotidie excubans ſecus pedes amitæ ſuæ, ut altera Maria, ad ejus vitam & mores inſtituebatur. Erat quippe ſummæ humilitatis & obedientiæ: quod ut omnipotens Deus mortalibus patefaceret, juſſit materfamilias B. Aldegundis eidem adoleſcentulæ, ut fragmenta ceræ coacervaret in unum, & igni ſuperpoſita cogerentur in maſſam. Illico dicto citius paruit, ignem accendit, * vaſculum id eſt, pelvim, cera plenum ſuperimpoſuit. Cum ecce rogo victore ſubjectæ materiæ, ſtrue lignorum decidente, concha fervens in partem ſe vertens animoſitatem ignis ſubminiſtravit. Quod cernens virgunCula bonæ indolis Aldetrudis, vehementer tanto indoluit damno, feſtinanſque nudis manibus, ac brachiis exertis vas de incendio caloris cum cera liquefacta ab igne liberans, in pavimentum poſuit. Intercedentibus ſiquidem orationibus beatæ Virginis, & obedientia illius ſuffragante, nil læſionis in carne & cute ipſius repertum eſt.

ſub s. *Aldegundis magiſtra ejus educatio;*

** al. vaſcellum obedientia miraculo aſſirmata;*
C

4 *Hæc auctor prioris Vitæ, quæ in altera Vitæ auctore Hucbaldo paullo aliter pag.* 1044. *num.* 16. *ita referuntur:* Duas autem neptes, filias ſororis ſuæ, cum magna diligentia regulariter S. Aldegundis erudiebat, & ut Dominum Chriſtum ſibi ſponſum eligerent, aa ipſis infantiæ rudimentis diligenter edocebat. Harum una Madelberta, altera vocabatur Aldetrudis. Quæ videlicet Aldetrudis, puella bonæ indolis, materteræ ſuæ mores & vitam ſatagebat imitari, ſecuſque pedes illius indefinenter accumbens, doctrina vitæ fitiebat informari. Quæ cum multis floreret virtutibus, humilitati præcipue & obedientiæ dedita erat. Huic aliquando beata virgo Aldegundis præceperat, ut fragmenta ceræ coacervaret in unum, ſollicita ne vel minima rerum monaſterii deperirent. Illa dicto citius paruit, diſperſa ceræ fragmenta collegit, ignem accendit, vas æneum, id eſt, pelvim, cera plenum ſuperimponit. Sed cum dominante flamma ſtrues lignorum jam combuſta decideret, atque ſartago fervens, ignis ardore circumcincta in partem alteram declinaret, ac magis inde locus exæſtuaret, timens virguncula, ne quid damni contingeret, armata fide, manibus nudis extentiſq; brachiis de medio flammarum luteretn bullientem feſtina ſuſtulit, nihilque penitus in cute ſuæ carnis perpeſſa læſionis, in pavimentum depoſuit. Tantum apud Deum & meritum jubentis & virtus obedientis ſine dubitatione promeruit. *Hæc Hucbaldus: quæ in Actis mſſ. diverſimode, ut mox conſtabit, narrantur.*

& fidelis in Deum laudatur;

5 *De tempore, quo potiſſimum floruerit* s. *Aldetrudis, hæc tradamus: primo, Acta num.* 1. tempus Dagoberti inclyti Regis Francorum *aſſignant, quo loco Dagobertum primum, anno* 644. *mortuum, intelligi innuit prima Vita* s. *Aldegundis pag.* 1040. *num.* 17. *his verbis:* Sepulta eſt ergo amantiſſima Chriſti Virgo Aldegundis, ſponſa Domini, E habitaculum Spiritus ſancti in villa ſuæ quondam ditionis, ubi animam reddidit Creatori ſuo, vocabulo Cutiſſolra, ubi uterque ſuus parens tumulati eſſe dicuntur. Poſthæc a Rege inclyto Sigeberto atque beatiſſima Virgine Aldetrude Abbatiſſa translatum eſt corpus ejus in municipium Malbodium. *Eſt* 11 s. *Sigebertus Rex Auſtraſiorum, mortuus anno* 664. *Kalendis Februarii, ad quem diem Vitam ejus dedimus, ac chronologiam Regum Francorum ſtirpis Merovingicæ ordinavimus; ſub cujus regno* s. *Aldegardem circa annum* 661. *ſuſcepiſſe ſacra religionis velamine ſeſe in ſponſam Chriſto ſacratam a ſanctis Epiſcopis Autberto & Amando, diximus* 6. *Februarii ad hujus Vitam pag.* 835. *num.* 98. *Mortuum eſſe* s. *Amandum anno* 684. *oſtendimus pag.* 837. *num.* 107. *Hujus gloriam vidit* s. *Aldegundis non poſt mortem ejus, ſed cum adhuc vivus in lucrandis Deo animabus defudaret. Uter autem prior obierit, Amandus an* s. *Aldegundis, incertum. Præerat illis temporibus regno Auſtraſiorum Dagobertus II. filius* s. *Sigeberti, quando ſub* s. *Aldegunde maretera ſanctioris vita exercitationes obibat* s. *Aldetrudis: a qua & forſan Theoderico Rege, Dagoberti II. ſucceſſore, corpus eſt ejuſdem* s. *Aldegundis tranſlatum, uti ex eo ad illius Vitam annotavimus. Demum cum annis duodecim Abbatiſſa nobile illud collegium rexiſſet, ad præmium laborum evocata, ſub finem ſeculi ſeptimi e vita exceſſit.*

Ao ſub Dagoberto I. vixerit?

an ſub s. *Sigiberto;*

an poſtea ſub Dagoberto II.

& Theodorico?
F

6 *Inſcripta eſt ejus memoria pervetuſto mſ. Cenulenſi, ſive* s. *Richarii, ad* 25. *Februarii his verbis:* Natalis S. Aldetrudis Virginis. *Ado mſ. monaſterii* s. *Laurentii Leodii:* S. Altrudis Virginis filiæ S. Waldetrudis: *additum, erat antiqua manu:* Quæ apud Marnam in magna veneratione, & pro præſentia corporis & pro virtutum ejus efficacia habetur. *Agunt de eadem Molanus in auctario Uſuardi, in Indiculo & Natalibus Ss. Belgii, Sanſajus in martyrol. Gallicano, Miraus in Faſtis Belgicis, Wion, Menardus, Dorganius, Baſelinus in martyrol. Benedictinis. Colganus de eadem egit in Actis Sanctorum Hiberniæ quaſi patre Hiberno nata foret, quod ſuo tempore diſcutiemus. Meminerunt etiam Gelenius in Faſtis Colonenſibus, Ferrarius in Catalogo novo, Labierius in Menologio Virginum aliiq; ſcriptores rerum Belgicarum. In Florario mſ. ad* 28. *Januarii ita habetur:* Malbodio monaſterio, natale S. Aldetrudis Virginis, filiæ S. Vincentii Comitis Hannoniæ, & Abbatiſſæ Canonicarum ex ſtirpe Carolidarum prodeuntis. *In quodam recentiori mſ. refertur* 15. *Martii. Nonnulli eam*

poſtea 25. Februarii;

28. Jan. & 25. Mar.

A *volunt filiam eſſe S. Bavonis, de qua ſupra inter Prætermiſſos egimus.*

VITA

Ex duobus codicibus MSS.

collata cum Lectionibus Breviariorum.

1 FUit, ſicut vetuſta docet ſeries, ſub tempore Dagoberti inclyti Regis Francorum, quædam puella, genere nobilis, ſed nobilior fide & operibus, *a* nomine Aldetrudis, filia illuſtris viri B. Vincentii & ejus electæ conjugis Waldetrudis: quæ ab ipſa genitrice ſua tradita fuerat beatæ ac ſacratæ Virgini Aldegundi Abbatiſſæ, germanæ præfatæ Waldetrudis, matertetæ ſuæ, ad erudiendum ac ſanctam regulam edocendum: cujus ſectans exempla advitam pervenit beatam. Si dicere aut narrare quis cupit, vitam *b* ejus, exemplis oſtendituir evidenter, quod cujus imitata eſt veſtigia, ipſam poſt ſecuta eſt in cœlis. Quæ cum adhuc in puerili ætate in monaſterio poſita, a beata enutriretur conſanguinea, Evangelii auditis ſententiis, cœpit animum ad amorem patriæ cœleſtis exercere, atque ad beatam æternamque vitam anhelare. Inter hæc cœpit ſollicite cogitare, & ſancta nutrix ipſius Virgo Chriſti Aldegundis inceſſanter eam admonere, ut virginitatis ſervaret palmam, & bonis operibus ſuam ornaret lampadem, quatenus veniente ſponſo, non cum ſtultis virginibus pulſans & clamans, remaneret foris ad januam, ſed cum electis coronaretur in gloria. Nam quos omnipotens Deus, inquit, ſui deſiderii amore videt accenſos, eos per multa argumenta attrahere non deſiſtit, ut magis ac magis exonerati animo ad calorem fidei inardeſcant: quatenus ad deſtinata præmia tenaciter ſeſtinent, ac mundi illecebras perhorteſcant, & calcando per anguſtum callem, ad illum perveniant, coram quo ſe credunt in ampla beatitudinis ſede permanere.

2 Hæc deſiderans beata Virgo cœpit lubricas vanaſque hujus ſeculi pompas deſpicere, atque amare cœleſtia, in orationibus crebra, in vigiliis aſſidua, in eleemoſynis larga, *d* omnique proſperitatis ſtudio gregem Chriſti ſancta gubernans ſub norma, velut amica piiſſima, cum de rebus monaſterii more ſolito curam gerens, juſſit coram ſe fragmenta ceræ in unam maſſam fundere, ac in pelvi quadam refrigerari. Cera liquefacta nimio calore ignis ac flammæ, redundante cacabo, conſcendit in altum. Tunc præfata famula Dei, dolore detrimenti commota, ſtupefactis miniſtris, indubitanter cucurrit, nudiſque manibus vas ſimul cum cera ab igne ferventi abſtulit, & in pavimento depoſuit, brachia manuſque ac digitos igne ac cera habens perfuſa. Factumque eſt intercedentibus meritis beatæ Virginis, ut nec in carne nec in cute ipſius ullum incendii aut doloris ſignum appareret.

3 *e* Jamque in aſſertione bonorum operum cœpit Dominus fidelibus ſanctimonialibus per viſum noctis viſiones Angelicas demonſtrare. Quadam igitur nocte cum ſe ſopori dediſſet, unæ e Sororibus vidit quaſi ſtellas deſcendere & aſcendere, & quærebant eam ut iret ad nuptias ſponſi. Cumque hanc retuliſſet Sororibus viſionem, nimio amore gaviſæ glorificabant Dominum, qui ſibi fideles cœleſtes vocat ad nuptias.

4 Cumque jam eſſet Mater cœnobii, plebiculamque Chriſti regens ſub dextera, intempeſtæ noctis ſilentio cum ſe in accubitum colligens poſt petactum officium, pauliſper ſomnum arripuiſſet; una e Sororibus vidit, ante eorum uſum hilari vultu aſtare beatiſſimum Apoſtolum loquentem cum ea, & dicentem ſibi: Forti animo eſto, Virgo amabilis, nam te tuaſque famulas in perpetuum cuſtodiam, hoſtiliſque antequam evacuabo inſidias. Denique iterum videns ſuper Isbia ejus favum mellis luciſluum, ſcalamque etectam uſque ad cœlum, aſpexit quomodo Virgo Chriſti conabatur per eam aſcendere. Hæc audiens beata Virgo, gaudens exultabat in corde ſuo.

5 *b* Præterea quadam nocte Dominica ſtans in platea Aldetrudis Chriſti famula, a quadam Sorore fideli, ſuſtinente manum ejus dexteram, & audiente ſonitum vitorum loquentium ei, neminem autem videnti, ſciſcitabatur quid loquerentur ei. Quæ reſpondit: Audivi eos loquentes: Quia Regina eris, & Regi æterno ſociaberis. At illa animo lætata, & præ gaudio percutiens pectus ſuum, genibus flexis diuc: Domine, quomodo fiet iſtud cum ſim peccatrix & indigna nimis?

6 Interea videns famula Dei ſupramemorata aquilam volantem ad cœlum, cujus tenens alam beata Chriſti Virgo Aldetrudis dexteram in manibus, intuita eſt, quomodo alia ſequebatur eam poſt tergum: quæ tandem cœlos ſimul penetraverunt, & factus eſt ſplendor magnus, & vociferatæ ſunt aquilæ dicentes: Evaudita eſt oratio tua.

7 Nihilominus de viſionibus aſſiduis triſtabatur Virgo Chriſti, timens accepta minime fore ipſius oracula. Deprecabatur ergo Dominum cum lacrymis dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui nolti omnia, antequam fiant, oſtende indignæ ancillæ tuæ occulta ſapientiæ tuæ, ut te in omnibus laudare valeam, & inter choros ſanctarum Virginum aggregari merear, qui es benedictus in ſecula, Amen. Factoque fine, ſeſſa ab oratione cum ſe ſopori dediſſet, conſpexit in viſu, quaſi ſtaret ſola in platea, intuitum dirigens ad Meridiem, & vidit ingentem maſſam cryſtalli, ad inſtar globi clariſſimi, tranſeuntem ante ſe: quia pergens per partes Orientales, cupiebat manu apprehendere, ſed cum velocitate pertranſiit. Tandem a ſomno excitata, gaudio magno glorificabat Dominum, dicens: Ecce cryſtallum lucidiſſimum quod deſiderabam videre.

8 Poſt dies non multos venit quidam Presbyter boni teſtimonii, narrans et, quod vidiſſet in viſione noctis Epiphaniæ hominem ſubtilem optime ornatum, qui venit quaſi Rex ab Oriente afferens in manu ſua virgas tres flotigeras, quas dedit ipſi ſanctæ Virgini Aldetrudi, dixitque illi: Reges eos in virga, & creſcebant in manu ejus uſque ad nubes. Quod audiens illa, velut a gravi ſomno expergefacta, tremens, flexiſque genibus cum lacrymis, clauſo aſtoris oſtio, intravit in ſecretum cubiculum cordis ſui, deprecans Dominum, & dicens: Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Salvator meus, & te ſuſtinui tota die.

9 Iterum dum ante fores ſtaret eccleſiæ ſola in platea, nulluſque cum ea, aſpiciens ad Meridiem audivit contrarium magnum in cœlo, & ecce fulgur egrediebatur magnum ſplendens nimis in oculis ejus, quæ expavit timiitque valde, dicens: Domine Jeſu Chriſte, tibi commendo ſpiritum meum. Aſpexitque ſubito, & vidit ante ſe in ſpecie viri pulcherrimum juvenem, dicentem ſibi: Noli timere, propitius ero tibi. Intelligens itaque Dominum eſſe Jeſum Chriſtum in conſortatione animi ſui, ne trepidaret, benevola extitit & ſecura: quoniam non deſpicit Dominus poteutes ſe, ſicut ipſe in Evangelio loquitur: Quæcumque perieritis Patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Et iterum: Qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur.

10 Porro videns quædam religioſa Soror venientem Dadonem Epiſcopum, qui alio nomine vocatus eſt *i* Audoenus, recepit ei vitam beatæ Virginis Chriſti a principio, haud dubium, quin ut habetur memo-

a S. Aldetrudis filia SS. Vincentii & Waldetrudis,

b apud monteremum S. Aldegundem Malbodii adnotatos;

B adoctur ſanctis obtare;

c virginem cœleſtibus animam applicat;

d

C

e ab igne ſuo, quem illæſa ſuſtinet; fit Abbatiſſa; viſa, ſe invitari ad nuptias ſponſi Chriſti;

D viſa item a S. Petro exultium adducere exultari,

b

Regina futuri;

myſtice declarantem preces ejus exaudiri;

E

Orat diligenter ut in via ſalutis a Chriſto;

f & viſionem confirmatur;

alia viſione ut Presbyter bene facta animatur;

F

ob tactum & fulgur terretur, Chriſtum confolantem agnoſcit;

Joan. 16. 23. Luc. 11. 10.

i

A memoriale ipſius in Malbodienſi cœnobio: veluti *k* Sobnias Abbas fecit de Nivellenſi monaſterio. *l* Tandem ſponſa Chriſti hoc triſte ſeculum derelinquit die vigeſima quinta Februarii, & ad ſponſum ſuum feliciter migravit, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus trinus & unus, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

k pio magiſtro.

l MS. Monenſe, cognomentum. b Idem nutriendum.
c Idem exhortari animus.... inardeſcat.
d Ita MS. Monenſe. At MS. Rubea Vallis, Omneſque ſeculi proſperitates deſpiciens ſtudioſa gregem..... velut matertera piiſſima, quæ dum de rebus.... gereret. *In lectionibus eumdem ipſa ſe amplificantur*: Et in omnibus materteræ ſuæ veſtigia & mores ſtuduit imitari: eumque multis floreret virtutibus, humilitati puerilium & obedientiæ dedita fuit, quam in ea Deus inſigni miraculo remuneravit. Cum enim aliquando beata Virgo Aldegundis ei præcepiſſet, ut fragmenta ceræ coacervaret in unum, illa ciriſſime parens, fragmenta collecta vaſi æneo ſuper ignem imponit. *Quæ ex Vita S. Aldegundis excerpta ſunt.*
e *In Lectionib. eumdem ipſa præponuntur*: Succeſſit B. Aldegundi materteræ ſuæ in regimine Malbodienſis monaſterii, illudque poſt eam ſanctiſſime rexit duodecim annis.
f *Hic finit MS. Monenſe.*
g *Lect. eadem*: Beatamque Virginem Mariam, ut ad nuptias veniret Agni, invitantem.
h *Sequentia ſolum ſunt in MS. Rubea Vallis.*
i *Colitur 1. Audomari 24. Auguſti, quo die obiit an. 689. poſt cujus obitum adhuc ſuperfuiſſe 1. Adelrudis videtur.*
k Sobinus *dicitur ab Hucbaldo in Vita 1. Aldegundis quam eam ſcripſiſſe aſſerit.*
l *Lectiones excuſæ ita concludunt*: Tandem migravit in cœlum die vigeſima quinta Febr.

DE S. WALBURGE
VIRGINE ET ABBATISSA HEIDENHEIMENSI, EYSTADII IN GERMANIA,

B Commentarius prævius. G. H.

§. I. *S. Walburgis Vita a variis conſcripta.*

CIRCA AN. DCC LXXX. XXV. FE. 1 EYſtadium, *aliis* Eyſtettum, *vel* Aichſtadium, *quod credunt a quercubus iſtic ſacriſs nomen olim ſortitum, in Bavaria Tranſdanubiana ad Almonam, ſive Abmolam, fluvium, qui poſt aliquot anfractus in Danubium labitur Ratiſponam inter & Ingolſtadium: a quo quatuor ferme leucis Germaniis urbem illam diſtare verſus Septentrionem ferunt. Originem ea ſuam debet S. Willibaldo, fratri S. Walburgis, cui anno Chriſti 745. Epiſcopo ordinato ea regio obtigerat exolenda, ſed tota devaſtata, qua nullam in vicina domum, præter unicam Deiparæ Virgini dicatam adem habebat. Verum ſtructo ab eo monaſterio, accurrerunt qui poſſitis domiciliis locum vicinum majori indies frequentia colerent, donec in oppidum exierit, ut plenius 7. Julii ad Acta S. Willibaldi dicetur. Reliquiæ S. Walburgis poſtmodum ad idem oppidum tranſlatæ, miraculoſo olei fluxu illud celeberrimum reddidere.*

Eyſtadii

reliquiæ S. Walburgis

2 *Eyſtadio, qua verſus Mœnum & Franconiam itur, eſt* Heidenheimum, *vulgo* Haidnhaim, *locus a S. Wunibaldo, altero S. Walburgis fratre mediis inter ſilvas electus, in quo anno 750. monaſterium extruxit, & 761. ſanctè obiit, cujus Vita habitur 18. Decembris. In hoc Heidenheimo, loco a virorum monaſterio ſeparato, collecta ſanctimonialibus præfuit* S. Walburgis Abbatiſſa, *& fratri Wunibaldo ſuperſtes, utrumque monaſterium & Virorum & Virginum ſanctiſſimis formavit inſtitutis.*

quo Heidenheimenſi Abbatiſſa obiit.

C 3 *Horum trium Sanctorum pater fuit* S. Richardus, *ad cujus Vitam 7. Februarii editam diſcuſſimus. Acta varia de S. Willibaldo, Wunibaldo & ipſo Richardo diverſi ſeculi ſcripta, inter quæ pag. 69. cenſemus eminere* Hodoeporicon S. Willibaldi *& Vitam* S. Wunibaldi *ab hac* S. Walburge *aut altera ſaltem conſanguinea eorum elaboratam. Accedunt proxime Acta S. Walburgis ſecula integro poſt ejus obitum ſcripta a Wolfhardo Presbytero, qui cœnobii Haſenrietani traditur monachus fuiſſe, aut certe ex monacho Canonicus factus. Nam (* ut anonymus Haſenrietanus *Gundackaro* tt. *iſtius nominis,* XVIII. *Epiſcopo Eyſtettenſi anno 1075. defuncto, familiaris & ſuperſtes aſſerit*) inter innumeras pietatis & virtutis opera Erchenbaldus Haſerenſem Abbatiam, tunc Fuldenſi, Elenwangenſi & Derenſi Abbatiis jure & divitiis æqualem, S. Willibaldo acquiſivit: ſed tamen non totam. Arnulphus quippe tunc temporis Princeps eamdam Abbatiam precibus & ſervitio prædicti Antiſtitis devictus (oblatis prius regalibus circa Rhenum curtibus, in quibus & Thusburg cum omnibus ſuis pertinentiis) ad Eyſtattenſem Epiſcopatum regali dotarunt tradidit, & chirographo aureis litteris inſcripto ſtabilivit. His ita peractis prudens Epiſcopus ejectis monachis Canonicos ibi fecit. *Hac anno Imus apud Greiſerum in Catalogo Epiſcoporum Eyſtettenſium in Erhambaldo* VIII. *Epiſcopo, ait Wolfhardus inſcripſit Vitam S. Walburgis quatuor libris diſtinctam: in quorum primo, qua ab ea vivente acta ſunt, complectitur, pluribus proſequitur eodem libro primo & tribus ſequentibus miracula poſt mortem in monaſterio S. Salvatoris Monheimenſis patrata. Eſt* Monheim, *ſeu* Monenheim, *eſſe Stevartio*, civitatula ſub ditione Comitis Palatini Neoburgici, non procul a Wenduga Bavariæ, *adde & Pappenheimio. Eo particula reliquiarum S. Walburgis anno 893. regnante Arnulfo, accedam Imperatore, delata dicitur num.* 10. Hæc *Wolfhardo* ſcribere deſideranti narravit, qui interfuit & reliquias apto locello recondidit. *Miracula quæ deus illic patrata narrat, intra triennium omnia contigerunt: plurimi a morbis ſanati, cum ſcriberet, in vivis ſupererant; alia aſſerit evidenti ſibi ratione comperta.*

ipſius S. Walburgis a Wolfhardo de Prieſby. tro edita lib. 4

eam miracula

illius ævo poſtrema

4 *Librum primum Wolfhardi edidit Henricus Caniſius tomo 4. Antiquarum lectionum ex codicibus MSS. Eccleſiæ Cathedralis Ratiſponenſis & monaſterii Eyſtettenſis Ordinis Prædicatorum, qua deinde ex Caniſio tertia editione, Vitarum Surii ab aliis adornata, adjuncta ad Kalendas Maji. Idem Caniſius ſub finem tomi 4. ex codice MS. Windbergenſi in Bavaria variat publicavit a ſe obſervatas in dictum librum primum lectiones. Duo & nos nacti ſumus alia hujus libri exemplaria ex codicibus MSS. archivi Epiſcopalis Eyſtettenſis & monaſterii S. Galli, cum aliqua parte ex codice monaſterii Badicenſis in Weſtphalia deſcripta: quibus inter ſe collatis novam hanc libro ceſerimus lucem. Cum interim poſt hunc librum a Wolfhardo editum, miracula quotidie ad baſcæ S. Walburgis reliquias multiplicarentur, ſubſequentibus annis 894. & 895. ſe tres alios libros diligenti appoſita vigilantia ſcripſiſſe ad ſecundum præfatur: cujus partem medium edidit idem Caniſius ex dicto MS. Windbergenſi. Illum integrum cum libro tertio & quarto habemus ex memorato codice MS. archivi Epiſcopalis Eyſtettenſis opera Suffraganei Principis olim tranſmiſſum. Duplex exemplar Eyſtettenſis monaſterii ſanctimonialium S. Walburgis & monaſterii Benedicto-purani, de quibus infra, habuit Stevartium, qui ex priore MS. rejectis in margine ex Benedicto-purano diſcrepantibus lectionibus, tres ultimos libros Wolfhardi integros primus publicavit, cum libri primi parte poſteriore & præfatione ad Erchambaldum.*

unde hic editus liber primus

& tres alii

AUCTORE G. H. A

dum. *Quæ vero a S. Walburge geſta ſunt aut reliquiarum translationes continent, ex variis collecta edidit Stevartius, quæ nos antiquitatis amantes ſingula ſeorſim damus, ac primo loco libros, ut diximus, quatuor a Wolfhardo conſcriptos.*

Wolfhardi Dialogus.

1 *Auctor hic in profatione ad librum 4. mentionem facit alterius a ſe conſcribendi operis, quod num dein præſtiterit, illudque in codicibus obſoletis adhuc delitescat, ignoramus. Verba ejus ſunt:* Libelli quarti exordium eapiam, & tranſcurſis ſtylo currente gloriosis ſacræ Virginis miraculis, ad promiſſum Dialogum veniam, ut in eo pro ingenioli quantitate ad miſſo, fudore decertem. *Quid eo in Dialogo promiſerit, aut etiam ſcripſerit, non conſtat: ſuſpicamur ad S. Walburgis laudes pertinuiſſe, ut hiſtorica carmina ab eodem in carcere ſcripta, ſi anonymo Haſenriedano, qui ſub Gundacaro 11. vixit, ſi ues habetur: de quibus apud Greſerum lib. 1. Obſervationum ad Vitam 1. Willibaldi cap. 1. hæc hiſtoriola profertur:* Cum graviter, inquit, contra Epiſcopum Erchembaldum deliquiſſet, & in carcerem miſſus, veniam per neminem impetrare potuiſſet. Egomet, inquit, interceſſor mei fiam, factiſque in carcere hiſtoricis de S. Walpurga carminibus, tandem egredi permiſſus, ut ante Epiſcopum venit, novum illud ſanctæ Virginis Reſponſorium alta voce percantavit: ſicque non ſolum veniam, verum etiam honorem & remunerationem promeruit.

& Reſponſorium.

B *Hæc ille anonymus, quem ſi Greſerus integrum protuliſſet, quam fidem mereatur, clarius conſtaret.*

6 *Hæc de Wolfardo, quo an alius antiquior extiterit ſcriptor Vitæ S. Walburgit, quari poteſt. Balæus centuria 2. Scriptorum Britannia, Centuriatores Magdeburgici centuria 8. Conradus Geſnerus in Bibliotheca, Joannes Piſeus de illuſtrib. Anglia ſcriptor. atate 8. aliique recentiores tradunt S. Walburgis Vitam fuiſſe ſcriptam a fratre S. Willibaldo Ep. Verum, quia nullum, quo iſta firmentur, proferunt argumentum, haud ſane tutum remur, priorum præſertim, Balæi, Geſneri, Magdeburgenſium, qui hæreticis fuerunt, ſtare auctoritate abſque ullo certiori antiquitatis veſtigio: quamvis non dubitemus quin illa, quo poſt integrum ſeculum ad memoriam pervenere Wolfhardi, non minus potuerint ſtatum ab obitu S. Walburgis, quam fratrum Ss. Willibaldi & Wunibaldi, edi, aut calamo ab aliqua minimum ſanctimoniali deſcribi: quæ deinceps facilius perſerint quod ea omnia a Wolfhardo accurate tranſcripta forent. Hujus levis ſaltem indicium eſt, quod in priore Prafatione, Erchambaldum, ut ſigna & portenta, quo illarum temporibus peragebantur, ut a ſe annotarentur, exegiſſe ſcribat, nulla Actorum in vita & obitu facta mentione. Eo cap. 1. & 2. fere continentur. Quæ cap. 3. de Tranſlatione reliquiarum ſcribuntur, ſi ipſe coram non adfuerit, potuit a variis & nominatim a Liubila tum ſanctimoniali Mœnebemenſi preſente accepiſſe, quæ Abbatiſſa adhuc ſuperarat, dum lib. 4. an. 895. aut ſeq. finem imponeret.*

Acta ejuſdem Walburgis ex ſcripta a Willibaldo

ætatem ſcripto?

C 7 *Alia S. Walburgis acta, antiquam etiam, ſed ex Wolfhardo contracta, addimus ex perveteribus codicibus MSS. Ultrajectinæ 1. Salvatoris, Trevirenſi duplici 2. Martini & 3. Maximini, & quarto codice Antuerpienſi Domus Profeſſæ Soc. Jesu. Ex hiſce Actis Lectiones recitari ſolebant in pluribus Breviariis antiquis, quæ etiam anno 1629. ad uſum Cathedralis Eccleſiæ Sprenſis ex antiquo Breviario Eccleſiæ Morinenſis ſunt recuſa. Tempus, quo hoc primum fuere ſcripta, quadantenus inſinuatur in epilogo his verbis:* Sed adhuc in diverſis per totum Francorum regnum provinciis, quæ ejuſdem Virginis reliquiarum pignoribus illuſtratæ conſiſtunt, quotidie plurac accellentiorique præconio digna efficiuntur. *De reliquiis & cultu S. Walburgis late propagato ſub finem noni, & initium decimi ſeculi, per diverſa Germania, Burgundiæ, Flandriæ & reliqui Belgii loca, agemus infra §. 5. 6. & 7. Inter Epiſcopos Ultrajectinos 19. fuit Adelboldus, anno 1008. ordinatus: quem vita hujus auctorem fuiſſe illud utcumque perſuadere videtur, quod præcipuam hujus vita exemplar Ultrajecti ſervatum fuerit, quod in eccleſia Titeuſi S. Walburgis a ſe reſtaurata collegium Canonicorum, ut infra dicetur, collocarit, quod ur ipſe hiſtoriarum ſcriptor, ſic ejus geſta ſcripſerit, qua ſingula teſtatur Wilhelmus Heda in Hiſt. Epiſcoporum Ultrajectinor. ubi de Vita 1. Walburgis iſta habet:* Referunt aliqui Adelboldum natione Friſium & nobilem extitiſſe. Sed ego potius Batavum crediderim, eum fratrem ejus prope Tielam io Sanctuica habitaſſe conſtet ex Vita D. Walburgis, quæ ab Adelboldo ſcripta erat. *Potuit fratris ſuo inſcripſiſſe, aut ejus ſaltem mentionem feciſſe in prafatione, quæ perierit. Eadem Acta, ſed breviorem in epitomen contracta, extant in Hiſtoria Sanctorum nova, ut olim appellabatur, ſeu Legenda parte 2. Colonia 1483. & Lovanii 1485. edita, qua, ſi ſupra memoratos Lectiones conſulto hic omittimus.*

Acta Adelboldi Ep. Ultrajectino?

ſeorſim ſuspendium;

8 *Alia nondum, quod ſciamus, excuſa damus tertio loco ex codice antiquo MS. celeberrimi monaſterii Weingartenſis in arce Altorfenſi prope Raveſpurgam, urbem Imperialem, exſtructi. Eadem Acta nobis Colonia miſit ex codice MS. bibliotheca Societatis noſtra Joannes Grothauſius noſter. An non hæc fortaſſis ex prioribus amplificata opera monachorum Weingartenſium ſeculo 12.? Eo enim tempore illic ſcriptum Chronicon de Welphis Principibus, ab Henrico Canſio tamo 1. Antiquarum Lectionum edatum. Ne autem nimii ſimus in eiſdem repecendis, omittimus miracula quo in Manheimio monaſterio contigerunt; quod eodem ordine, quo in altera jam relata Vita, ſed phraſi alia referantur. Non abſimilis hiſce Actis eſt Epitome, olim in Legendam Sanctorum Anglia a Joanne Capgravio relata, quam a nobis pratermiſſam ibidem lector reperiet.*

Actis ejuſdem familia in Capgravio,

tertio Actis in MSS.

9 *Quarto loco ſuccedit* Medibardus, *ſive* Medingaudus, *Poeta, qui, qua Wolfhardus ſoluta oratione proſecutus eſt, rhythmis incluſit, ut ipſe in Prologo profatur:*

quarta metrica ſcripta a Medibardo;

Proſam Wolfhardus, rhythmum fecit Medibardus. *Quo tempore vixeris non conſtat. In Epilogo diebus Patrum præcedentium mirabilia geſta aſſerit, ſuis temporibus ex ſacra tumba aquam manare jugiter. Carmina hæc ex perveteri codice MS. archivi Epiſc. Eyſtettenſis damus, collata cum iiſdem editis ex altero Codice MS. bibliotheca Epiſcop. Eyſtettenſis a Greſero t. 2. Obſerv. ad Vitam 1. Willibaldi c. 6.*

10 *Meabardi æqualis, aut potius ſenior, fuit Adelbertus Abbas Heidenheimenſis, qui ſub Eugenio 111. Pontif. circa an. Chr. 1150. Syntagma quoddam de S. Walburga ejuſque fratribus collegit: cujus potiſſima fuit cura, oſtendere quomodo monaſterium Heidenheimenſe a 1. Wunibaldo conditum, & a 1. Walburge poſt illius obitum adminiſtratum, poſtea ad Canonicos ſeculares tranſlatum fuerit, opera dicti Eugenii Papa & Eberhardi Ep. Bambergenſis iterum Ord. Benedictini monachis redditum. Extat illud Syntagma, a Greſero editum eodem lib. 2. Obſerv. cap. 7. Id hic omittimus, quod ea, qua ad 1. Walburgem ſpectant, hujus ſervatis verbis retulerit Philippus, ut ad Vitam ab eo ſcriptam obſervamus. Quintum ergo locum occupat hic Philippus, a Ratisbunhauſen cognominatus, domo Alſata, genere nobilis, profeſſione monachus, dein Abbas Ciſtercienſis monaſterii Bariſienſis, ſeu Pariſienſis, prope Colmariam, ſtudio & exercitio Doctor Theologus, & egregius prædicator, qui ſub Clemente v. Pontif. an. 1306. conſtitutum eſt 39. Epiſc. Eyſtettenſis: quo munere præclare functus, obiit an. 1322. hoc ipſo 25. Febr. die, natali S. Molburgis, cujus Vitam non ineleganti ſtylo, ut de eo teſtatur Greſerus, ſcripſit, ſed nimis ſecure & facile, haud ſatis acri adhibito examine, Adelbertum aliſq; ſecutus, hinc inde aliquantulum corrigendus. Acta ea edidit Henricus Canſius ex codice MS. monaſterii Rebdorffenſis Canonicorum regularium 1. Auguſtini ad Almonum fluvium ſupra Eyſtadium poſt arcem Epiſcopalem an. 1156. fundati. Acta ea edimus collata cum MS. Eccleſia 1. Walburgis Antuerpienſi, & variis lectionibus ex codice MS. bibliotheca Epiſcopalis Eyſtettenſis, editis a Greſero poſt Vitam 1. Willibaldi ab eodem Philippo conſcriptam: in qua plurima de 1. Walburge ex altera ejuſdem Vita repetuntur, quæ omnia duobus libris obſervationum accurate a Greſere illuſtrantur.*

quinta ante hac ſcripta Philippo Epiſcopo Eyſtettenſi, tuſcio Adelberti ſyntagmate;

11 *E hiſ Philippi de 1. Walburge Actis juſſione ſanctimonialium*

AUCTORE G. H. D

A monialium monaſterii ſ. Walburgis Eyſtadii, de qua §. 4. agemus, confecta olim eſt Epitome celebris de Vita & tranſlationibus reliquiarum ſ. Walburgis, additis demptiſq; pluribus, quam hagiologii typis Ederianis publicavit Petrus Stevartius Leodienſis fac. Theologia Doctor, qui pluribus annis docendo & Præſidis munus obeundo collegium ſeu ſeminarium Willibaldinum Eyſtadii illuſtravit, deinde an. 1594 Ingolſtadium ad gymnaſium catholicum Mauricianum ſcitiſſimi & Academicum evocatus, Academiam etiam Procancellarius rexit. Hanc Vitam ab eo editam proferimus ſexto loco, relictis libris quatuor de Miraculis ſ. Walburgis ex Wolfhardo tranſcriptis. Suas ipſe notationes adjunxerat Stevartius, quas Greteſerus adeo copioſas credidit, ut vix cuiquam vel tenue ſpicilegium legendum putarit relictum. Tempus, quo ſanctimoniales hanc Vitam curarunt conſcribi, indicant in præfatione poſt artem impreſſoriam inventam, qua exarari deſiderarunt & Latino & Germanico idiomate, quod tamen nunquam factum fuiſſe Stevartius judicat, quod exemplar typis cuſum nuſquam comparet. Uſus ipſe duplici exemplari Latino MS. altero Eyſtettenſi, altero vetuſti & celebris in ſuperiori Bavaria monaſterii Benedictoburani, Alpibus vicini, ſubmiſſe a Chriſtophoro Gewoldo Ducis Bavaria Conſiliario, qui & Metropolim Salisburgenſem poſt Wiguleum Hundium egregie illuſtravit. Germanicum exemplar MS. extabat, cum ederet Stevartius, apud Georgium Ep. Philadelphia, & Vicarium Eyſtettenſem.

Antiqua ſcribendi vera ſanctimonialium Eyſtettenſium

B

12 Demum ſeptimo & ultimo loco damus analecta aliqua de miraculoſo oleo ſ. Walburgis, cum recenſioribus quibuſdam miraculis, a Greteſero tractatu ſingulari, Ingolſtadii anno 1620. editis: in quo plurima de naturali, & ſupernaturali fluxu hujus olei diſputat, qua a noſtro inſtituto magis remota non attingimus.

Analecta de oleo S. Walburgis

Alii Vitæ ſcriptores

13 Joannes Balæus, & Joannes Piteus de illuſtr. Angliæ ſeu Britanniæ ſcript. ille 7. centuria, hic ætate 15. volunt præter hos virtutum ſ. Walburgis illuſtratorem extitiſſe quemdam Joannem Polum, nobili proſapia apud Anglos natum, quem Colonia Agrippina ferunt Canonicum obiiſſe circa an. Ch. 1430. eum ante ſcripſiſſe, mandaſſe, qua in Italia & Germania de ſ. Walburge ejuſq; parente ſ. Richardo collegiſſet. Inter cetera, ejus, qua notatu digna recenſet, illud accurate memorari, a ſ. Walburga majorem eccleſiam Antverpiæ Deip. Virgini ſacram, a fundamentis erectam & fundatam fuiſſe, quod hactenus in nullis Actis aut manu exaratis, aut typis editis legimus, & infra §. 7. plenius refutamus. Ex recentioribus ſcriptor. plurimis de ſ. Walburge agunt, aut aliquod Vitæ compendium tradunt, quos vel his omnes recenſere opera non eſt pretium. Eminet inter illos Matthæus Raderus noſter, qui in præclariſſimo ſuo opere de Bavaria ſancta volum. 3. vitæ diſſimo ſtylo virtutes & miracula ſ. Walburgis complectitur, in quo commemorando ſubinde Wolfhardum allegat, cum Philippum deſcribit, quod tenue viris doctis memoria eodem facile contingit. Multus eſt in laudibus ſ. Walburgis Joannes Eſpagnolus ſacra Theol. Doctor, monaſterii ſ. Remigii Remis Hyparchimandrita, ſeu magnus Prior, & ejuſdem D. Walburgis prope Atiniacum Prioratus Superior. Hic Dnaci an. 1614. evulgavit Gallico idiomate Hiſtoriam notabilem, ut vocat, converſionis Anglorum, Sanctorum regionis, monaſteriorum, eccleſiarum & Abbatiarum, peregrinationum, apparitionum ſpirituum, & SS. reliquiarum, explicatam ſuper vitam miraculoſam S. Walburgis Virg. & Abbatiſſæ; plurimis annotationibus & commentariis hiſtoricis illuſtratam, uſus, ut præfatur ad Lectorem, Actis ejuſdem ſ. Walburgis a Wolfhardo & Philippo Ep. conſcriptis. Quæ ad noſtrum inſtitutum faciunt, cap. 10. quadam habet de Tranſlatione reliquiarum Atiniacum, qua ejus auctoritate freti proferimus §. 5. Georgius Stengelius noſter edidit Ingolſtadii an. 1625. e MS. Rebdorffenſi Sermones aliquot de Divis Eyſtettenſibus willibaldo, wunibaldo, Sola, walburge, de qua quatuor ultimi ſcripti fuere; primus tradatur dictus legendaſve in ejus natali vel obitu 25. Febr. ultimus vero die 1. Maji in feſto Tranſlationis

Morth. Raderus.

C

Joan. Eſpagnolus

ex monaſterio Haidenheimenſi Eichſtadium. Auctor, quiſquis is eſt, ſive monachus Rebdorffenſis, ſive alius, poſt annum 1467. illos ſermones ſcripſit, in quorum primo pag. 4. ita narrat: Cum Rex Romanorum Maximianus cupiens eſſet in Gent, & juvenis, qui ſecum erat, ei diceret, Utinam eſſemus in monte Willibaldi in Eyſtat; Rex fecit votum, ut ipſum viſitaret, & ſic liberatus fuit. Fuerat Maximilianus Auguſtus coronatus Romanorum Rex die 9. Aprilis anni 1486. & biennio necdum evoluto Novis Februarii Brugis captus eſt, petentibus per literas Gandavenſibus a populo Brugenſi, ut captum Romanorum Regem firma cuſtodia obſervarent. Ultimi ſermonis infra mentionem faciemus, potiſſimum in Analectis de oleo ſ. Walburgis.

Auctor 4. ſermonum de S. Walburga.

§. II. Diſceſſus S. Walburgis ex Anglia in Germaniam. Ætas reliqua.

S. Walburgis Anglo-Saxonis.

14 VVAlburgem genere nobiliſſimum fuiſſe, natione Britannam, ſive ex Anglo-Saxonum gente probavimus ad Vitam ſ. Richardi parentis 7. Febr. ubi cum ſub Ina Rege apud Saxones Occidentales floruiſſe ac liberos genuiſſe diximus, pag. 71. n. 14. De ortu ſ. Walburgis nihil reperimus: juniorem credimus fratribus, & ex ſecunda ſorte Richardi uxore progenitam, quod patriam cum noverca, fratrum ſororumque ſuarum clientela, ſegatur reliquiſſe S. Wunebaldus, quem anno 701. fratrem vero alterum S. Willibaldum an. 704. natum oſtendimus pag. 70. n. 10. Cum hiſce duobus filiis diſceſſum ſ. Richardi parentis ex Anglia verſus Apoſtolorum limina retulimus in an. 721. Ch. quo in itinere ipſe Richardus anno ſequenti 722. ſanctiſſime evivit obiit Luca in Hetruria: cum jam aliquot annos nata, adoleſceret in patria ſ. Walburgis, quod inter liberos impoſitos, ob quorum parvitatem & fragilitatem Richardus peregrinationem a Willibaldo propoſitam primo recuſabat, videatur cenſenda. De iis ex Hodœporice ſ. Willibaldi dictum ad vitam ſ. Richardi pag. 76. n. 5. Cum deinde Willibaldus ſuſcepta ad Terram ſanctam peregrinatione procul abeſſet, Wunebaldus poſt ſeptennium peregrinationis in patriam regreſſus, diligenter docendo fratrem & ſorores & alios de ſuo genere propinquos eohortari cœpit, ut in recto itinerent tramite de ſola veritatis via pedem retrahendo non deviarent, ſed ad anguſtam paradiſi portam per arduam & aſperam viam ire tentarent. Quinam alii ſ. Wunebaldi fratres & ſorores fuerint, nuſquam legimus. Inter has fuiſſe S. Walburgem vel inde conjicimus, quod in antiquiſſimis hiſce Sti. Willibaldi & Wunebaldi Actis nulla ullius ſororis una proficiſcentis mentio fiat, ſed fratrum & ſororum in patria relictarum.

E

S. Richardo parens & familiæ Romam peregrinationibus in patria relicta.

15 Aliter ſenſit auctor qui aliquot poſt ſeculis Itinerarium S. Willibaldi, cujus partem pag. 78. edidimus, ſcripſit: Incenderat, inquit, & idem felix ardor S. Willibaldi fratrem Wunebaldum, nec non & umbram ſororem, Virginum decus Walpurgam, multoſque ejuſdem non ſolum cognationis ſed & patriæ, ut capto Crucis vexillo, nodi evolarent, ſecuturi Regem gloriæ. Anno in ætatem vernante, cum ventis patientibus prima fides arrideret pelago, ſancti fratres Willibaldus & Wunebaldus cum patre Richardo & ſorore Walpurga, aliiſque non paucis, in quorum pectoribus idem fervebat ardor, navi conſcenſa iter optatum arripiunt. Eundem ex Anglia diſceſſum cecinit in ſuo de ſ. Walburge poemate infra n. 3. Medibardus:

F

Alii peregrinorum comes Itineris Romam uſque creatus.

Hæc educta de patria
A fratre ſanctiſſimo
Willibaldo, primum Romam,
Inde Hieroſolymam
Adiit, hinc duce Chriſto
Ad nos uſque pervenit.

& Hieroſolymam

In Actis ſ. Richardi ex MS. Badecenſi pag. 79. editis, poſt an. 1152. ſcriptis, aſſignatur etiam Walpurga hujus itineris ſocia, quaſi illi & ſ. Willibaldo iter Hieroſolymitanum injunxiſſet Pontifex Romanus; eoque per alio ambo Romam reverſi, aſſumpto fratre ſuo Wunibaldo ad S. Bonifacium, cum

ejus,

AUCTORE G. H.

A

ejus, qui tum Romæ aderat, Legato fuiſſent profecti: quæ ex Actis antiquiſſimis & certiſſimis Willibaldinis & Wunibaldinis refutata corruunt, in quibus, dum decennio integro monachus Caſini degis S. Willibaldus frater ejus S. Wunibaldus legitur cum S. Bonifacio, qui Romam ipſemet venerat, in Germaniam profectus. In Itinerario ante citato dicitur S. Willibaldus fratre Wunibaldo, ſororeque Walpurga dimiſſis, duobus comitatus ſociis, ipſe tertius victorioſam iter adgreſſus *in Terram ſanctam abiiſſe. Quid de S. Walburge dein actum? an poſt ſeptennium fratrem in patriam reducentem comitata? an vero Romæ ſola perſtitit, monaſterio alicui inclusa? Silent omnino ut diximus, antiquiſſima Acta Willibaldina & Wunibaldina. In Hodoeporico S. Willibaldi, ipſo adhuc ſuperſtite a S. Walburge aliave conſanguinea conſcripto, dicuntur*, ille *Willibaldus*, pater ſuus & frater Bunebaldus cum collegarum cœtu comitantium *profecti ex patria: deinde poſt obitum patris Romam* duo germani felicem monaſterialis diſciplinæ vitam *aliquamdiu* duxiſſe: *tum, relicto ibi Wunibaldo*, cum duobus ſuis ſociis perreaſſe *Hieroſolymam Willibaldus, nulla facta ſororis una proficiſcentis mentione, ſed* fratrum & ſororum *eam noverca in patria relictorum: quos, ut diximus, poſt ſeptennium in patriam regreſſus S. Wunibaldus ad perfectiorem vitam ample laudam adhortatus eſt.*

B

16 *Addum eadem Acta* cum cum conſilio amicorum, & cum juniorum ſubſidiis, fratre ſuo comite, ſecunda vice Romam *rediiſſe. An tum eum Walburgis comitata* iterum juniorum ſubſidia? *An potius non* fratre, *ſed* ſorore ſua comite *duci debet S. Willibaldus frater poſt ſuum a peregrinatione Hieroſolymitana reditum vixiſſe, in monte Caſino monachus? Verum potuit aliquis junior frater fuiſſe, qui Romam luſtra ſua redierit in patriam. Poſſet denique ad audiri, num forte ab imperito librario hæc adjecta ſint verba quod ſuo loco accuratius inquirendum. Hic dixiſſe ſufficit potius videri S. Walburgem inter eos cenſendam, quorum* meantes de ſeculatibus negotiationum curis ad divinæ inſtitutionis formam proveniſſe *dicitur S. Wunibaldus, ſeu hunc comitata Romam, ſeu (quod multo probabilius eſt) monaſticam in patria vitam ſanctæ auſpicata, donec cum aliis ſanctimonialibus a S. Bonifacio evocata, in Germaniam venit.*

17 *In Vita S. Bonifacii ab Othlono ſcripta dicuntur* feminæ religioſæ *vocaſſe, & recenſentur* Chunihilt matertera S. Lulli, & filiæ ejus Berathgit, Chunidrut & Thecla, Lioba, & Walpurgis ſorur Willibaldi & Wunibaldi, ex *quibus prater S. Walburgem Cœlitibus adſcripta Thecla 15. Oct. & Lioba 28. Septemb. Hujus Vitam ſcripſit Rudolfus monachus Fuldenſis juſſu Abbatis ſui B. Rabani, quam profecturam ab anno 822. ad 842. geſſiſſe, diximus 4. Febr. ad ejus Vitam pag. 508. & 509. At Rudolfum Confeſſarium dein Ludovici Regis Germaniæ fuiſſe ibidem pag. 501. n. 5. retulimus. Ex iſta autem S. Lioba Vita pauca hæc tranſcribimus:* Eo, *inquit*, tempore quo cœleſtis vitæ ſtudiis beata virgo Lioba in monaſterio floruerat, S. Martyr Bonifacius .... videns Eccleſiam Dei creſcere, & certantibus ſtudiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis inſtituens, monaſteria conſtruere cœpit; ut ad fidem Catholicam populi non tam Eccleſiaſtica gratia, quam monachorum ac Virginum congregationibus raperentur. Volens ergo utriuſque profeſſionis ordinem regularem obſervari, idoneum utrique magiſterium ſtuduit adipiſci .... & in patriam cum epiſtolis legatos direxit ad Tettam Abbatiſſam, deprecans, ut ad ſolatium ſuæ peregrinationis, atque ad auxilium Legationis ſibi injunctæ tranſmitteret ei Liobam Virginem, quam fama ſanctitatis & doctrina virtutum tunc per longinqua terrarum ſpatia devulgarat, & laude celebri multorum ora repleverat. Eam Mater congregationis, beato viro, ſicut rogaverat, cum honore direxit: quam, cum veniſſet, vir Deo pleaus cum ſumma veneratione ſuſcepit, diligens eam non tantum propter affinitatem, qua ſibi ex materno ſanguine jungebatur, quantum propter ſanctitatem vitæ & ſapientiæ doctrinam, quæ plurimis & verbo profuturam noverat & exemplo. Igitur ſicut deſideraverat, monaſterii cuſtodiam & regularis vitæ normam inſtituit: & Liobam Virginem ſpiritalem, Virginum Matrem eſſe decrevit: ſtatuitque ei monaſterium, in loco qui vocatur Biſchoffsheim; ubi non parvus ancillarum Dei numerus collectus eſt, quæ ad exemplum bonæ magiſtræ cœleſtis diſciplinæ ſtudiis inſtituebantur, & in horum doctrina ejus proficiebant, ut plures ex illis poſtmodum magiſtræ fierent aliarum, ita ut nulla aut etiam rara in illis regionibus eſſent monaſteria ſeminarum, quæ non diſcipularum ejus magiſteria deſiderarent. *Hæc Rudolphus.*

18 *Colitur* S. Tetta 17. *Decemb.* Abbatiſſa *fuit* Winbrunni *Rudolpho, alii* Winburitæ, *inſignem Virginum cœnobio a* S. Cuthburga S. Inæ Regis *ſorore, de qua egimus 31. Aug. in Dorſetia apud Occidentales Saxones extructo, ubi dictum 6. Febr. ad Vitam S. Ina Regis pag. 906. n. 50.* S. Lioba *conſanguinea etiam videtur fuiſſe* S. Walburgis, *quod* S. Bonifacius carnali propinquitatis & ſanguinis copulatione fuiſſe ſociatus & glutinatus S. Wunebaldo *dicatur in hujus Vita, & avunculus* S. Walburgis *habeatur a Philippo inf. n. 3. Altera* S. Liobæ conſanguinea *Rudolpho eſt* S. Thecla. *Quamobrem haud improbabili conjectura aſſeri poſſe opinamur, cum S. Lioba Sr. Theclam & Walburgem veniſſe in Germaniam, atq; ambas initio exercitas in monaſtica vita Biſchofsheimi, quod ad Tuberam fluvielum in diœceſi Moguntina monaſterium jam olim deſtructum eſſe refert ex Trithemio ad Vitam S. Bonifacii Notat. 24. Serarius lib. 3. rerum Moguntiacarum. De S. Thecla regimen 11. Febr. ad Vitam S. Hadelogæ pag. 304. §. 2. Diſcipulam S. Liobæ vocat Rudolphus in præfatione, quod ex ejus, aliarumq; fideli narratione vir religioſus Magus Presbyter & monachus comperta habuerit, & ſibi narrarit, defunctus quinquennio, antequam ipſe ea ſcriberet Rudolphus. Feſtum exitus B. Walburgis ex Anglia celebratur Eyſtadii 4. Aug. ut Notat. 7. ad ejus Vitam obſervat Stevartius: quo die antiquum Martyr. Colonienſe & auctarium Carthuſianorum Colonienſium ad Uſuardum referunt* adventum S. Walburgis Virg.

19 *Quo vero anno ſacra ha Virgines ex patria ſua in Germaniam venerint ſatis indicat Rudolphus, dum in hac Lioba Vita, ejus a S. Bonifacio evocata ex Anglia & miſſi ex Germania S. Sturmii ad monaſterium monti Caſini tempora conjungit: hoc autem anno inſtituti monaſterii Fuldenſis 4. Chr. 748. aſſignat Browerus lib. 4. Antiq. Fuldenſium in Chronographia Abbatum. Anno dein 750. extrui monaſterium Haidenhaim a S. Wunibalde, enmq; ibidem obiiſſe an. 761. jam diximus, & fuſius probavimus 7. Febr. ad Vitam S. Richardi pag. 70. n. 9. In eodem Haidenhaimio ante obitum fratris collecta fuiſſe ſanctimoniales, quibus præfuerit S. Walburgis, ſeu Mater ſive Abbatiſſa appellata, infra indicat Wolfhardus n. 3. & Adelbertus in Commentario Heidenheimii ita exponit:* Aſſumpſit etiam Wunebaldus, *poſt extructum Heidenheimium*, ſororem ſuam S. Walpurgam Virg. Deo dicatam, quæ cum Virginibus Chriſto deſponſatis ſub imperio & eruditione S. Wunebaldi, ex conſilio S. Bonifacii Archiep. & S. Willebaldi Eyſtettenſis Epiſc. ſeipſas hoſtiam immaculatam Deo viventi ſub diſtrictione regularis diſciplinæ jugiter immolaverunt. *Pro Chriſti fide mortem oppetiit* S. Bonifacius *anno 754. Philippus infra cap. 4. ſcribit S. Walburgem mox a ſuo in Germaniam adventu apud S. Wunebaldum vitam monaſticam in Thuringia auſpicatam, inde cum eo Haidenheimium migraſſe: quod apud antiquiores nos legimus. In Vita S. Wunebaldi legitur* poſt ubicunq; *hujus* monaſterium habuiſſe, *atq; una cum fratre ſuo Epiſcopo S. Willebaldo interfuiſſe elevationi & tranſlationi corporis S. Wunebaldi poſtquam 16. annos fuerat ſepultum. Annus is eſt 777.*

20 *Quos dein annos vixerit non legimus. Greſerus cap. 7. Obſerv. ad Vitam S. Willibaldi refert in MS. codice monaſterii Walpurgini, quod eſt Eychſtadii, ad Vitam S. Walburgis, ubi de obitu ejus agitur, ad marginem adſcriptum eſſe*

altionum hoc iter rejectum,

Imo utramque,

an ſola ſuo comitata Willibaldi S. Wunibaldi?

patres in patria ſanctimonialis ſolitas

deſa tum aliis familiis,

& pertiſſimam S. Liobæ, vocatam S. Bonifatii,

mittente S. Tetta Abbatiſſa,

evocati in Germaniam,

Exiens ex patria obiit 4. Aug.

contigit an. 748.

Haidenheimi mortuus obiit anno 754.

elevationi corporis S. Wunebaldi adfuit an. 777.

Digitized by Google

A *eſſe* obiiſſe illam anno 776. *quem annum Rederus noſter in Bavaria ſancta, Stengelius in Vita 1. Wunebaldi cap. 4. Stevartius ad Vitam 1. Walburgis cap 8. aliq; aſſignarunt, hac adductâ ratione, quod obitus S. Wunebaldi paſſim conjicerentur in annum 760. & a Philippo dicatur n. 19. S. Walburgi poſt illius mortem ſedecim annis, ideſt, quoad uſque vixit, monaſterii gubernacula tenuiſſe. Verum quia ad Vitam 1. Richardi ſatis probatum eſt 1. Wunebaldum obiiſſe anno 761. cui ſedecim adjectis annis ante divus emergit 777. quo 14. Septemb. interfuit elevationi corporis ejus: is non potuerit decedere 25. Febr. ante annum ſaltem 778. Idem Philippus Epiſc. in ejus & fratris Willibaldi Vitis pergit confirmare tempus aſſignatum, quod ab obitu* juxta S. Wunebaldum Eccleſiaſticæ ſepulturæ commendata ſit per B. Willibaldum Præſulem fratrem ſuum. *In Vita etiam a ſanctimonialibus compoſita dicitur* officium ſepulturæ per B. willibaldom Præſulem fratrem ſuom accepiſſe, *itaq; neceſſario ex hac vita migraſſet ante annum 781. quæ 1. Willibaldum fruſtrem ejus obiiſſe paſſim omnes ſtatuunt, & probavimus ad Vitam 1. Richardi pag. 71. n. 12. Eo ordine deceſſiſſe inſinuarat Adelbertus in Heidenheimii commentario, ubi ſta habet.* Defuncta autem S. Walpurga & juxta S. Wunebaldum ſepulta, fratre qooque ejus S. Willibaldo

B Epiſc. mortuo, qua auctoritate vel qua neceſſitate monaſticus ordo exclusus fuerit, & Canonicorum ſecularium ordo in eamdem cellam ſubintroierit, certum non habemus. *Verum infra cum ordinem videri poteſt immutare, cum ait monaſterium* poſt mortem SS. Villibaldi, Wunebaldi & Walpurgis a Canonicis ſecularibus poſſeſſum. *Quamobrem in ſummo coevorum ſcriptorum ſilentio aliud hic certi nequis ſtatui, quam S. Walburgem mortuam eſſe, poſt annum Chriſti 777.*

Non extat S. Willibaldum ante 781. defunctum obiiſſe,

§. III. Dies obitus S. Walburgis. Veneratio ſacra. Alia in Weſtphalia Walburgis ſanctimonialis.

21 *IN die obitus 1. Walburgis aſſignando ſilent antiquiores ſcriptores: alii in varias abiere ſententias ob cultum atque venerationem variis diebus ſecundum varium Eccleſiarum conſuetudinem. Philippus Eyſtettenſis infr. n. 23. & in Vita 1. Willibaldi*, ait obdormiviſſe in Domino 5. Kal. Martii, hoc eſt, in craſtino Matthiæ Apoſtoli. *Quæ eadem referunt in ejus Vita ſanctimoniales Walpurgina c. 8 addit Stevartius Notatione 7. eo die 25. Febr.* obitum S. Walpurgæ in Calendario & Breviario Eychſtettenſi conſignari & celebrari. *Eumdem obitus diem ſignant Raderus,*

C *Perier, Matthew, aliique recentiores in ejus Vita, Surgelius in Vita 1. Wunebaldi & paſſim alii. Ceſemiunt Eccleſiæ quamplurimæ Germanica in ſuo de 1. Walburge ſuo officio. Ex his Herbipolenſis, Viennenſis, Paſſavienſis & Auguſtana Eccleſiarum officia propria hoc breve elogium habent Kalendis Maji pro nona in Matutinis lectione eiſdem fere verbis:* Walburga in Anglia nata, Abbatiſſa monaſterii Heidenheim Eyſtettenſis diœceſis, ſoror S. Willibaldi Epiſcopi Eyſtettenſis, Virgo ſanctiſſima converſatione, atque multis virtutibus & ſignis clara emicuit. Ad declarandum ejus ſanctitatem Deus varia beneficia pie petentibus ſub ipſius patrocinio clementer oſtendit. Obiit vero 5. Kalend. Martias in monaſterio ſuo, ubi corpus ejus primo conditum eſt. Poſtea vero ſacræ ipſius reliquiæ Kalendis Maji tranſlatæ Eyſtadium, ſtillando oleum perenni fulgent miraculo. *De variis Tranſlationibus mox agemus. Eumdem procul dubio diem intelligit anonymus Heſſenrietanus, qui undecimo Chriſti ſeculo floruit, dum ſcribit Legendarium Cemitem 21. Februarii deſunctum, in monaſterio 1. Welburgis* in ipſo depoſitionis ſacratiſſimæ Virginis die *ſepultum. De eo egimus illo 21. Februarii inter Prætermiſſos pag. 234. Auctor ſermonis 1. de 1. Walburge, cujus ſupra meminimus*, natalem, *vel* obitum *diei 25. Februarii adſcribit.*

22 *Ad eumdem 5. Kal. Martias plurima & antiquiſſima Martyrologia eam celebrant, ac primo quod ſub Bedæ*

25. Febr. obit

nomine cum ejuſdem operibus & ſeorſum extat excuſum; ſeu manu etiam exaratum in celebri prope Aichſtedium Reichenbergenſi monaſterio. S. walpurgæ Virg. *Eadem habentur in antiquo Martyrol. MS. Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis & Martyrol. wirzeburgenſi, qui feſtum ejus vocat. MSS. antiqua Trevirenſe 1. Martini, & Ultrajectinum etiam 1. Martini:* In Bavaria S. walburgæ Virg. *Natalem illum diem eſſe indicant MS. Florarium Sanctorum.* Depoſitio S. walburgis Virgin. *& Kalendarium MS. ordinis S. Benedicti:* Tranſitus S. walburgis Virg. Abbatiſſæ Eeſtettenſis. *Aguntur eadem hac die MS. Martyrol. Carmeli Colonien. Manrolycus, Felicius, Canſius in Martyr. Germaniæ: ſed ab hac ſorte noſtra aliam arbitrati, qua apud Bituriges floruerit.* Bituricas, *inquiunt*, S. walburgis Virginis. *Nullum alterius* walburgis *veſtigium in iis in Francorum regionibus reperimus. Potuit ſolennior olim iſtic cultus fuiſſe poſt tranſlatas ejus reliquias aliquas in Franciam a Carolo Calvo Imperat. de quibus ſupra agemus. Maurolycus Calendariogue Salburgenſi citat is aliam hac die* Wion walburgam Virginem ponit, ſororem Luthaedi Epiſc. Paderbornenſis, quæ monaſteriam vitam exercuerit in cœnobio Herſwerde, quod ipſa ſuis ſumptibus ædificarat circa annum Domini octingenteſimum quadrageſimum. *Hæc Wion, a quo male allegatur Petrus Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ, cum Gaſpar Bruſchius ſit, qui de D. Walburga agit ejuſque fratre*

E Luthario, *ſeu* Lothardo, *quem Martyribus Ebbekiterpienſibus, de quibus egimus 11. Febr. annumerat, quod hiſce pag. 314. n. 20. rejecimus. S. Rembertus Archiep. Bremenſis epiſtolam, in Vita 4. Febr. pag. 564. n. 20. relatam ſcripſit hujus Luithardi ſorori ſanctimoniali in monaſterio Herſfi, vulgo Nieuheerſe, quod* Wion Herſwerde *exiſtimatum dixi. mus ibidem Annotatione B. De eadem walburga agunt Bucelinus in Menologio Benedictino, & Ferrarius in Catalogo nove. Verum quod Paderborna, aut Neerheeſe, nullum hujus cultus extet veſtigium, eam inter emiſſes recenſuimus. Menardus indicato hac ex* Wione *walburga, quam omittit, ſororem S. willibaldi & wunebaldi celebrat, & hoc die obiiſſe cenſet. S. walburgem Officiæ Eccleſiaſticæ coli in plurimis Eccleſiis, indicant Sacrificale antiquum Peregrinantium excuſum anno Chriſti 1521. & varia Breviaria, ut Monaſterienſe anni 1489. Erphordianum 1518. Antuerpienſe 1496. in cujus diœceſi univerſa, ritu ut dicitur, duplici hoc die celebratur, & in parecia illi dicata plenaria plenumque indulgentia a ſummis Pontificibus ad feſtivitatem majori devotione peragendam impetrari ſolet. Eodem ritu duplici Furnis Oppido Flandriæ, de quo infra agemus, colitur* Feſtum Tranſmigrationis *ejuſdem.*

F

23 *Denique Trithemius lib. 3. de Viris illuſtr. ordinis S. Benedicti cap. 250. hunc ita mortis diem aſſignat cum hoc elogio.* walborgis Abbatiſſa in Heidenhem, Eyſtettenſis diœceſis, ſoror S. willibaldi Epiſcopi, natione Anglica Virgo ſanctiſſimæ converſationis, multis virtutibus & ſignis clara cultuit, cujus inclyta geſta diligenter conſcripta ſunt. Claruit circa annos Domini ſeptingentos quinquagintа. Obiit 5. Kal. Martii. Sed ad Eiſtat translata eſt Kal. Maji, quando etiam ejus feſtivitas agitur. *Hæc Trithemius, cujus auctoritate male fultus* Wion *in Martyrol. monaſtica ait defunctam* 5. Kal. Maji, *ſeu* 27. Aprilis, *quo die hac habet:* In cœnobio Heidenheimenſi juxta Eiſtadium in Germania, depoſitio S. walburgis Virg. & Abbatiſſæ ſororis SS. willebaldi & wonebaldi, ex cujus corpore oleum in ſubjectum argenteum vas miraculoſe defluit, quod multis gravibus morbis medetur. Wionem ſecuti, eadem die colendam S. Walburgem Menardus Dorganius, Bucelinus, Benedictini & Wilſonius in Martyrol. Anglicano, ſed priori editione anni 1608. eo die depoſitionem recoli ait, in poſteriore anni 1640. tranſlationem reliquiarum ad urbem Eyſtettenſem, eiſdem utrobique ad marginem relatis Trithemio & Wione Martyrologium Uſuardi MS. ſed exiſtum, quod penes nos eſt, hac 4. Auguſti habet:* Apud Eydenhen natale S. walburgis Virginis, quæ fla-

D & colitur

non diſtincto facti ab Wirzeburgenſibus hiſtoriæ,

elogium ex Trithemio

alii referunt obitum 27. Aprilis.

AUCTORE G. H. A grans amore divino, patriam hæreditatemque reliquoens fuli Deu placere ſtuduit. *Alii Kalendis Maji obitum ponunt quos infra referemus. Summa Eſtadii eo die ſolennitas eſt ob memoriam reliquiarum translatarum.*

§. IV. *Translatio reliquiarum S. Walburgis Eſtadium. Veneratio ejuſdem Kalendis Maji. SS. Werеburga & Walburga pre una eademque a nonnullis habita.*

24 *Cum ſepulchrum S. Walburgis debita non obſervaretur veneratione, ab ipſa Virgine apparente admonitus Epiſcopus Eſtetenſis, ſacroſanctum corpus ejus navis elevari, & Eſtadium tranſferri.* Otkerius, Otkarius, *ſive* Otgarius *in ſua 6. Eſtettenſium Antiſtes, quem Altino 21. Februarii anni 858. vita functo ſubſtitutum, & cum eidem Eccleſiæ per annos 23. præfuiſſet, anno 881. mortuum eſſe tradant Demochares, Bruſchius, Greiſerus, & paſſim omnes, nemine, quem legerimus, contradicente. Attamen 4. Februarii ad Vitam B. Rabani Archiep. Moguntini pag. 510. n. 49. oppoſuimus, hunc Otgarium inter fuiſſe anno 847. ſynodo Moguntinæ, ubi inter nomina Epiſcoporum, qui* ad Eccleſiæ Moguntinæ diœceſim, *ſive provinciam, dicuntur pertinere, non* Altinus, *ſed* Otgarius *legitur. Huic noſtræ correctioni favet expeditio, auſpiciis Ludovici Regis Germaniæ contra Sclavitagum Bohemum, Wiztrachi Ducis filium, factæ cui cum aliis Comitibus præfuiſſe* Otgarium *Epiſt. anno 857. teſtantur Annales Fuldenſes, ob auctore coæve ſcripti. Ejus ergo conſecratio non anno 858. ſed 847. aut etiam prius contigit: imo ſi anni Sedis recte numerati tres & viginti, vivenda annum 870. vix attigit: ad quem tamen in MS. Kalendario Ordinis Benedictini, non admodum antiquo, Translatio ea facta dicitur. Demochares vere aſſerit* S. Walburgim ab Otgario trauslatam, *cum eſſet conſenſu* Summi Pontificis Adriani II. in Divorum numerum relata. *Præfuit ei Eccleſiæ ab anno 868. ad annum 872. Sed nihil de anno Translationis aut iſtius Canonizationis, ut ajunt, apud antiquos legi.*

Reliquiæ S. VValburgis Eſtadium translatæ ab Otgario Epiſc.

ante annum 870.

25 *Varii hanc Translationi, ſive Elevationi, aut etiam Canonizationi dies aſſignantur. Ac primo* 25. Februarii *a Greveno in Uſuardi auctario indicatur* Translatio S. Walburgis Virginis: *qua ad* 12. Octobris *refertur in peruntiquo MS. Martyrologio monaſterii Richenbergenſis prope Eſtadium, quod cum Beda excuſo in pleriſque convenit. Eadem die* Elevatio S. Walburgis Virg. *annotatur in auctario MS. Carthuſia Bruxellenſis. Quo etiam die colitur Furnis in Flandria* feſtum Elevationis reliquiarum, *quod etiam olim Antuerpia fuiſſe celebratum habetur in Breviario antiquo Antuerpienſi. In Vita cura ſanctimonialium edita cap.* 12. *dicitur* Translationis dies, *quo* corpus per Ockarium latum Aichſtadium, *agi* 4. Idus Octob. *Addit notat. 7. Stevartius id intelligi de* ſolo monaſterio S. Walpurgis, ubi tribus diebus apertum eſt ſepulchrum ſanctæ Virgin. ut miraculum ſtillantis olei omnes coram intueri & venerari poſſint. Com autem wolfhardus *n. 8.* diſerta dicat Translationem ea Heidenheim factam eſſe 11. Kal. Octobris, *annuam memoriam hujus* Translationis in 12. Octobris rejectam fuiſſe, aut aliam illic coli Translationem *arbitratur. Eodem die* 11. *Kalen. Octob. hanc Tranſlationem celebrant Wion, Menardus, Buctlinus, Dorganius, Benedictini, & cum iis Ferrarius in generali Catalogo. At miror Wionem dicere,* a wulfhardo ſilentio præteriri, quo anno, a quibus, vel ea quo loco hæc Translatio ſit facta; *cum is clare aſſerat reliquias translatas* ex monaſterio Heidenheim, per Archypresbyteros Vultonem & Adalungum nec non per Ommonem & Liubilam ſanctimoniales. *Martyrol. MS. Bruxellenſe s. Gudila 4. Auguſti iſta tradit:* In Germania Elevatio S. walburgis Virginis, quę Kalendis Maji migravit ad Dominum. *Sed illo 4. Auguſti ab aliis coli* adventum *ejus* ex Anglia in Germaniam *ſupra diximus: ab aliis vero* Translationem reliquiarum Furnas in Flandriam *mox dicemus.*

Translatio Ceſtriplo Martyrologio 25. Februar.

12. Octob.

facta 11. Septemb.

26 *Solemniſſima celebritas eſt Kalendis Maji, de qua Philippus Epiſcopus iſta n. 23. tradit:* Feſtum Canonizationis ac Translationis ejus in die Apoſtolorum Philippi & Jacobi communiter celebratur. *Quo die in antiqua MS. Martyrologio Ultrajectino hæc habentur:* Item Translatio S. walburgis Virginis. *In Beda excuſo:* Natale S. walburgis Virginis: *at in MS. Richenbergenſi additur* vel Translatio. *In Uſuardi Martyrologio auctiore quod penes nos MS. extat:* Eodem die elevatio S. walburgis Virginis. *Wion in Martyrologio monaſtico:* Eodem die Translatio S. Walburgis Virginis & Abbatiſſæ Hildeshemenſis, quæ com 5. Kalendas Maji (*imo* Martii *ut ante retractum*) beata ex hoc corpore migraſſet, hac die ad civitatem Aichſtadenſem ſollenni pompa translata; ibidem ſummu honore colitur. *In Florario Sanctorum MS. hic dies Canonizationis ſacer dicitur:* Canonizatiu S. Walburgis Virginis & Abbatiſſæ filiæ S. Richardi Regis, & ſororis S. Willibaldi & S. Wineualdi.... Ex tumba ejus ea albo marmore facta, & in qua oſſa ejus recondita, quæ in altari eſt repoſita, iuter Miſſarum ſollennia nunc ſingulis diebus fluit oleum album ad modum lactis, quod nec ante nec poſt aliis temporibus vel vicibus fluit, niſi ſolum Sabbatbi diebus a mane uſque ad veſperam, de quo uleu ſanantur languidi *&c. Alii quam plurimi, etiam antiquiſſimi, omiſſa & elevatione, & translatione, & canonizatione cultum ejus hoc die referunt. Ex his Martyrologia MSS. Trevirenſe S. Martini, s. Hieronymi Ultrajectinum, Brugenſe s. Donatiani, Albergenſe, Pragenſe, s. Maximini prope Treviros, aliaque. Adus. Laurentii Leodii, & Martyrologia excuſa, antiquum Ordinis S. Benedicti, Bellini, Maurolyci, Felicii, Molani, biſce pauris ubique verbis:* Ipſo die S. Walburgis Virginis. *Galeſinius adjungit* in Germania, *& in Notationibus ſcribit* ſororem fuiſſe S. Bonifacii. *Martyrologium Gallico idiomate Leodii anno 1664. editum.* Ceſtriæ in Anglia S. Walburgæ Virginis, quæ apud Lothatingos Ovaburga dicitur. *Eadem de Ceſtria legebantur in Martyrologio Romano anno Chriſti 1586. cuſo, qua urbe omiſſa in hodierno Martyrologio iſta habentur:* In Anglia ſanctarum Aſaphi Epiſcopi, & walburgæ Virginis; *additurque in Annotationibus,* in Anglicana Eccleſia de his una ſimul agi, licet Beda tantum de walburga agat, *qua ibi* clarum circa annum 750. *cum Beda jam ante anno 736. obiiſſet, illudque Martyrologium a poſterioribus fuerit interpolatum. Nullum etiam in ullo Anglicano ſeu Breviario ſeu Martyrologio alibove Kalendario vel tenue veſtigium reperimus, quod St. Aſaphus & Walburga* una ſimul, *ideſt, eodem officio Eccleſiaſtico colantur.* Fuit *S. Aſaphus Præpoſitus monaſterii, quod S. Kentigernus ad Clayda Elwiique fluminum confluentes in Flintenſi wallia Comitatu extruxerat, & ex Præpoſito Epiſcopus ibidem conſtitutus ſanctæ Kalendis Maji obiit: ob cujus cultum ac venerationem publicam dicitur S. Aſaphi appellatum eſt ab Anglis oppidum, Britannis* Llan-Elwy, *ut diximus* 13. *Januarii ad Vitam s. Kentigerni cap. 5. & in Commentario prævio num. 3. Proxima Flintenſi Comitatui accedit Ceſtria & provincia & urbs Epiſcopalis, in qua celebre monaſterium eſt, dicatum S. Werеburgæ, quam & hanc Walburgam pro una eademque Virgine habuerunt. Fuit ea filia Wulferi Regis Mercіorum & S. Ermenildæ, ut ad illius Vitam* 3. *Februarii, & ad hujus* 13. *diximus. In Prologo Appendicis Roberti de Monte ad Sigebertum edita cum operibus Guiberti Abbatis de Novigento pag.* 742 *hæc leguntur:* S. Walburga apud Ceſtriam quieſcit, *additurque hiſtoria anſeratum ſilveſtrium ei obedientium, qua ad S. Werеburgam ſpectat, narraturque a Goſcelino in ejus Vita pag.* 388. *cap.* 3. *Martinus Carillo in Annalibus ſermone Hiſpanico editis fol.* 226. Richardum Regem *aſſerit* patrem S. Vulgariæ, *ita* Walburgam *appellat, & S.* Aſaphi Epiſcopi.

S. VValburgæ & S. VVerеburgæ filiæ Regis Merciorum apud alios non diſtinctæ.

27 Dies

A 27 *Dies natalis S. Walburgis ab aliis creditur primus Maii ob magnam, quæ eo die colitur, solennitatem: ita Martyrol. Bruxellense ms.* Io Germania, pago Sualavelda, S. Walborgis Virg. Quæ cum duobus fratribus suis willaboldo & winebaldo S. Bonifacium de Aoglia in Germaniam secuta est: ubi ipsa facta est Abbatissa, & post castissimam vitam hac die migrasse creditur ad Dominum, *Martyrol. Colonia anno* 1490. *excusum*: Io Germania cœnobio Eystadiensi, depositio religiosæ monialis S. walburgæ Virg. sororis S. Willibaldi Episc. Eystadensis, cujus tumba gloriosis miraculis decoratur. *Eadem fere habent Grevenus in auctario Usuardi & Canis. in martyrol. Germanico. Translata autem est Eystadium ad templum sanctæ Crucis, quod postea a S. walburge nomen obtinuit, uti & canonicarum monasterium, quod illi tam adjunxit Episcopus Ockarius, sub quo observat Gretser. tract. particulari de oleo S. walburgis, Virginea ipsius, ubi Heideinheimio Eystadium translata sunt, humo tecta fuisse, sed ab Erchambaldo* 8. *Episc. ejus an. Chr.* 893. *refossa, atq; in aram illata, quando Ludula Monheimensis Abbatissa reliquiar. pars data fuit. Quod lices ob Vitam cura sanctimonialium conscriptam clarum videatur Gretsero, tamen ante adhuc fuit, & nobis adhuc est, ob verba Wolfhardi infra n.* 10. *ubi ait:* Cives putasse S. walpurgam sibi penitus ablatam, se autem popularibus ignaris verba consolationis impendere, & confirmare tantum reliquias (*aliquam scilicet corporis partem*) sublatas quæ *sibi* scribere desideranti narravit; qui interfuit & datas reliquias apto loco recondidit: *ne ergo humo iterum tecta donec ad meror & tristitia civium plene tolleretur*, pectoralia S. Walpurgis visibiliter summo altaris sarcophago ad perpetuam sepulturam sunt tradita, *ut adhuc Acta sanctimonialibus edita. Philippus Episcop. minus in hac parte satisfecit, dum Heriberto attribuit, quæ sub Erchambaldo contigerant. Fuit autem Heribertus* 15. *Episcop. cognatus S. Heriberti Archiepisc. Colonien sis, de quo agemus* 16. *Martii, traditurq; præfuisse Ecclesiæ Eystettensi ab an.* 1020. *ad* 1042. *quo tempore monasterium S. walburgis, plurimum amplificavit, innovavit, multisq; prædiis locupletavit, opem atq; operam conferente Leodegario Lechfmundii Comite, ut & congregationis numerus augeretur & monachica sanctimonialium vita, cum Canonica prius esset, ibidem institueretur, quod & factum est. Monasterium post obitum Heriberti a fratre ejus & successore Gozmanno cum Brunone Wirzburgensi Episcopo dedicatum est* 14. *Octobr. in festo S. Burchardi, uti tradit auctor vetustus sed anonymus Hasenriedanus apud Gretser. in catal. horum Episcopor. Fuit Leodegar. post vitam sanctæ actam*, in medio S. walpurgæ, quod ipse construxit, monasterio, in ipso depositionis ejusdem sacratissimæ Virg. die, officiosissime sepultus. *Gretser. l.* 1. *Observation. ad Vitam S. Willebaldi c.* 19. *eum monasterio intelligit* sub eodem Heriberto templum Walpurginum extructum esse, & sub successore Gozmanno sollenni ritu consecratum, *additq; in catal. Episcopor.* reliquias ad summum altare templum VValpurgini, *ubi adhuc hodie honoramur*, translatas esse, *quod deinde libello de oleo S. walpurgis retractat, dum vult* sub Erchambaldo, summo altari impositas nisi forte Heribertus altare illud innovarit, & hoc titulo quasi secundus Translator caoseri queat.

28 *Memorabile illud sub Heriberto contigit & hic ex anonymo Hasenriedano inferendum*: Cum quidam hypocrita, *inquit*, in vestimentis ovium conspectus, intrinsecus autem lupus rapacissimos, brachium S. walpurgæ, & calicem aureum furtim surripuisset, & in monte in quodam lapida concavo abscondisset, nullo modo inde auferre, neque ipse quoquam potuit abire. Quod maximum sacrilegium, quia in die S. Bartholomæi Dei gratia est revelatum, devotissimus Episcop. eidem Apostolo capellam ibi fieri jussit, & postea in festo ejus solenniter dedicavit.

Februarii Tom. III.

D

§. V. Sacra veneratio S. VValburgis per reliquam Germaniam, Burgundiam, Franciam. Alia SS. VValburga Martyres.

29 RElIquias S. walburgis per totum mundum dispersas *legimus infra in Vita cura sanctimonialium scripta n.* 35. *Verum id in Vita altera ex mss. Ultrajectinis aliisq; edita restringi ar ad diversas per totum Francorum regnum provincias. Templa, sacella, altaria, jam multa ad honorem S. Walburgis Virgin. erecta esse scribit Stevartius not. at.* 7. *ut nullus ea sit enumeraturus. Aliqua nos recensebimus, ne mole obruamus lectorem. Ex antiquioribus monasteriis censeri potest, quod in hist. de Landgraviis Thuringiæ apud Pistorium c.* 8. *dicitur*, sub Ludovico Landgravio a Comitibus de Kevernberg terræ Thuringiæ prope wassanburg in honorem S. VValpurgis constructum sub anno 925. postea translatum in oppidum Arnstat, *ad quod welga amnis influit in Geram fluviam, qui inde Erfordium Turingiæ metropolim perlabitur.*

30 *VVitteberga urbe Saxoniæ celebri solebant quotannis feria* 2. *post Dominicam* Misericordia *maximo populi accursu inter alia sacra pignora ostendi duo reliquiaria, in quibus asservabantur tres dentes S. VValburgis, quinque particulæ ex ossibus ejus, duæ de vestimento, cum uleo ejusdem Virg. Quæ ex libello de Reliquiis wittebergensibus edidit Gretser. lib. de oleo S. walburgis c. S. opinaturq; Duces Saxoniæ has reliq. ab Episcopo quodam Eystettensi obtinuisse. Aliquas etiam S. walburgis reliq. a Carolo IV. Imper. Pragam allatas fuisse, ibidemq; adhuc servari indicat catal. reliquiar. Ecclesiæ Metropolitanæ an.* 1645. *excusus, quando solenni supplicatione institutus, fuere reliquia quamplurimæ ad illam ex minori urbe Pragensi translatæ, Dominica infra Octavam assumptæ in cœlum Virginis Mariæ.*

31 *Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ inter alios catal. Reliquiar. refert ex quadam tabula anno* 1625. *excusa, in monasterio Andecensi sacro monte superioris Bavariæ, diœcesis Augustanæ in veneratione haberi aliquas reliquias S. VValburgis cum oleo, quod ex ejusdem corpore defluxit. In eadem Bavaria monasterii wirtzburgensi Ordinis Præmonstrat. diœcesis Ratisponensis inter sacra lipsana summi altaris, alterius q. S. Nicolai dicati, esse aliquas S. walburgis Virg. reliquias ex codice ms. ejusdem monasterii tradit Espenculus c.* 10. *Vitæ S. walburgis. Ante plura fere ab Augusta Vindelicorum in primaria Deip. Virginis ade erectum fuisse altare sanctæ Virg. VValburgis, testantur Acta S. Udalrici Augustani Episcopi,* 4. *alii. Eidem Sanctæ vrsuleur Mogantiæ, Virdani & alibi per German. dicata sacella. Bucelinus par.* 2. *Germaniæ sacræ pag.* 91. S. walpurgæ, *usque*, Argentinensis diœcesis illustre cœnobium professionis Benedictinæ virorum religiosorum conditum primo a Theodorico Comite Mootis-Pelgardi, auctum a Friderico Cochite Sveviæ Duce, ejusque conjuge Juditha Guelphica, Henrici Nigri, seu Magni, filia, Friderici I. Imperatoris pareotibus, quod deinceps hic ipse jam Imperator anno Chr.* 1164. Abbatiali honora sublimavit, & plurimum locupletavit. *Utrumque beneficium monachi grato animo testati sunt, fixo ante sacrariam ea de re programmate, quod Guillimannum de Episcopis Argentinensibus pag.* 207. *legi potest cum anno* 1074. quo tuchoatum istud cœnobium. *Meminerunt fundationis cœnobii* S. walburgis *Lazius de Gentium migrationibus lib.* 11. *pag.* 623. *Trithemius apud Guillimannum aliique.*

32 *Colonia Agrippina varias asservari reliqa.* S. walburgis *Virgin. docet l.* 3. *de Colonia Agrippinensis magnitudine Ægid. Gelenius, ac primo in collegiata Ecclesia S. Gereonis aliquas ossium hujus Virg. particulas inclusas esse hierotheca* 4. *& 15. tradit pag.* 264. *& 265. digitum vero aliquem ejusdem Virg. in Abbatia S. Pantaleonis in veneratione haberi asserit pag.* 372. *Quæ vero pag.* 508. *scribit de reliquiis* S. walburgis *apud Societ. Jesu in sacro thesauro depositis*

reliquiæ altari impositæ

a fort. confirmat sequens,

S. VValburgis memoria in Thuringia,

reliquiæ VVittebergæ in Saxonia,

Pragæ in Bohemia,

in monasterio Andecensi

& VVindbergæ in Bavaria,

altare Augustæ Vindelicorum, dicatum sanctæ

monasterii in Alsatia,

reliquiæ Coloniæ,

AUCT. G. H.

A oraculum in templo Societ. Jeſu Ildesheim.

ſcipio in monte S. VValburgis

B memoria in feſtis Coeleſtinſibus

Alia VValburgæ Martyres Urſulanæ.

C Parochiale VValburgis prope muros Trevir. olim Leodienſium eccleſiæ,

arx,

muri portæ

& parochia,

feſtum ſacri,

ſint fore eadem ex hiſtor. collegii Colonienſis nobis communicavit Petrus Heratus noſter, cujus hæc verba ſunt: Cranium S. Walpoegis Virg. anno 1591. in Monte S. Walpuegis (Germanice Walpeeberg) repertum, cum Societas Jeſu in poſſeſſionem ejus Prioratus, agente Sereniſſimo Erneſto & nepotibus ipſius Philippo & Ferdinando Bavaris, Summi Pontificis auctoritate venijſet, translatumque Coloniam, ſtatuæ pectorali argenteæ incluſum eſt. Inſtantiſſime pro eo impetrando tum apud Romanum Pontificem, tum apud P. Generalem Societ. laboraruut Illuſtriſſimi Comites Truchſeſii a Walpurg, ſed fruſtra, niſi quod tandem accepta particula, gratioſe Societatem illius poſſeſſione gaudere maluerunt. Ejuſdem Virginis ſcipio, ſeu baculus anno 1645. a P. Joanne Zwenbrugg in eodem monte, ſereno intuitu eum vereri inſcriptione eſt repertus, & tenebricentibus feneſtellis argenteo incluſus ſolennitate in monte quotannis 1. Maii ejuſdem feſtu in proceſſione circumfertur. Porro has ipſas S. Walpuegis reliquias Colonienſem diœceſin incoluiſſe creditur S. Anno, cum ea Bavaria ejuſdem Sanctæ fratrem hoc diœceſi intulit. *Is eſt* S. Wunibaldus, *cujus* posteriores reliquias *ait Gelen. in Faſtis Agrippinenſib. ad* 18. *Decemb.* aſſervari Sigebergæ, *in monaſterio a S. Annone Archiepiſcopo Colonienſi fundato. Mortuus eſt S. Anno* 4. *Decembr. anno* 1075.

33 *S. Walbergem obiiſſe reliq. Faſtis Agrippinenſib. ad Kal. Majas adſcripſis his verbis Gelen.* Eodem die S. Walburgis, filiæ S. Richardi Regis Anglo-Saxonum, SS. VVillibaldi & VVunibaldi ſororis, cujus venerabile caput primum to Colonienſes villas translatum, eccleſiæ & monti cum pago nomen dedit: deinde propter bellorum motus ea eodem monte intra civitatem ad baſilicam Patrum Societ. Jeſu translatum, pretioſæ hermæ incluſum, hoc die in ſanctæ Crucis ara honoratur. *Fuerat olim in dicto monte monaſterium ſanctimoniale, poſt monachorum Ciſtercienſium, cujus meminerunt Caſar l. 7. c. 10. & Gaſpar Jongelinus Abbatiis Ordin. Ciſtere. per diœceſin Colonien. Addo huic Walburgi Virgini, aliæ ejuſdem nominis Martyres: ac primo idem Gelen. in Faſtis ad eaſdem Kal. Maii ita tradit:* Item Coloniæ in majoris Nazarethi monaſterio, S. Walburgis Virg. & Mart. ex ſocietate Urſulana caput honorifice cuſtoditur. *De eadem agit Gelenius pag.* 560. *Hermannus Crombach in hiſt. Urſulana, duarum item, quibus* Walburgæ *nomen fuit ab initio, aut certe poſtea additum, meminit l. 8. pag.* 757. *ac priorem ſtatuit* S. Urſulæ materterам, *cujus caput ex Paulo Morigia aſſerit Mediolani adſervari: alteram* Reginam *appellat, cujus caput Colonia in veneratione eſt apud monachos Corporis Chriſti, at etiam teſtatur Gelen. pag.* 449. Hunc rerum ordinem ſervet, *ſi aliquando rum Urſulanarum Virg. reliquias cenſeamur primarias Walburgis, de qua hic agimus:* cum dicata eſt anno quatuor parochiis, *quæ prope urbem Trevirenſem circumcirca extructa ſunt, de quibus agitur in Epitome Treveridam anno* 1517. *excuſa fol* 62.

34 Joannes Roberti in *Notis ad Vitam S. Huberti Epiſcopi Trajectenſis ac dein Leodien.* 9. 77. *ex ariſ mſſ. & magno chron. Belgico, aſſerit Leodii eccleſiam S. Walburgis eodem tempore dicti S. Huberti extructam fuiſſe. Verum 1. Hubertus an.* 727. *vita fun ctus eſt, cum S. Walburgis necdum eſſet e Britannia egreſſa. Fuiſſe olim arcem, ſoa caſtrum Epiſcopale Leodii, quod ob eadem hujus Virginis nomen S. Walburgis habebat, tradit Jo. Hocſemius de Epiſc. Leodienſibus c.* 7. *aſſeruit caſtrum illud anno* 1369. *everſum fuiſſe. Manſit dein celſiſſima ejuſdem Leodienſis civitatis porta Divæ Tutelaris S. Walburgis: prope quam portam ſub initium hujus ſec. templum parochiale extraxerat S. Walburgi dicatum, & rebus neceſſariis inſtruxerat, ſe procuraſſe prædatur Petrus Stevart. ad Vitam S. Walburgis a ſe illuſtratam. Sacra ejus memoria in officio divino celebratur apud Leodienſes & Trajectenſes ipſis Kalend. Maii. Celebre in hujus ſanctiſſimæ Virginis apud Germanos cultum demonſtrant omnia paſſim Breviar. nominatim Ratiſponenſe, Paſſavienſe, Conſtantienſe, Spirenſe, VVormatienſe, Bambergenſe, Herbipolenſe, Moguntinum, Heidelbergenſe, Monaſterienſe, Trevirenſe S. Maximini, Virdunenſe, & alia, a centum & amplius annis pleraq; excuſa.*

D oſſa pro reliquis Germ.

35 *In Burgundia antiquiſſima fuit prope Cluniacum eccleſia S. Walburgis, de qua S. Odo Abbas a. Cluniacenſis l. 2. Collation. c.* 28. *iſta ſcribit:* Eſt eccleſia B. Gualburgis in hac vicina nobis regione, in qua miracula fiunt. Contigit autem, ſicut Dominus Beeno Abbas eſſet, ut ejuſdem S. Gualburgis reliquiæ ſupra altare aliquot dies manerent. Sed mox miracula ceſſaverunt. Tandem vero ipſa Virgo quidam ea infirmis apparens, Idcirco, inquit, non ſanamini, quia reliquiæ meæ ſunt ſuper altare Domini, ubi majeſtas Divina myſteria debet ſolummodo celebrari. Quod cum ille cuſtodibus eccleſiæ, tulerunt capſam, & protinus miracula fieri cœpereunt. Si ergo *ſubjungit S. Odo*, ob illius myſteria reverentiam nec ipſa ſua pignora Sancti vulnus propius vicinari, quid cenſendum eſt de immunditiis &c. *De B. Bernone* 1. *Abbate Cluniacenſi aa.* 928. *vita functo egimus* 13. *Jan. de S. Odilone ſucceſſore actum* 18. *Novembr.*

In Burgundia eccleſia reliquiæ, miracula

E Attiniaci in Campania Franciæ

36 *Attiniacum oppidum Campaniæ Gallicæ ad Axonam fluv. in Retheram diœceſi inter metropolim Remor. & Sedanam, antiquiſ ſcriptorib. notiſſimum eſt ob regnum Palatii in quo Pippinus, Carol. Magnus, Ludov. Pius, Carol. Calvus aliiq; ſuos conventus ac placita, in tunc publica comitia appellabant frequenter habuerunt ſunq, ipſa præſentia locum hunc ad Natalitia aut Paſchalia feſta celebranda cohonеſtarunt. Quod tamen palatium regium ab hodierno oppido Attiniaco medio circit. milliari diſſitum fuiſſe tradit Eſpagnol. c.* 10. *Vita S. Walburgis. In hoc palatio extructa eſt a Carolo Calvo eccleſia S. Walburgis, ſed una cum palatio a Normannis everſa. Pace & quieto Gallis reddita, alia eidem Virgini ædificata eſt eccleſia, quam Hugo Campaniæ Comes a Philippo Francor. Rege, ducta in uxorem filia ejus Conſtantia, in dotem acceptat, ac poſtea an.* 1102. *Moliſmenſi cœnobio donavit: eſtq; hodie cella ſeu prioratus monachorum Benedictinor. a Moliſmenſibus dependens: ex cujus monaſterii archivo hoc edidit Eſpagnol. diploma:* Majorum auctoritas .... Ego Hugo animæ meæ ſaluti proviſens, venerabil. uxoris meæ Conſtantiæ, Philippi Francor. Regis filiæ, laude & aſſenſu, ex cujus parte villa, quæ Attigniacum vocatur, in jure meo ceſſit, capellam S. VValburgis, S. Mariæ Moliſmi & Fratribus ibidem Deo ſervientibus, & quidquid ad eamdem capellam attinet, lege teſtimonii concedo, & in perpetuum tenendum confiemo .... Remis 1102. *Subſignarunt Archiep. Manaſſes, duo Archidiaconi, Præpoſit. Decan. Cantor, & alii Ludov. filius Philippi Regis, dein Rex ejus nominis* 6. *& Craſſus cognominatus, Hugo Comes & Conſtantia conjunx fundatores, & Fulchradus Cancellar.*

templum S. VValburgis

ſorte Abbatis Moliſmenſis

F

37 *Solenne venerationis peragitur ibidem ab antiquis temporibus hoc uſque feſtum S. Walburgis Kal. Maii: quo die omnes Parochi Decanatus Attiniacenſis (qui olim Montis mariani dicebatur) 40. & plures ſolebant convenire ad diſtam S. Walburgis capellam, ibidemq; poſt decantatum Miſſa ſacrificium, publicam inſtituta ſolita ſupplicatione intererant: quibus ea religioſa in ter eos inita obligatione ſo xaginta ſolidos Pariſienſes, ſub hac tamen cautione ut ſi ex Parochis non comparerent viginti, pro quolibet infra hunc numerum abſente, ex aſſignata aliis pecunia tres ſolidi detraherentur: ita inter illos anno* 1294. *fuiſſe conventum aſſeruit Eſpagnolus, additq; ad hæc fere tempora conſuevuſſe Decanum Attiniacenſem Kal. Maii in capella S. Walburgis benedictam oleum ſuis Parochis diſtribuere.*

feſtum 1. Maii,

38 *Hac de ſolenni cultu S. Walburgis apud Attiniacenſes, quem exortum tradunt ob reliquias ejuſdē Sanctæ ex Germania a Carolo Calvo eo delatas. Mirum inter diplom. Belgica l. 1. c. 15. ex tabulis Moliſmenſibus hoc edidit:* Karolus divina propitiante clementia Rex Francorum .... Noverit ergo omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum-

reliquiæ a Carolo Calvo præmiſſæ.

A ſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum, ſolertia, quemadmodum imitantes exempla priorum prædeceſſorum noſtrorum Regum, Deum timentium atque colentium; ductiet nos religione, & ſuccenſi igne divini amoris ſtatuimus ædificare eccleſiam in Attigniacu palatio in honore S. walburgis Chriſti Virg. quam pro tutamento totius regni ex partibus Orientalium ſagaci induſtria afferre voluimus. Ubi ob prædeceſſorum ſucceſſorumque noſtrorum, noſtræq; regiæ majeſtatis regniq; ſtabilitatem condonamus ex noſtro proprio jure .... Signum Karoli Regis glorioſiſſimi. *Hæc apud Miræi, qua Eſpagnol. etiam edidit addite e litteris Karoli more illius avi ſigno: annotatq; ſigillo impreſſam imaginem Regis fuiſſe cum obſoleta circumquaq; & detrita ſcriptura, qua legi nequit. Annus a neutro exprimitur, neq; quo diploma ſignatum, neq; quo dicta reliq. delata ſint ex partibus Orientalium: inter quas Francomia, Svevia, Bajoaria cenſebantur: quibus limitanea ſunt & Heidenheimium & Eyſtadium, quæ ſub Otkario Epiſcopo ex illo monaſterio delata reliq. ejus ſupra diximus. Coavi fuere Otkar. Epiſc. & Rex Carol. Calvus, cui ejuſve legato potuit ille aliquas S. Walburgis ac fratrum reliq. dediſſe, Attiniaci in palatio regio depoſitas, dum ibidem in bo-*

B *nore S. Walburgis extrueretur eccleſia. An Carol. Calvum in partes Orientales profectum (quod alii volant) comitatus fuerit Balduin. Ferreas, aut hic ejus legatas reliq. baſce attulerit, caſus; dein a Rege ſocero ſuo impetratas, Furnas in Flandriam detulerit mox inquiremus.*

parochia S. Walburgis

39 *In magno beneficiorum Francia regiſtro Pariſiis exculo prater prioratum S. Walburgis adnotatur in Decanatu Attiniacenſi parochia S. Walburgis, & vulgo a geographis* S. waubourg *ibidē ſignatur. Agnoſcit ea parochia in ſua collatione Patronos Decan. & Capitul. S. Symphorianı in Remor. metropoli: ubi in Abbatia S. Remigii aliquot oſſium S. Walburgis particulas in eadem theca cum reliquiis S. Cilinie matris S. Remigii in ſummo altari repoſitas ſervari, traditidē Eſpagnulus, qui illas Attiniace tempore Normannica devaſtationis Remos deltas arbitratur. Colitur S. Cilinia 21. Octobr. Obſervo denig, Attiniarum vulgo dici* Bourg d'Attigni, *ac pre eo videri apud aliquas exteros ſcriptores ſumi urbem Biturigum, vulgo* Bourges *dictam, ideoq; in mſſ. martyrol. Carmeli Colonienſis, & apud Maurol. perperam legi hoc 25. Febr.* Biturigas S. V Walburgis Virg. *qua etiam habentur in Martyrol. Germanico Camſii & Italico Felicii: nulla interim hujus Walburgis Bituricenſis mentio ſit apud Sanſſ. neq; etiam in Hagiolog. Francogallia a Philippo Labbe Biturico excerpto ex antiquo Martyrol. Abbatia S. Laurentii Bituricenſis. In Normannia ad Sequanam duobus in-*

reliquiæ Remis,

C *fra Rotomagum milliaribus peninſula eſt, continens beneficiarium pradium Equit. Melitenſium cum ſacello S. Walburgit admodum celebri, quam credunt in Germ. abituram ex Anglia eo veniſſe, quod parentem ejus S. Richardum feciſſe probavimus ad ejus Vitam pag. 71. n. 15.*

Pucellum in Normannia

§. VI. Templa & reliquiæ S. Walburgis Furnis & in reliqua Flandria.

Furni in Flandria S. Walburgis templum,

40 FUrnum opulentum Flandriæ Occidentalis oppidum in diœceſi olim Morinenſi, nunc Iprenſi. *Eo in oppido præcipua eccleſia (nam tres ſunt cura paſtorali deſtinata) dicata eſt* S. walburgi, *olim ſanctiſſima Deip. Maria ſacra, a Balduino Barbato Flandror. Comite circa ann.* 1030. *magnifico opere conſtructa, ornataq; inſigni collegio Canonicor. quorum traditur numerus, ob lautum quo fruebantur proventum in duplū auctus. Decem ex his cum Præpoſito Ipras translati ſunt anno* 1559. *cum Epiſcopalis cathedra in ea urbe erigeretur: alii decem cum Decano Furnis remanentibus. Qua pleribus expoſita apud Sander. to. 2. Flandria illuſtrata pag. 477. legi poſſunt. Quatuor in hac Furnenſi Eccleſia dies cultui S. Walburgis addictos, ipſemet coram ex libro rituali deſcripſi, ſcilicet* Feſtum tranſmigrationis 25. Feb. Elevationis reliquiarum 12. Octob. Translatio-

collegium Canonicorum,

4. feſta.

nis reliquiarum Furnas 4. Auguſti. *Diei hic ſolemniſſimo cultu, imo dillo etiam opere ſervili, & ritu Eccleſiaſtico prima claſſis cum Oct. celebratur. Demum* Kalend. Maii *in officio, quod de Ss. Philippo & Jacobo peragitur, additur* Commemoratio de S. walburge, *quod itidem, uti de præcipua Patrona, obſervatur tota anni decurſu, quando id peculiares Eccleſiaſticas licet.*

AUCT. C. H. D

41 *Translatio reliquiar. S. walburgis inſcripta eſt martyrol. nonnullis ad 4. Aug. Molan. in auctario Uſuardi,* S. walburgis Virg. *inquit*, cujus reliquiæ ſacræ Furnis habentur. *De hac reliquiar. Translatione agunt eodem die idem Molan. in Natalib. SS. Belgii, Wilſon. in Martyrologio Anglic. in Gallic. Sanſſ. in monaſticis Wion, Menard. Bucelin. in Natal. SS. Canonicor. Ghinius, in catal. Gener. Ferrar. cujus hæc verba ſunt:* Furnis in Flandria Translatio S. walburgis Virg. *addis Wion:* cujus ſacræ reliquiæ ibi requieſcunt. *At Kal. Maii iterum in eiſdem Martyrolog.* S. walburgis *& fratrum Translatio memoratur. Molan. ad Uſuard.* Furnis Translatio reliquiarum Walburgis, wilibaldi, & wilibaldi (*imo* wunibaldi) anno milleſimo ecteſimo nono. *Qua inde excerpta ſed verbis ſubinde mutatis, legantur apud Wionem, Dorgan. Menard. Bucelin.* E *Canſſ. Sanſſ. Ferrar. De hac Translatione Meyer. lib. 4. Annal. Flandria ad an. 1109. iſta narrat:* Ad Kalend. Majas Furnis translata corpora SS. walburgis, Willibaldi & winnibaldi, adſtantibus eum Canonicis ſuis Herberto Furnenſi & Thoma Eveſſamenſi Præpoſitis, ac Gertrude marte Roberti Comitis, quæ id temporis jura dedit Furnenſibus. *Fuiſſe* Thomam *primum Eversbamenſium Canonicor. Regular. in agro vicino Præpoſitum, enimq; anno* 1118. *vita functum ſcribit in Furnenſibus Sander.*

Reliquiæ, Translatio 4. Aug. fit.

alia 3. Mail

facta a Gertrude Comitiſſa Flandriæ

42 *At Gertrudis mater Roberti junioris Comitis, Hierofolymitani dicti, origine Saxonica, nupta primum Florentio 1. Comiti Hollandiæ: quam ipſa provinciam, marito extincto, pro filio impubere, Theoderico 5. aliquamdiu rexit: dein nupta Roberto Friſio, qui poſtea Comes Flandriæ fuit, atq; ex eadem Gertrude Robertum ſuſcepit, cui anno* 1112. *in bello Normannico extincto, mater ſuperfuit, in ſumma ſenectute mortua. Fundaſſe eam in eccleſia S. walburgis apud Furnas præbendam anno* 1095. Indict. 3. 3. Non. Octobr. *ex regiſtro hujus eccleſiæ edidit Olivarius Urediat in Probationibus ad Genealog. Comitum Flandria tabula 5. litt. H. Sed feria 6. addendum, cum prima errore amanuenſium legatur.* Tres alias præbendas *ab eadem Gertrude datas aſſerit Sander. to. 2. Flandria illuſtrata pag. 477. ſed pro an.* 1122. *cit. aste quem ipſa jam deceſſerat, ſubſtituendum* 1102. *aliumve arbitramur. Gertrudis exemplum imitati,* F *alia duo ibidem ad S. walburgem beneficia fundarunt Werembaldus quidam & Carol. Bonus Flandror. Comes, & dicta Gertrudis ex Adela filia nepos. Eas porro donationes, diplomate anno* 1120. *dato, ratas habuit Calliſtus 2. Pontif. Rom. quo anno* Furnenſis Eccleſiæ Præpoſitus *erat* Formoſus, Decan. *vero* Alanus, *at mirum ſit a Sandere dici nomen Decani primo proferri in diplomate anno* 1141. *ſignato. Conſule Notit. Eccleſiar. Belgii Auberti Miræi c.* 122. *Ejuſdem* S. walburgis *paræciam in ſuburbano Furnenſi eſt; collegiata Eccleſia Furnenſi annexa, & vulgo* S. walburgis limes, *ſeu* Prætorium Torelle *appellatur: cujus iconem exhibet Sander. pag. 489.*

quæ ille fundationem fundavit,

alia S. Walburgis parocia

43 *Hæc de cultu ac veneratione* S. walburgis *apud Furnenſes, occaſione reliquiar. ejuſdem ibidem aſervatarum, qua unde eo lata & quo tempore fuerint, hic inquirimus. Sander. to. 1. Flandria illuſtrata l. 2. Rer. Brugenſium c. 8. aſſerit* Brugis *in æde paræciali* S. walburgis, *de qua mox agemus*, haberi aliquam partem corporis D. V Walburgis, quod ex Eyſtettenſi cœnobio Antuerpiam primo, inde Furnas translatum ſit. *De reliquiis hujus Virginis, cultu & æde ſacra apud Antuerpianos §. ſequenti agemus: nulla tamen ejus quod aſſerit Sander. reperto veſtigio. Brugenſes contra teſtantur, quas habeat* S. walburgis *reliq. Furnis ad ſe delatas olim fuiſſe. Ita nobis re diligenter inquiſi-*

Reliquiæ S. Walburgis non ſunt Eyſtadii Antuerpiæ, Brugas, ſed de Furnis delatæ.

AUCT. G. H.

ta indicavit Judoc. Andriis noster, libris variis editis clarus.

A *Alii ergo tradunt, Furnenſes, dono Balduini Ferrei, primi Flandror. Comitis ſacras has reliq. obtinuiſſe. Hanc Furnas inſtauraſſe & vallo contra Normannor. incurſionem munivisse ſcribit Malebr. noster l. 6. Morinor. c. 23. ex chronico Dunen. monaſterii in vicino Oceani littore ſec. Ch. 12. extructi. Ipſe etiam Sander. to. 2. de rebus Furnenſibus, diſſimulato priore relatione, ſic refert:* Balduinus Ferreol ſocerum Regem in Sveviam *comitatus*, inde reliquias D. VValburgis Anglo-Saxonis Furnas tranſtulit anno 870. & religioſe repoſuit, oratorio adornato & monachorum ad rem divinam fundato cœnobio: hoc (an Normannorum incurſione, an temporum lapſu, incertum) periit. *Furnis eadem ex Tabula mſ. prope chorum appenſa ipſemet deſcripſi: eaq; verba hic repeto:* Balduinus Ferreus Flandriæ Comes an. Domini VIIIIcLXX. Carolum Francorum Regem comitatus in Sveviam deportavit, inde corpora Ss. Walburgis ac fratrum ejus willibaldi & winnobaldi, eaq; magno cum honore Furnis ſervanda tradidit, templo Sacerdotibuſque ad id inſtitutis. *Eadem ex hac tabula refert Meyer. l. 2. Annal. Flandriæ ad an.* 870. *addit q;* Sacerdotes inſtitutos *fuiſſe* Benedictini nominis, qui poſtea Canonici facti ſunt, (*& quidem, ut vult Grammaius apud Sander.*)

B Regulares, qui neglectæ regularis diſciplinæ obſervantia in ſeculares Canonicos degenerarunt. *Quarum rerum antiquas certaſq; probationes necdum vidimus.*

14 Hoc igitur patrato miraculo Adelbertus Alamannæ Comes illuſtris illo uſque devotus advenit, cereum non modicum detulit, & altario pronus impoſuit, pro ſe ſuiſque ſupplicite Dominum & Virginem eaoravit, ſicque benedictione potita ad propria remeavit. Suſcipiens autem eamdem candelam Liubila, quia præfato Comiti familariſſima erat & rara, candelabro ereuit, & inaccenſam tunc ſotte reliquit. Quarto vero die cœlitus lumen accepit, tribuſque diebus & noctibus in ea lumine perdurante, quarto nemine emungente, extincta eſt. Hora aotem, qua divinitus nomas cadantis ignis ablambuit, videlicet nona, ita ſe ſponte oſtia obſtruere eccleſiæ, ut nullus infra doarum fere borarum ſpatii quantitatem patula habere mereretur & pervia. Deinde is qui obſtruxit Chriſtus aperuit, & patentia intrare volentibus fecit.

Cereus relictus accenditur.

a *Alii* Mulheim.

b *Alii* Ruodolphus & Ruodaldus.

c Sualafeldia, *alii* Sualfeldia, *regia vicina ad flumen Almonium, in qua Heidenheimenſe cœnobium extruxerunt. Rudolphus in Vita S. Rabani Archiep. Moguntini 4. Febr. pag. 516. mel.* regionem Sualavel Dominorum *appellat*. Sualafeldia.

d *Sveardio* Leupoldus.

e *Severus Sulpitius in Vita S. Martini dial. 2. c. 1. aſſerit a Gallis* raſtilis tripedias dici, *quas alii* tripodes *nuncuparent*. Scabella *Walfhardus ante appellaras, trium ſcilicet pedum*. Tripedia.

CAPUT V. F

Variis ſanitas collata ope S. Walburgis.

c. 13. a

15 DUæ præterea Virginis præſidia requirentes illuc devenere mulieres, mater cum filia, utraqot maooum corvedine iobonefta, de vico qoi dicitur *a* Wemerdinga. Hæ dum erectis in cœlum oculis cordis auailum ab ipſo, qui fecit cœlum & terram, ſupplici devotione depoſcerent, & Miſſarum ſolenuiis interefſent, divina mentis Virginis eis affuit virtus, & in exordio feſtivi Miſſæ conceptus, mater adepta eſt ſoſpitatem laudans Deum & Virginem. Tum nata parentis dubios in tremolo pectore animos geſtans, & fluctivaga mente conſiſtens, ineffabile ei de matris reddita ſanitate tripudium intulit, de ſua vero nodoſa contractione gemebat. Videbat jam ſuam, quam natura dederat, genitricem obpanſis manibus cœli benedicere Conditorem, verum adhuc in ſe miſellam cernebat regiare curvedinem. Hæc dum ſæpius mutabunda mente reflectens cunſiſteret, finito ejuſdem Miſſæ canore, ab ipſo, qui ſe initium & finem voluit propalare, & ipſa ſanitatem meruit obtinere. Tuoc eadem mater cum filia, moniales cum Matre Liubila, nec

Cereus magnus ſanatus.

non

A non & aſtant omnis communis ſeaus familia, exoltantibus animis cum hymnis & canticis reddideruot Domino laudes in cœlis, qui ſolutionem tribuit compeditis, & erectionem largitur allisis.

c. 14. paralyticus

16 Delata eſt ad idem monaſterium mulier quædam, nomine Reginſwindis, quæ ipſius eſt vicina eccleſiæ, ita membris omnibus deſtituta, ut niſi vehiculo, duobus videlicet deferentibus, laceris inſertis, & altrinſecus oneratis, quoquo pacto illo pervehi potuiſſet. Quæ ante altare feretrum adhuc Virginis continens, a ſuis diligenter expoſita, gratam, Walpurga interveniente, a Domino ſtatim adepta eſt ſanitatem, & omnes, qui interfuere, audierunt Largitori ſalutis eam gratias referentem.

c. 15. b c d

17 Fuit quidam vir de vico, vocamine *b* Megenshaim, nomine c Wolfgerus, qui pedem unum ſuper alterum ita connexum habuerat, ut inſita ſeptem annorum lacrymoſum illi *d* circulum ſedens, numquam cibi edulium ſumere potuiſſet. Mirum enim in modum pes vicino & comiti pedi inhæſerat, & reſidendi quietem morbus inſaniens claudicaoti negaverat. Is ad jam dictum ſacræ

claudus. e

Virginis e arceſterium opportuno remporis climate veniens, & non inceſſu pedom ambulando, ſed quaſi cum baculo miſere ſaliendo, ſpacioſs interiacentia ruta per-

B

juſtrans, totum ſe illius piæ miſerationi contribuit, ſtatimque ſalotem ambulandi recepit.

c. 16. f g h

18 Eſt vicus *f* in Francia, qui ab incolis appellatus eſt *g* Bergila, ubi quædam extitit fœmina, quæ *h* Engilſwindis eſt nuncupata. Hæc dum a loco ad locum equitans, proopportunitate negotii adjacentis feſtinare voluiſſet, equo, quo jam caſura in proximo reſidebat, lapſu agili & horrendo perlapſa eſt. Crure namque pavidi corporis, hujuſmodi præcipitio rutuæ confracto, & artuum omnium bajulo eidem miſere i minutato, quæ alienis conata eſt inceſſibus uti, duorum annotum vergente reflexu propriis haud meruit frui. Tandem miſerator & miſericors Dominus injuriis miſeræ ſolita pietate compatiens, Virginis ſuffragantibus meritis, metam lacrymoſi ei præſtare voluit doloris. Dum igitur luciſugæ noctis tetterrimum chaos, diei gratiam moleſtaſſet, & membra langueotia eadem ſtratu ſingultuoſo componeret, ac palpebris tremuloſis quietis ſaltem gratiam degustaſſet aſtitit ei Domina Walpurgis, quæ nobis *k* a Domino condonata eſt venialis, veniam munifica repromittens, ſi dubietate ſemota fidem panderet cordis. Vade, inquit, molierenla, gratæ igoara ſalutis, & archiatrum tuæ ſtu-

i

k

crus contractum.

C de perquirere ſectionis, & dum eum ad hujuſmodi officium liberalem inveneris, de ſecata tibia intus abſtractis officulis, ſalutis a Chriſto poſtmodum gratiam impetrabis. Tum illa, ut audivit ſuæ remedium ſoſpitatis, totis niſibus Omnipotenti grates rependens, ſuffragium accelaraos adiit archiatri. Completis denique viſionis juſſa ſalubris, & oſſibus minutis evulſis, priſtinæ gratiam indepta eſt ſanitatis. At ubi vidit divinæ ei miſerationis ſubſidium affuiſſe, lætabunda & laudans inceſſu pedum Virginis monaſterium adiit, rei geſtæ ſeriem patule peroravit, & oblationibus, quas detulit, altam impoſitis, etiam partem confracti cruris ad indicium veridicæ aſſertionis oſtendit, ibique ſui corporis vehiculsriam partem relinquens, partem revocavit ad patriam. Quam ancilla Chriſti Liubila partem aſſumens, argento fabricare præcepit, & in eadem baſilica ſuſpendit, ut, ſi quis hoc audiens, incredula mente perſtiterit, illo veniens, oculos ſuæ cæcitatis apetiar, & dum viderit partem fœminei corporis muro dependere fabricatam, ſaltem confuſus abſcedat, & ſua de ſtuliditate veniam deprecans, erubeſcat.

a *Alii* Weodingen. *Stevartius aſſerit* non inelegantem civitatem in confinibus Bavariæ eſſe.

b *Alii* Magericchesheim. *Stevartius conjicit legendum* Merzabem pagum prope Monheim in diœceſi Eyſtettenſi.

c *Alii* Wolkerus. d *Cæs. ex mſ. Ben.* Curriculum

e *De* Arcifievio *pro monaſterio ſumpto aſſum* 17. *Jann c.* 19. *Vitæ S. Anſonis lib. 2.*

f Orientali, *ſive* Franconia, *ut additur in mſ. Brocd.*

g *Alii* Beogilio.

h *Alii* Ingalſiondia & Eogilividis.

i *Sovertius*, immanero.

ANCT. WOLFHARDO PASSB. D

CAPUT VI.

Contumax ſæpius punitur, & ope S. Walburgis ſanatur: alii morbi depulſi.

c. 17. a

19 Fuit etiam quædam mulier de villa, quæ dicitur a Stoffenheim, nomine Geila, in qua bis terna Dominus per beatam Virginem Walpurgam operari dignatus eſt ſigna. Nam cum feſtus dedicationis ejus baſilicæ dies, & annuus adveniret, & omoes, qui noverant Deum & Virginem, in hac eadem feſtivitate celebri venerantes feriales ducerent diem, illa contumaci & irreveteuti eam fronte deſpiciens *b* zetas hyemales, & operoſas ingrediens, e curceboldum, quem prius ad texendum erexerat, flexis digitulis texere cœpit. Ubi, cum duabus vicibus ex *d* glomice ſive trama, quam manu tenebat in tela fila tranſponeret, hæſit miſere inſertus manui glomex, & intumeſcente ea penitus cum lacerto, hæ, quæ affucrant mulierculæ, *e* mancellam ei a manu prævarticatrice & tumida diſſuerunt, & cubitali ſubuculæ repooentes triſtes hanc meruiſſimam reliquere. Ubi vero rutilantis munus diei, noctis denſa caligo fuſcavit; dum membra lectulo pauſanda dediſſet, viſum eſt ei, quod quædam in ipſa, in qua glomea inhæſerat manu, columba grata grana colligeret, quam etiam puellula abigere voluiſſet. Tum neſcio qualiter mancella, quæ prius tumenti dextera diſſuta extenetat, loco apiatæ priori, eodem qoo prius tenore connexa eſt. Unde tam ipſa quam cuncti, qui videre, ſatis mirati, ad Virginis auxilium, cum eadem ocyus convolarunt. Cumque miſeticordiæ Dominum pro miſera prouis meotibus imploratent, obvia illis illico ejus extitit miſeratio, & decidente eodem glomice temerario, ſana inventa eſt manus cum brachio.

S. Walburgis feſto operans, pueltas, glomeramant infurore, b c d E e

20 Ipſa vero tantam in ſe cœlitus geſtam virtutem oculis cordis non penitus advertens, verum ad locum ſuorum ſolamine, unde venerat, redire contendens, cum mancellam, quam ſupra taxavimus, quæ prius inventa in loco priori conſuta, ſe ſponte diſſuerat, arrepta acu ſuere voluiſſet, ut nec eadem ſaltem ad monumentum ipſius oratorii remaneret, ad tertium ictum miſerabilis puncti ita manus inventa eſt cum brachio cutva, ut inveniretur inter *f* aſcellam arctius fixa. Inde temeraria, & admodum ſtolida ſecom perfetens detrimenta, ad ſuffragium Virginis eſt devecta. Poſt vires amittente nodoſa curvedine, ſanitalis ibidem donata eſt pulchitudine.

convolarato brachii F f

21 Verum nec ſic his duobus territa miraculis miſera, & itecum redeundi ad propria iter aggredi niſa ultio quam meruit, ſtatim eam ſecuta eſt inaudita. Nam orbes, quos ei viſionis munere mater natura contalerat, domeſticas domunculas deferentes, & locellis a cognitis, cæcigena foditate utgente, penitus exurgentes genarum receptaculo vicinstrom tetri effecti ſunt hoſpites. Sicque, dum ei lumen lumina ſubito abſtulerunt, horrenda eam caſtigatione multarunt. Mirum nunc dicturus de Virgine, Chriſtum attentius invoco, ut ipſe, qui mihi ſenſus igniculum contulit, veta ſcribendi munus indulgeat, & veritatis lumen oſtendat. Ergo dum hoc ſanctimoniales attomtæ cognoviſſent, ad ſolita eam pandulis luminibus detulere præſidia Virginis, ut ipſa, quæ ei propter arrogantiam ſuæ ſtoliditimæ mentis detrimantum contulit cæcitatis, piæ in eam panderet viſcera miſerationis. Quid plura? Tunc Walpurgis mater & pia omnium ſe quæ-

cæcitate & oculorum lumen reſtituit

reticum

AUCT. WOLFHARDO PRESB.

rentium educatrix reſpexit miſerando ad miſeram tetra caligine preſſam, & oculos luminis dignitate privatos, & locis non propriis hoſpitantes reveait ad ſedes, & g oculos in capitis arce rotantes ſolis radios fecit eſſe videntes.

A *reſtaurator in 12.*

g *h i ſuruatus brachii ſinger.*

aa Mulier quædam *h* Francigena rellure expoſita, verum *i* attactu gravis incommodi miſerabili agitatione perculſa, brachii dextri familiare officium perdidit iremebunda. Extimanito nempe emortui lateris ei climate deacto, nec ad os ſaltem proprium languentem ac vacillantem quibat rendere manum. Hanc, lui vota felicia percomplentes ſumma cum feſtinatione ad Virginis oratoriom deduxerunt. Igitur veniens, & alta ex imo pectore ſuſpiria trahens, utque ei Opifex patrocinio Virginis opem ferret, ſedula mente depoſcens, erexit ſe, atque ad altare fidelitet fidelis acceſſit. Quæ, dum, miſu quu potuit, faciecrgium, quod pro munere detulit, atæ ſalutati agitando impoſuit, ſanitatem ſtatim plenitſimam recepit, & gtatias agens, ad locum unde venerat, repedavit. Vetum non multo explicito temporis incremento, dum intuens cupida mente Dnminus ejus carnalis membris omnibus fore valenrem, ad debitæ eam ſervitutis juta reflecteret, ptior arriculata manus cum brachio, quæ

B beneficii cœleſtis potita eſt dono, quaſi injutiam cæcæ cupiditatis illatam ferre non valens, horrenda mox curvedine ſeſe retorſit, & violenta contractione urgente, ventretenus dependit, quo etiam hæſit, & ſic impreſſa demerſa eſt. Tuoc cernens Dominus ob ſui reatus admiſſum, medelam, quam metuerat, ſæminam perdidiſſe, imo pœnam quam non ſperaverat accepiſſe, votum Domino ex animo vovit, ut ſi B. Walpurgis opitulantibus meritis eadem ſui juris famula repatari mereretur, vinculo ſervitutis evulſam libertatis tabulis eam ocvus condonaret. Mirum in modum ſtatim, ut, potius ei ingenuitatis apertis, civis effecta eſt Romana, illa, quæ prominenti ſuetat ventri inſerta, eſt manus erecta, & priori officio reſtituta. Hæc duo in una fœmina ſunt patcata miracula, & evidenti ratione comperta.

& contrarias

c. 19. 23 Quidam nomine Etchanboldus, qui hactenus vita ſanctiſſimus jocundabatur in illa, de vico vocabulo *k* Mura, illic auxilium a Domino requiſivit, & cum fide poſtulans celerius reperit. Is ita faſtidii notatos eſt morbo, ut expleris ſeprem & viginti, ut ipſe teſtatur, hebdomadibus plenis, nec panis edulium ſumere potuiſſet, nec carnis quadrupedum aut volucrum ſive piſcium refectione humana qualibet ſueretur, hauſtum quoque vini vel

k

longo ſtomachi aeno ſua.

C ſiceræ nullatenus ore contingeret, nec tamen greſſuum communium munere fraudatetur. Tantum leguminis modico, & ovorum meditullio pendulo corde cootentus, vix viſcera languentia reſovebat. Ergo dum iiſdem jam rerum carnis velamine tegetetur, & gelida cteberrime flumina curpus inane frigeſcerent, licet lenti gradu potiretur, metam tamen uperiebatur egreſſus. Cum ſubito membris tepido ſopore depreſſis, vox eum ita blanda & lenis quædam adgreditur. Cur, inquit, deſidia langueſcis inepta, & ſalutis cura poſtpoſita rua, de remedio deſperas in vita? Age ergo, quod moneo jam de corporis repatatione ſecurus, & ad monaſterium Mowenheim vade feſtinus, ibique benedictæ Walpurgis Virginis Chriſti reparaberis precibus. Cumque illo celerius veneris, tres ſanctimoniales juxta altare ejuſdem invenies Virginis, quæ de altatis calice conſecrato, tibi poculum propinabunt. Quod dum fecerint, veſcendi pariter ac bibendi uſum communem ſine dilatione recipies. Hoc igitur ſalutiferæ vocis tactus impulſu evigilans, ſumma cum celeritate ad jam dictam ſe monaſterium poſtulavit adduci. Veniens autem pronus oravit, viſionem, quam viderat, ejuſdem juata altare poſitis ſanctimonialibus tribus per ordinem pandit, & de calice vini guſtum ſedulus exquiſivit, quem & accepit. Mox ego vini liquorem anhelantia ejus guttura glurierunt, comes ei panis affait fames, & qui tantum Dominici corporis facrameu- D rum vorare ante nequibat, ſarrea poſtea famelicus dona quærebat. Manducavit plane, & bibit in eodem loco, panemque, vinumque, quæ ei munera morbus ævi quantitate negavetat, anailio Chriſti Virginis implorabat. Sicque adepta de qua prius deſperaverat ſoſpitate, ad locum unde venerat cum nimia redit exultatione. Si quis ergo hæc ita geſta mente obſtinata non eredit, eumdem ipſum interroget dum adhuc vivit. Nam & locum hic exaratum invenit ubi degit, & vocabulum, dum iſtud requirit aut perlegit, audit.

a *Stevertio* Scopfenheim, oppidum caſtro pervetuſto inſigne, Elingeaſi domui Ordinis Equitum Teutonicorum hodie ſubiectum: non procul a Weiſſenburg civitate Sveviæ Imperiali.

b Zeta, *ſeu* zæta: *quaſi* dicta, *aut* dicta, *uti* zabolus, diabolus, *hic hypocauſtum ſignificat. Ita Gloſſarium Camberonenſe:* Zeta. Zetæ hiemales, domus quas caletacin ſubductus igato: Zetæ æſtivales, quas *mfrigidat* ſubducta aqua.

c *Canif.* erceboldum, *Mſſ. Ulvrai.* cnreiboldum. *Mſ. S. Maxim.* cuciboldum. *Stevartius ait inſtrumentum aliquod textile eſſe Germanice* tiſchkamp *dictum.* erceboldum.

d Glomex, glomeris, *at Plinius* glomere *uſus, deſunto nominativo, ſitne* glomer *an* glomus *certant Grammatici.* glomex.

e Aſcella *pro* axilla *uſi ſunt Turonenſis, Baldricus, Cæſarius, alii.* E

f *Cæs.* ſuliculos: *eſt autem* ſolienlus *diminutivum a ſole.* oſcello. ſuliculus.

g *E Francia Orientali explicas Philippus. Eyſtettenſis.*

h *Cæs.* ut aſtu. *Mſſ. Bon.* ad tactum

i *Duplicem* Muram *non procul invicem in Marchionatu Anſbonenſi, nobili familiæ Londesheimmiorum ſubiectam obſervat Stevartius.*

LIBER SECUNDUS.

Miracula anno 894. patrata.

ex MSS. variis, Canifio & Stevartio.

PROLOGUS.

1 OPera pretium duxi, quamiam mira, quæ per ſuam famoſiſſimam Chriſtos quotidie operatur & operatus eſt Virginem, jam dudum tenui chartula colligere cœpi, ut ea quæ ſunt indaganda requiram, & diligenti appoſita vigilantia, prout vires ſuppetunt, indagata perſtringam. Non quo quiſquam, ut reor, F talia ac tanta, quæ hactenus patrata ſunt in præfato monaſterio Virginis ſuffragantibus meritis, ac diebus pene ſingulis patrantur prodigia, ex aſſe valeat explicare: quippe cum tanta ſint numeri quantitate, ut vix valeant promi elogio linguæ: verum ut ſponſio humilis, Patris præcepto pareat imperantis, & pedetentim lepidi viam carpat & cœpti itineris, ut, quo rendit, Teinitatis opificæ dirigator auxilia. Curioſom ceterum Lectorem, ſecundum incipiens libellum admoneo, ut barbatiſmorum fœdam congeriem in hoc opuſculo floccipendat, & veritati in vulgari eloquio fidei autem apponat, & quod hic invenit, ſimpliciter perlegat, & actiſtu ſterquilinio margaritam exquirat: ſicque fit, ut & ſua fideliter tollat, & noſtra incontaminatus omittat. Ceriſeræ namque ſæpius apes, licet obſtructis vaſculis hyblæa mella diffundant, cloacis tamen ſqualentibus inſidere non reuſant. *a*

a

a *Capitum diſſidentia ſequens in excuſis exemplaribus ſubiungitur Prologo: in nonnullis mſſ. iterum interponitur: nobis ſufficiunt cum aliis mſſ. ſolum hic indicata capita.*

Cap. 1 De muliere, quæ raſile perditum invenit. *Capitæ libri ſeparatim.*

2 De illuminatione cæcigenæ.

3 De eo ubi ſacenlus cum eulngiis inventus eſt.

4 De eo ubi ſpatha perdita inventa eſt.

5 De curatione caduci.

6 Ubi

A 6 Ubi peregrinus occiſus eſt, & mortuus probatus eſt.
7 Ubi puella viſionem accepit.
8 De illuminatione cæci.
9 De puero, qui cæcus natus viſum recepit.
10 De muliere cæca.
11 De duobus caballis furatis & matutinalibus horis repertis.
12 Ubi claudus puer ſanatus eſt.

CAPUT I.

Res deperdita ope S. Walburgis recuperata : cæcus illuminatus.

cap. 1. a ANno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, *a* octingenteſimo nonageſimo quarto, *b* indictione tertia, regni *c* quadrimodi Arnulfo retinente
a b dominium, anno *d* octavo, quo obtinuit principatum,
c Eyſtetenſem procurante Erchanboldo famoſo Epiſcopo
d præſulatum ; quædam votiva complens deſiderio mulier, cum eo, quem nuptialis copula ei dederat, viro, Dominum, qui prope omnibus ſe eſt invocantibus in veritate, deprecatura, jam cunctis pene cognitum adit monaſterium noſtræ & multorum fidelium Matris. Ubi dum pro commiſſis a primæva viredine facinoribus uni-
B verſis rea tunderet pectora pugnis, ac ſæpius ſæpiuſque interveotiones piæ quærerer Virginis, benedictione ſolita munerata, vehicularia petiit adiumenta. Viam ergo, qua venerat, lætiſſima carpens, & de his omnibus, quæ audierat & viderat plurima, mente revolvens, io prima reverſionis manſione e riſile, quo ſuper
a aurem *f* orale confiaerat, caſu perdidit accidente, ipſa
f qualiter perdidiſſet penitus neſciente. Hæc dum viro ſoo factum clancule fatereturr diſpeodium, ille concorporalem ſibi & gratiſſimam conjugem mox improvida nota vit incuria, & leui modulatæ vocis increpavit eloquio : Cur more laſciviootium puerorum illud, quod ſecum tulerat, perdidiſſet ineauta ? Tum illa ad præſidium rediens, quod prius requiſierat, Matris, inquit: Si ruæ, Domioa Walpurgis, miſereri dignaris aoeilla, & vocem audire diſponis indignæ, damoum mibi rei reparato præſeutis ademptæ. Hæc dum verba, ut reor, pleniſſime fidens in Virginem æſtuanti pectore citius peroraſſet, jacens ante ſimul diſcumbentes eos pariter, patenſque apparuit riſile, non aliud, ooo mutatum, verum idem, quod ei prius auailiom præbuit, capitale. Tum iu ſtuporem verſi qui aderant cuncti, mente devota grates mirabilia facienti Chriſto Domino reddiderunt.
C Eadem præterea mulier tanto in ſe viſo mitaculo, quid de ipſo ageret riſili penitus ignara, tandem ioquit : Felicem me fœminam æſtimatem, ſi id munuſculum, quod mihi Virgo ceparavit immeritæ, ad indiciom audieurium omnium eidem conferrem eccleſiæ. Aderat tunc forte quidam, vovenſis verba audiens conjugatæ, qui merita Virginis, præſeuris lumen reparaverant vitæ, qui ait : Quoniam ego debitum ei in vita mea ſeevitium ceddere debeo ; ſi mibi hoc, quod optaſti, impoſueris, deportabo. Nam ipſa mihi viam, qoam peccata tulerunt, miſericordiſſima contulit, & lumen, quod diu natura negaverat, munifica reparavit. Quod illa audiens, prælibatu æris pondere, famulum Virginis unuſtavit, & ad monimentum fidelium io eccleſia appendere poſtulavit. Fecit ille quod popoſcit, Liubilæ Abbatiſſæ detulit, ipſaq; deſiderium flagitantis fœminæ adimplevit. Quod illic uſqsin hodiernum diem permanet conſervatũ.

cap. 2. 3 Quia igitur ſupra poetitoris prius cæci memoriam egimus, dignum eſt, ut qualiter gratiam viſionis meruerit, enarremus. Dum ergo idem ipſe, Rarfridus namque adbuc vivens vocamine noncupatur, prius cæca caligine premeretur, & geminis orbibus mala albugi-
g naria, quæ volgo g perulas nuncupamus, obnoxia pateretur, nullomque omnimodis iutuitus lumeo geſtaret in capite, quo vel exiguæ lucis ligniculum videre potuiſſet, duas ad monaſterium veniens illic hebdomadas percomplevit. Contigit interea, ut quadam die pro ſe miſello Dominum & Virginem precaturus eccleſiam introiſſet. Cumque Miſſarum ſacroſancta ſolconia uſque ad Evangelii Domini euphoniam traherentor, præfatus cæcus appoſita dextero, qoam erexerat, manu oculu, perulam caliginoſam, quæ io *h* eam divinitus cecidit, ſanctimonialibus, quæ Miſſæ canore inteeerant, gaudens ad inruendum deveair, & io uno oculo viſum recepit, ibidemque pro collato munere debitum famulatum impendit.

4 Hæc & his ſimilia plebs Chriſto devota, paſſimque latum diſtenta per orbem, dum caperiretur in loco Virginis celebri facta miracula, cœpit ad eumdem locum convolare lætiſſima ; ita ut e a tetraformi mundi climate, intercluſo nullo penitus die, gregatim coirent fidelium rurmæ, grataque ibidem Domino & *i* Matri muocra deferentes, accepta quæſita benedictione redirent in pace. Inter quas quædam extitit mulierula ea pago *k* Dragewa, quæ populorum illo rendentium ſe fideliter miſcens agminibus, tripudianti animu itee aggreſſa eſt commeandi, ut mos eſt Sanctorum præſidia requireotium, in ſinu familiari, prout faculeas contulit opum, aenia geſtans, ſcilicet candelas, lanam, linumque & ſi qua ſunt hujuſmodi. Cumque in his muneeibus Domioum placarura cum plurimis deveoiſſet, intrans vicinum & adjacens arciſterio cœmeterium, locata prius provide munuſcula requiſivit, & in ſinu tbeſaurario, fleais ſtrictim foris articulis, una cum operimento illud quod repoſuit hilaris appreheodit. At vero in baſilicam cum ceteris intrans, dum ſacculum, in quo benedictiunculas ipſa conſueeat, iterum ſecura requireret, nihil invenit. Tunc ſtupore attonita vehementi, & anhelos in pectore animos volvens, pallidaque ora mœſtis vultibus præferens, hæſit corde ac ſi meute captiva, quidque ageret, quo tenderet, quo ſe verteret, ignorabat. Opaca denique luminum tutamina haud ſine nimio pudore demittens, credulum ac ſecreti ſui conſciam ſinum diſpendii cauſſa culpabat ; ſinus vero quod acceperat fideliter conſervarum teddidiſſe, delatrice teſte, pandebat.

5 Deiu clavum in ſemetipſam *l* refigens, & culpa ſe incoriæ ootans, nec ipſi, quæ contrectaverat, manui ſallem credere quibat. Rurſum curioſitas, quæ tunc ejuſdem negotii diſpenſatria occulta forte caſtiterat, ſinuoſa velamina ſæpius requirebat. Inde, oe corruptæ veſtis improviſa diſciſſio, damnum, quo gemebunda ſubſiteeat, facere potuiſſet, ſingulteoſis faucibus ruminabat ; ad eatremum undique deſtituta, ream & miſeram ſe in-
F timo cordis arcano clamabat. Quid plura? Preces ibidem ingentes ad Dominum fudit: ſicque cum ceteris repedantibus, & ipſa confuſa receſſit. Cumque ſuam, quam reliquerat, mœſta reviſerer domum, domina, coi coodicionali jure famulatus ſemper ſervitium exhibebat, eam protinus accerſivit, quidque ad cœoobium ſacræ Virginis, ubi fuerat, viderit vel audierit, vera cumperta ratione edicere poſtulavit. Cui cum plurima oarrando reteaerer, in ſe qooque mirum quod acciderat, poſtpoſita omni confuſione perſtrinait. Tum domina ſagaci pectore verens, ne ſui juris famula alieni laboris pondere farcinata, Deum cum Virgine fallere conaretur obuoaia, objurgauria ſtatim oppoſuit verba, pro hujuſmodi facinoris culpa ipſam confundere niſa. Mira dicturus ſum, qooniam ibi mox virtus aſſuit Chriſti. Cum ego adverſus famulam domina plurima proſequeretue indignans, illico facculus, de quo ratio ordinem ceteaebat, cum eulogiis prioribus ita ut prius fuerat colligatus, atqoe confutus, in gremio ejuſdem dominæ patule eſt inventus, ac ſi manu propria collocaſſet. Mirata oppido, & ultra quam dici valeat ſtupefacta domina jam dicta cum famula, omaiſque domeſtica adſtans

AUCT. VVOLFHARDO PRESB. D

cap. 3. E

F

AUCT. VVOLPHARDO PRESB.

familia, nec a loco quidem ubi reſederat, audebat reſurgere; verum eum tremore atque pallore nimiu Dominum ſedulo precabatur. Demum intru cum ſuis conſilio, A Archipresbyterum accerſivit, eique inopinatæ atque inauditæ novia temporibus rei veritatem per ordinem pandit. Auditis his præterea is, qui advenerat Presbyter, recitata pſalmorum melodia, ſacculum, qui inventus fuerat, illico diſſuit & oblatiunculas, quæ in eo latebant, Eccleſiis condonavit. Ipſum vero ſacculum *m* Salomoni Antiſtiti deſtinavit, quique eumdem ad Virginis monaſterium terranſmiſit: ubi ad laudem & nomen vivificæ Trinitatis hactenus conſervatur illæſus, cujus regnum & imperium permanet in ſeculs ſeculorum.

cap. 4. 6 De his duobus, quæ ſupra perſtrinai mirsculis, me ſatis mirante, & ſi quid his aliquid in jam dicto monaſterio ſimile factum ſit, curioſius inquirente, affuit qui deſiderii mei ſitim fluento oculatæ veritatis extinxit, & præhibara duo, ne cui viderentur ambigua, tertio roboravit. Fuit, inquit, quædam fœmina nobilis Franca, cui bis binos mater natura contulit natos. Ipſa eoſdem *n* fortunali jure non deſerens in ipſis erepundiis recepturа. Nam floridæ viriditis vitreum decus, quod in ipſis initiis cœpit laxis artubus pullulare, mox acſi ex alto *o* delapſum, fractis virium ſpectabilium cruribus, lu-
B gubri aggreſſum eſt diſſolutione langueſcere: quorum membra reverrima ſuis ipſius viſceribus edita genitrix aſpicieus mœſta culpabat ſua, quæ tam dulcia pignora lactaverant, ubera, verbiſque triſtiferis luctuoſa congereus cantica, miſerabili voce clamabant: Heu me, taorum quia parituram dolorem ſinus matris expoſuit! Heu me, quia nivei pudoris honeſtatem rhorus nuptialis ademit! Heu me, quia dum dolorem matris parturientis prodiens dempſi; & ipſa marer effecta in memet eumdem *p* parturiendi dolorem retorſi! Melius mihi, fateor, ſoret, commune multis ac lugubre funus excipere, quam ſobolis delicatæ demiſſis orbibus mortem aſpicere. Hæc & hujuſmodi, ut moris amare plangentium eſt fœminarum, verba congemmaus, ut vidit jam unius filii irrevocabilem horam oris portas attentius penetrare, quaſi uno amiſſo aliis poturura, cœpit ſollicite necis parare obſequia. Quod dum fieret, parvulus ultimum clauſit diem. Eo igitur mortis debitum capiente, eadem quæ in fratre uſque ad metam prius graſſaverat peſtis, ferali ignita furore iranſiit ad vitalia fratris. Quem quoque dum more ſimili perculit, fine dilatione extinxit. Inde nec ſic bellua inſaniens ſatiata, tertium etiam terebravit, & flatus exigui ſpiramina dempſit. Pro dolor! rum mater torvis luminibus ſemetipſam aſpiciens,
C & eamdem, quæ ezra pignora tulerat, mortem ſibi ſæpius imprecans, tandem nutabunda fœminei corporis ſpe oculos nitebatur reflectere ad quartum. Dum ergu fluctivaga id volveret mente, affuit qui famam miraculorum ei ſacræ matris noſtræ VValpurgis competenti panderet ratione. Quam dum intenta aure excepit, quaſi ex intimo ſopore evigilans, votum Domino & Virgini ſedulo vovit, ut ſi puer mereretur digna eaiſtere ſanitate, eumdem ſecum ad ejus baſilicam deportaret delato cum munere. Miſerator igitur & miſericors Chriſtus lacrymoſorum ſingultuum ſuæ volens miſereri ancillæ, & finem imponere mœſtitiæ, pepercit, quem plaſmaverat, puero, & doloris anguſtias tulit infirmo. Cumque genitrix valere vidiſſet tuſsntem, oppandens ad ſuperos manus, eum, qui ſanat & percutit, in excelſis Dominum benedixit.

Mater matris ſuorum oriſtis,

Vota concepte eoam reſtpit jocuno,

7 Interea votum, quod prius ardenti deſiderio voverat, ſollicita acceleratione perficere feſtinabat, paratiſque omnibus, quæ prolixi ſpatium poſcebat itineris, optati miſa eſt aggredi tramitem eallis. Igitur dum diſpoſitis cunctis, jumenta jam onerata præmitteret, ipſa eum puero vehicula aſcenſura ſoupedalia, ſola ad requirendum ſuperfuit pueri ſpatha. Cumque omni penitus domo everſa, nil omnimodis inveniſſet, diſcinctum ſecum puerulum tulit, ac Domino commeante viam D *Spatham, ſuo enſem amiſſum*
eæpere cœpit. At ubi ſe a referentibus monaſterio comperit propinquare, gaudens quia fines optatus meruiſſet attingere ab equo, quo illo uſque delata exſtiterat, eeleri cum aviditate deſilieus, pedeſtri devoriſſima calle oratorium Virginis conabatur attingere. Tum tanta flaminum imbriumque immoderata extitit magnitudo, ut vix quis vehicularis perfruens adimentis, uſquam pervehi potuiſſet. Porro ſuis impelleutibus, conſultius fore determinans, or equitans quæſitura Virginis ſuffragia monaſterium adiret ovanter. Ubi equum ſcandere *ſublato linteo recepiunt.*
niſa eſt ſambucæ familiaris preſſura pulvinar, quæſitus jamdudum diligenter, & non inveotus, divinitus affuit mucro, & jacens patula in ſambucæ ſedili, miraotibus qui aderaut univerſis, ipſum & non alium ſe præbuit ad videndum. Hoc dum ardenti cerotret pectore mater, quanta potuit celeritate monaſterium adit, valvas baſilicæ referta gemino tripudio rei expertæ intravit, ſeque eum ſuperſtite atque hærede puero totam Domino & Virgini conſignavit, mira, quæ & domi & in itinere directo contigerant, patulis & veraciſſimis labris peroravit: & ad indicium omnium enſiculum tradidit, ſervarique in ſeculum in eadem eccleſia humiliter poſtulavit: ſicque benedictione poſita, ad propria lætiſſima E
remeavit. Si quis igitur huic veriſſimæ rationi contraire voluerit, ad idem monaſterium viam tendat, ſpatham eamdem muro dependentem aſpiciat, & dum eam ſtolidus creverit, Chriſtum per Sanctos ſuos hæc & ſimilia & horum majora valere facere non diffidat.

a *Numerus his invicem eſt. Canifius in MS. Viudbergenſi edideras* anno octingeſimo nonageſimo tertio. *Conſentit MS. Laurediſio parenum apud Stevartium, qui ex aliis Mſſ. ediderat* anno octingenti nonaginta quatuor, *quæ inepte in numero Romano* CCCXCIV. *ita ab imperito fuere ſcriptæ. Roſweydus noſter ex alio Mſ. correxerat* anno octingentesimo nonagesimo quarto: *quam teſtimonia retinemus, ob annum 8. regni Arnulphi hic indicatum.*

b *Alterum mendum: eum Indictio* 11 *convenit in annum* 893. & 12. *In ſequentem.*

c Regnum quadrimodum Arnulphi, *ſeu quadruplex: 1. Auſtraſia cum Pannonia, Boemia, Moravia, quod fuerat Carolomanni parentis. 2. Francia Orientalis cum Thuringia, Saxonia, Friſia, quod fuerat Ludovici patrui. 3. Alamannia quod fuerat Caroli Craſſi avunculi patrui. 4 Lotharingia. His regnis omnibus præfectus eſt Carolo Craſſo abdicato an.* 887. *Regnum Arnulphi quadruplex.*

d *Annus 8. Arnulphi incidit in annum Chr.* 894. *quo hæc miracula contigerunt.*

e Riſile, *ſi teſtio interrupta. Germanice apud Stevertium* cio guldin heffdein, *quod aurea auricula ad ſuſpiendum orale ladicatur, dictum* riſile, *quod ſplendore ſuo arrideat. Roſweydus* monila *adſcripſerat.* Riſile. F

f Omle, *ſive* oratium, *capitis amictus ſeu ſuperculum, etiam inter veſtes ſacras habetur. De eo actum* 10. *Januarii ad Vitam S. Agathonis & alibi.* Orale.

g Pesula, *& aſtatins* peſulæ *pro margarita accipitur: hic alnegium oculorum ſignificat.* Peſula.

h *Cam.* in ipſum *MS. Ben.* in ea. i *Idem MS.* & matri ſuæ.

k *Idem* MS. Drahgone, *aliis* Dragebu, *pagus diœceſis Coſſanienſis.*

l *Can.* fingena & culpam ſuæ incuriæ notans.

m *Stevartius ſuſpicatur* Erchenbaldum Epiſc. Eyſtettenſem ob ſapientiam Salomonem *dici. Verum eſt Salomon* 3. *Conſtantienſis Epiſcopus, anno* 891. *aut ſequente conſtituitur, mortuus* 5. *Januarii anni* 929.

o *Stev.* fortunalia jura. o *Can. & MS. Ben.* delapſa.

p *Idem MS.* patiendi.

CAPUT II.

Morbus caducus curatus. Homicidium punitum.

8 EXtitit quoque miſerabili quidam morbo caducus, & ita membris labeſcentibus fractus, ut aliter ad jam dictum oratorium nequaquam pervehi potuiſſet, niſi manſuetiſſimo impoſitus equo, ſtrictim cap. 5.

in eodem

A in eodem vehiculo vinciretur. Is dum auxilium cœleſtis beneficii languenti corpore requireret, in eodem loco ante ſanctum Paſcha hebdomada ſeprima veniens, aliquantum temporis a ſuis gratia recuperandæ ſanitatis dimiſſus, ibidem eſt demoratus. Quadam ergo die eccleſiam intrans, dum eadem, quæ ſæpius tumultuabat, pernecceſſaria verba ſingultuoſis vocibus replicaret, ſcilicet, Domina omnium te in fide quærentium benignißima mater, miſeratria adeſto miſero a membris omnibus labenti & deſtituto, & nunc jam ſuccurre peccaris obnoxio, opem fer munifica reo, & ſanitatem indigno ſolito præbe ſuffragio; Liubila Chriſti & VValpurgis ancilla devota, miſericordiæ viſcera tacta, b ſtaupulum, qui ob ſignum recuperandæ ſalutis pendebat, juſſit deorſum uno pede demitti, ut cuius ad eum, qui in hoc ſarigatus labore eatinerat, exſilire potuiſſet. Cumque id celerrime fieret, ac ſi ita dici queat, ſuam ſtupulus haud valens ferre injuriam, imo Virginis, ad cujus pendebat ſignorum memoriam, diſplicante ſe in quo pendebat, funiculo, iterum ſe dimiſit inferius. Inde nullo penitus contingenta, idem ſeſe ſponta retorquens funiculus, aſpicientibus pene qui aderant univerſis, ad priorem, ubi antequam dimitteretur ab homine exiitit, redit ſtatum. Tum divinitus ſateor tactas ægrotus, qui
B prius caſſo ad excutiendum aum labore ſuda verat, protinus exiluit, ſtaupolum fortiter excuſſit, & manenta eo illæſo plenißimam ſanitatem recepit.

9 Mirabilis Deus jugiter in ſuis, quu membra atque umicos appellare dignatus eſt, Sanctis, incunctanter mirabilia facieus, terrificum nobis, in quos fines ſeculorum devenerunt, nuper eſt oſtentare dignatus peodigium, a ſeculis, ut reor, inauditum. Plurimis namque a quatuor mundi partibus, Virginis, ſuper qua inſtans oratio texitur, ſacrarium adeuntibus, venit etiam peregrinus quidam agminibus ſe interſerens populorum, atque baſilicam veinam precaturus ſurravit. Ubi dum intimis viſceribus pro piuculis ſuis Domino ſupplicaſſet, matremfamilias Liubilã cum aliis inibi ſervientibus Virgini famulabus, gravido quaſi parturiente pectore, accenſivit, quis aſſet, & uoda veniſſet, aut quam ob cauſſam tanti ſpatii calle tranſpoſito, incognita rura quæriſſet, evidenti innotuit ratione. Gratias, inquit, potentiſſimo Regi Regum, qui in me miſericordiam ſuam oſtendit, vindicta debita præeunte, vobis coram poſitis
C refero, Dominæ quoque meæ Walpurgæ, ante cujus ſacrum altare conſiſto, grates ea corde repeodo: quia mundi inſtantis haud modica tellure luſtrata, deſiderii ſalutatis compos effectus, hujus ſancti atrium areiſterii merui contemplari, quo & de innumeris, quæ commiſi, reatibus auxilio Virginis merear liberari, & mirum, quod in me virtus peregit Altiſſimi, a me ipſo, priuſquam ab alio, poſſit audiri. Dignum eſt enim, ut ad aures perveniat audientium, quod ſimplex Trinitas per merita paſſim ſuorum operatur Sanctorum. Et ne me aliquis oculos ſuperna majeſtatis fallere cupiritem, verba falſiloqua concinnare contendat, teſtor Deum, in cujus conſpectu ante ſacrum altare conſiſto, atque per ejus nomen terribile juro, Virginem quoque, cujus in loco hoc ſuffragia requiſivi, cum omnibus Sanctis raſtem adbibeo, me nou quidquam veriſimile, aut falſa prodere ratione, verum ut contigit, liquidiſſimo narrare ſetmone.

10 Anno igitur c præterito, quo famis acerrimæ tabes inedia ſqualentes multos tam in urbibus, quam in vicis protraxit ad necem, contigit, ut duo præfatæ cladis anguſtias de loco ad locum peregrini quoridie fugitantes, dum quadam die viam famelici carperent, quo ſe verterent conquirentes, tertius quoque ignoto in eſpire eorum ſe jungeret itineri. Cumque ut moris eſt gradientium, inter ſe plurima fabularentur, egentes, inter cetera, quæ verbis objecta ſuut verba, duo tertium percontuti ſunt commeantem, quo itineris ſui calle direcło tendere concitus voluiſſet. Qui ait: Evolutis jam olim diebus non modicis, quo famam glorioſæ in orbe referentibus plurimis audivi Walpurgis, nunc ſupereſt, ut in ipſo, quo cerutis, tramite, ipſa eadem adminiculo prævia, locum ſuæ adire debeam manſionis. Tum illi: Si, inquiunt, comes, ut aſſeris, illogreſſus felicis itineris eundi direxiſti, habeto nos ejuſdem ſocios callis, & noſtris fruere fraterna fabulatione colloquiis; ut ſimul viarum multarum diſcrimina rrauſeontes, mutuis ſulciamur auxiliis, terroribus poſtpoſitis univerſis. Nam & nos ad eumdem locum pergere diſponentes, victus pretioſi longe lateque quærimus adiumentum, & nunc adhuc jejuno ſtomacho gradientes, via greſſus figimus titubantes. Quibus conviator pacificus ait: Eja fratres, prolixi jam itineris anguſtias deponentes, & quoniam tempus eſt, apta peregrinis ſedilia requirentes, fraugamus jentacula retidentes. Cumque ſe fateretentur, nil communis habere penſi edulii, ait: Jam nunc inventi comitea membra ruri ſternite laſſa, & meis de cellariis congeſta ſumpteuri cibaria, quieti donate corpuſcula. d Tum avida guttura panem cum e ſanguine miniſtrantis, ac ſi jam glutientium egenorum axpoſita avide ſumpſere convivia, ut paſtoris citius ſui neci traderent membra. Sumptoigitur opportuni temporis cibo, ait is, cujus jam
E lateus ſunus intraverat januas, ſuos dulciſſimos ad convivas. Modicum reſumptis viribus, collegæ, fidelem vobis audite collegam, ac parumper quiete ſalubri compoſitu, dulcem ſomnum luminibus indulgeta; & preſſis ſopore duobus, tertius vigiliam tutam præſtet ambobus, ut ſic corporis coagula gemina recreatione reſumpta, viam quam cœpit tendat invicta. Hæc dum ad ſocios verba jam toto corpore pene mortuus peroraſſet, ſe mox in terram projecit, prævia capitis lumina clauſit, ut ſoporem ultimum deguſtavit. Nam protinus peſtiferi contra innocentem crudeliter conſurgentes, mortis ei compendium tradiderunt.

11 Cumque tanto miſeri ſcelere perpetratu, quid de eatinĉti cadavere agerent, penitus ignorarent, tandem unus eorum exanimi ſarcina oneratus, haudq; levi pondere peronuſtus, cœpit abdita quæque rimari ac devia: abrupta quoq; & concava, ut tantum facinus, quod mater terra filere nequibat, depoſito in remotioribus onere, tegere potuiſſet. Tandem miſer ac furenti omni bellua deterior, invento, pro quo æſtuabat locello, dum tenſos, quos prius ſtrinxerat artus, deponere conaretur, hæſit mox divina operante virtute, viventi corpori corpus exanime, & rubea bajuli colla pallidos arctius eacepere lacertos: ſicque infelix ipſum, quod nullo exigente guſtaverat prius, prerioſum ac ſi aliquid ſerens, de loco ad locum vectitabat invitus. Ergo dum nullo pacto tam gravis & inaudita ſarcina a quoquam potuiſſet evelli, quadam die ipſi, qui hoc, quod ſcribimus, poſtea retulit, monſtruoſo cum pondere obviavit. Quem cum horribilem toto corpore mortuum geſtare vidiſſet, ultraquam dici valeat, & ipſe horrore præveotus eſt. Reſumptotamen vitali poſt modicum flatu, ad ſemetipſum rediit, bajulum, qui ei dudum cognitus ac familiaris extiterat, recognovit, quidque ei calamitatis, quia corpus ferret examine, contigerit, ſollicitus equiſivit. At ille omni cunctatione ſubmota, voce ſimiliter familiari & credula, rei metuendæ veritatem eapoſuit, & ut ſui miſtreretur, evulſa quam ferebat mole graviſſima, poſtulavit. Rem, ut reor, ſuteor inauditam. Audiens denique ſtultus verba ſedulo flagitantis, viſum eſt ei, quod rem adſtantem facili valerer abſolvare ratione: arripienſque ſuum, quem ſecum tulerat, gladium, barrentis brachia mortui a collo ſecara voluit vectitantis. Verum, dum manus temeratia barreotis brachia peregrini contigit, hæſit & ipſe eodem, quem rapuerat, ut ita dicam, gladio teſte, ſicque tria corpora quaſi forti bitumine con-

AUCT. VVOLPHARDO PRESB.

glutinata, miſere hærebant mutuo conjugata.

12 Affuit præterea miſeratio Trinitatis, cæcumque eor incauti tetigit ſecatoris, quo ad ſtatum rediens mentis, ſuam udipiſci miſericordiam mereretur per ſuffragia Virginis. Nam mox ut ad ſe reverſus, ſtoliditatem ſuam recognovit, ore patulo clamare cœpit: Recognoſco in me miſero plurima regnare delicta: reminiſcor priorum, quæ a primæva origine contraxi, facinorum: animadverto, quia priora quæ operabar nunc in me venere peccata, dum myſterium a ſeculis inexpertum procaci auſus extiti tangere manu. Verum ſi me reum ac miſerum corde contrito ſuperna reſpexerit pietas, & Beatæ nunc Walpurgis abſolverit ſanctitas, quamdiu in iſto in quo hic hæreo, corpore orbis calcavero rura, numquam me profiteor eidem Virgini contrarium fore facturum, inquantum labilis conditio carnis votivæ prævalet ſervare ſacrarium ſponſionis. Hæc dicens, oculoſque ad ſuperos eum ingenti gemitu levans, ſtatim viridis ſqualentem deſeruit caro, & diſciſſus a corpore tabeſcenti ſteriī ovarer in gradu ſuo. Videns igitur in ſe cœleſtis miſerationis donam, evidenter eſſe peractum, grates quas potuit, ſuo Salvatori rependit, ſimulque cum terribili onere comite onerato, undoſum Rheni pelagus petiit. Ubi dum aliquantulum conſiſterent viatores, prælibatus mortui cadaveris bajulus, pudore ſimul cum ſarcina preſſus, malens necis ſubiacere periculo, quam vitæ exoſæ ultra geſtare dedecus inauditum, caſtum iter arripuit, rugoſum alvei pelagus introrſit, ut extincto jamdudum profundam traderet ſepulturam, ſimulque in uno eodemque lacticis gurgite, lacrymabilem ſibi adimens vitam, & ipſe eamdem vaſtis fortiretur in undis. At ubi fluctivagi marmoris fluxas neſandum ablambuit homicidam, protinus haud ſuam exiſtere prædam ſciens, ac ſi ſtercus evomuit, & ad littus uſque revexit. Stupefactus qui alterat conviator, ſuaque de ſalute iripudians, ac de alterius calamitate alnus ingemiſcens, tandem miſerum miſero cum pondere derelinquens, monaſterium Virginis impiger petiit, rem quæ acciderat ore veridico recitavit, & ne falſum aut excogitatum cuiquam videretur, ante altare ſacrum ejuſdem Virginis fidiſſimus ſtetit, per nomen Excelſi, omniumque Sanctorum, necnon & per ipſam, cui aſtabat, Virginem intrepidus juravit, ut id quod evidenti protulit ratione, vero confirmaret ſermone. Fertur idem miſer, ſed non miſerabilis, Virginis præſidia ſæpius quærere voluiſſe, ut veniam conſequi mereretur. Verum numquam ad eamdem cellam pervenire potuiſſe, ut cunctis liquido clareat, quantum in ſe iram Domini provocaſſet, quem nec ſaltem fines monaſterii beatæ Virginis excipere diguarentur. Hunc multi cum jam dicta ponderis mole hactenus in vita florentes ſæpius non ſine gemitu contemplati, plurimis retulerunt. Unde cauſſi, verum eſſe, non falſum, quod plurimorum pandit relatio populorum. Mihi autem nullus imputet exaratu, crimenque velit impingere falſiloquii, quoniam nec ego excogitare præſumpſi, nec aulla elatus verba compinxi; verum ita, ut ſupra taxavi, fidelibus mihi referentibus, ſchedola annotare curavi.

A

hic ope S. Walburgis ſit ſanatus.

B

filius cum cadaveris vehens ſe ſubmergere vult

adiutus a ſanctis

prior venit ſalutis

alius nequit ad S. Walburgæ cellam accedere

C

a *Canifius*, morbus.

b Staupi, ornamenta baſilicarum ex argento ſuſpenſa. *Anaſtaſius Biblioth. apud Joſephum Laurentium in Amalthea onomaſtico hinc* Staupulus. *Stevartius* tholum *explicat.*

Staupulus.

c *Ex hoc loco hæc contigiſſe computo noſtro anno 894. confirmatur*: nam anno præterito 893. ob hiemem aſperam & ad Majum prolixam, *ſuaſu* maximam penuriam *tradunt Annales Fuldenſes*.

d *Hinc uſque edidit Canifius reliqua dantur ex Miſſ. & Stevartio.*

e *An ſaginine id eſt, ſervina aut pinguedine, qua cibi condiuntur. Cæſarius lib. 6. Mirac. cap. 4.* accuſat monachos decipi in ſaginine decoctas *ait*, & monachos decipi in ſaginine & carnium pinguedine.

D

CAPUT III.

Cæci illuminati ope S. Walburgis. Alia miracula.

13 Vir quidam de pago Neecharienſi, quæ lingua *a* Diutica *b* Necchargowe ab incolis nuncupatur, auditis multis ac crebris quæ quotidie in oratorio Virginis fiebant virtutibus, venit & ipſe ad mediam puellam ſecum proferens cæcam, quatinus, Deo miſerante, & ipſa meritis ſuffragante, videntem reportaret ad patriam. Hujus ſane lumina tenebroſa ita caro contaxerat tumida, ut vix ſtatum eorundem quis cernere potuiſſet. Tantum deformis & turgida ſalutis viam quærebat ignara. Cumque auxilium a Domino in conſiſtorio baſilicæ tam is, qui detulerat, quam eadem, quæ orta delatu exiterat, poplite flexo poposciſſent, ſubito pateſcentibus e genicularibus thecis viſus rediit ad pupillas, eaſdem prolixo jam tempore viduatas. Agentes igitor Salvatori atque Interventrici debitar tanto pro munere grates, patriam reviſere gaudeotes.

cap. 7. a b

Viſum accipiunt puella.

14 Pauper quidam famoſi Comitis *d* Adalberti, nomine Frideradus, quem oculis corporalibus videntem aſpexi, & de menſula paupertatis meæ panis portionem porrexi, ab ipſo primotdio, quo eum genitrix ſinu expoſuit genitali, cœcitatis obſcuratur eſt fœditate. Qui eum jam in matura ætate, tetra caligine preſſus, priores tenebras ferret ad ſenium, propria ducatum ei præbente furore, lumina Walpurgis adiit benedictæ. Quo dum fatigatur jam itinere perveniſſet, petiit ut ante altare Virginis duereetur, quatenus opportuna, quæ ſecum tulerat, munuſcula ſuper illud imponens, veniam de peccatis conſequi mereretur. Deductus ergo ad aram, ubi mauſoleo Virginis propiavit, laſſeſcentibus omnibus continuo membris, rogavit ut potuit, ſe ocyus ab altari reduci, aptumque ſibi ſedile requiri. Quod dum protinus fieret, paullulum tremebundo corpore requievit. Tum ſubito dilapſus in terram, cœpit pallida membra ſaxoſa volutare tellure, & quaſi ultimum clauſurus diem, ſeſe creberrime in pavimento reflectere. Deinde cum potiur ab aſtantibus de ſuere ejus tractaretur, quam de luminis, quam quæſierat, dignitate, nil unquam videntes ocelli, ſanguinis madefacti eruore, guttatim in terram ſtillare cœpere, ac pavimentum uberrime cruentare. Cumque eadem, quæ tunc inerat, hora tranſiſſet, diu negatum meruit viſum, & tam ipſe, quam omnes qui aderant, Altiſſimo gratiar retuleruut.

cap. 8. d

E

ſpina corpori extrahitur

F

15 Adit denique cellam opinatiſſimam ſaluhris Chriſti Virginis ſimiliter puer quidam, de vico haud longe poſito, e Hemenesfurt, nuncupatimne Huno, ab exittendi exordio noctis ſecum ſemper caliginem geſtans, & cœcitatis horrore ſatiſcens. Qui adhuc in tenera ætate cor indocila poſſidens, & immaturis viſcesibus ſenſus vigore torpeſcens, prout ſcivit & potuit, preces ibi ad Dominum fudit. Miſertus ergo miſericors & miſerator Dominus miſeriæ *f* lucis privatæ, inviſam & inſuetam jubaris præſtare dignatus eſt digoitatem, unoqs oculo manente, ut prius fuerat, genitricis a parto ſuſcato, deſiderata in altero potitur eſt luminis claritate. De quo ſi curioſus lector vel auditor inquirat, eurıs, qui in uno corporis orbe, noctis voluit *g* diſcernere fœditatem; in alio originariam paſſus ſit remanere caliginem, perpendat occulta Deum rimari ſecreta, ſuaque fore inexquiſita judicia.

cap. 9. e

alius cæcus natus f nec oculo videt g

16 Ipſa eademque die, qua præfatus puerulus Altiſſimi in ſe meruit gratiam, ut prædictum eſt, copioſam, muliercula advenit ignota, pupillis geminis cæca. Verum, ut reor, copioſa fide referta, dum ex corde profundo gemitus traxit, totamque ſe Omnipo-

cap. 10.

mulier illuminatur.

tenti

A tenti & Virgini contulit, lumeo diu ademptum recepit, & ipſi, qui lumen rectis corde munificus tribuit, indicibiles gratias egit, ac expleta cum laudibus oratione cordiſua, hilaris atq; faniſſima ad propria *b* remeavit.

b *cap. 11.* *i*

17 Vulgata igitur optionе celeberrimæ Virginis, & pene per orbem univerſum longe lateque diffuſa, à Reginenſis quoque urbs quondam regalis & inclyta, ſuos ad idem monaſterium tranſmiſit cives, peo modulo affectus peius deliberati & conſciæ facultatis, placitas Altiſſimo eulogias deferentes. Qui voto potiti optabili, eum magno baſilicam intravere tripudio. Ubi dum apertis ſeminis cordis & corporis quædam altario illis & introeuntibus cunctis expoſito, quædam etiam xenia ab ara liquidiſſimi pectoris mitterentot polo, caperta lumioibus auribuſque, pto qua venerunt, ratione, acceptaque, quam quæſierant, benedictiune, quia eis tardior hora incubuit, in vicino monaſterii caſtrametati ſunt, die altero ad peopria reverſuri. Verum opacæ noctis ſilentio veniente, ſomnoque januas luminum jamjamque quieſcentium clementius adeunte, fures qui a ſervo, id eſt, oigro traxere etymologiam priſcam, cujuſdam Alamanoi, vocamine Ratbarii, cernentes fatigata ex itinere Reginenſium membra ſopore

Ratiſponenſibus ſtivibus

B nimio prægravata, oulloque vigilante cuſtode, per diſtenti latitudinem campi jumenta fore diſperſa, duo, quorum cœca obſcurior nocte cupido cor jam terrum intraverat poſſidendum, unus clanculc apprehenío capiſtro, alter arrepto renum cingulo, caſtam duorum equorum diripuere capturam. Rapta igitur iidem ineffi-

forte abla. ti equi,

caci lacrunculi præda, aſcenſiſque quæ ceperant procaci temeritate jumentis, iter ad patriam remeandi arripuere gaudentes.

18 Sed is, qui ſe in Sanctis ſuis glorioſum atque laudabilem cuoctis oſtendit, gaudium præſumptionariæ aviditatis in ruborem mœroremque convertit, ut mundialis controverſia ſtoliditatis palam agnoſceret, quid Chriſti in cœlis & in terris omnipotentia valeret. Nam rapaces alieno portati vehiculo, equirandi peritiam vaeercuere vigiliis, eraſſiſque in tenebris, circa monaſterium Deo amabile, omni niſu atque conamioe, rura paterna calcare peocul dubio æſtimantes, dum domos proprias læta altrinſecus fabulatione adire quaſi agiles voluiſſent, facta roſea matutioalis temporis luce, in peoaimo culturali ſacræ Virginis a ſemetipſis inventi

poſt fugam nocti.

reperti prope monaſterium.

ſunt arvo. Quis autem eos terror invaderet, quæque verecundia totos per omnia poſſideret, difficile eſt mente tractare, verbis capeimere, ac pagina feſtioanti ad

i *Luitpoldus, alii* Luitboldus, Leupoldus, Lindboldus, Luitpaldus, *nobiliſſimus Dux, cujus veribus, conſiliiſque totus Boica ſub Arnulpho ejuſq; filio Ludovico, qui cum ſuum propinquum vocat, Hetti interemiſſa. Huic ab Hungaris anno 908. occiſo ſucceſſit Arnulphi filius, illuſtris Bajoariæ factus Princeps. Conſule Annales Boicos Brunneri lib. 7. & alios.*

k *MS. Ben.* filium exciſſum.

CAPUT II.

S. Walburgis patrocinio dæmoniaca liberata, & IV cæci viſu donati.

cap. 9.

11 DE præteritis, quæ hactenus enumerata ſunt, ipſa jam ratio finem cogit imponere, ut ad alia, de quibus narrandum eſt, calamum valeam inclinare. Multiplicia enim multipliciter enumerantur, reſque per ordinem conſtitutæ ea propriis accidentibus diſcernuntur. His omiſſis, redeamus ad eum, qui cœptus eſt, ordinem. Inimicus diabolus, humano generi ſemper infeſtus, quamdam mulierculam, nomine *a* Matſuindam, flebili arreptione pervaſit, & varia contritione quaſſavit. Igitur a dæmone tota poſſeſſa, & a tanto hoſte miſerabiliter captivata, cœpit de loco ad locum diſcurrere vaga

a

Liberatur dæmoniaca

B atque erronea, dentium ſtridore terrifica, multiplicium voce ſonorum horrenda: ita ut in ſui habitus qualitate tot variatim oſtenderet ſpecies, quot milleformis hoſtis artium diverſarum frequenter in ſe hominibus exhibet formas. Cumque ſæpius, ſæpiuſque a partibus Danubii fluminis curſu avido ſola ad monaſterium pervolaret, & ſanctimonialibus permaximos terrores inferret, verentes, ne ſerpens ille callidus in ipſa familia, opportunitate accepta, aliquid ſui operis moliretur, reduci eam ad locum, unde veoerat, magna eum interminatione juſſerunt. Parvo interjecto temporis ſpatio, iterum ſola ad idem monaſterium cum priſtino terrore cucurrit, metumque omnibus Dei famulabus ingeſſit. Illæ veto iterumque reduci eam cum celeritate maxima fecerunt, & ne ultra ad eundem accedere conaretur locum, timide inhibuerunt. Sed nihil profuit. Nam ſtatim ut reducta extitit, ad monaſterium rediit. Quod tanto tempore fecit, donec liberata ab hoſte Virginis benigniſſimæ prece, optata rediit cum ſalute.

cap. 8.

b

12 Paterfamilias quidam ea regione Suevia, *b* Frideloi inſignitus nomine, cum Otfrida vocabolo conjuge, & filia Reginhilda neceſſitate perductus, Virginis auxilium requiſivit. Nam prædicta eorumdem cariſſima filia, dum quadam die in opere muliebri conſtituta, neſcio quid ex eodem complere voluiſſet, viſus ſubito ptivata eſt dignitate. Cujus præhibati parentes, licet turbido vultu orbam aſpicerent natam, tamen ad Virginis ſemper nominandæ præſidium ſpem habuere firmiſſimam. Credebant enim ſi eamdem cœcam ad ejus perduc erent domum, quod ejus, qui de cœlo proſpicit, miſeratione continua, cœcitate *c* deterſa, via ei luminis redderetur aperta. Salus ergo ſecuta eſt fidem, dum cœcam filiam, hi qui adduaere parentes ad Virginem, ſtatim reduxere videntem.

Illuminatio cæci,

C

I

c

cap. 9.

13 Fertur, quod ex provincialibus citra Rhenum locatis, quidam peregrinus, nomine Adalbertus, a nativitate cæcus, egenorum aliorum catervis inſertus, victus gratia requirendi, Virginis adierit domum. Erant enim ſacræ dies Quadrageſimæ, in quibus abundantius & pauperibus pro redemptione animæ victus impenditur, & eccleſia a fidelibus frequentius viſitatur. Ubi dum veniens, erogatas partientium ſumeret alimonias, refecto ex cibis exterioribus corpore, cœpit quoque mente tractare, qualiter liberari potuiſſet a luminum cœcitate. Vetum cum a multis audiſſet, Virginem cæ-

I I

eos illuminare, ſtuduit & ipſe totis præcordiis ad D ipſam pro ſua caliginoſa cæcitate clamare, cujus fidem ut Dominus vidit; & Virginis preces in cœlo pro miſero precantis audivit, & exeo in tereis humiliter poſtulanti miſericorditer lucem, quam numquam aſpexerat, miniſtravit.

14 Quodam itaque contigit tempore, ut pro admonendis, atque in Dei timore roborandis Dei ancillis, ipſum monaſterium, juxta morem frequentius conſpectum, probus pioſque Pontifex Erchanboldus viſitaret, & to eis ſanctæ prædicationis creditam meHeris labus fereret annonam. Cumque adhuc in eadem cella conſiſteret, & pro lucrandis Chriſto animabus attentius deſudaret, quidam a partibus Franciæ eum agmine Clericorum & pauperum *d* flamina devehentium & Kyrie eleiſon voce canora canentium, a nativitate cæcus pauper advenit, & miſbus quibus potuit, in baſilicam cum conviatoribus introivit. At ubi e fixis genibus in oratione fibram etiam cordis erexit; & pius Dominus ſuam aurem placidam *f* propitius inclinavit, ſuſamque pauperis precem audivit, lumen quod natura negaverat, ſua mira potentia condonavit. Quo viſo, Præſul & omnes qui affuere miraculo, laudes in excelſis reddiderunt Deo.

cap. 10.

III

d

e

f

15 Non incongruum videtur, ſi ſequens præcedenti æquiparetur miraculo, cum cæcus ille fuerit, qui, E ut diximus, patenter ibi lumen accepit; orbus & iſte, de quo ſeries texitur, qui etiam in eadem eccleſia diem videre promeruit. Tranſeunte namque feſtiva ſolennitate Paſchali, dum *g* Albaria ſequens adveniret hebdomada, Adalbertus Comes *h* nominatus, a rure Francorum illuſtrium, monaſterium petiit. Ubi dum divinum officium ſtans in baſilica eum ſuis audiret, incognitus quidam aſſuit cæcus, & inter ceteros ſtetit adductus. Nec mora, facta ad Deum prece humillima, lua ejus noctem fugavit ab oculis, cernentibus & mirantibus qui aderant univerſis. Cumque talem in ſe agnoviſſet virtutem, Creatori reparatorique ſuo retulit laudem. Redienſque ſanus & inculumis ad patriam, illud quod in ſe divina peregit dignatio, ubicumque potuit, divulgavit.

cap. 11.

IV

g

h

e

d

f

a *Al.* Muiſniudam & Muiſoindam. b *Al.* Feidilor.
c *Sæv.* deſerta. d MS. *Ben. addit* commixto.
e *Al.* flexis. f MS. *Ben.* protinus.
g *Id eſt, hebdomas poſt octavam Paſchæ, ſeu Dominicam in Albis, quando baptizati veſtem albam deponebant.*
h *Hic tertio occurrit* Adalbertus *lib. 1. num. 14. dicitur* Comes Alamanniæ, *lib. 2. num. 14.* Comes famuſus: *hic* Comes *venit a rure illuſtrium Francorum ſcilicet Orientalium. An tertius* Babenbergenſis, *qui Hispidanno* decus Francorum, *anno 908. decollatus?*

Adalbertus Comes,

F

CAPUT III.

Mira ingluies & faſtidium cibi per S. VValburgim depulſa.

cap. 12.

16 DUo, favente miſerationis ſuperna, in fine hujus libelli narraturus ſum a ſeculis inaudita miracula, & rudibus mentibus valde difficilia. Verum Creatori ea creatura quicquid vult facere creditur eſſe facillimum, ideoque quod refero nulli videatur ambiguum, quia autequam ſcriberem, ſatis habui expertum. Villam dicunt incolæ in pago Sualaveldico *a* Drutelingam, in qua quædam mulier, nomine Friderada, dum familiarius ceteris, in obſequio domini *b* Edirammi ſuæque dominæ uxoris ejuſdem, diu noctuque ſerviret, adveniente inſperata injuriæ pœnalis anguſtia, gravi cœpit corporis infirmari moleſtia. In qua dum pene annorum duorum e circulo miſerabiliter laboraſſet, miſeratione tacta ſiderea, modici eſt levaminis dono potita. *d* Ubi ergo virium paullatim ſibi ſenſit adeſſe vigorem, tanta etiam in ipſa

Mulier poſt mortem ſtamen dicans,

a

b

e

d

crevit

A crevit ingluvies, ut augeſcente quotidie aviditſſimo deſi-
& ingluvies labo-rans, derio gulæ, via a quoquam cibi edulio potuſve appoſito haaſtu valeret impleri. Cui dum plorima parentes, ſanguinis unitate jugati, quotidie miniſtraſſent, illaque majora ſemper inquireret, deficientibus jam penè impenſis, quid de ea facerent, ſollicite tractare cœperunt. Nondum enim pedum officium meruerat obtinere: verum cum cripedis, ſicubi poterat, flebiliter ſe trahebat, viteſque in viridi adhuc corpore ſemper amiſſe lugebat. Inerat ei permaximus ex gulæ intemperantia, ut ipſa mihi retulit, pudor; dolebat ineffabiliter, quia ei lacrymoſus corvediuem intulit languor. Meditabatur, quanta ſua in dominorum, dum adhuc viguit, extiterit famulatu devotio, quantaque tunc eam premerer carnis peccatricis inopinata contritio. Tum cum affinibus ipſa conſilio ſeliciſſimo ſumpto, ejulanti pectore, & ſingultuoſa voce dominam petit, ut ad oratorium ſa-
greſſum re-cipit, cræ Virginis pervehi mereretur. Quo cum veniſſet, & duobus diebus poſita in oratione conſiſteret, lacem cunctis tertio miniſtrante, greſſuum debilium adepta ſanitatem. Hoc patrato miraculo, ſtatim ejuſdem famulæ nuntiatum eſt domino. Ea quo gaviſus, cum conjugi ſibi unita, nec non familia univerſa, directo ad monaſterium calle, ubi ſanata fuerat famula, venerunt; & rei geſtæ veritatem, ſicut audiru didicerant, invenerunt. Qui mox pro munere donarii congruentia, eandem ſui juris & dominationis ancillam, in qua ſignum oſtenſum fuerat, altario aſſtientes tradere voluerunt, ut ibi jugiter deſervirer inter alias unibi famulanter. Verum hoc Liabila renuit, & in eodem loco aliquandiu manere præcipiens, poſt paucos dier dominis ſanam & incolumem retranſmiſit.

B 17 Sed ſtatim ut rediit, languorem incurrit. Videns autem præfatus mulierculæ dominus haud ſanum fuiſſe conſilium, quod a monaſterio quoquo modo forer abſtracta, præſertim cum liquido videret, quoniam eſſet rerum divinitus viſitata, conſultius fore dijudicans, ut eam
eandem amiſſam ſecundo re-cipit: parenter Virginis dominio ex ſuo jure contraderet, rurſum cum prompta animi volontate dedactam ad cœnobium famulam languore corporis ſtimulatam, a ſuo in perpetuum ſervitio fecit immunem & traditione peracta firmiſſima, Virgini reddidit ſervientem. Quod dum fecit, ſtatim convaluit. Ubi ergo ſe vidit valentem, de ſoſpitate acquiſita cœpit eſſe lætiſſima.

18 Veram gulæ appetitu permaximo ſæpius tacta, crevit etiam in ea immoderata cum pudore triſtitia. Viſum eſt ei denique, ut ſuæ confuſionis enormitas alicui ea
C *Ingluvies indicata ſanctimonialibus* ſanctimonalibus medicinali confeſſione ſecretur panderetur; quatenus, divina operante virtute ab eadem erui mereretur. Cumque opportuni temporis congruentia ſpecalata, Deithildam ejuſdem procaratricem eccleſiæ in remotioribus poſitam contemplaretur, verecondiam
d balbutientibus labiis profeſſa eſt ſuam, & ut ſui miſereretur orationis ſanctæ juvamine, & conſilii rationabilis firmitate, toto mentis eſt deprecata conamine. At illa, ut moris eſt timentium Dominum, dum flebilem confeſſionem audiſſet, eventum ſuæ miſeriæ ſollicite cooſitentis, flexibili ei compaſſa eſt animo, cœpitque prius, oratione peracta, diligenter inquirere, quo ei valeret mederi conſilio. Tunc venit in mentem, ut ei panis benedicti portio conferretur, & ſic ei appetitus mali deſiderii tolleretur. Accito denique Himondo venerabili, ut vultus indicat, proboque Presbytero, petiit, ut panis allatus mox benediceretur ab eo. Qui illico, ut mos eſt benedicentium, benedixit, & de ipſo pereipiendum fa-
fauxdit fa-ſtidium. minæ tradidit. Ut ergo ex eo guſtavit, paulatim eſuries ita ſe ſubducere cœpit, ut mito modo, ſicuti prius de die in diem cumulata exereverat, ita poſtmodum quaſi viribus fractis, infirmata tabeſceret. Sic pro eſurie, creſcente faſtidio, ad ultimum nihil aliud, niſi caſeum aut lac edere potuit, & quoties ut biberet aliquid ſitis catorſit,

pro potu communi lac ſolummodo ſumpſit. Et hoc, anno fere dimidio. Poſtea vero, ſi quando hæc eadem Dei dona guſtatura ſuſcepit, ſtatim expuit. AUCT. WOLFHARDO PRESB.

19. Cumque ſæpius, ſæpiuſque eumdem cibum potumque perciperet, & quoties fameret, toties inclinata reuiceret, cernens laborem ſpuendi ulterius tolerare non poſſe, petiit eam demiſſa ſatis humilitate, a ſupra jam nominata Dei famula Diethilda, ut nihil ei ſtipendii victualis impenderet; quippe cum omne quod impendeſat, perdidiſſet. Tum Dei famula ut verba ſuadentis, *abſtinet omni cibo et potu.* ſimo precantis audivit, licet noleus & invita, conſenſit. Tamen ſatis mirari cœpit, qualiter corpus viventis, niſi ægritudinis moleſtia prægravante, ſine victualibus a mundi origine inſtitutur, poſſit ſubſiſtere. Crevit ergo cum admiratione inexpecta a ſeculis virtus, quam miſericors & miſerator operatus eſt Dominus. Igitur prædicta Dei ancilla, quid de illa ageret, procul dubio æſtuante, ad eam tandem, quæ in ipſo vico prope monaſterium Virginis e regione montis ſita eſt, eccleſiam deſtinavit: & cuidam ex conſororibus ſuis, quæ ibi procurandi gratia fuerat conſtituta, ſumma eum diligentia commendavit. Illa non ignorans, unde res ageretur, ſuſcepit, *ſex hebdomadibus* & cum omni diligentia cuſtodivit, ſexque hebdomadibus fere ſecum tenuit, in quibus nec aliud mandacavit, nec E quicquam potus corporei ſumpſit.

20 Illis expletis, Deithildis jejunam viſitatura ad baſilicam venit. De cujus ſtatu & converſatione dum attentius inquiſiſſet, audivit, ſicut prius audierat, ab omni cibo, potuque eam bis terna Sabbata jejunaſſe. Tum illa, ut ſolitum eſt mulieribus, multis lepidiſque quæſtionibus malcere blanditiis, ut ſuis valeant inclinare ſermonibus, cœpit eam lenibar aggredi hortamentis, ita inquiens: Miſerere, o miſera, tui jam pene examini corporis, miſerere animæ pereuntis, & quaſi jam inferni januas penetrantis. Quis enim vivent, ſi victus privetur ſulatiis, non ſtatim privabitur vita? Quis moriuus, dum vivente adhuc in corpore conſtitit, non tali juvamine viait? Noli, air, noli, cariſſima filia, hujuſmodi te obſtinatione ſeducere, quin potius ad meutem feſtina redire, & aliquid cibi potaſve tibimetipſi conſulens percipe. Quis ſane de te hujuſmodi *importuna perſuaſione* famam aguoſcens, aliud, niſi ridiculum & deliramenta m eſſe fateatur, cum vere nullum vivere, niſi victualibus corporeis poſſe teſtetur? Age ergo, audi vocem fideliter ſuadentis, Dei Virginis famulæ, & gaſtans paullulum de communis cibi edulis potuſque liquore, vires reſume, ut nobiſcom pariter vivere poſſis in pace. Pallor enim oſtendit in cute, quod te compendium cito raparum ſit F mortis acerbæ. Si vero aliqua inimici falleris fraude, farere, filia, fatere, & noli eruheſcere. Credo pro certo, ſi feceris, quia ſtatim Chriſti virtute, ſanctæque Virginis prece eruerir. Non eſt, fateor, dignum, ut tale aliquid ad aures perveniat mentium reprobarum, quæ ſemper Chriſti virtutibus obire conantur, & de earum vaniſſima falſitate vivam pervertere veritatem: ne, dum hujuſmodi ineptam audierint fabulam, operatrici virtutum incipiant derogare, noſque ejus devotas ancillas ſalſiloquas gannienti ore clamare: ſicque fiat, ut plura, quæ acta ſunt & aguntur in iſto felici loco miracula, ex uno inaudito & idcirco incredibili tegantur prodigio. His auditis ancillula e corde compuncta volebat quidem aliquid guſtare, nec poterat, quia eam, ut credo, divina ſigna paſcebat. Sed ne horrantis Dei famulæ blanda & ſuaſoria *ſuccum herbis* contemneret verba, ex deteriori, quam nominant, ſicera (deterior enim eſt, quia poſterior) pocula ab ea ſibi petiit propinari. Ex qua dum impreſſis vaſculo labiis modicum *amittit per oculos & aures* ebibiſſet, per tenues ſtatim oculos, nec non per odoriferas narer erupit, ita ut mox viſum amitteret, quo lucem cernere conſueverat temporalem. Tam verum ab eadem, in qua tunc morabatur baſilica, ad Virginis perlata eſt *indicata* oratorium, priur in jam dicta eccleſia duobus dimiſſa diebus. Veniens igitus cæca, ibique juata morem priſtinum

AUCT. WOLFHARDO PRESB.

ſtinum jejuna conſiſtens, parvo interjecto temporis emolumento viſitata clementer a Domino, viſus adempti meruit recipere ſanitatem.

A ejusdem ruspite

12 Perſtitit tamen in ipſa, in qua dudum perſtiterat, cunctis abſtinentia mira. Cumque mulier familias Liuwilu, ceteræque ſecum commorantes Dei ancilla de hujuſmodi re oppido mirarentur, accepto tandem ſano conſilio eiro Pontificem venerandum, ad cujus dominium & diœceſim idem pertinet monaſterium, adierunt, remque per ordinem, qualiter ab initio geſta fuerat, narraverunt: ut tale ſignum, ſi tamen probabile & efficax videretur, ejus roboraretur judicio, cujus deceret aut aſſeri aut negari elogio. Ille vero, ut audivit, obſtupuit; non tamen liquido credidit. Verebatur ſane, ne uliquu milleformis aſtutia deceptoris fraudata, viſus hominum falleret, & in remotioribus poſita, victum communem perciperet. Timebat e contra, ne, ſi ſignum admirabile, ratione veritatis diſtante, non crederet, delicti culpam incurreret. Quocirca cum ſuis prudens conſilium ſumpſit, & Megingerto, qui eidem altari deſervit, Presbytero, Pontificali auctoritate iterum iterumque mandavit, ut eam, de qua loquimur, famulam in ſuam cuſtodiam ſumeret, & ſex plenas hebdomadas, cum ſumma

Iterum diligenter observata abstinentia ejusdem illius & finis,

B diligentia & induſtria conſervaret, ut ſi totiutus humanos aſtutia diaboli falleret, diligentius obſervaret. *f* Quod prædictus Presbyter & diligentiſſime obſervavit, & requirenti Epiſcopo fidelisſime renunciavit. Tunc Epiſcopus omni dubitatione deterſa, quaſi jam compulſus credidit, & ut crederetur a cunctis, ſua auctoritate firmavit. Sic deoique adhuc jejuna conſiſtit tertio u ſolennitate Confeſſoris Chriſti Martini vergente anni circulo uſque ad

præterquod Eucharistia

diem hanc. Operatur tamen juxta modulum facultatis, quidquid ei fuerit commendatum. Cœleſtem vero Euchariſtiam dum ſumpſerit, niſi omni cum feſtinatione dormitum ſtatim jerit, vomibunda conſiſtit: atque hoc uno, ut reſtatur, remedio convaleſcit. Mitum in modum, ut corpus humanum jejunia non abhorreat, & tamen viveris ſuper tertam gradienſque permaneat. Sed omne quod hic videtur impoſſibile, omnipotenti Chriſto creditur eſſe poſſibile. Qui cum eſſet Deus, & imago Patris, pro homoiobus factus homo, contra naturam eſſentialis Deitatis, corpus, quod aſſumpſerat, volut eſſe paſſibile, ideoque ipſe qui eſt, concedit eſſe omne quod eſt; quia in eo continetur quod eſt. *g*

g

a Dreuthlingen oppidi ſacri Rom. Imperii Mareſcalcorum a Pappenheim nunc caſtri inſigne juxta Almonium non procul ab ipſo oppido Pappenheim. *Sua Stevartius*,

b *Alii* Edessammi & Edesshammi.

c *Mſſ. Ben.* curriculo.

d *Idem Mſſ.* palpitantibus.

e *Idem* Sanis adhuc jejuna.

f *Idem Mſſ.* Quod & fecit, & ut prius narratum fuerat, ita & non aliter ſe invenisſe narravit.

g *Petrus Stevartius vir in antiquis mſſ. eruderandis & illuſtrandis ſolertiſſimus, ad finem ſuarum Notationum in quatuor, I. de Vita S. Walburgis ſacratiſſimæ Virginis & Abbatiſſæ ab Wolfhardo Presbytero conſcriptos editarum, Iſtioribus hæc monita prudenter inculcat.* Nec quemquam moveat, *inquit*, quod in libellis miraculorum perceſcentus quædam, ſatis; ut primo intuitu apparet, exilia & minuta. Nam Deus in omnibus operibus ſuis, etiam parvis magnus, imo æque magnus eſt. Æque enim magnus eſt in formica, ac in elephante, æque magnus in culice ac in camelo: quia nihil horum, niſi ab omnipotente illa dextera condi creariveve potuit. *Hæc magnus ille Theologus Stevartius. Addimus & hoc monitum: ſi alicui ſequentes Vitæ ejuſdem S. Walburgis videantur ſupervacuæ, & quaſi abſque ulla uſu redundantes, inter legendum ut præterean per nos licere. Nobis religio fuiſſet, ſi quæ Pontificibus Adelboldo & Philippo, viris admodum literatis, & in illuſtri conſtantis dignitate, ſcripta erant, negligiſſemus. Imo quam ſexto loco Vitam damus, judicavit Stevartius vir tantus typis dignam, quam dubitavimus plurimum num prima hoc reperetemus; ſed vire illius judicium evicit apud nos & aſſi ſperamus apud lectores, qui uno quaſi intuitu conſpicies, quis ſingulis propemodum ſit de cultu ſanctiſſimæ hujus Virginis promovendo apud varium hominum pieſſimorum genus fuerit ſenſus.*

C

D

VITA II. S. VVALBURGIS

auctore *a* Adelboldo Epiſcopo Ultrajectino. *a*

Ex Mſſ. Ultraject. & 151. aliis, collata cum Capgravio, Hiſtoria Sanctorum ante annos 175. excuſa, Surio, & Breviariis.

CAPUT I.

Geſta S. Walburgis, obitus, corporis translatio.

1 POſtquam Deo eara Anglorum natio per memorandi Gregorii Papæ apoſtolatum u Gentilitatis errore ad Chriſtianitatis veritatem converſa eſt, multi ob cœleſtis ſpei remunerationem ea eorum numero ultra maritimam patriam uſque ad *b* Francorum pervenerunt Imperium. Ea quibus Bonifacius ſanctus, dum *c* huc in peregrinam pervenisſet provinciam, quaſi nativam adeptus eſt ſibi patriam, dum *d* Moguntiacenſis præſulatus ob ſua merita adeptus eſt Cathedram. Ex ejuſdem quoque e Anglienſis inſulæ ſilva proruperunt huc ad nos res fœcundiſſimæ arbores, duo videlicet uterini fratres Willibaldus & Wunnibaldus, cum Deo & hominibus ſorore cariſſima Walburga: quorum prior, Willibaldus ſcilicet, ordinante illum præleripto Bonifacio, ad Heyſtatenſis Eccleſiæ promotus eſt pontificium: ibique angelicam vitam perducens, tandem beatiſſime abiit, non obiit. Alter vero totum ſe Chriſti ſervitio mancipans, mundanaque omnia funditus reſpuens, locum, qui dicitur Heydanhem, ſibi ad incolendum elegit. Ibique continuis orationibus munitus, ſpe roboratus, fide armatus, eamdem, quam cum fratre, monachicam ſuſceperat converſationem, ſtrenuiſſime uſque ad eaitum animæ finiens multos poſt ſe *f* ad bene vivendi regulam prævius exhortatus eſt.

Ex Anglia in Germaniam venit

b c

E

SS. Bonifacius,

d e

Willibaldus, Wunibaldus, Walburgis

f

2 Poſt *g* horum vero diſceſſum ſoror eorumdem, totius fœminei ſexus decus poſt S. Mariam, Waldburga, quibuſcumque potuit ſe imitabile præbens exemplum, eidem puellaris caterva monaſterio in præfato loco Heydanhem præſtituta eſt materfamilias, ad omnia quæ u Chriſto poſceret ſemper efficaciſſima. Contigit ibidem quondam Veſpertina hora peracta, revertente hac ipſa de eccleſia ad ſuum habitaculum, ut quidam eccleſiæ ejuldem cuſtos, *h* Guomerandus nomine, ingruentibus noctis tenebris petenti Walburgæ lumen ſibi prævium ſtultus denegarer. Ad quam injuriam inſuperabilem retinens patientiam, eœnata ſanctimonialium catervula, peractiſque divinis laudibus, dormitorium udit. Tunc mox mirum in modum ibidem taota luminis flagrantia enituit, ut ejuſdem domicilii pavimeotum penetrare videretur, & ſic uſque ad matutina permanſit præconia. Stupentibus hinc omnibus Deo ſacratis Virginibus, & eaulramibus ad religioſiſſimæ Matris familias lectulum concurrentibus, illique cœleſtis fulgoris immenſitatem infinuantibus, illu peorumpens in lacrymas, ſublevatis ad Deum oculis & manibus dixit: Tibi, Domine Jeſu Chriſte, cui humilis ancilla a cunabulis ſervire decrevi, de hoc collato munere gratias ago, qui ad exercendas uncillarum tuarum mibi cohærentium mentes me indiguam luminis tui adjuvamine conſolari dignatus es, tetrique horroris caliginem elementiæ ruæ radiis evacuaſti: & id nequaquam meis, ſed *i* fratrum meorum, tuorum videlicet famulorum, adſcribo meritis.

hæc ſi Abbatiſſa debebatur

F

h

miſit hoc coelestis illuminatio

3 Poſt

A 3 Poſt obitum beatiſſimi *k* Epiſcopi Williboldi ſtatris S. Walburgæ, contigit illam, ſicut fœminei ſexus natura eſſe cognoſcitur, *l* intolerabilis eainde fuiſſe impatientiæ. Tunc quodam veſpertino tempore, nullo ea illa cognoſcente familia, de monaſterio egreſſa, venit ad cujuſdam dumum divitis: & ante fores ejuſdem quaſi quædam peregrina & ignota ſola conſtitit. Quam vidcns dominus dumus, ignarus quæ eſſet, cum univerſis domeſticis ſuis æſtuabat, ne rapida ſuurum canum audacia eam laniando decerperet: juſſit, ut, quæ eſſet, ocyus indicaret. Tum illa: Nequaquam, inquit, metuo, quod tu vereris canes me poſſe crudeli dente contingere, nec Walburgam (ſic enim nuncupor) mordere valebunt. Ipſe eum qui me huc ad tuam dumum perducit inculumem, ad locum, unde veni, illæſam poterit me perducere: & ipſe domui tuæ conferet medicinæ ſolamen, ſi tota fide eumdem credideris eſſe medicum medicorum. Quo audito, vir illuſtris a loco, quo ſederat, illicu proſiluit, animoque conſternatus, quare tam nobilis puella & omnipotentis Dei famula ad oſtium conſtiterit, requiſivit. Tunc illam eum ummi B veneratione ſuſcipiens, omnem illi debitæ ſervitutis ſamularum eahibuit. Hora vero noctumæ requietionis interrogata, ubi vellet requieſcere, reſpondit, ſe nuſquam alibi velle pauſare, uiſi in cubiculu, in quu filia ejus uſque ad mortem valida ægritudine perducta jaceret, cujus funebria jam a patre & matre præparabantur. Quibus præ nimio dolure ejulantibus, intravit cubiculum, & totam noctem educens inſomnem, orationibus ad Dominum per tranſactam noctem profuſis, in craſtino puella incolumitate integerrima convaluit. Quu viſo parentes miraculo, Deo ummputenti, qui occidit & vivere facit, percutit & ſanat, multimodas perſolventes gratias, amantiſſimæ Deo & hominibus Virgini plurima protulerunt aenia, ſeſeque ejus ſacratiſſimis precibus commendaverunt. Illa autem donorum preuoſitatem refutans, Chriſtumque ſolum ante omula diligens, ad monaſterium regreſſa eſt; & quanto magis in ſe divinam cumperta eſt vigere clementiam, tantu ad arctioris vitæ *m* cacellentiam ſemetipſam de die iu diem coaptavit.

4 His duobus mitaculis inter alia nubis cognitis in ſua vita peractis, beatiſſima Virgo cum in Deo corroborata, mundum eum ſuis concupiſcentiis penitus ſuperaſſet, omnibus ſe ſequentibus ad omnem religionem imitabilis facta, taodem ea hoc muodo triumpbans, obiit, & ad C paradiſum ſui triamphi bravium ſuſceptura beatiſſime abiit *n*: & iu eodem quo ſemper Chriſto ancillabatur monaſterio, cum maaima ſepulta eſt honurificeutia.

5 Parvo ea hinc tempore decedentibus ejuſdem Eccleſiæ Paſturibus, in qua S. Walburga coudebatur, contigit Otgarium venerabilem virum Heyſtatenſis eccleſiæ Cathedram obtinuiſſe, qui cum minori, quam ratio depoſceret, honeſtate idem monaſterium, in quu beatæ Virginis corpuſculum humabatur, excoluiſſet; quadam nocte per viſionem ſertur ſacra Virgu hujuſmodi verbis illum compellaſſe: Cur, inquit, Otgari Præſul Deo digne, monaſterium quo corpore ſum recondita, ſic negligeuter hactenus habere voluiſti? Nam ſervorum illuc convenieutium temulentis quotidie calcur pedibus, vulgaribuſque veſtigiis cumprimor. Citu enim cognoſcet, quoniam tale aliquod tibi indicium pandam, quu non recte te crga me & dumum Dei egiſſe cumperias; ut, ſi te reum eainde cognueris, veniam metearis. Quod non falſum eſſe viſum poſt uou multum temporis, rei comprobavit eventus. Nam ſtatim in proaimu dum erecti eſſent parietes ejuſdem fabricæ, & prominens trabium compago ſequenti die ſuper muros deberet apponi, noctu aquilonaris paries ſubitu uſque ad terram curruit; terrorem que haud minimum tam dumeſticis quam cunctis circumquaque converſantibus incuſſit. Factu autem

Februarii Tom. III.

mane, cum ad hujuſmodi ſpectaculum omnes pavidi conveniſſent, cultos ejuſdem eccleſiæ, nomine Reginfridus præſcripto Præſuli Otgariu per velociſſimum hoc iurimavit *o* nuncium. Qui hoc auditu mox viſionem, quam *p* viderat, eſſe completam intelligens, illuc acceleraviť; atque cum omni feſtinantia eccleſiam cum devotiſſimis reſtauravit comprovincialibus, atque dedicavit. Tranſacto igitur anno memoratus Epiſcopus ſuos Archipresbyteros *q* Walconem atque Adhalungum cum quadam ſanctimuniali, Liubila nuncupata, illuc tranſire præcepit, quatenus corpuſculum S. Walburgæ cum ſumma diligentia effodientes & cum nolarum clanguribus hymnorumque concentibus, omnique reverentia ad Heyſtatenſe deportarent cœnobium: quod cum omni populari exultatione *r* undecimo Kalendas Octobrit petfecerunt. Sed & ejuſdem Antiſtitis juſſu fratris S. Walburgæ Wimniboldi membra poſt tres dies *ſ* octavo Kalendas Octobtis ea eadem eccleſia tollentes, ad eumdem locum tranſtulerunt.

AUCT. ADELBOLDO EPISC. EA MSt.

D

o p

transferuntur Effodium.

r

ſ

E

F

a *Titulus in mſ. noſtro præfigitur*: Vitæ beatiſſimæ ac Deo dileciſſimæ ac paradoxæ Walburgæ. *Scriptam eſſe ab Adelboldo* 19. *Epiſcopo Ultrajectino diximus ſupra pag.* 512. *n.* 7. *In anaxis miraculis Tilæ factis virtutes ejusque ejus memorantur.*

b Francorum Imperium *late ſumitur pro omnibus ditionibus, quæ Domiuio Caroli Magni ejuſque poſteritati ſubdita fuerant per Gallias, Belgium, Germaniam.*

c S. Bonifacius *primo in Friſiam appulit, tum Francis ſubiectam, atque tres annos, (Beka tredecim ſcribit) cooperator S. Willibrordi in dioeeſi Ultrajectina & Friſiorum converſione laboravit: colitur* 5. *Junii.*

d *Fuerat plurimis annis Epiſcopus ad converſionem Gentium conſtitutus, eandem data ei Sedes Moguntina: eaque urbi tum* metropolis Francorum *appellabatur. Conſule notat.* 23. *Sorarii ad Vitam S. Bonifacii l.* 3. *rerum Moguntiacarum.*

c *Mſſ. aliqua*, Anglenſis.

f *In Mſ. Ultr. & 2. Trev.* ad bene vivendum præmiis exhortatus, *at prævius in Legenda Lovan. Surius mutato ſtylo ita ſcribit*: multoſque ſuis exemplis ad bene vivendi ſtudium peeduxit.

g *Ita omnia mſſ. tum Capgravio & Lectionib. Brev. Moria. At Surius ita correxit*: Ubi vero Wimniboldus excellit e vivis, fœminei ſexus *&c. Conſentit in priore Vita Wolfhardus.*

h *Alii*, Gunneradus *&* Goumeradus, *Surio*, Gunmeradus.

i *Wolfhardus*, precibus mei & rui devoti famuli fratris.

k *Ita omnia mſſ. tum Legenda Lovan. & Capgravio. At Surius deinde Epiſcopi nomine.* Wimniboldum *expreſſit, quem an.* 761. *obiiſſe ſupra diximus; & S. Willibaldum poſt obitum S. Walburgæ videri ſuperſtuſſe.*

l *Sur.* immodico correpta dolore.

m *Mſſ. Trev. & S. Max.* clementiam excellentem.

n *In Hiſtoria Sanctorum, ſeu Legenda tome* 2. *Coloniæ* 1483. *& Lovanii* 1485. *exuſa, hæc iasrpoauntur*: Legitur autem, quod ipſa pro conſervanda caſtitatis munditia, adeo virorum tactus in vita ſua ſempee exhorruit, ut etiam poſt mortem, cum vir quidam corpus ejus ſepeliendum contingeret, in teſtimonium priſtinæ caſtodiæ puritatis ſtatim concuſi & tremere cœpit.

o *Mſ. Anm.* internuntium.

p *Mſ. Ultr.* audierat.

q *Sur.* Valtonem & Alougum cum Rubila.

r *Mſ. Ultr.* octava. ſ *Idem*, quinto.

CAPUT II.

Pars reliquiarum S. Walburgis donata Liubilæ Abbatiſſæ. Inglavies aliique morbi ſublati.

6 SEd poſtquam beatiſſima Walbutga Heyſtatenſes fines per ſemetipſam viſitare dignata eſt; contigit poſtea ut memorata ſanctimonialis Liubula a ſuis propinquis, multum ſibi invidentibus, ita coarctareiur, ut tam violenter, quam ingenioſe a ſua eadem materna prope expelleretur hæreditate. Sed ſaluberrime anaia, initu conſilio petiit ab Heyſtatenſis eccleſiæ Etcenbaldu Antiſtite, ut ſibi eunuederentur S. Walburgæ reliquiæ, quatenus ſi illa in obtinenda ſua materna prævaleret hæreditate, hanc Chriſto ſuæque Virgini Wal-

Liubilæ petitæ reliquiæ.

ANCT. ADELBOLDO EPISC. EX MSS.

burgæ jure perpetuo condonaret. Quod quia a Deo sumpsit initium, ab ipso etiam terminum habere felicissimum meruit. Anno igitur ab Incarnatione Domini octingentesimo nonagesimo tertio, regnante Arnulpho, apertum est sepulchrum Walburgæ, beatissimæ Virginis, in quo tempore Otgarii Episcopi fuerat collocata, atque ab sepulturam ab eodem Episcopo minus procuratam in visione, ut jam præscriptum est, multum austeriter increpabatur.

A *apertum sepulchrum an. 893.*

a 7 *a* Contigit miraculum a seculo inauditum, multiplicibus atque manifestissimis compertum testimoniis. Quædam cujusdam familiæ ancilla, nomine *b* Fritherada, dum familiarius ceteris in obsequio sui domini suæque uxoris assidue ancillaretur, subitaneæ ægritudinis molestia carpebatur: in qua dum miserabiliter biduo vexaretur, panlisper convalvit: sed tanta deinde succrevit sibi ingluvies, ut non saturari ullatenus, sed via resocillari potuisset. Cui dum plurimam ejus propinqui victus copiam inprimis administrassent; illaque de die in diem majora semper subsidia concupisceret, quid de ea facerent sollicite tractare cœperunt. Nondum enim incessu struebatur sed scabellulis flebiliter reptabat. Tunc suo suorumque consilio pareotum, dominam petit, ut præfatæ Virginis oratorium adire mereretur. Quo permisso, dum veniens instanter supplicaret die tertio debilium pedum adepta est sanitatem. Quod audiens prædictæ familiæ dominus videlicet, ejusque domina, inmis gandentes acceleraverunt illuc pervenire, eamdemque ancillam S. Walburgæ in proprietatem ibidem jugiter ad serviendum dederunt. Sed Abbatissa prafata Liubila hoc tenuit, ibique illam aliquamdiu mancre permittens, post paucos diet dominis suis incolumem remisit.

b *alunde ingluvie laboras,*

in oratorio S. Walburgis gressum recipit.

B

8 Sed mox ut regressa est, pristino languore correpta est. Videns autem prædicta domina non bonum consilium fuisse, quod ullo modo a monasterio post sanitatem abduceretur, eum festinatione eam reducens, ecclesiæ in proprium tradidit famulatum, statimque convaluit; sed *c* intoleranbili gulæ appetitu fatigabatur. Sed dum nimis inde laborans verecundaretur, inito consilio prudenter confessa est hoc auidam Thiedildæ ejusdem monasterii procuratrici, quatanus ajus orationibus ab hac insatiabili ingluvia sublevaretur. Quæ ejus afflictioni compassa, salubre excogitans consilium, fecit eam accipere benedicti panis portionem a quodam venerabili Presbytero, nomine *d* Reimundo. Ut ergo ea eo gultavit, ita paullatim miru modu decrescere cœpit & aunihilari, ut anzea consuevit augmentari, ut tandem nihil aliud adere nisi caseum & bibere nisi lactis valde modicum ercea fere dimidium annum potuisset. Postea vero ita illi penitus corporalis nutrimenti defecit dasiderium, ut si aliquando tentaret de aliquo gustare statim evomuisset. Cum vero sibi omnino sine celeri vomitu nihil posse gustare credula extitisset, rogavit prædictam Dei famulam Thiedildem, ut nihil vitalis stipendii illi impendarat, cum omne quod impenderet perdidisset. Tunc rem a seculo inauditam stupefacta, ullum quippe corpus posse absque alimento tamdiu vivere, quod de ea ageret, nimis æstuabat. Tandem ad alteram illius monasterii ecclesiam ibi prope positam eam direxit, commendans eam coidam ea consororibus ejus, quæ ibidem procuratria constituta erat. Quam suscipiens cum omni diligentia observavit, sexque hebdomadis fere secum detinuit: in quibus eam nihil manducasse vel bibisse certissimum fuit.

jejunat diutius supersed gressum

pane benedicto liberatur ingluvie

d

C *laborat fastidio umbrosibili*

9 Quibus expletis, venit præfata Thiedildis hanc visitare, quod factum fuisset, comperit. Tunc Dei ancilla Thiedildis diversis modis & blanditiis cœpit eam exhortari, dicens: Noli, carissima filia, noli hujusmodi obstinatione te seducere, sed potius ad mentem accelera redire, & alimoniæ aliquid, tibi meripsi consuleus, percipe; si vero quolibet falleris phantasmata, fatere filia, & noli erubescere: credu pro certo si feceris, quod mox Dominæ nostræ precibus adjuveris. His auditis ob niminm objurgationem erubescens, *e* coacta tenebat aliquid gustare, nec poterat. Sed ne exhortantis Dei ancillæ suasoria verba contemnara videretur, petiit sibi da deteriori sicera porrigere. Ex qua dum permodicum invita degustasset, mox per nares & per oculos id parum, quod degustavit, arupit, ita ut mox cæca efficeretur. Tunc ad monasteeium reducta nun post multum temporis visum recuperavit: sed in eadem, qua prius conctis obstupenda detinebatur abstinentia, perdurnvit. Cumque prædicta materfamilias totaque illa puellaris congregatio de hujusmodi inaudita unquam causa nimis obstupescerent; inito consilio, Præsulem venerandum, ad cujus diœcesim id monasterium subiiciebatur, adierunt: temque per ordinem ab initio gestam narraverunt, quod ejus prudentiæ super hoc incredibili signo videretur esse discernendum & statuendum. Ille varo hoc audito obstupescens, nullo modo credulus, verebatur ne aliqua nulleformis diaboli astutia deluså visus hominum fallesct, eiqoe alimoniæ resocillatio in secretioribus positæ qualicumque arte administraretur. Tunc eum suit initio consilio, vocatoque de monasterio S. Walburgæ valde religioso Presbytero, auctoritate pontificiali iterum iterumque mandavit, ut eamdem ancillam, de qua loquimur, in suam susceptam custodiam, ne aliqua astutia humanos falleret obrotus, cautissime observaret. Quod & fecit, & ut prius narratum fuerat, a se diligentissime compertum Episcopo nunciavit. Tunc Præsul omni dubitatione detersa quasi jam compulsus credidit. Sic denique adhuc triennio a S. Martini Missa usque ad illum consistebat diem. Operabatur tamen juxta facultatis modulum quidquid illi fuerat injunctum. Eucharistiam vero quoties sumere uitebatur, nisi cum omni festinatione dormitum iret, mua vomitabunda constitit. Quidquid ergo nunc humanæ videtur impossibile imbecillitati, omnimodis Divinæ facillimum asse credatur majestati.

sumpto sicera

sanatur.

D

a

solum Eucharistiam sumpsit

E

f 10 Postea igitur prudentissimus in omnibus Ercamboldus missus illuc com suis alus boni meriti viris Archipresbyteris corpolenlum beatæ Virginis jussit effodi, inventumque diligenter contrectari. Quod nimia trepidatione cum divinis laudibus adimplentes, effodiendo invenerunt reliquias sanctissimæ Virginis, nimium adamandas, quasi tenui humore madefactas. Quæ quamvis tantum essent roscidæ, nullo tamen pacto, saltem unus pulviculus valuit manibus attrectantium adhærere. Sublata tunc ea Heystatensi monasterio corpuseuli sacræ Virginis portione, prout Episcopus dictatum habuit, torbuleotissimus mœror & ejulatus Heystatanibus, quasi totam matronam sibi ablatam deflentibus, exortus ast. Interea dum tanta uptati munieris patrocinia cum magna cautantium gloria ad locum, qui dicitur Movenhem, ducerentur: quidam forte epilepticus puer sacri ponderis feretro obvians, sub eodem se incurvans, ipsam quam quærivit sanitatem recepit. Tunc subito, ut omues commeantes tastati sunt, tanta in eodem loco odoris redoleotia conflagravit, ut oates præteritutium vel subsequentium feretrum ferre via potuissent.

Pars reliquiarum Monachium defertur.

F

epilepticus sanatur.

a *Sequentia miracula ex Wolfhardo seliffa. Quod primum, narrarat ab ea l. 3. c. 3. contigit an. 895. biennio post corporis translationem.*

b *Mss. Anon.* Fricherada. *Sur.* Friderada.

c *Additur in mss. Auctor.* singulis diebus.

d *Aliis* Remundo, Hmundo, Immundo, Mundo.

e *In mss. Anon. & S. Max. addebatur,* racebat.

f *Sequentia ex l. 1. Wolfhardi sumpta sunt, & cohærent cum iis, quæ n. 6. hujus Vitæ legnntur.*

CAPUT

A

CAPUT III.

Varia miracula ope S. Walburgis patrata.

11 POſtquam ergo ſanctiſſimæ Virginis pignora ſupra ſanctum prædicti monaſterii altare locata ſunt, ſequenti nocte contigit Abbatiſſam Liubulam ibidem aſſiſſe; dumque illic tribus detenta noctibus, gravi podagræ morbo laborans ſe ſopori dediſſet, aſtitit ei quidam venerandæ canitiei Clericus, Wilhboldus, ut creditur Epiſcopus, S. Walburgæ frater (qui in eodem loco ſuam proprietatem hæreditario jure longe ante donatam habuit) eamque compellans ita ait: Liubula cur dormis? quare non ſurgens ad eccleſiam pergis? Ad quem illa: Ut quid nunc ad eccleſiam eundum eſt, cum necdum pulſata matutinalia ſigna ſonuerint? Ego quippe nec illic incеſſu pedum ullo modo pergere valeo, niſi aliorum manibus deducta fuero. Qui ait: Vade celerius, ne moreris, quoniam Wilhboldus eamdem cum magno agmine intravit eccleſiam, qualiter ſanctam ſororem ſuam reconditam habeas, a te curioſe perquirere volens. Quæ ſtatim, acſi nihil incommodi perferens, ſurrexit; & de loco ad locum exiliens, baſilicam, ad quam tetendit, ingreſſa eſt, divinæ clementiæ atque beatæ Virgini gratiarum actiones pro adepta ſolpitate rependit.

Sanatur paralytica.

B

12 Quidam autem pauper a nativitate contractus, quaſi quoddam cerneretur monſtrum; dum inter plures ad S. Walburgæ patrocinia confugientes, victus parare & remedii ſolatium quæreret, nocte quadam ſibi dormienti apparuit beatiſſima Virgo, & ut ad eccleſiam pergeret, imperavit. Quo reſpondente, ſe algoris aſperitatem perhorreſcere, ideoque nec a loco quietis audere ſe ſaltem erigere. Ad quem illa blandis reſpondit verbis: Vade miſelle celeriter, quoniam ego te ab hujus frigoris aſperitate qua nunc affligeris protegens, calida membra adminiſtrabo; mihique *a* pro redditæ ſanitatis mercedula ſcabellula, quibus adhuc ureris incurvatis artubus, ad eccleſiam ſuſpendere debebis. Qui quamvis pigerrime ad eccleſiam pergens, ibique paululum commoratus, ad ſuum anxius redut hoſpitium. Mane autem facto iterum regreſſus illuc & ante beatæ Virginis feretrum ſe proiciens, circa tertiam horam ſubito palpitando ſe cœpit volutare in pavimento & protendere, & ſcabellula, ſine quibus numquam ſe de loco tranſferre potuit, acſi divinitus e manibus evulſa, ante altare projecta ſunt. Sicque membris omnibus conſolidatis erectus ambulavit, & convaleſceos in eadem eccleſia ad diem vitæ ſuæ validus & inculumis poſtmodum adminiſtravit.

contractus,

a

C

13 Allata eſt ad idem monaſterium quædam mulier, nomine Reginſundis, ita membris omnibus debilitata, ut niſi aut vehiculo aut duobus eam inflexis inter ſe brachiis portantibus nullo modo tranſferi uſpiam potuiſſet. Quæ ante altare, ſuper quo Virginis feretrum cootioebatur, a ſuis expoſita, celerrimam adepta eſt ſanitatem, ita ut ſine alterius ductu per ſe efficaciſſime, quocumque vellet, pergeret, Jeſum Chriſtum & ſacræ Virginis gloriſicans merita.

paralytica,

14 Quædam etiam mulier de villa, nuncupata Stofobem, vocabulo Geyla, cum adveniſſet feſtus dedicationis illius eccleſiæ annuus dies, omnibus in illa regione ſolennizantibus, illa ſola procaci animo parvipendens, ſuam ingreſſa eſt hyemalem zetam, & cureiboldum, quem ad texendum prius erectum habuit, flexis cœpit texere digitulis deatera; ſed cum duabus vicibus ea *b* glomite ſive tramea, quam manu tenebat, in telam tranſpoocret, iuhæſit illi miſerrime inſertus manui glomea, iotumeſcente toto lacerto: ſed quæ affuerant mulierculæ tentaverunt incluſum *c* glomitem ſingillatim diſſuere *d* filis. *e*

operans ejus feſto paenitus.

b

c d e

15 Quidam vir nomine Ercamboldus capletis jam triginta ſeptem hebdomadibus, dum nullius generis cibo vel potu aliquatenus veſci potuiſſet, nec tamen pedum ioceſſu fraudaretur, niſi languidus pergeret quo vellet. Tantum ovorum raris meditullis, modiciſſimoque legumioss ſuffragio vix pendulam refocillabat anxius vitam, gerens macilentiſſimum & imbecillimum cum vita ſibi ingrata corpuſculum, nec vini vel ſiceræ guſtum ore ullatenus contingere delectabatur. Tuoc ſibi ægre dormienti vna blanda eom ita affatur: Cur, inquit, deſidia langueſcens, oegleeto ruæ valcudinis remedio, da tua vita ſiè omnino deſperas? Age ergo, quod moneo jam, de tui ſtatus recuperatione ſecurus, & ad monaſterium Mouvenhem vade feſtinus, ibique beatæ Virginis meritis adjuvaberis. Cumque illuc celerius veneris, ioventurus es ibidem tres ſanctimoniales ſecus altare ſtantes, quæ *g* tibi conſeeratum ſanguinem Domini de calice propinabant; quem dum ab illis acceperis, mox edendi, bibendique abſque ulla dubitatione delectario tibi aſſociabitur & proſperabitur. Hoc igitur ſaluberrimæ vocis impulſu expergefactus, ſumma cum celeritate, ad jam dictum monaſterium adductus eſt, qui illic ab oratione ſe erigens compertis juxta altare tribus matronis aſtantibus, viſionem quam viderat exſolvit: moaque, ut de ſancto caliee deguſtavit, affuit ei magnum edendi & bibendi deſiderium, ſicque comeſtionis & bibitionis totiuſque corporeæ valitudinis remedio acquiſito, cum nimia exultatione domum incolumis rediit, & in eadem iocolumitate uſque ad fioem vitæ perſeveravit.

f AUCT. ADELBOLDO EPISC. EX MSS.

D

f

Laborans faſtidio cibi

vultus mutatus,

g

mittens ad reliquias S. Walburgæ,

E

ſanatur,

16 Contigit nimium mirabile, &, niſi plurimorum approbaretur cognitione, valde incredibile, (ſed divinæ Majeſtati nihil eonſtat impoſſibile) inauditum nuper a ſeculo ſignum. Dum igitur maxima undique confluentium populorum ad S. Walburgæ baſilicam turba conveniret, affuit inter illos quidam iucognitus exul, peregrini habitu ſans vel jacens, qui inter cereros attentius & inſtaotius oravit, quem Abbatiſſa Liubula intuens inter ceteros flebilius perſeverantiuſque oraſſe admirata, eumdem ad ſe vocari præcepit; & quis vel unde eſſet nimium curioſe interrogavit. Ad quam ille: Gratias, inquit, Deo omnipotenti ago, qui me ſanctiſſimæ Virginis Walburgæ meritis de maximæ confuſionis ſcandalo, indigniſſimum peccatorem liberare dignatus eſt. Quod tam vos hic modo præſentes, quam omnes a ma potius quam ab aliis, quam mirificum ſit, audite oportet: & ne me aliquis divinam fallere conſcientiam velle ſuſpicetur, teſtor Deum, quem nihil latere poteſt, ante cujus aſſiſto, licet indignus, altare, & S. Walburgam, cujus nimium compulſus ſuffragia requiſivi, me nibil ficta ſed veridica, in hoc miraculo, narratione relaturum, prout poſſibile eſt humanæ fragilitati.

ut peregrinus quidam affis S. Walburgi gratias,

narrans aſſentit,

F

17 Anno quoque *b* priori, quo famis atrocitas multos afflixerat, contigit duos pauperes eamdem famis acerbitatem, de loco ad locum, de regione ad regionem confugere; tunc contigit quemdam tertium, de longinqua regione, pauperem illis aſſociari: quem ubi, vel unde pergere vellet interrogantibus, reſpondit ſe, ſicut plures velle cognitum eſt, S. Walburgæ patrocinia quæſiturum. Tunc illi: Si illuc, inquiunt, eundi deſiderium eſt, habeto nos ejuſdem itineris, & conſolationis conſocios, ut ſimul multæ longinquitatis pericula tranſeuntes, mutuis confortemur auxiliis. Nam & nos ad eumdem locum ire diſponentes, victus inopia nimium coaſtricti, & adhuc jejuni gradientes, via vacillando greſſu ambulare valemus. Quibus ſimplex conviator: Eia confratres, inquit, prolixi itineris longinquitatem Domino Jeſu Chriſto commendantes, anguſtias deponamus. Et quoniam meridianæ requietionis imminet tempus, quæramus ubi diſiejunandi modicumque pauſaodi uptus inveniri poſſit locellus. Quo invento, cum diſcumberent,

b

alius peregrinus ad S. Walburgam ibit,

AUCT. ADELBOLDO EPISC. EX MSS.

berent, & cum priores conſocii nihil commeatus ſecum habere conquererentur, aut qui ſupervenit *i* conviator tertius: Jam nunc laſſi conquieſcentes de meis prænſari cibuſculis; poſtmodum ex ratione dormiamus, ut ni-

A *dato ſemibus alio i*

mirum tertius ſecuram vigiliam exhibeat duobus, ut ſic gemina reſocillationis & pauſationis recreatione relevati cœptam in Domino profectionem perficiamus. Quibus hoc bonum conſilium inſidioſe approbantibus, ſumpſit alter de duobus conſocius ſomnum imaginarium; ſed tertius, qui ſupervenit, mortiferum atque noviſſimum.

ab illo occidit alter i

Nam protinus contra invicem conſurgentes nefandiſſima interemerunt.

18 Quo perpetrato, quid de mortificati cadavere impiiſſimi agerent, conpuſtati, tandem eorum alter horribilem ſarcinam propris cnaptavit humeris, cœpitque perſcrutari, ubi in quolibet devio vel abdito mortificatum expoſuiſſet locu. Tandem hoc invento, dum ampleaum a ſe corpus conaretur deponere, cœpit a mortuo vivus arctius conſtringi, ut nullo conamine funeris pondus a ſe potuiſſet diſiungere. Quid faceret infelicitiſſimus? Anxius quocumque pergere ſtuduiſſet, indeclinabilem ſui facinoris proditricem ad ſe tenaciſſime conglutinatam, horrorem cunctis iocutiens, comportavit. Cui

hujus corpus ab homicida homicidæ evelli negabit,

B interea fatigabiliter de locu ad locum vaganti quidam ſibi cognitus obviavit; ſed conſpecto tantæ horribilitatis unere pene exanimis ea palleſcens, tandem animo recuperato, curtam horrificæ molis bajulus eatiſſet percunctatus eſt. At ille, ut ſibi familiari amico credulus cunctum hujus commachinationis ordinem reſerebat, & ut ſuæ calamitatis commiſeritus gravedinem, qua miſerime cumprimebatur, a ſe excludere quodam modo comprobaret. Tunc ille facile ſuo amico poſſe ſuccurrere arbitrans, arrepto gladio quem ſecum ferebat, mortificati corporis brachia, geſtatoris amici cervicem viva-

neque gladio aliter eam abſcindi,

citer complexatia, articulatim, niſi aliter nequiſſet, abſcindere volens, quatenus ſoum ab hujus ioauditi ludibrii violentia erueret amicum. Sed res mira & ſtupenda, & in Domino Jeſu Chriſtu laudanda: moa ut manus illius mortui cohærentes lacertos attigerant abſcindendos, abſcriſoris corpus quaſi tenaciſſimo bitumine eunglutinabatur illis duobus. Sed ſtatim divinæ miſerationis compunctus ſuotum ſcelerum cullacrymando reminiſcens, precabatur, quatenus immenſa Dei clementia per B. Walburgæ ſuffragia ſibi miſerrimo nimiumque factoruſu miſereri dignaretur. Cui buju ſmodi ſupplicanti, ſuaque ad S. Walburgam vota multifarie pollicitanti,

C multumque ejulanti diſcedum eſt corpus, & nimium libero conſolatus utebatur inceſſu, erectis oculis ac manibus Deum ſemper & ubique, ſanctamque glurificans Virginem.

19 Tunc pariter terrificu ſarcinarum pondere uſque ad littus Rheni comitabatur, ibique dum aliquanculum conſtitiſſet, præſcriptus miſer tanti uneris gravitate & dedecoris confuſione afflictus, malens mortis ſubire interitum, quam dereſtabilis & ingratæ vitæ faſtidium diutius ſuſtinere, Rheui alveum conſcendens, quatenus ſic ſibi ſuoque cadaveris cuagulati ponderi ignotam acquireret ſepulturam, cum omni impetu ſe præcipitavit

k

io illius abyſſi voraginem. *k* Sed Rhenus tanti crminis immunditiam, ſuam prædam non eſſe præſumens, abſque ulla murula parricidam cum ſuo morticinio vivum ad littus revomuit. Stupefactus autem uimiumque exterritus ejuſdem conviator, & de ejus direptione oimis congratulans, ſicut de alterius calamitate collacrymans, tandem miſerabilem cum miſerabili onere dereſioquens, ad S. Walburgæ monaſterium concito curſu advenit, reique geſtæ ſeriem per ordinem veridico ore ibidem cunctis narravit: ſummique juramenti approbatione affirmare, ſi permitteretur, libentiſſime voluit. Ferrur namque præfatos funeris exprivitate detentus, B. Walburgæ Virginis præſidia ſæpe voluiſſe adire, ſed numquam illius eccleſiæ confinia poſſe contingera: ut liquido monſtraretur quanti reatus exiſteret vinculo colligatus, qui ſic procul, ne ad S. Walburgæ monaſterium ullu modo pertingere poſſet, coerceretur. Hunc multi cum jam ſæpe dicti onetis mole, qui tunc temporis extiterunt, viderunt: unde conſtat nequaquam eſſe falſum, quod tam plarimurum atteſtatione eſſe verum carroborabatur.

homicida in Rhino ſubmergi,

D

20 Hæc itaque ſigna & prodigia hic nunc ſcripto compreheuſa, quæ Divina majeſtas in illa novitate ſublevationis ex mumumento corpuſculi, Deo & hominibus adamandæ Virginis peregit, multum laudanda & admiranda ſuot. Sed adhuc in diverſis per totum Francorum regnum provinciis, quæ ejuſdem Virginis reliquiarum pignoribus illuſtratæ conſiſtunt, quotidie plura eacellentioraque præconio digna efficiuntur per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto perennis gloria in ſecula ſeculorum Ameu.

S. Walburgis variis locis claret miraculis.

a *Mſſ. Trevir.* poſt redditam ſanitatem ſcabellula.
b *Wolfhardus*, glomite ſeu trama.
a b c I EXcellentiſſimæ Dominæ ſuæ *a* Ungarorum Reginæ, necnon felices recordationis Domini *b* Alberti quondam Regis Romanorum filiæ, *c* Frater Philippus miſeratione divina Eyſtetenſis Epiſcopus, quidquid poteſt reverentiæ & honoris, & ſi quid valeant orationes peccatoris.

COngruum valde, ſanctum & laudabile fore decernitur, ut filia Regis vitam ſanctitate præclaram

filiæ Regis deſideranter amplectatur, & eadem pro ſpeculo ſuæ recreationis ac componendæ pulchritudinis delectabiliter ſpeculando fruatur. Nam in ipſa contemplando inveniet ſpeciem ſanctæ conversationis, perfectionis formam, ac virtutis imaginem, quam ſacræ imitationis ſtudio veneretur. Hinc eſt, quod ſinceritati veſtræ devotionis ac celſitudini re acrendæ dominationis epiſtolam, continentem vitam & mores, obitum, & inſignia miraculorum B. VValpurgæ Virg. quibus eam Dominus in vita, morte, & poſt mortem clarere voluit, uſſetu: non immemor exiſtens humillimæ ac reverendæ poſtulationis, qua vobis prædictam VValpurgis vitam a me transcribi petiſtis: qua petitione mirum in modum exhilaratus, gaudebam in Domino, luculentiori conſideratione perpendens, quod hujuſcemodi petitio, cum ea te petitu, tum ex modu petendi, ex radice pictatis pullularet. In ſe namque prægnans erat petitio, & argumentum geſtabat ſtudioſæ voluntatis, & probamentum futuræ ſanctitatis, in Regina filia Regis perſona poſtulante. Precor autem veſtram regiam dignitatem, & dignitatis benigoitatem, ut præfatam epiſtulam conſortibus veſtris, id eſt, filiabus Regum, & aliis devotiunem ud B. walpurgam Virginem habentibus, ex caritate communicare digneminī. Nam caritas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti, & quæ Sanctorum ſuorum, quos in ipſo & per ipſum veneramut. E

2 Filiæ Regum, quæ in honore tuo, Fili Dei Jeſu Chriſte, qui es Rex Regum, & Dominus dumnantium, mundi excellentias, ſeculorum divitias, ac propriæ carnis delicias contemſerunt, ut te ſponſum candidum & rubicundum, dilectum, electum, & prædilectum ex dilatati cordis amore currentes in odore unguentorum tuorum, ab omnibus retardativis exoceupatæ, liberius ſequereotur, & ſequendo conſequeacntur, & conſequendo caſtæ dilectionis deſiderium amplecterentur, multo reverentiali honore, ac laudn digna veneratione ab univerſo cœtu fidelium proſequendu, & proſecutione extollendæ ſunt. Hæc namque in ſeipſis, vel ſaltem in Patribus ſuis, in præſenti ſeculu coronatæ, temporalem diguitatem in æternam ſublimationem commutantes, in cœlis coronari meauerunt, & ceuſum terrenorum parvipendentes, affectum ſupernorum Divini amoris virtute magnificabant, & in ſublimitatis honore humilitatem, & in adverſitate benignitatem ſervantes, ram in reſpuendis, quam appetendis, tamquam magnificæ perſonæ, viam imitandæ virtutis, quæ ducit ad bravium æternæ ſalutis, luciformi exemplo excellentiſſime fidelibus Chriſti demonſtrarunt. De iſtarum filiarum Regum numero laudabili, & meritu ineffabili B. VValpurgis Virgo, quæ ab infantia in omni vitæ ſanctimonia Deo conſecrata extitit, eſſe dignoſcitur, cujus vitæ & mortis inſignia in epiſtolare compendium gratia brevitatis colligere promiſimus, quod evolvere cupientes, emendatiuri ſtylo, quo poſſumus, ut decet, exordiamur. F

a *Agnes Auſtriaca, anno* 1297. *nupta Andreæ* 3. *Venetæ dicta, Regi Hungar. quo anno* 1301. *ratione reliquam vitam Deo conſeravit: inter alia pietatis opera ædificavit umplum monaſterium Virginum regalem S. Dominici profitentium, ſub caſtro Kyburg prope oppidum Wurertur, & in ipſo caſtro capellam propter Imperiales Reliquias, quæ aliquando Kyburgi aſſervabeatur. Ita Greſſer. de olon S. Walburgis c. 3. an Felice Fabri Thuricenſi ſeu Tigurino, auctore antiquo.* *Agnes Auſtriaca Regina Hungariæ.*
b *Albertus Rudolphi I. Imper. filius, & ipſe anno* 1298. *dictus Imperator, ceſſus an.* 1308. *De cujus uxore & dicta filia Agnete ipſa Felix Fabri apud Greſſer. ait:* Relicta uxor occiſi Regis Eliſabeth, filia Comitis de Tiroli, in loco interfectionis viri ſui incepit conſtruere monaſterium monialium, & altare ſummam in eo loco poſuit in quo expiravit. Interea Rex Ungariæ etiam obiit, cujus nuoc Domina Agnes, prædicti Regis Alberti filia in patriam propriam reverſa, in conſtructione monaſterii prædicta coadjutrix fuit: ſicque *eidem cum marito impetratis facta eſt.*

AUCT. PHILIP. EPISC.

ia viduitate ſancta ambæ manſerunt, & monialet s. Claræ in conſtructum monaſterium poſuerunt, & pro ſeipſis habitacula annexa ædificaverant: ſed & pro duodecim Fratribus Minoribus locum ædificaverunt juxta monaſterium, & tam pro Sororibus quam Fratribus proviſionem copioſam in ſempaſalibus ſecerant. Fundatio monaſterii illius facta fuit anno 1308. in loco interfectionis Regis, in campo qui dicitur Campus Regis, vulgariter Kunigsfelde, ſub caſtro Habſpurg, ubi hodie ſervians Deo. *Hæc illi auctor, e quibus diſcimus, qualis & quanta dignitatis fuerit Agnes, quæ vitam S. VValburgis deſideravit ab Ep. Eyſtetenſi conſcribi.*

c Fratres, *quia eo Abbate Ord. Ciſterc. aſſumptum fuiſſe ſupra diximus.*

d *Mſſ. Eyſtet.* ſublimitatem.

CAPUT I.

S. VValpurgis Ortus: Genealogia ſancta. Obitus patris S. Richardi.

3 IGitur B. VValpurgis Virgo Deo placita, & hominibus grata, ex illuſtri proſapia, imo ſtirpe regia, exorta eſt, & tamquam ſidus novæ claritatis ac miræ
B pulchritudinis, obducto tenebris ignorantiæ mundo, eadio puriori eidem feliciter inſulſit, & velut ſtella matutina eo ceteris clarior, quo vicinior ſoli, *a* a Deo gratioſe & ſpecialiter conſtituta eſt ſuis præire, ut & nos in fulgore ſui luminis, quod radio veritatis, juſtitiæ, ac ſanctitatis emittit, in ſplendoribus Sanctorum, in via mandatorum, vel quod præſtantius eſt, in ſemita conſiliorum Dei, quæ ducit ad patriam claritatis æternæ, fideliter ambulemus. Divina namque ordinante *b* providentia S. Richardum quondam Regem Anglorum, nunc vero conſortem Angelorum, patrem in cura, genitorem in natura, ſortita eſt. Nimirum enim decebat, ut Virgo tantæ ſanctitatis in cœlis ſublimiter coronanda, a Rege ſancto in terris coronato, & in cœlis coronando in lucem hujus mundi prodiret. S. Willibaldum quoque *d* Autcatenſem Epiſcopum, qui modo Eyſtettenſis vulgato magis nomine dicitur, in omni genere perfectionis Præſulem magnificum, nec non B. Wunibaldum ſtrenuę virtutum virum, Abbatem ſanctitate præcipuum, fratres germanitate utermos habuiſſe legitur. Item B. Bonifacium ſanctæ Maguntinæ Sedis Archiepiſcopus, qui florentem palmam victoriæ cum corona martyrii Deo propitiante obtinuit, ejus e avunculus fuiſſe non dubitatur. Idem B. *f* Deodatus Martyr & Pontifex Chriſti inſignis ejuſdem B. VValpurgis cognatus inventur. B. willibrordus etiam *g* Confeſſor Dei & Pontifex pretioſus, ac Sanctus *h* Sola ſanctitate *i* mirabilis, do ejus parentela ſatis e vicino computantue. O quam
C pulchra eſt hæc caſta generatio, cum claritate! Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob. Hæc eſt generatio, de qua ſcriptum eſt, & fore poſſit intelligi, quoniam generatio rectorum benedicetur. Iſti namque fuerunt viri miſericordiæ, quorum juſtitiæ oblivionem non accaperunt, cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta nepotes eorum.

4 Laudemus ergo viros gloriosos, patres & parentes noſtros in generatione ſua, nam hi ſunt qui genuerunt nos verbo veritatis in Chriſto Jeſu Domino noſtro. In lineâ propaginis hujus ſanctæ genealogiæ, ſi luculenter advertamus, vernantes roſæ Martyrum, candentia lilia Virginum, humiliter dependentes violæ Confeſſorum inveniuntur. Hi ſunt flores Paradiſi in domo Domini plantati, in caritate radicati, cœleſti rore perfuſi, Spiritus ſancti vivificatione vegetati, ſuper quos ſanctificatio Chriſti efflorvit, ut in atriis domus Dei noſtri floreant in æternum. Hi ſunt flores, qui ad coopertmentum fructus ſui, & projicienda ſalubri umbra frondueunt, quorum folium non defluxit, ſed fructum ſanctitatis dederunt in tempore ſuo, & tamquam bonus odor Chriſti in omni loco aromatizantes, redolemiam mirę fragrantiæ ubique ſparſerunt. In horum florum ſuavitatis odora delectati, & delectatione invitati currimus, ſi memoratorum Sanctorum vitam concupiſcimus. Accedente ad nos ſole juſtitiæ, hoc verno in tempore gratiæ, non ſolum apparuerunt flores in rerea noſtra, ſed & vox turturis audita eſt in terra noſtra, vox, inquam, turturis, hoc eſt caſtiſſimæ walpurgis Virg. quæ prece dulciſſimæ ſupplicationis interpellet pro nobis ad Dominum. Et non incongruenter vocem turturis precem B. VVulpurgæ Virg. interpretati ſumus: nam turtur eſt avis ſolivola, fidelis & caſta: ſic, moraliżando uc proſequamur, B. walpurgis in ſolitudine contemplationm exceſſive fuit ſolivola, in diſpenſatione fidelis ac prudentiſſima, in omni converſatione caſtiſſima ae pudiciſſima. In his egreſſionibus delectabilitee depaſti cum paſtore ſponſo, qui paſcitur inter lilia, demceps ad ovilia primitivæ intentionis, ut decet, reverramur. Nam quæ de linea derivatamus ſacræ genealogiæ B. Walpurgis præhibavimus, eorum in laudem ejuſdem laude dignæ Virg. eecdimus, ut cenſeatur. Nam ex hac reverend a enumeratione Sanctarum evidenter perpenditur, quomodo ex inſignibus nobilitate pariter & ſanctitate proceſſit. Nunc ordo ſcribendi poſtulat, ut de ipſa ejuſque ſanctitate ſpectatius ſingulariuſve proſequamur.

5 Sciendum ergo, & quod S. Richardus Rex Angloeum, pater ipſius, ut præhibatum eſt, fuiſſe legitur, qui cum a pueco ſemper Chriſtianiſſimus exteriſſet, etiam liberos ſuos diſciplinam Chriſtianæ religionis, & viam veritatis tam pee ſe, quam per fideles pædagogos diligentiſſime edocuit. Unde & S. VVillibaldum adhuc puerum ritulo monaſticæ profeſſionis *l* adduxit. Cum ergo ille beatus Rex gradus de virtute ad virtutes conſcenderet, ut ſecundum promiſſionem Salvatoeis centuplure aceiperet, & vitam æternam poſſideret; igne divini amoris inflammatus, & occultiori conſilio Spiritus ſancti edoctus, ad exhortationem liberorum ſuorum, videlicet B. VVillibaldi ac B. VVunibaldi, nec non S. VValpurgis regnum & patriam dereliquit, & peregrinationem duram, quæ etiam pauperibus gravis eſſe ſoler, ſuſcepit: una cum liberis ſecum aſſumptis Oceam periculo ſe commiſit, & randem poſt magnos labores & multa pericula Luccam, id eſt, Luccanenſem civitatem uſque pervenit, & mibi mortali infirmitate conſummatus in monaſterio S. Frigdiani in Domino feliciter requievit.

a *Mſſ. Antuerp.* adeo. b *Idem*, gratia.

c *S. Richardum Regem Anglo-Saxonum dici poſſe oſſe adimus 7. Febr. pag. 73. n. 21. & 22.*

d Autcatum *eſſe* Naſſefelſium *vicinum, non* Eyſtadium, *docere Avontianus l. 2. Annal. Boiorum, & S. 10 vere ſupra relatus. In antiquit. Aſſis tam S. Willibaldi & S. Wunibaldi, quam S. Walpurgis, Eyſtadium dicitur. Ioannes Lapis ſepultchratis apud Greſſer. l. 1. Obſerv. ad vitam S. Willibaldi n. 15. hanc inſcriptionem habet in baſilica primaria: Hic requieſcunt oſſa Epiſcoporum Autcatenſium: at quando hæc ſit inſcripta facta, non indicatur. De Autcato edidit ſingularem tractatum idem Greſſer. in Append. poſt Catal. Epiſcoper. Eyſtettenſium editum.*

e *De cognatione S. Bonifacii egimus 5. Feb. pag. 711. n. 16. ubi & Wunibaldus dicitur* carnali propinquitate & ſanguinis copulatione ſociatus & glutinatus. *Ita vita ejus a S. walbarga aliaque conſanguinea ſcripta.*

f *Greſſ. l. 2. Obſerv. n. 2.* Deodatus, *inquit*, ſeu Adeodatus, ſorte cum S. Bonifacio illuſtrem hanc palmam adepros eſt, *ait* Beda in epitome ſocios martyrii 53. aſſignat. Hucbaldus de S. Lebuino 52. *Sed hæc mera conjectura eſt. Nomen* Deodati, *ſive* Adeodati, *inter ſocios S. Bonifatii ab antiquis non prodiror. Conſule Seraed. 3. Rerum Mogunt. not. 46. ad vitam S. Bonifatii. Quid ſi apud Philippum agnoſcatur quidam monachus, ut ſi* Deodatus *monaſterii Haſenrietani a Carolo Magno conditi primus Abbas, cujus ſacrum corpus an. 1316. præſentibus Philippo Ep. & Ludovico 4. Imperatore elevatum eſt, & ſacra reliquiarum pars ab hoc Norimbergam delata? De eo egit idem Greſſer. l. 2. Obſerv. c. 8. Colitur 7. Jun.*

g S. Willibrordus Friſonum Apoſtolus, filius materteræ S.

VVil-

Auctarium adv.

S Deodatus.

ac Deo carus.

A S. VVillibrordus.

VVillibaldi dicitur in Calendariis, quod Pontificali Eystettenſi inſertum eſt. *Ita Groſſer. d. 2. Obſerv. 2. 1. Fuerunt ergo conſobrini. Colitur ille 7. Novembr.*

S. Sola.

h Habuit B. Sola, poſt gloriſum triumphum martyrii a Bonifacii Archiepiſcopi, Dominum VVillibaldum Epiſcopum & VVinnibaldum germanum ejus Presbyterum adjutores ſui laboris, qui ei ut propriæ gentis viro, omnibus hiſce in locis adminiculum ac ſolatium præbebant. *Ion in vita illius 3. Decembris Eremericus monach. ac dein Abbas Elvvangenſis, memoriæque B. Rabani Mauri adhuc Abbatis, ergo anno an. 842. ſcripſit. Fuerunt ergo ſi non ejuſdem patriæ ſaltem nationis, & amicitiæ vinculo conjuncti.*

i Groſſer. in verbis laſſionibus, mirabilis Mareyt. *Simili forſan caſu nomen Martyris etiam a Deocaro adjunctum.*

K Sequentia ejus scripsit, cum tota fere capita ſequenti, huc tranſlata ſunt, & verbis fere iiſdem, ex relatione Abbatis Heidenheimenſis, relata a Groſſero l. 2. Obſervat. c. 7. quam nos ibi vidimus, cum ibi eſſet, omiſimus.

l Canifius, addixit.

CAPUT II.

Fratrum S. VVillibaldi Epiſcopatus, S. VVunebaldi Sacerdotium.

B S. VVillibaldus Roma Hieroſolymam abiit.

6 POſt cujus beatiſſimum tranſitum filius ejus Sanctus videlicet VVillibaldus & wunibaldus, una cum ſociis ſuis ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli pervenerunt. Ubi a Papa *a* Gregorio III. qui tum Apoſtolicæ ſedi præfidebat, benigniſſime ſuſcepti, orando, & loca ſanctificationum circumeundo, aliquantum temporis devotiſſime exegerunt. Factum eſt autem, quod S. Willibaldus, & quidam ex ſociis immenſo deſiderio accenderentur, quatenus Jeroſolymam irent, & loca in quibus Deus homo converſatus eſt, inviſerent. Quod & ita factum eſt, S. VVunebaldo propter infirmitatem magnam, qua tunc detinebatur, Romæ relicto. Cum *b* interim *c* S. Bonifacius, Magontinæ Sedis Archiepiſcopus, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſſa & ea legatione *d* Pippini Regis, qui tunc temporis Alamannorum Rex exiſtebat, adveniſſet: & cum vidiſſet S. VVunibaldum, eo quod nepos ejus eſſet, & quod multa de eximia virtute & animi ejus conſtantia audiviſſet, multum in Domino gavisus eſt, & ſuppliciter Dominum Papam exoravit, ut ejus adjutorio talem cooperatorem & ſocium in agricultura Dei meteretur accipere. Cujus petitioni Papa Gregor. libenter acquieſcens, rogando præcepit S. wunebaldo, ut ſocietati & contubernio S. Bonifacii adhæreret, & ſu omnibus ejus conſilio & præcepto ad ſerviendum Deo obtinuit, ut, ſi quando Divina clementia S. VVillibaldum ejus conſpectui præſentaret, ad colendam vineam Domini in adjutorium ſibi ad Alamanniam eum tranſmitteret. Cumque memoratus, & ſæpe memorandus S. Bonifacius omnia, pro quibus venerat, ſecundum bene placitum ſuum peregiſſet; Apoſtolica benedictione firmatus, in Alamanniam ad Pippium Regem tendit, & omnia, quæ ei in via acciderant, & quomodo Apoſtolica auctoritate S. VVunibaldum ſocium & cooperatorem laboris ſui accepiſſet, ex ordine narravit. Peractis autem omnibus, quæ tum in Regis curia tractanda erant, ſanctus Archiepiſcopus valefaciens Regi in Thuringiam tranſiit, & ibi S. VVunibaldo habitum monaſticæ religionis tribuit, & ad ſacerdotii gradum omnibus qui noverant eum in laudem ejus acclamantibus, promovit. S. VVunebaldus vero virtutem obedientiæ attendens in ſpiritu humilitatis, in cunctis, quæ ei injungebantur, perfectum ſe ſervientem exhibuit, & ſicut bonus filius & perfectus diſcipulus uſque ad mortem S. Bonifacio obedivit. Videns autem Archiepiſcopus, quod B. VVunibaldus in omni juſtitia & ſanctitate proficeret, ſeptem ei eccleſias in Thuringia regendas commiſit, quas ipſe ad tantum culmen perfectionis proveait, ut uſque in hodiernum diem per totam illam provinciam in laudem Dei honor & gloria S. VVunibaldi prædicetur.

C S. Sturmio

Regis Eadbertus Thuringiæ.

AUCT. PHILIP. EPISC.

7 Cum hæc in Alamannia circa *e* B. VVunibaldum D agerentur, B. VVillibaldus frater ejus, in via, qua Jeroſolymam tendebat, in mari & terra magnis & multis periculis afficiebatur. Nam tentationum procellas poſtquam divina fruente gratia evaſit, pericula latronum, famis & ſitis, macerationis, captivitatis, incarcerationis ſqualores, graves a Paganis, per quos tranſitum fecit, pro nomine Jeſu Chriſti ſuſtinuit paſſiones; ſed virtute Dei de his omnibus liberatus tandem ſicut deſiderabat Jeroſolymam venit. Dedit autem ei Dominus tantam gratiam in conſpectu Paganorum, qui tunc Jeroſolymam inhabitabant, ut quocumque pergeret, eorum conductu iret & rediret. Manſit itaque multo tempore in finibus illis, & peregratis omnibus ſanctificationum locis, in quibus Deus hamo converſatus fuerat, Adriaticum mare iterum tranſretavit, & ad Caſinum montem, ubi ea inſtitutione S. Benedicti Abbatis monaſticam religionem vigere audierat, pervenit, quem pater Abbas ejuſdem monaſterii, cui nomen *f* Petronax erat, unanimi conſenſu ſui conventus, in monachum & fratrem ad humilem ſui petitionem aſſumpſit. Aſſumptus itaque S. VVillibaldus in omnibus, quæ congeſſit in cunctis Fratribus laudabilis apparuit, & in omni morum & E converſationis honeſtate mirabilem ac *g* imitabilem ſe exhibuit. Manſit itaque apud eos multo tempore irreprehenſibilis, imo per omnia laudabilis, & tunc omnibus valefaciens de licentia Abbatis eum quibuſdam honeſtis *h* Fratribus, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſſa ad Dominum Papam properantibus, iterum Romam tranſivit.

S. VVillibaldus a B. Sturmio ad S. Bonifacium.

S. VVillibaldus Hieroſolymam abiit.

ad monaſterium Caſinenſe.

f

g

h

laudatus Romæ

8 Præſentatus itaque Apoſtolico conſpectui, benigniſſime ſuſceptus eſt ab eo, & interrogatus de peregrinationis ſuæ labore, omnia quæ ei in via acciderant, & quam miſericorditer Deus de manibus quærentium animam ejus multotiens eum liberavit, & quam laboriose Jeroſolymam, & cum quanto periculo alia ſanctificationum loca, utpote a Paganis poſſeſſa, adierit, & *i* quomodo lumine oculorum duorum menſium ſpatio orbatus fuerit, & in eccleſia ſanctæ Crucis miraculoſe illuminatus, & pueri oculi viſus a Domino reſtitutus fuerit, per omnia enarravit. Flebant ergo omnes, tum quia talem juvenem pro Domino patriam dereliquiſſe, & tantos *k* labores pertuliſſe videbant, tum etiam quia ſe nihil talium pro Domino peregiſſe dolebant. Interea beatus Papa recordatus, quod S. Bonifacio Archiepiſcopo de cooperatione & ſocietate S. VVillibaldi promiſerat, paterna cohortatione, & Apoſtolica auctoritate præcipiendo rogavit, ut ſine P contradictione ad S. Bonifacium Maguntinæ Sedis Archiepiſcopum cum feſtinatione properaret, & in vineam Sabaoth fidelem cooperatorem, & humilem miniſtrum in omnibus, quæ ei S. Bonifacius injungeret, ſe exhiberet. Cujus præcepto S. VVillibaldus in ſpiritu humilitatis obediens, Apoſtolica benedictione roboratus, in Alamanniam ad S. Bonifacium, ſicut ei a Domino Papa præceptum erat, pervenit, & quomodo ad ſervicodum & obediendum ei a Domino Papa miſſus fuerat, ex ordine narravit. Poſtquam vero S. Bonifacius & S. VVunibaldus, ceterique ejuſdem ſocietatis fideles Fratres tam dilectum Deo & hominibus Fratrem ſalvum recepiſſent, dulciſſime in oſcula, & in collum ejus irruerunt, & præ gaudio flentes, Deum largitorem omnium bonorum pro univerſis beneficiis ſuis glorificarunt. Sed & Rex Pippinus ut cognovit adventum tam venerabilis perſonæ, plus quam credi poteſt, cœpit in Domino gaudere, eo quod tantum lumen juſtitiæ regno ſuo illuxerit, & quod omnes adverſitates eorum orationibus a regno ſuo propelli fiducialiſſimam ſpem haberet. Crevit itaque

i miſeretur a Papa ad S. Bonifacii

k

AUCT. PHILIP. EPISC. Eccleſia Chriſti per verbum & per labores S. Bonifacii, ſociorumque ejus, & cæterorum in Domino fides augebatur, & abolito idololatriæ ritu, in conſecrandis eccleſiis, in prædicando verbum Domini, in baptizandis Gentilibus, in procurandis infirmis, & pauperibus, Eccleſiaſticus osdo per omnem Alamanniam inſtituebatur.

9 Fuerunt autem illic temporibus in regno Pippini Regis duo viri illuſtres, ſcilicet *l* Oddo Dux, & *m* Sweigerus, Comes, qui utentes ad S. Bonifacium reorientes, orationibus ejus ſe commendaverunt, & prædia ſua cum mancipiis ad ſerviendum Deo viventi devotiſſime ei obtuleruot. Sed beatiſſimus Præſul conſiderans, quia ses Eccleſiæ vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, ex allodiis Oddi Ducis, *n* Friſingenſem *o* inſtituit Epiſcopatum; ea prædiis vero Sweigeri Comitis *p* Eyſtetenſem fundavit & firmavit Pontificatum: præfecitq; venerabilem Fratrem, & diſcipulũ ſuum *q* S. Corbinianum Friſingenſibus; S. willibaldum vero Deo dignum Epiſc. Eyſtetenſibus: hoc inſtituens, ut rebus Eccleſiaſticis pauperes alereotur, infirmi recrearentur, captivi Chriſtiani, prout facultas ſuppeteret, redimerentur. Cœpit autem ſanctus Præſul VVillibaldus ineſſe cum cliſis corde verbum vitæ evangelizare, & in omni pontificatus officio fideleio diſpenſatoram, & bonum ſervum B Dei ſe oſtenderc. Uode omnes comprovinciales, divites & pauperes, tanta familiaritatis dulcedine ſibi conjunxerat, ut de omnibus finibus regionis illius ad eum confugerent, & ad ſalvandas animas ſuas conſilium, & auxilium ab eo experierent. Sicque factum eſt, ut bonitatis ejus fama creſcente, S. Bonifacio cunctiſque in Maguntina metropoli acceptiſſimus fieret, & in conſiliis, & in judiciis, in conſecrandis quoque eccleſiis, ac aliis charitatum domi primum poſt Archiepiſcopum locum obtinec- & Cancellariæ Sedis Moguntinæ ret. Conceſſumque eſt ei cum privilegii atteſtatione, ut in his, & in aliis Deo digna gerendis, ipſe omneſque ſucceſſores ſui, Eyſtetenſis Eccleſiæ Pontifices, cum neceſſitas aut tempus exigeret, ſpecialites præ aliis ſanctæ Maguotiæ ſedis Suffraganeis, vicem Archiepiſcopi gere- *r f* ret, *r* & tamquam præſatæ Sedis *f* Cancellarius, & Prolocutor concilii a dextris Metropolitano proximus aſſideret: in cujus dignitatis evidentiam veſtitusa magnæ myſtici ornaturei conceſſa eſt, nec non omnibus rite ſibi ſuccedentibus, præcunctis Epiſcopis, qui de linea Moguntinæ derivationis computantur. Eſt autem veſtis illa *s* Rationale, quo & jam ſummus Pontifex accedent ad ſancta ſanctorum, olim ſuperveſtiebatur. Habebat autem Rationale ſummus Pontifex in Lege veteri in præfiguratioaem multæ perfectionis. Pontificibus vero novi Teſtamenti quibuſdam concedi- C tur, in exhibitionem conſummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, unde & rationale nuncupatum eſt.

l m ordinatur Epiſcopus Eyſtettenſis

n

o

p

q

r f

s

a *Quoaus hic Gregorius fuerit, filius Adelberti ob duos in Pontificatu ſibi invicem ſuccedentes Gregor. Fuit hic S. Gregor. II. , qui ab an. 714. ad 731. præfuit Eccleſiæ, mortuus 13. Febr. ubi interes illuſtres peregrinos, qui Romæ ejus tempore periverunt, recenſuimus pag. 695. n. 25. S. Richardum, ſed Luca anno 722. mortuum diximus ad hujus Vitam pag. 70. n. 10. quo adhuc anno, aut ſaltem ſequente, Romam venere filij ejus.* S. Greg. 2.

b *Hic ullorum & iniquorum S. Bonif. haud modica apparet confuſio. Præcaſſum Romæ Gregor. 2. ſucceſſor S. Gregor. 3. mortuus an. 741. die 28. Nov. memb. quo colitur. Sub hoc tertium iter Romanum S. Bonifacii comitis anno 738. quo S. Wunibaldum ibidem reperit, & ſecum in Germ. abduxit.* S. Greg. 3.

c *Confundantur 3. & 4. S. Bonifacii iter Roman. Hoc fuſtum eſt tempore 4. Zachar. Papæ, poſtquam anno 745. ſacras ſtatuit Moguntiæ Archiep.* S. Zachar.

d *Dicto anno 738. præerat Francis Major-Domus cum regia poteſtate Carol. Martell. pater Pippini & Carolomanni hoc nuncupati, ſub ann. 747. Romam & Caſinum abeunte præfectus Alamannis eſt Pippinus nondum Rex, poſtea nuncupatus Zachar. Papæ a S. Bonifacio anno 750. unctus. Hinc infra de Pippino dictus, ad Carolomanni ſpectans.* Pippinus Rex.

e *Reliq. quæ ad S. Wunibald. & VVillibald. ſpectant, ad propria eorum Acta accuratius animadvertimus. De itinere S. Wilibaldi nonnulla diximus 7. Febr. pag. 70. n. 11.*

Dr Petronax Abbate Caſinenſi & S. VVillibaldi ad eum adventu in regiones in cire S. Gregor. 2. 13. Feb. pag. 695. n. 27. & 28. Petronax Abb.

MS. Eyſtet. inimitabilem.

In *Hodoeporico ſeptimo dicitur* Presbyter, qui de Hiſpania ad S. Benedictum venerat. *Diſceſſit autem a Caſinenſi monaſterio circa feſtum S. Andreæ anni 740.*

Hæc de coecitate diſcant in relatione Adalberti.

Mſ. Autuerp. dolentes.

l Oddo, *al.* Otholu & Otho, Dux Bajoariæ in Hiltrude, Caroli Martelli filia, anno 741. in uxorem ducta, genuit Theſſilonem Ducem bellis Francicis & Boicis celebrem. Oddo Dux Bajoariæ. Sveigerus Comes Friſingæ.

m Sveigerus, Svvickerus, Shuggarius, Comes Hiſpergenſis. *Eſt autem Hiſperga Comitatus caput ad Salizam fluvium oppidum, ſex circ. leucis ab Eyſtadio.*

n *Friſinga urbe Epiſcopali Bavariæ ad Iſaram fluv. cujus Epiſcopi recenſet Hundius in Metropoli Salisburgenſi, Archiepiſcopo ſubſunt.*

n *Imo antea inſtitutum reformavit & locupletavit, uti ad Adalberium obſervat Greiſer.*

p *Hinc poſteri Comites Hiſpergenſes ad liter. vſqs Advocati Epiſcopatus monſerunt, donec deficiente illa familia, Comitatus unus 1301. Epiſcopatui ceſſit, ut docent idem Greiſer. d. l. t. Obſerv. c. 14. & Severt. ad c. 1. Vitæ S. VValburgis.*

q *Aliqua hic apparet confuſio ex nominibus Gregor. 2. & Gregor. 3. ſuccedentium non ſatis diſtincte enotata. Eſt autem:* 1. Corbinianus *a Gregor. 2. miſſus in Bavariam & Friſingenſis Epiſc. obiit circ. ann. 730. Colitur 8. Septemb. Ac frater ejus Eremberius ſucceſſit a Greg. 3. conſtitutus. De his legi poteſt* Andreas Brunner *part. 1. Annal. Boicor. l. 5.* S. Corbinianus. E

r *Hucuſque ex Adalberti relatione.*

f *Præmiaatio hæc Epiſcopo Eyſtettenſium explicatur a Greiſero l. t. Obſerv. c. 15.*

t *De Rationali diſputat idem Greiſer. ibidem c. 16. Quæ alias ad vitam S. VVillibaldi ſpectant eum diſcutienda.*

CAPUT III.

Diſceſſus S. Walburgis ex Anglia in Germaniam. Vita monaſtica in Thuringia.

His ergo prælibatis, ad ea, quæ de B. VValpurgis vita tractanda promiſimus, Deo favente & vita comite, reſtat, ut ſtylum convertamus. Nam conditio præſentis operis hoc requirit, & occupatio temporis, qua tribulamur, ipſum a nobis poſcit, unde convenit, ut digreſſiones tu amplius nequaquam admittamus. Sciendum igitor, quod ſæpe dicti, ac ſemper benedicti fratres, Beatus videlicet VVillibaldus, ac S. VVunebaldus a tempore, quo fide dignorum relatione intellexerant, Reginam Angliæ genetricem ſoam, mulierem virtutis ac præclari meriti, viam univerſæ carnis fuiſſe ingreſſam, ut frequenter de ſorore ſua, Beata ſcilicet VValpurga, naturali affectu ſtimulati, & caritate, quæ religioſos decet, inflammati, ſollicitari cogebantur: ſcientes eam poſt diſceſſum matris, omoi ſolatio temporali deſtitutam. Hæc ergo advertentes, de conſilio S. Bonifacii decreverunt, ut eam fideli vocatione ad ſe venire rogando præciperent, quatenus ipſa per eos, & ipſi per eam mutua io Domino conſolatione frueretur; quod & ita decretum in factum a producunt. Per fideles namquu nuncios, ac famoſa legatione B. Bonifacius neptem, & fratres ſororem, prædulci ſupplicatione & prece invincibili ſollicitabant, quateus ad eos venire non omitteret. Cum ipſi Patres ſpiritualer ipſam, quam genuiſſent io Chriſto filiam, auctoritativa admonitione ad id faciendum hortarentur; Virgo VValpurgis, gloriosa ſemper, hoc ſuppler mandatum ac fidele conſilium ſagaci mente complectens, ſupra quam enarrari poteſt, in Domino gratulabatur, ubertimas ei gratiarum actiones exolvens ſuper eo, quod tam magnificorum Patrum, ac catiſſimorum fratrum meruiſſet reverenda ſalutatione, ac piiſſima exhortatione viſitari. Ex tunc Virgo VValpurgis ſapiens, & una de numero prudentum, ſolertes cogitare cœpit, & cogitando in ſpiritu ſcrutabatur, quid ei in hoc

Evocata a fratribus & S. Bonifacio, S. VValburga.

F

poſt feriam deliberationem.

in hoc caſu liceret, eamq; deceret, nec non ipſi feliciter expediret. Hæ namq; ſunt circumſtantiæ ſecundum præ-
A dulcem S. Bernardum Doctorem, quibus moralis actus conditionatur. Nam hæ circumſtantiæ aliæ, ſi quæ ſunt ex parte perſonæ, loci vel temporis in ſe iocludunt: cum enim aliquid licet ſecundum rationem mandati, & decet quantum ad ædificationem proximi, ſi expediat ſecundum conditionem proprii ſubjecti, ſufficienti cautela actui proviſum eſt. Oportet enim, ut hæ tres circumſtantiæ concurrant, ut actus moraliter inſtauretur: quia ſecundum ſententiam beati Apoſtoli multa licent, quæ non expediunt: & aliascircumſtantias ſi replicare ea com-
1. Cor. 6. 12. binatione delectat, invenies, quomodo dictæ circumſtantiæ ad perfectam conditionem actus in ſolidum requiruntur.

11 Itaq; walpurgis Virgo humillima proprii ſenſus ſagacitati non innitebatur, ſed tota devotione ſe Deo committens ſupplicitet exorabat, ut in vitandis & agendis, voluntate Domini bona, beneplacente & perfecta ſemper regeretur. Et non poſt multum temporis divina revelatione cognovit, quod ſuæ invitationis vocatio a
cum 30. ſodalibus diſcedit, Deo præordinatæ fuiſſet, & ſecundum Divinæ voluntatis nutum prodiſſet: unde conſenſum liberrimum huic
B gratioſæ invitationi præbere non dubitaret, nec dubitando in amplius quoquo modo differre deberet. Ea hac certificatione Virgo Walpurgis devotiſſima pluſquam credi poteſt mente gaviſa eſt, & ex illa hora mente ſollicita tractare cœpit, quomodo conceptum iter Deo laudabiliter, nec non utiliter ſibi aggrederetur: & collegit atq; elegit circiter numerum *b* 30. ſodales ſuæ religioni conformes, ac ipſius intentioni congruentes, & expedita decenti proviſione, quæ in expenſis vel impenſis ad dictum iter requirebatur, de licentia eorum, qui ſibi ſuæq; ſocietati auctoritative præerant, ſæpe dictum iter aggreſſa eſt & valedicens ſuis, ac ſolo natalis patriæ, tamquam filia laudabilis obedientiæ audiens conſilia, videns Sanctorum exempla, populum oblita eſt, & domum patris ſui, ut Deus Rex Regum concupiſceret decorem ſuum, quæ retro ſunt parvipendens, & anteriora, id eſt, potiora futuræ benedictionis charismata requirens, viam propoſitæ voluntatis exorditur: & cum ſua ordinata, nec minus devota ſocietate, ad mare Anglicanum uſque perveniens, mari placido, & aura optabili puppim conſcendit: & votive navigantes pro aliqua parte temporis, diabolus humani generis inimicus, qui Sanctis
ſollicitare ſempoſſunt, Dei per diverſa tentationum machinamenta adverſari conſuevit, ſævitiam mari, & intemperiem aeri im-
C mittens, mare ſævire fecit, & contrarietate ventorum in periculoſas undas compulit, ita ut nautæ inſtrumenta navigandi projicerent, & de ſola ſalute æterna Dominum deprecarentur.

12 Quo viſo Virgo walpurgis devotiſſima in oratio-
eam proclivem fedat, nem ſe proſtravit, & in hæc verba Deum, ut creditur, exoravit: Domine, ſi mirabiles ſunt elationes maris, tu mirabilior es in altis Dominus, & quia tu dominaris poteſtati maris, motum fluctuum ejus, cum vis, tu mitigas. Exaudi ergo nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ & in mari longe, qui S. Richardum ſervum tuum, Regem & progenitorem meum, in hoc mari a periculo undarum liberaſti, fideliter ac fiducialiter clamitem ad te. Et ſurgens ab oratione imperio divinæ virtutis ſuffulta, imperavit mari & ventis: quo facto, ſtatim aura datur grata, nec non quieverunt maria, juſſu Divinæ voluntatis ſpiritum procellæ repellente, & aquas maris quaſi in utre, prece B. walpurgæ Virg. Domino coccludente. Tunc vehementi ac lætabunda admiratione omnes, qui erant in navi, gratulari in Domino cogebantur, quod tam ſuper ſalutifera liberatione a periculo mortis, quod eis ea tempeſtate maris imminebat, ere-
in terram enſcendit, pti ſunt, & B. walpurgam, tamquam ſpecialiter Deo dilectam, ea hoc ſigno deprehendentes, ut Sanctam per

omnia venerabantur, & favente Dei gratia pro deſiderio ad portum ſalutis applicuerunt, & de navi exeuntes operibus virtutum ſe cunctulerunt, diverſa loca ſanctificationum circumeuntes, Dominum in Sanctis ſuis devota mente quærebant, advertentes, quoniam Deus in Sanctis ſuis mirabilis faciens prodigia, & mitificans miſericordiam ſuam, ſecundum omnes voluntates ſuas in eis, ſeipſum laudabilem atque amabilem omnibus nobis oſtendit, & ea multiformi glorificatione Sanctorum, mundum illuminando lætificavit, & multa exempla fructuoſæ ædificationis eidem reliquit. AUCT. PHILIP. EPHEM. D c

13 Circumduxit ergo B. walpurgam Dominus, & docuit, ac cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui, circumduxit per diverſa *d* loca ſanctificationum, & docuit eam per varia exempla Sanctorum, & cuſtodivit a macula delictorum, quaſi pupillam oculi ſui. Ipſa autem in ſua pe-
d peregrinator ad diverſa loca. regrinatione frequentet ac gaudenter ad Dominum diciſſe creditur: Cantabiles mihi erant juſtificationes *Pſ. 118. 54.* tuæ in loco peregrinationis meæ: meditabiles, inquit, in corde, cantabiles in ore, imitabiles in opere. Et ut longa locorum ſpatia brevi ſermone tranſeamus, memorata Virgo, nec non ſemper memoriter recolenda, cum ſua ſocietate ad B. Bonifacium Archiepiſcopum, & ad ſuum fratrem S. willibaldum in Alemanniam pervenit, ibique hilari ac gratioſa hoſpitalitate ſuſcepta eſt, & pro tempore cum eiſdem commorata, dulci allocutione ſruebatur, ea qua delectabatur in Domino. Et qualiter nutu divinæ voluntatis, & auctoritate vocationis ipſorum patriam deſeruiſſet, & ad eos ſecundum formam mandati properaſſet, & quomodo in via cuſtodita a Domino, ab omni diſcrimine itinetis ad terminum viæ ſalubriter perveniſſet, etiam ex ordine narravit. E
pervenit ad S. Bonifacium & Willibaldum,

14 Intelligens autem Virgo walpurgis, quod S. wunibaldus frater ejus vitam monaſticam atque cœlibem in provincia Thuringia duceret, & præfectus ſeptem monaſteriis ſui ordinis auctoritate S. Bonifacii ſuiſſet, quæ laudabiliter, ut ſanctum Dei & electum decet, religioſiſſime gubernaret, ſuppliciter S. Bonifacium, nec non fratrem ſuum, videlicet S. willibaldum, exoravit, quatenus eam ad fratrem ſuum, ſanctum videlicet wunibaldum Abbatem ſanctiſſimum, deſtinaret, ut ejus conſilio & cooperatione, ſub regulari cuſtodia ac monaſteriali vitæ exercitio, gratia Dei favente, ſervaretur. Ut autem audiſſent Patres ſanctiſſimi, *proficiſcitur in Thuringiam ad S. Wunibaldum fratrem* Archiepiſcopus videlicet ac ejus Cocpiſcopus B. willibaldus, quod intentione ſancta ac motivo rationabili duceretur, ſuam petitionem approbabant, ac ipſi licentiam abeundi, & ad S. wunibaldum divertendi conceſſerunt. Quæ e profecta ad S. VVunibaldum *g* perveniens, religioſa ſalutatione ſuſcepta eſt. Tunc F ſoror fratri cauſſam adventus ſui expoſuit, atque eidem humili prece in Domino ſupplicavit, quatenus ipſam una cum ſocietate ſua devota in aliquo monaſterio locare curaret, ut inibi Deo famulantes, quanto ab exterioribus magis abſtractæ, tanto interioribus magis intentæ inveniretur, quod & ita factum eſſe legimus. Nam B. VVunibaldus ſæpedictam ſororem ſuam, una cum ſocietate ſua in quodam monaſterio collocavit, quod uſque in hodiernum diem cœnobium S. VValpurgis dicitur. Videns autem Virgo Chriſti dilecta, ſe pro voto ſancti deſiderii ſore in loco religionis poſitam, talem ſe exhibuit, ut ab omnibus in exercitio virtutum, & ſpirituali *f* edificatione bonorum morum commendaretur. Erat enim ſervans formam virtutum, videlicet caritatem, & matrem earumdem, ſcilicet humilitatem, & benignitatem, & cordis patientiam, quæ opus perfectum habet, & in ſtudio earumdem ſe perficiſatagebat. Et quid plura? Cum ejus mirificæ ſanctitatis vita aſpicientium, vel de ipſa audientium fuerit diſciplina. Et quanta fuerit in jubilo contemplationis, quam frequens in verbo orationis, quam efficax in *te monaſterio ſancti degit.* *f*

AUCT. PHILIP. EPISC.

prece interceſſionis, quam matura in ſilentio diſcretionis, quam ſollicita ſo re & modo cujuſcumq; pix actionis, nullus de ipſa ſufficienter enarrare præſumat.

a *Canif.* prodiit. b *De ratione inierit actum* § 2. *pag.* 543. c *Mſ. Epſtat.* quomodo. d *An eam Antuerpiæ, inquiſitum* § 7. e *An potius eum S. Lioba manſerit in monaſterio Biſchofsheim ad flu. Tuberam in diœceſi Mogunt. inquiſivimus* § 2. *pag.* 514 f *Canif.* converſatione.

CAPUT IV.

Vita monaſtica S. Walburgis in Heidenheim, duplicis monaſterii præfectura.

15 FActum eſt autem cum B. wunibaldus frequenter ad Dominum & avunculum ſuum, Sanctum videlicet Bonifacium, nec non ſterrem ſuum, Sanctum ſcilicet Willibaldum, gratia conſilii & ſpiritualis ſolatii diverterer, quod multo honore & reverentia ab omnibus ſuſcipiebatur, & tamquam vir ſanctitate præclarus a cunctis venerabatur. Et cum vir beatus famam ſuam tam in provincia Thuringiæ, quam etiam circa partes Rheni multum per omnem modum exaltari conſpiceret, a timuit fructum laborum ſuorum vanæ laudis gloria evaneſcere, & lampadem ſuam, veniente ſponſo, b inſtaurato oleo tenebreſcere; elongavit ſe ab omni, quod videbatur ſapere pompam ſeculi, fugiens ab omni applauſu hominum, ut maneret in contemplationis ſolitudine. Itaq; Eccleſiis, quas regendas ſuſceperat, bene diſpoſitis, accepta licentia ab Archiepiſcopo, ſecretum ſolitudinis petivit, & ad partes illas, qua Swanfelden nuncupantur, acceſſit; & cum diu hac & illac circumcurſando locum ſuo deſiderio cumplacentem quæreret, tandem divina providentia ita diſponente, inter denſitates ſilvarum & inter convallia montium, ſolitudinem multitudine ſuitium & qualitate ſuæ magnitudinis veloci impetu decurrentium irriguam, ac monaſticæ habitationi congruam invenit. Cujus loci ſitum vir beatus diligenter conſiderans, toto corde exhilaratus eſt, & benedicens Deo, ſoloque proſtratus cum Prophera eaclamavit, dicens: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quem locum vir Deo plenus diligentiſſime incoluit, & in eo oratorium cum manſiunculis extruxit, & vitam ſanctorum Patrum imitatus, ad ſerviendum Deo religioſas perſonas & in obſervatione mandatorum Dei probatas collegit, & cœnobialem vitam celebrari, & regulam Sancti Benedicti obſervari inibi conſtituit, & loco nomen Heydenheim uſq; in hodiernum diem permanſit.

Ipſa & frater fundat

a

B

b

In Hydenheim

Pſal. 23. 14.

C

16 Aſſumpſit etiam ſororem ſuam, Sanctam videlicet walpurgam Virginem Deo dicatam, quæ cum Virginibus Chriſto deſponſatis, ſub imperio & eruditione ſua de conſilio S. Bonifacii Archiep. ac B. VVillibaldi Eyſtetenſis Epiſc. ſeipſas hoſtiam immaculatam Deo viventi ſub diſtrictione regularis diſciplinæ jugiter immolaverunt. Conſtruxitq; eiſdem ſacris Virginibus oratorium a ſuo monaſterio, ut decebat, ſegregatum, non tamen longe poſitum: in quo præfatas Virgines poenis, famulari Deo pro poſſe & noſſe præcepit: quas etiam verbo ſanæ doctrinæ & exemplo bonæ vitæ indeſinenter ad formam perfectionis hortabatur. Crevit itaque locos ille per merita S. VVunibaldi, & S. VValburgæ Virg. & ſicut interius orationibus & divino obſequio Sanctorum eſt adornatus, ita brevi tempore

monaſteria ſingulis conſtruunt:

b

in exterioribus fidelium oblationibus eſt amplificatos. c Nam omne monaſterium, quod in ſpiritualibus bene regitur, in temporalibus optime gubernatur. Quod vero in ſpiritualibus & in his quæ ſunt ad Deum negligitur, in temporalibus & exteriori adminiſtratione cito dilabitur, nec ab hominibus reputatur. Et hoc non ſolum in libris legimus, ſed etiam præſentis temporis experientia docet, & idipſum in diverſis ordinibus, ac monaſteriis demonſtrative edocemur. Et omnes qui ſpirituali ædificatione per verbum S. VVunibaldi, & exemplaritatem ſanctitatis B. VValpurgæ Virgin. proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus mobilibus, de auro, de argento, de gemmis, de auro textis veſtibus per manum S. VVunibaldi atque S. VValpurgæ Virg. oblationes Deo offerebant.

D

abunde ditata,

17 d Cum autem venerabilis Abbas & Confeſſor Chriſti, & ſoror ejus jam dicta, & ſemper laude digna, viderent fines prædiorum ſuorum dilatari, & in omni ornamento, & divitiis temporalibus res Eccleſiæ augeri, veriti extollétiam oculorum ex ſuperfluitate divitiarum generari, partem Eccleſiaſticarum rerum in uſus pauperum diſtribuerunt, & quædam ex prædiis Eccleſiæ, cellis adjacentibus adhuc mendicitate paupertatis laborantibus, hilari mente & larga manu contradiderunt. Attendebat enim Prophetam orantem, & dicentem: Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in avaritiam. Ideoque quidquid ipſorum cella proprium poſſidebat, tempore neceſſitatis cum nihil habentibus commune fore æſtimabant, & in defectum rerum neceſſariarum pro poſſe ſuo tamquam largi auxiliatores omnibus opem ſuam quærentibus ſemper ſe & ſua hilariter impenderunt. Advertentes illud Apoſtoli: Quoniam hilarem datorem diligit Deus, & iterum: Et ipſe impendar pro animabus veſtris. Sub ipſis etiam & per ipſos viguit religio monachorum, ipſo exhortante, & S. walpurga adoperante, ſanctitas & caſtitas floruit Virginum. Fuitq; illo tempore ipſorum eccleſia e aſyle, & portus omnium laborantium: nec fuit, qui in tribulationibus ſuis non invenirent ibi certum refugium per merita & orationes Sanctorum inibi Deo miniſtrantium.

In clerum- ſuis laboralia.

d

Pſal. 118. 36.

E

1. Cor. 9. 7. 2. Cor. 2. 15

a

18 Cum autem S. VVunibaldus ven. Abbas & Chriſti Confeſſor, Deo vocante, & ipſo ad cœleſtia regna ſuſpirante, terminum ſui meritorii incolatus attigiſſet, gravi infirmitate correptus, curſum vitæ conſummavit, de hujus peregrinationis eſtio ad cœleſtem patriam, de tranſitorio labore quinta decima Kalend. Januar. in cœleſtem requiem feliciter migravit. Cujus corpus S. willibaldus frater ejus Eiſtetenſis Epiſcopus ſuuſque Diœceſanus cum multitudine virorum ac mulierum ad exequias ſancti viri concurrentium, devotione Clericorum & orationibus monachorum ſanctarumque Virginum, in oratorio, quod ipſe venerabilis Pater VVunibaldus Deo fabricaverat, honorifice ſepelivit: quod idem oratorium, ſanctus Præſul ob honorem Dei, & reverentiam B. Jacobi majoris, qui Patronus ejuſdem loci dinoſcebatur, nec non ob fratris dilectionem amplavit, & adornavit. Ibant autem, qui tunc aderant, quod tanti Patris corporali præſentia orbati eſſent. Gaudebant vero, quod ad cœleſtem judicem tam Deo placitum intercellorem præmiſiſſent. Secuta ſunt autem ſigna in ſanctitatis ejus argumentum. Audierunt namque diſcipuli ejus compulſationes campanarum, nulla humana adminiſtratione adhibita, & luminaria extincta abſque omni humano adminiculo crebro accendi videruntur. Si autem lector devotione ſtudioſus peramphora de ipſo miraculorum prodigia audire concupiſcat, ad propriam Sancti f Legendam recurrere poterit, quia breviloquium aſſumpti laboris nou admittit, ut plura, quam ad declarationem Legendæ ſpectat, quam ſub ſtylo habemus, proſequamur.

5 VVunibaldo defuncto

F

& nicaten- ſibilaro

f

19 Denique poſt mortem fratris ſui VVunibaldi ſancta & venerabilis Virgo walpurgis, ex diſtricta injunctione Sancti VVillibaldi ſuperſtitis fratris ſui atque pariter Diœceſani, gubernacula & regimen regularis diſciplinæ in cella Haydenheymenſi, tam ſuper monachos, quam ſuper ſanctimoniales non ſine effuſione

ſuror præfi- citur virtigi monaſterio,

A ſione lacrymarum eogebatur ſuſcipere. Noverat namque ſororem ſuam Pater ſpiritualis & frater uterinus, quod conſtanter ſtrenua in corrigendis, & miſeriorditer pia in compatiendis procul omni dubio indeficienter inveniretur. Non autem quæreos honorem, ſed tribulationem & dolorem, ut in ſequentibus apparebit, invocando nomen Domini, injunctam ſibi gubernationem
g b humili *g* obeditione ſuſcepit, & *b* ſedecim annis, id eſt, quoad uſque viair, dicta gubernacula tenuit, & ſeipſam formam & exemplum bene vivendi oſtendens, omnem exceſſum ſtrenue, & ut ita dicam, viriliter correxit. Tantæ enim fuit, cum tempus & res expoſcebat, gravitatis, & tantæ pro congruitate loci & temporis opportunitate pietatis ac manſuetudinis, & omni hora in converſatione ſua tantæ earitir ſanctimoniæ & perfectionis, ut ab omnibus merito veneraretur ut Domina, & a cunctis diligeretur ut mater amantiſſima. Fide namque recta luculenter, ſpe firma fortiter, caritate perfecta dulciter, cum ſuis intrare contendebat in requiem atque civitatem manentem, quæ ſurſum eſt, Jeruſalem, & eſt libera atque mater noſtra. Prudentia nihilominus, id eſt, recta ratione agibilium utebatur in negotiis, luminoſa juſtitia fruebatur in judiciis, conſtantiſſimæ fortitudini innitebatur in adverſis, temperantia diſcretionis & gratiæ conſentaneæ regebatur in quibuſcumque proſperis; & caritate ſibi cunctos *i* conviventes ſuperabat, humilitate longe præibat, lenitate conſolationis ac ſanctæ manſuetudinis inmanum corde dilatabatur, ut non eſſet, qui ſe abſconderet a calore caritativæ dilectionis ejus.

omni oblate auxilio

B 20 Item frequens erat in manuali labore, frequentior in lectione, frequentiſſima in oratione. Frequens in manuali labore fuit: panem enim otioſa non comedit, ſed digiti ejus apprehenderunt ſuſum. Attendebat namque quomodo ſcriptum eſt: Labores manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Beatus es, inquam, præſenti ſeculo, & bene tibi erit in futuro. Et iterum adverit verbum regulæ ſuæ dicentis, Otioſitas inimica eſt animæ: & ſententiam valde auctorizatam, quæ dicit: Otioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas decipiendas. Expedit enim, ut mulieres laboribus manuum ſuarum intendant. Nam primus humani generis inimicus mulierem primo tentavit, non ſolum ex eo, quod eam infirmiorem viro conſpexit, ſed etiam ex eo, quod ipſam magis otioſam eſſe viro præſumpſit.

Laborem eſt hoſtis amoi, Pſal. 127. 2.

S. Benedicti regula 48.

Gen. 2 15. eum in loco

C Scriptum eſt namque: Poſuit Deus hominem in paradiſum, ut operaretur, & cuſtodiret illum. Frequentior erat in lectione, quia in Divinis ſcripturis negotiari noverat, & eiſdem pro ſpeculo componendæ pulchritudinis interiæ & forma conſtruendæ converſationis ſtudebatur; ac ea intentionis aviditate, ac firma credulitate legebar, ac ſi Deus ei apparens a facie ad faciem loqueretur.

& oratione.

Frequentiſſima etiam in oratione fuiſſe legitur. Nam ſecundum ſententiam B. Auguſtini, Homo in oratione poſitus Deo loquitur: unde ſumme neceſſarium in prælatum conſtitutis eſſe videtur, ut frequentius ſtudeant eſſe in oratione, ut ſuam ſuorumque neceſſitatem Deo proponentes, conſiliu divinæ ſapientiæ informentur, auxilio Divinæ potentiæ roborentur, ſolatio Divinæ clementiæ conſolentur, ut in dubio melius eligant, in adverſitate non deficiant, ſed in conſolatione Spiritus ſancti ſemper in melius proficiant. Inhærentes Deo per fidem formatam, quæ per dilectionem operatur. In his & aliis virtutum exercitiis perfecta & gratiarum affluentius infuſa & perfuſa delectabatur, & paſſibus cognitionis & amoris in Deum eeſtatice ut frequenter ferebatur. Apud eum, qui footem vitæ poſſider dulciter refecta, in affectu, & illuminata intellectu, ad ſe veniens compos ſui facta ſuis condeſcendens, a Deo illuminata illuminabat mentes hominum. Hæc de virtotum ſtudiis & ſtodiorum exercitiis perpauca de innumeris dicta ſufficiant, quia ex nunc reliquum de miraculis, quæ in vita, in morte, & poſt mortem Dominus per eam, & propter eam glorioſe ipſam manifeſtando egerit, ſtylum convertemus. Ut igitur fidem credulam verbis noſtris aſtruamus, primo aliqua de ſignis ejus, quæ Dominus propter ipſam, & per ipſam, etiam cum adhuc in carne viveret, operatus eſt, quæ in valde *k* approbatis libris ſcripta invenimus in medium adducere Deo auctore conabiſcimus.

AUCT. PHILIPPO EPISD

k

a *Hæc ex Adelberto deſumpta ſunt.* b *Mſ. Antverp.* invacuato. c *Aurea hæc ſententia a Rodero tribuitur Wolfhardo.* d *Hæc de oleomyrino attribuit Adelbertus ſoli Wunibaldo, & villas monaſteriis Elvvangenſi & S. Solæ donatas addit.* e Aſyle *ab Adelberto etiam & Stevvardo dicitur*, aſylum *paſſim*, *& ſubinde* aſylus. f *Eadem in Vita antiqua S. Wunibaldi & apud Adelbertum legantur.* g *Canif.* obediencia. h *Anno 18. regiminis ineorſum elevationi corporis S. Wunibaldi 24. Sept. quamdiu poſtea vixerit, in quiſquinas §. 2. n. 20.* i *Canif.* convenientes. k *Adelbertus*, in authenticis libris, *a Wolfhardo ſcriptis.*

Aſyla pro Aſylum.

CAPUT V.

Miracula in vita a S. Walburge patrata. Ejus obitus, corporis translatio.

E

21 SCiendum ergo cum poſt diſceſſum fratris ſui, videlicet S. Wunibaldi, gubernacula monaſticæ diſciplinæ in Haydenhaimenſi Eccleſia, Virgo Walpurgis teneret; contigit quod quidam Eccleſiaſticus, nomine Gomerandus, qui debite ordinandis ac luminaribus accendendis Eccleſiæ præerat, conventui tempore cœnæ lumen ſubtraheret, reſpectum Dei non habens, S. Walpurgam graviter in hac re offenderet. Nam defectui ſororum ſuarum compatiens, & injuriam ſuam patienter ſuſtereus, incœnata ad orationum conſolationem ſe contulit, & ei, qui indeficiens & verum lumen eſt, *a* injurias conſodalium ſuarum commiſit. Hæc enim eſt virtus Sanctorum maxima, ut injurias ſuas patienter ſufferentes, ipſas Deo *b* permittenti fiducialiter committendo reſignent. Scriptum namque eſt: Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus. Unde Sancti moleſtias mundi nequam calcantes, & inmittentes verbo, quo dicitur: Si *c* compatimur & conregnabimus, condigne Spiritus ſancti dulcedine recreantur. Factum eſt autem cum B. Walpurgis orationi incumberet, non mirum in modum ſua cœlitus demiſſa, ad inſtar ſulguris coruſcantis, omnem locum, in quo S. Walpurgis & ſorores ejus erant, replevit, & uſque in ortum ſolis ab eis non receſſit. Qua in re magnitudo virtutum S. Walpurgæ Virginis clare emicuit, & omnium corda, qui hoc ſignum viderant vel audierant, ad obediendum S. Walpurgæ Dominus vehementer accendit.

Lumine extincto ſubtracto

a

b

Rom. 12. 19

c ſuſtinemus, 2. Tim. 2.

22 Aliud quoque miraculum in veritate conſcriptum reperimus. Quod quidam præpotens tyrannus juxta cellam Haydenheimenſem in prædio ſuo habitationem habuerit, qui propter infirmitatem filiæ ſuæ, quam unice dilexit, intolerabili mœrore & dolore laboravit. Cujus anxietatem & trilitiam cum S. Walpurgis Virgo comperiſſet, ſigno Crucis & ſanctarum orationum virtute munita, ad hoſpitium prædicti tyranni nihil metuens, ſed in miſericordia Dei certam fiduciam habens, veſpertino tempore tamquam peregrina eſſet, pervenit, & ad oſtia domos pulſando hoſpitalitatis gratiam, & ingreſſum domus ſibi præſtare poſtulavit. Quam cum paterfamilias pulſantem & deprecantem audiſſet, veritus ne canum violenta rapacitas, quorum multitudo apud ipſum erat, eam diſcerperet, præcepit famulis ſuæ, ut concitu eurſu ad ipſam properarent, & canum morſibus defenſam pacifice introducerent. Cui S. Walpurgis, Non verearis, inquit,

noſtra ingreſſo,

eorum ſocietatem ſtimatis

AUCTORE PHILIPPO EPISC.

inquit, quod me Walpurgam ancillam Chriſti canes tui poſſint lædere, quia ſub cuſtodia Chriſti conſtitutæ, nulla adverſitas, nullumve periculum mihi poterit prævalere. Tunc paterfamilias audito nomine Walpurgis de ſede ſua proſiliit, & miratus tam nobilis, & tam ſanctæ Virginis adventum, ſtudioſiſſime totam domum emundavit, & omnibus, quæ oculos ejus ſanctitatis offendere poſſent, detersis, benigniſſime eam in domum ſuam recepit, & omne humanitatis & devotionis obſequium ei exhibuit. Videns itaque S. Walpurgis patrem, & matrem, & omnem familiam circa præmortuam, & jam agonizantem puellam, & in ſummo vitæ articulo conſtitutam eſſe turbatam, intrinſecus pia compaſſione affecta, petiit, ut intra cubiculum moribundæ puellæ lectus ſibi ſterneretur, ut omnibus exclusis nocturna quiete ſola, cum ſola puella frueretur. Cujus petitionem omnes admirantes, eo quod puella eſſet deſperata, & omnia, quæ ad exequias erant neceſſaria, ſuiſſent præparata, tamen de B. Walpurgis ſanctitate præſumentes, omnes foras ejecerunt, & ſecundum poſtulationem ejus ſolam cum ſola nocte illa reliquerunt. At Virgo Chriſti oſtiis clauſis totam illam noctem inſomnem ducebat, & genibus flexis, lacrymis & orationibus ſponſum ſuum largitorem omnium bonorum ſuppliciter exorabat, ut in virtute potentiæ ſuæ, & in multitudine miſerationum ſuarum puellam priſtinæ ſanitati reſtitueret; & non ſolum parentes puellæ, ſed & omnes Swanfeldenſes, utpote in fide Catholica adhuc rudes, hoc ſigno curationis ad cognitionem & amorem ſui nominis incitaret. Cujus precibus miſerator & miſericors Dominus aures ſuæ pietatis benigniſſime accommodavit, & ex integro deſperatam puellam incolumitati reſtituit. Cum hæc virtus Altiſſimi, S. Walpurga orante, intra cubiculum oſtenderetur, pater & mater puellæ cum univerſa familia domus circa ſepulchrum ſodiendum, & circa paraturas, quæ defunctis exhiberi ſolent, hac & illac diſcurrentes, lamentabili dolore cruciabantur. Tunc beata Virgo Chriſti Walpurga reſeratis oſtiis parentes puellæ vocavit, & puellam *c* a Deo ſanatam, ut nullum veſtigium ægritudinis in ea appareret, cum magno gaudio & cordis exultatione eis filiam ſumme dilectam præſentavit. Parentes vero puellæ virtutem Dei & ſanctitatem B. Walpurgis in repentina ſanitate filiæ ſuæ cognoſcentes, cum magno tripudio cordis gratiarum actiones Deo retulerunt, & pedibus S. Walpurgis provoluti, ingentia ei dona obtulerunt. Quæ illa tamquam lutum pro nihilo reputans, exhortata eſt eos, ut Deo fideliter adhærerent, & nihil terrenum, nihil ſeculare dilectioni Dei præponerent. Poſthæc valefaciens eis occulte, ad cœnobium ſuum rediit, & poſt operationem hujus miraculi in ſpiritu humilitatis majori aſſiſtione corpus ſuum maceravit, nec ex hoc præſumpſit alta ſapere, ſed magis humilibus conſentire. Conicimus autem ea narratione jam dicti miraculi, non ſolum puellam priſtinæ ſanitati efficiere reſtitutam, ſed etiam canum rabiem, & quaſi invincibilem eorumdem inſaniam fore mitigatam. Nam in verbis ejus Dominus monſtra placavit. Hoc etiam non immerito creditur, ut rabida incurſione canum vel aliorum ferocium animalium intentati, ſi beatam Walpurgam Virginem gratioſam devote inclamaverint, procul omni dubio liberentur, vel ſi læſi fuerint, cito ſalubriter meritis B. Walpurgæ Virginis ſanitati reddantur. Hæc autem miracula de innumeris, quæ in vita peregit, huic operi annotare curavimus, quatenus ad ea, quæ in reliquum dicenda ſunt, compendioſo magis ſtylo veniamus.

apud moribundam ſola perunctam,

corpus precibus ſanat,

c

humorem contra rabiem canum.

23 Poſt hæc per aliquot temporis intervalla Virgo Walpurgis Deo cariſſima curſum felicis vitæ feliciori fine conſummavit. Virgo enim prudens ſemper cogitabat & cogitando anhelabat, ut parata, Deo vocante, introiret ad nuptias, quæ thalamum æternitatis obtinent, ubi ſponſo, ſalvo Virginitatis flore pariter & honore, votive perpetuo frueretur. Et tandem ægritudine, quæ ipſam invaſerat, invaleſcente, Eccleſiaſticis Sacramentis munita, & ſacra ſuis dans monita, plena Spiritu ſancto obdormivit in Domino, quinto Kalendas Martii, hoc eſt, in craſtino Matthiæ Apoſtoli. Feſtum vero Canonizationis ac translationis ejus in die beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ut communiter celebratur. Eſt autem ſanctiſſima Walpurgis Virgo juxta S. Wunebaldum Eccleſiaſticæ ſepulturæ commendata per B. Willibaldum Præſulem fratrem ſuum, ut vicinitas ſepulturæ germanitatem generis & parilitatem ſanctitatis demonſtraret. Sed priuſquam de prodigiis, quæ translationem ejus ſecura ſunt, aliquid differamus, congruit, ut aliqua ſigna, quæ in morte ejus apparuerunt, & veridica relatione famoſa habentur, compendio abbreviati ſermonis tranſeamus. Cum enim venerabilis Virgo ſpiritum ſuum in manus Domini commendaſſet, & ille ad Dominum, qui dedit illum, perveniſſet; eanimæ corpus in ſpecie glorificati hominis ab aliquibus circumſtantibus tali viſione dignis demonſtratum eſt. Odor enim miræ ſuavitatis & fragrantiæ inæſtimabilis totam domum impleverat, ea præſentia glebæ ſanctiſſimæ, quam virtute virginalis caſtitatis, pariter & humilitatis circumdederant lilia convallium cum dependentibus fuſcis florum violis. Inſuper cum Virgo laude digna in corpore deferretur ad eccleſiam, cerei ac candelæ ſine adminiculo humanæ cooperationis accenſi videbantur.

D

obit 25 Februarii.

Corporis gloria

E

odore

cerei alioru accenſi.

24 Proceſſu vero longi temporis poſtquam beatus Præſul Willibaldus de hoc mundo nequam migraverat in polorum regno, cœtibus Anglorum admiratus, revelatione divina cuidam Eyſtettenſium Epiſcopo, nomine *d* Herberto, monſtratum eſt, ut beatam, Deo placitam, & hominibus gratam, venerabilem Walpurgam Virginem de loco humili, in quo inhumata fuerat, ad locum excellentiorem magis, ac reverentialem transferre deberet. Igitur Dominus omnipotens Eccleſiæ Eyſtettenſium, ac ſaluti totius populi ejuſdem civitatis, nec non circumjacentis regionis proſpicere, imo miſericorditer providere dignatus, ſæpedictam benedictam, ac ſemper benedicendam cum multa gloria & honore, ac miraculorum innumerabilium oſtenſione, ad civitatem Eyſtettenſem per dictum ejuſdem civitatis Epiſcopum transferri voluit, ut locum noſtræ ſedis aggregatione Sanctorum, videlicet B. Willibaldi ac Walpurgæ Virginis ſororis ejus germanæ, corporali præſentia tantarum divitiarum theſauris in gratiarum ubertate ditaret, & ditando ſublimaret, & ſublimando cunctis honorabilem demonſtraret. Poſtquam autem venerabile corpus ſæpedictæ Virginis de loco ſepulturæ ſuæ ſupra terram eſt collocatum, omnia membra ejus quaſi rore perfuſa, & oleo infuſa, cunctis apparuerunt, fragrantiam nihilominus inæſtimabilis odoris omnes qui aderant ſenſerunt, ac infirmi, qui pro eo tempore præſentes fuerant, quocumque dolore tenebantur, ſalubritate ſuavitatis tam recreativi odoris curati ſunt, & cum multa ut dignum erat celebritate, a loco prædicto ad civitatem præfatam corpus Virginis venerabile deferretur, multis occurrentibus, ecce quidam epilepticus gratia adipiſcendæ ſanitatis feceſſerum, in quo ſanctum corpus ferebatur, tranſivit, & in ipſa hora priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Supervenit & quidam puer eodem morbo deteſtabili laborans, & frequenter dolore conquaſſatus, ſpe curationis feretrum rerigit, & omnimodam ſanitatem adeptus, gaudens ad propria remeavit.

F

oleo manat,

ægri ſanantur.

a *Adolberum*, injuriis ſuis & defectum ſororum. *Canifius*, injurias ſuas & injurias conſodalium.

b *Mſſ. Antuerp. & Eyſtet.* petenti.

c *Mſſ.*

c *Mſſ. Antuerp. & Adelb.* adeo.
d *Acta Herberti* 15. *& Osgarii* 11. *Epiſcoporum Eyſtettenſium confundi hic monuimus ſupra §.* 3.

CAPUT VI.

Reliquiæ aliquæ S. Walburgis latæ ad monaſterium Monheim. Miracula varia patrata.

25 POſtquam autem ejuſdem Virginis ſacroſanctæ reliquiæ ad monaſterium, quod *a* Mawanhaim dicitur, & a ſanctimonialibus pio exercitio virtutum inhabitatur, delatæ ſunt, & ſuper altare collocatæ; ſequenti nocte quidam Clericus veneranda canicie aſtitit, & ejuſdem loci Abbatiſſam, cujus nomen *b* Neubila erat, alloquitur ſub hac forma verborum dicens: Neubila cur dormis, & quare non ſurgis, ad eccleſiam pergis? Cui illa reſpondit: Ut quid nunc ad eccleſiam eundum eſt, cum ſigna matutinalia nondum pulſare caſtant? Ego quippe illic inceſſu pedum pergere non valeo, niſi manibus aliorum delata inferar. Incommodo podagræ plus quam dici poſſit premor, uſu membrorum minus valens. Qui ait: Vade celerirer, ne morearis, quia B. Willibaldus eccleſiam cum multo agmine Sanctorum petit, pequirere volens qualiter ſanctam ſororem ſuam reconditam habeat. Quæ ſtatim ac ſi nihil incommodi pertuliſſet exurgens, & de loco ad locum exſiliens, baſilicam, ad quam tendebat, ſaniſſima ingreſſa eſt, ac Deo ſimulque Virgini grates pro adepta ſoſpitate reprndit.

a Reliquiæ datæ monaſterio Monheim.
b
curantur podagricæ.

26 Item quidam puer, nomine Leupoldus, ea utero matris ita contractus & curvus natus eſt, ut quaſi monſtrum a cunctis cerneretur. Qui dum inter plures, qui ad patrocinia Virginis convolabant, victus pariter & remedii quæreret ſolatium, quadam nocte beata Virgo Walpurgis ei per viſum apparuit, & or ad eccleſiam ſuam pergeret, imperavit. Qui reſpondens, Quoniam totus infirmus uſum membrorum non habens, incedere non valeo, inſuper algorem circumſtantis frigoris pertimeſco, rogo, or ab hoc ritiere excuſatus habeat. Quæ ait: Vadens vade celerirer, quia mea interceſſione ab infirmitatis dolore eureberis. Qui ſurgens ad eccleſiam, ut potuit, pervenit, & imbi perfectam ſanitatem conſecutus eſt, rempore vitæ ſuæ in eodem monaſterio Deo & famolabus ejus lætanti animo ſervicbat. Hæc eſt Virgo, quæ agnom ſine marula ſponſum Virginum non ſolum ſtola virginitatis ſequitur candida, ſed etiam liberalitate eamia eumdem imitatur. Dicit enim Jeſus Chriſtus: Petite & accipietis, quod ea ponens egregios doctor B. Gregorius ait: Libenter dat, qui ad petendum invitat. Sic de noſtra Virgine dicere poſſumus, quod libenter infirmitates homioum curat, qui gratiam curationis ab ea poſtulari procurat.

apoſtaſias & incæpta.
C
Luc. 11. 9

27 Isem Adalbertus Alamaoniæ Comes illuſtris B. Walpurgæ devotas advenit, cereum moo modicum quantitate & pertioſum muoero, prout poſcebae ejus munificentia, attulit, & altari pronus impoſuit, ac pro ſe, ſuoumque ſalute ſupplicter Domioom ac Virginem ſæpedictam exorans, benedictione petita, ad propria remeavit. Suſcipiens aotem eamdem candelam Abbatiſſa Neubila, quia præfato Comiti ſancta familiaritate fuit cariſſima, candelabro ereait, & inaccenſam tunc reliquit. Quarto vero die lamen cœlitus accepit, & tribus diebus ac noctibus eo lumine perdurante, quarto die nemina extinguere extincta eſt. Hora aorem, qoa divina virtos comas cadiauris Iguis abſterſit, videlicet nona hora, ira ſe ſpoute oſtia eccleſiæ obſtruxerant, ut nullus infra duacum fere horarum ſparti quantitatem parula habere mereretur, & perita. Deinde his qui obſtruxeraot oſtia, Chriſtus apparuit, & patentia intrare volcotibus fecit.

cereus cæleſtus accen. ditur.

28 Duæ præterea Virginis præſidia inquirentes illic devenere mulietes, mater cum filia, utraque manuum curvedine inhoneſta gerans, patrocinia Virginis depeecabantur, & cum Miſſarum ſolenniis intereſſent, mater in principio, filia vero in fine Miſſæ optatam obtinuit ſanitatem. AUCT. PHILIPPO EPTS. D *aruæ manus ſanantur*

29 Rurſum erat quædam mulier de villa, quæ dicitur Stophenhaym, nomine Geilla, in qua bis terna Dominus per beatam Virginem Walpurgam operari dignatus eſt ſigna. Nam cum dies feſtus Walpurgæ Virginis adveniret aunuus, omnes da provincia, qui Deum per fidem noverant & gratiam Walpurgæ Virginis, diem feſtiando celebriter percolerent, illa contumaci & irreverenti fronte diem feſtum deſpiciens, cæteriori operationi manoum, ſpreta ſolennitate diei, ſe ingeſſit, ac filare & texere cœpit ſecundum formam aetis, quam in reſecactis temporibus *c* in uſu habuit. Quid plura? Glomea & quædam alia inſtrumenta hule arti competentia tali glutino manui ejus adhæ ferunt, quod ab ejus manu facile non potereut ſeparati, ſed etiam inflatutam brachii atque manus incidit intantum horribilem, ut manica inflatutam non caperet; ſed a circumſtantibus E cum difficultate abſtrahebatur. Hoc videntes vicini miſeram exhortabantur, quatenus ad ſuffragia Walpurgæ Virginis confugeret, ut gratiam conſequeretur in auallio opportuno, quod & ita factum eſt. Nam veniens ad limina Virginis omnimoda & ſubito ſanitati reſtituta eſt. Quæ cum ad propria remeſſet, ingrata percepti beneficii, opas prius depoſitum iteraro aſſumpſit, & ſtatim deteſtabilem curvaturam manus & bracbii io ſignum diviuæ ultionis accepit. Quæ iterom ad mentem converſa de tranſgreſſione pœnitoit, & ad patrocinia dictæ Virginis recurrens, gratiam perfectæ ſanitatis obtinuit. *aperiri ejus feſta quæsuit* *c* *ſanatur.*

30 Nunc quod mirabilius eſt, audiamus. Item quodam die feſtivo Walpurgæ Virginis jam dicta infenſata mulier immemor tantorum beneficiorum manualiter operari cum inciperer, lumine oculorum ſubito eſt privata, quæ videns divinæ ultionis effectum condigne locum obtinuiſſe, ad remedia pœnitentiæ currens, votum vovit Walpurgæ Virgini, quod ſi ei gratiam illuminationis obtineret, perpetuo inpoſterum obſequiis ſuis libenti animo, corde, ore, & opere tamquam ſtudioſa famula vellet obtemperare. Quid plura? Pietas gratioſa in B. Walpurga Virgine, & virtus pœnitentiæ in hac miſerabili muliere exca ultione divina, claro lumine ipſius F oculos veſtivit, quo & inpoſterum gaudere permiſit. O mater pia Virgo Walpurgis benigna, quæ toties delinquentem cocripuiſti, & correptam reſtituiſti; advertens Salvatoris noſtri pietatem, qui principi Apoſtolorum Petro dixit: Non ſolum remittendum eſſe ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, ipſi gloria, & tibi glorificatio in ſecolorum ſecula. *Item opitulans ſi cæcæ* *viſum percepit.* Matth. 18. 22

31 Item erat quædam mulier de Orientali Francia, id eſt, Francouia, quæ brachii deatri familiare officium omnino perdideret, atque latus deatrum emortuum ſentiebat, confiſa de omnipotentis benignitate, & copioſa B. Walpurgæ Virginis gratia, ad monaſterium ejuſdem Virginis ſe deduci deprecabatur, quatenus remedium ſui doloris inveniret, & Deo ac prædictæ Virgini mente inpoſterum deſerviret. Quod & ita factum eſt. Ad limina enim veniens ſupplici corde Walpurgam Virginem pro adipiſcenda ſanitate exoravit, quam perfecte in ipſa hora obtinoit, & ad propria gaudens quantocyus remeavit. Videns autem dominus ejus, cujus ancilla ſervilis conditionis extiterat, eam penitus ab omni infirmitate reſipuiſſe, ad opera manualia eam lucri cauſſa indiſcrete compellebat. Quo facto priſtioam infirmitatem incidit, & peramplius, quam antea infirmari cœpit. Quod videns domious intea ſe dixit: O beata Virgo Walpurgis, ſi famulam meam iterum cutaveris, procul *paralyſin curatur.*

omni

omni dubio eam ab jugo ſervitutis abſolvens, manumittam perpetuo, quatenus non mihi, ſed Deo ac tibi de cetero liberrime famuletur. Hoc voto peracto curatus eſt, & obſequiis Dei ac Walpurgæ Virginis ſedulo mancipata.

AUCT. PHILIPPO EPIS.

A

32 Item etſi B. Walpurgis aliquos excæcatos dolore oculorum ſanaverit, alios a nativitate cæcos curavit, tamen de miraculoſa reſtitutione lumioum, quæ in duabus perſonis facta eſt, gratia brevitatis ſolum enarrabimus. Erat quidam Comes, nomine Adelbertus habens quemdam pauperem, qui Fideramnus nuncupabatur, qui oculis corporalibus ab utero matris ſuæ orbatus, notus cunctis fuerat; hic cum ad maturam ætatem perveniſſet, petiit ut ante altare Virginis duceretur, quatenus neceſſitatem ſuam miſeram querulosa voce gratioſæ Virgini proponeret, & exinde ſolatium illuminationis conſequi mereretur. Ad dictum altare perductus, lamentabiliter eaoravit, quatenus ei Dominus per interceſſionem S. Walpurgæ Virginis lumina oculorum, quorum uſum expectus non fuerat, impartiri dignaretur. Tunc Deus omnipotens per interventum Walpurgæ Virginis eumdem cæcum claro lumine & forma oculorum veſtivit, qui ad propria rediens, multo tempore ſupervixit, atque a plurimis agoitus, quia is erat, qui a nativitate cæcus extiterat.

cæcus illuminatur.

B

33 Item quidam puer a nativitate cæcus pro aſſecutione illuminationis ad eccleſiam Walpurgæ Virginis perductus eſt, qui dum una cum ſuis Dominum deprecaretur, quatenus ei per ſuffragia prædictæ Virginis actum & uſum videndi donare dignaretur, multæ admirationis ſignum contigit. Nam in uno oculo pulchre ac perfecte illuminatus, in altero cæcitati relictus eſt. Cujus cauſſam ſi curioſus lector vel auditor inquirat, eidem reſpondebimus: Quoniam judicia Dei abyſſus multa, & altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei inveſtigabiles vias habet, & ideo perſcrutatur majeſtatis opprimetur a gloria.

alius cæcus illuminatur.

34 Item in eodem monaſterio quoddam miraculum patratum eſt, quod non eſt ſilentio contegendum. Quidam a partibus Franciæ veniens extenſa cervice, chirothecas in manibus habens irreverenter, & abſque debita humiliatione monaſterium ſæpe dictæ Virginis ingreſſus eſt, & utrum hanc negligentiam incurrerit oblivionis injuria, vel roſticitatis ſtoliditate, præſumentes judicare non poſſumus, ſed quid eidem acciderit advertamus. Igitur chirothecas, quas intrans monaſterium in manibus habuit, ad meutem rediens detrahere volens non invenit, ſed de manibus evanuerant, ita quod nulla circomſpectionis diligentia foveoiri poterant, quantumcunque exquiſite. Stabat ergo attonitus, & plus quam credi poteſt de re geſta admirabatur. Facta randem oratione, acceptaque pro qua venerat benedictione, ad propria repedavit. Eapletis autem quatuordecim diebus, dum ſederet cibum guſtaturus ad menſam, familiari cum ſuis utens colloquio, cœpit, quod ei contigerat, evidenti relatione pandere: ubi, dum plura de eadem materia fabularetur ad domicilii ſui domeſticos, eaſdem & non alias juata ſe jacentes inveuit chirothecas, quas cum vidiſſet, hæſit animo, & vehementer admirans, tandem reſumpto ſpiritu eaſdem ſuis oſtendit ſociis, ac fideliter eos conſulens, tractare cœpit, quid de ipſis conſultius agendum videretur. At omnes provida mente cenſuerunt, eaſdem chirothecas ad monaſterium Walpurgæ Virginis eſſe tranſmittendas, tam in ſignum patrati miraculi, quam ſimul in evidentiam eahortationis, quod oullus eccleſiam Walpurgæ Virginis, vel quorumcunque Sanctorum irreverenter intrare, vel inibi ſtare quoquo modo præſumeret. Tranſmiſſæ ergo chirothecæ ad monaſterium multis oſtenſæ ſunt. Ad emendationem, & boni moris pariter commendationem hoc notandum eſt. Legimus itaque de S. Elizabeth, filia Regis Ungariæ, cum ad orationem ſtaret, vel baſilicam Salvatoris noſtri, ſuorumque Sanctorum intraret, quomodo capucia de capite poſuit, ferta depoſuit, annulos e manibus traait, in evidentiam reverentiæ Divini cultus, qui cum abdicatione exterioris pompæ, & aggregatione devotionis internæ, necnon ornatu & reſplendentia bonæ conſcientiæ celebrandus eſt.

ob irreverentem monaſterii ingreſſum,

chirothecæ evanuerunt,

C

alibi reddantur,

In templo ſervantur.

D

35 Item erat quædam puella B. Walpurgæ Virgini ſpeciali reverentia ſatis intenta, ac devota mente ipſam colens, quæ juvenili ætate ſua nimis delectabiliter froebatur, non tamen diſſolutione inhoneſta. Hæc frequenter infirmitate, & aliis admonitionibus correpta eſt, nec deſiſtebat, ſed ut frequenter cum ſuis ſodalibus ludens jocabatur, & inter alios ludos cuidam ludo ſatis diſſolute magis intendebat, qui projectio pilæ nuocupatur, quo ſibi puellæ & juvenes mutuo pilam proiiciendo porrigunt, & rurſum eamdem recipiunt, & hic ludus cachinnis & inordinatis motibus interdum abundare dicitur. Ee ecce S. Walpurgis Virgo ſibi devotam non deſeliquit, ſed ei mirabili vexatione intellectum dedit, nam cum multipliciter correpta, & non tamen correcta, ludum prædictum, quem amaverat, quadam hora exerceret, pila manui ejus intantum adhæſit, ut ab ea dolore magno ſimul & verecundia vix avelleretur. Quo facto reſipuit, & inpoſterum mentem ſuam ab omni mundiali gaudio retraxit, ita ut Deo Sanctæque Walpurgæ Virgini officioſa ſedulitate pro reſiduo ſui temporis deſerviret.

ludendo manui pila adhæret.

E

a *Aliis* Monheim & Mouvenheim; *de quo ſupra actum.*
b *Mſſ. Eyſtet.* Heubila. *Mſſ. Antverp.* Lujuvilla: *ſupra* Liabila.
c *Canſ.* viſitaverat. d *Colitur* S. Elisabeth 19. Novemb.

CAPUT VII.

Fluxus olei miraculoſus e corpore S. Walburgis.

36 PRo finali quoque concluſione annotare decrevimus, quod ſanctum corpus glorioſæ Walpurgæ Virginis in altari publico ejuſdem monaſterii eaure ac revereutee longe præfatus Antiſtes Erbertus recondidit. Ubi miracula uſque in hodiernum diem continuata feliciter crebreſcunt. Nam de membris ejus virgineis, maxime tamen pectoralibus, ſacrum emanat olcum, quod gratia Dei & interceſſione B. Walpurgæ Virginis cæcos illuminat, ſurdos audire facit, & greſſum claudis reddit, eunctiſque debilibus optatum effectum devote peteuti-bus miſericorditer indulget.

ulcum ejus ſanat plurimos,

F

37 Quam etiam gratiam curationis ipſi eaperti ſumus. Nam gravi infirmitate ægrotantes, ad excidium vitæ devenimus, & rememorantes gratiam, quam B. Walpurgis ſuis dilectoribus indefinenter oſtendit, præcepimus de oleo ſacroſancte ſuę emanationis nobis copioſius afferri, & deſiderabili haoſtu phialam plenam ebibimus, orantes iu hæc verba: O B. Walpurgis Virgo, ob reverentiam B. Willibaldi fratris tui dilectiſſimi, cujus ſucceſſor indignus ſum ego Philippus peccator, interpella pro me ad Domioum pro condonatione peccatorum meorum, & ut reſpirem a gravamine hujus ægritudinis, ad laodem Dei omnipotentis, & intemeratæ matris ejus Virginis Mariæ. Ut quid plura? Eadem die *a* critie avimus, & brevi poſt iu rempore ſanitati omnimode reſtituti ſumus.

a gravi morbo

Philippum Epiſc. ſuum a

a

38 Hoc quoque ſciendum, quod hora celebrationis Miſſarum cum Sacramentum corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti io altari conficitur, in quo recondita eſt, frequentius nec non uberius oleum de ſacro corpore ejus diſtillat. Unde hæc hora pro receptione ejuſdem olei diligentiſſime obſervatur. Et ſi phialæ, in quibus ſacrum

manet complura ſub teſtium ſanctum.

oleum

A oleum recipiendum eſt, non directe vel perpendiculariter diſtillationi ſupponantur, guttæ ejuſdem olei ſibi cohærent dependentes, ad modum botri, vel ſavt mellis nequaquam in alium locum decidentes, ſed poſtquam negligentia corrigitur, & vaſa, in quibus munde ſacrum oleum recipi debet, diſtillationi aptantur, eiſdem ſine omni cooperatione illabitur, per quod aperte monſtratur, ut in vaſa munda recipi debeat, quia ab immundis locis vel vaſis omnino ſe præſervat. Et ſæpe compertum eſt, quod receptum in vaſe etiam mundo, ſi immunde vel irreverenter teneatur, vel ad locum, ubi peccata illecebræ perpetrari conſueverunt, deportetur, omnino avanelcit, vel orificium vaſis ipſum oleum nequaquam ad effectum ſanationis egreditur.

de vaſe mundo, ſuppoſito.

39 Ex ſcriptis etiam colligimus, & certa relatione fidedignorum intelleximus, quod civitas Eyſtettenſis una cum tota diœceſi, eccleſiaſtico interdicto quodam tempore ſuppoſita fuerat, propter quaſdam damnoſas injurias, quas Epiſcopus, qui tunc præerat, a Baronibus terræ & incolis ſuſtinuit. Ex tunc liquor ſacræ emanationi ſtillare ceſſavit, uſque in diem, qua eccleſia reſtituta eſſet indemnitati. Et idem venerabilis Epiſcopus cum univerſitate civitatis indicto jejonio nudipes, & abſque

ceſſat tempore interdicti Eccleſiaſtici.

B lineis ad monaſterium B. Walpurgis aſcendit, devote ac ſubnixe cum univerſitate populi ſui ſupplicans, ne effectu tantæ benignitatis, ſicut eſt emanatio ſacri liquoris, in amplius civitas privaretur. Et accedens ad altare dictus Pontifex Miſſarum ſolennia aſtante populo devote peregit, & in confectione Sacramenti, & ejuſdem perceptione ſacratiſſimus liquor, qui infra ſpatium unius anni naquaquam diſtillaverat, nec ullo modo ſe oſtenderat, adeo abunde erupit, ut ampullam dimidiæ pintæ capacitatis, vel unius ſerici adimpleret. Quod Pontifex videns cum plebe Deo devota, pluſquam narrari poteſt, gaudio repletus, immenſas gratiarum actiones Deo ac B. Walpurgæ pro conceſſione tanti beneficii perſolvit. *b*

b

40 Notandum, quod etiam idem ſacrum oleum tantæ munditiæ ac meracitatis exiſtit, ut ſine omni corruptione & ſœda maculationis ſœculentia per ducentos annos ſervatum conſimilis puritatis invenitur cum illo, quod hodierno die de ſtillicidio ejuſdem ſacræ emanationis ſuſceptum eſt.

200. annis incorrupte ſervatus.

41 Nunc videamus quid ſibi vult per ſignificationem C emanatio ſacri olei in B. Walpurga, vel alias Sanctis puta in B. Nicolao, vel B. Katharina, vel glorioſo *c* Gundekaro Pontifice noſtro, vel quibuſcumque *d* Sanctis, quibus concaſſum eſt ex ſpeciali prærogativa meritorum, & oſtenſione magnitudinis præmiorum. Juxta quod ſciendum, quod oleum cuicumque liquori infuſum ſupernatat, unde miſericordiam ex ſimilitudine deſignat. Superexaltat enim miſericordia judicium. Et iterum: Miſericordia ejus ſuper omnia opera ejus. Oleum nihilominus magnæ eſt levitatis & multæ utilitatis: nam illuminat, paſcit, & ſanat. Sic pietas ſecundum beatum Apoſtolum ad multa proficiendo valet, habet anim promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & vitæ futuræ. Hinc etiam eſt, quod oleum cordialem pietatem ſua proprietate exprimit, & ideo de Sanctorum corporibus ſacri olei amanatio plenitudinem cauberantis miſericordiæ, ac redundantiam viſceroſæ pietatis, ac lenitatem mititatis præoſtendendo figurat. Fuerunt uamque hi Sancti, qui habent ſcaturiginem emanationis ſacri olei miſericordiſſimi ac piiſſimi in vita, & ideo miſericordiam conſecuti per ſigna miſericordiæ & pietatis hominibus poſt mortem laudabiliter innoteſcunt. Sic B. Walpurgis Virgo tanquam oliva in domo Domini fructuoſa, & quaſi oliva in campis Eccleſiæ ſpecioſa per oleum effuſum dilatavit nomen ſuum. Rivulo enim ſuæ ſacræ emanationis notitia ſanctitatis ejus derivata eſt in fines terræ. Oleo miſericordiæ & pietatis illuminans cæcos, ſpiritualiter & corporaliter paſcens eſurientes in bonis per affectum ſanctæ deſiderii, ac corpore fauciatos ſanans, contritis corde medetur. Amen.

c

d

Plures ſint uarii Sanctis comitſus.

Jac. 2. 13 Eccli. 18. 10

1. Tim. 4. 8

ob miſericordiam eorum & pietatem in vita præmbibitam.

AUCTORE PHILIPPO FUSC. D

a Canifc. exercavimus. Sunt mediis diet erbici, in quibus de morbis ferunt judicium.

b Monachus Rebdorffenſis form 4. de S. Wᵒ alburge, Quando Sozones, inquit, illius conventus Eyſtettenſis ſunt diſcordes, ceſſare ſolet ſtillicidium.

c Gundacarius 11. ordinatus Epiſc. Eyſtet. anno 1258. mortuus 2. Auguſti an. 1074. Oſſa ejus decentius tollocata an. 1129. patrocinio 36. miraculis, quorum aliqua recenſes Greſerus in Catalogo Epiſc. Eyſtettenſium.

d Plures Sanctos μυροθήκας recenſens ad Vitam S. Wᵒ alburgis Radernus & Stevartius notat. 5. Greſerus etiam de Olea S. Wᵒ alburgis c. 5. Rayſius in Hierogazophilacio Belgico pag. 142. & ſeqq. Conſcribebat nuper de iis librum amicus noſter Silveſter Aiſſa Capuæ: nondum editum audivimus.

VITA VI. S. VVALBURGIS

Studio ſanctimonialium Eyſtettenſium ſcripta,

ex II. Mſſ. a Stevartio edita. E

PROLOGUS SANCTIMONIALIUM.

1 NOva non cupimus, ſed vetera ad memoriam plurimorum reducera volentes, cum plerumque apud cœnobium noſtrum S. Walpurgæ ordinis almi Patris S. Benedicti, Eyſtettenſis civitatis & diœceſis, in quo corpus ejuſdem Virginis S. Walpurgæ corporaliter, mirabili quadam modo requieſcit, hiſtoria, Legenda, Vitaque ſanctiſſimæ Virginis Walburgæ Latium, poriuſque materno ſtylo, ob ejus virtutum merita, exercitiaque ſequenda, ſine numero eapoſtuletur, quæ rariſſime integra, veraque apud alios invenitur; ſatisfacere devote poſtulantium cordibus cupimus, & ad honorem Dei, Genitriciſque ſuæ immaculatæ, haud non S. Walpurgæ, omniumque Sanctorum, hanc impertire, & ad notitiam omnium perducere paratiſſimæ ſumus. Ideo arte impreſſoria, ſtylo veco, ordine & forma ex originali antiquiſſimo libro noſtri monaſterii, hanc exarari fecimus cum ſumma diligentia, illo ſolo intuitu, ut ea hoc creſcar honor Dei & Sanctorum, lauſque S. Walpurgæ, memoriaque noſtri conventus ſalubris, per hanc participationem apud legentes habeatur. Unde & illi pro nobis omnibus apud Altiſſimum intercedere digneutur. Amen. *a*

F

a

a Annectitur deinceps vetus de S. Richardo parente, quæ nos abunde dedimus 7. Febr. & qua ibidem dicuntur de Offonis regno illi tradito diſcuſſimus §. 5. pag. 73. Horum loca ſeriem capitum hujus Vitæ ſubjungimus, dein eam more noſtro diviſuri. Sunt autem hæc a Stevartio edita:

Cap. 1 De ortu & genere D. Walpurgis.
2 De vocatione D. Walpurgis ex Anglia in Germaniam.
3 De exitu B. Walpurgis ex Anglia in Germaniam & miraculo.
4 Quomoda ſolligionis velum acceperit, & velata vixerit, & de induſtria S. Wunibaldi fratris ejus.
5 De laudabili regimine S. Walpurgis poſt fratris ſui S. Wunibaldi mortem.
6 Miraculum in vita ab ipſa Virgine perpetratum.
7 Aliud miraculum inſimæ Virginis ſanitati reſtitutæ.
8 De obitu S. Walpurgis, ſepultura & miraculis inibi factis.
9 De revelatione S. Walpurgis Otkanio vi. Eyſtettenſium Epiſcopo facta.
10 De prima tranſlatione S. Walpurgis per Otkanum Epiſcopum & miraculis in illa factis.
11 De adventu S. Walpurgis ad Eyſtet, & altera tranſlatione ejuſdem.

12 De

A 12 De ultima translatione ſeu elevatione ſanctæ Virginis, cum ejus reliquiæ ſummo altari monaſterii S. Walpurgis civitatis Eyſtettenſis ſunt impoſitæ.

CAPUT I.

S. Walburgis ortus, genus, adventus ex Anglia in Germaniam.

cap. 1. S. Walburgis patre S. Richardo,

1 IGitur Beata Walpurga Virgo Deo placida, & hominibus grata, ex illuſtri proſapia, imo ſtirpe regia exorta, ſciliret ex Richardo Rege Anglorum, nunc vero conſorte Angelorum, partem in cura, genitorem in natura ſortita eſt; qui libros ſuos diſciplinam Chriſtianæ religionis, & viam veritatis, tam per ſe, quam per fideles pædagogos digniſſime docuit. Qui poſtea ad exhortationem liberorum ſuorum, videlicet S. Willibaldi, & B. Wunebaldi, necnon S. Walburgæ, regnum & patriam dereliquit, & peregrinationem duram una cum

obit Lucæ 1 liberis ſecum aſſumptis, Oceani periculo ſe commiſit, & tandem poſt multos labores, & multa pericula, ad

B Luccam, ſeu Lucaonenſem civitatem, pervenit: & ibidem mortali infirmitate conſummatus, in monaſterio S. Frigidiani in Domino feliciter quievit.

fratres S. Willibaldi Hieroſolymam petit; a

2 Poſt cujus tranſitum beatiſſimum, filii ejus Sanctus videliret Willibaldus & Wunebaldus una cum ſociis ſuis, ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli perrexerunt, & a Papa *a* Gregorio licentia obtenta, Willibaldus & quidam ea ſocius Jeroſolymam perierunt, S. Wunebaldo propter infirmitatem magnam, qua tunc detinebatur, Romæ relicto: qui ad mandatum Papæ *b* Gregorii *c* ... ad inſtantiam S. Bonifacii *d* Moguntinæ Sedis Archiepiſcopi, qui cum utilitatis cauſſa, & ea legatione Pippini Regis Alamannorum Romam adveniſſet, ſuppliciter Dominum Papam eaoravit, ut ejus adiutorio talem cooperatorem & ſocium in agricultura Dei mereretur accipere. Cujus petitioni Gregorius Papa libenter acquieſcens, rogando præcepit, ut ipſe Wunebaldus, contuberoio S. Bonifacii avunculi adhæreret, & in omnibus ejus conſiliu & præcepto ad ſerviendum Deo obediret.

b c d

S. Wunibaldus in Germaniam proficiſcitur,

4 Hoc quoque S. Bonifacius a prædicto Papa obtinuit, ut ſi quando divina clementia S. Willibaldum ejus conſpectui præſentaret, in adjutorium ſibi ad Alamanniam eum tranſmitteret. Et peracta legatione, & Apoſtolica

habita monaſterii aſſumpta C benedictione percepta, ad Alamanniam rediit una cum S. Wunebaldo cooperatore ſuo, quem poſtea a Maguntia in Thuringiam tranſmiſit, & ibidem S. Wunebaldo habitum monaſticæ religionis, ſecundum Regulam ſancti Patris Benedicti tribuit, & ad ſacerdotii gradus promovit. Sanctos vero Wunibaldus virtutem obedientiæ attendens, in ſpiritu humilitatis, in cunctis, quæ ei injungebantur, perfectum ſe ſervientem exhibuit, & ſicut bonus filius & perfectus diſcipulos, uſque ad mortem e S. Bonifacio obedivit. Videns autem Archiepiſcopus, quod S. Wunebaldus in omni juſtitia & ſanctitate proficeret, ſeptem ei eccleſias in Thoringia regendas commiſit: quas ipſe ad tantum culmen perfectionis provenit, ut uſque in *f* hodiernum diem per totam illam provinciam in laudem Dei, honor & gloria S. Wunibaldi prædicetur.

e præfi. Synodalibus in Thoringia,

f

illic Hieroſolymis redeat

5 Cum ergo hæc in Alamannia circa B. Wunibaldum agerentur, B. Willibaldus frater ejus, in peregrinatione, viſo ſepulchro Chriſti Jeroſolymis, locoque paſſionis ejus, tandem ad mootem Caſinum, ubi ea inſtitutione S. Benedicti Abbatis monaſticam religionem vigere audierat, pervenit. Quem Pater Abbas ejuſdem monaſterii, cui nomen Petronax erat, unanimi conſenſu ſui conventus, in monachum & confratrem ad humilem ſui petitionem aſſumpſit: ubi in omni morum & converſationis honeſtate, mirabilem, & imitabilem ſe exhibuit. D Manſit itaque apud eos multo tempore irreprehenſibilis, imo per omnia laudabilis.

in Caſino degit monachus,

redit Romam,

6 Et tunc omnibus valefariens, de licentia Abbatis, eum quibuſdam honeſtis fratribus, Eccleſiaſticæ utilitatis cauſa, ad Dominum Papam properantibus, iterum Romam tranſivit. Præſentatus itaque Apoſtolico conſpectui, benigniſſime ſuſceptus eſt. Et paterna exhortatione, & Apoſtolica auctoritate præripiendo rogavit, ut ſine contradictione ad S. Bonifacium Maguntinæ Sedis Archiepiſcopum, cum feſtinatione properaret, & in vinea Sabaoth fidelem cooperatorem & humilem miniſtrum in omnibus, quæ ei S. Bonifacius injungeret, ſe exhiberet. Cujus præcepto S. Willibaldus in ſpiritu humilitatis obediens, Apoſtolica benedictione roboratus, in Alamanniam ad S. Bonifacium ejus avunculum, ſicut ei u Domino Papæ præceptum fuerat, pervenit, & quomodo ad ſerviendum, & ad obediendum ei u Domino Papa miſſus fuerit, ea ordine narravit.

mittitur ad S. Bonifacium

in Germaniam

7 Poſtquam vero S. Bonifacius & S. Wunebaldus, ceteriique ejuſdem ſocietatis fideles Fratres, tam dilectam Deo & hominibus fratrem ſalvum recepiſſent, diutiſſime in oſcula & in collum ejus irruerunt, & præ gaudio fleutes, Deum largitorem bonorum, pro univerſis beneficiis ſuis glorificaverunt. Et beatiſſimus Præſul Bonifacius ea allodiis Swiggeri Comitis, quæ S. Bonifacio, cum mancipiis ſerviendum, Deo viventi devotiſſime obtulit, in epiſcopatum Eyſtettenſem fundavit, & ipſum S. Willibaldum Deo dignum Epiſcopum Eyſtettenſibus præfecit: quibus verbum vitæ evangelizavit, & in omni Pontificatus officio fidelem diſpenſatorem, & bonum ſetvum Dei ſe oſtendit. His itaque præliabatis, quomodo wunibaldus in Thuringia, Sanctuſque willibaldus in Eyſtett, inſtitutus fuerit, quod intellectus hiſtoriæ S. walpurgis eſſe de neceſſitate *g* requirit nunc reſtat, Deo favente, & vita comite, ut ſtylum convertamus ad ea, quæ de B. walpurgæ vita tractanda promiſimus, onde convenit, ut digreſſiones in amplius nequaquam admittamus, niſi in quantum præſens opus requirit.

conferatur Epiſcopus Eyſtettenſis E

g

cap. 2.

8 Sciendum igitur, quod ſæpedicti ac ſemper benedicti fratres, Beatus videlicet willibaldus, ac S. wunibaldus, a tempore, quo fide digoorum relatione intelleaeruot, *b* wunnam, ſeu wunneheydam, Reginam Angliæ genitricem ſuam, mulierem virtutis ac præclari meriti, viam univerſæ carnis ſuiſſe ingreſſam; tunc & frequenter de ſorore ſua, Beata videliret walpurga, F naturali affectu ſtimulati, & raritate, quæ religioſos decet inflammati, ſollicitari cogebantur: frientes cam poſt diſceſſum matris, omni ſolatio temporali deſtitutam. Hæc igitur advertentes, de conſilio B. Bonifatii, decreverunt, ut eam fideli vocatione ad ſe veoire rogando præciperent, quatenus ipſa per eos, & ipſi per cetera mutua iu Domino conſolatione fruerentur. Quod & ita decretum, io factum prodiit. Per fideles namque nuntios, & famoſa legatione B. Booifatius neptem, & fratres ſororem prædulci ſuppliratione, & prece invincibili ſollicitabant, quatenus ad eos venire non omitteret; cum ipſi Patres ſpirituales ipſam, quam genuiſſent, in Chriſto filiam, auctoritativu admonitione ad id faciendum hortarentur.

b poſt obitum mariti,

miſſa in Angliam ad fratres & S. Bonifatii legatos

9 Virgo walpurgis gratioſa ſemper hoc ſupplea mandatum ac fidele conſilium ſagari mente completens, ſupra quam enarrari poteſt in Domino gratulabatur, oberrimas ei gratiarum actiones eaolvens ſuper eo, quod tam magnifirorum Patrum, ac cariſſimorum fratrum meruiſſet reverenda ſalutatione, ac piiſſima exhortatione viſitari. Ea tunc Virgo walpurgis ſapiens, & una de numero prudentum, ſolerter cogitare empit, & rogitando in ſpiritu ſcrutabatur, quid ei in hoc caſu liceret, eamque deceret, oecnon ipſi feli-

cuitur

venatur Walburgio

A citer expediret. Itaque Walpurgis virgo humillima propter ſenſus ſagacitati non innitebatur, ſed tota devotione ſe Deo committens, ſupplicitet exorabat, ut in vitandis & agendis, voluntate Domini bona, placente, & perfecta ſemper regeretur. Et non poſt multum temporis divina revelatione cognovit, quod ſuæ invitationis vocatio
2a Divina revelatione ad expeditionem.
a Deo præordinata fuiſſet, & ſecundum divinæ voluntatis nutum prodiiſſet: unde conſenſum liberrimum huic gratioſæ invitationi præbere non dubitaret, nec dubitando in ampliùs quoquo modo differre deberet.

cap. 3.
10 Ex hac certificatione Virgo Walpurgis devotiſſima, pluſquam credi poteſt, mente ſolicita tractare cœpit, quomodo conceptum iter Deo laudabiliter, & ſibi utiliter aggrederetur: & collegit atque elegit conformes ac ipſius intentioni congruentes. Et expedita decenti proviſione, quæ in expenſis, & impenſis ad dictum iter requirebatur, de licentia eorum, qui ſibi, ſuæque ſocietati auctoritative præerant, ſæpe dictum iter aggreſſa eſt. Et valedicens ſuis, ac ſolo natalis patriæ, tamquam filia laudabilis obedientiæ, audiens conſilia, videns Sanctorum exempla, populum ſuum oblita eſt & domum patris ſui, quæ retro ſunt parvipendens; & potiora futuræ benedictionis charismata inquirens, viam propoſitæ voluntatis exordi-
suos comitibus
mare ingreditur.
B tur; & cum ſua ardinata, nec minus devota ſocietate ad mare Anglicanum uſque pervenient, mari placido, & aura optabili puppim conſcendit; & votive navigantes pro aliqua patriæ temporis, diabolus humani generis inimicus, qui Sanctis Dei per diverſa tentationum machinamenta adverſari conſuevit, ſævitiam mari, & intemperiem aeri immittens, mare ſævire fecit, & contrarietate ventorum in periculoſas undas compulit, ita ut nautæ inſtrumenta navigandi proicerent, & de ſola ſalute æterna Domianm deprecarentur.
tempeſtas paſſuorum.

11 Quo viſo, Virgo Walpurgis devotiſſima in oratione ſe proſtravit. Et ſurgens ab oratione, imperio Divinæ virtutis ſuffulta, imperavit mari & ventis: quo facto, ſtatim aucta datur grata, nec non quieverunt maria juſſu Divinæ voluntatis. Tunc vehementer ac lætabunda admiratione omnes, qui erant in navi, gratulari in Domino cogebantur, quod tam ſuperſalutifera liberatione a periculo mortis, quod eis ex tempeſtate maris imminebat, erepti ſunt. Et beatam Walpurgam, tamquam ſpecialiter Deo dilectam, ex hoc ſigno deprehendentes, ut ſanctam per omnia venerabantur, & favente Dei gratia, pro deſiderio ad portum ſalutis applicuerunt: & de navi
cum proceribus ſuis.
exeuntes, operibus virtutum ſe contulerunt. Et ut lon-
C ga locorum ſpatia brevi ſermone tranſeamus, memorata Virgo nec non ſemper memoriter recolenda, cum ſua ſocietate ad B. Bonifacium Archiepiſcopum, & ad ſuum fratrem S. Willibaldum in Alamanniam, in civitatem Moguotinam perveoit; ibique hilari ac gratioſa hoſpitalitate ſuſcepta, & pro tempore cum eiſdem commorata, dulci allocutione fruebatur, ex qua delectabatur in Domino. Et qualiter nutu divinæ voluntatis, & auctoritate vocationis ipſorum, patriam deſeruiſſet, & ad eos, ſecundum formam mandati properaſſet, & quomodo in via cuſtodita a Domino, ab omni diſcrimine itineris ſalubriter ad ſeminum viæ pervenitſet, etiam ex ordine narravit.
venit Moguntiam.

a *Gregorio* 12. b *Gregorii* 111. *ut ſupra probatum.*
c *Defunt iſta aut ſimilia, in Germaniam, ſeu Alamanniã diſceſſit.*
d *Poſtea Moguntiam Archiepiſcopus factus* 38, *uti ſæpe & ſequentia de Pippino Rege ſupra correximus.*
e *Poſt obitum S. Bonifacii vixit S. Willibaldus* 7. *annis & 6. menſibus.*
f *Circa an.* 1130. *cum ſcriberet Adelbertus, ex quo ipſa deſumpta.*
g *Multis Suevarum*, requirebat.
h *Silens antiquiores nomen matris*, *Wion volatus* 7. *Febr. pag.* 74. *n.* 86. *Vunnam*, *ſeu Bonnam*, *vocat*, *ſororem S. Bonifacii.*

D

CAPUT II.

S. Walburgis vita monaſtica; miracula.

12 INtelligens autem Virgo Walpurgis, quod S. Wunebaldus frater ejus vitam monaſticam atque cœlibem in provincia Thuringiæ duceret, & præfectus ſeptem monaſteriis ſui ordinis, auctoritate S. Bonifacii fuiſſet, quæ laudabiliter, ut ſanctum Dei & electum decet, religioſiſſime gubernaret; ſupplicitet S. Bonifacium, nec non fratrem ſuum, videlicet S. Willibaldum, exoravit; quatenus eam ad fratrem ſuum, Sanctum videlicet Wunnibaldum Abbatem ſanctiſſimum deſtinaret, ut ejus conſilio & cooperatione ſub regulari cuſtodia ac monaſterialis vitæ exercitio, gratia Dei favente, ſervaretur. Ut autem audiſſent Patres ſanctiſſimi, Archicpiſcopus videlicet & ejus Coepiſcopus B. Willibaldus, quod ipſa intentione ſancta, ac motivo rationabili duceretur, ſuam petitionem apptobant, & velum et tradenter ſecundum regulam S. Benedicti, ipſi licentiam abeundi, & ad S. Wunebaldum divertendi conceſſerunt. Quæ profecta, ad S. Wunebaldum perveniens, celigioſa ſalutatione ſuſcepta eſt.
cap. 4. 5.
Abbatiſſa Thuringiæ ad S. Wunebaldum fratrem.
ſuſcipit habitum monaſticum.
E

13 Tunc ſoror fratri cauſſam adventus ſui expoſuit, atque eidem humili prece in Domino ſupplicavit, quatenus ipſam una cum ſocietate ſua devota, in aliquo monaſterio locare curaret, ut ibi Deo famulantes, quanto ab cateciotibus magis abſtractæ, tanto interiotibus magis intentæ invententur. Quod & ita factum legimus. Nam B. Wunnebaldus ſæpedictam ſororem ſuam, una cum ſocietate ſua, in quodam monaſterio collocavit, quod uſque in hodiernum diem, *a* Cœnobium ſanctæ Walpurgis dicitur. Videns autem virgo Chriſti dilecta ſe pro voto ſancti deſiderii ſore in loco religionis poſitam, talem ſe exhibuit, ut ab omnibus in exercitio virtutum, & ſpirituali ædificatione bonorum morum commendaretur. Erat enim ſervans formam virtutum, videlicet caritatem & humilitatem, nec non benignitatem & cordis patientiam, quæ opus perfectum habet, & ſtudio earumdem ſe perfici ſatagebat. Et quid pluta? Cum ejus mirifica ſanctitatis vita, aſpicientium, vel de ipſa audientium, fucrit diſciplina. Et quanta fuerit in jubilo contemplationis, quam frequens in verbo orationis, quam efficaa in prece interceſſionis, quam matura in ſilentio diſcretionis, quam ſollicita in re & modo cujuſcumque piæ actionis, nullus de ea ſufficienter enarrare præſumat.
a la monaſterio ſibi collato.
ſanctæ vitæ
F

14 Factum eſt autem, cum B. Wunebaldus frequenter ad Dominum & avunculum ſuum, Sanctum videlicet Bonifacium, nec non fratrem ſuum, ſcilicet Willibaldum, gratia conſilii & ſpirituale ſolatii diverteret, quod multo honore & reverentia ab omnibus ſuſcipiebatur, & tamquam vir ſanctitate præclarus a conctis venerabatur. Et, cum vir beatus famam ſuam, tam in provincia Thuringiæ, quam etiam circa parter Rheni, multum per omnem modum exaltari conſpiceret, timuit fructum laborum ſuorum vanæ laudis gloria evaneſcere, & lampadem ſuam, veniente ſponſo, infatuato oleo tenebeſcere, elongavit ſe ab omni quod videbatur ſapere pompam ſeculi, fugiens ab omni applauſu hominum, ut maneret in contemplationis ſolitudine. Itaque Eccleſiis, quas regendæ ſuſceperat, bene diſpoſitis, accepta licentia ab Archiepiſcopo, ſecretum ſolitudinis petivit, & ad partes illas, quæ Swanvelden nuncupatur, acceſſit. Et cum diu hac & illac circumcurſando, locum ſuo deſiderio complacentem quæreret; tandem divina proviaentia ita diſponente, ad monaſterium, quod dicitur Eyſtett, & ad fratrem ſuum Epiſcopum Willibaldum pervenit: & ibi inter ſe diſputantes, qualitee ſuæ voluntatis arbitrio effectum
S. Wunebaldum ſolitudinem amat.
cum S. Willibaldo

CURA SANCTIMONIALIUM.

præbere potuiſſet. Tunc illi pergentes, invenerunt inter denſitates ſilvarum, & inter convallia montium ſolitudinem, multitudine fontium & qualitate ſuæ magnitudinis veloci impetu decurrentium irriguam, & monaſticæ habitationis congruam *b* invenit. Cujus loci ſitum vir beatus diligenter conſiderans, toto corde exhilaratus eſt. Et benedicens Deo, ſoloque proſtratus, cum Propheta exclamavit dicens: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quem locum vir Deo plenus, de conſilio & auxilio S. Willibaldi fratris ſui, ad quem major pars de jure pertinebat, obtinuit, & in eo oratorium eum manſuneulis extruxit, & vitam ſanctorum Patrum imitatus, ad ſerviendum Deo religioſas perſonas, & in obſervatione mandatorum Dei probatas, collegit, & cœnobialem vitam celebrari, & regulam S. Benedicti obſervari inibi conſtituit, & loco nomen Heidenheim uſque in hodiernum diem permanſit.

b ſperat ſibi locum habendum Pſ. 131. 14.

ædificat monaſterium.

15 Aſſumpſit etiam ſororem ſuam S. Walpurgam, Virginem Deo dicatam, quæ eum Virginibus Chriſto deſponſatis, ſub imperio & eruditione ſua, de conſilio S. Bonifacii Archiepiſcopi, & B. Willibaldi Eyſtettenſis Epiſcopi, ſeipſas hoſtiam immaculatam Deo viventi, ſub diſcretione regularis diſciplinæ jugiter immolaverunt, conſtruxitque eiſdem ſacris Virginibus oratorium a ſuo monaſterio, ut decebat, ſegregatum, non tamen longe poſitum; in quo præfatas Virgines ponens, famulari Deo pro poſſe & noſſe præcepit: quas etiam verbo ſanæ doctrinæ, & exemplo bonæ vitæ indeſinenter ad formam perfectionis hortabatur. Crevit itaque locus ille per merita S. Wunnebaldi & S. Walpurgæ Virginis, & ſicut ioterius orationibus, & divino obſequio Sanctorum eſt adornatus, ita brevi tempore in exterioribus fidelium oblationibus eſt amplificatus. Nam omne monaſterium, quod in ſpiritualibus bene regitur, in temporalibus optime proſperatur. Et omnes, qui in ſpirituali ædificatione per verbum S. Wunnebaldi, & exemplaritatem ſanctitatis B. Walpurgæ proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus mobilibus, de auro, de argento, de gemmis, de auro textis veſtibus, per manum S. Wunnebaldi atque S. Walpurgæ Virginis, oblationes offerebant.

In ſervocata S. Walburgis,

proficiunt Virgines,

monaſterio dedicato,

& ditatur

16 Cum autem venerabilis Abbas & Confeſſor Chriſti, & ſoror ejus jam dicta & ſemper laude digna, viderent fines prædiorum ſuorum dilatari, & in omni ornamento & divitiis temporalibus res Eccleſiæ augeri; veriti extollentiam oculorum ex ſuperfluitate divitiarum generari, partem Eccleſiaſticarum rerum in uſus pauperum diſtribuerunt, & quædam ex prædiis eccleſiæ, cellis adjacentibus adhuc mendicitate paupertatis laborantibus, hilari mente & larga manu contradiderunt. Sub ipſis etiam & per ipſos viguit religio monachorum, ipſo exhortante, & S. Walpurga adoperante, ſanctitas & caſtitas floruit Virginum, fuitque illo tempore ipſorum eccleſia, uſyle & portus omnium laborantium, nec fuit, qui in tribulationibus ſuis non inveniret ibi certum refugium, per merita & orationes Sanctorum inibi Deo miniſtrantium.

beneficentia in pauperes,

17 Cum autem S. Wunnebaldus venerabilis Abbas & Confeſſor Chriſti, Deo vocante, & ipſo ad cœleſtia regna ſuſpirante, teretitorium ſui meritorii incolatus attigiſſet, gravi infirmitate correptus, curſum vitæ conſummavit, de hujus peregrinationis exilio ad cœleſtem patriam, ac de tranſitorio labore quinta decima Kalend. Januarii, in cœleſtem requiem feliciter migravit. Cujus corpus S. Willibaldus frater ejus, Eyſtettenſis Epiſcopus ſuuſque Diœceſanus, cum moltitudine virorum ac mulierum ad exequias ſancti viri currentium, devotione Clericorum, & orationibus monachorum, ſanctarum Virginum, in oratorio, quod ipſa venerabilis Pater Wunnebaldus Deo fabricaverat, honorifice ſepelivit: quod idem Præſul ob honorem Dei & reverentiam B. Jacobi majoris, qui Patronus ejuſdem loci dignoſcebatur, necnon propter fratris dilectionem, ampliavit & adornavit. Flebant autem omnes, qui tunc aderant, quod tanti Patris corporali præſentia orbati eſſent. Gaudebant vero, quod ad cœleſtem judicem tam Deo placitum intercaſſorem præmiſiſſent. Secuta ſunt autem ſigna in ſanctitatis ejus argumentum, prout ſtudioſus Lector in propria ejus Legenda videre poterit.

obit S. Wunnebaldus:

ſepelitur.

18 Denique poſt mortem fratris ſui, ſancta & venerabilis Virgo Walpurgis, ex diſtructu injunctione S. Willibaldi, ſuperſtitis fratris ſui, atque pariter diœceſani, gubernacula & regimen regularis diſciplinæ in cella Heidenheimenſi, tam ſuper monachos, quam ſuper ſanctimoniales, non ſine effuſione lacrymarum eogebatur ſuſcipere. Noverat namque ſororem ſuam Pater ſpiritualis, & frater oterinus, quod conſtanter ſtrenua in corrigendis, & miſericorditer pia in compatiendis procul omni dubio indeficienter inveniretur. Non autem quærens honorem, ſed tribulationem & dolorem, ut in ſequentibus apparebit, invocando nomen Domini, injunctam ſibi gubernationem humili obeditione ſuſcepit, & ſedecim annis, id eſt, quoad uſque vixit, dicta gubernacula tenuit, & ſeipſam formam & exemplum bene vivendi oſtendens, omnem acceſſum ſtrenua, &, ut ita dicam, viriliter correxit.

cap. 5. S. Walburgis utriuque monaſterio præfuit:

19 Tantæ enim fuit, cum tempus & res expoſcebat, gravitatis, & tantæ, pro congruitate loci & temporis opportunitate, pietatis ac manſuetudinis, & omni hora in converſatione ſua tantæ exitit ſanctimoniæ & perfectionis, ut ab omnibus merito veneraretur ut Domina, & a cunctis diligeretur ut mater amantiſſima. Fide namque recta inculenter, ſpe firma fortiter, caritate perfecta dulciter, cum ſuis intrare contendabat in requiem. Nam recta ratione agibilium utebatur in negotiis, luminoſa juſtitia fruebatur in judiciis, conſtantiſſime fortitudini innitebatur in adverſis, caritate cunctos ſibi conviventes ſuperabat, humilitate longe præibat. Item frequens erat in manuali lxbote, frequentior in lectione, frequentiſſima in oratione. Frequens in manuali labore fuit, ne panem otioſa comederet; ſed laborans manuum manducaret: frequentior erat in lectione: frequentiſſima etiam in oratione, in qua Deo loquimur. Hæc de virtutum ſtudiis, & ſtudiorum exercitiis pauca da innumeris dicta ſufficiant.

omni otioſitate cauſſa,

20 Contigit namque ut in ipſo, quod frater ejus condidit monaſterio, Heidenheim, dum ipſa Chriſto ſedulo ſerviens moraretur, & peracta veſpertina ſynaxi, reverente ipſa de eccleſia ad ſolitum diverſorium, noctem proaimam cæcæ renebræ minarentur, ac quidam cuſtos ejuſdem Eccleſiæ, vocamine Gomeradus, lumine prævium ſtolidus denegarer petenti. Illa, ut aſt mos ſanctarum mentium, injuriam ſibi illatam patienti animo geſtans, ſanctimonialibus, prout ratio dictaverat temporis, menſam, cœnandi gratia, adeuntibus incœnata lectiſtermia petiit. Tum mitum in modum, in communi earumdam ſanctimonialium dormitorio, tanta lux uſque ad pulſum matutinalis officii coruſcavit, ut eadem pro ſui olmietate fulgoris, terræ intima penetrare videretur. Stupentibus itaque quæ viderant facetis Deo univerſis, & præ gaudio exultantibus cunctis, ad matrem Walpurgam convenere devote, & viſum lucis terrificæ narravere. At illa ſe totam convertens ad Dominum, lacrymis ſuis iſtam prorupit in vocem: Tibi Domine, cui ancilla humilis deſervire decrevi a cunabulis, collato de muneris gratias refero, qui ad excitandos famulatum tuarum mihi cohærentium animos, me indignam luminis tui ſplamine viſitare dignatus es, & tetri horroris caliginem eraſſam, miſericordiæ tuæ radiis evacuaſti. Et id non meis meritis valet aſcribi, varum gratuitæ tuæ munificentiæ, pietati & precibus mei & tui devoti famuli fratris.

lumine cæcati reſtituto

locum collaturus imperat:

cap. 7.

21 Præterea virgo memorata & ſemper in ore tenenda Walpurgis, exitum fratris Wunnebaldi, ut

ſcrui

A ſeaui moris eſt fœminarum, graviter pectore gerens, contigit, ut quadam veſpera nullo ex monaſterio vel leniter ſentiente, egrediens, ad domum cujuſdam divitis deveniret, & ante fores ejuſdem quaſi peregrina quædam & ignota ſola conſiſteret. Quo dum eam dominus domus, ſive familia, intrinſecus famulatus officia præbens, ſenſiſſet aſtantem, quæque forer perſona neſciret, æſtuante parrefamilias cum domeſticis univerſis, ne rabida canum ſuorum audacia, qualiſcumque eſſe videretur perſona, eam laniando diſcerperet, juſſit, ut quæque eſſet ocyus indicaret: Tum illa: Nequaquam, inquit, me tui, quos vereris, canes inſano deute contingere quibuut, nec Walpurgam, ſic enim nuncopor, mordere valebunt. Ipſe nampe, qui me ad domum tuam perduxit incolumem, ad locum, unde veni, reducet valentem: & qui me ad tuum, re ignorante, pertulit atrium, ipſe tuæ domui medicinæ conferet donum, ſi tuis viribus eumdem crediderit medicum medicorum. Quo audito, vir illuſtris a loco, quo ſederat, illico proſilivit, & animo conſternatus, quare ad oſtium nobilis perſona, & Omnipotentis ancilla conſtiterit, requiſivit. Illa vero, non ſine cauſſa ſe venſſe aſſeruit. Tum vir memoratus cum

B omni veneratione eam in domo excepit, & omnem famulatum debitæ ſervitutis exhibuit. Ubi vero tum eſt ad noctis moras ſoporis ſileotio temperandas, Virginem ſacram non alicubi pauſare volentem, in cubiculum languentis filiæ trepidus introduxit. Erat enim languor cordis jam penetrans fibras, & intercepto vitalis flatus anhelitu, mortis compendium parato itinere, portas oris hiantis adire teotabar. Tum pater ejuſdem puellæ, labiis palpitantibus mugiens, ejulabat, & natæ cariſſimæ amaris lacry mis funebria præparabar. Mater vero intimo cordis arcano jam pene præmortua, & pendula in planctu voce demiſſa, exhalantis filiæ operiebatur egreſſum, cui jam luctuoſa familia paraverat buſtum. Verum Domini clementiſſima miſeratio, qui occidit, & vivere facit, percutit & ſanat, a morte minaci languidam revocavit, & orante per totam noctem Virgine ſancta, in craſtinum puella ſana ſurreair. Quo pareintes viſo miraculo, laudes omnipotenti reddiderunt Deo. Dein plurima ei aenia adhuc tremuli offerentes, & ex aſſe ejus ſe ſacris oratioubus commendantes. Illa Chriſtum habens mira gerentem, pecuniam reſpuit, & ad monaſterium, unde venerat, repedavit. Et quanto magis divinam in ſe clemeoriam

C vigere conſpexit, tanto ad arctioris vitæ ſe gradus eateudit. Hæc duo tantum præclara miracula, quæ Virgo beata peregit in vira, huic inſerere dignum puravi opuſculo, quæ noſtram ad memoriam pervenere, ne ad alia, quæ hactenus per eam Dominus operatus eſt, & operatur quotidie, ſignorum prodigia, ipſo Domino largieute fideliter tranſiens, eadem omiſiſſe culparer.

a *Videtur innui monaſterium S.ti Walburgis prope Wiſſenburgum, ſed id verriſſimum an. 975. diximus pag. 517.*
b *Redundare hoc verbum inunis viam Stevartine.*
c *Mſſ. Bened.* devotæ.

CAPUT III.

S. Walburgis obitus, corporis translatio.

cap. 8. 21 CUmque ſacra Virgo Walpurgis totam ſe in Dei amore firmaſſet, & mundum eum ejus coocupiſcentia ſuperaſſet, fide pleua, moribus inſignis, caritate referta, ſapientia decorata, caſtitate geminata, miſericordia redimita, bumilitate fulcita, & omnibus virtotibus adornata, vocante Domino, mortis accepto compendio, acceptura remunerationis præmium, a Walpurgis Deo cariſſima, eorſum felicis vitæ feliciori fine conſummavit, & de hujus mundi ergaſtulo felicſſime deceſſit quinto Kalendas Martii, hoc eſt, in craſtino Matthiæ Apoſtoli, & in eodem, quo in ſancto prnpoſito Chriſto ſervierat, monaſterio Heidenheim numine, haud ſine maximo lamentantium ejulatu officium ſepulturæ per B. Willibaldum Præſulem fratrem ſuum accepit. Ibidem ergo aliquantum temporis corporea compaginatione quieſcens juxta fratrem S. Wunnebaldum; or vicinitas ſepulturæ germanitatem generis & parilitatem ſanctitatis demouſtraret.

CURA SANCTIMONIALIUM.

D *ſepelitur*

22 Cum autem veocabilis Virgo ſpiritum ſuum in manus Domini commendaſſet, & ille ad Dominum, qui dedit illum, perveoiſſet, non ſine miraculorum coruſcatione, quæ recto ordine hic inſerenda merito ſunt. Nam cum corpus S. Walpurgis in feretro poſitum eſſet, eaanime corpus in ſpecie hominis glorificati ab aliquibus circumſtantibus talis viſione digais demouſtrarum eſt. Similiter odor miræ ſuavitatis & fragrantiæ inæſtimabilis toram domum impleverat ea præſentia glebæ ſanctiſſimæ. Item, eum corpus ejus ad eccleſiam deferretur, cerei ac eandelæ, ſine adminiculo humanæ cnoperationis acceudi videbantur. Nec non alia perplura ſigna facta ſunt, quæ compendio abbreviati ſermonis pertranſeo, ne legentibus proliaitas tædium generare poſſit.

Corpus apparet glorioſum.

E

cap. 9. 23 Proceſſu vero longi temporis, poſtquam beatus Præſul Willibaldus de hoc mundo nequam migraverat in polorum regna, cœtibus Angelorum admiratus, revelatione divina cuidam Eyſtettenſium Epiſcopo Ockario ſeato, qui dum minus, quam ratio depoſcerer boneſtatis, idem monaſterium, quo beatæ ſanctimoniales oſſa tegebantor, eacoleret, & eccleſiam ejuſdem monaſterii magnis ædificiis & ſtructuris renovaret, monſtratum eſt ei ur corpus B. Walpurgis de loco bumili, in quo bumata fuerat, ad locum excellentiorem magis ac revereutialem transferre debetet. Igitur Deus omnipoteus eccleſiæ Eyſtettenſi ac ſaluti tutius populi ejuſdem civitatis, nec non circumjacentis regionis proſpicere, imo miſericorditer providere decetnens, quadam nocte corporis quiete ſopitus, dum tetræ ei tenebræ ſileuriom miniſtrarent, hujuſmodi eum alloquio Virginem compellaſſe uarratur. Cur, inquit, Ockari, qui Præſul eſſe & dici meruiſti, domum Dei, in qua corporis ſopore quieſco; & ſepulchrum, in quo carne tepoſita, ultimum judicii diem expecto, inhoneſte bacteuus tractare voluiſti? Nam ſervorum huc cocuntium lutulentis pedibus quotidie ealcor, & indecentibus veſtigiis premor. Sciens igitur ſciro, quoniam tale aliquod judicium pandam, quo non recte te

F erga me, & domum Dei egiſſe comperias. Sed ſi tuum te fore cognoveris, venism mereberis.

ob ſepulcrum ejus glorioſum

arguitur Ockarius

24 Quod modico explicito tempore rei probavit eventus: nam ſtatim in proximo, dum erecti eſſent parietes ejuſdem fabricæ prominentes, & trabium ſpatioſa compago ſequenti die patentibus muris deberet apponi, ſubito facto noctis initio, murus aquilonaris terra tenus ſeſe revolvens, præcipitium egit horreodum, terroremque haud minimum tam domeſticis eurę familiaris, quam eunctis circumquaque manentibus inauditum incuſſit. Facto autem mane, cum ad bujuſmodi ſpectaculum omnes pavidi conveoiſſent, cuſtos qui tunc ibidem inerat Regnifridus itineris calle directo, prælibato Præſuli tremulis labiis nuntiavit. Qui intelligens viſionem, quam prius in ſomnis viderat, eſſe compleram, com ſuis illo uſque terendit, arque cum omnibus pene comprovincialibus, eccleſiam repolivit, quam etiam ſacro chriſmate dedicavit.

ecclesia reſtauratur.

cap. 10. 25 Deinde cum in orbem trauſiſſent dies, memoratus Antiſtes Archipresbyteros Waltonem & Adalongum illuc ſedulus deſtinavit, cum multis viris religioſis, ad quærendum corpus S. Walburgis. Nec non Omonem cum ſanctimoniale Liubila ex monaſterio Monheim eum eis abire præcepit, ur ſacros cineres Virginis ſumma cum diligentia elevarent, ac cum hymois & pſalmorum concentibus ad Eyſtettenſe cœnobium, in quo S. Willibaldus

mittit Leobam

CURA SANCTIMONIALIUM.

Eyſtettenſis Epiſcopus ſrtee ejus ſepultus fuerat, deportarent, in quo cœnobio nunc eſt eccleſia Cathedralis ejuſdem diœceſis. Hi vero juſta felicia proſpero itinere percomplentes, & in numine Domini, reſonantibus in cœlum campanarum melodiis, & concrepantibus undique canorum ſpiritualium euphoniis, & officiis divinis peractis, pia viſcera rure, in quo hoſpitata fuerant flentes præ gaudio, earulerunt, & ad jam dictum monaſterium devexerunt. Quod factum eſt 21. Kalend. Oct. & diebus interjacentibus terna, id eſt, nono Kalendas Octobris, corpus ſancti Wunnebaldi, ad locum unde ſororis tuleruut, deportarunt.

A

transferitur Eyſtadium

26 Cum autem venerabile corpus ſupradictæ Virginis de loco ſepulturæ ſuæ ſupra terram eſt collocatum, omnia membra ejus quaſi rore perfuſa cunctis apparuerunt. Fragrantiam nihilominus inæſtimabilis ac mirifici odoris omnes qui adeerant ſenſerunt, ac infirmi, qui pro eu tempore præſentes fuerant, quocumque dolore tenebantur, ſalubritate ſuavitatis tam recreativi odoris curati ſunt, & cum multa, ut dignum erat, celebritate, a loco prædicto feretro impoſito, equis adjunctis, ad civitatem Eyſtettenſem deportaverunt cum proceſſione celebri ac devota, multis infirmis occurrentibus in via,

ſanſta feretri tangitur infirmi.

B qui cum feretrum tangerent, ſanati ſunt. Inter quos quidam epilepticus, gratia adipiſcendæ ſanitatis, feretrum in quo ſanctum corpus portabatur, tranſivit, & in ipſa hora priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Supervenit etiam quidam puer eodem morbo deteſtabili laborans, & frequenter dolore conquaſſatus, ſpe curationis feretrum tetigit, & omnimodam ſanitatem udeptus, gaudens ad propria remeavit. Omittis tantum cauſa brevitatis multis aliis ſignis & miraculis, quæ in itinere ab Haidenhaim, uſque ad Eyſtett facta conſpicuntur, ad alia properemus.

cap. 11.

27 Poſtquam autem beata Walpurgis fines Eyſtettenſes eſt per ſemetipſam viſere dignata, fratris tura reviſens, ab omnibus gaudenter necnon reverenter acceptata eſt. Ubi Epiſcopum ejuſdem civitatis peuceſſionaliter cum toto Clero obviam habuit; quantuque gaudio populus Eyſtettenſis ob præſentiam ſancti corporis Walpurgis beatæ refocillatus ſit, nemo explicare valet. Cum autem corpus prædictæ Virginis interiori portæ civitatis Eyſtettenſis, quæ vulgariter Innerweſten Thor vocatur, appliciſſet, præcedente ſolemni proceſſione, verſus eccleſiam S. Willibaldi ſeateis ejus, ad quam dictus Epiſcopus

Corpus Eichſtadii anticipitur

C corpus ejus transferre juſſit eſt; tunc equi feretrum portantes lavatis habenis, ſeu frenis dimiſſis, nullo gubernature regente, ad quamdam eccleſiam, in monticulo circa eamdem portam ſitam devenere, ante januam ejuſdem eccleſiæ immobiles ſtantes. Quæ quidem eccleſia tunc ſanctæ Crucis, nunc vero S. Walpurgis numen ſortita eſt, & ſic vocitata uſque in hodiernum diem. Ad quam eccleſiam ſanctiſſimum ejus corpus translatum eſt & ſumma cum reverentia per eumdem Ockarium Epiſcopum ſextum, (qui e ſedit in Epiſcopatu viginti quatuor annis, & ubiit anno Domini octingentoſimo octogeſimo) ejus translationis dies agitur *d* quarto Idus Oct. reconditum, ubi hodierno die quidam circulus ex lapidibus factus cum imagine S. Walpurgis evidenter apparet; in quo quidem circulo corpus ejus quievit, donec Epiſcopus Eyſtettenſis chorum cum ſummo altari congruo tempore ſanditus, ob honorem S. Walpurgis, prout hodie cernitur, reſtaurarat.

equi portantes ad eccleſiam S. Crucis divertunt.

e

d

28 Cum autem idem Ockarius Epiſcopus, an. Domini octingenteſimo octogeſimo, Deo vocante, de hoc exilio migraſſet, quidam nomine e Gotteſchalc ſucceſſit, qui ſedit annos tres. Deinde quidam Erchanboldus nomine,

epus S. Walpurgis

ei in Epiſcopatu ſucceſſit, qui ſedit annis viginti. Ergo volvente temporum climate contigit, quod memorata ſanctimonialis Lutbilla de Monheim, a propinquis & affinibus, nec non & aliis circummanentibus, ita foret arctata, ut etiam vi ſive ingenio a materna eam prope expellerent hæreditate. Verum illa totis viribus eluctante, incidit ei divinitus ſalubre mentis conſilium, ut a venerabili, qui *f* adhuc Eyſtettenſis Sedis inſula decoratur, Erchanboldo Pontifice, ſanctæ Virginis reliquias Eyſtett reconditas, licet auxia, poſtularet, ut ſi divino munere concedente, ejus mereretur ditari cineribus ſaeris, peopri ſolatia ruris Deo & Virgini cuuſignaret, & in manu Pontificis donativa in perpetuum traderet. Quod quia a Deo ſumpſit initium, ab ipſo finis meruit obtinere augmentum. Et licet prius tentando difficillimum videretur, felix tamen & deſiderabile votum felicem ſumpſit effectum.

D

f

hæreditas impetratur

29 Accepto præterea idem Epiſcopus Erchanboldus ſupee hoc negotio Regis & regalium virorum conſiliu, Virginis patrocinia ſancta ſe daturum eſſe promiſit: quod & opportuno tempore poſtea fecit: nempe obtenta a Sede Apoſtolica canonizatione ejuſdem ſacræ Virginis Walpurgis; quæ quidem *g* canonizatio facta eſt modico elapſu tempore, ipſo die Apoſtolorum Philippi & Jacobi. In quo uſque hodie celebratur feſtum canonizationis ejus. Cujus rei gratia eudem die omni anno, proceſſio ſolennis ab eccleſia Cathedrali, per Epiſcupum & Canonicos fit, ad eccleſiam proximalem S. Walpurgis, ibique officium divinum ſumma cum celebritate a Canonicis perficitur, eiſque reliquiæ, ſeu ſtillicidium ejuſdem ſanctæ Virginis ad potandum miniſtratur.

g

ejus canonizatio.

E

30 Anno ergo ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo nonageſimo tertio, indictione tertia, regnante felici proſperitate, Arnulfo ſereniſſimo Rege, aperuon eſt mauſoleum B. Walpurgæ Virginis in baſilica, in qua locata fuerat Eyſtet, tempore Ockarii Epiſcopi ſexti. Mittens igitur prudentiſſimus ac ſagaciſſimus in omnibus negotus Erchanboldus, Epiſcopus octavus, viros eeligioſos, Aechipreabyteros cum aliis boni meriti ſuos, oſſa dicata ſacræ Virginis juſſit inquiri, & inventa diligenter attrectari, ſummaque cum reverentia partita recondi, ita ut optatæ diu Reliquiæ darentur Lutbilæ, & theſaurus ejuſdem corporis per ſecula ſuæ ſervaretue Eccleſiæ. Hi denique ad quos juſſio pervenit Antiſtitis, eadem ocyus, licet corde ſimplici trubantes, accelerare curarunt. Cumque ſe totos dominicæ miſerationi committerent, & in Pſalmis & hymnis ſine ceſſatione perſiſterent, fodientes invenerunt cineres amplectendos beatæ Matris noſtræ Walpurgis, quaſi lympha tenui madefactos, & quaſi guttatim ab eis roris

cap. 12.

Reliquæ vere modernæ

F ſtillæ extorqueri valerent. Qui licet tanta eſſent humiditate reſerti, nec pulviculus tamen manibus contrectauti quoquo pacto volait adhærere.

31 Sublata demum pru qualitate incomparabilis theſauri deſideratiſſima portione, data eſt Lutbillæ, quæ cum magna exultantium gloria deferretur ad ſæpeditum monaſterium puellarum Monheim, ubi in itinere, in villa S. Bonifacii, quæ dicitue Munlheim, in quodam caduco miraculum fecit, cum multis aliis miraculis, prut in primo libro de miraculis Sanctæ Walpurgis, capitulo *h* octavo cum ſequentibus habetur. Quis vero mœror, quæve angoris triſtitia Eyſtettenſes invaderet cives, cum tanta pignora Lutbillæ partirentur, potantium Dominam Walpurgam ſibi penitus eſſe ablatam; donec pectoralia Sanctæ Walpurgis viſibiliter ſummo altaris ſacophago, ad perpetuam ſepulturam ſunt tradita?

eorum portatio Monheimum delata.

h

pars altari impoſita.

32 De quibus mirabiliter Deo cooperante, uſque in hodiernum diem manat ſacrum oleum, ſeu ſtillicidium, in ſignum caſtitatis; & maxime tempore, quo in eodem altari ſacrum Euchariſtiæ conficitur Sacramentum. Quod quidem ſtillicidium ægris & prægnantibus digne ſumentibus permaxime præſtat ſanitatis augmentum. Cujus rei gratia ſingulis annis, in die Sancti Marci, nec non in die canonizationis Sanctæ Walpurgis, Epiſcopo Eyſtettenſi, & Canonicis, haud non Sacce-

oleum effluens

dotibus

A dotibus & Clericis proceſſionaliter in eadem parochiali eccleſia Sanctæ Walpurgis coovenientibus ad divinum officium devote peragendum, ſecundum porrigitur in remedium tam corporis, quam animæ. Ipſum quoque oleum, ſeu ſtillicidium prædictum, ſi ab aliquo portatum, vel rentom in vaſe, fuerit irreverenter tractatum, aut quid inhoneſtum circa illud perpetratum, evaneſcit: quod pluribus per experientiam claruit, & noſtris temporibus edoctum eſt. Quare ſumma cum reverentia ſervanda, & in loco ſacrato conſervanda locetur.

33 Reliqua vero pars Reliquiarum Sanctæ Walpurgis, præter illas per totum mundum diſperſas, maximo cum honore ſervatur in quadam arca, per ipſas ſanctimoniales in altari chori earumdem, in ipſo cœnobio Sanctæ Walpurgis Eyſtettenſis civitatis, ordinis ſancti Benedicti, ſub regula obſervantiali devote degenter, die noctuque Deum laudantes, qui ipſum monaſterii locum per Sanctæ Walpurgis virginis corpus illuſtravit. Quod uſque multis miraculis coruſcavit, hodieque coruſcat, pro quibus ſit laus Deo per infinita ſecula ſeculorum, Amen. ò

Bibitur.

a *Mſ. Bened. hoc ita refert:* obviavit & ex hujus mundi lacrymoſa voragine felici fine deceſſit & in eodem &c.
b *Wolfhardus cum aliis*, 8. Kalend. Octob.
c *De anni Octavii æpimo ſupra §. 4. pag. 518. n. 24.*
d *De colim illius dicti apud Eyſtettenſes actum eadem pag. 516. num. 25.*
e *Arnſchis & Greſero* Godeſcalcus, *ſui forſan 13. anni Sedis tribunadi.*
f *Cum ſcriberet Wolfhardus, cujus hæc verba ſunt.*
g *Alii ab Ostario procuratam apud Adrianum 11. volunt.*
h *A nobis ad marginem annotata.*
ò *Reliqua iiſdem verbis ex Wolfhardo referuntur.*

ANALECTA.

De Oleo S. Walburgis.

1 *Singularem tractatum de ſacro oleo S. Walburgis Jacobus Greſerus noſter uſu Ingolſtadii an. 1610. edidit cum Joanni Chriſtophoro Epiſcopo Eyſtettenſi inſcripſit: in cujus tractatus capite prima hæc habet:* Condita ſunt ipſa in B. Walpurgis Virginis Eyſtadii in ſummi altaris lapide duro, ſolido, excavato, & ſuperne concluſo, eo ipſo loco, quo a ſacrificante Sacerdote Corpus & Sanguis Domini immolatur, ita ut probabile ſit, hanc tumbam fungi vice ſepulchri, quale in omnibus aris conſecratis ea ipſo conſecrationis ritu & præſcripto viſitur. Infra C prædictum lapidem eſt cavitas ſeu foramen quadratum, in quo deſtillat ſtillicidium de lapide ſuperiore, qui ſacra Virginis oſſa tenet. Videas gutras modo majores, modo minores, piſi aut nucis avellanæ magnitudine de lapide ſupino dependentes, quas omnes excipit late patens argentea concha. *Iconem hujus elegantem u Raphaele Sadelerio aera tabula expreſſam exhibet Raderus tomo 3. Bavaria ſancta ante Vitam S. Walburgis. Inquirit deinde Greſerus num fluxus hujus olei videatur naturalis, quod* 2. *negat.* An liquor iſte, *inquit*, ſi nil niſi mera & naturalis aqua foret cœcis lumen, ſurdis auditum, claudis greſſum, aliſque ægrotis ſanitatem impertiret? An Clerus & alii ſtatis diebus ſingulari pietatis affecta liquorem hunc bibiſſent, ſi nihil aliud fuiſſet, quam aqua ea vaporibus generata? *Idem capite 3. confirmat his verbis:* Oleum hoc maxime fluit, quando a Sacerdote Euchariſtia ru altari conficitur, & populo adoranda propoſitur. Deinde oleum hoc evaneſcit, niſi reverenter habeatur: nec defluit, niſi vaſculo mundo & decenti excipiatur.

a *Singula oſtendit allatis exemplis ex Vita S. Walburgis a Philippo Epiſcopo conſcripta, alteraque u Stevartio edita, qua ſupra relata non repetimus. Addit deinde aliud ſeri-*

Reliquiæ lapidi altaris locatæ

ſtillans liquorem

miracula operantem,

facto & tempore & modo,

ptum ab Henrico Rebdorffenſi in Annalibus, hujus verbis; Anno 1358. Dominica in medio Quadrageſimæ, quæ fuit 11. Kal. Aprilis, furerde nocte intraverunt monaſterium S. Walpurgis Eyſtettenſis, & eum campanariur ejuſdem tarde intrarer ad deponendum ſe in loco, irruunt fures in ipſum, velata facie, volentes eum occidere, qui ſe defendit. Fuit in monaſterio graviter vulnerarus, propter quod ſtillicidium de reliquiis B. walpurgis conſuetum manare ceſſavit per quatuor ſeptimanas vel circa & poſt Octavas Paſchæ appropinquante feſto ejuſdem Virginis, manavit ut ante. *Hæc Rebdorffenſis. Greſerus dein c. 4. inter alia oſtendit* liquorem, non eſſe a naturali cauſſa ex ejus ad multos annos durarione, & limpidiſſima clarirate & aliunde: *utpote* non exiguum momenti in eo eſſe, quod hoc oleum non ſemper ſtillat, ſed hiberno dumraxat tempore a 12. Octobris, hoc eſt a feſto Translationis S. walpurgis uſque ad 25. Febru. quo die beata Virgo ad immortalem vitam migravit. Quamvis boni omnis locu habeatur, ſi ſtillatio ultra hunc terminum proferatur: prout anno Domini 1620. prolata eſt. *Reliqua, ſi volet, apud Greſerum Lector reperiet, qua ad inſtitutum noſtrum minus ſpectant. Sit loco argumentorum multorum hæc Stevartii Notus. 5. ſententia:* Quidubitat ille veniat, videat, & ſenſibur non alienis ſed ſuis credat: *additque* E *hanc* ſacri Olei virtutem & efficaciam experium eſſe *ſuo tempore* primum novæ eccleſiæ parochialis S. walpurgis juata Leodium Parochum, qui datis ad *ipſum* Stevartium litteris, fatetur hunc ſacrum liquorem ea Germania Leodium tranſmiſſum, non modo ſibi, ſed & aliis nonnullis ægris cum invocatione S. Walpurgis Virginis applicatum, ac priſtinæ ſanitati ſe & alios ejuſdem virtute reſtitutos fuiſſe.

Leodii to plures annos,

a 12. Octob. ad 25. Febr. ſtillat.

3 *Monachus Rebdorffenſis in ultimo ſermone de S. walburge, cum aliis, ut ſupra pag. 513. n. 13. diximus, u Stengelio noſtro nuper excuſo, iſta tradit:* Etiam tempore meo, dum in Monheim eccleſia monaſterii ſuodirur innovaretur, & dum fundur alter foderetur, aliare quoddam ſub terra obrurum novitum eſt integrum. Et dum Andreas ſcriptor civitatis, pater Fratris noſtri Sixti in Rebdorff nobiſcum profeſſi, eſſet magiſter operis, hoc videns juſſit altare circumfodi, ut libere ſtaret, & omnes homines abire fecit & ipſe cum duobus Presbyteris lapidem altaris levavit, ubi in vitro ſtillicidium illud ſanctum clariſſimum eum reliquiis invenit: quod (ut ſchedula appoſita loquebatur) ad trecentos annos ibi perſeveraverat, & quia trina vice locus iſte combuſtus fuit, aliare illud in capella ſubterranea ſic obrutum, incognitum permanſit. *Hæc ille: quibus adjungo recentiora miracula u Greſeri relatu, & dilucide, ut præfatur,* auctoribus teſtata. F

Monachus reliquiis ſtillat ſanum.

MIRACULA

Virtute olei S. walburgis patrata,

auctore Jacobo Greſero Societatis Jesu.

1 QUod in rebur humanis ſolenne eſt, ut res maximæ quotidiano uſu, ſi in promptu & oculis omnium ſint, admirationem venerationemque exquiſitiorem amittant, illud idem prodigioſo oleo, quod e ſanctæ Virginis walpurgæ ſepulchro ubertim in hunc uſque diem deſtillat, uſavenire videmus. Etſi enim plurimi ſalutari hoc liquore medicante, varias corporis ægritudines & extrema etiam vitæ pericula frequenter a ſe avertant, contenti tamen privatim Soſpiratrici Virgini gratias habere, incolumitatemque ipſi referre in acceptis, publice ſe beneficiam accepiſſe non teſtantur, nec apud eos nomen ſuum profitentur, qui Virginis gloriæ propa-

Miracula ob frequentiſſimum uſum ſæpe ſuppreſſa.

AUCT. JAC. GRETSERO.

gandæ rem publicis monumentis conſignare aut cupiunt, aut debent. Quod partim ejuſmodi homioum ſimplicitati condonandum eſt, partim effuſæ ſanctæ Virginis beneficentiæ imputandum, utpote quæ tanta beneficiorum mole ſupplices ſibi mortales obruere ſtatuerit, ut beneficia ſua numerari nolle videri poſſit: quod non guttatim ea ſubinde affluant, ſed perenni rivo e ſacro oleo prorumpentia io quoddam beneficentiæ flumen excreverint. Verum ne tanti miraculi fides paullatim obſoleſcat, dum rarius Virginis beneficia palam hoc quidem tempore emanant, quæ ſæpius audirentur, ſi evenirent rarius, viſum eſt ſacri olei divinam vim tot per ſecula ſibi conſtantem, pauculis quibuſdam nuperiſque exemplis teſtatam facere. Suppeditavit ea vir virtute & doctrina conſpicuus R. D. Georgius Brunner Eyſtadii ad D. Walpurgæ Parochus, artium & philoſophiæ Magiſter, qui omnia, quæ jam narrabimus peodigia aut præſens ſpectavit, aut ab iis quibus ea evenerunt, coguovit, aut laudatis aliis teſtibus confirmare poteſt.

hoc variis ſibi

2 Inprimis retinet ſacer liquor ſoleune ſuum in eo, quod ſi contemptim & non reverenter habeatur, repente evaneſcat. Præcipue vero blaſphemiarum impatiens eſt, adeo ut longa experientia compertum ſit, ſi ii qui ſacrum oleum penes ſe habent, blaſphemis vocibus Deum

Oleum ob verba blaſphema evaneſcit

lædant, tanto theſauro eos mox privari. Et non pauci aliunde e locis diſſitis ad S. Walpurgam vel venerandam,

B vel implorandam profecti Eyſtadium, ſancte affirmarunt, ſe ſacrum oleum in vaſculo probe clauſo ſibi aſſerri curaſſe, ſed vacuum recepiſſe, eo quod tabellarii, genus hominum in blaſphemando non indiſertum, maledicis in Deum vocibus ſacrum liquorem fugaveriot. Ita nimirum non vult Deus & S. Walpurga oleum ſuum peculiari divinæ ſuæque gloriæ augmento ſcaturiens, maledico ore contemerari.

3 Parturientium maxime neceſſitati hoc oleum opitulatur, & ideo ſi difficilior partus periculum minetur, ſolent Eyſtettenſes fœminæ id pro præſenti remedio adhibere, eventu fere ſecundo. Anno 1618. puerpera inopis fortunæ e D. Walpurgis Parochia, jam præſcotium

ex potatu juvantur puerpuæ

omnium judicio cum morte conflictari cœperat: ergo Parochus advocatur, qui mulieri de peccatis confeſſæ & ſacra Euchariſtia refectæ, ſuaſit ingentem de ſalute, ope ſacri olei potienda, fiduciam conciperet. Fecit illa, ſacrum liquorem hauſit, & S. Walpurgæ utique patrocinio, mox reſtitui cœpit, hodieque ſuperſtes eſt. Meoſe Majo anni hujus 1620. Walpurga Krauſin operarii Eyſtetteoſis oxor, ſœtum mortuum aniti non poterat: ubi S. Walpurgæ oleum pharmaci

C vice adhibuit, partu ſimul & periculo ſoluta eſt. Beneficium hoc 29. ejuſdem menſis die in ipſa S. Virginis æde, Miſſæ ſacrificio in gratiarum actionem oblato penſari curavit.

4 Georgius Muller ſullo & civis Eyſtettenſis intantum lippiebat, ut exacutientibus oculis tenuem etiam meridiana luce ſulgorem ſolummodo perciperet: quo malo integrum biennium laboravit, mire interim patiens & in cæcos adeo beneficus, ut uxori liberiſque præceperit, ne ullum medicum oculis captum ſine ſtipe dimitterent, ſe teſtem eſſe poſſe, cæcitatis malum omnium miſerationem mereri. Forte circumforaneus quidam medicus Eyſtadium delatus erat: is huic homini remedium pollicitus, affectos oculos curare aggreſſus eſt tali ſuccaſſu, ut miſerum ſenem omni viſu privatum in Cimmerias tenebras coojecerit. Quatuor continuos menſes multis Deum precibus pro oculis reſtituendis fatigaverat, & ardenter calamitoſam noctem deprecatus erat, cum neſcio cujus ſuaſu, monetur S. Walpurgæ oleum collyrii vice uſurpare, pluribus hoc malo laborantibus id ſaluti fuiſſe. Acquieſcit ſeuea, tribus diebus continuis, oculis illius Virgineus liquor inſtillatur, ille quavis uocte, D. Walpurgis ope oculorum lumen ſibi redditum non vane ſomniat. Tertia quippe nocte D exacta expergefactus, viſus ſe compotem ſentit, hypocauſtum ſolus intrat, pendulae parietibus vaſa ſtanneu ennſpicatus, uxorem & liberos inclamat, & ingratulationis partam venire jubet. Ne vero gratitudinis officio deeſſet, cereum collati beneficii teſtem D. Walpurgæ obtulit, & quinque reliquis, quibus ſupervixit, annis tantum viſu valuit, ut nec duce egeret, nec ab arte ſua factitanda impediretur. Totam rei ſeriem ipſa fullonis uxor Barbara Mulleriu 70. annos oata, Parocho ad D. Walpurgis retulit. Idem eidem teſtatos eſt Joannes Belenhofer vir ætare & moribus gravis, qui rem publicu fama celebratam fuiſſe aſſerit.

noſſe manus vigor libertatem

5 Anno 1617. die Septembris 15. animam egit juvenis quiſpam Wilibaldus Pelenhofer fullo & civis Eyſtetteoſis: is omnibus Eccleſiæ Sacramentis, quibus tune uſus eſſe ſolet, ad ultimam luctam rite comparatus, ſubito uervorum ſtupore manus movere non poterat, quæ ubi ſacro oleo D. Walpurgis unctæ: ſuerunt, mox priſtinus vigor & nativa mobilitas illis redit. Et quamvis juvenis hic fato poſtea conceſſerit, abunde tamen manuum recepta incolumitate monſtravit, ſe totum a D. walpurga ſanari potuiſſe, niſi magis e re ipſius foriſet, potius deuceps in cœlo vivere, quam in terris. Rem ita geſtam eſſe teſtaotur R. D. Parochus ad D. walpurgis, & demortui E parentes, fratres ac ſorores.

6 Eodem anno, cum R. D. Conradus Brunorr tunc Parochus Thannenſis prope Eluacum, nunc Eccleſiaſtes collegiatæ Eccleſiæ Comburgenſis, primitiis patrui ſui R. D. Georgii Brunneri Parocbi ad D. walpurgis, Eyſtadii

Inſono auri auditus reddituri

intereſſet, vaſculum oleo D. walporgis pleoum dono accepit. Id deinde vaſculum, cum Eyſtadio domum revertens, ad nobilem quamdam matronam e Neuhauſen divertereot, in pago Funfſtetten dicto, muneris loco eidem matronæ reliquit. Illa, quod una aure prorſus capta eſſet, remedium hoc cœlo ſibi demiſſum credebat, quare ſine mora unam alteramve ſacri olei guttulam ſurdaſtræ auri immiſit, tota interim meute S. walpurgam inclamans. Et noluit Diva Virgo tam ad hominum precea aurita, devotam ſibi matronam diutius ſurdaſtram manere: ergo eadem hora aurem auditumque iocolumem illi præſtitit. Hujus miraculi fidem, R. D. Conradus Bruoorr miſſis ad patruum ſuum litteris obſignavit.

7 Anno 1618. hiemis tempore, puella ſedecim annorom Barbara Aweriu, wolfgangi Aweri Eyſtettenſis filia, in ſilvam abiverat fratre comite, ut communi ope F

filiola lecti baculo enecata revivit

ra ligna, ſeu potius ſarmenta, in uſum pauperculæ familiæ ſolenni pauperum more conquirerent. Incidarant in vaſtiorem troncum iofelicis alicujus arboris, eumque in humeros ſublatum una domum deferre inceperant: at in progreſſu puella labaote veſtigio ſub onere corruit, truncus vero tenta vi cadentis capiti illiſus eſt, ut uberem ſanguis ore, naribus, auribus erumperet, puellaque ægre langoentem ſpiritum traheret. Quare frater corbi impoſitum domum retulit, morenti quam victuræ longius propiorem: ibi rurſus ſanguis ore, naribus, auribus correntis inſtar effuſus, aliquor vaſcula implevit, & chirurgus omnem ſalutis ſpem mox depoſuit. Accerſitus ergo animæ ſaltem ſervandæ Parocbus ad D. Walpurgis, ubi ægram nec linguæ nec prope etiam auditus compotem eſſe vidit, ne forte abſque criminum eapiatione moreretur, nutu, ut poterat, ſe accuſantem abſolvit, & ſuaſit ut S. walpurgis oleo extremo huic malo medicinam quæreret. Paruit illa, & via ſacrum liquorem libavit, cum mox linguæ officio fungi potuit, quare de peccatis diſtincta confeſſa, poſtquam Chriſti corpore animum paverat, extemplo convaleſcere cœpit, hodieque mortis ſuæ, cum omnino auferri nequeat, dilationem ſiltem ſana ac integra B. walpurgis ſacro oleo acceptam refert.

8 Eodem

A 8 Eodem anno R. D. M. Sebaſtianus Megerlio Monacenſis, dum Theologicis ſtudiis incumbit, adeo graves catharros ſeu humorum defluxus ſuſtinuit, ut aores illis obſeſſæ omni audiendi facultate quinque hebdomadum ſpatio caruerint. Obtulit illi hoſpes, apud quem morabatur, ſacrum Virg. noſtræ oleum, quo ſimul ac voto ad S. VValpurgam concepto, uſus eſt, omnem illam humorum colluviem divina olei vis diluit. Adſuit Eyſtadii voti reus 16. April. & in templo hoſpitatricis ſuæ ſacris operatus, coram ejus ſepulchro, de precibus ſuis a ſancta Virg. auditis miraque ſacri olei efficacia, quam eapertus eſſet, fidem præſentibus omnibus fecit. Hoc ipſo ſacro liquore ſurdaſtris auribus inſtillato auditus obicem ſa removiſſe, teſtata eſt eodem anno menſe Junio Anriſtita ſacrarum Virgin. in Holzhaim Anna Rehlingerin.

ſurditas ablata

9 Faſto die Viſitat. Deiparæ Virg. anno eodem, S. walpurgis ſepulchrum inviſit nobile par conjugum uoa cum Sacerdote, qui illis a ſacris Confeſſionibus erat. Accubuit uterque conjunx ſacris epulis, & magna cum veneratione ſacrarum virginei liquoris a Parocho ad D. VValburg. ſibi recluſum ſpectavit: coram quo nobilis illa matrona atteſtante tam marito, quam Sacerdote, profeſſa eſt magno ſe beneficio S. VValpurgæ obſtrictam teneri, ob oculum ſalutaris oleo pe ſervarum: quippe ſe conjuga abſente, domeſtico operi cuipiam intentam, cultro incautius librato, a re, quam ſcindere deſtinarat, aberraſſe, & cultri mucrone in oculo defixo, mediam ejus pupillam ſecuiſſe: quare deſperatis humanis remediis, Sacerdotis qui præſens aderat ſuaſu, ſacrum oleum læſo oculo illeviſſe, ejus vi pupillæ vulnus moa in integrum & ad ſanum conviſſe, nec ſe ullam amplius ex eo vulnere viſus diminotionem paſſam. Inſpexit curioſe oculum Parochus, nec ullum vulneris veſtigium deprehendit.

cæcitatem ſanat i quidam

B

10 Laborabat annum jam integrum morbo caduco puella decennis, Anna Bromin nomine, Michaelem Brom de pago Rottenbuch ditionis Eyſtettenſis filia, & remedia multa incaſſum adhibita de humana ope deſperare cogebant: ad divina ergo confugiunt familiares, de ſacro oleo petendo deliberant, & ea quidem hebdomade, qua miſella tricies ſingulis diebus miſerandos epilepſiæ æſtus humi volutata paſſa eſt. Via allatum ſoit divinum pharmacum, & loco, ubi ægra decumbebat, illatum, cum morbi vis remitti cœpit: ſacro deinde oleo ſumpto, triduo convaluit, & quæ ante funeſto impetu ſæpius in terram deiciebatur, poſt in ſuavem ſomnum

epilepſia

C labi crebro viſa eſt. Obiit hæc puella cum parente ſuo publicam pagi ſui ſupplicationem, quam Kalend. Maii hujus anni ad S. VValpurg. ſepulchrum incolæ inſtituerunt: parens in gratitudinis pignus aliquot ova S. Walpurgæ monaſterio obtulit, tanue munus de tenui cenſu, gratius Medicæ Virg. ſurorum, quam ſi aureorum centurias ſuperbis loculis Cræſus aliquis depromſiſſet, magis diviriarum teſtes quam gratitudinis. Res eſt plurimorum raſtimouiis firmata & maxime pareotis puellæ, qui eum illa apud ædituum Virginei templi Paulum Marſtaller divertit, & omnia diſerte narravit.

11 Eodem hoc anno io pervigilio Aſcenſionis Dominicæ Anna Faſſerio, Martini Faſſer de Braitenfort uxor, domi ſuæ a rabioſo fele occupata fuit, qui peſtilenti morſu manum illius laniavit, nec quidquam vero vicinorum opem inclamaus, ſelem pertinaci morſu de manu pendulum ſuſte quidem abegit, vulneris tamen periculum non depulit. Anxia igitur de remedio, audit duos pagi ſui incolas, aliquot abhinc annis, ſimiles morſus ſacro Virg. walpurgæ oleo ſcliciter curaſſe. Non dubitabat etiam ſibi hoc remedio conſultum iri; quater itaque ad ſacras Virgines monaſterii S. walborgis acceſſit rogatura ſacri olei ſubſidium, quæ ubi vulneri ſacrum liquorem inſtillarunt, mulier omni doloris ſenſu libera manſit, & a Virginibus ad Parochum remiſſa, audianta Michaele Schepfel, monaſterii janitore beneficium ſacri liquoris recenſuit, & S. walpurgæ grato animo aſſignavit.

morſus fele rabioſæ

AUCT. JAC. GRETS.

D

12 Ipſo autem Aſcenſionis feſto, S. walpurgam ſupplex venarata eſt Anna Ringerlio, virgo annos admodum 40. nata, de pago Pollenfel'd ditionis Eyſtetenſis; ea de peccatis ſuis confeſſa & SS. Euchariſtia paſta, Parocho ad D. VValpurgis narravit, ſe cum duodecim abhinc annis, aliquando ſana ædibus egreſſa eſſet, repentino morbo correptam, ipſum triduum rationis oſu deſtitutam, velut in phreneſi decubuiſſe; allato deinde hauſtoqua ſacro liquore omnem morbum repente evanuiſſe. Eedem fœmina ſancte affirmavit, bis ſe gravem ophthalmiam ſacri olei collyrio depuliſſe, imo addidit cum primum oculis laboraret, ſe a S. VValporga contendiſſe, ut iterato eo morbo multaretur, quo ſæpius tam poteotem manum poſſet aaperiri, admirari & prædicare. Audiverunt hæc narrantem, præter Parochum, duo viri religioſi Ord. S. Bened. P. Andreas Scheffler, & P. Georgius Geyger, hic monaſterii Plankſtetenſis Supprior, ille Prior.

phreneſis

ophthalmia

13 Non ita dudum R. D. M. Georgius Simon Eccleſiaſtes principis templi Eluacenſis, ſorori febrienti ſacrum oleum libandum dederat, quo ſumpto febri moa deceſſit, & illa convaluit. Idem cœleſte hoc pharmacum ſeminæ ægrotanti, ac hæreſi imbutæ ſuaſit: quo cum uſa eſſet, ſacer hic liquor omnem corporis animique morbum paollo poſt deterſit: rediit enim ad Eccleſiæ gremium, unde turpiter hæreſi impellente profugerat. Hæc ſuis litteris ad R. D. Parochum D. VValpurgis D. Joannes Simou buna fide confirmavit.

E

febris

14 Joannes Krell patria Monacenſis, Illuſtri Domino de Tilly, totius Bavarici exercitus copiarumque fœdere Catholicorum Principum collectarum ſupremo Tribuno militan a pedibus, in reliquo Domini comitatu Eichſtadium perveoit 5. Kal. Mart. anno poſt milleſimum ſeacenteſimum viceſimo. Ibr dum dies compulſculos ſubſtitit, multa ut fit, quotidianis oppidanorum ſermonibus, & de B. walpurgæ ſanctimonia, & de operibus admirandis, ac præſertim de ſacro olei fonte, quem Divæ illius oſſa copioſe exſudant, commemorari audivit. Hic ille rebus ineſcatus, ita animum addixit, ut ſtatueret & ipſe ad eam Virginem religioſe colendam uounihil facere: atque ne longiore fortaſſis mora animus intepeſceret, aut pietatis conſilia in oblivionem definerent, voluit proxime ſtatim ſecuturo Sabbati die ædem S. VValpurgæ ſacram adire, rebuſque divinis intereſſe, & præmiſſa peccatorum eapiariooc cœleſtibus animum epulis paſcera, totumque in ſanctæ Virg. patrocinium ſeſe tradere. Nec hic pietas ſtatit: inſuper etiam miraculoſi olei ſibi copiam fieri petiit. Vitream bullam eo plenam, eum ejuſdem S. VValpurgæ icoouſmo haud difficulter impetravit. Præſagæ utmirum ſunt pietatis artes. Nam quaſi præſciret, qua parte periclitaturus eſſet, ita & iconem illam oleo perfuſam, recenti in Divam amore atq; ſtudio, quaſi æs triplea interiori tunicæ aſſutam, geſtare cœpit, & prius nudatum pectus eadem liquote tamquam ad palæſtram animoſe peruoait. Nec fruſtrata eſt, ſpem VValpurga. Ita enim oſſa oleo delibuta induravit. ut io quemvis caſum durarent, cujuſqua vitam diſſipari noluit, ejus nec oſſa violarentur.

compta ædes S. VValbergis ſacra communiter

F

ſacro ejus oleo ſi unctus

15 Accidit forte ut proximo Lunæ die, qui ſecundus Martii erat, Eichſtadio digreſſus, Donawerdam peteret, inter eeteram curſorum turbam Dominum comitatus: mediam omoino jam horam pone carpentum adambulando conſompſerat, cum in eo loco, quem a ſitu Pruſundam-Vallem nominant incolæ, obvium habet aurigam, cujus plauſtrum vino onuſtum totus pene vallis anguſtias obtinebat. Hic Joannes dum de via cedere, & in ſublimiorem collem evadere cogitat (nec enim fuga facilis erat in tam repentino caſu) ſubita

plauſtro vini obvium

AUCT. JAC. GRETS.

ita everſi totius plauſtri ruina occupatur. Et quamquam vix ſpacium erat, magnis tamen vocibus Jeſum ingemi-
A nat, opemque magnæ Virginis implorat. Etant quunto breviores ex preces, tanto magis fervet. Vix clamor precantis audiri cœperat, cum mox ſeu terror, ſeu quod creditu proclivius eſt, ipſa plauſtri moles deſuper incumbens una & hominem & vocem oppreſſit. Viginti hominum facile aderant: bi omnes, alter altero citius advolate, & cuſtrum erigere allaborant. Fruſtra ſunt omnes: maior pondere conatum vincente, humi perſeverat plauſtrum, & ſub plauſtro obtritiſſimo ſimilis eſt linguis Joannes. Vectes expediunt, trochleam admovent, ac tandem ſummavi dolia plauſtrumque ſuper rotas reſtituunt. Quartam adeo jam horæ partem Joannes vino (ſed ſobrio) ſepultus jacuerat, poſtquam extrahendi illius facultas eſt data. Sed & poſtquam moli ſubtractus

& mortuus creditus,

aſt, mediam plane horam tenuit, quam nullius vitæ aut animæ veſtigium oſtendit. Conclamatum atat a circumſtantibus; & jam de humando cogitaverant, niſi prius in aurigam animadvertere placuiſſet. Is nimirum cum ad necem poſtularetur, vox Joanni eſt reddita, qua aurigam immunem culpæ pronunciaret, liberumque mitti flagitarat. Ad hæc ſe præſidio Virg. Matris

E Saoctæq; walpurgæ præſenti non jam vitæ periculo, ſed

ſolito ſequitur 3 9 Decembr. & 1. Maii.

mortis ſubductum eſſe, quæ niſi in ultimo diſcrimine ſuccurriſſent, jam ſeſe non modo ad plures, ſed & in plura abiturum fuiſſe. Enimvero caſu periculi plenſſimo funeſtiſſimoque, a quo humana vi ſalvus abire nequaquam potuiſſet, in memoriam ſibi quam primum reductæ eſſe, quas nuper de S. Walpurga concepiſſet animo cogitationes. Hunc favorem gratiamque a præpotenti Deo, unguſtiſſima Virg. Maria, ad cujus Lauretanam ædem hoc ipſo die, anno proxime præterito inviſiſſet, denique a D. VValpurga, cujus ante oleo, (quod ſecum geſſerat) pectus armaviſſet, haud dubie profectam eſſe. Poſthæc æger equo impoſitus, & Eichſtadium reductus eſt. Ibi in hoſpitio & lectu cum haud exiguos pectoris perconſſi cruciatus perſentiſceret, magnoſque ſanguinis globos ex ore ejiceret, oleum ſacrum D. VValpurgæ,

ſanatus,

quod adhuc & ipſum una cum vaſe ſibi integra conſtabat, poposcit. Porrectum eſt. Etiamnum præcordia pendere digito inungebat, & jam dolor omnis evanuerat, ſed & vires priſtinæ redierant. Quare ſanus ac valens 5. Nov. Mart. ad S. walpurgæ, rem ſacram mihi in gratiarum actionem procuraturus, acceſſit, ſemperque ſervum D. VValpurgæ fore ſtatuit, quem VValpurga ſervatum voluiſſet. D a

16 Porro ut conſtaret, rem bona fide narratam eſſe, ea Archigrammatico Eichſtattenſi hoc teſtimonium illi attributum: miraculum autem totum infra nomi- teſtes alii. nandorum Domiciorum chirographo ſubſcriptum ſubſignatumque eſt Eichſtadii, 8. Idus Martii anno Chriſti 1620.

Caſum ego hunc coram ſpectavi, biduoque antaquam hoc acciderat, ſacra illum ſynaxi in S. walpurgæ æde actici vidi. Ita teſtor Victorius Gilg de Imola Secretiſſimi Bavariæ Ducis Aulicus, & ſupra memorato Domino da Tilli ſupremo Tribuno a ſecretis.

Huic ego quoque rei præſens aſtiti. Sic teſtor Joann. Ludovicus Pieſſet de VVilrum prædicti Domini de Tilli ephebus cubicularius.

Mirum hoc ego ipſe non modo ſpectavi, ſed & Jnannem hunc in civitatem comes deduxi. Ita teſtor f
Adamus Camerlocr, Poeill. Domino de Tilli indiguus ſubſtitutus.

Biduo ante mihi de peccatis, quam caſus iſte, de E
quo ſit hic mentio, contingeret, honeſtus vir Joannes Krell confeſſus eſt, & poſtea rurſus, ubi ſacro S. VValpurgis oleo adjutum ſenſit, confeſſione ſe expiavit, ac SS. Communione refecit. Ita teſtor Joachimus Meglinus Societ. Jeſu Sacerdos.

Honeſtus vir Joannes Krell Monacenſis 29. Februar. Anno 1620. infra octavum feſti S. VValpurgis, quod 25. Februar. celebrari ſolet, D. walpurgis patochiale templum, ejuſque tumbam inviſit, ibidem ſacra ſynaxi refectus, antrum, ubi S. walpurgæ Reliqu. per lapidem ſuit temporibus diſtillat limpiſſimum oleum, vidit, urceolum ſacro oleo plenum accepit. Rediit ad me altero poſtquam caſus hic enumeratus acciderat, die, qui fuit tertius Mart. caſum hunc ſanctæque Virg. auxilium expoſuit. Ejuſdem ſacræ Virginis imaginem, quam thoraci verſus pectus affixerat, oſtendit, & S. walpurgis ædem ſanus & incolumis gratias actueus reviſit. Ita teſtor, M. Gregorius Brunner Parochus ad D. walpurgam.

DE S. TARASIO

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO,

C F

Commentarius prævius.

C. B.

§. I. *Tempus Patriarchatus S. Taraſii. Vita ſcripta. Cultus ſacer.*

AN. CHRI DCCCVI. XXV. FEB.

1 QUemadmodum ſancta Chriſti Eccleſia tunc potiſſimum cum variis hæreſeon agitata procellis, a nefariis hominibus opprimenda videbatur, vehementius a ſanctis Doctoribus fortiſque propugnata ac defenſa, majore & verum geſtarum ſplendore emicuit, & virtutum heroicarum gloria elucent triumphavit; ita ſeculo poſt Chriſtum natum octavo, dum adverſus ſanctas imagines impium atque ſceleratum ſuſceptum eſſet bellum, non defuerunt illuſtres pugiles, qui pro veritate defendenda corpora ſua vitamq; objicerent, ſuoque ſanguine cultum ſacrarum imaginum ſtabilirent. Hoc ſacrum bellum ab aliis cœptum, feliciter ſuo tempore confecit S. Taraſius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha. In qua urbe Leo Iſauricus Imperator, a Judæis inſtigatus, dejecta per ſatellites ſuos Salvatoris imagine, ſceleſtum illud bellum circa annum Chr. 726. auſpicatus eſt, ac deinde flagitio accreſcente adiitum ferale contra venerandas imagines tulit, in hoc-

hæreſeos debellandæ electus S. Taraſius,

cum ſanctiſſimi Patriarcha Germani (cui dies 12. Maii ſacer eſt) Anaſtaſio quodam ſubſtituto. Impio parenti, atque hæreſeos hujus architeſto ſucceſſit impiorum ſcelera contaminata ſoboles, Conſtantinus Copronymus, qui collecta itam impiorum hominum concilibulo ſacras imagines damnari curavit. Huic dein ſucceſſit Leo filius, & ipſe paternæ avitaque hæreſi impietatis. Eadem iconomachorum rabia exarſerunt, qui dum ſub hiſce Imperatoribus occuparunt Patriarchalem Conſtantinopoli Sedem: Conſtantinus II. ac Nicetas, cui vita exacto ſucceſſit Paulus, qui infra in Actis n. 6. poſt relictam Sedem, ingeniſcit per manus & atramentum a ſe ſcriptam hæreſi aſcanſionem. Ordinatus fuit Paulus Patriarcha menſe Februario, ſecunda jejuniorum hebdomada, die Dominico, anno 780. quo eodem anno, 8. Septembris Leona Imperatore antiſtite, imperavit Conſtantinus filius cum frene matra. Ab his S. Taraſius, qui adminiſtrata ante Conſulari dignitate, eis primus ſcriba ab arcanis operam dabat, in Patriarcham electus, eorum deſiderio noluit aſſenſum prabere, niſi ſtipulatus de Oecumenica Synodo cogenda, in qua proſcripta

I. ano-

A *Iconoclaſtarum hæreſi, ſacrarum imaginum reſtitueretur cultus. De hæreſi eadem reſuſcitata ſec. Ch. 9. ac tandem debellata, egimus 4. Febr. in Vita S. Nicolai Studitæ, ac plenius 11. Febr. ad S. Theodoræ Auguſtæ Vitam.*

ordinatus Patriarcha an. 784 25. Decem.

2 *Factus eſt ergo Patriarcha ſanctiſſimus vir Taraſius, ipſe die Chriſti Natali, 8. Kal. Jan. anno 5. Imperii Conſantini & Irenes, Indict. 8. anno Chr. 784. ad finem labente, ut nobis auctores ſunt Theophanes infra citandus, Cedrenus, aliiq;* viginti *eumdem* & duos annos pontificalem decoraſſe cathedram *Acta ejus infra n. 47. referunt. Defunt ei annorum numero menſes decem. Nam & Theophanes, in*

vita ſocrates an. 806 25. Febr. *Tabulis præpoſitis annos Sedis* 21 *numerat, & ad ann. 4. Imperii Nicephori ita tradit:* Hoc anno menſe Febr. die 25. Indict. 14. Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha Conſtantinopolitanus glorioſe diem clauſit extremum, & elatum eſt corpus ejus ad fauces Ponti, & in monaſterio, quod ipſe conſtruxerat, quarta feria primæ jejuniorum hebdomadis ſepultum. Et menſe Aprili, die duodecima, magna ſancti Paſchæ Dominica conſecratus eſt ſanctiſſimus Patriarcha Nicephorus. *Hæc ibi, qua omnia præclare conveniunt in ann. Chr.* 806. *quo anni Patriarchatus ejus* 22. *alter ſolum menſis fluebat: idemq; erat imperii Nicephori annus quartus, qui nimirum eodem teſte Theophane,* tyrannidem adverſus Irenem piiſſimam concitavit die

37 Divino enim ſermone nutritus, & omnem ſenſum irrigans nitidis & ſacruſancte ſcatentibus fluentis, docebat habere oculum videntem omnem rectitudinem, & declinare theatralem omnem oſtentationem, eum coercendu, ne circa tes eatetnas vagaretur. Multos itaque ex iis, qui erant in ſacris, qui equorum certamioibus mirandum io modum delectabantur, repreſſit, & ut ſe domi continerant, eum hæc fierent, ſibique & divinis Scripturis attenderent, admonuit: & ut nullam turpem & ab huneſtate alienam auditionem omuino admitterent; Davidicis vero fidibus portam aperirent, & iis magis delectarentur, ut quæ graves ſermones & animæ utiles continerent, quam indecentis & inhoneſtis canticis, quæ canuntur cum tympanis & tibiis, perſuaſit. Omnem autem terum ſuavium odoratum, qui murtem attrahic, admittere dehortabatur: eum vero, qui conſervabat ſuaveolentiam Apoſtolicam, feſtioantem ad odorem ungacutorum Chriſti, maxime attrahere adhortabatur, & vuciferari illud ſpooſæ, quod io Canticu canticorum ad ſponſum præclare canitor: Sauciata caritate egu, & curram ad odorem unguentorum tuorum. Averſabatur autem mortuas & maleolentes non ſanæ doctrinæ abortiones, ut, quæ aſſent cauſſæ terri odoris malæ opinionis, hoc enim ante alia omnia præcipiebat, declinare aſperas vias hæreſum: ſimul vero ferri citra errorem cum ſuici axibus Eccleſiaſticis, congruenter divinæ admonitioni proverbii. Tactum autem, qui eſt neceſſariu miniſter guſtus, cuhibebat frænis legis ſpiritalis, ut rationis particeps attingeret alimentum & cibos ſalutares, & perpetuum animæ præberet epulom: ex quu accedit cuncoquens diſtributio eoram, quæ intro aggregantoe immaterialiter: & excernitar omnis ſuperfluitas malæ habitudinis, quæ diſſolait locum animæ.

38 Sed

Digitized by Google

AUCT. IGNATIO EP.

38 Sed quis in his tam ſe recte geſſit, aut melius caſtigavit eorum repugnantias, quam pura & reverenda
A Taraſii conſcientia? Quis eo in divinis fuit frequentius occupatus? Numquam enim dedit otium auribus, quando vacabat tempus precationis: ſed ipſe ſemper ſua ſponte prompte accedens, *falſa dictis unaquæ.* primitias divinorum hymnorum, tamquam fructuum oblationes: & neque cum retardabat aut emolliebat ſocordia, nec quæcumque acceſſiſſet multitudo curarum publicarum, abſtrahebatur a precibus: ſed eom ſuo tempora numquam deeſſet precibus, rerum externarum turbam ſuſcipiebat. Sic in divinis myſteriis initiatus, & ſic pulchre ſacra peragens myſteria, vir unus cognoſcitur ex iis, qui poſt gratiam, & ea iis, qui in gratia & ante gratiam refulſerunt in Eccleſia.

a *Syncelli propria domus cellæ; Patriarcharum conſortes ſunt, res victus eorum participes, ſecretorum conſciæ, individui in rebus omnibus fotii, directores & conſiliarii, nihil in via Eccleſia Epiſcoporum diverſantur, imo & Imperatorum.* Ita *apud Codinum cap. 5. de officiis Conſtantinopolitanis num. 30.* τὸ γὰρ βασιλικὸν τὰ πολλὰ αὐτῷ ἐμπιστεύει, ὡς μηδὲν ἀποκρύπτειν τὸν ἀρχιερέα ἀπ' αὐτοῦ τοιαῦτα. Priuſquam Imperator ea ſuo concluſit exeat, Protoveſtiatites in triclinio verſatur. *Sæpe Syncelli plures erant, quod etiam nomen antepahantur, qui in Patriarchio non habitarunt, modo Patriarchatum expetierunt, aut Sedem aliquam Metropolitanam: ita Romanus Argyrus apud Cedrenum tres Syncellos fuiſſe Metropolitas: tum quosdam de ſupplere loco eccupando contendebant Syncelli. De eis plura legi poſſunt apud Goarum & Goarem in Relationibus ad caput 20. Codini.* *Syncelli ſi digaites,*

B

b *Miabeel in Vita S. Theodori Studita nil*, Taraſium non habuiſſe cum uleiſcendi auctores ſæculares, temporis injuſtia, quæ vellet agere non permittente: *imo debuiſſe* de ſummo jure nonnihil remittere, veſano Imperatore minaute ſa majorum exempla ſacrarum imaginum hoſtem ſore; niſi quod animo concepérat, peragere ſineret: *& laudat* ſapiens conſilium, & alta mente, qualis ejus fuit, dignum. *Verum* S. Plato Sacudionis Abbas *apud Theophanem*, abſcidit ſe a communione Taraſii Patriarchæ, quod Imperatorem in communionem recepiſſet. *Tunc*, ut *ſcribit Baronius num. 46* gravis anguſtia premebat animum Patriarchæ, cum veteretur nimis exaſperando animum Imperatoris, & ab Eccleſia removendo, cum faceret fidei Catholicæ deſertorem: adhuc recentia Eccleſiæ vulnera, & vix obducta erant per Concilium ejus opera celebratum Nicææ adverſus Iconoclaſtas: adhuc vigebant hoſtes Eccleſiæ: erat ipſa adoleſcens animo mobilis & inſtabilis, & hæreticorum parentum mala propago, perfacileſque ut levi ſtrue in hæreſim præceps impelleretur: hæc, inquam, & alia hujuſmodi mentis conſilia verſans Taraſius, ſic erroris redarguere voluit Imperatorem, ut tamen cum, licet ea pœna dignum, nolnerit ab Eccleſia ſeparare. *Hæc Baronius, qui per* hæreticos patentes *non intelligit martyres Ireneu, ſed patrem, avum, proavum. Atque ita Taraſius, teſte S. Theodoro Studita, poſſ obitum Imperatoris ſe apud Platonem purgant, cum eo ſe communione conjunctus. Colantur S. Plato 4. Aprilis, S. Theodorus Studita 12. Novemb.* *Tredecim diſſimulatio cum Imperatore,*

C CAPUT IX.

Comparatio S. Taraſii cum Confeſſoribus & Martyribus. Utilitas ſacrarum imaginum, contra Iconoclaſtas.

39 ET ut nobis certa via & ratione procedat oratio, & regula collationis procedat immobiliter, eveſtigio ordinem accipiat comparatio. Etenim eos, qui in ſanctitate & actione & contemplatione pulchre ſunt educati, & qui erant propemodum carnis expertes & ſanguinis nihil amplius quam ſe habere ſinebat, niſi quod ſeorſum in ſpe habitarunt, & in ſolitudine & ſolos ſeipſos exercuere: aut quod cognoſcantur etiam ſervaſſe pauciores; reliqua autem virtutis privilegia, partim quidem ab eis ſunt neglecta, partim vero longe abeu abfuerunt. Martyrum autem eximiam & incomparabilem ſortieudinem, & generoſiſſima m phalangem, quæ ad ſanguinem uſque reſtitit peccato, corporaque & animas propter Deum prodegit, non ad tribunal ſe ſiſtens tyrannicum, in ſtadiumque & ateuam decertaturus prodiens eſt imitatus, & erexit trophæum victoriæ: ſed eos, qui hæc & his majora ſuſtinuerunt, deſiderans, & mitis catholicus laudibus, & coronans veluti quibuſdam victoriam ſignificantibus verborum diadematibus, & eorum ſalutaras ad Deum reverens intereeſſiones, & vocans ad auxilium paratam ſcripturam & librum, ſe ſua ſponte offerentem in ſacris templis, honorifice deſcriptis eorum certaminibus, poſuit: ut iis, qui viderent, aperiret veſtibula compunctionis, & athletas induceret, eorum zelo acceuſos, ut ſimilem, ſi tempus vocaret, bearam arriperent decertationem. Res enim ejuſmodi ſcit conciliare oculos, qui eſt boauni argumentum conſecutus, & auditum præcedere. Ipſe enim ſecundum honorem poſt viſum eſt adeptus, & cum oculis abſque expoſitione eorum, quæ ſunt ſubjecta, figuras accipiat evidentes, auditui ſemper ſecundum locum teuet, ut diait quidam ſapiens. *Sanctitati ſi gnatur Confeſſor.* *Martyres laudat Tarſius.* *Alio ſacri in templis propoſit.*

40 Quis eoim coloribus expreſſum videns eum, qui decertat, & iguem deſpicieotem, & nube flagellorum circumdatum, & in his Creatori confidenter ſpiritum emittentem, non calidis circumfunditur lacrymis, & ſuſpiriis ac gemitibus cumpungitur? Quis eum, qui ſe eauit ad gravia cruciatuum & ſuppliciorum genera, & poſtremo tortius ſuit, adſpicieus, nun cordis contritione pectus tundens recedit? Quis eum videns, qui pro Chriſto ſe tradidit lictoribus, compedibus manicisque & fidibus conſtringi, & deinde fortiter eapirare in ſupplicüs intolerandis, non admiratur patientiam, inviciamque eccleſi animi virtutem & fidem? Quis alium ſpectans, qui, ne aliquod verbum emitterer indignum pietate, & in lateribus & in durſo laniatur, non emolleſcit commiſeratione? Quis non impletur admiratione, & quatitur timore, quando videt eum, qui pro fide patitur, omnia membra ſua diſtribuentem, dum ſcinditur, & ad Dei ſacrificium & oblationem ea ſecrevit, quæ uſque ad muſculos ſemoraque & talos & tarſos diviuotur immiſericorditer, non admirator laborioſiſſimam in decertando patieutiam? Quis eum adſpicieus, qui leonibus obiicitur devorandus, & dentibus eorum moleodus, & veluti cœleſtis panis menſæ cœleſti conſpergitur, non eſt intelligeutia particeps illius martyrii ſpiritalis conviuii? Quis eum contemplans, qui acerba catena propter Deum exagitatus, & in altum ſublatus, & loris ac ſtutinis vibices habet catenas, & tandem gladio mortem ſubit, non ſeipſum omnino cordis contrahens contritionibus, convertitur ad gratam Dei glorificationem? Quis eum videns, qui rectus in ligno vincitur, & cujus catnaniantur intellina frequentibus ictibus flagellorum, & qui diuturnam illam ſuſtinet in ligno perpeſſionem, & ſine viſceribus ingrediens, funebrem quamdam ſaltat ſaltationem, non divino telo in corde ſauciatur, tabernaculomque & templum pietatis efficitur? Quis eum videns, cui caput tyrannica propter Chriſtum ſuit impunitatum ſententia, & qui omne genus fluctibus ſeorſum ſertur a reliqua cymba corporis, & uutu divini auxilii ea unita & per mare tamquam per aridam recto itiuere ingredientia, etiamſi duritie cor habeat fluctuans, non ſtatim veuiet ad portum tranquillitatis ſpiritalis? Quis eum, cujus ungues arundinibus acutis perforantur, & qui in bullientem picis lebetem præceps immergitur & rurſus emergit, & gladio hoſtiliter couſummatur, adſpicieus, non manus ad Deum ſuſtulit, & non optavit deinde talem experiri cruciatum? Quis eos, qui gelu hyberno & aeris algore concreſcunt, & nudi decertant, attente conſiderans, & qui crurum ſuſtinent fractiones, & cum ardentes carbones naturæ robore effugerint, in fluviorum fluenta mittuntur eorum reliquiæ, non deſideravit eos habere Patronos, & precibus attrahere eorum acrem & dignam defenſionem? E *& laudat, ut ad alia ſolemnia ſibros ſolet.* F

41 Hæc

A *mulier Virginem*

41 Hæc autem videris non ſolum fieri in maſculis, ſed etiam in fœminis, quæ paribus decertant certaminibus, & equuleorum & rotarum & ceterorum tormentorum nullam ducunt rationem. Quis enim hæc fieri adſpiciens in molliſſima natura, ſi veluti litteras attendens, legat colores, non mulicbrem abiiciat timiditatem, & fiducia indutus, non autem temeratia audacia, & ad Deum funebrem canat laudationem, & aperte pronunciet beatam hanc invictam fortitudinem? Quis videns immaturorum puerorum ætatem in aſperrimis doloribus tamquam in aquis innatantem, & tamquam lac coagulatum, emulſum ex uberibus fidei, & omoe genus tormenti & ſupplicii ſimul ferentem propter Chriſtum, non conjecerit hoc eſſe opus divini auxilii, quod & mulebrem imbecillitatem virtute virili fecit robuſtiorem, & impuberem ac puerilem imperfectionem oſtendit ſpiritu ac ſenſu eſſe mutatam in ſenilem vetuſtatem? Quis Theclam & Stephanum, qui primi poſt Chriſtum athleticam portam aperuerunt Martyribus, hunc quidem videns lapidibus apperitum, & occiſorum per precum interceſſionem apud Deum curam gerentem; illam vero & ferarum ſævitiam deſpicientem, propter ſuam non fictam in Chriſtum, quem deſiderabat, caritatem; non ſtatim diſcit non male precari inimicis, ſed tamquam benefactoribus eis gratiam referre, & adverſus omnem bellumam & amentem decertare hæreſim?

& puerorum,

B

42 Sed tranſeo ad Deum meum & Dominum, qui Martyr eſt appellatus, & fuit poſteris diſpenſator victoriæ: quem in ligno cernens clavis affixum, & ſpongia aceto & felle potatum, & latere lancea punctum, & ex eo vivifica fluenta emittentem, horreo & a me diſcedo, honoroque ejus inveſtigabilem & ſtupendam ſui demiſſionem, ejuſque admiror ſummæ malorum tolerantiæ pelagus. Etenim propter clementiæ magnitudinem, & ineffabilem miſericordiæ bonitatem, cum aſſumpſiſſet carnem ejuſdem, cujus noſtra, eſſentiæ, nequaquam ſe eſſe Deum inficiatus, verbo quidem veritatis, a veebi miniſtris atramento colorato, ut licet, annunciatur: re vera autem coloribus ab ipſis & eorum affectis circumſcribitur & depingitur, non craſſæ materiæ commiſcentibus ſimplicitatem & formæ vacuitatem: neque enim circumciditur, nec ſubit affectionem: ſed quod ſua natura cerni poteſt & contrectari, quam optime depingentibus & circumſcribentibus. Quamobrem tota anima, corde & cogitatione, quæ ſunt ab eis decreta, tuentes & amplectentes, & qui ex Deo ſunt mentis noſtræ greſſus ab eo apertiſſime habentes dilatatos, magno ſtudio contendimus ad excipiendam, & ut fas eſt, adorandam Chriſti imaginem & ejus perpeſſionem, & ad nos exhibendos dignos Sanctis, qui fuerunt a ſeculo. Quomodo ergo non ex his bonus efficitur aliquis, etiamſi cor habeat ſententia lapideum? Quis non revereatur coloratam picturam, quæ ſert exempla pietatis, per quæ doceri poſſunt veteres res geſtæ, mundi ortus, legiſque & Prophetarum, ſenemque & antiquam efficere cogitationem? Per quam accedit meditari divina & magna gratiæ miracula, quæ ad Dei gloriam indocunt ſpectatores, qui omnia fecit in ſapientia, & ſuos ſervos per ſuam in ipſos benevolentiam, maximis extulit honoribus: & propterea aperte voluit eos depingi ac deſcribi, & eorum memoriam eſſe perpetuam in noſtris cordibus. Quodnam ea bis unquam damnum ad animam redierit? Quiſnam autem non potius ea iis accepit utilitatem? Quis ex crebra ac diligenti eorum conſideratione non perpetuam comparavit memoriam ſalutis conciliatricem?

& Chriſti Redemptionis.

C

Pſal. 103. 24.

Simplicitas honeſtandarum imagines facras ab idolis diſcernentium.

43 Dic mihi enim, qui infamis & ignominioſæ partis ordinem laudas, o hæretice, neque enim didiciſti honotare, quod eſt dignum honore; qui idolis & venerandis imagioibus lubenter eamdem tribuis ignominiam, quando profani & ſancti ſetes differentiam, & iis, quæ ea illis deducuntur, tribues id quod convenit? Eſt enim proprium legis & eruditionis, ſancta diſcernere a profanis, & immunda a mundis: quomodo rurſus eſt iniquitatis & iuſcitiæ, quæ inter ſe pugnant, ſimul cogere, permiſcendo & confundendo omnia. Si enim Jovem cum Servatore comparans, in eo quod venerabiliter exprimatur effigies, hoc affirmes ſine omoi diſtinctione: numquid contumeliam & dedecus, quod Jovi, qui falſo dicitur, tribuis, ſanctæ quoque Chriſti formæ inures? Audivi enim te inania quædam hujuſmodi adducere ac blaterare, & iis, qui a Chriſti vocatur nomine, & Trinitatis gloriæ cultum, honorem & ſolam latriæ adorationem inviſibiliter & cannot & tribuunt, iocentare crimen idololatriæ, & maligne miſcere, quæ non poſſunt inter ſe convenire. Non das differentiam imaginis Chriſti & ſimulacri Jovis? Non honoras Chriſtum, quod ſit ejus exemplar venerandum, & Jovem abominaris propter exercandam ejus libidinem atque petulantiam? Non Chriſtum Deum pronuncias, ob ſanctitatem ejus incomparabilem, & quæ expreſſa eſt per materiam, ab antiquis honoratam, Deum & hominem referentis imaginis admittis ſimilitudinem; fabuloſum autem illum parricidam, & ejus, quæ a divinitate excidit, effigiem tranſmittis in profundum, in qua ipſe patris ſui, quæ abſciderat, verenda eſt jaculatus? Næ tu Chriſtum Servatorem habeas propitium, qui materiali Sanctorum expreſſa delectatur effigie, odio autem habet ſatanæ & improborum ejus ſatellitum abominationes: qui cum vident Chriſti & ejus ſervorum erectas imagines, everruntur, ingemiſcunt & deflent, & adverſus eos, qui hæc lubenter faciuot, ſtridentdentibus, & pulverem excitant calamitatum. His encomiorum verbis excitans Taraſius, & in tabulis honorifice inſculpens ab eis pro Chriſto ſuſcepta certamina & pericula, eorum inſiſtebat veſtigiis, etiamſi manſerit ſine vibicibus, non autem eos a tergo ſequebatur,

D

E

CAPUT X.

Comparatio S. Taraſii cum Apoſtolis & Patriarchis.

44 Videamus vero, an etiam contenderit cum iis qui erant in gratia. Nam cum Verbi diſcipuli, mentis in Magiſtrum immutabilitatem, per divinam oſtenderent confeſſionem, ipſe quoque eam ſervavit integram & inviolabilem a materno utero, & factis ipſum verum Deum prædicans, qui ex Maria in ultimis temporibus, & ea Patre ante ſecula eſt genitus, æqualem Patri, quod attinet ad ejuſdem gloriæ virtutem Divinitatis. Sic cum Philippo & Thoma decretum protulit, Dominum & Deum Chriſtum dicens, non palpatis, quæ clavis confixæ fuerant, manibus, neque quæſitis, quæ per lanceam factæ erant, punctionibus. Quamobrem beatum quoque finem aperte accepit per fidelem & ferventem confeſſionem. Sic Zebedæi filium ſecutus eſt, qui appellatus fuit filius tonitru: propterea quod aperte meminit in principio Verbum eſſe, & apud Deum eſſe: & eruditus effecit alios ſpiritu Apoſtolicos, propterea quod Evangeliſtarum divinitus inſpiratum inſtrumentum, ut quorum voce mundi ſalus reſonet, in Eccleſiis, quæ erant ubique terrarum, coloribus expreſſum materialibus, convenienter divinæ & paternæ traditioni jufſerit: ut mens compuncta per evangelicam ſacramque effigiem & ſanctitatem ad Deum, qui hæc eis inſpiravit, multifariam honorem tranſmitteret, & efficeretur receptaculum venerandarum auditionum. Andreæ vero, qui fuit vocatus primus ex Apoſtolis, adeo fuit propinquus & conjunctus germano vitæ inſtituto, ut a habenat ejuſdem paſtoralis cathedræ, poſt tot ſecula, ſed numero valde multiplicatæ

Confeſſio Thomæ Joan. 20. 27.

Philippo & Thomæ, Joan. 20. 27.

Marc. 3. 17. Joannes Evang. Joan. 1. 1.

Andreæ Joan. 1. 40.

a

AUCT. IGNAT. EP.

plicatæ acceperit, & ad metam cœleſtis curſus gregem per virtutem deduxerit, & victoriæ eis cauſſa fuerit contra adverſarios. Paulo autem fuit colligatus in eo, quod in docendo primas partes obtinuerit. Totum enim mundum verbi nexibus incluſum intra decreta Eccleſiaſtica, ſapienter efficit populum Deo acquiſitum & regale ſacerdotium. Petrum vero, quod multorum patrum ſummus ſit appellatus, & quod ei creditum fuerit ligare & ſolvere, quæcumqiſunt vinculo digna & ſolutione, abunde expreſſit. Cum Præcurſore convenienter quidem ei, qui ab ipſo fuit prædictus, & dixit majorem Joanne non ſurrexiſſe inter natos mulierum, non audendum eſt eum in multis conferre, niſi ſolum in acri & præfracta libertate reprehendendi, zeloqiqui reprimi non poterat, affirmandum eſt non procul abfuiſſe Taraſium.

Paulo, Petro, Joannes Baptiſta Matth. 11.

45 Ut autem eum quoque videas merito ſequi eos, qui floruerunt ante gratiam, hinc ſcies. Cum divinitus moto cœtu Prophetarum conſpiravit divino ſpiritu inſpiratus: quandoquidem illi quidem populo, qui Duce Moſe per mare rubrum nuper fuerat a dura ſervitute liberatus, & ab inſano cultu idolorum admirabiliter tranſierat, poſt divinum illum Dei contemplatorem, ſalutares portus divinitus aſſecuti, prophetiæ ancoras relaxantes, & validis pietatis alligantes rudentibus, & circa errorem deducentes ad terram Dei cognitionis. Hic autem Eccleſiam, quæ non ſecus ac cymba in mari agitabatur fluctibus, & veniebat in periculum, ne faceret jacturam eorum, quos vehebat, propterea quod deeſſet peritus gubernator, qui reſiſteret fluctibus, ſanæ fidei clavo regens, in portu collocat: & eos, qui erant in ea, conſervatos, idolica & vana, quam in lingua habebant adverſus ſacras imagines, ablata opinione, ſynodalibus paterolque & rectis circumvallavit decretis. Cum ſacroſancto autem pſalte David concurrit in innocentia, & cum eo diligens decorem domus Domini, non dedit ſomnum oculis & palpebris dormitationem, & requiem temporibus, donec ſeipſum exemplar Domino & tabernaculum Deo Jacob, ſicut ille, exhibuit. Zelo motus cum Phinees, hæreſim & ejus amatores tamquam veræ fornicationis introductores & dogmatum adulterinorum genitores, confodit. Aaronis ſuperavit ſacerdotium. Non enim tintinnabula & mala punica, & lapides pectoris & ſuperhumeralis, neque mitra, & cidaris, & talaris, & auri lamina, hunc ſicut illum amiciebat ritu Sacerdotis, neque ſacrificium per ſanguinem taurorum & hircorum, ejus & populi exigebat ignorantias: ſed moderatus amictus eum ſpiritu paupertatis, eum reddebat ſplendidum, & legali holocauſto erant ſacratiora, quæ ab eo offerebantur: ut qui agnum, qui tollit mundi peccatum, Chriſtum ſacrificarer ſacris invocationibus & fidelium diſtribueret manibus, & omnes adſpergerer preciofo illo ſanguine, quem oſtendens, dabat ad debitorum animæ ſolutionem.

cum St. Prophetis, Davide, Phinees, Aarone,

46 Moſem autem expreſſit in eo, quod eſſet miris, & in nullum oſtenderit veſtigium odii & malevolentiæ, etiamſi furioſi & malevoli, Patris Taraſii dicendi libertatem, quæ ad inſipientium ſpectabat correctionem, iram & odium eſſe male conjecerint. Guſtavit Jobi tentationes, etiamſi non in rebus ſimilibus. Cum Jacob ut gratiæ Iſraelites, & appellatus mens, quæ Deum videbat, ſimul purgarus ſanctificatur anima & cogitatione. Simul cum Iſaac fuit fide ſanctificarus, etiamſi non a patre, ſed ipſe cor ſuum in holocauſtum offerens: cumque fuiſſet victima & ſacrificus, in odorem ſuavitatis obtulit pulcherrimum Deo ſacrificium. Cum Abraham, eo quod fuerit pater ſpiritalis multarum tribuum & populorum, & crediderit, & ei, qui eum fecerat, pure ſervierit, divinarum promiſſionum fructum eſt conſecutus. Sed quid ejus virtutum tranſmitto mare Atlanticum? Imponamus ergo rebus concluſionem, & ea proœmio finem efficiamus, & ne promiſſo non ſtare arguamur, plus quam par ſit, produceutes orationem.

Moſi, Jobi, Jacobo, Iſaaco, Abrahamo.

D

a *Ita apud Nicephorum S. Taraſii ſucceſſorum in Catalogo Epiſcoporum Byzantii, primus Andreas Apoſtolus præco Byzantii fuit Evangelii; extruxit ædem, in qua precibus pro imploraretur Deus, ultra regionem Argyropoli, & ordinavit Epiſcopum urbis illius Stachyn, cujus meminit Apoſtolus in epiſtola ad Romanos: cap. 16. v. 9.* S. Andreas Apoſt.

CAPUT XI.

S. Taraſii ſenectus, morbus, obitus, ſepultura.

47 POſt plurima enim certamina, & profundum doctrinæ infinitum, & vitæ honeſtæ puritatem, & veræ fidei confeſſionem, & ratione prædiri gregis ad ea, quæ ſunt præſtantiora & divina, ejus monitis deductionem, & in alendis pauperibus cupioſam ſuppeditationem, & aſſiduam ſanctis rebus datam operam, & in paſtorali munere diuturnam moram, (viginti enim & duos a annos pontificalem decoravit cathedram) ingruens morbus & valde gravem ei dolorem afferens, non perſuaſit, ut obliviſceretur perpetui & divini officii. Nam & morbo & ſenio laborans, nequaquam ſatiabatur ſacroſancti myſterii celebratione: ſed intenſo ad Deum amore ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innixus menſæ ligneæ, quæ ponebatur ante aram divinam, ſancta peragebat. O fidem & ſapientem in rebus divinis diligentiam! o interminatum in Deum amorem! Non enim curam gerebat corporis, ut cum rerum diviuarum eum cepiſſet ſatietas, myſteria divina intermitteret, ſed laboribus corroboratus, & cum Paulo clamans, Cum infirmor, tunc potens ſum, aderet vacabat divino cultui.

a *Morbo & ſenio gravatus.*

E

non ceſſat offerre ſacrificium.

2. Cor. 12. 10.

48 Invaluit ergo morbus, & cum de cetero ceſſare faciens a diviorum operatione, ei paravit lectum infirmitatis, quod utinam non feciſſet ante oculos eorum, qui eum numquam in lecto conſpexerant. Tunc tunc fit miraculum novum & terribile, quod nos, qui aderamus, admiratione implevit & timore, videotes eum veluti in eccſtaſi, & luctantem cum adverſariis, qui non cadunt ſub adſpectum. Non enim adverſus carnem & ſanguinem erat ei certamen: ſed adverſus principarus, adverſus poteſtates, adverſus ſpiritalia nequitiæ. Tamquam enim verba facieos eum aliquibus, qui eum examinabant, & acta vitæ rationem ab eo exigebant, ita cauſſam ſuam agebat. Quamobtem multis videbatur eſſe reus debendi, & rationem reddere exactionis, erat vero juſtum judicium ſuperni auxilii omnem vitæ maculam eluere, & nullum illine ferre delictum: appellari autem lucis participem, & ſimul obire cœleſtibus materiæ expertibus poteſtatibus. Nam quamdiu quidem habuit linguam iis, qui audiebant, ſenſa aperte explicantem, verbis reſiſtebat, & prompta dabat reſponſa ad ea, quæ objiciebantur, dicens ſe nullius eorum eſſe ſibi conſcium, quorum eum accuſare voluerant. O nulli culpæ affinem cum Deo conjunctionem! Non potueruor maligni inimici eum vel parva in re deprehendere obnoxium, vel abominandis ſuis ſceleribus et aliquid affingere: ſed eos redegit ad omnem conſilii inopiam, per generalem & terribilem inficiationem, ut nec in eum quidem poſſent ullam cauſſam in ſpeciem dicere probabilem. Quando autem linguæ obtorpuit inſtrumentum, nec ſe verbis poterat defendere, labro, & manu, & nutu eos evertebat, & non ceſſabat eos capellere. Videbatur enim nobis tamquam in inimicos ferocitet fremere, & eos cum ira repellere, donec ſenſus cœperunt connivere.

Ephes. 6. 12.

mutibdos luctatore cum dæmonibus

F

49 Tunc enim tranquilliſſimo habitu, veſpertinas laudes celebrante Eccleſia, & clamante, Inclina

Domine

A Domine & exaudi me, ipſe pelliceum hunc exuit amictum: & relictis vinculis carneis, venit ad luminoſa atria cœleſtium, & habitat jo ineffabili lætitia, quæ percipitur intelligentia, ex ea, quæ hic eſt, improbitate in anima nullum ſignum inferens. Nam cum hic ageret, virtutibus morte affecerat mortale hoc tabernaculum, erubeſcebat enim dimidia ea parte naturam habere immortalem. *b* Mortuus tamen eſt, caſtiſſimo autem ſimul quoque cum eo virtutes eſſe mortuas, niſi forte ſallor, inſigni audacia magnum quid & terribile eloquens.

Aligat e ante,

b

50 Univerſa vero civitas, inconſolabili luctu & lacrymis cum non ceſſabat deflere, tamquam ſuum Patronum & defenſorem. Qui autem fideliter tunc ſceptra adminiſtrabat, (is vero erat *c* Nicephorus) non ceſſabat dolore cruciari. Procidens enim ſupra pectus glorioſi corporis, & ipſum tegens purpura, funebrem faciebat lamentationem, eum vocans Paſtorem, Patrem, Imperii Adjutorem, Luciſerum, qui numquam occidit, reſp. Ducem ad ea, quæ ſunt meliora, & divinum Magiſtrum, exercitus inexpugnabile propugnaculum, inimicorum ſua ad Deum interceſſione ſtrenuum Profligatorem. Quid denique non faciens, quid non dicens, orbis terræ damnum reputans Paſtoris jacturam? Quæ autem in poteſtatibus & honoribus maximum ſplendorem

cum magna lætitia Nicephori Imperatoris,

c

E obtinebat, Patris, tamquam qui contineri poſſet, cupiens prohibere deceſſum, lacrymis ſæpiſſime lata, acerbeque eum revocans & amplectens, & tamquam quæ multorum bonorum pateretur amiſſionem, perinde atque rivis, rigabatur lacrymis.

Clerici Conſtantinopolitani,

51 Eccleſiæ autem lætitia debebat utiliſſimum ſuum Procuratorem, Agricolam, Plantatorem, eum, qui omni ætati incrementum dederat ad virtutem, qui nulli maculæ obnoxium conſervarat ſacerdotium, qui omnem rugam malæ opinionis a divino artus abſterſerat, qui pro veritate ſermones, tamquam pretioſos lapides, in Eccleſiæ miſiſſet diademate, qui erat incorruptus Chriſtes, qui ad manuum impoſitionem donis allici non poterat, qui Simoniacæ magiæ aurum adulterinum eſſe oſtenderat, qui erat Apoſtolorum ſucceſſor in virtute, qui confidebat & converſabatur cum Patriarchis & Patribus, qui cum electis conſecutebat Synodis, qui omnia factus eſt omnibus, ut aliquos omnino ſalvos faceret, convenienter magno & divino Apoſtolo. Monachorum autem cœtus religioſiſſimus in eum, ut probum ſuum excitatorem, & ſummum ducem ad abſtinentiam, oſtendens triſtitiam, & hymnos contexens lacrymis, proſequebatur ad patres, qui prius reſulſerant in exercitatione patrem, qui erat communitæ propugnaculum inexpugnabile. Qui erant egem, ſuum ſuppeditatorem: qui orbi, oculum: qui claudi, pedem: qui nudi, veſtem: qui hoſpites, exceptorem: qui in vinculis, viſitationem: viduæ, defenſorem: orphani, adjutorem. Omnis conditio & omnis ætas confluebat inſtar fluminis, lectum tangens, & ſacro illo ſpectaculo frui pie contendens. Et niſi Imperator populi tumultum & impetum militari manu cito repreſſiſſet, multi veniſſent in mortis periculum, dum trudunt & vicißim trudiuntur, & laudabile oſtendunt deſiderium in eum, qui deſiderabatur.

monachorum. 1. Cor. 9.

pauperum,

C

52 Sepelitur ergo gloriæ plenum inclytum corpus ſanctorum virorum manibus, qui lembis & horribus latum mare terram ſolidam effecerant, dum tranſirent ad monaſterium ab eo ædificatum in Boſporo Byzantioo, in venerando templo omnium Martyrum, qui pro Chriſto ſanguinem effuderunt, cum menſis Februar. *d* quintum teneret diem cum quintuplo quaternione. Eum hîtem longum tempus celare non potuit, eſt enim omni tempore excelſior. Natura enim virtutis non ſuſtinet oblivionem: non tabe enim invidiæ habebatur: ſuit enim memoriam ſacit immortalem noſtris animis, & non ſinit diſpergi & tegi ſilentio.

ſepeliuntur in templo Sanctorum Martyrum Boſporo Thracii, in templo omnium Martyrum,

d

Februarii Tom. III.

a Non completus, ut ſupra dictum. *b Mortuus eſt anno 806.* AUCTT. IGNATII EP.
c Irene fortunis omnibus exuta Imperium adepta eſt anno 802. 31. Oſſob. Iadiſt. 2.
d In die eo anno incidit in feriam quartam Cinerum. D

CAPUT II.

Miracula ad ſepulchrum S. Taraſii patrata.

53 TEmpus eſt autem, vobis, qui eſtis virtutis ſtudioſi, exponendi res a Patre præclare geſtas in ſepulcro, quas non poterit prohibere monumentum. Non eſt enim illius monumentum: ſed eſt ille monumentum monumenti. Multi enim ad eum accedunt, & liberantur ab iis, quæ ipſos vexabant, affectionibus. O miraculum! etiam poſtquam hinc eceſſit, eorum, qui hic ſunt, curam gerit, & ab iis, qui quærunt, invenitur, & iis, qui pulſant, aperit oſtium medicantis ſuæ viſitationis. A diuturno enim ſanguinis profluvio graviter quondam agitatæ quadam mulierculæ, & magnos ſubeuntes fluctus & tempeſtates, cum in medicamenta maximam partem ſuxrum facultatum conſumpſiſſent, & non potuiſſent invenire mali tranquillitatem, Evangelicam illi profluvio

Claret miraculis,

E ſanguinis laborantem imitatæ mulierem præ laudabili impudentia, (non licebat enim gruliori tangere monaſterium, cum id inclytus Pater olim conſtituiſſet) mulebri aſtu optime uſæ, virili veſte tegentes pudorem fœminarum, & præ ſe ferentes ſpeciem eunuchorum clam confugiunt ad egregii hujus gubernatoris cá ipſam, quæ nullis agitatur fluctibus: & cum ea lampade, quæ in ea lucet, oleum hauſiſſent, extiſſime appellunt in portum curationis. Quin etiam vir quidam, cui alter ea oculis lema cœcutiebat, cum ſuiſſet prope divinam thecam, & ſalutaris unctionis auxilio eſſet uſus, ſemam non ita multo poſt eluit, & a Deo viſum aperte recepit. Alterius quoque manus, quæ allatrabat corpori, & longo tempore manſerat in aſſiduo motu operatione mali dæmonis, ſola invocatione ſacroſancti corporis, & unctione olei illius thecæ, quæ facit miracula, etiamſi procul aoeſſet, repreſſa eſt manus ab illa rabie, & reddita ſuit ſana ſicut altera.

Mercatrix quædam tempeſtatibus agitata,

diabolica agitatio ſanatur,

54. Multis quoque aliis, qui vexabantur a malis ſpiritibus, mycutus ſuit pater medicus. Et dæmonum quidem expulit operationes: eos autem, qui tormenta iuſtinebant, allevavit voluntate & ope Omnipotentis. Quin etiam quoſdam, qui ab adverſa poteſtate ſpectris fuerant obitu pefacti, & qui ſurdos & mutos eos reddebat, corporem ſuſtinuerant & deinde ad divini viri ſepulcrum fide manſerant, per utilem & ſalutarem lucentis olei unctionem, Deus viſitavit, & liberatis a ſpectri vertigine, dedit ut auditu rurſus & lingua ſane agerent, quæ ad ea pertinent. Quin etiam quæ ab inſtammatione graviter cruciabantur, & laborantibus dolores afferebant intolerabiles, divina invocatione olei thecæ, quod purgat ac mundat, affectæ ſunt doloris relaxatione.

liberantur obſeſſi, aut muti & ſurdi facti,

F

55 Jam vero etiam adverſus hæreticos, poſtquam hinc exceſſiſſet, divinum zelum ardenter oſtendit. *a* Leo enim adhuc imperatoriæ gloriæ ſceptra adminiſtrans, & *b* Iconomachorum hæreſim nefarie amplectens, cum ei apptopinquaret vitæ finis, quo erat gladio feriendus, ut ipſe adhuc ſuperſtes ſua voce declaravit, *c* vidit S. Taraſium in ſomnis ad eum accedere, & eum gravi ira jubere cuidam, *d* Michaelis nomine, ut enſem in eum adigeret. Ille vero juſſui morem gerens, gladio trajecit Imperatorem. Hinc autem Leo multus in hoc fuit, eum qui in ſomnis ipſum ſauciaverat, Michaelem omnino conans invenire in Sancti monaſterio. Quamobrem cum quoſdam exiia, qui in ipſo erant, monachis ad ſe juſſiſſet adduci, carceribus & tormentis eos ſubjecit, noctumum ejus interfectorem per

S. Taraſius ejus Leonis Armeno in ſomnis eadem imminere Michaëli Balbum.

a
b
c
d

AUCT. IGNAT. LP.

eos ſibi eſſe indicandum frement: quem etiam, ut everſorem imperii eſſe extrema paſſurum. Hoc enim ei perſuaſit vel invito, quod factum erat, narrare monachis: a quibus cum nos quoque miraculum, tamquam maturum fructum decerpſerimus, venimus ad vos fideles, aſſereotes craterem lætitiæ. Non enim præterierat tempus ſex dierom, cum Michael ſuſcipit ſceptra Imperii, & eom interficit. Ita Deus etiam poſt mortem clarificat ſuos famulos, & eos delet, qui nolunt ipſum pie colere.

56 Sed me tempus deficiet, narrantem præclari & divini Patris magna miracola, quæ tamquam in prato roſæ, ubique naſcuotur, & hortantur, ut feramur ad uniuſcujuſque electionem. Nos autem eum non habeamus linguam, quæ poſſit metiri ac referre, quæcumque a Beato facta ſunt miracula, hactenus cœptum orationis curſum perficientes, malumus ad fileotium tranſire, ſtatuentes a periculo remotam requiem plus lucri afferre, quam ſi vincamur eum periculo. Prompti enim & alacris animi inſatiabilitas ſæpe arrogantiam ſolet conciliare. Tu vero veneranda baſis ſacerdotii, ne mex temeritatis reprehendas vomitum, qui audaciſſime, ſed rudi & ineondito ſermone, tam magnas referam narrationes: ſed iotenſam meam benevolentiam ac fidem tamquam parvum munus oblatum reputans, concede verbis locum, ut accipiantur & quieſcant. Noo enim obliviſcar utilitatis tuæ in me doctrinæ, nec ferventis mei in te miniſterii mediocritatis: cum illius quidem deliciis me eapleverim in flore juventutis, & a te fuerim inſtitutos io iis, quæ ſunt optima & præſtantiſſima ex trimetris, tetrametris, trochaicis, & anapæſticis ac heroicis: hoc aurem obierim in ſacris, quæ a te concinne quotidie habitæ ſuot, orationibus, ad animarum ædificationem, & augmentum univerſæ venerandæ Eccleſiæ: quas eeleri calamo & atramento notis excipiens, & optimis tradens ſcriptoribus ſtudium adhibui, or artificioſe referrentur in codicem. Sunt ex vero ejuſmodi, ut per eas omnibus proponatur pius putuſque cultus ac fides: publica autem notetur ignominia ſomnium hæreticorum. Si enim tui obliviſcar, excidam a Dei memoria: & niſi tui meminero, lapidibus projiciar io profundum: & lingua, ut dicit divinus Pſalmographus, adhæret faucibus, hoc eſt enim mihi omnium debitorum pretioſiſſimum, tui ſember habere in corde monumentum.

57 De cetero autem æquum eſt, ut ad te convertamus orationem, o Dei ſerve, quicumque es, qui me nolentem incitaſti ad hoc certamen, & coegiſti aggredi ea, quæ vires ſuperant. Tibi mea accepta ſit obedientia, & meæ orationis adſpiciens humilitatem & inornatam dictionem, oe me accuſes negligentiæ. Non enim divino Patri aliquid dignum attulimus, aut potoimus prope aceedere ad dignitatem harum, quæ prope ſunt, virtutum. Res enim omnem dicendi facultatem ſuperant, adeo ut omnes laudatores ex æquo non aſſequantur oratione eum, qui ipſi debetur, honorem. Ego autem, qui omnium longiſſime abſom ab eo laodando pro meritis, propono promptam & alacrem voluotatem, ut accipiatur, ut qui & laborem dicendi inopia, ſeoioque & morbo frangar. Tu vero mercedem ac remunerationem a Deo acceperis, interceſſorem, defenſorem & propugnatorem, & tuæ ſpei adimpletorem, quem ea Deo dilexiſti, habens Taraſium. Qui & ſuis ad Deũ ioterceſſionibus aſſatim & ſecure præbeat, quæ ſont uſui ad hane eaducam vitam, & præſtet, ut tuæ vitæ ita illic reddas rationem, ut reus non peragaris. Quod tecum detur omnibus conſequi, qui pure ac ſincere in Deum ſperaverunt, ejus gratia & copioſis miſeratioonibus, intercedente intemerata & caſta Dei genitrice & cœleſtibus & omnibus Sanctis, Amen.

Pitem obtinuit ab eo S. Taraſius ad ſcribendum.

Acquiſivit S. Taraſium interceſſorem, defenſorem, propugnatorem.

Auctor hujus Vitæ a S. Taraſio in paradiſi conſtitutus.

quotidiane ejus in ecclieſiam vocationis.

Apparitio S. Taraſii.

a *Nicephoro Imperatore anno 811. Julii 25. Ind. 4. extincto, poſt regimen Stauracii paucorum menſium, ſucceſſit Michael Curopalates, a. Oſſob. Imperator ſalutatus, quo Imperium vel inquante capeſſivit Leo Armenus anno 813. Ind. 6. ſer. 2. die 11. Jul.*

b *S. Nicephoro Patriarcha pulſo, Conſtantinopolitanum cœtum vocat Antiſtitem Theodotum, qui uſus hortatore in ſacras imagines & monachos atrociter bacchatus eſt.*

c *Cedrenus*: Perturbabat & alia haud modice viſio. Taraſium Patriarcham nobilem illum jam dudum mortuum, Michaelem quemdam nominatim exhortari, ut in Leonem impetum faceret, lerſique idtu ſtetneret. *Zonaras*. Eſt & Divus Taraſius, ex hac ærumnoſa vita nuper translatus, cuidam in ſomnio viſus, qui Michaelem quemdam inclamaret, eumque ad invadendum & occidendum Leonem hortaretur.

d *Michael Balbus, quem laſa majeſtatis reum in carcere detinebat Leo Armenus, ipſum nocte Natalis Domini inter ſacra ipſa trucidavit anno Chr. 820.*

Pſal. 136. 6

DE S. GERLANDO
EPISCOPO AGRIGENTINO IN SICILIA,
Commentarius hiſtoricus.

G. H.

C

F

§. I. S. Gerlandi vita ante Epiſcopatum: hic ei collatus & ſtabilitus.

AN MCI. XXV. ſec.

1 *Agrigentum inſula Sicilia urbs ad mare Libycum, e regione Africa, antiquo ſplendore, a pleriſque ſcriptoribus celebrata, priſcis Gracis Ἀκράγας, & Ἀκραγαντῖνοι ἐμπόριον dicta: eam incoluiſſe eſtegiata hominum millia tradit l. 7. Diogenes Laertius, exponens Empedoclis de Agrigemo carmen: hoc autem tempore civium ea ea numerari ſupra octo millia tradit Rocchus Pirrus in Sicilia ſacra, notitia 3. quæ de hac Eccleſia Agrigentina agit: quam incola volunt a S. Petro Apoſtolo illic fundatam, ejuſq; S. Libertinum primam fuiſſe conſtitutum Epiſcopum, poſtea circa annum Chriſti 90. martyrio coronatum 3. Novembris. Quod primis ſeculis ibidem extitit templum Cathedrale, ab eodem Libertino, ejuſve ſucceſſoribus Deipara Virgini Maria ſacratum, poſt exactas Saracenos a S. Gerlando primo Agrigentinis data Epiſcopo, dicatum eſt S. Jacobo Apoſtolo Eccleſiæ Agrigentinæ Patrono, poſtmodum ob reliquias S. Gerlandi, & plurima ejus epe facta miracula, ejuſdem nomine nuncupatum.*

Agrigentii in Sicilia,

templum cathedrale dicatum eſt S. Gerlando,

2 *Fuit* S. Gerlandus genere Allobrox, in Biſuntino oppido Burgundiæ claris oatalibus ortus. *Ita Pirrus, ratus Veſontionem Sequanorum metropolim, in Allobrogibus eſſe. Sanſiajus in Martyrologio Gallicano hoc eum elogio exornat.* Eodem die 25. *Februarii* in Burgundia commemoratio S. Gerlandi, provinciæ hujus alumni, eximii Confeſſoris, qui litterarum gloria præſtans, at magis religione inſignis, amplexatodæ ſolitariæ vitæ deſiderio, Siciliæ inſulæ intimos petens receſſus, magnæ virtutis & ſanctitatis exercitia percoloit: at cum vitæ puriſſimæ ſuaves odores undiqoe efflaret, ecella ad ſolium Pontificale raptus, Agrigentinus illic Epiſcopus creatus eſt: ſuſceptamque Eccleſiam cœleſtis converſationis exemplis cum aliquamdiu illuſtraſſet, per paſtoralis vigilantiæ beoe enactos gradus ad æternæ gloriæ palatium conſcendit. *Hæc Sanſiajus: quæ forſan excerpta ſunt ex Breviario Gallicano: cujus, ut infra dicetur, etiam partem deſcribit Pirrus, qui de vita ejus ante ſuſceptum Epiſcopa-*

fuit in urbe Burgundiæ

ubi doctus & pius.

A *ſeopatum illa ſolum habet* : Northmannorum Principum Roberti & Rogerii conſanguineus fuit : ab iis ob virtutum merita, ſapientiæ laudes, eccligionis excellentiam atque generis nobiliratem in Siciliam accerſitus, Sacellanus major primum (quo titulo ſe ille ſe vocat, ſubſcribens in erectione Eccleſiæ Catanenſis) mox a clero populoque urbis Calabriæ Primicerius ſcholæ Cantor cathedralis illius Eccleſiæ diligitur. Sed depravatos Militenſium mores vitæque licentiam faſtidiens ad ſuos in Burgundiam redit. *Hæc Pirrus. De propinquitate S. Gerlandi cum Principibus Roberto & Rogerio nulla extat mentio in ipſius Rogerii diplomate de privilegiis Eccleſiæ Agrigentinæ ejuſq; Epiſcopo Gerlando conceſſis. Qui vero ſubſcribit erectioni Eccleſiæ Catanenſis* in eadem Not. fol. 16. (*ut hic margini adſcribit Pirrus*) *non* Gerlandus *eſt ſed* Geroldus : *cujus hæc illic ſubſcriptio habetur* : Ego Geroldus Capellanus Dom. Rogerii Com. ſimiliter. *Eſt autem Miletum ſeu Melitum, ulterioris Calabriæ urbs, Sedi Epiſcopali decorata a Gregorio VII. Pontif. Rom. Salerni in Campania an.* 1085. *vita functo. In hac Melitenſi urbe an.* 1101. *mortuum eſſe Rogerium Comitem, qui cum fratre ſuo Roberto Duce Siciliam pulſis Saracenis liberavit, tradunt Fazell. l. 7. Rer. Sicular. decad. poſteriori c. 1. Pirrus, aliiq;.*

Cantor Militenſis in Calabria

an Rogerii Comitis ſanctitatis?

3 *De Agrigento recepto & Sede Epiſcopali reſtituta iſta ſcribit loco indicato Fazellus* : Anno ſal. 1086. Kal. Aprii. magno cum exercitu Agrigentum obſidet Rogerius, tandemque 6. Kalend. Aug. pacditionem & urbem & uxorem Tamicti Saraceni, qui Agrigento & Ennæ urbibus imperitabat, eorumque filios accepit. Potitus Agrigento arcem & urbem præſidiis munit .... Ennam urbem dura oppugnatione cinxit, cepitque .... His ſeliciter geſtis, omni jam Sicilia (præter Neetum & Bureram) potitus, ſacris aliquamdiu templis, Epiſcopatibus atque Abbatiis in pleriſque civitatibus Deo dicandis operam dedit. Agrigenti quidem cathedrale templum ditiſſime locupletatum ſundavit erexitque : cui Gerlandum Allobrogenſem genere, virum pium, primum Epiſcopum præfecit : in Catana Angerium, in Syracuſis Stephanum, in Meſſana Robertum ex Troyna tranſlatum, in Mazara Stephanum Rotomagenſem, arque alios alibi pro conditione locorum atque virorum Abbates Epiſcoposque conſtituit. Anno deinde ſalutis 1089. ad Buteræ expugnationem ſe compoſuit. *Hæc Fazellus* : *ex cujus ſententia ante illum annum Gerlandus aliiq; Epiſcopi conſtituti videntur*. Cum vero, *ut ſcribit Pirrus*, Rogerius Comes ad collapſos Siciliæ præſulatus erigendos animum adjeciſſet, Gerlando ſcripſit, ut ad ſe remearet, cumque ad adminiſtrandam Eccleſiam Agrigentinam deſtinavit. *Eundem Pirrus ab Urbano II. Pontifice conſecratum Epiſcopum colligit ex Pontificio diplomate. Eſt autem Urbanus II. in Pontificem Romanum electus III. Idus Martii anni* 1088. *quo etiam anno poteſt S. Gerlandus fuiſſe conſecratus*.

Agrigenti, epiſcopus an. 1086. Saracenis.

Epiſcopus conſtitutus an. 1088.

ab Urbano II. anno conſecratus,

4 *Ne autem lites ſubſecuturis temporibus intenderentur, ob digeſtis ſua terminos, & poſſeſſiones liberaliter Sedi Epiſcopali aſſignatas, procuravit fundationem Eccleſiæ Agrigentinæ privilegio Rogerii Comitis ſtabiliri, & diplomate Pontificio confirmari. Privilegium Rogerii editum eſt a Fazello decade 1. l. 6. c. 1. & denuo collatum cum autographo inſ. Eccleſia Agrigentina, vulgatumq; a Pirro, quod ſubjicio* : Ego Rogerius Calabriæ Comes & Siciliæ, divino munitus præſidio, ſuperæ gratiæ gladio cinctus, galea & ſcuto bonæ & laudabilis intentionis adornatus, Siciliam petii contra nefandam Saracenorum feritatem pugnaturus, quos, ſeptiformis Dei conciliante gratia & cooperante, imo efficiente omnia Divina miſericordia, expugnavi, & expugnans illorum ſuperbiam, & virorum contra noſtram fidem inſtantem audaciam minoravi, &, ut verius loquar, ad nihilum redegi. Quis enim viſa caſtellorum & civitatum eorum ampla & diffuſa ruina, & palatiorum ſuorum ſtudio mirabili compoſitorum ingenti deſtructione percognita Saracenorum, quorum usibus ſupereſſuis hæc deſervebant, * incommoditates non attendar eſſe multiplices, miſerias magnas & detrimenta innumerabilia? Horum igitur contra Chriſticolas vehementi inſania & potentia annihilata, & tota Sicilia mihi & meis imperatibus obediente per omnia, ego Rogerius prædictus Comes anno 1093. ab Incarn. Dom. noſtri Jeſu Chriſti, Urbano II. Apoſtolicæ Sedis præſidente, Rogerio Duce Calabriæ & Ducatus Apuliæ regnante, in conquiſtu Siciliæ Epiſcopales Eccleſias ordinavi. Quarum una eſt Agrigentina Eccleſia, cujus Epiſc. vocatur Gerlandus. Cui in Parochiam aſſigno, quidquid infra fines ſubſcriptos continetur, cum omnibus juribus decimarum & aliorum jurium parochialium tam civitatis Agrigentinæ, quam diœceſis, videlicet a loco, ubi oritur flumen ſubtus Corilionem uſque de ſupe petram de Zineth, & inde renditur per diviſiones Jatinæ & Cephalæ & deinde ad diviſiones Biccari : inde vero uſque ad flumen Salſum, quod eſt diviſio Panormi & Thermarum, & ab ore hujus fluminis ubi cadit in mare. Et protenditur hæc Parochia juxta mare uſque ad flumen Tortum, & ab hoc & ab inde ubi oritur, tenditur ad Pyra ſubtus Petram Eliæ, atque inde ad altum montem, qui eſt ſupra Pyra, inde autem ad flumen Salſum, ubi jungitur cum flumine Petræ Eliæ, & ex hoc flumine, ſicut ipſum deſcendit ad Lympiadum, qui locat dividit Agrigentum & Buteriam, atque inde per maritimam uſque ad flumen de Bilichi, quod eſt diviſio Mazariæ, & adhuc tenditur, ſicut hoc flumen currit uſq; ſubtus Corilionem, ubi incipit diviſio, exceptis Biccaro, Corilione & Thermis. In proprietate autem Dom. Gerlandi Epiſc. & aliorum poſt eum Epiſcoporum eſt Caſale Cathal, cum centum villanis, in quo frumenta concedo ſibi ſingulis ſeptimanis. Horum vero omnium ſi aliquis aliqua prædictæ Eccleſiæ & Epiſcopo ſuo abſtulerit vel injuſte damnaverit, qualiſcumque perſona fuerit, anatbemate damnetur. *Hac Rogerius, in cujus ſigillo iſta legantur* : Jeſus Chriſtus vincit, Deus adjuvet ſervum ſuum Rogerium Comitem.

Imitatus S. Epiſcoporum an. 1093. exemplum.

& poſſeſſiones ſtabiliantur,

5 *Qui indicatur* Rogerius Dux Calabriæ & Apuliæ, *hujus Rogerii incepit eſt ex fratre Roberto, cui an.* 1085. *aut forſan citius, mortuus ſucceſſerat. Pirrus ob hoc privilegium ſuſpicatur* S. Gerlandum anno ſal. 1093. in cathedra Agrigentina ſedere cœpiſſe. *Verum eo anno Epiſcopi jam ante conſtituti limites diœceſeos præſcripti fuere. Simile privilegium Catanenſi Eccleſiæ ejuſq; Epiſcopo Anſgerio datum eſt* 6. Kalend. Maii Indict. 15. anno Dom. Incarn. 1091. *in quem convenit Indictio* 14. *quæ forſan ſubſtituenda, aut annus ſequens* 1092. *In hoc diplomate aſſerit ſe* per diverſa loca Siciliæ idooca eccleſias ædificaſſe, & juſſu Summi Pontificis Epiſcopos collocaſſe, ipſo eodemque Romanæ Sedis Apoſtolico & laudante & concedente, & ipſos Epiſcopos conſecrante. *Pirrus in diplomate pag.* 10. *relato, annotat ante Anſgerium Epiſcopum Catanenſem fuiſſe conſtitutos* Robertum Troianenſem anno circiter 1081. Gerlandum Agrigentinum & Stephanum Mazarenſem anno 1091. *ubi a priore ſua ſententia, qua* S. Gerlandum anno 1093. ſedere cœpiſſe *dixerat, diſcedit, motus epiſtola ſeu diplomate Roberti Epiſcopi Meſſanenſis & Troinenſis, miſſe anno* 1094. *Ambroſio Liparenſi & Paſtenſi Abbati, & notitia* 4. *Eccleſia Paſtenſi pag.* 386. *relato, in quo Epiſcoparuum erectorum hic ordo ſervatus indicatur* : Peimum, *inquit*, Traginenſem Eccleſiam, in qua Dominum & venerabilem Robertum primum conſtituit Epiſcopum, deinde Agrigentioam & Mazarienſem, ſequenter autem Catanenſem, ac ultimo Syracuſanam conſtituit Eccleſiam & Epiſcopum : *qui fuit* Rogerius Northmannus, *cui ejuſq; ſucceſſoribus* eam Eccleſiam regendam, diſponendam & propagandam *conceſſit & confirmavit Urban. II. auctoritate privilegii ſignati anno Pontificatus* 6. *Dominicæ Incarnationis* 1093. Ka-

non eſt S. Gerlandus anno 1091. conſecratus Epiſcopus,

atque eo 1091.

D AUCT. G. H. * Facil. non conſideret magnos dejectiones pote me factas, impoſſibiſque eorum cladas?

AUCT. G. H.

lendis Decembr. Indict. 2. quæ per eram 15. traditur apud Pirrum pag. 153. Quo anno jam Rogerius poterat aliquot per annos Episcopus fuisse, quemadmodum pluribus annis S. Gerlandus suum administrat Episcopatum, cum idem Urbanus II. ei & successoribus bona omnia a Comite Rogerio donata simili diplomate confirmaret, quod hic adde.

Imperrat confirmationem diplomatis Episcopatus & possessionum ab Urbano II.

6 Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Gerlaodo Agrigentino Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Omnipotentis Dei dispositione mutantur tempora, transferuntur regna: hinc est, quod magn numinis nationes dirutas & depressas, vides vero atque earuguas nonnumquam legimus exaltatas: hinc est, quod in quibusdam regionibus Christiani nominis potestatem Paganorum feritas occupavit: in quibusdam iterum Paganorum tyrannidem Christianæ potentiæ dignitas conculcavit. Sicut nostris temporibus, gloriosissimorum Principum Roberti Ducis & Rogerii Comitis sostitudine, supernæ dignationis miseratio omnem Saracenorum molestiam in Sicilia insula expugnavit, & aoriquum Ecclesiæ sanctæ statum pro voluntatis suæ beneplacito recupesavit. Unde & ipsius ineffabili misericordiæ gratias agimus, & ipsius gratiam super illos egregios fratres, alterum jam defunctum, alterum ipso patrante superstitem imploramus, B & ad Ecclesiarum, quæ in eadem insula sunt, restitutionē, seu ordinationem, pro nostri officii debito anhelamus. Sicut igitur, annuente Deo, ceterarum jam parochias dispossumus; ita & Agrigentinæ diœcesis præsentis decreti auctoritate dispoimus. Statuimus enim, frater Gerlande, quem omnipotens Dominus in ipsa Ecclesia nostra, tamquam B. Petri manibus, consecrare dignatus est, ut tibi deinceps tuisque legitimis successoribus episcopali jure regendum ac disponendum perpetuo maneat, quidquid infra fines subscriptos contineras, videlicet a loco, ubi oritus flumen subtus Corilionem .... In proprietate autem tam tui, quam successorum tuorum jure, Casale Cathal cum centum villanis, sicut a supradicto filio Comite Rogerio traditum est, conserventur. Præterea quæcumque in posterum locupletitate Principum, vel oblatione fidelium, eadem Ecclesia Agrigentina juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem Ecclesiam temere
an. 1099. perturbare .... Datum Barii per manum Joan. S. R. E. Diac. Card. 6. Idus Octobr. Ind. 8. Incarnat. Domin. 1099. Pontificatus Urbani II. anno 12. *Hac Urbanus II. cujus longam clausulam omisimus, ati & terminos diœcesis Agrigentinæ verbis iisdem, quibus ante eos descripserat Rogerius Comes, rolatis. Memnit etiam bujus Pontificii*
C *diplomatis Fazellus.*

§. II. Reliqua S. Gerlandi in Episcopata gesta: obitus, cultus sacer, Reliquiæ, templum & sacellum ei dicatum.

7 *Gestis S. Gerlaadi de extructa ade Cathedrali tradit Pirrus*: Pastorali sollicitudine, insigni pietate, atque admirabili caritate affectus Gerlandus, ad verticem urbis juxta munitissimum castellum, ne a Saracenis Agrigenti adhuc degentibus invadereotur facta
Construit templū Cathedrale. & Clerici, Episcopale palatium atque cathedrale templum quadrato lapide ac nobili structura a fundamentis exstravit, illudque D. Mariæ (ut ita D. Petro fuerat olim dicatum) & D. Jacobo Apostolo consecravit 4. die April. illa sex annorum spatio opere complevit. *Idem Pirrus sub finem Notitiæ 3. pag. 320. scribit* templum D. Mariæ Dei genitrici sub Episcopo Libertino sacratum, post exactos Saracenos D. Jacobo dicatum.

8 *Verbis Breviarii Gallicani ad diem 25. Febr. de S. Gerlando legi solitis ista addit Pirrus*: Erat sermone facundissimus, in statura magnus, in persona pulcherrimus, in paupertate largus, in caritate splendidus, in donatione munificus, in morum honestate præclarus, nonnullos Judæorum de malioribus & sapientioribus ad fidem Christi convertis: quos ipse pius Pontifex de sacro *convertit Judæos.* fonte levavit. Cum duodecim annis magna religione præfuisset, & senex jam esset, Roma rediens per Balnearium Calabriæ oppidum transivit: ibi Dragonem ejus loci Præpositum inventem, eum columbina voce, uti erat assuetus, supplicitet rogavit, ut post decessum ejus pro eo o- *successorem suum præmonstrat.* raret, & illum post se in episcopali cathedra sessurum prophetico spiritu nuntiavit, Agrigentum reversus, post sex menset Deo animam reddidit die 25. Febr. cujus corpus undique suavissimum odorem emittens, & Ecclesiæ *mortuus 25. Febr.* illius Clerici & Coepiscopi in Sicilia constituti, in choro interdum deponentes, quarta die maximo cum honore & reverentia in sarcophago inter duas Tribunas illius ecclesiæ collocarunt. *Hæc Breviario. Pirrus pag. 318. asserit* præcipuam templi cathedralis partem appellari Tribunam.

9 *Vita sanctum* S. Gerlandum Episcopum tempore *an. 1100.* Comitis Rogerii anno 1100. *tradit Octavius Cajetan. noster in Idea SS. Siculorum in Indice chronolog. numeratis scilicet* 12. *annis Sedis ab anno* 1088. *ad hunc* 1100. *At* E *cum in dicto Brev. dicatur præter* 12. *annos, quibus vixerat cum Roma rediret, post sex menses animam Deo reddidisse* 25. *Febr. potius videtur obiisse referendus in annum sequentem* 1101. *quo etiam anno Comes Rogerius e vivis decessit. At Pirrus, quia arbitratur annos tantum* 1093. *E- aut potius 1101.*
piscopum ordinatum, & ob verba dicti Breviarii annos 12. *sedisse*, ad annum, *inquit*, salutis 1104. triennio post Comitis mortem, Geslandus (uti eruditissimus & nobilissimus Abbas Lipsarina etiam habet) vitam protraxisse dicendus est: *imo si anni duodecim completi sint, iis quo sex* *non 1104.*
menses, nisi etiam ostendimus, addendi, non annos 1105. *aut 1113.*
sed potius sequens 1106. *fuscendus: si, ut illi volunt, sedere solum cupisset* 1093. *quod minus probari ostendimus.*

10 *Die* 25. *Februarii sacram ejus memoriam celebrat in suo Martyrologio Maurolycus Abbas Messanensis his verbis*: In Sicilia S. Gerlandi ea Burgundia, Episcopi Agrigentinorum tempore Rogerii Comitis. *Eo- refert pius Martyrol.*
dem Galesinius tradit ex Maurolyco, cui, *inquit*, de rebus Siculis valde assentimur. *Eadem habent Felicius, Molan. ad Usuard. Ferrarius in catalogo generali. Octavius Cajetanus in Martyrol. Siculo his enim verbis propeau*: Agrigenti, S. Geslandi Episc. & confessoris, Rogerio Comite. *Ferrarius in catal. SS. Ital.* ex Lectionibus, quæ in ejus celebritate recitantur, *hoc elogium excerpsit*: F Gerlandus Vesuntione in Burgundia natus, in Calabriam Brutiorum veniens, Mileti aliquamdiu moratus, Cantorum Primicerius creatur. Sed cum clericorum mores depravatos ferre non posset, rediit in patriam. Cum autem Rogerius Comes Saracenos e Sicilia ejecisset, cui Gerlandi doctrina & vitæ probitas satis perspecta erat, illum in Siciliam accersit, Episcopumque Agrigenti nuper ex hostibus recepti circa annum salut. 1085. ordinandum curat. Gerlandus etsi invitus ad hanc dignitatem assumptus est, divinæ tamen voluntati resistere noluit. Quare munus pastorale aggressus, præcipuam pauperum, peregrinorum, viduarum & orphanorum curam suscepit. Plurimos Judæos & Saracenos, qui in ea urbe remanserat, cum publicis concionibus, tum privatis colloquiis ad Christum convertit. Tandem boni Pastoris officio perfunctus, in cœlos 5. Kalendas Mast. ad præmium evolavit. *Hæc ibi non absque mendo anni* 1085. *quo non potuit Agrigentum constitutus fuisse Episcopus, si urbs Kal. Aprilis anni sequentis cepta obsideri, & 6. Kalend. Augusti hosti erepta sit, ut supra ex Fazello diximus: imo necdum præerat Ecclesiæ Sanct. Pontif. Urban. II. cujus manibus ornatus*

tus

A *tus dicitur. Elogium ex Saaſſajo ſupra dedimus.*

11 *Quo loco corpus S.Gerlandi ab initio conditum fuerit, non ſatis conſtat. In Breviario Gallic. dicitur inter duas Tribunas eccleſia majoris collocatum: ſed poſt Translationem id factum. Pirrus pag.276. de Epiſcopo Gentile agens, aſſeris* ab aliquibus tradi, *ab illo cum transferret*, inventum fuiſſe in inferiori parte templi. *At de translatione corporis pag.274. iſta ſcribit:* Fuit etenim Gerlandus multis miraculis ante & poſt mortem præclarus, & ad ejus ſepulchrum confugientes a languoribus ſanavit. Ab eo loco, ubi ſacrum corpus Gerlandi ſitum erat, anno 1159. die 20. Mart. Indict. 7. Gentilis Epiſc. ſucceſſor certior factus a quodam piiſſimo Sacerdote, qui ab eodem Divo Gerlando fuerat tertium monitus de corporis translatione, in templum maximum ſolenni ritu tranſtulit, atque in area lignea inter duas Tribunas ſanctiſſimi Sacramenti & Divæ Mariæ in ſublimi loco erecta honorificentiſſime condidit. *Sedit Gentilis Epiſcopus ab anno 1154. aut forſan præcedente, ad ann. 1171. aut ſequentem. Idem* Gentilis, *teſte etiam Pirro*, anno 1170. facultatem fecit Anſaldo Regii palatii Panormitani Caſtellano, ut in agro Villæ novæ monaſterium S. Trinitatis conſtrueret, & templum S. Georgii Martyr. reædificaret, utque in loco, qui dicitur Reſeſes in honorem S. Mariæ aliud eædificare poſſet: dummodo Abbas ſeu Prior obedientiam Eccleſiæ Agrigentinæ præſtet, eamque ter in anno, in Aſſumptione B. Mariæ, in feſto S. Jacobi & in Translatione S. Gerlandi viſitet. *At* Rayñaldus *Epiſcopus Agrigentinus* anno 1261. menſe Junio, Indict. 4. *memoratam* eccleſiam S. Mariæ de Reſeſio juris ſuæ Eccleſiæ, eum omnibus juribus ſuis ad empbyteoſim conceſſit Preſbytero Matthæo Panormitano Canonico, & Magiſtro Guidoni Clerico aliiſque vigiati monachis, ut ſub regula S. Benedicti ibi degerent his conditionibus, ut quolibet anno in feſto S. Gerlandi Patroni unciam unam auri pro cenſu ſolverent, & quod Abbas vel Prior teneatur per ſe vel per alium cathedralem eccleſiam Agrigentinam in Translatione B. Gerlandi viſitare. *Ita verbis donationis ex tabulis Agrigentinis deſumpta Pirrus pag. 288. Eodem modo* Urſo Epiſcopus Agrigentinus anno 1219. ceſſit Peregrino Priori S. Mariæ de Adriano ejuſque Congregationi monaſterium, quod elade bellorum in inſula Veſtica deſtructum erat, item eccleſiam S. Nicolai, quæ eſt extra civitatem Agrigentum in urbe veteri cum terris, vel eccleſiam S. Biaſii in Camerata, dummodo ipſe & ſucceſſores ſibi & ſucceſſoribus ſuis obedientiam præſtent, ter ſingulis annis in die Aſſumptionis B. Mariæ, in Dedicatione eccleſiæ & Tranſlatione B. Gerlandi veniant, ſolvantque nomine cenſus tres rotulos ceræ. *Ita ex tabulis Agrigentinis Pirrus pag. 285. Translationis S. Gerlandi memoria inſcripta eſt ad 20. Martii eiſdem tabulis Agrigentinis & Martyrolog. Sicului Octavii Cajetani his verbis*: Agrigenti translatio S. Gerlandi Epiſc. & confeſſ. *Eadem legantur in Ferrarii catalogo novo.*

12 *Creſcente in dies erga S. Gerlandum populi veneratione, ipſum templum cathedrale a Gerlando nomen accepit, quod Pirrus pag. 320. factum aſſeris* anno 1305. *quando illi* templum 9. Novembr. dicatum eſt. *At pag. 291. iſta refert:* Anno 1305. 9. Novembr. 4. Indict. altare B. Virg. dicatum a B. Gerlando, in Cathedrali templo conſecravit Bertuldus Epiſcopus: ubi ſanctorum Apoſtolorum Jacobi, Bartholomæi, Andreæ, & Vincentii Martyr. Gregorii confeſſoris & Pontificis & Gerlandi reliquias ſolenni ritu incluſit, eumque diem conſecrationis ſacrum fecit. *Fuit hoc Gregorius, Agrigentinorum 2. Epiſcopus, cujus brachium thecis argenteis incluſum aſſervatur: colitur 22. Junii. At præcipua veneratione honorant cives corpus S. Gerlandi, ejuſque interceſſioni, teſte eodem Pirro*, ſigna divinæ virtutis quotidie aperiuntur. *Fazellus etiam dec. 2. l. 6. c. 2.* Nobilitatur, *inquit*, hodie Agrigentum æde Cathedrali quadrato lapide ſtructa, ac ſepulcbro D. Gerlandi, primi poſt exactos Saracenos Agrigentinorum Epiſcopi, miraculis conſpicui. *Anno 27. hujus 17. ſeculi Agrigentina Eccleſia conſecratus eſt Epiſcopus* Franciſcus Trahinæ, *qui* cathedrale templum eaornavit, præcipuam ejus partem, quam Tribunam appellant, perfecit, triboſque auait magnificis ſacellis, quorum omnium ſanctiſſimo Chriſti corpori, alterum D. Gerlando Patrono, extructa ac dedicata, tribus etiam inſtitutis in perpetuum Sacellanis quotidie ſacra facturis locupletiſſime fundavit, exornavitque. Tertium S. Franciſco dicatum. *Ita Pirrus pag. 318. At pag. 274. hæc de calce ejuſdem S. Gerlandi repetit*: Agrigenti in Sancti honorem bis in anno ſolemnitatem indicunt, die obitus 25. Februar. quando etiam brachium thecis argenteis incluſum, & baculum paſtorale videndo proponuntur, & 20. Martii in memoriam Translationis corporis: ſed die Dominica in Albis ſolenniori omnium Religioſorum proceſſione per urbem ſacrum corpus circumducitur, ac per dies 15. publicæ oundinæ inſtituuntur. *Demum addit Pirrus* particulas reliquiarum S. Gerlandi Panormi in æde maxima & ſacello regio aſſervari.

AUCT. G. H. D *inſcriptus Martyrol.*

templi Cathedralis conſecratur ad hunc... ejus an. 1105.

ſacellum an. 1637. erigitur,

reliquiæ ejus aſſervantur,

abſumſerunt,

jura aliqua Panorm.

miraculis claret,

corpus transfertur an. 1159. 20. Martii

dies Tranſlationis celebratur,

B C E F

B. ROBERTI DE ARBRISSELLO
FUNDATORIS ORDINIS FONTIS-EBRALDI,
prævio Commentario diſcuſſa Vita.

I. B.

§. I. Ordinis Fontis Ebraldi a B. Roberto inſtituti primarium monaſterium, nomen, ſanctitas.

AN. MCXVII. XXV. FE. 1 FOns-Ebraldi *nobile olim faminarum in Gallia monaſterium, unde originem ac nomen traxit celeberrimus Ordo, quem in monachos monachaſq; diſtinctum, ſed diverſa incolentes cœnobia, Abbatiſſa Fontis-Ebraldi, tamquam Generalis Auriſtita, moderatur. Varie a ſcriptoribus nomen expreſſum: uſitatius* Fons Ebraldi, *ſive* Euraldi, *Gallice* Font-Erauld, *appellatur. Alii* Fontem Everardi *vocant, willelmus Neubrigenſis lib. 1. c. 15.* Ebraudi: *Joannes Rex Anglia in diplomate, quod datum die 30. Auguſti, anno 1. regni ipſius, qui erat Chr. 1199. in Mona-*

Monaſterii Fontis-Ebraldi nomen,

ſtico Anglicano pag. 193. extat, nunc Fontem Ebraldi, *nunc* Ebrardi *nuncupat: Rogerius Hovedenus parte poſteriori Annal. ad ann. 1177.* Frunt Everoit: *Joan. Bromton Abbas Jornalenſis in chron. ad eumdem annum* Ebrardi *&* Embraldi: *alii aliter.*

2 *Factum autem monaſterio nomen a fonte loci, in quo ſitum. De re ipſa Baron. tom. 12. Annal. ad ann. 1117. ex vulgari fama:* Fetout, *inquit*, Ebraldum quondam juvenem, genere nobilem, ſed moribus corruptis, magna ſicariorum manu ſtipatum, adjacentes vias tegias latrociniis olim infeſtaſſe, ſilvaſque tunc temporis frequentes infeſtaſſe, quarum bodieque reliquiæ manent non parvæ. Poſthæc Theologum quemdam Pariſienſem eximiæ doctrinæ virum, divinique verbi concionato-

ora ab Ebraldo pradoni circa an. 1100. quæ vaſtabo

AUCT. I. B.

rem ioſignem, Robertum de Abeuſcellis nomine, eo adventaſſe, ſanctiſque exhortationibus ſuis non modo juvenem illum, ut mores vitamque mutaret, impuliſſe; ſed multos præterea omnium generum homines ad deſpiciendam ſeculi vanitatem, auſteriorisque vitæ leges ſubeundas permoviſſe: ad quorum habitationem diſtincta itidem in ſeptis monaſteria condidit, ſua ſeorſim viris, Virginibus, ægrotis, & mulieribus reliquis ædificando; univerſæ porro congregationi Abbatiſſam præpoſuiſſe &c. *Iſta Baron. quæ totidem verbis, eo tamen minime citato, deſcripſit Mirani l. 2. Origin. monaſtic. c. 10. Eademque multo prolixius narrat in commentario de Trecenſiam ſanctitate ad an. 1106. n. 8. & ſeqq. Guerroſius*, & veram hiſtoriam *eſſe affirmat. Cui vero ea probari queat, contrariam atteſtante Baldrico Dolenſi Epiſcopo, antea Abbate Burgalienſis cœnobii, ſeptis paucis a Fonte Ebraldi diſtantis, & quidem B. Roberti æquali? Namis n. 16. ita ſcribit:* Locus erat incultus & ſquallidus, ſpinetis obſitus & vepribus, ab antiquo Fons Euraldi nuncupatus, ab hominum cohabitatione ſequeſtratus: a Condatenſi autem cella quaſi duobus diſtabat milliaribus, diœceſi adjacens Pictavenſi. *Sicum eo venit B. Robertus, jam* ab antiquo *is loci* Fons Euraldi *dicebatur, non igitur ab* Euraldo, *quem adhuc juvenem ille ipſe converterit, nomen duxit.*

fides antiquæ inſcriptionis ei loco,

3 *Nolim tamen inficiari, fuiſſe illic fortaſſis olim denſa in ſilvis prudonum latibula. Nam vulgo id accolarum ſermonibus celebratur, S. Martinum Turonenſem Epiſc. cum ad Condatenſem ſui Epiſcopatus vicum venisſet, quaſſe quis ille eſſet locus arboribus frequens, quem animo ſpectabat: cumque audiſſet ſaltum eſſe rapinis ac latrociniis infamem, reſpondiſſe, olim ſaltum eum ſanctis precationibus ac religioſo cultu Numinis illuſtratum iri: nigroque hoc demum ſeptingentis poſt annis eveniſſe. Ea tamen ipſa narratio nullo veteri teſtimonio confirmatur.*

unus ſanctitatem prædicatiſſimi fuiſſe S. Martinum,

4 *Jacet vicus Condateaſis (jam oppidum, quod Galli* Candes *vocant) in extremis finibus diœceſis Turonenſis ad Vigennam amnem, qui haud inde procul Ligeri miſceatur. Duobus inde milliaribus, ut Baldricus ſcribit, ſive modica Gallica leuca, tribus a Salmuro oppido ad Ligerim ſita, diſtat Fons Ebraldi. Franciſcus Ranchinus Andiam provincia primariam Abbatiæ eſſe ſcribit* Burgulium & Fontem Ebraldi. *At cum de Pictonibus agit,* Fontem Ebraldi *ait ad Turonum Andinumque confinia, ſed in Pictavenſi eſſe diœceſi. Gervaſius monachus Dorobernenſis in chron. ad an. 1177.* Fontem Ebraldi de Andegavia *vocat. Et Joan. Bromton ad eumdem annum,* Ree, *inquit,* in Andegaviam ad Fontem Ebraldi pro uno Conventu ſanctarum monialium miſit. *At poſtea ad ann. 1189.* Proceſſit, *inquit, Richardus Comes Pictavenſis* cum corpore patris ſui *Henrici II. Regis Angliæ,* uſque ad Fontem Embraldi in Normannia. *Avus Normannorum illud cœnobium locarat, quod Normanniæ primariæ erat earum ditionum, quas in Gallia Anglia Reges poſſidebant, an memoria laſſa, ſupervacaneum eſt quærere. Mirani ſcribit loco antea cit.* in Fonte Ebraldi, intra unius velut oppidi ambitum eſſe quatuor monaſteria, tria monialium, quæ ſunt circiter ducentæ, & ooum monachorum, qui ſunt circiter quadraginta, & ſuum habent Priorem. *Ac paullo infrà:* Altare majus cœnobii monachorum Fontis Ebraldi ſitum eſt in confinio diœceſis Pictavienſis, Turonenſis & Andegavenſis. *Et hæc hactenus* a R. P. Guilielmo Richerio Abbate S. Vincentii, Cenomanenſis, Fontis Ebraldi olim Viſitatore, anno 1617. ſeſe accepiſſe *teſtatur.*

eſt in Andium confinibus,

In Pictavenſi diœceſi

ſum oppidi ambitum monaſteria

5 *Hoc religioſiſſimi Ordinis caput, hæc Abbatiſſa, quæ tori illi præeſt, ſedet. Voluit enim Fundator, (quod loco antea cit. annotat Baron. & infrà clarius patefcet) ut Abbatiſſa in omnes tum viros tum fœminas jus ſummum obtineret, ſtatuens ut viri S. Joan. Evangeliſtæ exemplo Virginib. ſeu mulieribus parerent, & hæc viciſſim, Beatæ Virg. exemplum ſequentes, Religioſos tamquam filios amplecterentur. Statuta denique & conſtitutiones pro utriſque ſeparatim præſcripſit. Ac paullo poſt nit, Ordinem multorum Pontificum authentici Bullis approbatum, qui eum docente ab illis verbis Chriſti, Ecce filius tuus, Ecce Mater tua, inſtitutionis ſuæ originem rationemque petiiſſe. Edita ſunt nuper varia diplomata Summor. Pontif. qui vel Fundatoris ſanctitatem laudarant, vel Congreg. ab eo inſtitutum Apoſtolica auctoritatis privilegio munierant. Ita Paſchalis II. diplomate dato 7. Kal. Maii, Indict. 13. anno Chr. 1106. item; alio data Nonis Aprilis, an. Chr. 1113.* Dilectis in Chriſto Sororibus ſeuctimonialibus in monaſterio Fontis-Ebraldi omnipotenti Deo ſervientibus *inſcripto; quæ ſe fatetur* de *ipſarum* Religionis ſtudiis ardentioribus provocari &c.

tori Ordini primi Abbatiſſa,

Ita Pontificibus aliis probatus, laudatus,

6 *Calliſtus II. Turonibus apud Majus-monaſterium date diplomate, 17 Kal. Octob. Indict. 13. an. 1119. ita loquitur:* Dilectæ filiæ Petronillæ Abbatiſſæ monaſterii S. Mariæ de Fonte-Ebraudi, & iis quæ poſt eam regulariter in eodem regimine ſucceſſerint in perpetuum. Com per Pictavenſem parochiam pro Eccleſiæ ſervitio traſitum haberemos, venerab. Fratris noſtri Guillelmi Pictavenſis Epiſc. ſuggeſtione, ad B. Mariæ de Fonte-Ebraudi monaſterium declinavimus: ubi monaſtici Ord. diſciplinam vigere per omnipotentis Dei miſericordiam cognoſcentes, locum ipſum cum omnibus ad eum pertinentibus B. Petri decrevimus patrocinio confovere. Unde etiam noſtris tamquam B. Petri manibus ſo hoore Beatiſſimæ & Glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virg. Mariæ oratorium dedicavimus. *Idemque in alio Bullæ:* Apud B. Mariæ de Fonte-Ebraldi monaſterium, ſanctæ Relig. diſciplina, ſicut ipſi præſentes perſpeximus, per omnipotentis Dei gratiam perſeverat: unde viri religioſi & Dominum timentes, qui circa ipſum ſunt, locum ipſum diligunt. *Calliſti quoque deceſſor Gelaſius II.* Ubi, *inquit,* per omnipotentis Dei gratiam ea longo jam tempore maxima religionis obſervantia cuſtodita eſt. *Poſtea quoque Innocentius II.* Quam ſpectata & famoſa ſit religio monaſterii Fontis-Ebraldi, quantumque ex ea bonum, ipſius gratia cooperante, proveniat &c. *Lucius quoque II. qui anno 1144. ſedebat,* Sane, *ait* Petronillam Abbatiſſam alloquens, pro ampliori religionis prærogativa, quæ de loco veſtro per Dei gratiam longius divulgator &c. *Ipſas etiam idem Pontifex ſanctimoniales compellans,* Quoniam de vobis, *inquit,* valde confidimus, caritatem veſtram per omnipoteorem Dominum deprecamur, ut ipſæ ſpeciales pro me ad Dominum orationes faciatis, & per omnes Congregat. veſtri Ordin. fieri ſtudeatis.

orationum illis dedit Calliſtus ſe.

laudatus Idem Ordo Gelaſio a.

Innocentio a.

Lucio a.

7 *Sugerius Abbas S. Dionyſii in epiſt. ad Eugenium III. Papam, quam ex miſſ. edidit Jacob. Sirmond. noſter in Notis ad Gaſfridi Vindocinenſis epiſt. inter cetera in commendationem ſanctimonialium Fontis-Ebraldi ita ſcribit:* Placeat igitur Excellentiæ Veſtræ ab his moleſtiis (*quæ nimirum illis faceſſebus Epiſc. Pictavenſis, Gilbertus Porretanus, ut reor*) eas eripere, & ot in pace Deo deſerviant, eis in multitudine miſericordiæ veſtræ providere, ſub protectione Dei cœli, & veſtra Apoſtolica auctoritate confovere & protegere: utpote tantum tantæ religionis locum, quem, cum in parvibus illis in ſcholis eſſemus, noviter inceptum eſſe vidimus, & pro Dei voluntatem fere ad quatooe aut quinque millia ſanctimonialium jam excreviſſe audivimus, & gaudemus. *Obiit Sugerius ineunte anno Chriſti 1152. ætatis ſuæ 70. ut tradit Claudius Robertus.*

Eugenio 3. ſummi dotes a Sugerio Abb.

voldi eum profectum,

8 *Biennio fere ante Sugerium jam memoratum S. Dionyſii apud Pariſios Abbatem, anno nimirum 1150.* 8. Kalend. Maii, *ut dicitur in Necrologio Fontis Ebraldi,* migravit a ſeculo piæ memoriæ Domina Petronilla, venerabilis monacha, incomparabilis & irrecuperabilis Mater noſtra, a Domino noſtro Magiſtro Roberto prima conſtituta Abbatiſſa. *Idem autem B. Robertus, ut ſcribit loco cit. Baronius, & ex eo Mirani,* ſtatuerat, ut

2. Abbatiſſa Mabilia,

cum

A cum Abbatiſſa, quam crearat, diem ſuum clauderet, ea illi ſuccederet, quam Religioſæ ipſæ ſors ſuffragiis elegiſſent. Quod ab illis ſemper obſervatum eſt, quamdiu electionum uſus in monaſteriis permanſit. Ceterum & quamdiu ſtetit eligendi poteſtas, & poſtquam auctoritate Pontificis conſtitui Abbatiſſæ cœperunt, optimæ ſemper easque memorabiles Abbatiſſas ſortitæ ſunt, vitæ integritate ac ſanctitate quam genere illuſtriores: tametſi plerique Regum & Principum, aut nobiliſſimorum certe Equitum filiæ fuerint. *Miror &c.* Vide Append. p. 759. col. 1.

ac religione pia & illuſtres.

9 Ex eo tempore celebratu late ſanctimonia hujuſce Congregationis eſt, atque in Hiſpaniam quoque & Angliam hinc accerſitæ ſanctimoniales, quæ ſolutam in nonnullis veteribus aliorum Ordinum monaſteriis diſciplinam reſtituerent, aut nova conderent. In Angliam certe an. 1177. evocatæ, datumque iis Ambresburienſe in Wiltonenſi agro cœnobium, quod olim S. Eduardi Regis ac Martyris novercæ & interfectricis Alfridæ fundarat, traditur in Monaſtico Anglicano pag. 191. ex Rogerio Hovedeno. Hujus iſta ſunt verba ad eum annum in parte poſteriori Annalium: Eodem an. idem Rex *Henricus* II. expulſis ſanctimonialibus de abbatia de Ambresbirie propter incontinentiam ſuam, & per alias domus religioſas in arctiori cuſtodia diſtributis, ipſam abbatiam de Ambresbirie dedit Abbatiſſæ & domui de Frunt Everoit (*lege* Fonte Ebraldi) in perpetuum poſſidendam: & miſſo a Frunt Everoit uno conventu ſanctimonialium, Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus introduxit eas in abbatiam de Ambresbirie 12. Kal. Junii die Dominica *&c. Idem in Chronico Joannis Bromtoni narratur, dicunturque Abbatiſſa illa* per mandatum Alexandri III. Papæ depoſita, *ac* ſanctimoniales omnes ibidem, quæ errorem & vitæ ſuæ turpitudinem relinquere, & ordinem Fontis Ebrardi tenere nolebant, a domo illa diſperſæ. Quibus ſic diſperſis, Rea in Andegaviam ad Fontem Ebrardi pro uno Conventu ſanctarum monialium miſit *&c. Ubi vides* ſanctas moniales *appellari monachas Fontis Ebraldi. De eadem hac Ambresburienſi colonia agit Gervaſius Dorobernenſis in Chronico.*

Ambresburienſe in Anglia cœnobium dictum.

B

10 *Idem Bromton* famoſum & nobile monaſterium Fontis Ebrardi *appellat*: *Guillelmus Neubrigenſis l. 1. c. 15.* famoſiſſimum illud monaſterium fœminarum de Fonte Ebraudi *vocat*. *Et l. 3. cap. 25.* famoſum & nobile monaſterium, *ac deinde*, monaſterium celeberrimæ religionis titulo inclytum. *Willelmus Tyrius l. 14. c. 1. de* Mathilde, (*ipſe* Mahaldem *vocat*) *ſecunda Fontis-Ebraudi poſt Petronillam Abbatiſſa loquens, ita ſcribit:* Anglorum Regis Henrici (*primi ejus nominis*) filio deſponſata fuerat: ſed antequam convenirent, ſponſus in Angliam navigans, naufragium paſſus, pelago ſubmerſus eſt: ejus vero ſponſa perpetuum vovens cœlibatum, in clauſtro puellarum religioſo admodum apud Fontem Ebraudi ſanctimonialem perpetuo vitam duxit. *Willelmus Tyrii Suffraganeus fuit, ac dein S. R. E. Cardinalis, Jacobus de Vitriaco. In hiſtoria Occidental. c. 20.* de monachis nigris *ſcribens, ita inter alia loquitur*: Hæc autem prædicta diximus, ſalva pace & reverentia quorumdam hujus Ordinis ſanctorum & venerabilium conventuum, qui adhuc in honeſtatis & laudabilis converſationis propoſito, & religionis diſtrictione perſeverant. Ejuſmodi ſunt Cluniacenſes in capite, & in quibuſdam eorum membris, a capite non diſcrepantibus; ſicut apud S. Martinum de Campis in Pariſienſi civitate, & præterea monachi religioſi Cantuarienſes in Anglia, & illi qui ſunt de Afflengien in Brabantia, & Sanctimoniales nigræ de Fonteurault, cum quibuſdam aliis Deo devotis monachorum nigrorum conventibus: quorum caritatem & humilitatem, labores aſſiduos & unera pene importabilia, novit ille qui eis patientiam & perſeverantiam ſubminiſtrat; ut aliis in via deficientibus ipſi ad deſtinatum ſibi bravium feſtinantes, finem conſequantur optatum.

Ordo ab omnibus ferè potentibus laudatus.

C

Inter præcipuos Benefactores fuit.

11 *Wilhelmus quoque Malmesburienſis, utroque paullo ſenior lib. 5. de Regibus Anglorum ita & originem Fontis Ebraldi deſcribit, & prædicat ſanctitatem*: Hujus Petri (*Pictavenſis Epiſcopi*) fuerunt contemporanei & in religione ſocii Robertus de Arbeiſel & Bernardus Abbas Turinenſis, quorum primus omnium hujus temporis ſermocinatorum famoſiſſimus & profuſiſſimus, tantum, non ſpumea, ſed mellea viguit eloquentia, ut hominibus certatim opes congerentibus, illud egregium ſanctimonialium monaſterium apud Fontem Ebraldi conſtrueret, in quo, tota ſeculi voluptate eaſtrata, fœminarum Deo devotarum, quanta nuſquam, multitudo in Dei ſervet obſequio. Nam præter cetera rum illecebrarum abdicationem, quantulum illud eſt, quod in nullo loco loquuntur, niſi in Capitulo, propoſita a Magiſtro peremnis taciturnitatis regula; quia ſemel laxato ſilentio fœminæ pronæ ſunt ad muſitandum frivola?

rigidiſſimum ubi ſilentium.

12 *Monet tamen Joannes Picardus Bellovacus ad S. Victorem Pariſiis Canonicus regularis in Notis ad c. 15. l. 1. hiſtoriæ Neubrigenſis*, has regulares diſciplinas, alioquin paullo ſeveriores, fuiſſe mitigatas auctoritate ſummi Pontificis ſub annum 1450.... Maria enim Britanna, Virgorum piiſſima, ſimul & nobiliſſima, Fontebraldenſis Antiſtita, curarat, ope conſilioque virorum peudeotium, ſeligi ex regula S. Benedicti, Robertique inſtitutoris ſanctionibus, capita, & diligentius ſervari in univerſis ſuæ familiæ parthenonibus; quæque videbantur ſubobſcuriora, planius deſcribi. Eorum vero quæ duriora cenſebantur, nempe ſilentium, ubique locorum, niſi in Capitulo, interdicens collocutionem, temperatum, ut liceat loqui poſt preces, ut vocant, Primas: dein poſt ſignum ad laborem factum.

E

poſtea mitigatum.

§. II. *B. Roberti patria, Vita hiſtoria, anniverſaria memoria,* BEATI *ac* SANCTI *prærogativa nomenclatio.*

13 HUjus igitur celeberrimi *monaſterii & Ord. fundator fuit* B. Robertus. *Variant auctores in cognomine, ut obſervant Andreas Cheſnius in epiſt. 17. l. 2. Petri Venerabilis, Honoratus Nicquetus noſter l. 1. hiſt. Fontis-Ebraldic. 3. Joannes Baptiſta Souchetus in Notis ad c. 11. Vita B. Bernardi de Tironio. Appellatur ergo a Gaufrido in dicta Vita B. Bernardi*, de Arbraſſello, Arbreſſellenſis, *&* o. 23. *ſi mendum abeſt*, Otbreſelenſis: de Abrezello *in quadam inſcriptione titulum Souchetus, & in mſ. Rotenſi apud eumdem* de Abrincello: *a Petro Pictavenſi Epiſcopo in charta data an.* 1106. de Herbreſſello: *a Neubrigenſi* de Arbuſculo: *de* Arbruſſello *in mſ. codice Cenomanenſi opuſculorum Goffridi Vindocinenſis*: de Bruſſello *a Petro Venerabili: a Joan. Bonebeto*, de Bruaelles: de Bruxello *a Jonnoe Hireto citato apud Souchetum*: de Arborcello *in quibuſdam aliis publicis apud Guillelmum Cutellum*: de Arbricellis *in Chronico S. Albini Andegav.* de Arbricel & Arbriſel *in chartis Rotenſibus*: de Arbeiſel *a Malmesburienſi: a Nicqueto* d'Abruiſſel: *Souchetus rectius cenſet* de Abriſſello: *nos* de Arbriſſello *retinemus, quod vulgatiſſimum apud ſcriptores.*

B. Roberti cognomen.

F

14 *Dictum id a loco natali, exili vico ſeptem leucis diſtante ab urbe Redonum in Britannia Armorica, qui tunc* Arbriſſellum *vocabatur, teſte Baldrico, Dolenſi in eadem Britannia Epiſcopo: nunc vulgo* Arbeſec *dicitur. At Guerrofius in Commentariis de Tricaſſinum ſanctitate ad an.* 1106. n. 7. *natum in Tricoſſibus affirmat, altero ab Auguſta Trevcrorum lapide, vico cui* L'Aubruſſel *nomen: nec auctorem citat ullum, qui eum illi patriam tribuant, nec argumentum promit, quo id firmet, præter unicum illum vocem. Baldricus, qui & Robertum novit, & propinquum Fonti Ebraldi Burgulienſe cœnobium rexit, & deinde Doli in Britannia Aletis fuit, illum ait c. 1. Vita n. 7.* Britanniæ minoris alumnum fuiſſe, ea pago Rhedonenſi oriundum, villæ, quæ vulgo Arbriſſellum nuncupatur, indigenam & colonum. *Ac n. S. Silveſter Redonenſis Epiſcopus ita eumdem* Robertum

patria, non Campania Trecenſis.

AUCT. I. B. D

AUCT. L. B.

cum *adſo Lutetia accerſitum alloquitur*: Vides, Frater cariſſime, quomodu ſancta Redonenſis Eccleſia, mater tua, ſine regimine vacillat. *Qua enim ratione Redonenſis Eccleſia* mater *ejus dici potuit, ſi erat in dioceſi Trecenſi natus, ſolumque in patria antehac & Lutetia verſatus?*

A *ſed Britannia alo Armorica?*

25 *Non viderat Guerroſius, quam hic damus* B. Roberti *gemmeam Vitam, unam, ut diximus, a Baldrico ſcriptam, alteram ab Religioſo Fontis Ebraldi, ejuſdem ſancti viri diſcipulo, quem vulgo* Andream *fuiſſe exiſtimant, de quo in ipſa eadem Vita c. 6. n. 36. mentio eſt. Atque ejus videtur in veteri quodam Necrologio ita mentio fieri*: 3. Id. Auguſti obiit Andreas Sacerdos Capellanus Magiſtri Roberti. *Utraque ea Vita e Mſſ. Fontebraldenſibus edita primum ob Michaele Coſniero oppidi ejuſdem Paracho: qui dein alia perſcrutatus archimonaſteria, haud pauca nobis ſubmiſit, ſibi in priori editione deſiderata. Vita utraque poſtea Coſnicro mortuo utriſdias edita Flexia an. 1647. addita ex oppoſito lacuſenta paraphraſi Gallica, a P. Joanne Baptiſta Chevalier Societatis noſtra Presbytero coaciuata. Omnium vero accuratiſſime hiſtoriam Fontis-Ebraldi Gallice ſcripſit Honoratus Nicquetus noſter libris quatuor: quorum primo res a B. Roberto geſtas, ſecundo ejus ſanctitatem, tertio Ordinis explicuit inſtituta: quarto omnium Abbatiſſarum acta ſuccinctè enarravit. Idem &c.* Vide Append. p. 759. col. 1.

Vita duplex vocabulis ſcripta

B

16 *Qua autem ordinem illum ſanctiſſimum pari pietatis & prudentiæ laude, adminiſtrat* (Vide Append. p. 729. c. 2.) *ſecunda & triceſima a Petronilla* B. *Roberti diſcipulo, eſt* Joanna Baptiſta de Borbonio, *Henrici* IV. *Galliarum Magni Regis filia. Ea cum ſummo ſtudio ad conſervandam, qui adhuc in Ordine viguit, ſpiritum, religioſaque exercitationis dignitatem, incumbit; tum præſertim ſanctiſſimi Fundatoris* Roberti *honorem nititur, quibus poteſt modis amplificare. Eaque cauſſa geminas, quas dixi, Vitas, anno 1641. & 1647. Flexia edidit, adhuc mitti curavit, cum aliis libellis, opera præcipue noſtri Honorati Nicqueti compoſitis: quorum unus* Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Antiſtitum, Principum, clarorumq; ſcriptorum de B. Roberti Arbreſſellenſis ſanctitate teſtimonia *complectitur: alter ineſcribitur*, Gloria B. Roberti de Arbriſſello, Ordinis Fontis-Ebraldi fundatoris, ſive vitæ epitome, virtutes, elogia. *Tandem, pro ſumma qua minimam Societatem noſtram proſequitur benevolentia, dignata eſt nobis per literas commendare, ut in valle noſtro de St. Allis opere locum quoque Vita* B. Roberti *daremus. Id vero jam antea altro conſtituerameus, ut ex iis quæ 7. Jan. de B. Vitale Saviniacenſi dicta ſunt, perſpicere licet:*

Beatorum ejus Abbatiſſa Joanna Baptiſta de Borbonio ampliſicat.

morte abbatiſſam obmortalem mutavit eo,

C *quamvis nullam tunc adhuc Vitam B. Roberti naſti eramus, ſed quadam ſolum illius e variis ſcriptoribus elogia. Non pauca ex duobus hiſce libellis, hiſtoriaque Nicquets, ad illuſtrandam ſanctiſſimi viri memoriam decerpſimus.*

17 *Non eſt adhuc quidem* Robertus *in Cœlitum tabulas ita Pontificis Maximi ſententia adſcriptus, ut de eo Eccleſiaſticum officium recitari Miſſaque offerri ſacrificium poſſit; verum id impetrare eadem Joanna Baptiſta Antiſtita omnibus nervis contendit. Urſit quoque jam a pluribus annis, ut hic publicus in Eccleſia cultus* B. Roberto *haberetur, Sereniſſima Magna Britannia Regina, quæ ſapius ſuper hac re ad Pontificem ſcripſit, & per Oratorem ſuum an. 1645. ſupplicem libellum obtulit, a quo iſta referuntur in citata* Gloria B. Roberti, *unde intelligere quiſque poſſit, qua tandem ratione mota, Cœlitibus debitum honorem Roberto procurare aggreſſa ſit*; In tanto, *inquit*, Majoris Britanniæ tumultu, quo pene jam totum regnum ſus deque vertitur ..... remedium & præſentiſſimum malorum levamen futurum mihi erit, ſi inſignis alicujus Servi Dei gratiam favoremque mihi conciliem, honorem ipſi in terris procurando, quo ipſe in cœlis pro felici Anglicanarum rerum ſucceſſu apud Deum advocatus exiſtat. Quare cum omni humilitate ſupplex peto, ut per Sanctitatem Veſtram liceat in Ordine Fontis-Ebraldi Officium dicere & celebrare Miſſam de V. P. Roberto ejuſdem Ordinis Fundatore: qui fuit olim accepiſſimus, atque adeu Conſiliarius Fulcanis Junioris Cumitis Andegaviæ, Turoniæ & Cenomaniæ, poſtea Regis Hieroſolymitani, unus ex progenitoribus Sereniſſimi Regis Majoris Britanniæ ſponſi mei: cujus etiam anteceſſores alii, Henricus II. Richardus I. Angliæ Reges; ac nonnullæ Reginæ Anglicanæ, Eleonora, Eliſabetha, multæque Principiſſæ, in eudem templo, in quo venerabilis Servi Dei reliquiæ jacent, ſepelri ſumma pietate cauptrunt, Ordinemque ab eo fundatum per varias Anglicani regni provincias propagarunt.

ejus ſanctificationem urget,

ut & Regina Anglia,

D

18 *Hactenus ex Sereniſſima Regina ſupplice libello. Rex quoque Chriſtianiſſimus, ut accepimus, de eadem cauſſa ad Innocentium X. Pontif. Max. ſcripſit, negotiumque urgeri ab Oratore ſuo mandavit.* Urget etiam (*ut jam indicavimus, & iiſdem, quæ hic damus, verbis in citata* Gloria *refertur*) Excellentiſſ. & Reverendiſſima Domina Joanna Baptiſta a Borbonio, Abbatiſſa Majoris monaſterii, & caput totius Ordinis Fontis Ebraldi. Urget Ordu univerſus, cum Condatenſi B. Martini, aliiſque adjacentibus Canonicorum Capitulis; ut eumdem Robertum Sancti nomine conſtanter hactenus inſignitum, utpote vitæ ſanctitate & magnis in Sanctam Eccleſiam meritis celebertimum, apoſtulica eloquentia & cunſtantia præfulgentem, Sanctæ Rumanæ Sedi addictiſſimum, & Apoſtolicæ auctoritatis retinentiſſimum, perpetuum hæreticorum malleum; martyrii aviditſimum, & pietatis cauſſa ab impiis quam plurima perpeſſum, Summorum Pontificum, Antiſtitum, clarorumque ſcriptorum commendatione nobilem, juſtitiæ omnis & ſanctitatis propugnatorem invictiſſimum, tot Sanctorum parentem, tot hominum utriuſque ſexus millia Deo lucratum, omnium cujuſque generis miſerorum aſylum certiſſimum, cujus ſanctitatem cœlum crebris miraculis loquitur, terra quotidianis precibus, votis ac donariis teſtatur, *Apoſtolica Sedis unta atque auctoritate colere ut Sanctam liceat.*

Rex Gallia,

alique;

E

quippe cui ex merito deberi videatur,

19 *Qua hic conglobatim celebrantur præconia, ea partim ante probata, partim ſuis locis in Vita, atque ex eodem de ejus Gloria libello hic probabuntur.* Beatum *certe jam ab annis circiter* 537. *præditavit Baldricus Epiſcopus, inſigni ſapientia præditus ſcriptor. Ita c. 1. n. 7.* Fuit igitur Beatus (de quo loqui diſpoſuimus) Ruabertus, Chriſtianæ profeſſionis cohæres & filius. *Et n.* 24. Præter illa, quæ fecit B. Roberti miracula. *Ac demum n.* 25. Annis revolutis & annis, quibuſdam iudiciis ſenſit B. Ruabertus finem ſuum apprupinquare.

quique ante annos 100. Beatus ſit appellatus a

20 *Citata ſopias Gloria pag.* 33. *oſtendit non* Beati *ſolum, ſed* Sancti *titulum Roberto ob omni retro memoria ſolere tribui*: Habet, *inquit*, & in priſcis Litaniarum ſupplicationibus Eccleſiaſticus Ordinis ritus hanc B. P. Ruaberti, poſt S. Benedicti, invocationem: S. Roberte, Magister bone, ura pro nobis. Et vero hactenus fons ille, qui antiquitus Fons-Ebraldi vocabatur, in honorem B. Roberti, qui ex eu fonte bibit, & in valle, in qua ſcaturit, monaſterium Ord. caput inſtituit, non alter quam Fons S. Roberti appellatur. Adeu hæc Sancti appellatio Servo Dei adhæſit, ut communi populorum ore celebretur.

F

ut poſſim ſanctus,

21 *Antea vero pag.* 13. *iſta erant relata:* Corpus in Fontis-Ebraldi monaſterium magno cum apparatu portatum proſecutus eſt Leodegarius Archiepiſcopus Bituricenſis. Obviam ſacris reliquiis jerunt Fulcu Comes Andegavorum, Radulphus Turunenſis Archiepiſcopus, Raginaldus Epiſcopus Andegavenſis, Abbates multi, innumeri Sacerdutes, cum infinita populi multitudine. Cor Urſani retentum, ubi honorifica incluſum eſt pyramide. Ara quæ proxima eſt, Ara Sancti eundis appellatur. *Et pag.* 29. *dicitur Leodegarius Archiepiſcopus Bituricenſis ſepelri voluiſſe* Urſani, ubi ſanctum cor B. P. Roberti magna populorum veneratione culitur. *Non veremur ergo, ne quis nos fugilleri, quod tam libere eam* Beati *titulo ornemus, qui jam a ſuu. annis, & quod excarrit, a gravioſſimo Antiſtite ei eribatus ſit, quique* Sanctus *ab immemorabili tempore, unanimi populorũ pietate, etiam in ſacrit Litaniis, ſit appellatus.*

& ejus publicus hoc nouorum reliquiæ.

22 *Anni-*

A 22 *Anniverſariam* P. Roberti *memoriam annotat Sanſſajus in Corollario ad Martyrologium Gallicanum pag.* 216. *& Jacobus Rinaldus noſter in Liliis Gallia ſancta, ad* 30. *Auguſti conſignari debere atque inſigni cum ambo elogio celebrant. Jacobus Sirmondus noſter in Notis ad Goffridi Abbatis Vindocinenſis epiſtolas pag.* 84. *verum* Roberti *natalem aperit ex Chronico S. Albini, ubi iſta habentur:* Anno 1116. Obiit Robertus de Arbriſſellis 5. Kalen. Martii. Iſte fuit fundator monaſterii Fontis Ebraldi. *Idem aſſerit Carolus Sanſſajus l. 9. hiſtor. Aurelian. n.* 12. *Idem quoque per litteras nec edocuit Nicqueius noſter: nam quod antea exiſtimarit eum 6. Kalendas Martii obiiſſe, id in hiſteria l. 1. c.* 35. *ut corrigatur curaturum. Satis quidem conſtare, ex conſenſu totius Ordinis, anno eum deceſſiſſe* 1117. *Chriſti, qui ſecundum Francorum illius ævi calculum,* 1116. *dicebatur, cum anni auſpicium a ſolemnitate Paſchatis duceretur, quod demum ſub Carolo 9. Rege emendatum; ceterum feſte S. Matthiæ ſita in diem ſequentem in Martyrologio Ord. Fontis-Ebraldi prælegi:* Eodem die in Biturica patria, apud Urſanum, præclara dormitio Reverendi Domini Roberti de Arbriſſel, Docturis Theologi, venerabilis Presbyteri, cariſſimi Patris noſtri: qui vir ſuit Chriſtianiſſimus, Sanctæ Eccleſiæ Lucifer ſplendidus, & in ſancta prædicatione alter quodammodo Paulus. Redonenſis diœceſis, provinciæ Britannicæ ſuit oriundus, fonteque cœleſtis doctrinæ fundius repletus, & in religione probabiliter fundatus, a primo lapide auctor Fontis-Ebraldi, baſilicam ejuſdemque baſilicæ quamplures cellas fundavit, ædificavit, multiplicavitque, & in eiſdem locis, Deo inſpirante, viros ac mulieres ad ſerviendum Deo omnipotenti fideliter coadunavit: quos etiam, dum adhuc viveret, & Sanctorum Patrum exemplis & regulis, omnique ſana doctrina, verbo & exemplo ad plenum informavit. Hic ſortis athleta verbi Domini fidelissimus diſpenſator, dum ea more ſuo ad cæteras nationes prædicationis ſancte gratia procederet; apud prædictum locum, quem ipſe Deo favente ædificaverat, qui Urſanus dicitur, & a Biturica civitate duodeviginti milliaribus, hoc eſt, duodecim leucis, diſiungitur, vocante Deo, ſenex & plenus dierum, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, cœlo gaudente, terra plorante, glorioſo fine quieſcens, corpus terræ ſpiritumque polo reddidit, anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo decimo ſeptimo.

obiit 25. *Feb. anno* 1117.

ejus illo die elogium in Martyrologio Ordinis.

B

§. III. *B. Roberti ſanctitas illuſtrium virorum teſtimoniis celebrata: ejus ſepulchrum.*

C 23 *Opera pretium fore exiſtimo, ſi hic ex utroque jam citato epiſcopi ſtrictim encomia colligam, quibus* Roberti *virtutes ac ſanctimoniam eximii ſcriptores, aliique viri illuſtres, ac præſertim Pontifices decoravere.* Urbanus II. *Pont. Max. Prædicatorem Apoſtolicum inſtituit:* inter leuit etenim, *ut in Vita refert Baldricus,* quod Spiritus ſanctus os ejus aperuerit. Paschalis II. magnæ religionis virum, virum venerabilem, *dum adhuc viveret, appellavit.* Callistus II. *mortuum,* bonæ memoriæ, venerabilis memoriæ: Honorius II. felicis recordationis. Luctua II. bonæ memoriæ, ſpectatæ religionis Presbyterum: *Delegati a* Sixto IV. Patrem memoria dignum.

B. Roberti laudatur a Sedis Pontificibus,

24 *Baldricus Epiſcopus, qui ut ſuperiore §. diximus abſolute* B. Robertum *aliquoties vocavit alibi* virum ſanctum & juſtum *nominat. Alibi ita ſcribit:* Sanctus igitur Spiritus obedientiæ meæ admoniculetur, & Domini Roberti mihi ſanctitudo ſuffragetur. *Deinde:* Hunc profecto dixerim, habitaculum Jeſu Chriſti & organum Spiritus ſancti, Reſponſalem & Vicarium Altiſſimi, ipſius deliburum ſermunibus. *Ac poſtea:* Dominus Roberius, ſona prædicationis, fons religionis, ſingularis ſeminiverbius, Doctor illuſtris & eximius, verbis & operibus admirandus, Vir extollendus & imitandus. *Sed hæc aliaque infra in ipſo Baldrico licebit legere. Petrus* II. *Epiſcopus Pictavenſis in inſtrumento quodam ſcripto Pictavis anno* 1106. Quidam vir apoſtolicus, *inquit,* nomine Robertus de Herbreſſello, verbo divinæ prædicationis ſagaciter invigilans, & tonitruo ſanctæ exhortationis plures tam viros quam mulieres a ſeculari luxu revocans, in noſtra diœceſi eccleſiam quamdam in honore S. Mariæ Virginis fundavit, in loco qui Fons-Ebraudi vocatur, quem locum Aremburgis uxor Widonis, filii Oſmundi, & Rivatia filia ejus, ad ædificandam prædictam eccleſiam ſibi dederunt. *Idem Petrus in alio ſcripto eum vocat* virum religioſum, verbo ſanctæ prædicationis deditum: *idemque alibi,* virum magnæ religionis & bonæ opinionis. *Girardus Engoliſmenſis Epiſcopus vir maximus, niſi eximia virtutum ornamenta poſtea fovendæ Anacleti ſchiſmate ardeceraſſet,* bonæ memoriæ ac magnæ ſanctitatis virum.

AUCT. l. II. D

25 *Petrus Abaelardus Abbas,* egregium præconem Chriſti. *Tabula abbatia S. Maria de Roia,* virum magnæ auctoritatis & infinitæ religionis. *Fulco Comes Andegavenſis,* magnæ religionis & honeſtatis virum clariſſimum. *Fulcho Junior itidem Andegavorum Comes,* hominem religioſiſſimum, cujus admirabilis doctrina verbo ſanctæ prædicationis & tonitruo ſanctæ exhortationis per totam Eccleſiam ſua fulget eloquentia. *Aremburgi Comitiſſa, Fulchonis uxor,* magnæ religionis virum, verbo Evangelicæ prædicationis ſagaciter diſpenſatorem. *Alii denique,* hominem ſanctiſſimum. *Andreas autem Vitam, quam infra dabimus, ita exordiitur:* Ipſius, de quo locuturus ſum, intercedentibus meritis, Spiritus ſancti adſit mihi gratia. *Poſtea eum vocat* Lucernam ere mitarum, virum omni ore laudabilem. *Abbates, quos B. Robertus conſuluit, cum de prima Abbatiſſa electione ageretur,* Tuum, *inquiunt,* Cariſſime Pater, ſuper hac re potius tenendum eſt conſilium: præſertim cum pro certo ſciamus, inter ceteros noſtræ ætatis mortales tuum vigere conſilium: te enim donavit Deus mundo conſiliatorem animarum.

E

aliaque honorifica illuſtrium,

26 *Si quis recentiorum ſcriptorum de eodem ſancto viro teſtimonia requirat, habet ſuperius §. 1. nn. 2. magni Cardinalis Cæſarii Baronii: in cujus Annalium epitome ad annum* 1117. *Henricus Spondanus, Apamienſis in Gallia Epiſcopus, B. Robertum vocat* eximiæ virtutis doctrinæ & probitatis. *Antonius Pagius to. 7. hiſtoria Baronianæ,* hominem pium & ſanctum. *Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana agens de abbatia S. Mariæ de Roia,* virum magnæ auctoritatis & infinitæ religionis. *Egregium quoque illius encomium contexuere Andreas Sanſſajus & Jacobus Rinaldus antea citati, qui abſolute* B. Robertum *appellant.*

eriam variis Sanctis,

F

27 *Pleraſque aliorum laudationes collegit aut ſuperavit Leodegarius Archiepiſcopus Bituricenſis, qui (ut in* Gloria B. Roberti *dicitur)* venerabilis ſervi Dei reliquias in ſua diœceſi, in qua obierat, retinere cum non poſſet inegras; ne tanto theſauro Bituricenſis diœceſis penitus orbaretur, ſaltem cor tandem obtinuit a Petronilla prima Abbatiſſa, quæ præſens aderat: ipſeque defuncti corpus proſecutus uſque ad majus monaſterium Fontis Ebraldi: *ubi eum oratione funebri honeſtavit, quam Gallice edidit F. Yve Magiſtri. Ex ea iſta ſunt Latine expreſſa:* Cuſtodit Dominus corpora Sanctorum ſuorum: id quod ſacræ eorum teſtantur reliquiæ. Teſtatur & corpus Patris veſtri, quod licet nullis aromatibus conditum, nihil tetri odoris ad hanc uſque diem exhalavit, etiamſi jam a multis diebus exanime remanſerit. Quod certiſſimum eſt inſignis ejus ſanctimoniæ argumentum, quam non niſi abſtinentia voluptatum ſeculi, ſervore ſpiritus, & auſtero vivendi genere tutatus eſt. *&c.*

pretiosa funebri ab Archiepo Biturico.

28 Providerat Deus huic ſæculo piiſſimum Patrem Magiſtrum Robertum: ut quamdiu in vivis ageret, lucerna eſſet, non abſcondita ſub modio; quæ peccatorum

mentes,

ob Epiſcopi,

AUCT. L. B.

mentes, pulſis improbitatis tenebris, Solis juſtitiæ radiis illuſtraret. Quis enim veſtrum neſcit eximium illum eremi cultorem, aliis quidem fuiſſe odorem vitæ in vitam, aliis vero ſagittam potentis acutam? Auſim dicere, Reverendo huic Patri non defuiſſe Joſephi patientiam, conſtantiam Jeremiæ, zelum Phinees, & Tobiæ caritatem. Davidem retulit, cum pertranſiret in deſerto, & per mille vitæ pericula tenderet ad regnum. Particeps fuit conſilii & ſolertiæ Danielis, & Samuelis obtinuit æquitatem. Præcurſorem Domini imitatus, anachoreticam vitam duxit; herbis famem, ſitim frigida dumtaxat levavit, cilicioque corpus texit. Paulinæ eloquentiæ particeps fuiſſe ajo. *&c.* Pes fuit claudorum, cæcorum oculus, ſolatium afflictorum, orphanorum patet, ſponſus ſanctarum viduarum, Virginum cuſtos & parauymphus, refugium miſerorum, viriorum omnium depulſor, auctor virtutum, concordia diſſidentium. *&c. Atque hoc poſtremum mirabile fuiſſe notatur, in B. Roberto, ut quiſque proprium donum habet a Deo, qui dividit ſingulis prout vult.*

A *& Pantaleonis comparatus.*

29 *Hæc aliaque ab Archiepiſcopo illo dicta in exequiis* B. Roberti, *tajat mauſoleum, ut vocat Balaricus, ante aram majorem, quatuor columnis innixum erat: ſuperiori ſaxo inſculpta ejus effigies: habitus ei ſacerdotalis, pedum paſtorale, manus chirotheciis tecta, infertas digita anulus. Tanta porro illud mauſoleum in veneratione fuit, ut olim coram eo vota religioſa nuncuparent ſanctimoniales. Anno* 1623. *novum multoque magnificentius erectum eſt altare,* S. *Octobris conſecratum a Philippo Coſpeano Nannetenſi tunc Epiſcopo, qui ex reliquiis incluſit Deiparæ Virginis, Sanctique Joannis Evangeliſtæ, (quorum præcipue honori dicatum) aliquas etiam S. Joannis Baptiſtæ, ac S. Ludovici Regis. Ob hujus ara fabricam debuit B. Roberti paullo longius tumba ſubmoveri, ſub novo itidem poſita, perquam affabre elaborato, mauſoleo: cujus ad angulos varia e ſacra Scriptura ſententiæ, nigro in marmore litteris aureis exaratæ: effigies ejus alio e marmore, cultu ſacerdotali, in tumba itidem marmorea recubans. Priore aperto tumulo oſſa compluria integra reperta ſunt: qua in arculum plumbeam, cum non exigua copia palveris, in quem cetera erant membra reſoluta, itemque pulveres in ſepulchro Petri Pictavenſis Epiſcopi repertis, condita ſunt.*

B *Ejus ſepulchrum hoc tempore.*

Inſcriptio.

30 *Addita hæc nova illi tumbæ inſcriptio*: Venerabilis quondam Robertus de Arbriſſello, vir admodum pius, & zelo animarum exæſtuans, divina, qua plurimum poterat, eloquentia, ad Dei obſequium, ad ſeculi contemptum, multos utriuſque ſexus mortales, qui eum ad deſerta loca ſequebantur, inluxit, eaque occaſione Ordinem Fontis Ebraldi primus inſtituit: variaque domicilia, devoto præſertim fœmineo ſexui, exruenda curavit. Quorum omnium caput eſſe voluit hocce monaſterium: in quo Abbatiſſam, non ſolum Virginibus ac mulieribus Deo dicatis, ſed etiam religioſis viris, præpoſuit, qui hoc vitæ ſequuntur inſtitutum, a ſancta Sede Apoſtolica, jam a ſui exordio ad hæc uſque tempora, approbatum, variiſque privilegiis regiſque muneribus auctum. Obiit anno 1217. Ejus oſſibus ac ſacris tegendis cineribus Ludovica de Borbonio, hujus cœnobii, atque adeo totius Ordinis Antiſtita, hoc mauſoleum novo pegmate exornatum, totius Ordinis nomine, tamquam parenti optimo, perficiendum curavit, an. 1623.

addita hæc inſcriptio.

C

§. IV. *B. Roberti in eremitica & apoſtolica vita primi ſocii.*

31 *EX iis Roberti eæmiis, quæ* §. *a.n.* 18. *congeſta ſunt, anum reſtat, ut oſtendamus ſanctitatem ejus miraculis eſſe cultum confirmatam. Sed primi mantiſſa quadam attexenda eſt rerum ab eo geſtarum, quæ ab utroque Vitæ ſcriptore prætermiſſa, ſunt tamen ab antiquis auctoribus traditæ. De primis* B. Roberti *in apoſtolicorum laborum ſuſceptione ſociis atque adiutoribus, Guilielmus Neubrigenſis, qui ſe anno* 1135. *ætatem teſtatur, l.* 2. *de rebus Anglicis c.* 25. *jam antea citato, ita ſcribit:* In tranſmarinis partibus, ſicut a majoribus accepi, tres memorabiles viri uno tempore fuere, ſcilicet Robertus, cognominatus de Arbuſculo, Bernardus & Vitalis. Hi non ignobiliter eruditi & ſpiritu ferventes, circuibant per caſtella & vicos, ſeminanteſque ſecundum Iſaiam ſupet omnes aquas, de converſione multorum fructus uberes colligebant: pio inter ſe placito conſtituto, quod Robertus quidem fœminarum communi labore ad meliora converſarum ſollicitudinem gereret, Bernardus vero & Vitalis maribus propenſius provideremus. Robertus itaque famoſiſſimum illud monaſterium fœminarum de Fonte Ebraudi conſtruxit, & regularibus diſciplinis informavit: Bernardus vero apud Tyrocinium, & Vitalis apud Savigniacum monachis regulariter inſtitutis, ſuos quiſque ab aliis per quaſdam præceptorum proprietates diſtinxit. Cumque ea his tribus radicibus ſervorum atque ancillarum Dei per diverſas provincias religioſa germina pullularent, quidam Savigniacenſes monachi Bellelandam noſtram condiderunt. *Qua quidem ita accipienda ſunt, quod cum Bernardus ac Vitalis virorum congregationes inſtituerint; Robertus etiam fœminas aggregarit, ac præcipue quidem ſtudio, ut quarum ſpiritali miniſterio viros, ſeque adeo ipſum ſubjicerent: quare ad hunc præcipue fœmineæ, etiam fortaſſis quæ a duobus illis erant converſæ, accurrebant.*

D *B. Roberto cum BB. Bernardo & Vitali conjuncto.*

Iſa. 32. 20.

Bi virorum.

Illi ſanctorum cœnobia inſtituunt.

E

32 *Qua vero ratione inter ſanctos illos viros amicitia coaluerit, ita in B. Bernardi Pontivenſis, primi Abbatis Tironenſis, Vita, tradit Gaufridus Groſſus auctor coætaneus c.* 1. *t. Nam Bernardus cum cœnobium S. Saviui Prioris titulo adminiſtraret, Gervaſio Abbate peregre profecto, jamque mortuo*; cognita (*ut ille ſcriptor ait*) monachorum voluntate, qui eum ſibi Abbatem facere diſponebant, clam diſceſſit ab eis, rem ſibi a multis annis deſideratam quærere intendens, ſcilicet anachoreticæ vitæ ſtudium, & ut ſibi victum acquireret labore manuum. Manebat autem non multum longe a monaſterio S. Saviui vir quidam venerabilis & religioſus eremita, Petrus nomine da Stellis, qui illius poſtea monaſterii fundator exſtitit, quod Fons Gombaudi dicitur. Ad quem Bernardus divertens, eo quod ſibi jam antea notus ac familiaris eſſet, cauſſam, qua veniſſet, aperuit. Quem Petrus magna cum animi alacritate ſuſcepit: ſed quia in vicinia monachorum erat, qui eum invitum Abbatem ſibi facere ſatagebant, illum diu ſecum, licet nimis exoptaret, tenere non potuit. Bernardus vero exæſtuans cum deſiderio jam optatæ paupertatis ac ſolitudinis; tum vehementer reformidans, quod, niſi citius recederet, Abbas, implicandus ſollicitudinibus curæ paſtoralis, impellente Abbate ſuo vel Epiſcopo, coactus fieret; Petrum obnixius rogabat, ut ſe inde citius latenterque ſubduceret, atque ad ignotas remotiſſimæ regionis ſolitudines perduceret. Petrus itaque precibus roganti acquieſcens, factus ductor itineris, quod poſtulabat complevit. Erant autem in confinio Cenomanicæ Britannicæque regionis vaſtæ ſolitudines, quæ tunc temporis, quaſi altera Ægyptus, florebant multitudine eremitarum per diverſas cellulas habitantium, virorum ſanctorum ac propter eacellentiam religionis famoſorum. Inter quos erant principes & magiſtri Robertus de Abteſello, atque Vitalis de Mauritonio, Radolphus quoque de Fuſteja, qui poſtea fundatores exſtiterunt multarum atque magnarum congregationum: quibus Divina diſpoſitio per Petrum, qui eos antea noverat, hunc quartum adjungere curavit, ut illis tribus quarto adjuncto ſigma fierent quadratura, quæ poſtea magna & lata ædificia erat portatura.

Bernardus ut Abbas fiat.

ad Petrum de Stellis fugerat.

F

a quo in primum deſtinatus ad BB. Robertum, & Vitalem, ac Radolphum.

33 *Pergit deinde c.* 2. *a.* Petrus vero de Stellis multorum dierum itinere confecto pervenit ad Domnum Vitalem, unum ex ſupradictis, quos principes & magiſtros eremitarum fuiſſe jam diximus. *Ita ille.* Fuit autem Radulphus (*qui hic cum tribus illis Sanctis eremitis jungitur*) magiſter

poſtea fundatori cuidam monaſterium.

A *magiſter quaque ſanctimonialium, ititem ut B. Robertus. De eo Joannes Baptiſta Souchetus Carnotenſis Canonicus in Obſervationibus ad c. 11. Vitæ B. Bernardi pag. 178. iſta ſcribit*: Fuit Radulphus primum Hendionis aſceterii, quod nunc S. Jovinus de Marnis in Pictonibus dicitur, monachus; deinde eremi cultor; ad extremum director & procuratur (quo nomine etiam Robertus Arbteſſellenſis in elencho codicis Cenomanici apud Sirmundum in obſervationibus ad 47. epiſt. lib. 4. Goffridi Vindocinenſis appellatur, pro fundatore) S. Sulpitii monialium: apud quas hominem exuit 17. Kalend. Septembr. 1129. & in ipſarum eccleſia, magna ſanctitatis opinione, ſitus eſt.

34 *Illa porro ſanctorum virorum in ſolitudine, commoratio contigit poſt concilium Claromontanum, quod an.* 1095. *habitum eſt: ante tamen Pictavenſe, quod* 1100. *De hoc Ivo Carnotenſis epiſt.* 211. *ad Radulphum Remorum Archiepiſcopum*: Computaverunt eamdem conſanguinitatem alio tempore in prædicta Curia (*ſcilicet* Domni Papæ, *ut ante dixi*) legati Fulconis Andegavenſis Comitis, & probaverunt, cum accuſaretur Rex Francorum Philippus, quod eidem Comiti conſanguineo ſuo uxorem ſuam ſubtraxerat, quam etiam illicite retinebat. Propter quam B accuſationem, & patrati ſceleris comprobationem excommunicatus eſt Rex a Domno Papa Urbano in Claromontenſi concilio. Et cum poſt factum divortium prædictus Rex eſſet reverſus ad prædictæ mulieris conſortium, excommunicatus eſt in Pictavenſi concilio a Cardinalibus Joanne & Benedicto. *Memoratis & aliis hujus illius concilii: cujus Canones ad eum annum recitat Baronius in Annalibus. Adfuerunt eidem concilio* B. Robertus de Arbriſſello & *B. Bernardus de Tironio, ut in hujus Vita n.* 23. *narrat Gaufridus*: Per idem tempus, *inquit*, dum Cardinales Joannes atque Benedictus, Apoſtolicæ Sedis legatione fuogentes, ad urbem Pictavium concilium convocarunt, in quo 140. Patres affuerunt: qui & Philippum Regem Francorum, propter Fulconis Conſulis Andegavenſis uxorem, quam in adulterio tenebat, anathematis viodicta percuſſerunt.

35 Qua excommunicatione comperta, Guillelmus Dux Aquitanorum, qui aderat, totius pudicitiæ ac ſanctitatis inimicos, timens ne ſimilem vindictam pro conſimilibus culpis pateretur, nimio furore ſuccenſus, juſſit illos omnes deprædari, flagellari, occidi. Quod miniſtris ſuis facere incipientibus, Pontifices & Abbates huc illucque diffugiunt, & ut temporalem vitam retineret, tuta latebula quærere contenduut. At vero Bernardus atque C Robertus Orbreſellenſis, qui concilio intererant, fortiſſimi juſtitiæ propugnatores, ac totius iniquitatis & injuſtitiæ expugnatores, aliis turpiter diffugientibus, ita immobiles conſtanteſque perſtiterunt, ut nec ab incepto excommunicationis deſiſterent; ſed pro Chriſto mortem vel contumeliam pati glorioſiſſimum ducerent: & quamvis eis perſecutores mortem non intulerint, iſti, quantum in ipſis eſt, martyrium pertulerunt.

36 *Souchetus ex Chronico Malleacenſi apud Beslyum citato, iſta notat*: 13. Kal. Nov. fuit concilium, quod tenuerunt duo Cardinales Joannes & Benedictus... uni eorum Joanni nomine, apparuit S. Hilarius, & dixit ei confirmando: Joannes noli timere, viriliter age, cras ero tecum: & excommunicavit Regem Philippum. *Joannes Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ parte* 3. *c.* 2. *tradit, cum Rex cogeadum Pictavis concilium didiciſſet, a Guilielmo Duce Aquitaniæ & Comite Pictavenſi agnato ſuo petiiſſe, ne ia urbe ſua talem ſibi injuriam iaferri pateretur: mandaſſe illico Guilielmum, ut urbe Legatiet cæterique Antiſtites illico excederem: unam e Legatis ſpatium deliberandi poſtulaſſe, eique aolte inſequente S. Hilarium apparuiſſe, & ne minit Ducis terreretur monuiſſe, ei eaim ſe adfuturum: Ducem, cum ei Legatus poſtridie hæc ratuliſſet, permiſiſſe ut pro arburio cuncta perficeret. Idem apud Baronium ex Bouchero narratur, & in Notis ad concilium Pictavenſe t. 26. Conciliorum, ut edita Pariſiis ſunt ex Regio typographio. De eadem concilio agitur in fragmento hiſt. Francorum to. 4. Cheſnei, ſed nulla ibi mentio apparitionis S. Hilarii. Dux ille Guilielmus, cujus hic mentio eſt, pater fuit Gailielmi, quem S. Bernardus Claravallenſis a ſchiſmate ad deferendam legitimo Pontifici obedientiam revocavit. De patre egimus* 10. *Febr. ad S. Guilielmi Eremitæ Vitam §. tertio, ac poſtea de filio.*

37 *Erat illius concilii Pictavenſis tempore B. Bernardus Abbas monaſterii S. Cypriani juxta Pictavos: Robertus abbatiam de Rota forſan a jam dimiſerat, aut certe mox dimiſit, uti & Bernardus ſuam. De hoc Gaufridus c.* 24. *Vitæ ejus*: Exæſtuans amore paupertatis ac ſolitudinis, ad ſecretum eremi, a quo fraudulenta violentia abſtractus fuerat, rediit, & mentem ſuam, quæ ibi remanſerat, invenit. Qui Domno Roberto de Arbreſſello atque Vitali de Mauritonio, quorum jam ſuperius mentionem fecimus, conjunctus, Gallicanas regiones nudis pedibus peragrabant: in villis, caſtellis atque urbibus verbum Dei prædicabant, hominet ab erroribus vitæ ſuæ eruentes, quaſi validi ac robuſtiſſimi arietes Divinæ potentiæ vitibus adiuti, muros infidelitatis atque vitiorum impellentes conſringebant, cotda hominum ab errore caducatum rerum evellebant, mala eorum colloquia bonos mores E corumpentia deſtruebant, malorum opetum nequitias diſperdebant, tottus iniquitatis coadulram congeriem deſſipabant, virtutes, Deo auctore, eurdibus eorum inſerentes plantabant, & plantatas exemplo corroborantes ædificabant: & quamvis mortuorum cadaverum reſuſcitatores non eſſent, quod majus eſt faciebant, id eſt, animas in peccatis mortuas vivificabant, & vivificatas Deo veræ vitæ conjungebant. Talia igitur ſigna facientes, quandoque ſimul, aliquando vero ſingulatim diverſas provincias circuibant: quibus, machinante diabolo, tribulationes non deerant.

38 *Idem ſcriptor c.* 42. Dum igitur Bernardus monaſterium ſuum ædificaret in Francia, Robertus Arbreſſellenſis ſuum conſtruxerat in Aquitania, Radulphus Fuſteienſis in Britannia, Vitalis vero de Mauritonio ſuum fabricabat in Normannia: quorum ſupetnus arbiter, longe a ſe poſitos, & in diverſis regionibus ſeparatos manere voluit, quia tot & tanta unuſquiſque illorum monaſteria conſtruxit, ut una eos regio minime caperet, una provincia congregationibus ab illis aduuatis, minime ſufficeret. *Ita ille. Conditum a B. Bernardo monaſterium SS. Trinitatis de Tironio in Carnoteaſi eſt diœceſi Fontis Ebraldi, ut antea dictum, ultra Ligerim, qui limes Arctous eſt Aquitaniæ. Saviniacum in Arvincenſi diœceſi, extrema* F *Normanniæ ora, Ciſtercienſibus deinde inſtitutis addictum a Venerabili Serlone, cum aliis* 27. *idque an.* 1153. *Eugenii* III. *Pontificis Max. auctoritate. Radulphus S. Sulpitii cœnobium ſanctimonialium apud Redonas conſtruxit. Enumerat ſingillatim Souchetus, in Obſervationibus ad dictum* 42. *caput Gaufridi, monaſteria omnia quæ a Saviniaco, quæque a Tironio, & Fonte Ebraldi dependent.*

§. V. *B. Roberti miracula.*

39 *Memorat ante ad miracula. Recte auctor* Gloriæ B. Roberti, *in ipſo principio opuſculi*: Commendarunt ejus ſanctitudinem Summi Pontifices, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Hiſtorici variique ſcriptores; qua ſit in exiſtimatione ſanctitatis, teſtatur qui ſæpe reliquiis haberut honor, & veneratio: teſtantur etiam Miracula.

40 *Baldricus Epiſcopus ſola ea videtur vel perfecta habuiſſe vel publicare voluiſſe, quæ in animarum curationibus facta ab eo erant miracula*: Exprimat quis, *inquit in Vita* quid ſenſerit: ego audacter dico, Robertum in miraculis cupioſum, ſuper dæmones imperioſum, ſuper terrenos Principes glorioſum. Quis enim noſtri temporis tot

laudes

AUCT. t. B. D

Pictavenſi concilio anno 1100.

B. Robertus cum BB. Bernardo & Vitale, per Gallium prædicat,

maxime fructu,

interſunt BB. Robertus & Bernardus,

quæſtum miraculoſe,

flagella in diœceſi provinciali propriam Ordinem inſtituunt.

nec mortis periculo moventur,

uti nec Legatus Apoſtolicus, qui a S. Hilario in ſomnis confirmatus

Regem excommunicat.

B. Roberti illuſtrarunt miracula,

non ſolum ſpiritalibus

Auct. J. B.

A

In animorum conversione,

langoidos curavit, tot leprosos mundavit, tot mortuos ſuſcitavit? Qui de terra eſt, terrena loquitur, & miracula 10 corporibus admiratur: qui autem ſpiritualis eſt, languidos & leprosos, mortuos quoque convaluiſſe teſtatur, quando quilibet animabus languidis & leprosis ſuſcitandis conſulit & medetur. Denique (ut omnium pace dixerim) per quem Paſtorum tot locutus eſt, tot operatus eſt Dominus? *His conſonant, quæ § ſuperiore, n. 37. de B. Roberto Beatos, Bernardo a Ganfrido ſcripta retulimus, majus quid eos feciſſe, dum* animas in peccatis mortuas vivificabant, & vivificatas Deo veræ vitæ conjungebant; *quam ſi corporum morbos graviſſimos ac vulnera perſanaſſent.*

Atque Ordinis inſtitutione ac multa præpagatione,

41 *Quod vero optari miraculum illuſtrius poteſt, quam Ordo religioſus præclaris ab eo inſtitutis conformatus, itaque dilatatus, ut eo ſuperſtite capitum tria milia conſerentur cœnobia triginta &, quod caput eſt, poſt tot ſecula conſtanti florens opinione ſanctitatis; non ſine manifeſto Fundatoris ſui apud Deum patrocinio?* Meminit ante annos circiter 44. *tum apud Matthiam Hovium Archiepiſcopum Mechlinienſem ac Belgii noſtri Primatem ſermo incidiſſet, de B. Ignatio Societatis noſtræ parente in Sti. tabulas referendo, & diviſſet nonnemo ut ea res perageretur miracula proferri debere; di-*

B *xiſſe ſapientiſſimum illum graviſſimumque Antiſtitem, non alia ſe miracula deſiderare præter ipſam Societatem ab eo conditam: ſe ampli Archiepiſcopatus proventibus, Principum Alberti & Iſabellæ Auſtriacorum favore, ſecundis Cleri omniumque Ordinum ſtudiis ſubnixum, tot annis in ſeminario erigendo laborare; cum ille nullis fortunæ præſidiis, nulla Principum gratia aut commendatione fretus, exigua tempore, tantam religioſorum hominum congregationem inſtituerit, & deinque optimis fere in locis legibus, ad ultima terrarum*

Et paſtoralibus officiis functi,

propagatum, uberrimos afferentem fructus. Idem profecto de Fontis-Ebraldi Ordine dici merito poteſt; neque coaluiſſe tantillo tempore potuiſſe hominis unius induſtria, ſine peculiari auxilio numinis; neque tamdiu vigere in eo ſtudium perfectionis, niſi cœlo receptus Fundator, illius identidem curam gereret, ſancta excitaret cœleſtis opis deſideria, laboresque proveheret ſanctimonialium juxta ac monachorum.

ſed aliis omittebat

42 *Non defuerunt tamen etiam ex Roberto quæ mortales præcipue ſuſpicere ſolent, e vivens miracula. In Gallicani Martyrologii Corollario ita de eo ſcribit Andreas Saxſajus:* In omni ſanctitate conſummatus, apud Urſaunum monaſterium feliciter expiravit, ſignis poſtea clarificatus divinis, quibus etiamnum coruſcat. *Jacobus Rinaldus in Lilii Gallia ſanctæ ſupra citatis:* Ab Urſonio cœnobio, pugnis & victoriis ſuis debitas accepturus coronas, in cœlum abſceſſit, dum hic triumphat in miraculis. *Nec mirum a Baldrico quo poſt B. Roberti mortem contigerint, miracula nulla commemorari, cum brevi poſt ejus deceſſum temporis lapſo ſpatio Vitam ejus nimis quam ſuccinctè collegerit. Andreas vero illa fere ſolum proſecutus eſt, quæ extremo tempore Roberti geſſit. Speciem non vanam habere miracula viſum Leodegario Archiepiſcopo, ut ipſe ſupra § 3. n.*

corpus ejus exanimem diu non mala olere

27. *teſtatur, quod* corpus ejus, licet nullis aromatibus conditum, nihil tetri odoris exhalarit, etiamſi multis diebus exanime remanſerit. Quod certiſſimum eſt, *inquit*, indigne ejus ſanctimoniæ argumentum.

43 *Recentiora quæ (in narrat Nicquetus in hiſt. Fontebraldenſi: atque hoc quidem ex l. 1. c. 3. G. primum fuit, ut diximus, cor B. Roberti in templo cœnobii Urſani pyramidi marmoreæ impoſitum, arcu alto pendet, qua etiamnum ibi viſitur altari primario ad cornu Evangelii, ut vocant, ſatis propinqua, ad templi parietem. Non tamen integra nunc eſt. anno* 1570. *cum Dux Bipontinus cum Germanicis copiis ad*

milites hæreticos qui ſanctæ ejus reliquias profanarunt caſtigati

hæreticorum auxilia veniſſet in Galliam, quidam ejus miles eam confringere capiens, illibus ad quot commodis. Negi deſinit cœleſtis vindicta: acritate percutiuntur ſacrilegus, & ut quidam tradiderant, brachii alterius rigore. Sed mox velut translato

manuſcr. poſt diem 9 octobris 11. I. poſt

in animum lumine, cur ea ſibi inflicta ſit pœna agnoſcit in flagitium deteſtatur, &, unde id ortum erat, hæreſim: vovet novandæ illic peragendæ in precibus excubias: quibus finitis illi reſtituitur videndi facultas. Ita memorant etiamnum Urſani incolæ, qui a parentibus ſuis, teſtibus oculatis, acceperunt. D

44 *In eadem Urſanenſi ade an.* 1634. *ubi B. Roberti cor aſſervatur, (quid populus* Cor ſanctum *appellat, & magna frequentat & veneratur pietate) ſupero Miſſa de ſanctiſſima Trinitate celebrari, quibus gratia agerentur Deo pro eximiis donis ſanctis illi viro divinitus collatis. Tum vero ſuaviſſimo odore ultro eadem completa eſt ades, cœleſti quodam & inviſibili ſuffitu. Palam id teſtata ejus cœnobii ſanctiſſimoniales, quarum apud Nicquetum l. 2. c. 15. expreſſa nomina, ac Hugaultium medicum atque alii, quibus intra ſepta monaſterii ad infirmarum curationem ingredi fas eſt. Eandem nidorem percepiſſe ſe Ludovicus Perrierus ordinis ejuſdem Sacerdos, tum Urſani coram ſancto illo Corde, tum in Fontebraldi cum intra cellam ſuam aliquas B. Roberti reliquias haberet, teſtatus eſt.*

ſuavis odor ad Cor Sanctum,

illuſtres B. Roberti reliquiæ

45 *In eodem Urſanenſi monaſterio Sorori Gabriela d' Aſſy brachium utrumque paralyſi diſſolutum fuit a Decembri anni* 1633. *ad menſes omnino quinque. Plurimo admota medicamenta, irrito labore. Tandem feria ſecunda Paſchæ, die* 17. *Aprilis, placuit horis* 10. *aſſiduis fieri preces, quibus Divina bonitas ad ſuccurrendum infirmæ, eſque modo manifeſtandam ſancti Fundatoris gloriam flecteretur:* E *ſumptoque ab omnibus eam in finem ſacra Euchariſtia, Gabrielæ reſtituta divinitus ſanitas eſt: idque omnium earum, medicique ſuperſcriptis teſtimonio confirmatur.*

illius ſoror paralyſis,

46 *Joanna Monſſæ Urſanenſi religioſa ſiniſtram manum ulcus carcinoma, uncis magnitudine, menſibus aliquot excruciarat. Implorata idcirco B. Roberti ope, nulla præterea adhibita medicina, feſto omnium Sanctorum, anni* 1634. *reſedit malum, omninoque evanuit. Teſtata id ipſa, ac medici.*

cruciatus,

47 *Anno* 1635. *Cadenaci in Borbonio Henricum Aſſium acuta febris pene ad extrema deduxerat: fruſtra erat ars omnis medicorum: matris Margaritæ Laſſaignia animum ſubit recordatio miraculorum, quæ fieri B. Roberti meritis dicerentur: votum ei nuncupat: momento remittit febris, redituque puero ſalus.*

febris maligna,

48 *Concludam hoc caput verbis hiſce, quæ in* Gloria B. Roberti *pag.* 49. *leguntur:* Quam multi vero variis morbis liberati, Servi Dei invocatione, aut aliquo ad ejus ſepulchrum exhibito cultu, vel hauſta fontis aqua, cui nomen a S. Roberto, videre eſt in Informatione facta anno 1644. menſe Junio, monaſterio Fontis-Ebraldi, auctoritate Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domini Epiſcopi Pictavenſis. Et quoniam jam apud ſanctam Sedem Apoſtolicam urgetur ejus Canonizatio, pergit Deus mirabilibus ſignis ſervi ſui prodere ſanctitatem.

multi alii,

de quibus publica jampra formatio,

F

§. VI. *Refutatur epiſtola ſub nomine Goffridi Vindocinenſis Abbatis contra B. Robertum conficta.*

49 *Priuſquam B. Roberti Vitam e duabus coævis ſcriptoribus editam proferamus; maculam unam, quæ poſſet univerſa, & quæ jam memoratæ ſunt a nobis, & quæ in Vita memorabuntur, illint decora offuſcare, ſentio hic obiter detergi oportere. Ea aſperſa eſt ex probroſa epiſtola, quæ in libro 4. Epiſtolarum Goffridi Vindocinenſis Abbatis numero quadrageſima ſeptima extat, hoc titulo:* Goffridus Vindocinenſis monaſterii humilis ſervos, ſuo in Chriſto multum dilecto fratri, ſervare modum diſcretionis, & *B. Roberum in epiſtola nomine Goffridi Vindocinenſis adita,*

terminis, quos patres poſuerunt, eſſe contentum. In ipſo deinde contextu epiſtolæ: In nullo agere, præter id quod eſt agendum, eſt Angelica perfecto: quam habere minime poteſt, quamdiu hic ſumus, noſtra conditio. Dum igitur non habemus perfectionem Angeli, nullatenus habeamus præſumptionem diaboli. Hæc ideirco, venerabilis frater, propoſuimus; quid te talia egiſſe, & adhuc agere, facta diſcurrente ſiniſtra audivimus; quæ ſi vera ſunt, ut ulla excuſatione illa defendas, ſed eum

omni

A omni feſtinatione corrigas, toam ſimplicitatem germanæ caſtitatis viſceribus commonemus. Audivimus enim, quoniam circa ſcaum fœminæum, quem regendum cepiſti, duobus modis, altero alteri proſus contrario, te ita ſollicitum reddis, quod modo in utroque modum diſcretionis penitus excedis. Fœminarum quaſdam (ut dicitur) nimis familiaeitee tecum habitare permittis: quibus privata verba ſæpius loqueris, & cum ipſis etiam, & inter ipſas noctu frequenter cubare non erubeſcis. Hinc tibi videeis, ut aſſeris, Domini Salvatoris digne bajulare Ceucem, cum extioguere conaris male accenſum carnis ardorem. Hoc ſi modo agis, vel aliquando egiſti, novum & inauditum, ſed inſructuoſum genus martyrii inveniſti.

aciuſatur da nimia cum familiis familiaritate, ac ſimulta-tes,

50 *Ac quibuſdam in eamdem ſententiam interjectis, hæc addunter*: Tu quidem in mundo quaſi montem excelſum aſcendiſti: ac per hoc iute linguas & oculos homioum convertiſti. Ego ſtans in monte, vide ne cotruas: nec per martyrium Maetyribus ſanctis penitus ignotum, eeligioſæ vitæ principio notam ioſamiæ derelinquas. Nulla etiam tua actione mundo, qui pene totus te ſequitur, ſuſcites ſcandalum. Nam fieret tibi damnatio gravioe, euina plueimorum. Mulierum quibuſdam, ſicut fama ſpaeſit, & nos aute diaimus, ſæpe privatim loqueris, & B earum accubitu novo quodam martyrii genere ceuciaeis.

Iidverſus eiltas aſpiritate,

Illis ſiquidem te ſemper ſeemone jocundom oſtendis, & alacrem actione, omneque genus humanitatis eahibes, nulla ſcevata parcitate. Aliis vero, ſi quando cum ipſis loqueris, ſemper locutione nimis dueus appares, nimis diſtrictus correctione: illas etiam ſome & ſiti ac uuditate ceucias, omoi relicta pietate, *&c. Ac tandem epiſtolam ita ſcriptor concludit*: Vale, & nos tuarum ſanctarum precum, ſupplicitee precamue, particiꝑes effice.

Semper a-ſſectum ſanctam ſanctæ procurantis, imꝑetantes calumnias.

51 *Ea omni tempore damonis vofritues fuit, ut quos videret viros præſtantes virtute ac ſcientia, ad aliorum ſimul procurandam ſalutem incumbere, neque ullis ipſius circumvenire fraudibus, revocarique a propoſito colenda & aliis inculcanda pietatis poſſe; iis infamiam aliquam inurere conaretur, doctrina eorum aut moribus in ſuſpicionem addeſis: ita futurum ratus, ut ſi qua erroriit aut etiam ignorantia opinio, ſi qua cupiditatis, ſi qua libidinis, aut certe levitatis, excitata foret, continuo ſperuerentur, vitarentur, & qua antea ſeminarant ſalutaria conſilia abiicerentur. Nihil opus eſt id exemplis confirmare, quando Chriſtum ipſum, ſapientiam æternam, omnis ſanctimonia auctorem, nefarii homines vinolentum eſſe ac blaſphemum, & damonum opera ad facienda miracula uti jaſtarunt.*

præſertim ſi fœminæ ad Deum convertant,

52 *Præcipue tamen ſi quis fœminis ad ſanctiorem vitam* C *informandis operam navare cœperit, infamia eum turpitudinis alicujus notare ſatagunt damonis hoc in negotio adminiſtri. Nam cum ſint fœmina natura magis verecunda ac timida, illico, ſi quid tale audierint verebuntur, ne ſubdolis ſermonibus vel pudori ſuo ſenſim labes inferatur, vel honeſtati certe nominis probrum conficiatur. S. Hieronymus ſummus ille & caliiſſimus doctor, quod quibuſdam matronis ac Virginibus Romanis, quarum erat eximia in ſtudio pietatis ſedulitas, ſacras Scripturas expoueret, traduEtus eſt a multis ut homo parum pudicus, præcipue cum ea luxui pompiſque ſeculi nuntium remiſiſſem. Teſtatur ipſe & refellit invidorum hoc in genere calumnias epiſt. 99. ad Aſellam, ubi hæc inter alia ſcribit:* Pene eerte teſtemnium cum eis viai. Multa me Viteinum crebro turbâ circumdedit. Divinos libros, ut potui, ſæpe multis diſſeeui: lectio aſſiduitatem, aſſiduitas familiaritatem, ſomiliaeitas fiduciam ſecerat. Dicone quid unquam in me aliter ſenſerint, quam Chriſtianum decebat? Pecuniam cujuſquam accepi? muneea vel paeva vel magna non ſprevi? in manu mea as alicujus inſoauit? obliqua ſermo, oculus petulans fuit? Nihil mihi aliud obiicitur, niſi ſcaus meus: & hoc numquam obiicitur, niſi cum Hieroſolymam Paula & Melania proficiſcuntur. *Ac paullo poſt*: Antequam domum S. Paulæ noſſem, totius in me urbis ſtudia conſonabant: omuium pene judicio dignus ſummo ſaeeedotio decernebat. Beatæ memoriæ Damaſus meus ſermo erat: dicebar ſanctus, dicebar humilis & diſertus. Numquid domum alicujus laſcivioris ingreſſus ſum? Numquid me veſtes ſericæ, oitentes gemmę, picta ſocies, auri rapuit ambitio? Nulla ſuit alia Romæ matronarum, quæ meam poſſet edumare mentem, niſi lugens, atque jejunans, ſqualleus ſordibus, ſletibus pene cæcata, quam continuis noctibus miſericoediam Domini deprecantem Sol ſæpe deprehendit? Cujus canticum pſalmi, ſermo Evangelium, delicię continentia, vita jejunium? Nulla me potuit alia delectare, niſi illa, quam manducaotem numquam vidi? Sed poſtquam eam pro merito caſtitatis venerari, colere, ſuſpicere cœpi, omnes me illico deſeruere virtutes? O invidia primum moedax tui! o Sathanæ calliditas ſemper ſaocta perſequens? *Plura adiicit in eumdem ſenſum.*

AUCT. l. II. D

53 *Si cujus autem ejuſmodi myſtagogi ita publice probata eſt virtus, ut nulla in eum ſtagitii cadere ſuſpicio poſſit; aliquid comminiſcantur improbi homines, quo notam illi aliquam ſoltem temeritatis, animæque ſui fiducia, impingant. Notas ille in noſtris annalibus religioſiſſimi ordinis profeſſor, qui cum parum æquo in noſtros homines eſſet animo, nec ferret totius populi ſermonibus eorum celebrari integritatem,* E *circumſpectam cum omni ordine & ſexu converſandi rationem; ſparſis in vulgus, eos peregrium cujuſdam herba præſidio libidinis motum reprimere. Atrocior fuit, qui in ſanctiſſimum virum Robertum de Arbriſſello, conjecta calumnia eſt, vel diſſipatis per ora hominum ſiniſtris rumoribus, vel conficta, ſub Goſfridi viri graviſſimi nomine, quam diximus, apiſtola. Aiit hujus auctor epiſtolæ, ſe ea quæ ſcribit, fama diſcurrente ſimilea audiviſſe. Qui vere potuit ea diſcurrere fama, cum ita ariſte ab aſpeitu, etiam religioſorum ejuſdem inſtituti, urceantur ſanctimoniales, ac ne quidem Abbatiſſa, Decana, Prioriſſa, ſi morbo correpta confiteri velis, ad lectum accerſere Sacerdotem poſſit; ſed his verbis in conſtitutionibus præſcriptum ſit, apud Nicquetum l. 3. c. 12. ut, quacumque illa ſit,* ad Capellam tranſpoetata, ibi confiteatur & communicetur, & communicata, egreſſu Sacerdote, ad lectum reportetur. *Qui ergo ad eas ſic concluſas accedere Robertus, vel ipſa ad eum poterant? aut cui credibile ſit, qui tanta cura earum conſulere voluerit pudoris ſecuriuti, ipſum cum iis etiam noctu verſatum eſſe?*

in Illis in Robertum a conficta ca-lumnia,

refutatur ex conſtitutionibus Ordinis,

54 *Si porro ea late fama manarat, ut uſque in Carnutes ad Goffridum pertingeret, quomodo non ad Pictavenſem Epiſcopum vicinum pervenit, effecitque ne Robertum ita luculente apud Pontificem commendaret, aut etiam in ſua dioceſi toleraret? Quomodo non ea deinſuma alio quopiam modo nullam Pontificis afflavit, ubi raro ignorantur res ea, quæ de viris Eccleſiaſticis, præſertim non longe ſummotis, cenſura digna narrantur? At non illi tanto favore Robertum eſſent proſecuti, non tam amplis privilegiis ordinem ornaſſent, ſi quid ſimile ipſis vel leviter ſuboluiſſet. Non tanto numero hunc ſe ordini addixiſſent honeſtiſſimæ matronæ ac Virgines, ſi quid tale accidiſſe cuiquam audiſſent: non ei adhærere tot viri pii voluiſſent, ſi ſe ſenſiſſent ejus exemplo in tales coniici illecebras. Quid ſancti ejus ſodales Bernardus & Vitalis? Ei præcipue fœminas erudiendas tradidiſſent, velut peculiari ad eam rem induſtria divinitus dotato, ſi tantus imprudentiæ, vel impudentiæ potuit, obnoxium eſſent ſuſpicuti? aut non ad illos quoque fama eadem pervenſſet, utque aſuis eos monaſteriis exeviſſet, ut illi in faciem reſiſterent? Vere enim reprehenſibilis fuiſſet, ſi tale quid tentaſſet. Spiritus pietatis ac timoris Dei qua ratione accendi fovirique poterat in mulierum animis, quas plurimas e peccatorum cœno exeruxerat, ſi non quam longiſſime eas ab omni abſtinebat ejuſmodi delinimento? Faceſſant igitur filii Belial, ſi qui, etiam per jocum, de viro ſanctiſſimo tale quidpiam dixerunt. Nec reor quamquam Chriſtiana diſciplina adeo rudem, qui iſta viro pio ac ſapienti venire in animum potuiſſe exiſtimet.*

favori erga eum Epiſcopardi; F *& Pontifi-cem,*

plurium ad eum acceſſus

& pietatis

55 *Quid ergo Goffridus, cur tanto pondere verborum amicum reprehendit, ſi non credidit? Cur non potius ſcripſit, ſe*

an epiſtola auctor Goffridus, forte nimis credulus?

AUCT. L. B.

probrum ejuſmodi inauditſſe, ſed credere non potuiſſe? Non inficior, viros quoſdam zelo vehementi præditos etiam aliquando dolos nonnunquam qua conficta ſunt in pios homines crimina, etiamſi ab uno illa alterove falſum audierint, ita fidem tribuere; aut ſaltem, quia metuunt ne vera ſint, graviter iis auditis commoveri. Poſſem, niſi reverentia, quam debemus religioſa antiquitati, vetaret, proferre nonnullos, qui vel unius relatione, etiam falſa, vel temere exoggerata, violentum in quoſdam ſtylum contorſere. An hic etiam ſcripter humani aliquid paſſus, & petulantis alicujus hominis dicterium, famam diſcurrentem vocavit. Aperior certe nonnullis viſus.

non potuit, ſaltem ante an. 1100.

§ 6 *Dicam plane quod ſentio. Non eſt ea a Goffrido ſcripta epiſt. nec tempus facile oſtendit quiſpiam, quo ſcribi ab eo potuerit, aut a Roberto auſa, ut ſcriberetur præberi. Tempore Urbani II. ita Roberti fatundia cum ſumma pietate conjuncta, ſecundis hominum ſermonibus celebrabatur, at eum ad ſe idem Pontifex accerſierit, concionari coram ſe Andegavis ad infinitam propa multitudinem hominum juſſerit, ac deinde Apoſtolicum Prædicatorem conſtituerit, ſive, ut Baldricus ait, ſecundum a ſe Dei Seminiverbium. Non ergo adhuc ſtultra illa de Roberto fama Goffridum offlarat: aliquin pro ſumma ſua cum Pontifice familiaritate admoniſſet, ne tanta auctoritate hominem armaret, cujus in* B *publicum ita periculoſo eſſet converſatio. Et qui poterat, id tunc ad eum, ab eo ad Pontificem deferri crimen, cum necdum ulla fumiaa Robertum conſectarentur: ac ne proximis quidem poſt annis, quando abbatium inſtituit & rexit Rotenſem Canonicorum regularium?*

non ſtatim poſt eum annum,

ſub initio Urbaniſ

§ 7 *Habitum tempore Paſchalis II. aa. 1100. uti antea diximus, concilium Pictavenſe*: Nec multo poſt (*ut ad epiſt. 32. l. 4. ejuſdem Goffridi, notat Sirmondus noſter ex Chronico Turonenſi*) abbatia Fontis-Ebraldi in Pictavenſi diœceſi fabricatur. *Eo nimirum tempore, dices, id, ſi non geſtum a Roberto, ſparſum certe eſt, & Goffrido relatum; cum necdum ſanctimoniales ita eſſent arcte concluſæ. At non erat, quod tunc ad Robertum ſcriberet Goffridus, qui ipſe frequens erat in Fonte-Ebraldi, etiam prius quam ita claſtro includerentur ſanctimoniales, ab aſpectibus virorum penitus ſummota. Teſtatur id ipſemet eodem lib. 4. epiſt. 32.* Quod vobiſcum, *inquit*, in Paſchate non fui, noſtri corporis infirmitas cauſſa extitit. Gibbus enim mihi crevit in dorſu, unde me ſecari oportuit. Et quamvis inter manus & lacrymoſas voces dilectarum Deo ſanctimonialium de Fonte Ebraldi, raſorio ſcribente in noſtra carne ſuas litteras, curpus noſtrum infirmitate pariter & vulnere non mediocriter fatigatum teneretur; nec infirmitas; nec ſecantis crudelitas, nec ſtatim impoſiti ſalis aſperitas, ut vos vel ad momentum obliviſcerer, facere potuit. *Tam familiaris erat in Fonte Ebraldi Goffridus, ut illic refecari ſibi gibbum vellet, ſub ipſis monaſterii, ut reor, exordia, cum ei miniſterium impendiſſe ſanctimoniales dicantur, quas & Deo dilectas appellat. Cur non tunc Deo quoque dilectum Robertum monebat, ſi quid de illo, quale dicitur, inaudierat? Cur neceſſe erat tam acrem epiſtolam mittere, atque ut poſteritati quoque innoteſceret, in adverſariis eam aſſervare? Idem l. 1. epiſt. 24. veniſſe ſe ad Fontem Ebraldi ſcribit, ut cum Epiſcopo Pictavenſi illic colloqueretur. Epiſtola deinde 26. ait ſe ultra Fontem Ebraldi progredi fecure non poſſe. Ergo illic frequens, ac familiaris erat, non ſanctimonialibus magis quam Roberto.*

eam enim ſcribentem ipſe ſaepenumero in Fonte-Ebraldi?

§ 8 *Neque videri cuiquam poteſt, poſtequam Ordojem fundatus ſuiſque legibus formatus erat, ea ſcripta epiſtola: qui* non odoito Ordine, qui eum to an. 1114. ſocietatem iniit

enim cum Roberto & ſanctimonialibus idem Goffridus ſanctiſſimam inire tunc ſocietatem voluiſſet; cum potius tam illum, tam ſtatus, propter tantam temeritatem, violatumque ſi non pudorem, pudoris certe mitorem, averſari debuiſſet? Habebatur autem ea ſocietas in Chartalaria majoris monaſterii Fontis-Ebraldi, charta 27. hac formula: Notum facimus ita futuris ſicut præſentibus, quod Domnus Goſſridus Abbas Vindocinenſis, ante omnes, & ſupra omnes Abbates, hujus luci qui Fons Ebraudi dicitur, familiaritatem habet & beneficium: & cum ipſe obierit, per ſingulos D annos ipſi ſolenniter celebrabimus anniverſarium. De Fratribus autem Vindocinenſis monaſterii, de quibus breve habuerimus, tantum faciemus quantum pro nobiſmetipſis. Ipſe vero Domnus Abbas partem telonei, quam apud S. Florentium habebat de ſale, noſtro monaſterio donavit in perpetuum & habendam conceſſit. Facta ſunt hæc in Capitulo Fontis Ebraldi, præſentibus Domno Goſſrido Abbate Vindocinenſi & Domno Roberto Magiſtro noſtro, anno 1114. Indict. VII.

§ 9 *Satisne jam manifeſtum, non potuiſſe eam vel famam ſpargi de Roberto, vel ep. ſcribi a Goffrido? Ac ne in monaſterio quidem Vindocinenſi, in codice mſ. opuſculorum & epiſtolarum Goffridi, ipſiſmet loci Abbatis, ea extat ep. quod teſtati ſunt ac propria manu ſubſcripſerunt, Prior ac Subprior ejuſdem abbatia, rogante Excellentiſſ. & Reverendiſſima Joanna Baptiſta de Borbonio, majoris monaſterii totiuſque Ordinis Fontebraldenſis, ut ante diximus, Generali Abbatiſſa; ſervaturque in archivo ejuſdem monaſterii. Cum vero hic agatur de inſigni calumnia, qua impingitur ſanctiſſimo Fundatori, imo & toti Ordini, mirati ſunt multi P. Jacobum Sirmondum noſtrum, cum Goffridi ep. aliaque opuſcula edidit, e duobus mſſ. codicibus, una monaſterii Cenomanenſis S. Petri de Cultura, altero cœnobii Vindocinenſis, non ſaltem* E *annotaſſe, in hoc eam epiſtolam non haberi: unde minimum ſuboriri lectori dubium poſſet, eam vere Goffridi non eſſe. Fatetur id quidem, ſe in editione epiſtolarum Goffridi præcipue ſecutum eſſe codicem Cenomanenſem, quod in Vindocinenſi non omnes extarent. At nos hinc conjiciemus, eum qui Cenomanenſem codicem primus conſcripſit, undiq; collectas, qua Goffridi eſſe viderentur, epiſtolas, etiamque iſtam, qua nomen ejus præferret, in unum volumen redegiſſe. Ipſum quoque Jacobum Sirmondum certo auctore didici, (nam enim mihi cum viveret, quam vir frequens inter aos & familiare erat commercium litterarum, non tamen mihi tunc venit in mentem, uti eam de illa Goffridi epiſtola interrogarem) ſed ab alio viro ſincero & grani e noſtris accepi, omnino poſſe indicaſſe eam epiſtolam Goffridi germanum fœtum non eſſe, re maturius conſiderata, perpenſoque Petri Abaelardi, quam mox citabimus, epiſtola; ac deliberaſſe, ſi Goffridi opuſcula denuo prelo mandaret, eam epiſtolam expungere.*

fatetur Sirmondus in ſecunda editione eam expunxiſſe

§ 10 *Quis ergo eadem epiſtola auctor? Suſpicari liceret, eum in Concilio Pictavenſi anno 1100. ita fortiter pro auctoritate Sedis Apoſtolica ſtetiſſet Robertus, aliquem e Philippi Regis ſubditis ideo illi iratum, hoc in eum ſub Guilielmi Ducis imperio in Aquitania degentem, virulentum ſcriptum contorſiſſe: aut e fatro Ordine non nemiaem invidentia iſtro pertitum, quod ut in ipſa epiſtola dicitur, totus mundus poſt eum abiret, hanc architectatum eſſe columniam. Certe enim etiam in pluribus cœnobus, ut love antea citato queritur Jacobus de Vitriaco, reſtincta pietas, ſolutaque diſciplina erat: ſeculares vero Sacerdotes in Britannia, in ex Baldrico colligitur, atque in Normaania, ut Gaufridus in Vita B. Bernardi ſcribit, (forſan & alibi) ſtatas ſui dignitatem fœdiſſimis vitiis inquinabant: ideoque in Bernardi necem conſpiraruat Normanni Presbyteri, ac Presbyterorum (nam ita vocat) uxores. Potuit ergo quiſpiam ex ea genere hominum hanc in Robertum, nimium moribus ſuis diſſimilem, excogitare calumniam.*

ſcripto ſeſſan ab aliquo Regis conſe tanto?

vel tanto Eccleſiaſtico

§ 11 *Sed (quod & Sirmondus ſenſit) verum ejus auctorem indicare mihi videtur Petrus Abaelardus epiſt. 21. ad G. Pariſienſem Epiſcopum; videlicet Roſcelinum, ſive Roſcellinum, qui in concilio Sueſſionenſi anno 1141. damnatus, ſcripta ſua coactus eſt ipſi tradere. De eo in citata epiſtola Abaelardus inter alia*: Deo gratias referrn.... quod numero bonorum hominum jam eſſe videnr, ex eius infectatinne, quem ſalis bonis ſemper conſtat eſſe infeſtum, cujus tam vita quam diſciplina omnibus eſt manifeſta. Hic contra egregium illum præconem Chriſti Robertum Arbroſelln CONTUMACEM auſus eſt EPISTOLAM CONFINGERE: & contra illum magnificum Eccleſiæ Doctorem

imo Roſcellino conſtito videbonitate improbo.

A rem Anſelmum Cantuarienſem Epiſcupum adeo per contumelias exarſit, ut ad Regis Anglici imperium ab Anglia turpiter impudens ejus contumacia ſit ejecta, & vix tum cum vita evaſerit. Vult enim infamiæ ſuæ habere participem, ut per infamiam bonorum ſuam conſoletur infamiam: nec oiſi bonum odit, qui bonus eſſe non ſuſtinet. *Hæc Abaelardus, aliaque contra ſceleſti hominis fraudes ac fallacias. Illud præcipue expendendum, quod* Epiſtolam cunfictam *ſcribat: quia non quocumque modo ea compoſita ſycophantia eſt, ſed epiſtola forma & quia ſub alieno nomine, merito* conficta *dicitur, non ſimpliciter ſcripta: ac fortaſſis neque Roberto ſuperſtite, neque ipſo Goffrido, qui deceſſit anno* 1129. *ſed poſtea, ut utriuſque nomini macula inureretur, quæ in contemptum totius Ord. ac publica pietatis detrimentum redundaret; niſi flagitioſi hominis mature recepta ac ſuppreſſa fuiſſet fallacia: quam Abaelardus merito* contumacem epiſtolam *vocat, quod cum omnium ſermonibus Ord. innocentia, Fundatoriſque ſanctitas celebraretur, obſtinatione quadam malitiæ, utrique impudenter obtrectaret. Qua &c.* Vide Append. p. 759. col. 2.

VITA B. ROBERTI

B

auctore Baldrico Epiſc. Dolenſi,

ex veteribus MSS. Fontis-Ebraldi edita Flexiæ 1641. & 1647.

PROLOGUS AUCTORIS.

a Baldricus, Dei gratia Dolenſium Sacerdos, licet indignus, Ancillæ Chriſti *a* Petronillæ Venerabili, monaſterii Fonteuraldenſis Abbatiſſæ, umaibuſque ejuſdem cœnobii ſanctimunialibus ſub ejus regimine, Salutem.

b Petronilla Pſ. 44. 11. r NEquaquam ſine *b* te, imu ad erudiendum te, quæ ſponſa Dei es, hujuſmodi dictum optaor: Audi filia, & vide, &c. Audiſti ſiquidem, & re vera audiſti vocem illius annuntiantis: Egredere de terra, & *Gen. 12. 1* de cognatione tua. Egreſſa es de quibuslibet penatibus tuis: lares paternos aufugiſti: ſeductrices carnis illecebras, quæ tibi blandiebantur, abhorruiſti, & ad Funrem-Euraldi veniſti: ubi fontem uberem, fontem prædicationis, fontem religionis invenisti, & hauſiſti: Domi-

C num videlicet Robertum, noſtris temporibus ſingularem *c* Seminiverbum, Doctorem illuſtrem & eximium, *c B. Roberti diſcipulo,* verbis & operibus admirandum, virum extollendum & imitandum. Hic aliquando Sorores ſuas damorata, & in ſancta converſatione erudita, populum ſuum & domum patris ſui oblita, prævio Spirito ſancto, Domino *antea conjugata,* cooperante Roberto, in Abbatiſſam promota es: quamvis thalamorum inquietudini prius deſerviſſes. Sanctæ ſiquidem Eccleſiæ neceſſitas & utilitas inſtitutiones humanas, nec immerito, frequenter obnubilant. *d* Inaltavit igitur Deus in ſolium excelſum Te, & genti ſuæ, *e* Paſchali Papa collaudante, præfecit Te. Tali *f* nempe gcas illa, gens mendicu, gens pupilla, indigebat Matre. *e f* Tali, inquam, mulieres, accepta pru Deo dumtaaat paupertate, ſuſtentandæ eraat procuratrice. Tu autem bene feceris, ſi te totam in earum procuratiooem eatenderis: ſi te uaeri ſuſcepto, tamquam jumeatum immolaveris: ſi te, velut umnium infimam autumaveris.

2 Prædictus ſiquidem Robertus viam Patrum noſtro- *ut ejuſdem Roberti jam mox:* rum ingreſſus eſt: &, ut creditur, eauta mortalitate, immurtalitatis ſtolam a Deo laureatus adceptus eſt. Quid autem in hujus recordatione potiſſimum ſit, flere, an gaudere, difficulter diſcerai poteſt: cum flere pro abſentia cariſſimi noſtri nos cugat humanitas; & quia pro

nobis interceſſurus ad aulam Dei noſtri evolavit Robertus noſter, nos gaudere jubeat ſecuritas. Quia vero AUCT. BALDRICO EPIS. D nondum alterum horum percipue faciendum oovimus, ad utrumque interim nos extendamus, & in utroque ad hoc uſque nos exerceamus, donec de lacrymarum coavalle pedetentim eroamur. Defleat igitur & defluat oculus noſter, quoniam bonus facunduſque doctor & amicus Dei a nobis receſſit. Lætetur cor noſtrum, quia Robertus noſter ab hujus mundi cœnulento exilio ad incolatum nobis deſtinatum nus peræeſſit. Iſtius eunverſationem, quoad in terris viait, quam longe a communi *Plenam ſerie Sap. hortenſis,* hominum converſatione remota ſuit, Mater cariſſima, par vitati noſtræ deſcribendam præcepiſti, quatenus litterarum tenori mandaretur, quu utilitati humanæ fragilitatis olim quoqoo modo conſuleretur. Veſtigia ſiquidem Patrum ſi ſcripta reperimus, multo libentius imitamur, quos pro nobis ſupplicantibus interceſſores confidimus. Virgilianum, ſeu Tullianum ſtylum hoc nimirum opus eapeteret. Sarcioam grandem, & gravem imbecillitati noſtræ, Domina Petronilla, impoſuiſti: cum me & multa mundi fluctivagi inquietet *g* procella, & *g procella ſeu flat. ſeum tumultus* maxime minoris Britanniæ, in qua cum ſcorpionibus habito, beſtialis, geminaque circumvallaverit ferocitas. Denique quomodo euloratam legem ſcribendi tenebic, E quem oulla Saluſtianæ ſitulæ ſtilla unquam roravit? Rogo, quu auſu temerariu, quu ute biulco Robertum virum ſanctum & juſtum nomiaabu, multiplici ſuperunoſtus peccato? Ad ultimum quid dicam? Schedulas mihi quaſdam dediſti, quæ prope oihil de Domino Roberto continebant, præterquam quod ipſum de Britannis noſtris oriundum referebaat.

3 Tamen cum recordur, quod Deus etiam immeritis *tam ſpe aouiſti divini,* ſuam præſtat gratiam, me audiſſe; & bruto animali, aſellæ videlicet, humanæ liaguæ ufficium upificem ſummum ad horam præſtitiſſe, recolo me legiſſe; nun ambigo, quin ille qui linguas infantium facit diſertas, *h* illam mihi, uua pro meis, ſed pro ſæpe nominaſidi Ruberti meritis inſpiret facundiam: qui & ſi voluerit per plumbeam fiſtulam meam, aquam limpidiſſimam ætati ſucceſſuræ proſuturam diffundar. Attentabo igitur, So- *pro precibus Sororum obtinendis,* rores ſanctiſſimæ, veſtris orationibus, quibus me ſpecialiter commendu, coadiutus, de Magiſtro noſtro, pru quu coatinuo ſuſpiratis, modicum qoid dicere: ſed vereor, ne errabundus viator in via deficiam. Quu in ſtu- *opus offert; dium.* dio ſiquid benc diaero, dono Dei, qoæſo, deputate; ſi ſecus, quod pertimeſco, vel ætati noſtræ decrepitæ, vel manui tremolæ, vel meæ ſocurdiæ, ſeu cunverſationi F meæ in peccatis iaveteratæ tandem imputate. Memenrote tamea umnes homines, præter unum, peccatis obnoaios viaiſſe. Valete.

a *De hac faſa egit Nicquetus l. 4. hiſtoria Fontebraldenſis cap. 2. conſ. 19; antea nuptam fuiſſe alicui ex antiqua & illuſtri familia* de Chemillaco, *ſive* Camilliaco, *vulgo* de Chemille.
b *Cofnieri editio*, ſine *te*.
c *Ita utrobique editio: alias* Seminiverbium.
d *Aliud mſ. ut non olim mouuis Cofnierus*, exaltavit.
e *Diplomate dato 7. Kal. Maii, Indict. 13. anno 1106. Is Pontifex creatus 12. Aug. 1099. obiit 22. Jan. 1118.*
f *Cofnieri editio*, maxime. g *Al.* turbella, *inquit idem*.
h *Al.* etiam & mihi, *ait idem*.

CAPUT I.

B. Roberti ortus, ſtudia, archipresbyteratus, publica ſcientiarum profeſſio, pœnitentia.

4 GRatias agamus Domino Deu noſtro, qui hue uſque aon deſtitit viſitare nos, tamquam ſol matutinus urieus ea alto. Nec mirum, cum id ipſum

ALDRIC. BALDRICO EPIS.

Matth. 28. 20. B. Robertus in locum homilias dati,

Veritas prædixerit, cum id ipſum ipſe Jeſus in hæc verba taliter promiſerit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Si autem nobiſcum Deus eſt, quomodu Emmanuel, quomodu omnium opifex & rector inter nos otioſus eſſet? Quomodo dies ſine luce? quomodo ignis abſque calore? ceruse glacies abſque gelu? Sol abſque ſplendore? Et quoniam numquam & nuſquam Deus eſſe poteſt otioſus; diebus tamen noſtris curam nobis operatus eſt manifeſtius, dum venerabilem Robertum de Arbriſſello mando dedit ſpeculum, ſuffocatorem uttiorum, propagatorem & educatorem virtutum, omnium deſolatarum & erroneurum perſuarum ſolamen & præmbulum. Ille ſiquidem Robertus Solis Orientalis radius, Lucifer matutinus, Prædicator poteſtativus, Occidentalem orbis plagam irradiavit, & ignorantiæ tenebras ore poteſtativo deſuſcavit.

Plenum ſerie bis Baldrici, a

5 Hujus admirabilem inter mortales converſationem, Ego Baldricus Dolcoſium a Metropolitanus, licet indignus, ſanctimoniahum Fontebraldenſium vulnuratibus acquieſcens, ſtylo, quem vis impolito, mandandam promulgandamque ſuſcepi: quatenus ſeculis futuris exemplorum illius odor redoleat, & ſcholæ Chriſtianæ doctrina ejus proficiat. Pluris enim quælibet rerum geſtarum hiſtoria materies erit, quam lectionis ſeries commendabit. Superſunt plurima de Roberto, calamo celebriori refereoda, quibus meo multum obeſt impernia: obeſt etiam, quæ ingenium meum obtundit, ætas annoſa, & in oblivionem verſa ſenectus æmula. Non igitur doctrinæ litteratoriæ ſuffultus admiiculis hoc opus aggrediar, quoniam dumraxat in Domino confido. Sanctus igitur Spiritus obeditioni meæ admioiculetur, & Dominus Roberti mihi Sanctimudo ſuffrageiur. Amen.

B ut pluribus proſit

6 De venerabili reſponſurus Roberto, Spiritum ſanctum ſuggeſtorem veritatis imploru, quatenus quæ huic rei digna ſunt ſubminiſtret, ſine cujus adiutorio ipſa Dialecticorum loquacitas mura eſt, ipſa Philoſophorum excugitatio obtuſa eſt. Ut igitur ipſius hiſtoriæ fundamentum a kius revolvamus, qua patria, quibus parentibus proceſſerit, & quibus temporibus efflorueriit, ſuccincta teactemus: ut de ſingulis veritati teſtimonium perhibeamus. Non enim aberrare videbimur, ſi de ipſius origine primirue diſceptemus.

diuuda diuidi.

C

7 Fuit igitur Beatus, de quo loqui diſpoſuimus, Robertus, Chriſtianæ profeſſionis cubæres & filius, Britanniæ minoris alumnus, quam provinciam decoravit Sacerdos, b ex pago Rhedonenſi oriundus, villæ, quæ vulgo c Arbriſſellum nuncupatur, indigena & colonus. Patea autem ipſius Damaliochus, mater veru d Orguendis nominabatur. Ipſe denique Robertus ab ipſa puernia, maturis moribus imoleſcere cœpit: nec enim, ut aſſolet, juvenis, ætatis illius ſequebatur laſcivism: ſed nitidam, prout poterat, amplasabatur eaſtimoniam, & inteinſecus diligebat mundiriem. Fugientes litteras per orbem perſequi videbatur, quoniam ab annis inſantilibus, litteratum ſtudiis, quas aſſequi non poterat, ſuerat deputatus. Perambulabat regiones & provincias irrequietus, & in litteratum ſtudiis non poterat non eſſe ſollicitus. Et quoniam Francia tum florebat in ſcholaribus emolumentis copioſior, fines paternos, tamquam exul & fugitivus, exivit: Franciam adit, & urbem, quæ e Pariſius dicitue, intravit: litterarum diſciplinam, quam uotee ſibi poſtulaverat, pro voto commodam reperit: ibique aſſiduus lector inſidere cœpit. Illis exercitiis totus deſudabat: nec ob id converſationis approbatæ obſervantiam prætermitrebat. Inter cunſcholares quamdam modeſtiæ ſeveriratis majeſtatem prætendebat: & quod de ſe futurum erat, id quibuſdam indiciis evidenter ſignificabat. Tunc temporis Rex f Philippus, Regis Henrici filius, Francorum colonias regebat: & g Gregorius Septimus Urbis Romæ Paparum tenebat. Hæc idcirco diximus, ut quibus temporibus Robertus excreverit & ſtuduerit, patenter inſinuavarimus. Reddebat etenim ſcholaſticis, quod ſcholaſticorum erat, nec propterea ſe Dei ſervitio minus cuapiabat. Auſpicabantur da eo jam aliquid, qui eum noverant, quoniam intuebatus in eo magoum quiddam.

difficilis litteratus

b

c

B. Robertus in Britannia minori natus,

d

D

8 Urbs interea Reduuis ſuo deſtituta e Patrono, ad Deum reconverſa, præmiſſis precibus, & Silveſtrum quemdam elegit in Epiſcopum, quem & morum ſinceritas, ſoaque commendabat nobilitas: qui prout erat ſanguine generoſus, generoſior erat & meritis: & licet non multum litterarus, litteratos tamen inhiantes complasabatur. Spiritualis ſiquidem in eo vigebat diſciplina, ut quod ei ſanguis & caro non inſpiraverant, divina ei luculeuter diſtillaret doctrina. Convocabat igitur aliunde, ſi quos poterat, litteratos: quod hominum genus Britannia tunc babebat cariſſimum. Relatum eſt ſciſcitanti, de Roberto, & de ejus ſeveritate, & ſtudio, & dixeruot: De quo loquimur, Robertus, Domine, tuus naturalis eſt: cum & Redonenſis eſt cuique inſtitutionibus ſatis accommodus: liberalibus ſiquidem diſciplinis apprime eruditus eſt, corpore vegetus, & morum honeſtate compoſitus. Evectione præparata venerandus Pontifex dirigit Pariſius, & accerſitum raliter alloquitur: Vides, inquit, Frater Cariſſime, quomodu ſancta Redonenſis Eccleſia mater tua ſine regimine vacillat, hoc præſertim tempore, cum me pene laicum ei contigerit præeſſe. Eſto igitur, quæſo, in reſponſis Eccleſiaſticis noſter interpres: audiam te, & loqueris in me. Puteris procul dubio Dei populo prodeſſe, ſi zelum Dei habaas, voluerris nobiſcum aliquantulum militare.

e

f

g

9 Annuit Robertus loquentis obſecrationibus: & jam ſollicite occupabatur Eccleſiaſticis occupationibus & neceſſitatibus. In omnibus agendis Deum ante oculos habebat, in nullu deſidioſus erat, turpis lucri a ſe cupiditatem extricabat, & in ſingulis legaliter ſibimet imperabat. Epiſcopo ſun per omnia fideliter parrocinabatur: nam & ejus patrocinium Epiſcupus, licet patrunus, non dedignabatur. Quatuor igitur annis apud Epiſcopum ita demorarus / Archipresbyter, pacem inter diſcordes reformando, Eccleſias ab inſanis laicorum ancillaru liberando, inceſtas Sacerdotum & laicorum copulationes diriruendo, Simoniam penius abhorrebat, omnibuſque vitiis viriliter reſiſtebat.

E

10 Elapſo bic biennio Reverendus Pontifex gravi corporis tactus moleſtia hominem exuit, &, ut creditor, ad aſtra receſſit: & Roberrus inter orphanos orphanous ſolus remanſit: ſolus, inquam, quia probis ejus actibus ipſi Fratres invidebant, quorum invidentia jam ei odium pepererat. Decravit igitur ſecum invidiæ cedere, & juxta Magiſtri ſui rocem, de civitate in civitatem fugera: nolebat ateuim euiliber eſſe in ſcandalum, quod non ignorabat granda & grave piaculum. Veum igitur Andegavum, ubique ſcholaribus ineubuit m ſtudiis: nec propterea repebat a religione, ſiquidem divinæ poſt lectionem aſſiſtebat philoſopiæ: vitabat otioſus eſſe, nunc urationi, nunc veru lectioni deditus. Deſtinans itaque carnis illecebris auſterius dumiuari, ſubtus ad carnem indutus eſt loricam: qua veſte duobus uſus eſt annis, antequam ad eremum proceſſerit. Ad eremum quippe poſtea proceſſit, ſeque totum contemplationi dedicavit. In biennio autem, quo illa ferroginea veſte carnem domabat, delicatis daſuper regebatur pannis, ocnis & favori hominum ſe oceuhans, cunſpectui vero Dei ſe dumtaxas manifeſtans. Favorales ſiquidem in omui vita ſua deſpexit nugas: & quaſi venenum, omne blandiloquium aſpernatus eſt. Cibis interdum ratis & vilibus utebatur, & interdum vigiliis occupabatur.

F

Epiſcopo mortuo,

Canonicis exoſus,

Matth. 10. 23

m in Andegauum:

loricam ſub veſte gerens,

ſub veſte aſperiore,

a *Hunc ſibi titulum olim Dolenſes in Armorica Epiſcopi vindicaverunt, contradicentibus Turonenſibus Archiepiſcopis: multa a variis*

A *verſis de utrorumque jure ſcripta. Doleniſſe, teſte Claudio Roberto, adhuc Cruce utuntur prævia in ſua diœceſi.*

b *Joannes Baptiſta Souchetus in obſervationibus ad c. 11. Vitæ B. Bernardi de Tironio, Coſmicum reprehendit, quod hic verba aliqua expunxerit, ac deinceps multa mala fide præſciderit. Viſus eſt mihi Veſulerus vir perquam ſuccrus, tum in litteris ad me datis, tum in ipſa B. Roberti Vita, cui ad marginem ex aliis codicibus Fontis-Ebraldi variantes lectiones, ſatis quandoque minutas, addidit; & in exemplari ad nos miſſo ſua manu aliat poſtea obſervatas, admonuit. Souchetus vero nullum citat codicem, ex quo eum convincere poſſit. Citat quidem paullo ante apographum ex codice Roſenſi, cujus olim ſibi Joannes Picardus copiam fecerit, ubi pro Abriſſelo, legebatur Abrincello, quod tamen ipſe non ſequitur. An ex eodem hauſerit quod Ceſnierο obſicit, minime indicat. Et vero ſi id aſſereret, quæri poſſet, ſitne is codex plurimis Fontebraldenſibus præferendus? niſi ipſe allegaret codices Fontis Ebraldi, ante plerosque, ante antiquiſſimos optimaque notæ. Id tamen, quod hic omiſſum a Coſmico queritur, nihil de ſanctitate Roberti derogat, ſed ſolum ad mores ejus pertinet.*

c *De hoc nomine actum ſupra §. 2.*

d *Nicquero oſt* Oeghendie *vel* Orvandia *l. 1. c. 3. ubi iſta citat ex Necrologio, ſive, ut ibi quidem ſcribit,* Martyrologio *Fontis-Ebraldi:* Migravit Orvandus, *mater* Domini Roberti, Patris noſtri, 3. Non. Febr. *Addit fratrem ei fuiſſe* Fulcodium, *ſeu* Fulconium, *de quo quidem Martyrologium:* Obiit Fulchodius, frater Domini Roberti Patris noſtri, 16. Kalend. Febr.

B e *Ita paſſim medii ævi ſcriptores. Vulgo* Pariſios *vocamus, numero multitudinis. Genuit tamen hoc nomen fuit, ſed miſerpoſi,* Pariſius. f *quæ olim* Lutetia *dicebatur, adhuc. Imo, quod alibi ſæpe monuimus,* Samarobriva, *ante veſtitur* Samarobtiga Ambianorum, *nunc* Ambiani *vel* Ambianum *appellatur:* Nemetocenſa Attebatium *populi erant, nunc* Attebatum, *aliaque paſſim urbes.*

f Philippus 2. *Galliæ Rex, Henrico 1. patri anno 1060. ſucceſſit, obiitque anno ſequenti* 1108. *menſe Julio.*

g *Obiit* 8. Gregorius 7. *anno* 1086. *creatus* 1073. *colitur* 25. *Maii.*

h *Eſt* civitas Redonum, *ſive* Rhedonum, *Gallice* Rennes *dicta, in mediterranea Duratus Britannia Armorica, ut tradit Claudius Robertus, ad Vicenoſiam ſita amnem, qui & Vidiana quibuſdam appellatus reperitur, vulgo nunc* Vigelania *Papiro Maſſonio teſte, Gallice* la Villaine.

i *Hic apud Claudium Robertum* Mainus, vel Maioo *appellatur, vulgo* Meen.

k Silveſter de la Guerche *nuncupatur ab Alberto Magno de Morlaix, dicturque ex ea contra Tonanum Britanniæ Ducem geſſiſſe, atque ejus dein Cancellarius extitiſſe: anno* 1271. *Epiſcopus creatus, mortuus* 1295. *Sed hoc non ſatis cum Vita convenit B. Roberti, qui mœſtus Silveſtro inviſe Andegavos dicitur, biennio delicatis pannis lorisam, quæ ad tarum induebatur, texiſſe, deinde in eremum ſeceſſiſſe, duro veſtitu, etiam cilicino, abſtinentiaque ſe maceraſſe, adventantes ad ſe turbas remiſiſſe, ſocios aggregaſſe: hiſque commemoratis ipſa ſubnectuntur* n. 14. Contigit in illis diebus, ut Romanus Pontifex Urbanus ſecundus, urgente temporis neceſſitate, in Galliam devenerit *&c. Atqui in Galliam venit Urbanus anno* 1095. *& quidem media æſtate. Conſequens ergo videtur, Silveſtrum aliquot annis prius obiiſſe: ſi quidem Baldricus cuncta, quæ geſta ſunt ordine, narrat. Et Claudius Robertus quidem in ſyllabo Abbatiarum Galliæ, verbo* Roia, *ſcribit perbatum ab Urbano 2. anno* 1096. *ut primas* Rotæ *Abbas eſſet, quam creaverat, Reginaldo Crudanii Domino impenſas ac poſſeſſiones ad fundationem conferente. Id porro non accidit ante ſeceſſum ad eremum, cum duos ipſe annos Andegavi eſſet commoratus.*

Silveſter Epiſc. Redonenſis.

C l *Nicquerus præterea Officialem & Vicarium Epiſcopi ait fuiſſe.*

m *Tradunt Nicquerus l. 1. c. 5. & Albertus Magnus de Morlaix,* Marbodum *Archidiaconum Andegavenſem, qui deinde Redonenſis Epiſcopus factus, ſcholæ Andegavi, inſtar academiæ, creviſſe. Vir doctus fuit* Marbodus, *ſcriptaque nonnullas Sanctorum Vitas, ut alibi diximus: ſuffectus demum Silveſtro in Redonenſem Epiſcopatum.*

CAPUT II.

B. Roberti in eremo auſtera vita: multi converſi: abbatia de Rota fundatio: Apoſtolici Concionatoris præclare obitum munus.

11 Dies affuit, quo ad eremum dio concupiram, aſcito ſibi quodam Presbytero, mundo renuntians, convolavit: divertit in a ſilvam, hominem aſpernatus collegium, factus contubernalis beſtiarum. Ibi quantis inhumanitatibus io ſe totus ſævierit, quot & quantis crucibus ſe ipſe mactaverit, quam diris concuſſionibus ſeſe extenuaverit, quis digne recenſeat? Nam præter ea quæ extrinſeca videbantur, uti pilis porcorum cilicium induere, barbam ſine aqua radere, lectiſternium præter humum via noſſe, vinum omnino ciboſque lautos & ſaginatos neſcire, ſomnum permodicum, naturali fragilitate compellente, raro capere; quidam intrinſecus in eo erat conflictus, quidam mentis zugitas, quidam penetralium ſinguitus, quem autumare poſſes crudelem & impiam cui nullum ſuccidere poterat terminale remedium, quem multi ſuſurrabant imbecillitati latere eſſe impoſſibilem & nimium. Litigabat enim ejulatu incomparabili cum Deo, & totum ſe vovebat pro ſacrificio. Omnibus mitis, & modeſtus, ſibi ſoli tantum inimicabatur obſtinatus & iniquus.

Secedit in eremum a

12 Turbis adventantium, (moltæ ſiquidem turbæ viſendi gratia ad eum adveneabant) jocundus erat & alacer, affabilis & diſcretus, in ambiguis conſultus, in reſponſis promptus. Redolebat in eo quodammodo odor divinæ facundiæ: nam rarus erat ſimilis eloquentiæ. Unde factum eſt, ut eo audito multi corda ſua percuterent, ſuiſque pravis cooverſationibus abrenuntiarent. Alii domum ſuam revertebantur, prædicationibus ejus meliorati: alii ſecum demorari cupiebant, ejuſque famulatui deſervire, & irremoti conſodales ei adhærere rogitabant. Hujuſmodi frequentias ultroneus auſugeret, & ſolus delitеſceret, niſi propterea culpam metueret incurrere: legerat enim, Qui audit, dicat, veni. Incumbebat igitur talentum ſibi commiſſum diſtribuere, quod Dominus a nuptiis veniens exigeret cum fœnore. Viſum itaque eſt illi multos debere colligere, ipſiſque dare mandocare, ne forte deficerent in via, quidam enim ex iis de longinquo venerant. Vocati autem ſunt collecti illi, Regulares, qui more primitivæ Eccleſiæ vivere ſatagebant regulariter. Factum eſt igitur examen illud advolans de mundi lenocinio, Canonicorum b Congregatio. Præerat eis Robertus docens eos mellifico more apis prudentiſſimæ. Ædificarunt iraque commune domicilium, & complexabantur diligenter monitoriis magiſterium.

boelgotrait te,

& eloquentiæ multos ſuos quærit

E

Apoc. 22. 17

congregat ſuos,

quos Regulares vocant

b

ibi domicilium adiſſimulat,

13 Contigit in illis diebus, ut Romanus Pontifex Urbanus Secundus, urgente temporis neceſſitate, in Gallias devenerit, & ad Andegavos declinaverit. Audivit de Roberto: non enim abſcondi debebat tanta lucerna ſub modio. Accerſiri eum mandavit, ejuſque colloquium deſideranter cupivit. Celebrare ibi habuit ſolenne cujuſdam c Eccleſiæ dedicationem, ad quam confluxiſſe putares totam orbis amplitudinem. In tanto conventu Robertum loqui præcipit:

ob Urbani advocatum,

F

c

verum in conſtituenda

14 Et non inſolitis mandat ſermonibus uti. Locutus aſt ergo luculenter ad populum: cujus verba valde Domino Papæ complacuerunt. Intellexit etenim, quod Spiritus ſanctus os ejus aperuerit. Imperat denique, & injungit ei prædicationis officium: & aliquantulum renitenti ei talis obedientiæ commendat miniſterium. Secundum a ſe eum ſtatuit Dei d Semini verbum: utque ubique diſcurrat, adhortatur ad hujuſmodi ſtudium.

ſtatuitur Apoſtolicus verbi mator

d

15 Hinc ex tunc Summi Pontificis legationi curioſus cœpit inſiſtere, & finitimorum Epiſcopatuum regiones perambulare. Honorabatur ab omnibus, quoniam & honorandus erat, nam & gratia Dei evidenter cum illo ambulabat. Nec erat ſermo illius ſterilis, nec otioſus, quem commendabat laudabilis & verborum & operum comitatus. Quod prædicabat complebat operibus, ne forte cum aliis prædicaret, nec operaretur, ipſe ſtatim reprobus haberetur. Adhærebat ei tanta convenarum multitudo, ut pene Canonicorum numerus reputaretur pronimio. Mox enim numerus numerum excederet, ſi ſaltem partem decimam ſupplicantium Canonicis aggregatet. Ipſe tamen ampli pectoris, nulli deeſſe voluiſſet, ſi Fratrum voluntas & ordo permiſiſſet. Cogitavit igitur

ubique tonitruator,

magna fundit,

plurimi ſe ſi jungunt.

AUCT. RAIDRICO EPISC.

D

dono noctium, obſtinatia, vigilia, ſe mortificat

AUCT. BALDRICO EPIS. ab eis diſcedere. Conſiderabat autem, quomodo id abſque eorum moleſtia poſſet implere. In præſentia Pontificis e Andegavenſis, in cujus diœceſi morabantur Canonici, ventum eſt: & juxta rei conſiderationem, & Domini Papæ juſſionem, ex Epiſcopi conſilio, & ea Clericorum permiſſione, Robertus libere diſceſſit, ut liberius prædicationi vacaret, & expeditus quocumque & quibuſcumque poſſet proficeret.

b Ita M. alii fundit.

a Saltum Credonienſem vocant: *Gallice* la foreſt de Craon, *a* Credonio *oppido provincia Andegavenſis. Extiſa tamen ipſi magna pars illius ſilvæ.*

b S. Mariæ de Rota, *ſive* de Boſco, *eſtque Canonicorum regularium Ordinis S. Auguſtini: de ejus fundatione jam diſſam ad caput præcedens Notat. K. Nicquetas ſcribit diſtare Andegavo 25. leucis.*

c S. Nicolai *hæc Eccleſia eſt apud Andegavos, Ordinis S. Benedicti, ab Urbano 2. dedicata 10. Febr. anno 1096. ut ſcribunt Claudius Robertus & Nicquetus: hic l. 1. c. 9. plures enumerat Eccleſias ab eodem Pontifice in Gallia dedicatas.*

d *Ita in utraque editione. Alii* Seminiverbium *legunt.*

e *Gaufridi, de quo Claudius Robertus & Nicquetus.*

CAPUT III.

B

B. Roberti prædicatio: conventus Fontis-Ebraldi conſtructio, aliorumque: inſtitutio Ordinis, ac regimen.

36 NOn ſine communibus lacrymis avulſus a Canonicis, regiones & provincias cœpit perambulare, & prius paucis aſſociatus aſſeclis, per plateas & compita ſemeo verbi Dei paſſim ſeminare. Io modico, ſexus utriuſque plures adjuncti ſunt ei: quia neminem, cui Deus aſpiraſſet, audebat repellere. Ipſe adhuc non habebat ubi caput reclinaret, niſi quem neceſſitas coegiſſet. Poſtquam a Canonicis diſceſſerat, noluerat adhuc locum quemlibet eligere: ut liber, & ſine baculo, & ſine pera, poſſet procedere. Videns autem ſubſequentium multitudinem dilatari, ne aliquid ageretur inconſulto, quoniam mulieres cum *a* hominibus oportebat habitare; ubi poſſent ſine ſcandalorum ſcrupulositate converſari & vivere, deliberavit perquirere, & ſi quod deſertum contigiſſet reperire. Locus erat inultus & ſqualidus, ſpinetis obſitus & vepribus, ab *b* antiquo Fons-Euraldi nuncupatus, ab hominum cohabitatione ſequeſtratus, a *c* Condatenſi autem cella quaſi duobus diſtabat milliariis, diœceſi adjacens Pictaveoſi. Silvolam hanc, ſive dumetum, in quo Dei nova familia & novus exercitus habitaret & laboraret, elegit, & dono a *d* quibuſdam poſſeſſoribus accepit; & promiſcuos Chriſtianitatis iſones illuc induxit.

omni penitus liberius ubique prædicat

abſque omnis loci ſollicitudine ſe alibi ac mulieribus

a

fontem Eraldi ex filiis Fontis-Eraldi

b

c

d

37 Fecerunt autem ibi pro tempore quædam tuguriola, quæ dumtaxat eos tucrentur ab intempeſtiva aeris ingruentia. Oratorium etiam ibi quodlibet conſtruxerant, in quo Deus invocaretur, & hoſpitaretur in medio caſtrorum ſuorum. Caſtrenſes illi cum Deo ſuo deſiderabant ſingulariter confabulari, ejuſque colloquio peroptabant recreari. Inde procedebant ad opera, ut de laboribus manuum ſuarum vivere poſſent, & nonquam otioſi vivere præſumerent. Mulieres tamen ab hominibus ſegregavit, & inter clauſtrum eas velut damnavit, quas orationi deputavit: homines vero laboribus mancipavit. Non ſine diſcretione id agere videbatur, quia ſexum teneriorem & imbecilliorem commendabat pſalmodiæ, & thenriæ: fortiorem autem applicabat exercitiis vitæ actualis. Laici & Clerici mixtim ambulabant: excepto quod Clerici pſallebant, & Miſſas celebrabant; Laici laborem ſpontanei ſubibant. Omnibus ſilentium certis temporibus indicebatur. Blande reſpondere, & non jurare jubebantur: & omnes amore fraterno conglutinabantur. Nulla inter eos amaritudo, nulla invidentia, diſcordia nulla. Flexo collo, demiſſo vultu incedebant, garrulitatem vitabant, vaniloquium neſciebant. Hæc erat ſubditorum conventio: erat ea lex, ſub qua militabant. Prælatum ſuum, Magiſtrum tantum modo vocabant: nam neque Dominus, neque Abbas vocitari volebat.

regula illi adſignata

familiæ clauſtro includit, ne erret

quæ illis ab illo regulæ, vel inſtitutiones?

38 Longo tempore non jumento cuilibet inſedit: nec vinum, nec cibos ſaporoſos guſtavit. Ipſe ſemper nudis pedibus incedebat, & tunicas & ſaccum aſperiores induebat: quouſque conſilio Sacerdotum, corpore jam fatiſcente, calceatus jumentum aſcendit, & corpuſculo parumper indulſit, non ut delectaretur, ſed ut ad laborem quoquo modo confortaretur: curam enim carnis facere cavebat in deſiderio. Jejunia ſæpe continuavit, orans frequenter pernoctavit, membra ſua diuturna maceravit inedia, & nulla quemque earſperavit moleſtia. Hypocriſim a ſe funditus extirpabat, facie hilaris & jucundus, ſimplex & blandus in reſpondendo, copioſus in diſtribuendo, ſibi modicum, Fratribus & Sororibus indulgebat multum. In ſermocinando contra peccatores videbatur invectivus, peccati vero deſertores affectu paterno conſolabatur: unde accidit ut multi publicani & publicanæ ipſi adhæſerint, atque toto poſſe obedierint. Nullum ſiquidem remittebat errabundum: ſed tandem in ſinu ſuo pœnitentem confovebat collocatum. Sermo ejus non poterat eſſe non efficax, quia, ut ita dixerim, omnibus omnia erat; pœnitentibus lenis, auſterus vitioſis, lugentibus blandus & facilis; virga irreverentium, baculus ſenum & vacillantium; pectore gemebundus, oculo madidus, conſilio ſerenus. Hunc profecto dixerim, habitaculum Jeſu Chriſti, templum & organum Spiritus ſancti, Reſponſalem & Vicarium Altiſſimi.

to ſe dantes,

brutgune ergo ſoror,

& quaſi ſolo pœnitentes,

omnia omnibus factus

39 Ipſius deliborum ſermonibus, intantum peccatis abrenuntiantium crevit examen, ut numerus pene ſuerit innumerus: quos alio nolebat cenſeri vocabulo, niſi Pauperes Chriſti. Multi confluebant homines cujuslibet conditionis: convenichant mulieres, pauperes & nobiles, viduæ & Virgines, ſenes & adoleſcentes, meretrices & maſculorum aſpernatrices. Nec jam innumeram copioſitatem præparata capiebant tuguriola, imo capacioribus tirunculi Chriſti indigebaot manſionibus. Cui omnia ſuppeditavit ſtipendia, qui filios Iſrael in deſerto ſua ſaporifera pavit affluentia. Hanc quoque ſuam familiolam inopem & mendicam, & in his cibario ſuo ſuſtentavit fructis: cum ibi necdum araverint, necdum ſeverint, necdum meſſuerint. Inſpiravit etenim Deus omnium omnibus indigeois circum habitantibus, quatenus quotidianuot eis miſerint edulium, quotidianum eis præparaverint epulum: necdum quidem ſine Deo poterat fieri, qui continuabat circumfitis colonis voluntatem panes dirigendi. Cum gratiarum actione ſuſcipiebatur quidquid erat, & gratiarum actione laudabatur Deus cum quid deerat. In neutram partem ingrati eſſe volebant, quia de præſentibus gratias gaudenter uctuabant, futura certiores & ſpe robuſti expectabant: ſumebaot copiam, & ſioe murmure ſuſtinebant inopiam: in utroque vero benedictus Deus. Ad cibos exquirendos exibat Robertus, mater apis, apis prudentiſſima, & cum omnibus cooſabulabatur: & Dei familiæ non jam ſolum mittebantur pulmentaria, ſed ad nuditatem ſuam protegendam indumentorum quælibet donaria, & habitationes conſtruendas largiebantur munera. Omnibus una volontas, omnibus indeficiens facultas: mittentium augmentari videbatur pecuoia, eom propter hoc nulla mittentes afficerentur penuria. Adventabant Principes & populi, novam Dei familiam pro parſimonia regulari marcidam & pallidam viſitaturi. Nec recedebant jejuni, cum ibi verbom ædificationis prius audirent, panemque caritativum pro communione guſtarent.

aleudis illo neceſſaria

Ipſe prænoſcit,

multis aliis inſtitutionibus

A a *Id eſt, cum vitis, phraſi Gallica. Ita paullo poſt,* homines laboribus mancipavit *& nam, ꝛc.* diviſi ſunt *hominum* a mulieribus.

b *Non ergo, at quidam volunt, ab Ebraldo prædone, quem illic venerata.*

c *In hoc vico (nunc oppido) mortuus S. Martinus, ut ad ejus Vitam 11. Novembr. dicetur. Nicquetus Gallice* Candes *ſcribit, Chevalier* Casade *vocari.*

d *Quinam hi fuerint, declarat Petrus Pictavienſis Epiſcopus in Chartula data Pictavis an. 1106. his verbis:* In noſtro tempore quidam vir Apoſtolicus, nomine Robertus .... in noſtra diœceſi eccleſiam quamdam in honore S. Mariæ Virginis fundavit in loco qui Fons-Ebraudi vocatur: quem locum Arembargia uxor Vidonis, filii Oſmundi, & Rivatia filia ejus ad ædificandam prædictam eccleſiam ſibi dederant, adjicientes terram quatuor bobus excolendam in duobus temporibus. *Agit de hac donatione Nicquetus l. 11. c. 15. Ita Sammarthani &c. Vide Append. p. 759. col. 2.*

CAPUT IV.

Varia cœnobia a B. Roberto ædificata, alita: ejus pietas, miracula, obitus.

B 20 JAM igitur parietibus oratorii dilatandis & imaltandis inſtabatur: dabantur ſumptus copioſi, offerebantur uſus neceſſarii: clauſtra & clauſtra præparabantur: nec tamen tria vel quatuor tantis mulierum collegiis ſufficerunt. Diviſi ſunt homines a mulieribus: & ſeorſum in locis remotioribus, præparatæ ſunt eis domus, & domos. Mulieres iterum ſegregavit ſagax Magiſter ab invicem: & rurſus per cellas & cuncos diſtinxit eas: caterva tim collocavit illos & illas, quoniam alteruter numerus in ſimplicitatem ætendebatur. In clauſtro majori pluſquam trecentas inſimul locavit: alias vel ceotenas, vel ſexagenas, vel per alterius quantitatis turmas commendavit, alibi plus, alibi minus: nec non & homines per diſcretos delegavit manipulos.

21 Opetariis autem aſſiſtere nec volebat, nec poterat, quia nationibus multis prædicare habebat. Conſtituit igitur ex Sororibus unam reſponſis & operibus Aſſiſtricem & Magiſtram, Herſendim nomine, quæ ſpreta ſua, qua prælucebat, nobilitate, choris ſeminarum adhæſerat, imo prior converſa fuerat. Vivebat autem Herſendis & magnæ religionis & magni pariter conſilii. Huic autem Herſendi conjunxit & Petronillam procurationis manſionatiæ gnaram, quam ipſe Robertus poſtea elegit in Abbatiſſam, nam Herſendis jam ad Superos receſſerat. Has itaq; duas ſeminas quoniam cognoverat prudentes & induſtrias & magnæ cautelæ perſonas, alias, ut dictum C eſt, præfecerat Sororibus. De his autem hactenus. Dominus vero Robertus nonquam vel a prædicatione, vel ab oratione quibuslibet occaſionculis avulſus eſt: ſed ſtrenuitati totus deditus, finitimas & longinquas circumcurſabat regiones. Erat autem acceptus Regibus, Epiſcopis, & Principibus, Clericis, & quibuslibet populatibus.

22 *a* Mittebant in pauperrimi Fontebraldenſis cœnobii gazophylacium Reges & Conſules larga donaria. Dabant Principes, & pene omnes, quæ videbantur oeceſſaria. Alii ſua dabant prædia, & ſinguli quæcumq; delegiſſent ſtipendia: unde factum eſt, quatenus in brevi locus ille excreverit in domibus & oratoriis, in familiari etiam ſupellectili. Porro de his quæ mittebantur, eleemoſynam faciebant copioſam: ſuſcipiebant pauperes, ac debiles non repellebant: nec inceſtas, nec pellices reſutabant, leproſos, nec impotentes. Leproſis etenim & ſuas manſiunculas, & monachalia clauſtra conſtruxit, & unde ſinguli alerentur, Magiſter Robertus inſtituit: & perſæpe, quoad vixit, tales ipſe per ſe homillime viſitavit. Miſſarum celebrationibus cum tota devotione ſingultuoſos inſtabat, &, ut ita dixerim, nihil quod irreligionis eſſet, ſcienter admictebat. Dominus ſolus erat, totus anxiabatur, quoniam in turba quietus putabatur. Ejus quodlibet colloquium, AUCT: BALDRIC. EP. moratus ædificatio erat: nam quidquid dicebat, Deum ſapiebat. Quamvis pluribus indigeret laromis, & cementariis, & artificibus diverſis; tamen ea cura ſibi videbatur poſtrema: quoniam ejus anima in ſancta religione dumtaxat erat ſollicita. Cujus, putas, calamus Robertum ad unguem explicabit, cujus mens, cujus conſcientia, cujus animus Deo ſemper adhæſit? Cum plus dico de Roberto, magis obſtupeſco: quoniam abundantius, quid adhuc de ipſo dicendum ſit, lovenio: ſed quoniam ad ea quæ dicenda eſſent, nequaquam ſufficio; tamquam nihil dixerim, ecce ſuccumbens ſuperſcdro, & erubeſcens exclamare compellor: Inopem me copia fecit.

23 Ecce de Roberti converſatione prædicanda aliquantiſper diſputavimus, & licet aliquid videamur, tamen pene nihil diximus, qui quanta ſimilaritate apud Deum viguerit, exprimere geſtimus, ſed ſufficienter non poſſumus. Per quem enim diebus noſtris copioſiora Deus operatus eſt miracula? Nonne Robertus evidenter illius imitator claruit, qui dixit, Spiritus Domini ſuper me, evangelizare pauperibus miſit me? Iſte revera pauperibus evangelizavit, pauperes vocavit, pauperes collegit. Nam ſiqua mulier ad eum de nobilitate maturavit, illi qui ſapit, ibi Nicodemum & Jeſum, ibi Cornelium E Centurionem & Petrum aſſimilabat: affluentia ſiquidem gratiarum Dei omnes allicit, neminem repellit, quia vult omnes homines ſalvos fieri. Exprimat quis quid ſenſerit, ego audenter dico Robertum in miraculis copioſum, ſuper dæmones imperioſum, ſuper terrenos Principes gloriolum. Quis eorum noſtri temporis tot languidos curavit, tot leproſos mundavit, tot mortuos ſuſcitavit? Qui de terra eſt, de terra loquitur, & miracula in corporibus admiratur: qui autem ſpiritualis eſt, languidos & leproſos, mortuos quoq; convaluiſſe teſtatur, quando quilibet animabus languidis & leproſis ſuſcitandis conſulit & medetur. Daniq; (ut omnium pace dixerim) per quem Paſtorum tot locutus eſt, tot operatus eſt Dominus?

24 Contemporanei noſtri, nos quoque Pontifices, & Abbates, Clerici, & Sacerdotes in labores alienos introivimus: & de eorum, quam priores pertulerunt, penuria impinguari ſumus: & forſitan parum profecimus, &, quod pertimeſcendum eſt, fortaſſis ad improperium noſtrum dictum eſt: Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Robertus iſte, iſte, inquam, Robertus omnimode pro Chriſto pauperatus, exul a patria, & a propriis cognationibus; turbis, quibus prædicaverat circumſeptus, ne illis deeſſe videretur, in Fontcuraldenſi ſolitudine, ſine cujuslibet reditus pecunia, F multas pauperibus manſiones ædificavit propter Chriſtum. Ibi oratoria conſtruendo curavit: fundamentum primum, primumque lapidem poſuit: ſervos, & ancillas Dei pluſquam ad duo, vel circiter ad tria millia, congregavit: per cellas, & regiones, tanta Chriſtianorum agmina collocavit: unde ſuſtentari potuiſſent, præparavit: quatenus in tam brevi ſpatio magnis Regibus hoc opus eſſet difficillimum. Age jam quis hunc mendicum? quis hunc indigentem? quis huoc pauperem, non teſtetur divitem? Dives quidem fuit, cui nihil, quod multis ſufficeret, defuit: dives, ioquam, fuit, qui tot & tantis, quæ modo ſuperſunt, opera non ſibi, ſed ipſi Deo præparare potuit: qui tot frequentias hominum in deſertis cibare potuit. Sed, ut verius loquar, ipſe iſta non potuit, ſed ut facta fuerint, evidenter promeruit. Deus largitor & magiſter: Robertus diſpenſator & miniſter. Alter *b* Baſilides ſtillabat, alter fideliter ſtillas dividebat. Quamdam amicabilem contentionem inter ſe viſi ſunt habuiſſe, quis eorum plus poſſet; an ipſe præſentando, an ipſe diſtribuendo? Vere Deus Robertum fidelem noverat procuratorem, cui ſuam commiſerat familiam, & augebat pecuniam. Scriptum

ædificat varios conventus, alios familiis, alios viris,

ædificatio ad profitt Herſendim

qui ad Petronillæ laboribus præeſt,

ipſe prædicat,

a

alia alis dat,

ample pauperibus ſubvenit,

leproſos viſit, lautumo Deo adhæret,

Del ſpiritu plenus, 1 Luc. 4. 18.

1. Tim. 2. 4.

multa facit miracula,

ſed ſpiritualis, languentium ſanationibus,

b

qui ut a Deo alimur imperrat,

AUCT. BALDRICO EP.

tum enim habemus, Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Quomodo A enim ſine Deo poſſent hæc fieri? Fateor, & verum Matth. 24. 45. fateor, quia eorum non diſcordaverunt vota, quorum tam cartiſſime concordarunt opera. Et hæc ſunt, ſi neſcis, præter illa quæ fecit B. Robertus miracula, Deum diligere, Deo ſervire, Domini Roberti voluntatibus Deum tam efficaciter reſpondere: & omnia, quibus indigebant ſui ſatellites, per manum ejus præbere. Noverat ejus fidem, cujus nolebat offendere voluntatem. Denique dum viatt, Robertum ſuum Deus ſemper artulit, quatanus & ſua familia in manu ejus augmentaretur quotidie, & unde ſingula conſummarentur, largiretur aſſidue,

25 Tempora ſucceſſare temporibus, nec unquam a pacto, quod cum Deo pepigerat, refrixit Robertus, ſemper in amore Dei fervidior, ſemper recens, ſemper devotior. Annis revolutis & annis, quibuſdam indiciis ſentit B. Robertus finem ſuum appropinquare, quia membris fatiſcentibus, corporis cœpit deſtitui viribus. Viſitatum & ſalutatum ire Fratres diſpoſuit, & Sorores: & ibat. Confortabar omnes in Domino, & ſingulos affabatur ore benevolo. Commendabat tranſitum ſuum cundiſcipulis: & hortabatur, ne unquam B tepeſcerent a bonis inſtitutis.

26 Habitis ad ſexum utrumque ſermonibus, ſacra Communione percepta, in conſummatione probabili, in hujuſmodi videlicet ſalutationibus, & bonis exercitationibus ſe expendens; invaletudine ingraveſcente, imo Deo ſuum alumnum invitante, in loco qui dicitur c Urſanum, inter manus ſingultuoſi gregis ſpiritum emiſit, &, ut creditur, ad aſtra receſſit, ut ibi perenniter cœli regionarius, ſed magis juxta Apoſtolum, Rom. 8. 17. hæres factus Dei, cohæres autem Chriſti, gaudiis frueretur ſempiternis. Opimis autem familiæ Dei, & præcipue Ancillarum Chriſti, corpuſculum ejus irroratum lacrymis, redditum eſt Font-Euraldenſi monaſterio, & in condigno ſepultum mauſoleo: Ludovico in Francia regnante, Paſchali Urbis Romæ Papatum miniſtrante, Jeſu-Chriſto Domino noſtro imperante per infinita ſecula. Amen.

præfagit obitum ſuum, ſuos viſitat.

ſumpta Euchariſtia

c ubi mortuus Urſani.

Rom. 8. 17.

ſepelitur in Font-Euraldi.

a *Multos enumerat Nicquetus l. 1. c. 22. viros ac fœminas, etiam Principes, qui poſſeſſiones donagi varia monaſterio Fontis-Ebraldi contulerunt. Quædam ita loquitur in Chartulario monaſterii:* Ego Soficia Rainfredis, filia Petri Achardi, habitum religionis monacharum accipere cupiens Domno Roberto & monialibus Fontis-Ebraudi, ibi ſub regulari diſciplina congregatis, me primam & allodium meum de Polineio dono & in æternum concedo. *Quæ verba ita interpretatur Nicquetus, quaſi ipſa puellarum omnium prima ſe ſuaque Deo illuc conſecraverit: ſenſus hic eſſe mihi videtur, quod ſe primum, deinde ſua donet. Nolle autem obſervare idem ſcriptor, duas ob cauſſas præcipue impulſus a Deo hominat, ne incolumis largitionibus neceſſaria Fontebraldenſi congregationi ſuppeditarentur: prima erat, quod hæc ita large ſubveniret pauperibus & infirmis; nam id genus miſericordia plerumque Deus omnium rerum copia monſtratur: ſecunda, quod illis eximia virgines pietas morumque innocentia, ut proinde omnes expetebant ſocium merita ac fructum tam exquiſitæ virtutis, quod fieri poſſet, participari.*

b *Id eſt, largo.*

c *Rinaldus,* Urſonium *vocat. Nicquetus Gallice* Orſan.

d *Hic eſt* Ludovicus 6. *cognomento* Craſſus, *qui an.* 1108. *Philippo patri ſucceſſit: obiit* 1137. 1. Aug.

e *De Paſchali 2. actum antea: obiit* 22. Jan. *Sedit anno* 19.

D

ALIA VITA B. ROBERTI,

SIVE EXTREMA CONVERSATIO ET TRANSITUS EJUS,

Auctore monacho Fontis-Ebraldi,

Andrea, ut creditur, ipſius diſcipulo & Confeſſario.

CAPUT I.

B. Roberti ægritudo, deliberatio de Abbatiſſæ electione.

1 DEſcripta per Baldricum Venerabilem Dolenſium Metropolitanum, luculento ſermone, Magiſtri Roberti a Vita; deſcripta etiam compendioſe ejus recitanda converſatione & morum honeſtate; b liber etiam ſub brevitate ad poſterorum recordationem revocare, qualiter circa finem vitæ ſe haboerit, qualiterve ex hoc mundo migraverit. E Hoc tamen hujus operis lectori notum facio, quia non omnia quæ dicenda erant, in hoc tractatu notabo; ſed potius quæ dicenda ſunt, breviter ſignificabo: nam ſi cuncta quæ in ultimo vitæ ſuæ anno per eum Dominus operari dignatus eſt, per ſingula vellem recitare, fateor quia tanto preſſus pondere, etiam nolens ſuccumberem. Sed quoniam ad hæc inveſtiganda, ingenioli mei pene nulla eſt ſcientiola, ipſius de quo locuturus ſum, intercedentibus meritis, Spiritus ſancti adſit mihi gratia.

a

b

Auctor genus & ſub quo vixit B. Roberto narrat, ſed breviter.

2 In primis autem dicendum eſt, quare Robertus ſit vocatus: non enim ſine divina diſpenſatione tale ſortitus eſt nomen. Dictus namque Robertus, e quaſi roboratus, vel robore cartus. Ra enim vera roboratus erat, quia huic nimirum Spiritus ſanctus ad bene ſemper agendum roborabat. Certus etiam roboris fidei fuit, & in ſancta religione ad finem uſque perſeveravit. De quo non indigne religioſus quidam metricanorus ait:

Roberto unde dictus?

c

Si quæris ſcilicet, ſimilis non invenietur.
Qualis quantus erat, fructu teſtante docetur.

3 Hic itaq; Robertus, jam plurimos annos indefeſſus prædicator, non ſolum adjacentibus, verum etiam exteris nationibus verba Dei diſtribuerat: cum ingraveſcante corporis ejus infirmitate, aliiſq; ægritudinibus priſtinis, cœpit repente deſtitui viribus. Denique apud Fontem-Ebraldi cogente neceſſitate infirmitatis, in lecto ſuo recubans, omnes Fratres in eodem loco habitantes ad ſe vocari præcipit. d Omnibus celeriter congregatis, ait: Ecce, filii mei cariſſimi, quos in Evangelio genui, corporali pulſatus incommodo, viam univerſæ carnis ingredior. Quapropter deliberate vobiſcum, dum adhuc vivo, utrum permanere velitis in veſtro propoſito; ut ſciliear, pro animarum veſtrarum ſalute, obediatis Ancillarum Chriſti præcepto. Scitis enim quia quacumque, Deo cooperante, alicubi ædificavi, earum potentatui atque dominatui ſubdidi. Si vero eum illis remaneru, ſicut cœpiſtis, non vultis; do vobis licentiam, cum meo tamen conſilio, alterius Religionis. Quo audito, pene omnes unanimi voce dixerunt: Abſit hoc, Cariſſime Pater, a nobis, ut unquam eas relinquamus: quoniam, te teſte, nullatenus melius alibi facere poſſumus. Abſit hoc, inquiunt, a vobis, ut conſilium tuum relinquamus: imo Stabilitatem atque Perſeverantiam Fontebraldenſi Eccleſiæ,

F

ægre moniti ſibi interrogat, an velint perſeverare in obſequio feminarum illarum.

d

quid omnes voverint.

co-

A cursm Deo & Sanctis ejus, in manu tua omnes unanimiter atq; spontanee promittimos.

4 Concordata itaq; Fratrum ac Sororum nostrarum taliter congregatione; voluit posteritatis suæ utilitati providere, divina, ut opinor, edoctus inspiratione. Nam paucis evolutis diebus, cum quotidie ureretur febrium ardoribus, nonnullos Episcopos atq; Abbates ad se mandavit, & quid consilium quoddam peciturus esset, per nuntios notificavit. a Et quoniam eodem tempore Pictavensis Ecclesia proprio viduata Patrono *f*, sub willelmo Principe laborabat; præcepit ejusdem Ecclesiæ ad consilium suum nonnullos accersiri Primates. Tandem coadunato religiosarum atq; nobilium personarum conventu non modico, aperuit ei consilii sui rationem, pro qua tantam coadunari fecerat multitudinem. Sentio, inquit, Fratres mei, finem meum imminere: & idcirco vos mandavi, quatenus vestro consilio, possim Ecclesiæ nostræ præfectui de Abbatissæ electione salubriter providere. Cui omnes unanimiter, reverenter dixerunt: Tuum, Carissime Pater, super hac re potius tenendum est consilium: præsertim cum pro certo sciamus, inter ceteros nostræ ætatis mortales tuum vigere consilium. Ta enim donavit Deus mundo consiliatorem animarum: & ao ipso opitulante, facillimum est Tibi, consilium præbere successuræ vitæ tuorum.

B 5 Tunc ait ad eos: Scitis, Dilectissimi mei, quod quicquid in mundo ædificavi, ad opus sanctimonialium nostrarum feci: eisq; potestatem omnem facultatum mearum præbui: &, quod his majus est, & me & meos discipulos, pro animarum nostrarum salute, earum servitio submisi. Quamobrem disposui, cum vestro consilio, huic congregationi, donec sum superstes, Abbatissam ordinare: ne forte (quod absit) post obitum meum aliquis præsumat hujus meæ definitioni contredicere. Et ideirco Sapientis juxta monitum, volo omnia cum consilio facere, ut post factum possim non pœnitere. Qui animi sine consilio majorum opera sua agit, indiscretum se esse ostendit. Unum quæro a vobis, utrum da conversa Laica Abbatissam mihi liceat instituere? ut dum factum fuerit, detractorea (si qui fuerint) authentica *g* nostra auctoritas compescat. Scio enim hujus Ordinis dignitatem, scio Virginem exigere, Demiq; scriptum est, quod Qui Virgines custodit, Virgo debet existere. Sed quomodo poterit quælibet clausirensis Virgo exteriora nostra convenienter dispensare, quæ non novit nisi Psalmos cantare? Quid eum rationabiliter cantavit extrestria, quæ semper consuevit operari spiritualia? Quo, inquam, modo pondus practicæ portabit vitæ, quæ non novit nisi gaudia theoriæ? Qua ratione de exterioribus lingua illa respondebit, quæ a puerilia loqui cum Domino orando, cantando, legendo consuevit? Difficillimum etiam, ut cogatur temporalium rerum tunicam jam ceutam reinduere, quæ lotos pedes coogauder se jam habere. Legimus, quia sapeus mulier domum suem ædificat: insipiens vero ædificatem destruit. Quam ob causam nolo alicui clausirensi Virgini prælationem illam committere, ne forta videar (quod numquam fiat) quæ ædificavi, destruere: quippe cum, quod cooperante Deo ædificavi, argui potero, si scienter nescienti hanc curam commisero. Eligatur itaqua, si placet, sagum ellicinum, quod tabernaculum Domini undiq; cooperiat, & exteriorum rerum tempestates viriliter sustineat; ut coceus perfecto colore interius rutilare valeat. Liceat Mariæ emlestibus continuo inhiare: & eligatur Martha, quæ sciat axteriora solliciti ministrare.

6 Quo audito, seniores qui adarant, assensum præbuerunt, atq; omnia quæ diserat, vera esse affirmaverunt. Et ut hæc Magistri Roberti sententia firma & inviolabilis in perpetuum habaretur, interfuit huic consilio quidam Archipresbytar Andegavensis, vir bonæ conversationis, affirmans quod, dum quondam Romæ esset, audivit Dominum Urbanum Papam (scilicet qui Robertu nostro Officium prædicatoris injunxarat) concedentem, ut quædam matrona, quæ quatuor viros habuerat, pro tempore & necessitate cujuslam Ecclesiæ, Abbatissa fieret. Noverat sane vir vitæ venerabilis, quia quod humanæ fragilitatis nostræ necessitas salva fide compellit, divina pietas suam tenens ubiq; temperiem, non punit. Quo cognito, Senatores illi lætati sunt, & quia vir prudens prudenter vellet agere, universaliter dixerunt. Postquam autem venerabilis concio finita est, solerti viri consilium laudando confirmarunt, ac dupliciter ab eo cum gaudio ad sua remearunt.

AUCT. BALDRICO EP. D

Episcopos & Abbates consuit de Abbatissæ electione.

a

f

quidam ipsius judicio committunt.

Eccli. 32. 24.

quærit an non possit constitui Abbatissa, quam Virgini clausirensium debeat allegare?

g

E

a *Aliud mſ.* generatione.

b *MS. ad.* licet.

c *Non placet hæc etymol. Nomen id a Teuton. lingua, sive Sicambrica, quæ Francis veteres usi formatum. De eo in fine Quæstionum Hubertinarum Joan. Roberti Arnoldus Bostopius noster, qui a Ru, quod quietem significat, & bert sive beart, quod indole præditum, deducit; ut si quasi natum quietus: vel a Rot sive Root, ruber, quasi auber aus rufus dicatur: vel a rot, eurma aus ordine, quasi indole ad militaria connubeonia propensus. Alij aliunde deduxunt. Non est salsum Latinæ vox.*

d *Aliud mſ.* quibus.

e *Hæc usque Sentio, aberant ab editione Cusaiensi: quæ tamen ipse met mihi scripsit se in alio mſ. reperisse.*

f Pictavi *scil. qui multa a Wilhelmo Duce perpessus, in exilio fatalis obiit, ut Malmesburiensis & ex eo alii tradunt.*

g *Aliud mſ. ut monuit Cusianus, vestra: & forsasse melius.*

CAPUT II.

Petronilla Abbatissa electa. B. Roberti statuta.

7 TRanseunte autem septimo mensa, in quo prædictus senatus coadunatus fuerat, & appropinquante jam fine Octobr. 5. Kaland. Novembr. quod u memorato senatu quæsierat, alumnus noster non sine religiosorum virorum complevit consilio. Elegit itaqua ad tanti honoris dignitatem Petronillam de a Camillisco, quæ relictis paternis rebus, ejus discipula fuerat, a conversationis suæ pene initio, præcedante tamen nonnullorum sapientum sano consilio, dicans: Dignum quippe mihi videtur, ut quæ portavit mecum laborem peregrinationis & paupertatis, porter etiam pondus qualecumque consolationis nostræ & prosperitatis. Licet enim monogama fuerit, cogente tamen necessitate, nulla mihi convoicotior videtur huic prælationi. Novit enim præ ceteris donaria nostra, & juxta Apostolum abundare, & penuriam pati. Scit enim sapientibus tempestivum respondum dare, scit & idiotis opportune condescendere.

a *Petronillæ filiam Abbatissam.*

eidem.

F *Phil 4. 12.*

8 Postquam vero quod fecerat Doctor egregius, *omnibus probatibus,* deforis auditum est, non solum *b* Fratres nostri, verum etiam seculares, hujuscemodi electionem laudaverunt. Demum etiam postquam Electio facta fuerat ad notitiam ejusdem Petronillæ; longum est differare, qualiter fugere voluerit, vel quibus modis suam electionem detrectare tentaverit. Timebat namque non irrationabiliter (quod timendum erat) tanti fletus honoris inæstimabile onus suscipere. Metuebat ea una parte, utpote sepiens mulier, suam imbecillitatem. Considerabat ee altera parte inæstimabilem ipsius prælationis magnitudinem. Quid plura? Licet multum repugnans, tandem, annuente Deo, suorum precibus convicta, vel, quod verius est, Magistri Roberti obedientia constricta, acquievit. Multa etiam sunt relato digna, quæ de ejus conversatione possem narrere. Sed quia filium ejus, quamvis indignum, me esse confiteor, taceo interim: ne, (quod absit) caput ejus, adulationis oleo judicer impinguare. Electione itaque carissimæ Matris nostræ, communi religiosorum virorum

ipsa pertinacia

acquievit.

AUCT. EIUS DISCIPULO

consensu hoc modo perpetrata, unusquisque remeat ad propria.

A confirmatur electio a Legato Apost.

9 Dehinc non longo post tempore cum supradictus Robertus coepisset propitiante Deo, ex infirmitate sua aliquantulum melioran, fluxit electionem quam praedximus, c Girardi venerabilis Engolismensium Legati auctoritate firmari: qui non solum factum solertis viri ea sua parte concessit, verum etiam, quod majus est privilegium Paschalis Romae Papae, missis suis nuntiis, de electione, qua m Robertus fecerat, haberi fecit. Hinc factum est, ut Robertus noster generale praeceptum Abbatissae, quam elegerat, dedisset, ut numquam aliqua ex claustrensibus in Fonteuraldensi monasterio Abbatissa fieret. d Noverat sane vir sanctus, quod multae Ecclesiae sunt dissipatae propter incuriam & imperitiam Abbatissarum, quae in claustris sunt educatae. Et, ut hoc praeceptum a successuribus inviolabiliter servaretur, litteris eum custodiae traditum est, inter reliqua ejus mandata, quae scripta sunt apud Fontem-Ebraldi, & usqua hodiernum diem servantur.

c Girardi Engolismensis Legati auctoritate firmatur electio,

d

10 Dedit namq; Eremitarum lucerna, memoratos scilicet Robertus, genti suae religiosae quaedam praecepta: ut videlicet tam viri quam mulieres unanimiter custodirēt Religionis suae sanctitatem, in locutione, in actu, in victu, atq; vestitu. Sciebat re vera vir omni ore laudabilis, quia vana est religio, quam assidue comitatur immoderata locutio. Scirbat etiam, quia frustra quis se habere fidem gloriatur, nisi eamdem fidem bonis actibus lasequatur: nam, Jacobo teste Apostolo, Fides sine operibus mortua est. Legerat etiam vir benignus: Bonum est carnem non manducare. Et ideo voluit se & suam familiam a tali eduho pro Dei amore abstinere. Noverat denique quam vilis tunica contemptum mundi demonstrat: & ob hanc causam, & se & suos sibi subditos vilioribus indumentis vestiri volebat. Dicebat enim nobis, illa vestimenta omnibus Religiosis posse sufficere, quae frigus humanae fragilitatis possent expellere, non quae corpus quandoq; moritorum possent ornare; quod sine dubio reprehensione dignum est & seculare. Haec tamen regula de vestimentis ab eo constituta est in nostra Religione; ut juxta S. Benedicti magistrum, neque Fratres, neq; Sorores nostrae inculpareantur de nativo vestimentorum colore, vel grossitate, aut latitudine. Si quis veto haec mandata ad plenitudinem nosse desiderat, apud Fontem-Ebraldi, ubi tam pro amore tanti viri, quam pro magno munere scripta sunt, humiliter requirat.

alia B. Roberti praecepta

B

de silentio,

Jac. 2. 20. Bonum est carnem non manducare,

abstinentia a carnibus, ejus vestitus

Reg. c. 55.

C a *Ab aliis* Chrmilliaco *appellatur, ut supra ex Nigrotio diximus.*

b *Idea in archivo Ord. ut l. 1. c. 23. citat Nicquetus,* Dei gratia, omnium electione Matter effecta *dicitur, itemq;* Petronilla electa a M. Roberto, & constituta Abbatissa, communi voluntate & petitione earn sanctimonialium, quam religiosorum Fratrum.

c *Fuit hic Girardus, ut superius innuimus Paschalis 2. tempore Legatus Apostolicus, vir praeclarus: sed postea obstinatus a partibus Anacleti contra Innocent. 2. stetit. Haec gesta minimum anno ante mortem Paschalis 2. sub exitum certe an. 1116.*

d *Notat tamen Nicquetus, ejus* Petronillam *non nisi duas Ord. praefectas Abbatissas, quas non a prima aetate Deo virginitatem in monasterio vovisset. Duae illae fuerunt, Mathildis, quam supra diximus Henr. 1. Angliae Regis filio desponsam; & Maria, Theobaldi Magni Campaniae Comitis, Eudonis 2. Ducis Burgundiae vidua, quae fuit 7. Abbatissa.*

CAPUT III.

Pax inter dissidentes reconciliata B. Roberti opera, Nova coenobia adsficata, visitata.

11 HIc quidam, da quo loquimur, Robertus nonnulla habitacula in diversis provinciis, cooperante Deo, aedificavrrat, in quibus sanctimonialium cohortes divina Religione in Fonteuraldensi clrustro probatar, juata locorum competentiam includebar, atq; ad earum servitium aliquos ex Fratribur nostris destinabat. Haec autem erat praeterea illius infrangibilis consuetudo, ut ubicumq; coenobia sanctimonialibus suis aedificare fecerat, in honorem S. Mariae semper Virginis ea coastrueret. Et quia S. Joan. Evangelista eidem Virgini, praecipiente Christo, quoadusq; corporaliter in mundo conversata est, devotur a Magister diligenter servivit; decrevit vir prudens, ut Fratrum oratoria in ejus veneratione dedicarentur: quod non sine divina inspiratione factum fuisse existimo, ut quem videlicet exemplum servandi sponsis Christi Fratrer haberent, eumdem suorum oratoriorum Patronum esse gauderent. Nec tamen talia dico, quod velim nostrum servitium equiparare delectabili Joannis obsequio: credear procul dubio, quod ea excellentissima Virgo juata Filium suum in coelo posita, sola est sine exemplo.

D

Alia dicta e Fonte Ebraldi sunt.

Sororum templa D. V. sacra, Patronum S. Jo. Evang.

a

12 Illa vero habitacula, in quibus vir memorabilis oves dominicas cum consilio adjacentium Pontificum includebat, more bonis pastoris frequenter visitabat: ut si aliquando, diabolica suasione, aliqua vitiorum somnta pullularent, ea pro posse suo radicitus extirparet. Contigit autem, ut dareiut ei quidam desertus locus inter Galliam, concedrnte b Ludovico Francorum Rege, qui nunc usq; c Alta Brugeria vulgariter nuncupatur. Despiciebar re vera intra castella, vel vicos, conventus suae sanctae Religionir habere, nimirum aperte cognoscens proposito sanctae Religionis talia nocere. Aedificatn vero loco, infra paucos annos, de quo nobis sermo est, misit ante se ad eundem locum per Petronillam Abbatissam nostram, quam ipse elegerat, aliquas ex Sororibus nostris, propter quas maxime locus aedificatur fuerat: quas idem vir vitae venerabilis usq; studiose sine mora subsequutus est.

B. Roberti loca visitat

E

b

c

Altri Brugeriam mox ordine mittit,

13 Quadam die in territorio Carnotensi ad vicum Bonaevallis, in qoo quaedam monachorum d abbatia erat, hospitalitatis gratia convenerunt, eodem tempore quo Carnotensium Episcopatum regebat a Yvo, qui adeo pro quibusdam causis cum f Bernardo hujus Bonaevallis Abbate discordatus fuerat, ut propemodum irreconciliabilis esset eorum discordia: nam multae religiosae personae eos multoties pacificare tentaverant, nec samen inter illos pacem reformare convalescebant. Postquam veto piur Magister tantam discordiam invitus audivit; discordantibus illis valde condoluit, atque qualiter eos pacificare posset, apud se cogitare coepit. Praemisit ergo ante se per Angardim religiosam monacham, quae Fontr Ebraldi tunc Prioriffa erat, sanctimoniales suas ad locum destinatum: ipse vero consociato sibi g Bernardo Abbate religioso, atque Petronilla Abbatissa sua, propter praedictae discordiae reconciliationem festinat, accurrit Carnotum. Dolebat etenim vir pacificus, Magistros Ecclesiae, detestandae dissensionis libertati infideliter subjacere: &, ut verum fatear, postquam prudens coctionator caritate conductus Carnotum advenit; licet multum laboraverit, non solum tamen illam damnniacam discordiam funditus dissipavit, verum etiam, quod multi jam incredibile suspicabantur, in antiquam iamicitiam illos restituit.

d

e

f

Jocum Ep. Carnotensis & Abbatis Bonaevallis graviter dissidentes

F

g

Petronillam

14 Pace vero inter Magistros Ecclesiae sanctae reformata, appropinquante Dominica Nativitate, supradictus discordiae mediator ad Altae-Brugeriae locum, de quo paullo ante mentionem fecimus, perrexit: ibique Dominicam Nativitatem cum dilecta sibi Filiabus, quas non longe ante ad eumdem locum per b Angardim transmiserat, celebrans, in jejunis assiduus, in orationibus praecipous, in lectione insatiabilis, peroox in vigiliir, superabundans in lacrymis, in doctrina

Alia Brugeriae coenobia visitat,

b

Digitized by Google

A ſtrinxit admirabilis, quot modis ſemet pro Deo in ara cordis immolaverit, vel quem fructum in domeſticis ſuis, ſive in confluentibus ad eum turbis, Domino acquiſierit, ounc uſqua, ut reor, ceteris mortalibus manet incognitum.

15 Perfecta deniq; in eodem loco eum ſumma reverentia, Dominicæ Incarnationis præcinxit feſtivitate; diſpoſitaq; interius & exterius ejuſdem loci Dominici ovilis ſocietate, iterum Carnotum rogatus advenit. Deſuctos quippe jam fuerat Carnoteoſis Antiſtes, quem ſuperius prænotavimus, & in locum jus, commum Clericorum electione, alius inthronizatus. Tanta autem ſedition inter Clericatum & Comitem illius civitatis verſabatur, ut etiam nonnulli Canonicorum amiſſis facultatibus ſuis, juſſu Comitis membratim trucidari timerent. Convenerant hujus rei gratia Carnotum nonnullæ potantes perſonæ. Conveoit deniq; Abbas *i* Bernardus bonorum omnium memoria dignus, cujus laus uſq; hodie per omnes Galliæ Eccleſias. Sed omnino inutiliter: nec illam diſſeoſionum jam ſedare poterant, imo roſtigante omnium bonorum hoſte, quotidie augmentabatur. Deprædatus etenim jam fuerat ejuſdem urbis Princeps Canonicorum domos, eoſque in claustro ſuo incluſerat: &, B quod dictu quoque nefas eſt, præclarum illum virum, Gauſridum nomine, quem Clerici in loco defuncti ip pontificalem cathedram canonice rothronizaverant, ab urbe fugaverat.

16 Sed quid moror? Jam Canonicis ipſis ſola ſpes poſt Deum in noſtro Roberto reſtabat: unde factum eſt, ut miſſu legationibus ſuis præſtrutiam illius cum omni ſuppleatione poſtularent. Noveraot ſane Canonici, quia raotam gratiam dederat Deus viro, de quo loquimur, ut quod aliis impoſſibile penitus erat, hoc per illum ille, cui omnia poſſibilia ſunt, operari dignaretur. Ille autem maaima infirmitate detentus, cum interrogatus fuiet, utrum Carnotum venire poſſet; omuia ſibi poſſibilia eſſe uſque ad mortem, reſpondit. Quo veniente, quam vere Dei famulus fuerit, etſi taceat lingua noſtra, exitus tamen geſtæ rei aperte maoifeſtat. Tantam namque grrtirm Dominus ei contulerat, ut eum non tantum religioſi quique venerarentur, ſed etiam Reges & Principes ejus imperio libentiſſime obſequerentur. Dignum quippe erat, ut erectura diligeret illum, quem a Creatore diligi per operum indicia non dubitabrr. Hic ad utroſq; ſecundum ſapientiam ſibi a Deo tributam loquens, cooperante gratia Dei, totam illam machinationem diabolicrm a fundo extirpavit. Nam per ejus monitum, prædictæ urbis Comes Clericis univerſa quæ abſtulerat, reddidit: & *k* Gauſridum illum, qui ad Epiſcopatus regimen canonice electus fuerat, ejus electioni acquieſcens, ad urbem redire conceſſit: atq; quod dictu quoq; delectabile eſt, in antecessorem ſrmi harrtatem Canonice copulavit. Credo namq; quia hoc mortiferum homicidium per dilectum ſibi Robertum ob hoc Dominus eatinguere volebat, quatenus neſcientibus fierer cognitum, quanti meriti Roberius noſter apud eum foret. Quæ vero, vel qoanta beneficia ſæpedictæ civitati in illis diebus per ſervom ſuum dignarus ſit Dominus præſtare, meæ non eſt poſſibilitatis indagare. Hoc tameu referre juvat, quia Simoniaca hæreſis, quæ Carnotenſem Canonicorum baſilicam dirtiſſime fœdaverrt, concedente Gauſtido Epiſcopo, cujus vita noſtra quoq; ætara ſuaviſſime redolet, atq; coocedentibus a majore oſq; ad minimum ejuſdem cœuobii Canonicis, io perpetoa damnatione per Robertum noſtrum eatincta eſt. Er ut hæc peſtis execrabilis *in* eadem Eccleſia in ſempiternum omnino damnaretur, votum quod fecerunt, juramento firmrverunt.

Gauſtido Carnotenſi Epiſcopo.

Canonici dire vexantur.

Carnotum advocatus.

ager to ldit.

ius Comitis reprehenditur.

Iotam Simoniacam ne ſcio quot.

a *Aliud mſ.* miniſtet.
b *Sextus is fuit illius nominis, ut ante dictum.*

c *Al.* Aliam Bineriam *vocant, Gallice* Haute-Bruyere. *Diſtat* 8. *leucis Lutetia. Iſthis* Bertrada *a Philippo Rege dimiſſa, ipſe ufam ſuevus. Calliſtus* 2. *in Bulla, qua Ordinem anno* 1119. *confirmavit, ita de hoc monaſterio loquitur apud Nicquetum c.* 31. Confirmamus Cloſum Auberti, ex dono Lodoici Regis Francorum: locum Alta Bineria ex dono prædictis, Regis, & Bertetæ noverca ejus, de cujus dote erat.

d *Ordin. Benedict. ita eſt abbatia.*

e *Celebris Ivo Carnotenſis doctrina & ſanctitate, cujus varia extant opera.*

f *Aliud mſ.* Bernerium *vocat, ut monnis Caſinenſis, itaq; ſcripſit Nicquetus n.* 31.

g *Hic eſt ille Abbas Tironenſis, ut hic idem ſcriptor tradit.*

h *Al.* Augardim. *Quæ ſequuntur, uſque ad num.* 26. *deerant in Caſinenſi editione, ſed poſtmodum ex procurante ſubmiſſa ex alio mſ.*

k *Hic eſt* Ivonis *ſucceſſor. In Vita S. Guilielmi* 10. *Februar. n.* 3. *num.* 12. *vocatur* vir virtutis, plenus ſpiritu conſilii & fortitudinis.

CAPUT IV.

Captivi viſitati a B. Roberto, latrones benignitate delinnis, Urſani & in Dolenſi abbatia geſta.

17 CArnoteoſibus itaque pacificatis, fidelis varbi Domini diſpeoſator Carnotenſem urbem, numquam ad eam poſtea remeaturus, reliquit: eoojuncto- E
que ſibi Bernardo Tyronii Abbata venerabili, cujos ſocietas ſemper ſibi graviſſima fuerat, ad caſtellom, quod popularrer *a* Ileſis dicitur, ambo inſimul pervenerunt. In eodem vero caſtello *b* Guillelmus Nivernenſis religioſus Comes incarceraros tenebatur, ao quod Lodovici Regis Franciæ partes pro pace tœuenda adverſus Carooti Comitem ipſe tueretur. Hic etiam Guillelmus exigentibus vitæ ſuæ meritis utriq; carus habebatur. Apparet profecto quaotæ honorificabilis tunc dignitatis Conſul ille fuerit, quem viſitare in carcere duæ iſtæ columnæ Eccleſiæ ſanctæ veniebant. Qui adeo confortatus fuiſſe narratur, ut diceret: Quis non gaudeat ſe diu incarcerari, ut a talibus vitis poſſit viſitari? Hæc idcirco dixerim, ut oſtenderem quod Robertus noſter non ſegnitiei vacabat, ſed modo juata Evaogelicum præceptum incarceraros viſitabat, modo & diſcordantes ad pacem revocabat. Viſitato itaque ſibi dilecto Comite, atq; pluſquam carceralis pœna eaigebat, confortato; duo illi viſitatores numquam poſthac io vita ſeſe viſuri, inſeparabiliter, ut ita dicam, ſont ſeparati: inſeprrabiliter namque ſeprrati ſunt, quia quos cerrtas jungit, tetrarum intercapedo non dividit. Petfecte etenim caritatis indiſſolubile eſt vinculum: quoniam, ut B. Auguſtinus dicit, Caritas, quæ dividi poteſt, numquam vera fuit. O ſi poſſent modo cognoſcere iſti, quod ſe deinceps in hac mortali earua non viderent? Credo plana quia aut via, aut numquam viventes in erme a ſe recederent, præſertim ſi obitum ſuum tam propioquum eſſe cognoſcerent. F

18 Abbas autem Bernardus tuoc ad propria repedavit. Paſtor vero noſter ad Biturirenſem provincirm, ralentum ſibi creditum multipliciter diſpenſando, iter ſuum direait. Nimirum ſciebat vir providus, quia quantoſcumque aliquis ſuo ædiſicaverit exemplo; protot tantiſque, in die Judicii, retributionis mercedem accipiet a Domino. Sicut enim fertile upiſtrum examina ſua circumquaque diſpergit; ſic piiſſimus Pater Noſter melliflua ſaoctimonialium agmina ea Fonteoraldenſi claustro aliis locis diſpertiebat. Ex hoc itaque venerabilium apum myſtico apiaſtro, olim Bituricenſi pago quamplurimas Sororum noſtrrrum diſtribuerat: & in loco, qui Urſanus a populo dicitur, præparato primum ligneo claustro, locaverat, quarum etiam amore eaſdem partes catechizando ſine dubio nunc viſitare parabat.

19 Sed ſi unum quod ei in itinere contigit, recitare volu-

AUCT. IJUS DISCIPULO D

Alta Bineria.

viſit eum B. Bernard. de Comit. Nivernenſi captivum.

ſibi cariſſimum.

tendit Urſanum.

AUCTORIS DISCIPULO

volumus, quantæ patientiæ, quantæque ſanctitatis ipſe fuerit, ſucceſſoribus noſtris manifeſte notificabimus. Nam

A ſicut quidam ex Fratribus noſtris, Petrus nomine, ſacerdotali præfulgens dignitate, verbo & vita fidelis, qui eo tempore cum eo aderat, nobis retulit; cum cœptum iter peragerent, quadam die inciderunt in latrones: qui ſecundum morem ſuum, maligno ſpiritu repleti, non ſolum beſtias ſodalium ejus abſtulerunt, ceterum etiam, quod gravius eſt, illud jumentum, in quo mitiſſimus ille ſedebat, per ſæui lora arripuerunt, illumque contumelijs affectum ad terram depoſuerunt. Ille vero, ut erat benignus, columbina voce cœpit eos pie increpare: & ut ſe a latrocinio cohiberent, blandis ſermonibus exhortabatur. Credo certe miſericordem virum plus doluiſſe de eorum perditione, quam de ſua, vel ſociorum diſturbatione.

latrones, ab his contumelijs affectus,

ſed hi a ſancto viro increpiti,

20 Petrus vero ſocius ejus, quo narrante hoc didici, non ferens æquanimiter quod factum fuerat de Magiſtro, locutus eſt talibus verbis ad prædones: Dicite, miſeri, ubi fugietis? qui talem ac tantum virum diſturbare non timuiſtis? Penſate, quæſo, penſate quanta reverentia ſit ſanctis viris exhibenda, ut ſic ſaltem deſinat inimicari vecordia veſtra. Nam ut ſanctæ dicunt Scripturæ, viri ſancti templa Dei ſunt. Templum enim Dei (ait Apoſtolus) ſanctum eſt, quod eſtis vos. Quapropter dum

B 1. Cor. 3. 17 Sanctus quilibet ad iracundiam excitatur, conſtat nimirum quia ejuſdem templi inhabitator Deus ad vindictam provocatur. Deſinat ergo furia veſtra: & quod feciſtis malum contra Sanctum Dei, deleat fructifera pœnitentia. Numquid non ſcitis hunc hominem, quem modo deballo injuſte depoſuiſtis, Robertum eſſe de Arbriſſello, cujus odor ſuavis redolet in univerſo mundo? Audito vero Roberti numine confeſtim turba latronum timore perterrita, ad pedes ſancti viri provoluta eſt, indulgentiam deprecative poſtulando. Ipſe vero eorum pœnitudini congaudens, eorumque petitioni æquo animo condonans quicquid circa eum male egerant, elevavit eos a pedibus ſuis, atque benigne deoſculatus eſt. Quibus non ſolum veniam, quam flagitabant, impertivit; verum etiam, quod illi propter peccatum ſuum minus merebantur, cœtus beneficii ſui illos participavit.

arguitur quis eſſet,

ovinam pertimuit,

quibus etiã benefecit,

21 O virum ineffabilem, admirabili pictate exuberantem, quem nec proſperitas, opitulante Deo, decepit, nec adverſitas ſuperavit! Cum enim, ſicut ſcriptum eſt, Doctrina viri per patientiam noſcatur; patet profecto, quantæ patientiæ, quantæve excellentiæ in doctrina Robertus iſte fuerit, qui eo modo quo dinimus, etiam inimicos ſuos remuneravit. Peoſemus, ſi poſſumus, quantæ dilectionis fervore vir iſte felicis memoriæ, amicos ſuos

Prov. 19. 11 mira ejus laudes.

C diligebat, qui juxta Dominicum præceptum, etiam adverſarijs ſuis tanta beneficia ultroneus impendebat. Cum enim dicat Scriptura: Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit; liquet patenter, in quanto juſtitiæ culmine vir iſte fuerit, qui nec provocatus injuriis, nec pro amicis, a recto itineris tramite deviavit. Licet mihi, Fratres, dicere, virum hunc in hoc facto S. Samuelis fuiſſe comparabilem, qui inimicis ſuis volens reddere vicem, pro ipſis ſe promiſit facere orationem. Non enim diſcrepabat ab illo qui ait: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacifi-

Prov. 12. 21.

1. Reg. 12. 23.

Pſ. 119. 7. eus. Quid ergo nos miſeri in ejus congregatione ausi Deum dicturi ſumus, qui nec amicos, ſicut debemus, amamus?

Urſum quidam geſtaverit

22 Poſtquam autem pacis amator ab inimicis pacis quodammodo pacifice diſceſſit; ad locum, Urſani, ad quem tendebat, non ſine antecedente fidei diſpenſatione, pervenit. Quo in loco circa quindecim dies cum dilectis ſibi Filiis & Filiabus commoratus, lectioni & orationi, atque prædicationi, cæteriſque virtutum exercitiis indefeſſus vacabat. Expectabat enim ibidem Petronillam Abbatiſſam, quæ a Fonte-Euraldi ad eum venire debebat. Qua veniente, placuit illi, ut ad extetiora loca, prædicationis utilitate exiret: roga erant enim cum quidam populi prædicationis illius verba, non mediocriter famelici, ut eis prædicationis ſanctæ beneficium impertire dignaretur. Ipſe vero piis eorum precibus acquieſcens, eorumque deſiderabilem famem, cooperante Deo, ſatiare deſiderans, cum jam cœptum iter ageret, conſociata ſibi Petronilla aliiſque nonnullis, quadam die apud e Doleuſem abbatiam hoſpitalitatis gratia pervenit. Quem monachi ejuſdem cœnobii læti ſuſcipientes, hoſpitalitatis jura ei honorifice prabuerunt, ut eorum animas prædicationis ſanctæ pabulo reficere dignaretur, humillime poſtulaverunt.

D eius prædicationes,

diuertit ad Doleuſes monachos

c.

23 Quorum precibus largus Domini Seminiverbius commotus, altera die eum quibuſdam ea ſuis ſociis in Capitulum monachorum ingreſſus eſt: ubi ultimum ſermonem, quem ad populum facturus erat, prolixa faciens, quam dulciter, quam pie, quam miſericorditer, quam devote, quam prudenter, quam caritative, quam ſimpliciter, quam diſcrete, auditores ſuos arguendo, obſecrando, increpando, declinare a malo & facere bonum ipſe docuerit, etiam illi qui intereſſe meruerunt, fatentur ſe narrare non poſſe. Sed quid mirum, ſi hoc ſermocinium tam excellenter implevit, per quem Deus tot & tanta ſermocinia, pene incomparabilia, teſtantibus illis qui audire meruerunt, mundo præbocrat? Tantam namq; prædicationis ſanctæ gratiam ei Dominus donaverat, ut cum communem ſermocinationem populo faceret, unuſquiſq; quod ſibi convenebat, acciperet. Non erat ejus prædicatio inefficaa, ſed in tantum audientium corda conterebat, ut patenter daretur intelligi quia aſſet illic. Nimirum Spiritus ſanctus aderat, ſine cujus auxilio ſermo doctoris eaterius fruſtra laborat. De quo etiam ſcriptum eſt; Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed Spiritus Patris veſtri. Poſtquam autem ſermonem illum finivit, coſdem monachos, qui quamdam quetimoniam adverſus Fontis-Ebraldi Eccleſiam habebant, ſecum omnino in eodem loco pacificavit: nec non etiam quemdam Principem illius terræ, Alardum nomine, concordavit cum illis.

Ille rogantibus prædicat

E valde feruenter

& efficaciter.

Matth. 10. 20. diffidentes conſolatur.

a Bleſæ, ſeu Bleſæ, urbs eſt ad Ligerim, ſupra Turones, de qua in Vita S. Aigulphi Abb. Lirinenſis 3. Septembr. Caſtrum Bleſenſe in latere cujuſdam ſitum eſt montis, cui contiguum eſt littus Ligerici amnis, ideuque Liger petinde præterlabens præter piſcium copiam, quam illi loco ſolemnus ceteris exhibet, aliarum quoque frugum, uini ſcilicet & rei frumentariæ, cæterarumque humanæ neceſſariarum naturæ, magnam præſtat gratiam. Gallice Blois appellatur.

Bleſa urbs

b Tertius hic eras illius nominis Nivernenſis Comes, qui ſub finem vitæ Carthuſiano Ordini ſe mancipavit, & quidem in gradu & conditione Converſi, ut vocant, ſed tricesimo tempori mortuus eſt 20. Aug. 1148. Ita Nangius.

c Doleuſis monaſterii, præter Clar. Robertum, meminit Maſſæus lib. de fluminibus Galliæ, qui ſitum ait ad Angerem flumen, ſive Angerim, Andium quibuſdam dictum, Gallice Indre. Ipſe vicus Doleuſis eſt in Turonum finibus, & vulgo Deols, vel Bourg de Deols, ſeu Bourg-Dieu, ſeu Bourg-Dol. Eſt autem Ordinis Benedictini.

F Doleuſe monaſterium.

CAPUT V.

B. Roberti ſuprema agritudo, ſuſceptum Viaticum, & ſacra unctio.

24 His itaque peractis, Petronillam atque Angardim Fontis-Ebraldi Procuratrices, quæ cum eo erant, viſitatum Fratres atque Sorores ire commonuit: atq; ipſe cum a Andrea Capellano ſuo ad populos, qui ejus prædicationem, ſicut ſuperius diximus, avide deſiderabant, & deſiderantes multis precibus poſtulabant, perreait. Eadem autem die, qua ipſe a Doleuſi monaſterio receſſit, quæ eſſe ſexta feria habebatur; in ipſo itinere cœpit de jumento ſuo ſæpius deſcen-

a

Ie vie ar gores.

A fecudere, & quod multum infirmaretur, ſociis ſuis manifeſtare. Cui cum illi diceront, Cariſſime Pater, revertere, quæſumus, revertere, ne pejus graveris ab infirmitate, aiebat: Nolite, Filii, nolite mihi talia dicere: ſed camus eſq; ad oppidum, quod Gracaicum dicitur, ut cum audierint populi, quibus meum adventum promiſi, me illuc veniſſe, ſi cœptum iter non potero facere, ſaltem credant quia neceſſitate cogente reverſus ſum. Venientes autem ad ſupradictum æſtum, in eodem hoſpitati ſunt.

deferatur Grosolid.

25 Altera autem die, Sabbato ſcilicet, ita prægravatus eſt Didaſcalus noſter ab infirmitate, ut jam omnino non poſſet equitare. Quod cum ipſe ſentiret, ait collegis ſuis: Præparate mihi, cariſſimi mei, quoddam ligneum feretrum, & reportate me ad Urſani locum, quoniam ſcio ex hac infirmitate me moriturum. Quod poſtquam agnovit hoſpes ejus, ait ei: Noli, quæſo, Magiſter, quod dicis, facere: ſed potius hic requieſce, quouſq; videas ſi poteris ea hac invaletudine convaleſcere. Ipſe vero quaſi privatim dicebat ſodalibus ſuis: Quidquid alii dicant, nolite curare: ſed quod vobis præcepi, properanter facite. Apparet profecto, quod ſentiebat obitum ſuum imminere: ſed ne ſua gens pro corpore ſuo laboraret, volebat ad Urſanum redire, dum vivus erat. Præparato itaq;

jubet ſe reportari ad Urſanum,

præfagiens mortem ſuam vicinam,

B ſicut præceperat, ligneo feretro ad caſtellum, quod c Iſſoldunum dicitur, eum apportaverunt, ibiq; hoſpitatâ ſunt. Hoſpes vero, qui eum ſuſcepit, cœpit eos multis modis rogare, ut apud eum concederent infirmum ſuum impenſare. Quod ubi ad aures Magiſtri Roberti pervenit, vocatis ſocius ſuis, ait illis. Nolite, Filii, hoſpitis noſtri conſilio acquieſcere, ſed, ſicut vobis jam diu, ad Urſanum potius me reducite. Et quoniam ipſe Petronillam & Angardim, ſicut ſupra diximus, ad alia loca viſitare Dominicum ovile tranſmiſerat, præſentiens finem ſuum appropinquare, miſit poſt eas Irgaiem, ut venirent Urſanum feſtinanter eum viſitare.

illas Petronillam nuncupat,

monet ejus periculo Urſonenſes,

26 Mane autem facto Iſſoldunum relinquentes, ad Urſanum (ſic ipſe præceperat) ſanctiſſimum infirmum deportaverunt. Eodem namq; tempore quædam nobilis monacha, Agnes nomine, Urſani Priorateм tenebat, quæ illi valde oppido cara habebatur, eo quod ipſa conſilio ejus, fallaces ſeculi divitias, quæ ſibi multum blandiebantur, reliquerat, & pro Chriſto paupertatem delegerat. Quæ cum cognoviſſet tam gravem Magiſtri infirmitatem, quantum mœrorem habuerit non facile dictu. Quis enim referre poſſet, quam magnum dolorem habuerunt ejuſdem loci Fratres atque Sorores, audita Doctoris noſtri tam gravi in-

aſpirat ad Fontem Ebraldi,

C firmitate? Revera enim timebant, tanto ſcilicet ac tali viduari Paſtore. Adveſperante autem Dominico die, quo ſanus ægre Urſanum aſportatus fuerat, cœpit ipſe Fontis-Ebraldi nomen pie ingeminare, dicens: O Fons-Euraldi, Fons-Euraldi, tam æſtimavi in te jacere? Cui cum Andreas, fidelis collega ejus, diceret: Pulcher Magiſtee, quid eſt quod dicis? Si ſentis hic finem eſſe, ſaltem ſac quod tuum eſt, impera corpuſculum poſt obitum ad Fontem-Euraldi portare. Ille reſpondit: Et quare meum cadaver hinc poſtaretereet? Nam per omnes baſilicas (ut verbis illius utar) ablatum eſſet a vobis.

portit Viaticum,

27 Alia autem die, ſecunda ſcilicet feria, rogavit ſibi dari Viaticum Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti: quia enim longius profecturum ſe eſſe providebat, idcirco ſaluberrimum illud Viaticum humillima devotione ſibi dari poſcebat, ſine quo viator quibbet errabundus omnino deviat. Allato autem ad eum Corpore Dominico, cœpit cum ieternis gemitibus, atq; profundis ſuſpirus gratuitam miſericordiam ab eo petere, ſequæ inutilem ſervum dicere, & in cunctis operibus ſuis ſe accuſare. Veeum ſciebat prudens lector, quod Deus ita mandaverat: Cum omnia, inquit, quæ præcepta ſene

dolens de peccatis.

Luc. 17. 10. vobis, fecerritis; dicite: Servi inutiles ſumus, &c. Illum quippe Juſtum imitabatur, qui cum perfectus eſſet, omnia opera ſua vereri ſe fatebatur. Gemiuum etenim planctum agebat: dolebat multum de eo quod nonnumquam Dominica præcepta præterierat: pœnitebat ex altera parte ea hoc quod omnia mandata non obſervaverat. Et, ut verba ejus dicam epilogando, ſe ſervum inutilem fuiſſe per omnia plangebat e-

AUCT. ALIUS DISCIPULO D

humillime ſe accuſat,

julando. Poſtquam autem innumerabiliter ſe ipſum accuſavit, accepta pœnitentia, nihil de proprius meritis præſumens, ſed miſericordiam aſſidue deprecando, Dominicum Corpus accepit. Audiant hic, qui Corpus Dominicum ad damnationem ſuam indiſcrete accipere audent: ut vel ſua peccata per ſanctam pœnitentiam, dum licet, deleant; vel certe ſi noluerint, tam admirabile Sacramentum indigne ſuſcipere vereamur. Aperte enim clamat Apoſtolus, quia Qui manducat & bibit indigne, &c. Si enim tantus ac talis vir tam timide ſacroſanctum Corpus Dominicum accepit, multo magis nos peccatores, tremebundi atque flebiles accedere debemus: qui etiamſi multum profecerimus, finem noſtrum ejus pretio cnæquare nun audemus.

non tamen ſine quibusdam.

1. Cor. 11. 29.

28 Prætereunte autem ſecunda feria, quis non dubitabat vir bonus exitum ſuum propinquum eſſe; voluit omnia ſanctæ Eccleſiæ Sacramenta, utpote Chriſtianiſſimus, in ſe ſuſcipere. Petiit ergo devote tertia feria, ut benedicto Oleo ungeretur: credens profecto Apoſtoli Jacobi verbis, quod ſcilicet per hujus operationem myſterii peccata hominibus dimittuntur. Unctus autem ſalutifero unguento, iterum munivit ſeſe non ſine interno gemitu, Corpore Dominico: nec taotummodo his deobus diebus Euchariſtia Chriſti ſemec munivit, ſed etiam omnibus diebus, quibus in ipſa infirmitate jacuit. Sed quis poterit narrare qualiter, vel quibus modis ante Corpus Domini ſe ſemper ſtuduit accuſare? Fatentur illi, qui ibi eſſe meruerunt, quia ao unquam ante Corpus Domioicum ſe plus accuſaverit, omoino neſciunt. Nullus eſt, nullus enim *d* prædo, nullus denique ſic ſe accuſabat latro: cum enim ſcriptum ſit, Juſtus in primis accuſator eſt ſui; patet profecto quod ipſe juſtus fuerit, qui quamvis ſingulari converſatione viaſſet, tameo ſe tam multipliciter accuſavit.

Inungitur ſacro oleo: E

cap. 5. 15.

quotidie tamen communicat,

cum ſumma animo dolore de peccatis

d Prov. 18. 17.

a *Quamodo ſi Andreas Vita hujus ſcriptor eſt, & hujus itineris B. Roberto comes fuit, ea quæ habentur cap. præcedenti n. 20. ait ſe Petro narrante didiciſſe, cum ea ipſemet præſto eſſet?*

b Graſſay *Gallice vocant, aut* Gracay, *oppidum eſt in Biturigibus.*

c Iſſoudun *Gallice, oppidum eſt in eorumdem Biturigum dotione.*

d *Cæſuleri ridetio, pudet, ſed poſſeo admonuit, in alio exhiberi prædo.*

F

CAPUT VI.

Sepultura a B. Roberto expetita in Fonte Ebraldi.

29 EAdem vero tempeſtate Leodegarius, vir vita floridus & ætate, Bituricenſis diœceſis Archiepiſcopatum renebat, quem, niſi fallor, inſeparabilis dilectiu Magiſtro Roberto conglutinabat: tanto namque, ut reor, amore invicem conjungebantur, ut quod unus vellet, alius via denegaret. De hoc ſiquidem Leodegario multa virtutum præconia poſſem referre: ſed quoniam *a* adhuc inter innumeras hujus exilii procellas, in incerto navigat, ipſa humana ignorantia, velim nolim, cogit me tacere. Nec enim omnis qui cœperit, ſed qui ad finem uſque perſeveraverit, hic ſalvus erit. Huic itaque felicis memoriæ Robertus nuotium quemdam tranſmiſit, & ut eum viſitare dignaretur, deprecando mandaverat. Ille vero audita ejus infirmitate feſtinat devotus eum viſitare. Poſtquam autem advenit, villulam ipſam ſuis famelis die ac nocte caute cuſtodire præcepit: timebae namque tamin Pa-

Leodegarii Ep. Bitur. rogat ut ſe viſitet:

a

AUCTORIS DISCIPULO

trono viduari, & ideo præcipiebat ipſam villulam ſolerter obſervari. Non ſolum Bituricenſis Archiepiſcop. Robertum noſtrum tunc viſitavit, ſed etiam nonnulli Principes illius tractus eum curioſe viſitatum venere. Similiter autem & ipſi Urſani villam ſuam cuſtodibus ſtudioſe munierunt, dicentes ſe eſſe beatos, ſi tanto mererentur decorari Patrono. Quotquot autem eum viſitare veniebant, ab eo utiq; conſolationis bravium accipiebant. Nam licet infirmus eſſet in corpore, ſtudebat tamen ex more ſuo, circumſtantibus populis ſalutifera prædicationis monita impendere,

viſitat. & ab aliis, unuſquiſque monitis inſtruit.

39 Interea vero nuntius, qui tranſmiſſus fuerat poſt Abbatiſſam, ad *b* Podiam uſq; perveniit: ibiq; eam reperiens, & cur eam ſequeretur, aperiens continuo protulit, & ut velocius reverteretur ad Urſinum, commonuit. Illa vero, atq; Augardis quæ cum ea erat, tam triſti territæ nuntio, moram habere in eundo neſciverunt, ſed ante diem a Podia moventur. Tandem miſeræ atq; flebiles Urſinum veniunt. Venientes autem ante incolumem infirmum, exclamavit Petronilla, & ait: Heu, bone Magiſter! jam nullum bonum nobis amodo facies! *c* Angardis vero quæ cum ea venerat, pie increpabat eam, dicens: Deſine, bona fœmina, talia dicere verba: ſed magis Deum rogita, ut dignetur ei ſanitatem adhuc præſtare. Ille enim qui ei hanc infirmitatem præbuit, eo modo placuerit, & ſanitatem præbebit. Dicebant etiam nonnulli, quod ea illa infirmitate non moreretur: ipſe vero aliud affirmabat,

b *adoratis & Petronilla,*

c

B

40 Longum quidem eſt per ſingula recitare, quomodo prudenter infirmus in hac infirmitate ſtuduerit uterinſq; ſexus viſitatores, ſale condito ſermone commonefacere: ſed quoniam nolo lectorem meum faſtidire, ad ea quæ ternis die ante finem peregit, volo tranſire. Quarta itaq; feria ante obitum ſuum, *d* juſſit Leodegarium venerabilem Bituricenſem Archiepiſcopum, qui eum, ſicut diximus, viſitatum venerat, ad ſe vocari, & ait illi: O carriſſime Pater, Tu es meus Archiepiſcopus, meus Primas, ac Patriarcha. Tu ſcis, quomodo nunc uſq;ue ſemper amavi, & quomodo tibi obediens fui. Scis etiam, quod propter dulcem amorem tuum in has partes primitur veni. Rogaſti etenim me, ut aliquot de bonis fœminis meis traderem tibi: & tradidi. Tuo monitu atq; rogatu in hanc provinciam eas transmiſi. Non habebam, ſicut ſcis, hic domos, non villas poſſeſſiones, non agros. Præparaſti eis proinde tu tuorumq; ſalute hunc locum: ædificaſti eis, inſpirante Deo, hoc habitaculum, quo poſſent facere die ac nocte Dei ſervitium: nullas huc adduxere poſſeſſiones, non autem, non argentum, non denique ſupellectilia: acquiſiſti eis terras, victum atq; veſtitum, ceteraq; neceſſaria, & facto & verbo. Gaviſus eſt multum de earum adventu, & nunc uſq; multis modis honoraſti, & bene ſervaſti. Ecce itaq; volente Deo, ego itet omnis carnis aggredior, & jam tempus reſolutionis meæ inſtat: nec enim melior ſum, quam Patres noſtri. Quapropter donec ſupereſt in me halitus, quamdiu poſſum loqui, commendo Filias meas, & omnia quæ illarum ſunt, tuæ dilectioni, ut tu, qui eas huc venire feciſti, pie cuſtodias, earumq; curam ſollicitus amodo habeas.

d *Leodegario Epo.*

qui Urſanæ fundavit,

C

Abbatiſſæ mon. ſibi commendat,

41 Volo præterea amicitiæ tuæ voluntatem cordis mei dicere: volo ſanctitati tuæ deſiderium meum aperire. Appareat in fine, ſi vivendo unquam dilexiſti: manifeſtum ſit, ſi earum, ut dicebas, unquam me habuiſti: non enim ignoras, quod non eſt vera dilectio in ſolis verbis, ſed ſancta teſte Scriptura, Probatio dilectionis exhibitio eſt in operibus. Noo diligamus verbo, nec lingua, ſed opere, & veritate. Notum igitur, Carriſſime Pater, tibi facio, quod nolo facere in Bethleem, ubi Deus de Virgine naſci dignatus eſt, nec etiam Jeroſolymis in ſancto ſepulchro: nolo etiam in Roma ſepeliri inter ſanctos Martyres, nec in Cluniaco monaſterio, ubi fiunt pulchræ proceſſiones: nec tamen hæc dico, quod contemnam ſanctiſſima loca, quæ ſcio ob reverentiam Dominicæ Incarnationis vere amanda, recolenda ac veneranda. Omnes enim fideles debent Bethleem ſanctam magnifice venerari, quæ a Prophetis laudata, Dominica Nativitate meruit decorari. Licet enim Deus ubiq; ſit, omnes tamen beatam Jeruſalem quadam excellentia debent amando honorare, in qua Filius Dei per mortem ſuam dignatus eſt mundum redimere. Nullus etiam fidelium Romam debet deſpicere, quæ tantorum Martyrum pretioſo purpurata ſanguine, & ſacra teſtante Scriptura, omnem mundi pulchritudinem excellit. Quis deniq; ſane ſapiens audeat deprimere ſupremum Cluniacum monaſterium, ubi quotidie Dei gratia tantum ſit beneficium?

ut ſe in nullo alio loco etiam ſanctiſſimo ſepeliri,

D

e

42 Nolo poſtremo humari in quolibet loco alio, niſi ſolum in Fontis-Eraldi loco. Scit enim, mi Pater, quod ego locum Fontis-Ebraldi omnium aliorum locorum caput conſtitui: ibi etiam eſt major pars noſtræ Congregationis: ibi etiam fundamentum noſtræ Religionis. Non rogo te, ut ſepelias me in monaſterio, vel in claufiro; ſed tantum inter fraterculos meos in Fontis-Ebraldi luto. Ibi etiam ſunt Presbyteri mei, atq; Clerici: ibi etiam ſunt ſanctæ Virgines, viduæ & continentes, die ac nocte in Dei laudibus perſeverantes: ibi ſunt mei dilectiſſimi infirmi atq; infirmæ: ibi ſunt cariſſimi mei leproſi atq; leproſæ meæ: ibi ſunt boni ſocii peregrinationis meæ: ibi ſunt illi, qui paupertates & labores pro Chriſto mecum diu ſuſtinuere: ibi ſunt, qui frigora & calores, miſerias & tribulationes pro animarum ſuarum ſalute patienter ſuſtinuerunt: qui ad vocem prædicationis meæ, inſpirante Deo, & ſe & ſua reliquerunt: quorum alii corpore vivunt, alii vero in obedientia perſeverantes obierunt. Ibi jacent Herſendis monacha, bona coadjutrix mea, cujus conſilio & opere conſtruxi Fontis-Ebraldi ædificia. Ibi jacent boni filii mei, quorum precibus apud Deum confido me ſuffragari. Ibi dormiunt bonæ monachæ meæ, quarum meritis credo apud Deum adjuvari. Hæc cauſſa eſt, Cariſſime, pro qua ſanctiſſimorum locorum ſepulturam refuto, quod nimirum inter parvulos Fraterculos meos atq; Sorores in luto ſepeliri cupio: ſcio enim, quod viventes deſiderant ibi me jacere, quatenus in die ſanctæ reſurrectionis, in hac eadem carne cum illis ad judicium Dei queam ire.

ſed in Fon. Ebraldi

E

inter ſuos Fratres, & ſoſtiores,

ac optimos adjutores

& effectrices,

F

præferendi id loco

quos olim recepi,

accipit ſe orationem pro eorum obitu.

43 Si enim ibi ſepultus fuero, & viveotes eumdem locum amplius diligent, & illi, quos diabolus per inobedientiam captivat, miſericordiam quærere venient. Audient enim dicere, quod ego in Fonte-Euraldi jaceo: & dum ad memoriam redoceat, quod Deus per me eos a ſeculo nequam eripuit, & quod multa bona eis per me diſtribuit, amore meo conſtricti, feſtinabunt ad obedientiam ſuam reverti. Quis animi mei Congregationis tam ferrea viſcera portat, ut dum met perfecte recordatus fuerit, vel gemendo, vel ſuſpirando ſefe non molliat? Dum itaq; ad mentem revocabunt, qualiter eos ſemper dilexi, qualiterve eos inſtruxi, vel quomodo doctrina ſua Deus eos per me ſatiavit, aliqui divina inſpiratione tantis beneficiis vocati, atque pœnitentia commoti, ante tumbam meam miſericordiam a Deo competere venient. Et quoniam ſentio hoc affuturum, commendo poſteritati meæ, ut nulli miſericordiam hanc quærenti, denegetur reconciliationis beneficium. Si autem placuerit miſericordiæ Auctori, ut unquam, non meis meritis, de quibus nihil præſumo, ſed ſola ſua gratuita pietate, dignetur mihi aliquid præſtare, ſtudebo ipſum miſericordiæ ſuæ fontem pro omni congregatione mea jugiter interpellare: quia ibi non eſt vita, ubi deeſt verus amor. Pro poſſe meo diligam: quoniam in hac vita illos non diligere poteram. Scio enim quamlibet ſepulturam deſuncto non nocere: credo procul dubio Dominum ubique auxilium, cui voluerit, poſſe præbere: attamen hæc, quam

A prædixi, cauſſa eſt, quare in iſtis locis jacere requiro: hæc occaſio eſt, cur in cœmeterio Fontebaldenſi meum cadaver inhumari jubeo. Quam ob cauſſam, Sanctitatis Tuæ reverentiam humiliter prece implnro, ut eo corpus meum ſanctimonialibus noſtris reddas, atque ad Fontem-Euraldi uſq; perducas, ibique tuo ſancto ore, ſepulturæ meæ officium facias. Modo apparebit in ſiocm, ſi unquam in vita me veraciter dilexiſti. Si ergo cordialis amicus mihi fuiſti, ſi unquam tibi amicos eatiti, concede mihi, obſecro, quod poſtulavi.

Epiſcopo dubitanti, 35 Ille vero nolens ſuam diœceſim tanto theſauro ſpoliari, reſpondit illi, & ait: Ego, Cariſſime Magiſter, ſicut jamdudum cœpi, mente integra multum te diligo: ſed hoc quod petis a me, non eſt totum in mea poteſtate, ſed ex magna parte in Priocipibus iſtius terræ. Tu enim cognoſcis, quod locus iſte ſit io terra cujuſdam Principis, nomine Alardi, quem etiam ipſe ex magna parte ædificavit. Nolo enim tibi me caſum promittere, quam poſtes oon poſſum implere: ſed ſine me craſtina die de hac re conſilium accipere.

Agnetis Prioriſſæ Orſonenſi ad commendat. 36 Quo audito, Audreas Sacerdos dixit Magiſtro: Novetis dilectio toa, Magiſter bone, quod Agnes hujus loci Priotiſſa, poterit multum petitionem toam aut adjuvare, aut nocere. Quamobrem obſecra eam, ut
B perficiat ex parte ſua petitionem tuam: eſt enim indigena iſtius terræ, & Alaedus fuit vir ejus, qui eſt dominus iſtius villæ. Vocavit itaq; eam vir prudens & ait illi: O Domina Agnes, impero tibi obſecrando, & obſecro impetando, ſicuti Dominæ meæ, Filiæ atq; diſcipulæ, ot facias quantumcumque poteris de hac re, quam ab Archiepiſcopo fieri poſtulavi. Cui iſta reſpondit: Bonæ Magiſter, vultis vos ut faciam iſtud? Ille vero inquit: Volo, Filia, omnino, atque deſidero: & tali pacto oſculari manum meam tibi præcipio. Illa vero oſculans venerabilem illius manum, promiſit ſe facere, quod flagitaverat deſiderium.

a *Oblit, ut cl. Robertus ſcribit, 31. Mart.* 1120. *unde patet, quando ſcripſa ſit hæc Vita.*
b *Gallice* La Puye. r *Aliud mſ. ſuperius,* Augardis.
d *Aliud mſ.* milit. e *Imo hymnus de SS. Petro & Paulo.*

CAPUT VII.

B. Roberti ſub mortem preces, profeſſio Fidei, publica peccatorum ſacramentalis Confeſſio.

C 37 POſt hæc illi qui circumſtabant, cœperunt ei dicere: O bone Magiſter, deberes Deum roga-
Omnibus a ſe dimiſſis, re, eo quod ſentis te mortis ita propinquum. Quibus ille reſpondit: Ego certe Deum deprecari multum deſidero: ſed propter vos, qui me impeditis, omnino non valeo: recedite, & abite, ut ſaltem Deum meum amodo poſſim orare. Omnibus vero egreſſis, cœpit Deum ipſe humiliter rogitare, ut pro ſua pietate Romanum Papam, & omnes Doctores *a* ſuæ Eccleſiæ, in
orat pro Eccleſia, a propoſito ſanctæ religionis dignetur ad finem uſq; ſervare. Tunc etiam cœpit hoſpites ſuos nominatim te-
ſuis benefactoribus, ferre, & pro ſingulis orationem Deo offerre. Oravit etiam tunc pro omnibus benefactoribus ſuis, & inimicis: & pro conctis fidelibus vivis atq; defunctis. Ad ultimum etiam cœpit pro Willelmo Pictavienſium Comite, qui exigentibus ſuis meritis excommunicationis gladio tunc fauciatus erat, Dominum exorare, ot ſi ejus providentia eſſet, pro ſua benignitate dignaretur eum ad
& inimicis. viam veritatis revocare. Apparet profecto quam magna vis iſte plenus ſoetit caritate, qui ad finem uſque perſeveravit pro amicis & inimicis ſuis tanta devotione orare. Patet liquido, quod inimicos ſuos ot ſe diligebat, qoi eis dari illud orando optabat, quod ſibi ipſi a Deo tribui cupiebat: quin etiam clarius conſtat, quam

amicos ſuos ſapienter amabat, pro quibus orationis mu- AUCT. EJUS DE DISCIPULO
nus Domino Deo dulciter offerebat. Perſequamur, ſi D
poſſumus, qua vigilantia cetera legis mandata obſervabat. Quin etiam, quod gravius eſſe ſolet, inimicis ſois bona retribuebat: licet enim ipſe, volente Deo, in pace occuboerit, credo tamen quod martyrii palmam non amiſit. Et ne fortaſſis quod dico, quoquo modo diſpliceat, audiat ſanctam Scripturam ſic affirmantem & dicentem: Martyriom non in ſola effoſione ſanguinis, ſed abſtinentia peccatorum, & exercitatione mandatorum Dei perficies. Hinc rurſus ſcriptum eſt: Omnia vita Chriſtiani hominis, crux eſt, & martyrium.

38 Poſtquam autem pro cuncto populo chriſtiano, orationes ad Dominum diutiſſime fudiſſet, cum jam ab eo pene omnes receſſiſſent, intempeſtæ noctis ſilentio Petrum quemdam Fratrem laicum, qui eam eo aſſidue erat, ad ſe vocavit, & ait illi: Voca ad me Andream Sacerdotem. Veniente autem Andrea, dixit illi: Affer mihi, obſecro, lignum ſanctæ crucis. Allata autem ſancta Cruce, de ſtratis ſuis virtute qua potuit, *verè ſanctæ Crucis,* lætabundus exilivit, & ante crucem cum magna reverentia genoa ſua fleait, & quid in ſe de Deo ſentiret, circumſtantibus aperuit. Tunc confitebatur ſe credere, *profitetur ſe credere omnia a Deo,* quod Deus omnipotens, unus in Trinitate, & trinus in Unitate, Ipſum cœlum & terram, & omnia quæ in E
eis ſunt, imperio volontatis ſuæ fecerit. Confitebatur etiam, quod Luciferum, qui mane oriebator, qui eſt principium viarum Dei, habeotem ſignaculum ſimilitudinis Dei, plenum ſapientia & decore, omni lapide pretioſo ornatom, in Paradiſo Deus collocaverit. Referebat etiam ſe credere, qualiter ille nullo ſuadente pet ſuperbiam ſuam ſponte ceciderit: & qoaliter *lapſum fuiſſet,* ad *b* reſtaurationem ejus, Deus hominem e limo terræ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam mirabiliter con- *b & homin.* F
diderit. Memorabat, quomodo per invidiam diaboli in orbem terrarum mors introjecit; vel quomodo fraudulentus hoſtis hominem de Paradiſo expulerit. Revocabat etiam ad memoriam, quantas cæcitatis tenebras, quantaſque miſerias humanum genus uſq; ad mundi finem ſuſtineat, pro eo quod primus homo *illorum &c.* Dominicum præceptum præteriit. His autem addebat, quemadmodum humanom genus, exigentibus ſuis peccatis, aquis diluvii perierit: & quemadmodum Deus octo animas in Arca Noe ſalvaverit. His adjungebat, quam glorioſe Deus filios Iſrael de Ægyptiaca ſervitute liberaverit, & quam mitifice (pereuntibus io defecto mutmuratotibus) credentes in terram promiſſionis introduxerit.

39 Dicebat etiam pronus ante ſanctam crucem, qualiter Dei Filius deſcendens io uterum ſanctæ Vir- F
ginis, novum, ſicut ille promiſerat, cœlum & terram *Incarnationem Verbi,* fecerit: vel qoaliter in Bethleem naſci, & in præſepio poni, atq; vilibus pannis involvi pro noſtra ſalute, oullis noſtris præcedentibus meritis, ſed ſola miſericordia voluerit. Profitebatur etiam, quod non ſolum Deus homo pro hominibus dignatus eſt fieri, ſed etiam (quod mirabilius eſt) circumcidi, baptizati, & jejonare. Recordabatur ſuſpirando, quod Panis vivus, qui de cœlo deſcendit, ut nos ſatiaret, eſurit; quod fons vivus, ot a perpetua ſiti liberaret, ſitivit. Revocabat etiam ad memoriam gemens atq; ſuſpirans; quod illa *Paſſionem,* qui voluntate omnia condidit, factus homo pro hominibus, derioiones & ſputa, colaphos atque flagella, injurias atque vulnera, & ad ultimom Crucis mortem pro homiuum redemptione ſuſtinere voluotarie dignatus eſt. His copulabat vir pius Dominicam Reſurrectionem, & ad cœlos Aſcenſionem, atq; Spiritus ſancti adventum: his etiam ſimiliter adjungebat futurum in finem ſeculi judicium, in quo Deus reddet unicuique juxta ſuum meritum.

40 Ad ultimum annectebat his, qualiter Deus

AUCT. EJUS DISCIPULO

omnipotens ex quodam ſcoiculo, & ex quadam paupercula moliere eum naſci fecerit: & qualiter ei poſtea innumerabilia bona, ſine præcedentibus meritis, præbuerit. Poſt hæc agebat omnipotenti Deo multimodas gratias, pro his aliiſque innumerabilibus beneficiis humano generi collatis gratis: reddebat etiam Deo magnificas gratias eo quod ſibi, aliorum meritis, toi & tanta beneficia tribuiſſet.

A *agit gratias pro ſibi collatis a Deo beneficiis.*

41 Poſtquam autem vir Catholicos ſuam credulitatem coram ſancta cruce, audientibus illis qui ibi erant, plenarie narravit; deinde peccatorum ſuorum confeſſionem inaudite ſe accuſando, publice manifeſtavit, dicens: Audi Presbyter peccata mea, quim etiam audite cœli & terra. Filius Dei venit in mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis enutrivit, innumerabilibus modis mea culpa peccavi. Tunc confitebatur coram omnibus ſe reprehendendo, quod dum eſſet puerulus, & comederet cum matre, pulchriores cibos accipiebat: & dum plueret, ipſe ficcitatem deſiderabat, & e contrario: referebat ſe etiam arguendo, quod dum adhuc eſſet ſecularis, *a* in ordinatione cujuſdam Redonenſis Epiſcopi, *c* in venenum Simoniæ ſemel inciderit: confitebatur etiam, quod Deus magnam litterarum ſcientiam, atque prædicationis gratiam ei gratis præſtiterat. Se pœnitebat de eo, quod talentum ſibi a Deo creditum non, ut deberet, multiplicaverat. Tunc dicebat, quod ipſe Religionem mulierum coadunaverat, quæ laborem ſanctæ Religionis pro Deo excellenter ſuſtinebant, ſed ipſe ſolus earum laudem habuerat.

Sacerdoti confeſſus publice coram aliis

antiqua & minuta peccata,

c

B

42 Ubi quidem hic locus dicendi eſt, ſi ſingulatim narrare vellem, qualiter, vel quibus modis eorum ſancta Cruce ſeſe accuſaverit? Poſtquam autem immemorabiliter ſe arguendo accuſavit, ſingula nominando peccata, omnium peccatorum ſuorum abſolutionem a Deo humili ſupplicatione petiit, & ut ei finem ſuum in proximo donare dignaretur, poſt hæc exoravit. Certum quidem eſt, quod Deus ſervum ſuum in hac oratione exaudierit: quem non longe poſt a vinculis carnis abſolutum, a mundi hujus cæſtro abſtraxit.

D

valde ſe accuſans,

pie mortuus

a *Aliud MS. ſanctæ.*

b *Ad reparandas, ut vulgo dicitur, lapſorum Augiſtor. ruinas ſive ad repleada, quibus deturbari ſunt, tabellis civitatis ſpatia.*

c *Hoc peccatum ejuſdem generis videtur, cujus prædicta dux, quod puerulus pulchriores cibos ſibi appoſitos remederis, quodq; dū plueret, ficcitatem deſideraſſit: in quibus non facile culpam deprehendere queas. Nempe bonarum mentium eſt, ibi quoque culpam agnoſcere, ubi culpa nulla eſt. Ita referebat B. Robertus ſe in venenum ſimoniæ ſemel incidiſſe, in mitigatione cujuſdam Redonenſis Epiſcopi. Earum illius tempore res Redonis Epiſcopus Moinus, ſive Meen, Silveſter, Marbodus. Mortem ordinatus eſt die vi. Idus Aug. anno circiter Roberti nativitatem. Silveſter vero cum forte 64. annorum eſſet Robertus. Quid vero tunc ne ille Epiſcopus cogitaret, conferre hic potuit, tenuis in re nulla adhuc doctrinæ opinione, aut erudita rei commendatione? Non id dicit, ſed in venenum incidiſſe Simoniæ, quia forte ſi, dum illam audiret aut etiam videret ordinari, ne veneris in mentem ut aut interiret ad inſignem doctrinam, aut ad ſimilem pervenirent dignitatem, rogitando quibus modis Principis & Cleri ſibi emparare favorem poſſet. Cum autem ſub ordine Silveſtro Archipresbyter ruinoſare Simoniam tanto ſtudio donatus ſit, ut ſupra narratum, non eſt credibile ubi Marbodus Antiſtes eſt creatus, cum nulla ratione talem voluerit habere vulpem pontifex. Et freuſſi ipſe tunc Redones reliquerat, atq; Andegavum migraverat.*

Colpo Simoniæ on in B. Roberto nullo fuit.

E

DE S. AVERTANO
CONVERSO ORDINIS CARMELITARUM
ET B. ROMÆO
LUCÆ IN ETRURIA,

G. H.

Commentarius prævius.

§. I. Antiqua memoria S. Avertani: ejus ſepultura ſuburbana. Templum S. Petri templa Lucæ.

C

SEC. XVI. XXV. FE.

1 LUca urbe Etruriæ antiqua, atq; ob defenſam libertatem celebri, præter indigenas ac domeſticos Patronos, gaudet etiam ſanctis Protectoribus, qui aliunde eo profecti, vita iſthic feliciter functi ſunt. Ex hac fuit S. Richardus ex Anglo-Saxonica nobilitate vir primarius, pater ſanctiſſimæ Virg. Walburgis: de illo egimus 7. Februarii, de S. Walburge hoc viceſima quinta, qua e vivis exceſſit. Alter populo Lucenſi acceſſit ex Ordine Carmelitarum Patronus advena, ex Gallia tranſalpina Avertanus, aliis Albertanus & Alvertanus, aut etiam Averardus dictus: cujus ſacra oſſa, ut plenius infra referetur, ad eccleſiam urbis Lucenſis Cathedralem anno Chriſti 1513. delata ſunt antea in ſuburbio, cum honore aſſervata.

Luca in Etruria

colitur S. Avertanus

2 Populus Lucenſis Apoſtolorum Principi Petro æternam gratiam relaturus, ob S. Paulinum ab illo ſibi miſſum Epiſcopum, fertur in honorem ejuſdem S. Petri anno 801. templum condidiſſe in ſuburbio verſus meridiem, quæ Piſas tenditur. Fuiſſe etiam olim eccleſiam collegiatam cum titulo Prioratus, ex quodam privilegio ab Alexandro Papa III. Eccleſiæ Lucenſi Cathedrali anno 1172. indulto liquere. Præterea, quod duo alia templa ſub ejuſdem Apoſtoli titulo eſſent in urbe condita, nomen huic ſuburbanæ ædi acceſſiſſe honorificum S. Petri majoris, indicarique in tabulis antiquis anno 1266. ſignatis: atque ei tunc fuiſſe vicinum xenodochium excipiendis peregrinis pauperibus, in quo S. Avertanus, inhibitu in urbem ingreſſu, eum morbo aliquamdiu luctatus, ſanctiſſimam Creatori ſuo reddidit animam. Cujus corpus, ob patrata mox ejus interceſſione plurima miracula, cum magna, ut veriſimile eſt, ſolemnitate ſepultum in dicta S. Petri majoris eccleſia: in cujus origine deducenda auctorem ſequuntur ſumus Caſarem Franciſc. Congregationis Lucenſis B. Mariæ Presbyterum tractatu de Templis & Reliquiis Lucenſibus, adjuncto accuratiſſima ejus lucubrationi de Rebus Lucenſibus Italico idiomate anno 13. hujus ſeculi vulgata.

F

S. Petri majoris dicta, ſepulti

in antiqua parochia ſuburbana

3 Quo tempore hac S. Avertani in Italiam peregrinatio, & felix ad æternam ſalutem apud Lucenſes tranſitus evenerit, nequaquam inter auctores conſtat. Silentio annum præterent antiquiores ſcriptores: hodierni varium aſſignant, alii 66. alii 80. ſupra milleſimum & trecenteſimum. Inter illos ſunt Bzovius in Annalib. ad eum ann. 1366. n. 14. Alegrans in Paradiſo Carmelitico ſtata 4. mate 15. cap. 125. Ferrar. in catalogo SS. Italiæ 25. Febr. Annum ejus ſeculi oblegeſimam ſtatuunt ante memoratus Franciſcus in Vita S. Avertani, Petrus Thomas Saracenus in Menologio Carmelitarum in ejuſdem Vita, & infra Auctor Vitæ num.

an circa annum 1366. aut 1380.

13. An-

A 13. *Avertini Miraus libello de Origine ac progeſſu Ordin. Carmelitar. tradit* vita ac miraculis elaruiſſe circa ann. 1370. *Joan. Groſſius, qui eo tempore vixit, in Magiſtr. Generalem Carmelitar. an.* 1389. *electus, ac primus omnium meminit* S. Avertani, *maxime auctor non movet, ut dix ante opinemur obiiſſe, cujus ipſe miracula ex antiquis picturis confirmet, non hominum tunc viventium certiore relatione. Hic ergo in Viridario Carmeliſico, quod mſ. extat in bibliot. Carmelitar. Francofurti, ita ſcribit:* S. Albertanus Converſus in Ordine, ex partibus Galliæ in diœceſi Lemovicenſi oriundus: qui peregrinationis cauſſa, de ſuperiorum ſuorum licentia, viſitabat quam plurima loca, & demum venit ad civitatem Lucanam, ubi diem extremum, multis elarens miraculis tam in vita quam poſt mortem, elauſit. Cujus glorioſum corpus eſt ſepultum in Eccleſia S. Petri extra murum civitatis Lucanæ, ubi quam plurima ſua miracula picturis antiquis ſunt depicta, & præſertim in eccleſia cathedrali ejuſdem civitatis Lucanæ. *Hac Groſſius.*

4 *Aliqua antiquarum picturarum ex dicto ſuburbano S. Petri majoris templo, cum illud, ut infra dicetur, an.* 1513 *eſſet deſtruendum, in urbem delata, etiamnum hoc tempore in novo S. Petri majoris templo appenſa ſpectantur: cum inſcriptum ſequenti poema ſolennem aliquam reliquiar. SS. Avertani & Romæi elevationem indicat olim factam eſſe. Sunt autem hi verſus:*

Carmeli quondam, nunc Avertanus Olympi
Cultor, in hac moriens oſſa reliquit humo.
Græcos Joannes Lucenſis origine, nupee
Eeuit, & celſo ſuſtulit illa loco.
Romæumque dedit comitem, quo jungeret urnæ
Unus honoe, quibus eſt ætheris una domus.
Et quia perpetuæ regnant cum Principe vitæ,
Luca ſub ipſorum numine tuta valet.

Joan. hunc eccleſia S. Petri majoris Præpoſitum fuiſſe, quem ipſi Priorem vocarunt, vix dubitamus: quo autem tempore vixerit, haud certum. An fortaſſis ſacrar. reliquiar. ſolennis elevatio contigit quo tempore recentiores obitum locant? An Paul. Gabrielius Eugubin. Eccleſiæ Lucenſis Epiſc. quem tradit Saracen. decreto ſanciviſſe, magna cum ſolennitate ſacrum pauperem Carmelitæ corpuſculum nobiliori loco in civitate collocandum eſſe; *hanc potius elevationē corporis, quod in ſuburbio manſit ſuo decreto ſanxerit, conceſſerit ve faciendam? Electus is fuit Ep ſecundum Franciot. & Ughellio. 1. Italiæ ſacra. an. Chr.* 1374. *Perugia anno* 80. *ejuſdem ſec. æ vivis ſublatus. An demiq; pictura illa, quam Groſſ. circa illud tempus agnovit in ade cathedrali fuiſſa, poſteros in errorem induxerit, ut ſcriberent, & corpus tum fuiſſe in urbem tranſlatum, & anno eo Avertanī vita functum eſſe? In re dubia certi quippiam ſtatuere qui poſſimus?*

5 *Ceterum ſacras S. Avertani reliq. necdum an. Chriſti* 1500. *in urbem delatas fuiſſe teſtantur duo, qui tum vivebant in Italia, illuſtres Ordinis Carmelitar. ſcriptores. Primus eſt Baptiſta Mantuan. in Poemate de Vita S. Nicolai Tolentinatis l. 1. ubi ita habet:*

Tu quoque, Luuenſi claudit quem marmore Luca,
Avertane Patre, nec vis in mœnia ferri:

Scilicet contentus honore templi ſuburbani. Alter eſt Baptiſta Venetus de Catanets in ſpec. Ordinis Carmelitar. Venetiis an. 1507. *cuſo, qui folio* 103. *hæc refert:* Sanctus Albertanus ea partibus Galliæ oriundus, videlicet Lemovicenſis diœceſis, qui in ſua peregrinatione moriebatur Lucę, & non eſt ſepultus in Conventu, ſed in eccleſia S. Petri majoris extra muros civitatis Lucanæ. *Hac in ſpeculo Ordinis leguntur, ex quo Saracenus ſo Vitam S. Avertani ordinare prafatur: & tamen ſcribit mox ab obita*, præfinito ab Eugubino Epiſcopo die, incredibili populorum ſequentiæ, a toto Clero in urbem Lucæ devotiſſime tranſlata, & in eccleſia parochiali S. Petri honorifico tumulo condita eſſe ſacra pignora D. Aveetani Carmelitæ. *Quo tempore* S. Avertanus *moriebatur, duplex erat intra urbem*

Lucenſem templum S. Peteo *dicatum, aliud* Somaldi *cognominatum, ob illuſtri Somaldina familia, quæ aliquem e ſuis majoribus hujus templi fundatorem fuiſſe profitetur. Aliquam ejus reſtaurationem factam eſſe an.* 1199. *indicat antiqua hactenus illic ſervata inſcriptio: varias eidem donationes collatas eſſe ante ann.* 1300. *monumenta antiqua docent. Fuit hæc eccleſia parochialis, cum titulo etiam Prioratus, ut illud, aliudq; ſuburbanum S. Petri pronum fuerit pro uno eodemq; haberi.* AUCT. G. H. D

6 *Alia fuit in urbe eccleſia* S. Petri Cigoli, *vel* Cicoli *denominata, a fundatore Petro Cigoli, qui eam fertur ad honorem S. Petri extruxiſſe. Antiquitatem ejus colligimus ex tabulis de ea an.* 1187. *confectis. Eam deinde obtinuerunt Patres Carmelita, & S. Petri Civilis ſeu Cælicolæ appellant, ſed quo tempore adierint poſſeſſionem, incertum. Hoc certū eſſe, atq; indubitatum affirmat Franciot. quem hic auctorem ſequimur, anno* 1381. *Patres Carmel. intra urbem Lucenſem habuiſſe. Imo dum eatea muros civitatis ſepeliretur S. Avertanus, & non in conventu Carmelitico, hunc tam Luca fuiſſe opinatus eſt ante cit. Baptiſta Venetus de Catanets Congreg. Mantuana alumnus. Eſt ea Congreg. apud Carmelitas celebris, ex variis Italia conventibus an.* 1425. *Capitulo Mantuæ* 18. *Aug. habito, in unum corpus redacta, eni auctoritate Sedis Apoſtolicę anno* 1445. *præfuit* E *Vicar. Generalis Stephan. de Toloſa. Extant hujus Congreg. conſtitutiones Bononiæ anno* 1602. *excuſæ, præfixo catalogo omnium ejuſdem Congreg. monaſteriorum, ſervato ut oſcritur antiquitatis ordine: in quo poſt monaſteria* Mantuanum *caput Congreg.* Silvarum & Ferrarienſe, *quarta locoſtatuitur* Lucenſe, S. Petrus Civilis, ſeu Cælicola, nuncupatum. *Diſtat Florentia* 7. *milliaribus dictum monaſterium Silvarum, in quo S. Andreas Corſin. ſacerdotii ſui primitias ante ann.* 1330. *obtulit, admiſſus in Ordinem Carmelitar. in Conventu Floremino circa ann.* 1317. *ut accurate ad ejus Vitam deduximus* 30. *Jan. Quod tamen idem Florentin. Conventus in prafata Mantuana Congreg. ſervato, ut volunt, antiquitatis ordine, tantum occupet* 26. *locum, conſequens eſt, Lucenſe S. Petri Civilis monaſterium dia ante extructum fuiſſe. Hoc S. Petri Civilis templum ab eccleſia S. Petri majoris ſuburbana non diſtinguitur infra in Vita n.* 10. *&* 14. *& apud Saracenum, qui in ejuſdem Vita illa tradit:* Prædicit *S. Avertanus*, ſubinde Caemelitas in D. Petri Civilis templo glorioſe victuros, ubi ipſum Caemelitam in D. Petri hoſpitio incognitum, ſpiritum pauperrimum exhalare contingebat.

§. II. Reliquia SS. Avertani & Romæi in urbem delata. F

7 PRafatis Italis ſcriptoribus Baptiſta Mantuano, & Baptiſta de Catanets coævi ſunt duo ejuſdem Carmelitar. Ordin. ſcriptores Belgæ: ad quorum notitiam venit S. Avertani memoria, quam fuit ſcriptis poſteritati commēdarum. Alter horum eſt Arnoldus Boſtius, apud Gondenſes anno, ut ferunt, 1499. ſepultus. Hic in ſuo Patronatu Mariano c. 9. *iſta ſcribit:* Albertanus Gallus Lemovicenſis, vir ſublimis ſanctimoniæ, cujus reliquias urbs Lucana veneeatur, miraculorum gloria multis innotuit. *Hæc ibi: & bene* veneratur urbs Lucana reliquias, *tam adhuc in ſuburbio extra muros ſervatas, expoſita tamen in eccleſia Cathedrali miraculorum ejus picturæ. Eaſdem tamen reliquias olim voluiſſe ejus inferre in urbem, ſed divina vi prohibitos primus ſcripſit Joan. Palaonydorus, ſen da Aqua vetere Batavus, quem in Vita S. Avertani ſcribenda alterum auctorem ſecutus eſt Saracenus, de quo ita judicat Segerus Pauli Carmelita, infra a nobis plenius citandus:* Palæonydori, *inquit, cheonicon tripartitum, tametſi apud multos non magni nominis hiſtoricos quondam in pretio fuerit, magna tamen hoc tempore agnoſcitur correctione chronologica indigere. Hujus autem chro-*

non potius multo citius.

ab antiquis ille de ea extantes picturas?

B In tam ſolennis elevatio

S. Avertani

& B. Romæi

a prima ſepultura ad factā elevationē effluxit poſſit

C Corpus adductum in ſuburbana ade anno 1500.

quo & altare S. Petri parochiale urbanum pro una eadēq; habita.

non iſtic ab ſuburbano templo ſeptimo diſtante,

Corpus S. Avertani Lucenſibus in venerationi

AUCT. G. M.

A uici l. 3. c. 12. *hac refert Palaeydorus*: Sanctus etiam Albertanus Gallus Lemovicenſis, ſublimis ſanctimoniæ vir 20. die Febr. ingentium miraculorum gloria notus, apud Lucanam civitatem ivit ad Chriſtum. Hic dum perpenderet, ſe ab hoc ſeculo migraturum, cupiens introire Lucenſem civitatem, a cuſtodibus habita repulſa, ait: Veniet tempus, ut introducere me vobis vulentibus non dabitur facultas. Igitur abſcedens pauliſper, & Deo ſpiritum emittens, adeo miraculis coruſcantibus effulſit, ut Clerus eum populo ad tanti viri reliquias intra ſerendas occurreret. Verum corpore ejuſdem fixo, & omnino immobiliter permanente, ibidem cum ſumma revereutia ingentem conſtruxere baſilicam. *Hæc Palaeydorus: ac primo quem aſſignat diem obitus 20 Febr. eumdem profert Didacus de Coria in chron. Carmelitar. Hiſpanice an. 1558. ex uſo l. 11. c. 13. addiq; a Carmelitis Religioſis feſtum ejus eodem die celebrari: quem infra conſtabit aut hac in re, quod mirum eſt, memoria fallam, aut certe errores utriuſque, typographis imputari debere.*

an nova ſi extructa baſilica,

8 *Secundo quam Palaeydorus credidit* extructam baſilicam ibidem, *ubi* corpus permanſerat *extra muros* immobile; *idem Coria intra mœnia conditam arbitratur. Verba addimus ex chron. illo Ordinis ab Alegrao Carmelita Hiſpano* fideliter, *ut ait*, educta *in Vita S. Avertani*, inſerta *Paradiſo Carmelitico Ital an. 4. c. 166. Latine ab eo edita. Poſt repulſam a cuſtodibus acceptam*, pauca prætermitto, *inquit*, Avertani ſpiritus juxta mœnia urbis ad ſuperna volat, corpore ibi cœleſti ſplendore circumfuſo manente, & miros odores halante. Cumq; miris coruſcaſſet multis, civitas cum Epiſcopo & clero admirata, conſtituit ad locum, viſoq; prodigio tanto, pigiuit omnes Avertano aditum denegaſſe, & cum illud introducere tentarent, ut honorifico ſepulchro tumularetur, immobile Avertani corpus inventum eſt. Ex quo templum ad partem interiorem muri, quæ locum reſpicit glorioſi tranſitus ejus, erigere decreverunt. Cum ergo per urbis januam nequirent introducere corpus, per ſummam mœnium, erecto ponte, introductum eſt, & celebri Luex in templo, ſarcophago erecto conditum, grandi fidelium veneratione ſervatur. Ibi miraculis hucuſq; clariſſimus, magna populi frequentia recolitur. *Hæc ex chron. Didaci de Coria Alegrani: ante quem ex eodem Ordinis chron. eadem, ſed contractiùs, ediderunt Abrahamus Bzovius Annalib. to. 14. ad ann. 1366. n. 16. & Philipp. Ferrar. in catalogo SS. Italiæ 25. Feb. Verum cum ex ſupra dictis, aliiſq; poſt dicendis perſpicue conſtet, corpus S. Avertani, & mox ab obitu in ſuburbano S. Petri majoris templo ſepultura traditum, &*

C *poſtea honorifice iſthic elevatum, uſque ad ann. 1513. ſumma cum religione fuiſſe ſervatum; tota jam allata recentiorum iſtorum ſcriptorum narratio meritò redditur ſuſpecta. Ipſum etiam templum ſuburbanum, ut ſupra ex Franciotto retulimus, quingentis ante annis creditur extructum, quam Lucam hoſpes venerit Avertanus. Sed his relictis ad certiora properamus.*

Templo ſuburbano deſtructo

9 *Idem Franciot. auctor Lucenſis ſupra laudatur, refert ad majorem urbis Lucenſis ſecuritatem varia ſuburbana ædificia an. 1513. debuiſſe deſtrui, ne bello ingruente inde majus aliquod urbi detrimentum ſuboriretur. Quare Senatum Lucenſem, impetrata ante a Rom. Pont. facultate etiam deſtruxiſſe templũ S. Petri majoris; ſed cum onere aliud biſce parochianis, ſub titulo etiam S. Petri majoris, loco commodo intra mœnia erigendi: fuiſſe autem hunc templo in urbe extructo aſſignatum locum, ab antiqua, ſed tum collapſa, ade S. Petri de Cortina cognominatum; quod quarum ibidem cenſendum eſt templum S. Petro dicatum: videriq; etiamnũ in novo illo erecto templo picturam antiquam S. Avertani*

ſuperaSS. Avertani Romani, & Sanctis in ade Cathed. ibi depoſitis,

D *& B. Romani, cui inſcriptum eſt de ſacris eorum reliquiis elevatis poema a nobis ante datum. Horum autem corpora, utiq; & S. Seneſii Mart. cui dies 4. Maii ſacer eſt, tunc ex templo illo ſuburbano diruendo in urbem translata fuiſſe, depoſitaq; in eccleſia cathedrali, confectis publicis tabulis, quibus Clero populoq; eccleſia S. Petri majoris jus aſſeritur, quandocumque tempore ſacra pignora repetendi. Petrus Thom. Saracenus teſtatur ſe, dum Luca an. 1597. Lectoris ſacr. Theologia munere fungeretur, eas tabulas apud Excell. D. Joſephum Allegradum vidiſſe, atq; eas a ſe miſſas ſequenti anno in eccleſia cathedrali publice pro concione ſignificaſſe: corpora autem St. Avertani & Romani, unica planeben arca occluſa, in ejuſdem eccleſia ſacrario aſſervari. Harum tabularũ exemplum deſcriptum, & propria manu ſignatum, Joan. Baptiſta Lezana, ex eodem Carmelitar. Oratine ab editos libros clariſſimus, Roma in Belgium miſit, nobis a R. P. Daniele a Virg. Maria, tum Carmeli Bruxellenſis Priore, dein Provincia Belgica Provinc. communicatum: cujus nullam mentionem faciunt Dodacus de Coria, Alegranus, Bzov. Ferrar. rati forſan ad hoc templum S. Petri de Cortina, pone ſupra mœnia ſtrato, mox ab obitu corpus ejus ſacrum fuiſſe delatũ.*

§. III. *Tabulæ publicæ de Reliquiis in eccleſia Cathedrali depoſitis.*

Inſtrumentum authenticum

10 IN nomine Domini, Amen. Cum venerauda corpora S. Seneſii, & BB. Romei, & Averardi, quæ in eccleſia S. Petri majoris extra & prope portam, nuncupatam S. Petri, civitatis Lucenſis tradita erant ſepulturæ, ex dicta eccleſia S. Petri in eccleſiam Cathedralem S. Martini de Lnea, de conſenſu & auctoritate R. D. Viri E Reverendiſſimi D. Cardinalis Epiſcopi Lucenſis, & etiam Capituli dictæ cathedralis Eccleſiæ, nec non & magnificorum Dominorum magnificæ civitatis Lucenſis, translata fuiſſent, propter demolitionem fiendam de ipſa S. Petri, ob neceſſitatem imminentis belli, quod dubitabatur per Florentinos indici adverſus civitatem Lucenſem, ut ea invaſionibus, diſcurſionibus, & deprædationibus, quæ quotidie fiebant per milites & gentes Florentinorum in agro Lucenſi, facile comprehendi poteſ- reliquias honorifice in eadem Cathedrali laſſe delatas.
rat. Cumq; ipſa corpora delata eſſent proceſſionaliter, & honorifice in dictam cathedralem Eccleſiam, & infra ſcripti Domini Canonici, Operarius & Parochiani præfatæ Eccleſiæ S. Petri vellent de eis diligentem curam haberi, prout decens erat, & religioni ipſorum corporum conveniebat; propterea convocato & congregato Capitulo Reverendorum Dominorum Canonicorum præfatæ Eccleſiæ cathedralis, de mandato interioris ſacriſtæ, ad requiſitionem Acolythorum ipſius Eccleſiæ, & ſonum campanæ, more ſolito, in loco infraſcripto, quem pro eorum loco capitulari ad infraſcripta ſpecialiter peragenda pro hac vice elegerunt & depuraverunt, in quo Capitulo ita congregato interfuerunt infra citati, videlicet D. Franciſcus Gigli Archi- F preſbyter, D. Sebaſtianus Menochius Primicerius, D. Dominicus Sinibaldi, D. Ginfortes de Ginfortibus Interior ſacriſta, D. Joannes de Giglis, D. Petrus de Pinis, D. Michael de Orſucciis, D. Petrus Angelus Baldaſſaris & D. Hieronymus Philippi Petri, abſentibus D. Nicolao de Thegrinis Archidiacono, Oratore ad Pontificem, D. Roberto de Guinigiis requiſito & debito tempore caſpectato, & D. Matthæo Ghiova infirmo. Qui omnes, ut præmittitur, congregati ſunt major & ſanior pars dicti Capituli, & faciunt & repræſentant totum dictum Capitulum.

15 Quibus quidem Dominis Canonicis & Capitulo, ut præmittitur, congregato, venerabiles viri, Preſbyter Pantaleon de Silico, Presbyter Olivus de Maſſagrogia & Franciſcus Laurentii Barſantis Clericus de Luca, Canonici dictæ Eccleſiæ S. Petri, Franciſcus olim Philippi Maſſei Operarius operæ dictæ Eccleſiæ, & Franciſcus Melchioris Parochianus præfatæ Eccleſiæ S. Petri, vice & nomine totius Parochiæ dictæ Eccleſiæ, in abſentia Prioris dictæ Eccleſiæ ad præſens Romæ exiſtentia, hoc publico inſtrumento conſignaverunt & relaxaverunt dicta corpora in dea poſitum

A positum tenenda & fideliter cuſtodienda in eccleſia Cathedrali prædicta, ad beneplacitum ipſoeum deponentium, modis & nominibus præſcriptis. Qui quidem Domini Canonici, ut præmittitur, ad Capitulum congregati, ac ipſum Capitulum, præſina corpora in depoſitum a dictis deponentibus receperunt, illaque penes ſeſe habere, & eſſe dixerunt &c. eenunciantes &c. eaque cuſtodire & ſalvare & honorifice tenere promiſerunt, præfatis deponentibus ſupradictis, præſentibus, ſtipulantibus, & modis & nominibus prædictis, & mihi Notario uti perſonæ publicæ &c. illaque reddere & reſtituere Rectori, Canonicis, Operariis & Parochianis præfatæ Eccleſiæ S. Petri, ad omnem eorum voluntatem & requiſitionem, ſub pœna ducatorum mille auri Imæ totius ejus unde ageretur, & quæſtio eſſet, ſpeciali pacto, ſolenni ſtipulatione promiſſam, qua pœna commiſſa vel non &c. atque totes committatur &c. ſub promiſſione reſectionis, reſtitutionis &c. pro quibus &c. obligaverunt dictis deponentibus & mihi Notario uti perſonæ publicæ &c. dictum Capitulum & ejus bona præſentia & futura jure & nomine pignoris & hypothecæ, eenuntiantes &c. Actum in choro eccleſiæ cathedralis prædictæ, præſentibus D. Cæſare de Bonuſſis de Lucca Peesbytero, Jacobo olim Jacobi de Caetana Plebano Plebis S. Pauli & Presbyteeo, Torelguano, olim Thomaſii de Scotia Lucenſi eive, teſtibus &c. ſub anno Nativitatis Domini 1513. Indictione prima, die 31. menſis Auguſti, ad fol. 104.

ad bonæ placitum diſponentium reſtitutionem,

nova eccleſiæ S. Petri majoris.

B Ego Petrus olim Joannis Pauli de Piſcilla Notarius Lucenſis prædictis interfui, & rogatus ſubſcripſi.

Idem facio ego infraſcriptus qualiter apud me habeam copiam hujus inſtrumenti. Romæ apud Tranſpontinam Carmelitarum 9. Octobris 1649.

Ego Fe. Joannes Baptiſta de Lezana.

Erat tum Epiſcopus Lucenſis Sixtus Gara Roboreus Lucenſis, Julii 11. Papæ ex ſorore nepos, titulo S. Petri ad Vincula Cardinalis, vita functus anno 1517. De Eccleſia cathedrali S. Martini legendus Franciottus. Is in catalogo Sanctorum, quorum illic ſacra corpora ſervantur, ita interſerit: Corpus S. Seneſii in depoſito pro æde S. Petri majoris... Corpora SS. Avertani & Romei ſolum in depoſito pro S. Petro majore. *Et recenſitis reliquiis Eccleſiæ S. Petri majoris, addit:* Huc debent ſuo tempore reſeeei trin ſancta corpora prædicta, videlicet S. Senefii Martyris & SS. Avertani & Romei.

§. IV. *Cultus S. Avertani confirmatus. Acta ſcripta.*

C 12 *Proximo anno poſt translatum corpus S. Avertani in eccleſiam Cathedralem, excuſum eſt Miſſale Ord. Carmelitarum, quod etiamnum extat Coloniæ Agrippinæ apud eoſdem Carmelitas. In hujus Calendario legitur ad 25. Febr.* Avertani Confeſſoris Ordinis Carmelitarum. *Item Breviariis ac Miſſalibus Ordinis, Venetiis & Lugduni editis an. 1572. & ſequenti, hæc inſcriptio eſt 25. Febr.* S. Avertani Confeſſoris ordinis noſtri. Duplex: *addunturque propria Orationis in Miſſa & ad Horas Canonicas recitandæ. Sixtus Papa V. Carmelitis Diſcalceatis, qui relicto proprio Breviario Romanum ſuſceperant, permiſit, ut recitarent Officium Eccleſiaſticum dato diplomate anno 1589. die 27. Junii, tam de S. Avertano, quam aliis ejuſdem Ordinis Sanctis, quorum officia propria extant apud Venetos, Ebroicenſes, alioſque edita: ut etiam obſervavit Miranl. de Origine & progreſſu Ordinis Carmelitarum, in quo & S. Avertani miraculis clari meminit. Paulum Papam V. eidem privilegium iterato conceſſiſſe anno 1609. die 20. Junii eradunt Franciottus, Saracenus, Bzovius loco ante citato, Ferrarius in Notis ad Catalogum Sti. Italæ hoc die: cujus elogium ex Coria deſumptum jam ſupra ex parte reiecimus. Idem Ferrarius in Catalogo generali* SS. Apud Lucam in Hetruria, nempe, depoſitio S. Avertani Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum. *In horum Martyrologio Burdigalæ an. 1624. excuſo hæc legnntur:* Lucæ in Tuſcia S. Avertani Confeſſoris Ordinis Carmelitarum, vita & miraculorum gloria illuſtres; cujus corpus in eadem civitate in Cathedrali eccleſia honorifice conditum eſt. *Oratio ad Horas Canonicas & in ſacrificio Miſſa dici ſolita, & ſub Urbano VIII. a Congregatione ſacrorum rituum anno 1628. die 12. Junii, denuo approbata, eſt hujuſcemodi:* Da nobis, quæſumus, Domine, Beati Avertani Confeſſoris tui vitam religioſam ſub vexillo Genitricis tuæ Mariæ de monta Caemelo, perfecte ſectari; ejuſque intercedentibus meeitis in omni perfectione firmari. Qui vivis &c.

Feſtum S. Avertani in Miſſalibus.

& Breviariis Carmelitarum,

a Pontificibus probatum,

nomen in Martyrologiis.

Oratio.

13 *Natalem S. Avertani ſequenti die 26. Febr. ſtatuit Saracenus in Vita illius cum Menologio Carmelitarum ante citato an. 28. hujus ſeculi typis edita. Saracenum deſcribit Sanſajus Martyrologio Gallicano ad eumdem 26. Febr. Subnecteremus hic quam evulgavit S. Avertani Vitam dictus Saracenus, nuper Lucæ, ut retulimus, ſacra Theologia Lector; niſi alio ex Capitulo generali Carmelitarum anno 1645. delata fuiſſet per quemdam Lucenſis Carmeli Patrem Italice ſcripta, atque ab alio in Latinum ſermonem translata, ſed ſtylo conciſo nimium & vitioſo. Quare eamdem methodo commodiori, ſtyloque concinniori exceſſom nobis communicavit Segerus Paulus ex eodem Carmelitarum Ordine vir eruditus: ratus ex hac eadem Vita Italica Saracenum res geſtas S. Avertani contraxiſſe edidiſſe, ſed ſolito hic fuciorem & magis accuratum, quam in aliis Sti. ſui Ordinis Aliis conſcribendis. De eo egimus 29. Janu. ad Vitam S. Petri Thomaſii §. 2. & 3. Addiderat Segerus ſuas Annotationes, & varia aliorum Scriptorum teſtimonia, quorum aliqua in hoc diſceptatione previa ex eo protulimus. Meminerit Lector plurima horum Aliorum uti hodierni hujus ſcriptoris auctoritate: qua ex antea citatis, ævo S. Avertani magis propinquis auctoribus ſubinde corrigenda.*

memoria 26. Febr.

Vita Italice ſcripta,

Latine translata,

E

ſubinde prædicenda.

§. V. *Memoria B. Romei.*

14 *Antiquiſſima* B. Romæi *memoria reperitur in ſupra dato poemate n. 4. de elevatis a Joanne reliquiis S. Avertani, quibus ſacra hujus oſſa adiunxit, ſive, ut poeta loquitur,*

Romæumque dedit comitem, quo jungeret urnæ
Unus honor, quibus eſt æthieris una domus.
Et quia perpetuæ regnant cum Principe vitæ
Luca ſub ipſarum numine tuta valet.

Reliquiæ S. Romei honoratæ,

Utriuſque autem reliquias ex templo ſuburbano ad eadem urbi primariam delatas eſſe anno 1513. ex tabulis mſſ. ejuſdem Eccleſiæ ajunt recitatis conſtat. In iis dicuntur venerandæ corpora S. Seneſii, & BB. Romæi & Averardi ex eccleſia S. Petri majoris extea portam in eccleſiam Cathedralem S. Martini tranſlata. *Præterea* corpora horum Sanctorum unica plumbea arca in ejuſdem Cathedralis ſacriſtia occluſa ſervari *ſcribit ante citatus Saracenus. Hæc certa. Sed quis hic fueris* B. Romæus, *aut quo tempore vixerit, incertum. Qui e tribus Patronis ſuburbani templi nominatur* S. Seneſius, *ex antiquis Martyribus creditur fuiſſe, & an. 316. pro Chriſto vitam dediſſe, quod 4. Maii diſcutiendum. An medio aliquo tempore* B. Romæus *inter Sti. Seneſium & Avertanum vixit, ut ei ſecundus ides locus aſſignetur? Comes ſepultura ſen plumbea urna aut arca fatius eſt S. Avertano, ut idem utrique exhiberetur honor; quod ſimul hac die facimus. Sequenti die utrumque conjunxit Sanſajus in Martyrologio Gallicano.*

tranſlata;

F

15 S. *Avertani in ſuo itinere Italico comitem faciunt alii* Romæum, *alii* Henricum: *quas auctores ut alii inter ſe facilius conciliet, num eumdemque ſtatuat* Romæum & Henricum. *Quæ de Henrico traduntur, hæc fere ſunt. Primo, Baptiſta de Cataneis Venetus in ſpeculo Ordinis ante memorato ita ſcribit:* Decimus ſeptimus fuit S. Henricus, cujus corpus Lucæ requieſcit in quadam eccleſia parochiali, ubi multa per eum fiunt miracula. *Deinde* Hen-

an ab eo alius S. Henricus

AUCT. G. H.

A rici *memoriam aſſignari tradunt ad diem 17. Janu. in quodam Kal. mſ. Carmeli Mechlinienſis. Præterea hoc elogium adferri a Philippo Metio dicitur in Catalogo:* B. Henricus, vir devotus, bonus & religioſus, viſitandi limina Apoſtolorum cauſſa e provincia Turonæ proficiſcens Romam. Ubi cum ob mira facta publicæ ſanctitatis titulum acquiſiviſſes, Lucam conceſſit: ubi tribus annis ſancte vivens & ſanctiſſima morieus in cœlis converſatur. Corpus nunc Lucæ in eccleſia Cathedrali conditum eſt. Ea archivio. *Hæc Metius, qua in ſuis Annotationibus habet Segerus Paulli. Præcipuus diligens archiviorum Lucenſium perſcrutator, in eccleſia Cathedrali refert duodecim Sanctorum corpora aſſervari, præter varia capita, aliaque plurimorum Sanctorum oſſa; nec memoriæ ullius* Henrici: *imo neque inter reliquias, qua in aliis ejuſdem urbis templis publica veneratione honorantur, ullius* S. Henrici *recenſet. Multa hic profecto perplexa atque intricata: primo, an aliquis* Henricus *inter Carmelitas fuerit, qui cum opinione ſanctitatis vitam Lucæ claſauerit: ſecundo, illene cum* S. Romæo *idem cenſeri debeat, an ab eo diverſus. Petrus Thomas Sarracenus in Vita S. Avertani n. 7. marginali adſcribit hæc ipſa verba:* De B. Romæi infirmitate, alii Henricus, *unum eumdemque & Romæum & Henricum ratus.*

Luca forſitan?

B 16 *Tertio cum Carmelita hactenus feſtum* B. Romæi *non coluerint, an eorum Ordini adſcribendus ſit. Ita quidem judicavit Joannes Carthagena l. 17. homilia 3. in feſto S. Mariæ de monte Carmelo habita:* B. Avertanus, *inquit*, Gallus & B. Romæus, quorum duorum corpora coluntur Lucæ in Eccleſia Cathedrali, *ſcilicet in eo ordine floruerunt. In catalogo Confeſſorum Carmelitarum apud Laurentium Reyerlinck in Theatro vitæ humanæ refertur* B. Romæus Italus, cujus reliquiæ Lucæ in veneratione habentur. *Eumdem* Romæum *S. Avertano invenerit ſaciam adjungunt Franciottus, Saracenus, & Auctor vitæ mox dandæ. Quod quia aliquorum teſtimonio neque ſatis firmatur, neque etiam refellitur, neque nos decidemus. Colant Religioſiſſimi Patres Carmelitæ tum Lucenſibus* SS. Avertanum & Romæum: *& quot, unus urna honos junxit, una Carmelitici inſtituti junxiſſe profeſſio exiſtimetur.*

Ita S. Romæus Carmelita & coetus illorum S. Avertani?

VITA S. AVERTANI,

auctore Carmelita Italo,

C *Interpr. Segero Paulo ejuſdem Ordinis.*

CAPUT I.

S. Avertani ſancta pueritia: ingreſſus in monaſterium.

a S. Avertanus Lemovicenſis,

1 AVertanus glorioſum germen, ac ſplendor montis Carmeli, natione Gallus, patria *a* Lemovicenſis, modicis fortuna, ſed virtutibus ditiſſimis parentibus ortus fuit. Nomen ipſius Avertanus myſterio non caruit; quippe, qui plurimas liberaturus erat peccatrices animas a tartarea fauce *b* Averni. *c* Ab ipſa porro infantia cœleſtium theſaurus virtutum animam ſuam ditare cœpit. Obſervavit quippe non raro mater ipſius infantis, quod profeſtis quibuſdam ſolennibus, inſtar ſanctiſſimi Præſulis Nicolai, lac materuum aute ſolis occaſum ſugere renuceret, magna cum admiratione pareotum, adeo us cum mater aliquoties vi cibum ei ingerere tentaret, clamoribus ia cœlum directis, ipſos quaſi cœlites in ſui adjutorium ad vocare videretur. Nec minorem parentibus admirationis materiam ſuppeditavis, cernentibus illum integris ſubiade horis, fixis oculis cœlum aſpicere, quaſi in ſuturam adſcribeadum ſuperæ civitatis poſſeſſionem. In diſcurſu ſpirituali (ſi quis occurrebat) divinus puer adhuc balbutiens, aures præbebat attentas, mirabili quadam propenſione iuſinuans ſe quaſi bene inſtructum ia ſchola divini amoris, ſalibus delectari colloquiis. Via ulla demum virtus erat, quam in tenella adhuc ætate non videretur poſſidere, ſupergrediens ſemper de ſe conceptam parentum opinionem.

b profeſſis nobis ſegerus reuuis

c Ab ipſa infantia cœleſtium theſaurus virtutum animam ſuam ditare cœpit

parentes admirationis materiam

2 Sic eacreſcens puer Avertanus ſapientia & ætate, vehementi accendebarur deſiderio, victimam ſe Deo conſecrandi in clauſtris religioſis. Unde integros ſubinde conſumebat dies in oratioue ac jejunio, Divioam iaſtantiſſime rogans majeſtatem, necnon digniſſimæ cœli Imperatricis implorans patrocioium, ut ſibi iaſinuares Dei voluntatem, ſequeiu rectam viam dirigeret perfectionis. Quod dum nocte quadam, majori ea parte ia lacrymis & orationibus inſumpta, intentius poſtulaſſet, conſolari eum vnlens Deus, miſit ad ipſum *d* Seraphinum Angelum, hiſce illum verbis alloquentem: Deus te ſolesur, fortunate juvenis, ſerve dilecte Altiſſimi, a quo miſſus ſum ad tuum complendum deſiderium: in cujus nomine tibi deaunuio, us omni ſpohasus affectu mundano, ſine mora ſummo mane templum accedas beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, ibique cum devotis Religioſis illis pie vivendo, in holocauſtum se offeras Divinæ majeſtati. Quibus dictis, ſuaviſſimo relicto odore, cœleſtis nuntius evanuit. Sanctus vero juvenis totus atsomtus, ſimulque interna repletus conſolatione, ac jubilo ſpirituali, lacrymas fundens præ gaudio, geatiarum Actiones Deo egis, quas potuit maximas, dicens: Gratias tibi ago, Deus æterne, ob tantos mihi exhibitos favores. Et unde ego illos promeritus ſum, cum tantis peccatis, tantis cum erroribus, quibus te offendi? (rameſi ipſe Angelica pene niteret puritate.) Omnia hæc de tua benignitate mihi exhibita recognoſco. Benedicta ſit ia ſecula ſua Divina bonitas. Laudetur ſemper nomen tuum ſanctiſſimum. Sequar te, ſequar vocem tuam amantiſſimam.

d Angelus noſtro jubetur largiri Ordini ſuum Carmelitarum

3 Vix igitur matutina apparente aurora, ſurgens a lecſulo ſuo pauperrimo, patrem ſuum acceſſit, oarrans genuſteaus cum lacrymis mirabilem quam habucrat viſionem, inſtanter ac humiliter ejus poſtulans benedictionem, licentiamque adimplendi id, quod nuntius cœleſtis ſibi commendaveras. Credi haud poteſt, quanti tunc fuerint ſingultus ac lacrymæ ſeniculurum pareatum ipſius, qualeia ia pectore intrinſecus ſenſerims dolorem. Dicebat ſuſpirans pater: Ergone fili, unica ſpes mea su me derelinques tantis iu miſeriis meis? Te ſolum habeo ſublevamen decrepitæ ſenectutis, & infelicis canitiei, & jam me fruſtrabis ſpe ac deſiderio meo? Te perdendo, vitam perdam: te abeunte, abibit infelix ſpiritus meus. Similiter anguſtiata eſt mater, vix eloqui valens: Fili, fili, ais, ea te ſolo expectabam lactis mercedem, quod ſibi tot menſibus præbui, & in medio neceſſitatum mearum me deſolatam relinques? Moveat te, fili, amor materaus, quo ſemper te proſecuta ſui. Sine eua præſentia vivit in me dolor, vita morietur, infelix mihi erit lux iſta mortalis, ac vita tædioſa. Totus ergo afflictus & anguſtiatus Avertanus, iuter ſuſpiria & lacrymas hoc eis reſponſum dedit: Cariſſimi parentes, ac progeoitores mei, ne me affligatis, rogo, dolores veſtros obiciendo; ſed concedite mihi, ut obedieotem me exhibeam Divinæ voluntati. Non vos derelinquo; ſed cum affectu poſſibili impreſſos habeo iu pectore & corde meo. Plus vos pro certo juvabo, inclulus iu eremitico quodam tuguriolo, ac paupercula veſte iuſtituti religioſi, licet remotus ab oculis veſtris, quam regio iu palatio, & auguſto throno ſemper vobis præſens. Major vobis continges jubilus ac lætitia, videntibos me io ruſtica melure, & arido involutum ſacco, quam regio coronatum diademate, ac veſtitum purpura & byſſu. Hac pia reſponſione Sancti juveais commoti parentes devoti, reſponderunt

parentes ea tenebas,

F

jubetur, & reddit paratus

cum

A eum lacrymis, dicentes: Non poſſumus, care fili, piæ petitioni tuæ non ſubſcribere. Vade tandem, vade cum benedictione noſtra: fac quod placet, quod Dominus mandat. Bene habebunt dolores noſtri de perditione tuæ præſentiæ, modo eum effectu tuum conſequaris propoſitum. Suſtine eum patientia, quæ tibi occurrent adverſa: omnia quippe illa in dulce vertentur ſolatium.

4 His auditis S. Avertanus humiliter eaoſculans pedes piorum patentum, gratias eis retulit de hujuſmodi conceſſa ſibi licentia. Feſtinanter itaque accurrit ad c monaſterium Carmelitarum Lemovicenſe, eo tempore vitorum ſanctitate ac doctrina illuſtrium percelebre: atque in ipſo ejus introitu obvium habens cœnobii Priorem, coram eo proſtratus enarrata Angelica viſione ac præcepto. multis cum lacrymis ac profunda humilitate, ub eo inſtanter petit habitum ac inſtitutum beatiſſimæ Virginis Matiæ de monte Carmelo. Sanctus Prælatus jam ante divina revelatione probe inſtructus, quid facto opus eſſet, conſolando lacrymantem juvenem, promiſit, quod petebat, concedere. Cui Avertanus, poſt terræ ejuſque pedum oſcula, de promiſſo ſibi favore maximas egit gra- B tias. Propoſita ergo a Priore Patribus pii juvenis petitione, omnes divinitus inſpirati, votis favorabilibus ipſum admiſerunt, magno ejus cum jubilo, ac dulcedine ioterna. Spoliatus igitur habitu ſeculari, & circumdatus luce ineffabili Spiritus divini, magna cum ſolennitate adornatus ac dicatus fuit pretioſo habitu Religionis. Aderat ejus ao veſtitioni devotus quidam contemplator, una f eum multis aliis perſonis pius, a quibus tunc f auditi fuere concentus Angelici, ac voces Seraphicæ, ſuaviſſima eum melodia inter alios hymnos ſpirituales, Gloria in excelſis Deo, reſonantes. Viſu quoque fuit cœleſtis Imperatria Angelorum, extenſa deatera eum benedicere, & ſub filiatione ac rutiſſimo ſuo patrocinio acceptare.

admiſſus in monaſterium,

habitum ſuſcipit,

f

cum favore cœleſti.

a *Groſſe & de Caſtanets ſupra*, ex dioceſi Lemovicenſi: *ut non videatur ex ipſa urbe oriundus.*

b *Id nitidius exoptatum, quam quod Alegrans ſcribit, nomen Avertani ſonare* Viridarium *rerum.*

c *Nihil de eo Saracenus, aut alii antiquiores.*

d *Saracenus*, Angelum luce coruſcum: *Sanſajus*, Angelum lucis. *Silent antiquiores.*

e *Antiquus Carmelitis Lemoviri fuit conventus. De aliquot eorum conventibus in ea parte Galliæ agitur in Vita S. Petri Thomaſii, ubi cap. 1. memoratur quinque. Agonni, Leſſora, Condomii, Albiæ & Caduci monaſteria, quæ illic cum erant, paullo poſt annum 1340. in monaſterio Lemovicenſi celebratum eſſe anno 1349. Capitulum Ordinis generale obſervat Segerus Paulus.*

f *Alium alibi de his cœleſtibus favoribus ſilentium.*

Lemovicenſis Carmelitarum conventus.

C

CAPUT II.

S. Avertani vita monaſtica.

5 INductus jam ſacro habitu Religionis, ac totus in Deo renovatus, atque in ſe recollectus poſt varia cum anima ſua habita colloquia de modo ſincere Deo ſerviendi, vitia extirpandi, virtutes inſerendi, ac vota potiſſimum Religionis exequendi, ſpiritus ejus ad Deum raptus, non paucis horis in extaſi manſit, ut, quantum fas eſt homini mortali, Deo frueretur. Ad ſe porro reverſus, tanto cum affectu ac fervore executioni mandavit ea, quæ alias mente conceperat virtutum opera, ut cunctis Fratribus, etiam ſenioribus, cœnobii ſui palmam præriperet, coſque in ſui amorem & admirationem alliceret. Vilia monaſterii exercitia non ſpernebat, ſed ingenti cum ea- ſuadet obe- dientiæ, ritate amplectebatur. Nonaſpectabat Superioris præceptum ſecundum, ſed via ejus aperto ore mox executioni mandabat quæ præcipiebantur; adeo ut ſæpius Prælatum ſuum rogaret, ut aliqua ſibi facienda injungeret, in quibus obedientiæ ac humilitatis dare ſpecimen poſſet. Unde & paſſim ab omnibus Filius obedientiæ audiebat. Pari modo paupertatis extitit ſtudioſiſſimus, intantum ut obſervatum fuerit, numquam ipſum tetigiſſe, aut nominaſſe pecunias, qui & ab earum aſpectu, veluti a peſte animæ perniciofiſſima, oculos avertebat. Offerebat illi quandoque Superior ſuus pro ſubſidio juata morem Religionis veſtimentum, & alia neceſſaria: neque induci ipſe poterat, ut acceperet. Cum lacrymis quippe ac ſuſpiriis rogabat Superiorem ſuum, ne ad illa ſuſcipienda eum obligaret obedientiæ præcepto: in exemplum paupertatis & indigentiæ adducens Chriſtum Redemptorem noſtrum ac magnum d Eliam Prophetam, fundatorem d Ordinis ſui. Mirabilis quoque in ſancto juvene reſulſit caſtitas. Pulcherrimis quippe corporis erat ornatus donis, ac membris delicatioribus; quæ tamen non finebat ſervire ſenſualitati, quin potius exterior pulchritudo eum magna majeſtate ac venuſtate ſpirituali conjuncta erat: ita ut omnibus intuentibus cauſa eſſet admirationis ac devotionis, nec ab ulla unquam perſona male ſollicitaretur ad uctum quemcumque illicitum.

AUCT. CARMELITA ITALO, INTERP. SEGERO PAULO.

D

paupertatem amat,

d

caſte vivit.

6 Silentio prætereunda non eſt perfectiſſima B. Avertani caritas. In hac quippe virtute adeo ſeſe eminentem E exhibuit, ut quemlibet intuentem pene induceret ad credendum, ſe non ſimplicem hominem quempiam, ſed magnos illos ac divinos intueri Propheras Moyſen & Eliam, aut Paulum Apoſtolum. Tanto enim amore converſabatur cum proximo, tanto cum affectu diſcurrebat, cum tanto ardore ſalutem ejus quærebat, adeo ſitiebat peccatoris converſionem, ut in mille mortes paratus ſe ire oſtenderet, dummodo ejus affectus fortiretur effectum. Languentem pauperem videre non poterat, quin mox miſeratione commotus, in ſeipſo ejus ſentiret languores, & modis omnibus ad inopiam illius ſublevandam pauperes juvat neceſſaria inquireret, ſubtractis quoque ſibi (de Superioris tamen licentia) alimentis neceſſariis. Quod ſi quandoque proprio temporali ſubſidio indigenti miſero ſubvenire haud poſſet, ditiores civitatis accedens, & in terram coram eis ſe proſternens, oculis lacrymoſis clamabat in hæc verba: Date neceſſaria infelici pauperculo. Qua viri ejusm exci- ſancti forma ſupplicandi divites commoti, non modo da- quiſite o- bant abundanter, ſed & ipſi pietate ac lacrymis perfun- ſervavit debantur: imo nonnulli eorum ſeculo valedicentes, relicta avaritia, patrimonia ſua opulenta in pauperculos Dei ſervos erogabant, ipſiuſque exemplo religioſa intrabant clauſtra.

7 In orationis quoque & contemplationis virtute ita F celebris extitit inclytus Dei ſervus Avertanus, ut dies ſæpe integros jejunus, citra ullam proprii corporis curam, oratorium in oratione tranſegerit, idque cum tali ſpiritus alienatione, ut ſubinde Religioſis nonnullis de Superioris mandato, cellam ejus accedentibus, & magnis excitatis clamoribus ac tumultibus, vix tandem ad ſe redire poſſet. Quod non parum inſerviebat iiſdem devotis & contemplativis Religioſis confratribus ſuis. Conſuetudo illi etae in aliquot per annum feſtivis diebus (etiam in majori tranquillitate ſomni) b nocte media, abſque ſtrepitu ullo, b ob longam e duro ac pauperculo lecto ſurgere, colles monaſterio vi- genuflexio- cinos genibus flexis aſcendere, ſupra duros lapides, bra- nem. chiis in modum crucis extenſis, & lacrymantibus oculis orare, nec non adhibito lapide duriſſimo, pectus ſuum ad ſanguinem uſque percutere, donec illucefceret. Fertur eum ſtupore de glorioſo e Jacobo Apoſtolo Hieroſolymorum Epiſcopo, quod ea aſſiduitate orandi, ita genis ejus in genibus obdurueriu, ut cameli pelle durior appareret. At ceſſet nunc ſtupor iſte, ac portentum mirabile. Nam ſervus Dei Avertanus taliter obduratum ea ſu- pelle indu- mia genuflexione habuit pellem, ut ferri inſtar, cutis mentum in genibus ejus appareret. Nec hoc adeo impoſſibile cuiquam videatur, licet creditu forſan difficile; cum perſæpe dies integros ab ipſa pueritia ætate, genibus flexis conſu-

c

e

AUCT. CARMELITA ITALO, INTERP. SEGERO PAULO.

consumeret orando, & ex assidua sanguinis effusione in petra durissima, ut dictum, tenerrimæ carnis ejus duritiem resecaret. Angelicus igitur hic S. Avertanus cunctis Christianis ac Religiosis ad imitandum nostris temporibus speculum esse deberet.

A

8 Crascebat hoc modo vir sanctus in virtute ac perfectione. Unde & magnum ei inerat desiderium loca sacra ac Sanctorum illic quiescentium reliquias inviscendi; almam præsertim *d* urbem Romanam, plurimarum thesauro reliquiarum illustrem. Pro quo etiam itinere a Superioribus licentiam impetravit, adjuncto sibi Ordinis sui socio B. Romæo, magno Dei servo. Anno igitur Christi millesimo trecentesimo septuagesimo nono post solennitatem omnium Sanctorum, iter suum ingressi sunt. Non est autem quod me fatigem in declaranda devotione & affectu, quocum duo illi terrestres Angeli amorosam suam exequebantur pietatem. Non erat ecclesia in urbibus, quas pertransibant, quam non affectuosissime visitarent. Non eis colloquia erant fabulosa ac mendaciis respersa: non incompositæ comœdiæ formabantur, nec ridiculosi successus narrabantur, ut moderois quibusdam peregrinis in usu est. Aliud nihil ex ore eorum prodibat, præter indicia caritatis Dei ac dilectionis proximi. Aures aliorum non delectabat quidquam præter Scripturam sacram ac verba cœlestia,

d *reliquiæ Sanctorum venerantur*

iter Romanum sancte peragit.

B

a *Colunt S. Eliam Carmelitæ 20. Julii.*

b *Ex hoc loco colligit Segerus Paulus coævarum Lemovicensem tum adhuc extra urbis mœnia fuisse sinum antiqua Europæ consuetudine, qua primi Carmelitæ sua monasteria fundarunt extra urbem.*

c *Referuntur hæc in Lectionibus Breviarii ad Matutinum ipsis Kalendis Maii, quo die cum S. Philippo colitur.*

d *Hæc ita referri Saracenus n. 3. A nemine accepimus, num sacerdotali dignitate decoratus, Illud tamen, quod cum Gregorius XI. cui optime cognitus (patria enim Lemovicensis erat) ad apicem Pontificatus evectus anno 1371. ex Coriolano Romanam cutiam e Gallia, ubi per 70. annos steterat, ad urbem, monente S. Catharina Senensi, reduxisset an. 1376. Aecitamus audenti Romam ad Apostolorum limina adeundi & Lateranensem basilicam, quæ super omnes Urbis & orbis ecclesias supremum obtinet locum, (ut ex Constitutione, quam Pontifex summus ex Avenionensi civitate dederat, quæ incipit, SUPER UNIVERSAS &c.) devotæ visendi desiderio flagrare cœpit. Hæc Saracenus: quæ somnia de Gregorio XI. Sede Pontificia Romam relata, & ecclesia Lateranensi, habet Franciscus Longus a Coriolano in Breviario Chronologico: sed ut verbum quidem de S. Avertano, aut ejus apud Pontificem notitia, ut inde constaret cum circa illud tempus vixisse. Fuisse Conversum Ordinis habemus ex Viridario Joannis Grossi ex fasciculo Magistri Generalis Carmelitarum.*

C

CAPUT III.

S. Avertani pia mors, sepultura, miracula.

9 BOna ergo ex parte consummato felicitet itinere, cum pervenissent ad Alpes, seu confines Italiæ, eo tempore pestilentia, aliove pernicioso morbo infectos, necesse est fuit gravissimas supportare molestias & animi dolores, quod nullam intrare possent Italiæ civitatem, de morbo, scilicet, pestifero suspecti: unde & cum dedecore ubique repulsi sunt. Quam tamen repulsam sancti viri magna cum patientia sufferebant, gratias agentes Divinæ majestati, quod dignos illos fecerit tantas pro amore suo pati tribulationes. Non poterat tamen non contristare B. Avertanum, privari se hac occasione visu corporum tot sanctorum Martyrum, tot aliis pretiosis thesauris spiritualibus non perfrui. Unde correptus levi febricula, coactus fuit una cum dilecto socio suo (qui & ipse longo ac laborioso itinere defatigatus erat) ad locum quempiam, quietis ergo divertere. Ideoque divinitus, ut creditur, inspirati, versus inclytam ac nobilem civitatem Lucam iter direxerunt. Juxta cujus urbis muros hospitale erat, S. Petri majoris nuncupatum, in quo ordinarie peregrini ac viatores recipi solebant. Ad hoc idem hospitium ambo divertentes caritative ac benigne recepti sunt, totaque nocte illa ibidem remanserunt. Mane vero sequenti surgens S. Avertanus, & cognoscens instare tempus, quo animam suam Creatori suo redderet, accessit ad portas urbis, humiliter rogans custodes earum, ut sibi ac socio suo civitatem intrare liceret. Sed io vanum ejus cessit petitio: de peste namque suspecti, repulsi fuere. Ex omni itaque parte afflictus vir sanctus, in eodem S. Petri majoris hospitali persistere coactus fuit.

Grassante peste abhorrentur omnes,

febricitat,

in hospitale Lucensi hospitatur

10 Febris autem infirmitate quotidie incrementum sumente, anhelans expectabat diem fortunatum, quo relicta hac vita mortali, gaudio æterno gloriæ, cunctis fidelibus Christi servulis repromisso, perfrueretur, non socii sui Romæi cunctorumque astantium dolore. Omnibus itaque Ecclesiæ Sacramentis rite munitus, cum sancta ejus anima ad sui sese præpararet Creatoris præsentiam, in majori febris ardore, totus in Deo absorptus piis meditationibus, desessum corpus suum hoc modo paullulum sublevabat. Volens vero Deus (in mercedem, credo, tantorum, quos patienter sufferebat, dolorum) Prophetiæ dono eum cohonestare, die quodam intensioris suæ infirmitatis, spiritu raptus to cœlum, *a* tres mirabiles cognovit ac prædixit eventos. Primo quidem, intercessione sanctissimæ Dei Genitricis cœlorum Reginæ, sedandum atroa ac *b* generale schisma Ecclesiæ. Secundo, corpus suum, quod vivum Lucani cives ingressu prohibuerant, mortuum magno cum honore to digniori *c* civitatis loco reponendum. Tertio, confratres suos Carmelitas, maxima cum observantia ac perfectione possessueos præfati hospitalis S. Petri majoris *d* templum extra urbem, in quo ipsa Creatori suo redditurus erat animam.

extremis Sacramentis rite munitus,

a trio prædictis futuris

b

c

d

11 Appropinquante igitor hora fortunata, qua valedicturus erat vitæ huic mortali, cum sentiret deficere paullatim spiritum suum, totus resolutus in lacrymas ac suspiria, culpas suæ deflere cœpit, mundissimus licet a qualibet gravioris peccati macula. Et oculis in cœlum defixis, ait: Veni, veni, dulcis Jesu, cum infinita misericordia tua succurre huic animæ tibi devotæ. Nunc mereor gloriam, cum te tot culpis offenderim: sed de sola tua confisos amorosa pietate, audeo tibi infelicem hunc offerre spiritum. Superabundet, mi dulcissime Jesu, gratia, ubi abundavit malitia, qui proptio ore dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat. Peccasse me non nego, sed ecce jam cum lacrymis ad benignissimos pedes misericordiæ tuæ remissionem peto. Pone nunc, amate Jesu, pietatem tuam ineffabilem in hoc indigno peccatore, qui dignum me agnosco pertetuo igne in meorum pœnam peccatorum: non tamen diffido de paterno tuo amore, cum quo, licet indignissimum, semper me amasti, & secute mihi promitto gloriam cœlestem. Aderat morienti fidelissima socius suus B. Romæus, qui com aliis circumstantibus cognoscens ac videns animæ hujus devota suspiria, dolores, lacrymat, cum sat perspectam habetet sanctitatem ejus, audient nihilomious verba hujusceodi humillima, & abiectam adeo ac vilem, quam de propria sua persona habebat, opinionem, & ipse a lacrymis abstinere non poterat.

misericordiam Dei populus implorat

Ezech. 33.

E

F

12 Via tandem absolverat vir sanctus præfatam orationem suam, cum, ecce, subito locus totus, ubi moribundus jacebat Avertanus, divino quodam repletur splendore ac suavissimo odore cœlesti. Nec mirum: adventi quippe Christus Jesus Creator cœlestis, cum setenissima cœlorum Regina Virgine Deipara, innumerabili Angelicorum spirituum multitudine circumdatus: de cujus glorioso vulneribus radii splendidissimi emicabant, ad consolationem, videlicet, dilecti servi sui. Qui & dulcissimis verbis eum alloquebatur, dicens: Veni, veni, anima dilecta, mihique devota, in requiem Salvatoris

a Christo optimo vocatur.

tuis

A tuli intra in hoc apertum latus, ad recipiendum præmium, tuis condignum laboribus. Veni jam glorioſus mecum in paradiſum, ad fruendum gloria tibi promiſſa. moritur. Quibus dictis, benedicens dilectum ſervum ſuum, ſuſcepit puriſſimum ſpiritum ejus, ut illum glorificaret jugiter in cœlo cum cœcatis civibus Paradiſi cœleſtis. Mortuum jam glorioſum Confeſſorem Avertanum, ut Deus palam faceret vivere in omni æternitate, mox in circuitu a companis altro ſonitibus. auditæ fuere divinitus reſonantes a campanæ, non ſine miraculo, citra ullam videlicet operam humanam. Unde divulgato ſancti viri tranſitu, innumerabilis hominum miraculis claret. accurſus cuibus ad ſacras ejus reliquias viſitandas.

13 Volens quoque Deus adhuc glorificare dilectum ſervum ſuum in terris, quem regnate fecerat in cœlis, ſacro ejus corpori virtutem tribuit patrandi miracula, eaque ſtupenda & inaudita. Non fuit quiſquam, quacumque eſtimum infirmitate infeſtiſſima laborans, qui viſitando idem corpus, ſanus non redierit. Omnes ſtabant attoniti, videntes quæ fiebant mirabilia: cæcos illuminari, claudos ambulare, ſordos audire, ſurgere paralyticos, & mortuos reſuſcitari. Quamobrem cuncti omnipotentem laudabant Creatorem in omnibus mirabili-
B bus cœleſtis hujus peregrini. Perveoit rumor tantorum mirabilium ad aures Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi f Pau- f
primo fertur in primaevalem urbis eccleſiam. li Gabrielis Eugubini, Lucenſis Epiſcopi vigilantiſſimi. Hic de totius rei ſerie inſtructus, cum Excellentiſſimi Senatus pio conſenſu, ſub decretu ac præcepto injunxit, ut cum ſolenni proceſſione ſacrum corpus illud tranſportaretur in nobilem g urbis parochiam S. Petri, ibidemque g in ſublimiori loco collocaretur. Ordinata itaque jam dicta proceſſione, cum maximo populorum concurſu lacrymantium præ devotione, & ſacras reliquias honorantium cum cereis & floribus odoriferis, translatum fuit regia pompa idem ſacrum corpus in eccleſiam jam h dictam, & in h puriſſima cryſtallo incluſum, ad honorem & gloriam Dei omnipotentis, ſuique glorioſi Confeſſoris S. Avertani: qui mortuus eſt anno noſtræ ſalutis i milleſimo trecenteſimo octogeſimo, die vigeſimo quinto Februarii.

14 Honoraverat Divina majeſtas dilectum ſibi Avertanum prophetiæ dono; quo in primis prædixerat, inter- Secundum mortuis prædictionem, oſſa ſchiſma. ceſſione beatæ Virginis Mariæ ſedandum ſchiſma illud Eccleſiæ, quod a malignis quibuſdam introductum, eamdem graviter afflixerat. Id vero feliciter ſucceſſit. Inſtituto ſiquidem k feſtu Viſitationis Deiparæ ab Urbano k Papa VI. requievit Eccleſia in pace & quiete priſtina.
C Prædixerat ſecundo: quod corpus ſuum, vivum repulſum a Lucenſibus, mortuum deportaretur honorifice in corpus urbi illatum. ſublimiorem baſilicam eorum. Quod & ipſum contigit: divulgata ſiquidem ejus morte, ac vitæ ſanctitate ſumptuoſo cum apparatu collocatum eſt in majorem eccle- l
ſiam parochialem ejuſdem l urbis. Demum tertio prædixerat, ſui Ordinis Fratres Carmelitas cum perfectiſſima obſervantia poſſeſſuros locum illum, ubi ſpiritum Deo reddiderat. Sed & hoc factum: nam paullo poſt ſereniſſima Reſpublica Lucenſis eumdem locum eis attribuit. AUCT. CARMELITA ITALO, INTERP. SEGERO PAULO. D

a *Silent antiquiores: & ſingula ſua non carent difficultate, ut videantur nimis aliqua amplificatione in alium ſenſum tradita.*
b *Coeperat ſchiſma anno 1378. quando contra Urbanum VI. Pontificem Romanum electus Antipapa, Clemens VII. dictus, Avenione ſedit: de quo ſchiſmate omnes prorſus hiſtorici ſcribunt, qui eo tempore attingunt. An tum vixerit S. Avertanus, ſupra diſputatum eſt.*
c *Imo in templo ſuburbano corpus fuiſſe uſque ad annum 1513. ante demonſtratum eſt.*
d *Uſque ad 1513 dum deſtrueretur, fuiſſe templum parochiale ſupra dictum eſt. Carmelitas vero habuiſſe aeque ac tamnum habere in urbe templum S. Petri Cigoli, ſeu Civilia.*
e *Alium alibi filentium, etiam apud Sanctonam.*
f *Anno 1380. vita functi, de eo ſupra actum.*
g *Imo ſuburbii, ut ſupra probatum.*
h *Corpus, initio minus honorifice condium, elevavit Joannes Graeme, & plumbea arca inclusit; an tempore Gabrielis Eugubini, ante dubitatum eſt.*
i *Alii anno 1366. & forte citius.*
k *Anno 1389. Extat tomo 1. Bullarii muſtinsio Bonifacii IX. pro ejuſdem feſti confirmatione edita. Sed ſchiſma adhuc multis annis poſtea duravit.*
l *Imo ſuburbii.*
m *Suſpicamur pro uno eodemque templo accipi & S. Petri Cigoli in urbe & S. Petri majoris extra urbem. Sed illud forte poſſederunt Carmelitae ante adventum S. Avertani.* E

CAPUT IV.

Obitus B. Romæi.

15 BEatus a Romæus ex toto afflictus, ac deſolatus de perditione ſocii ſui Avertani, defeſſus quoque ex laboribus & auſteritatibus itineris, ſupervaniente febris infirmitate, lectulo affixus manſit in ſeptimum uſque diem, morbo quotidie incrementum ſumente: die vero octavo ad extrema perveniens, receptis Eccleſiæ Sacramentis, & abſorptus in divinis tunc ſibi exhibitis myſteriis, gratiam expetit a Divina majeſtate, pertingendi ad fruitionem gloriæ cœleſtis, ac præſentiam ſibi ablati dilecti ſocii S. Avertani. Motus Redemptor noſter pietate ac deſiderio famuli ſui Romæi, venit ad eum jam morientem innumera aſſociatus beatorum multitudine, una cum anima glorioſa S. Avertani, ipſa b die octava a morte ejus, ad ſuſcipiendum ſpiritum B. Romæi, viatu- F
tum candore ornatum, ut eum glorificaret in omni æternitate paradiſi cœleſtis. a *B. Romæus moritur.* *apparet Chriſtus cum S. Avertano.* b

a *De eo anno actum.*
b *Eo eſt quarto Martii, qua die in nullis Faſtis ejus mentio fit.*

A D

XXVI. FEBRUARII.

SANCTI QUI IV. KALENDAS MARTIAS COLUNTUR.

S. Anctus Papias, s. Diodorus, s. Conon, s. Claudianus, } Martyres, Attaliæ in Pamphylia.

s. Neſtor, Epiſcopus Magydenſis, Mrtyr Pergæ in Pamphylia.

s. Alexander, s. Neſtor, s. Juſtus, s. Theon, s. Epion, s. Donativus, s. Ampliatus, s. Ingenuus, } Martyres.

B

s. Fortunatus, & ſocii xxxii } Martyres Antiochiæ.

s. Felix Martyr Alexandriæ:

s. Dionyſius Epiſcopus & Martyr, Auguſtæ Vindelicorum.

s. Paſchalis Mrtyr Romanus, Antuerpiæ in Belgio.

s. Philippus Epiſcopus Martyr, Bononiæ in Italia.

s. Alexander, Epiſcopus Alexandrinus in Ægypto.

s. Fauſtinianus, Epiſcopus Bononienſis in Italia.

s. Porphyrius, Epiſcopus Gazæ in Palæſtina.

s. Andreas, Epiſcopus Florentinus in Etruria. E

s. Servulus, Epiſcopus Veronenſis in Italis.

s. Eoladius, s. Agricola, } Epiſcopi Nivernenſes in Gallia.

s. Victor Presbyter, Archiaci in Gallia.

B. Edigna, Virgo regia, in Bavaria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S Ancta Mildwida, *ſive* Milgitha, Virgo in Anglia, ſoror SS. Milburgæ, & Mildredæ, *hoc die memorant a Menardo, Porterio, Maiberio, & Martyrologio Anglicano 2. editionis. Nos cum eodem Martyrologio, ſed 1. editionis egimus de ea* 17. Januar.

S. Bathildis Reginæ Galliæ corporis Inventio & elevatio *contigiſſe hoc die dicitur in Hiſtoria Translationis poſt Vitam ejus edita,* 26. Janu.

C B. Guilelmus Presbyter eremita, ac cœnobii Olivæ in Hannonia fundator, *ad hanc diem inſcriptus eſt Menologio Benedictino Bacchini. Vitam ejus dedimus* 10. Febr.

S. Simeon Epiſcopus Metenſis *refertur a Sanſajo hoc die, quo etiam Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana obiiſſe illum tradit, citato Molano, qui illum ad 15. Febr. habet, & nos cum Eccleſia Metenſi & aliis Martyrologiis, imo & ipſo Sanſajo de eo egimus dicto* 16. Febr.

S. Eucherius Epiſcopus Trajectenſis od Moſam *hoc die configuratur in mſ. Florario, ab aliis* 20. Febr.

S. Avertani converſi ordinis Carmelitarum Natalem *hoc die ſtatuunt Saracenus in illius Vita & Sanſajus in Martyrol. Gallic. Nos cum Breviario Ordinis eum dedimus die præcedenti* 25. Febr.

B. Romæus S. Avertano ſocius *jungitur in Martyrol. Gallicano Sanſaii: eumdem S. Avertano junximus* 25. Febr.

Fuga Chriſti Domini in Ægypto *celebratur hoc die in Breviariis, Compoſtellano, Palentino, Siguenſi, Toletano, Placentino, etatis in Martyrol. Hiſpan. Tamoii Sulazarii, qui addit Madritii in cœnobio Ciſtercienſium celebrari illud feſtum fuga Chriſti, exponique miraculorum ſimulacrum beatiſſimæ Virginis Mariæ.*

Eutropiæ matris S. Euthaliæ Virginis & Martyris memoria apud Leontinos. *Octavius Cajetanus in Martyrol. Siculo, & Ferrarius in Catalogo novo. Mater Sanctam aut Beatam appellat. De ea agetur 27. Auguſti ad Natalem S. Euthaliæ filia, & antea 10. Maii in Actis Martyrii SS. Alphii, Philadelphi, Cyrilli.*

P. N. Macariæ Martyris & Epiſcopi. *Ita Calendarium poſterius Copticum a Seldeno in l. de Synedriis Judæorum excuſum. Quis ille ſit, hactenus non potuimus aſſequi.*

Procopius anachoreta ſanctiſſimus *vixit in inſula Rhodo, cujus ſanctitatis fama excitatus S. Porphyrius Epiſcopus Gazæus, (cujus hoc die Vitam damus) cum Conſtantinopolim anno 401. Paleſtinam navigaret, eum inviſit una cum Joanne Archiepiſcopo Cæſarea Paleſtinæ. Ambos ipſe inſtinctu divino Epiſcopos agnovit, iiſque prædixit felicem itineris exitum & docuit modum, quo agerent Conſtantinopoli: prænuntiavit quoque nativitatem Theodoſii Junioris Imperatoris. Quæ accurate in Vita S. Porphyrii referuntur cap. 5. num. 35. 36. 37. Ja reditu vero cum impedirentur navita Ariano non poſſent accedere, apparuit S. Porphyrio in ſomno* Procopius, *ac docuit quomodo tempeſtas ſedari poſſet per converſionem nauta Ariani, ac modum convertendi eum ſuggeſſit. Hæc narrantur cap. 8. num. 35. & 36. a Marco Vitæ ſcriptore, qui uno aderat; & Sancti titulo eum ſemper indigent, aſſeritque quinque annis mortuum ante fuiſſe, quam eam Vitam ſcriberet; & in numerum Angelorum relatum, ac vitam nulli culpæ affinem vixiſſe in jejuniis & vigiliis & ſumma paupertate. Quin vero necdum reperimus nomen ejus ullis Faſtis inſcriptum, ipſi eum in Cœlitum tabulas referre noſtra auctoritate non auſi, hæc tamen indicanda duximus.*

Septem Gazæi homines Chriſtiani *ab idololatris in aliqua ſeditione in eos irruentibus, clavis & gladiis occiſi, & alii multi ſauciati, referuntur infra in Vita S. Porphyrii Epiſcopi Gazæi, c. 12. n. 95.*

Barocha-,

A Barochas miniſter S. Porphyrii Epiſcopi Gazæi in Paleſtina, *refertur a Ferrario in Catalogo novo ad 26. Febr. citato Menologio Græcorum : ſed quod illud ſit neſcimus. Idem in Nova topographia eumdem refert ad hunc 26. Febr. a quo ſuſpicamur per errorem ad 16. translatum. Fuit is Diaconus ordinatus a S. Porphyrio, & cum eo ad mortem uſque vixit, ob plagas ab idololatris acceptas mortuus inſtar relictus, ſed ſubito receptis viribus in illos irruens, eos fugavit: qua c. 5. Vitæ S. Porphyrii infra n. 22. & ſequentibus narrantur. Iterum c. 12. n. 99. ob plagas ab irruentibus idololatris in ædes Epiſcopales ei illatas dicitur inventus jactus & in extremum periculum adductus. Cetera nullis Tabulis Eccleſiaſticis reperimus inſcripta.*

Salaphtha Virgo, *ſive* Irene *Græce, infra in Vita S. Porphyrii c. 12. n. 97. & ſequentibus dicitur eum adhuc Gentilis hoſpitio excepiſſe, ac contra rabiem idololatrarum occultaſſe: ſed ad fidem converſa, Chriſtum ſibi ſponſum elegit, ac ſacrum a S. Porphyrio habitum accepit. In omni ſanctitate & abſtinentia degebat, cum Marcus diſcipulus S. Porphyrii Vitam ſcriberet, qui orat, ut ſanctorum ejus precum poſſit eſſe particeps. Hanc* Irenen *Virginem ad ſequentem diem 27. Februar. rejecit Labierius noſter in Menologio Virginum, ubi &* Beatam *nuncupat.*

B Syrus Abbas, Iſaias anachoreta, Paulus anachoreta, Anub Abbas, } *referuntur hoc die in martyrologio Anglicano Wilfordi. Ex his tres priores abituri ad Anub, precibus navigium impetraſſe narrantur. Agunt de iis Raffinus l. 2. de Vitis Patrum c. 10. Palladius l. 8. c. 55. & ſeqq. & de* Anub, *qui etiam* Anuph *dicitur: iſta narrat Nicephorus l. 9. c. 14. ſub finem.* Floruit tunc quoque *(quarto Chriſti ſeculo)* Anub ille, quem poſt confeſſionem pro Chriſto in perſecutione obtam, ferunt numquam poſtea mendacium dixiſſe, neq; quidquam terrenæ rei concupiviſſe: quę vero a Deo oraſſet, omnia obtinuiſſe: Angeloque inſtitutore uſum pietatis virtute exercenda ad ſummam perfectionem perveniſſe. *Necdum alibi falſis inſcriptos legimus.*

Mainna (Virgo, ut videtur) Æthnea V. Ædlogus Ab. Cluan-micnoſeu, Cronanus, Glin-aſſi, Becanus Kinſalie, Talmachus, Salomon, Neſtor, Alexander Ep. } *ita MS. martyrologium Hibernicum Murtani Gormani. Ex his hoc die colunt* S. Alexander Epiſcopus Alexandrinus, *&* Neſtor Epiſcopus, Martyr Pergæ in Pamphylia, *imo cum aliis* Alexander & Neſtor Martyres *ſeorſim colunt. Nulla* Salomonis *hoc die alibi mentio eſt, ſed & in apographo noſtro incluſum circulo nomen eſt, quæ de cauſſa, ignoramus. Reliqui videntur Hiberni, eorumq; excepto Talmachio, mentio fit in mſ. Feſtilogio Tamlachtenſi, hoc ordine:* Cronanus Glino-eſſeu, Becanus Kinſaliew, Mainna Virgo, ut videtur, Ethnea Virgo, Ædlogus, ſeu Æthlogus. *A Colgano in Actis Sanctorum Hiberniæ hoc die omittitur* Cronanus Glin-aſſi, *vel* Glinn-eſſeu, *cujus neque in nullis indiculis utriuſque tomi ab eo hactenus editi veſtigium reperitur.* Becanus Kinſalie *memoratur ab eo, dum de* S. Ogano *nobis* Ogrino *agit ac dubitat, num unus idemq; ſit, de quo mox agemus.* Mainna Virgo, ut videtur, *ab eodem Colgano in virum transformatur, &* Mo-enna, Mo-ena, Moenus, Moeotus, Mainus *aſſeritur dici. Sed quuſ ſit Epiſcopus* Moena, *genere Brito, diſcipulus S. Brendani, patet ex alia die in Eccleſia Britannica coli : quod necdum nobis compertum, diſcuti poterit ad Vitam S. Brendani 16. Maii. Quo autem ſit* Ethnea, *multum dubitat idem Colganus, ac duas refert, unam viduam, aviam Magni Columbæ, de qua poterit agi 9. Junii ad hujus Vitam; aliam* Ethneam Virginem *cum* S. Fedelmia *a S. Patricio baptizatam, de qua mentio fit in hujus Vita 17. Martii. Notatione 2. ambigit, quonam* Ethnea *(nam plures hujus nominis fœminas colligit) hoc die colatur. Pro* Ædlogo *citat idem Colganus Uſſerium de Primordiis Britannicarum Eccleſiarum, quaſi de eo ageret pag. 870. & in Indice Chronologico an. 552. ſed neutro loco meminit* Ædlogi. *Demum qui in martyrol. Gormani ſolum celebratur* Talmachus, *omnes quoq; ante memoratis Brandani diſcipulum ſtatuit. Colganum ſecutus Bucelinus, ejus nomen ſuo etiam Menologio Benedictino inſcripſit. Reliqua in Vita S. Brandani de* Talmacho *& ſocio ejus* Moeno *referuntur.*

C

D

Laurentius Epiſcopus Stabiarum, ſive Caſtelli ad mare, *S. Catelli, de quo 19 Januarii egimus, deceſſor, a Michaele Lacchco in Vita S. Antonini pag. 12. abſolute* B. Laurentius *appellatur. Antonius Caraccciolus in Notationibus ad ejuſdem S. Antonini Vitam, quam 14. Februarii dedimus, pag. 50. hoc Laurentii epitaphium recitat :* In hoc tumulo requieſcit V. B. Laurentius Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ civitatis Stabienſis, qui vixit annis plus minus 40. Sedit in Epiſcopatu 12. Depoſitus die 4. Kal. Martiarum, Ind. 15. imperante Heraclio Aug. anno ſecundo. *At neque conſtat quam antiquum hoc epitaphium ſit, neque anni ex eo poſiſ, eſſe* Laurentii *nomen in Sanctorum tabulas relatum.*

Fortunatus tempore Caroli Magni Imperatoris, Mediani monaſterii, *olim a S. Hildulpho Archiepiſcopo Trevirenſi in Voſago ædificati,* Abbas *creatus eſt, cum prius, ut traditur,* Hieroſolymorum Patriarcha *extitiſſet. Eum Joannes Ruerius Antiquitat. Voſagi parte 3. lib. 1. cap. 8. ſanctitate vitæ conſpicuum fuiſſe ſcribit. Libellus de S. Hildulphi, in Voſago ſucceſſoribus, de ejus obitu iſta habet:* Beatus ergo Patriarcha Fortunatus, meritis tandem & ætate conſummatus, huic temporalitati 4. Kalendas Martii eſt ſubtractus, atque ad perpetem ſtantium (*an forte* ſtantium) dierum infinitatem perductus. Hujus venerandæ gleba poſt baſes altaris beati Papæ Gregorii deeenti ſepulturæ eſt tradita. *Ex neutro ſcriptore colligi ſoe poteſt, ei publicam delatam ab Eccleſia venerationem.*

E

Radco monachus Bezuenſis, *in Ducatu Burgundiæ, & diœceſi Lingonenſi,* a Danis, *ſive Normannis,* anno 888. Gallias infeſtantibus, interemptus, *refertur hoc die in Menologio Benedictino Bucelini : qui* Sanctum *ac* Martyrem *appellat, citatq; monumenta ejuſdem monaſterii & Hugonis Menardi obſervationes ad Martyrol. Benedict. nullo indicato loco. Menardus ejus non meminit ad hunc diem, neque in martyrol. neque in duobus libris Obſervationum, neque etiam in utraqae Appendice aut duplici Indice ad litteram R. Agit de* Radcone *Sanſſajus in Appendice ad martyrol. Gallic. inter Sanctos, quorum dies natales incerti aut ei comperti erant. Quem etiam diem, cum certioribus Eccleſiaſtici cultus ac venerationis monumentis libenter intelligemus atque amplectemur.*

F

Burchardus Comes Carbonis, Milduni & Pariſiacæ civitatis, *qui Foſſatenſe monaſterium per S. Maiolum Abbatem Cluniacenſem reformari curavit, hoc die vita functus eſt. Extant Actæ ſanctæ ejus converſationis, ab Odone monacho Foſſatenſi ſcripta, & typis ex mſ. Germani de Pratis excuſa: qua olim ſolebant hoc die in illo monaſteria legi. Ceterum aliud alicujus ſacra venerationis monumentum non reperimus.*

Maurilii Fiſcanienſis, ſeu Fiſcanenſis monachi depoſitio *celebratur hoc die a Bucelino in Menologio Benedictino, ac* Beatus *appellatur: præter ſuos Annales & Andr. Bamberg. citat. Vincent. in Spec. Hiſt. ſed nullo indicato loco. Agit hic de S. Maurilio Epiſcopo Andegavenſi 13. Sept. aſſerit ante in Fiſcanenſi cœnobio rudimenta religionis didiciſſe, ibidem etiam Abbatem fuiſſe. Eumdē Claudius Robertus aſſerit 5. Id. Auguſti an. 1067. obiiſſe, quo die de illo iterum agit Sanſſajus, neque alterius memimet* Maurilii. *Bucelinus utroq; die indicata Maurilium Rotomagenſem etiam celebrat, quādo examinari poterit, num alius ab eo Fiſcani colatur* Maurilius. *De Fiſcanenſi*

A *monaſterio egimus 9. Januarii ad Vitam S. Wamnigi fundatoris.*

Mechthildis Spanheimenſis Virgo incluſa, *hoc die non* ſine opinione ſanctitatis *obiit anno* 1154. *ut ſcribus Trithemius in Chronica Spanheimenſi, inq; Hirſaugienſi, ad eumdem annum: qui & addit* Angelorum concentus in ejus tranſitu auditos, & varias viſiones oſtenſas, *ac* S. Hildegardem adhuc in carne viventi teſtimonium ſanctitatis perhibuiſſe. *Non poteſt ex Trithemii narratione clare colligi, cuinam ei aliquam publica Eccleſia auctoritate habitum: eſt eam hoc die* Sanctam *indigitent* Wion, *Hugo Menardus, Gabriel Bucelinus, Eugenius Dorganius. Ferrarius hanc* Mechtildem, *& alteram Dieſſenſem in Bavaria Abbatiſſam, pro una eademq; accepiſſe videtur: at enim, Spanheimii quidem vixiſſe, ſed duxiſſe e Bavaria originem: quod non indicat Trithemius, ſed* in vico Spanheimenſi ſub caſtello *habitaſſe parentes ejus* Eberhardum & Hiltrudem, *illum autem* Stephanum Comitem de Spanheim pluribus annis ſtrenue militaſſe.

Leonius, ſive Leo, *Abbas 1. Bernini, refertur a Raiſſio in auctario ad Molani Natales Sanctorum Belgii, &* Beatus *appellatur. Pluribus de eo 6. Febru. inter Pretermiſſos actum quo die obiit.*

Andreas ea Archidiacono Virdunenſi monachus Claravallenſis, *ob vitæ morumq; probitatem, hoc die inſcriptus*
B *Kalendario Ordinis Ciſtercienſis Divione* 1617. *excuſo & Menologio Ciſtercienſi Henriquez, ac Benedictino Bucelini, qui duo* Beatum *appellant. Sanctajus ſolum piæ memoriæ virum indigetat, & a reliquis alio charactere ſecernit.*

Theodericus monachus Novi caſtri, a morte Gunthero apparens, animam ſuam beatitudine æterna potiri revelavit. *Cæſarius lib. 11. Mirac. cap. 52. Eum Henriquez & Bucelinus* Beatum *appellant, in ſuis Menologiis.*

Arnoldus, famulus B. Walteri de Bierbeke, *qui cum eo Ordinem Ciſtercienſem ingreſſus, in Monte Stromberg ſupra Bonnam in diœceſi Colonienſi ſepultus, refertur hoc die ab* Henriquez *in Menol. Ciſter. & Bucelino in Menol. Ben. qui* Beatum appellant; Venerabilem *Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus. De eo agitur in Vita B. Walteri 17. Januarii pag. 448. num. 6.*

Arnoldus *alius* ea Canonico SS Apoſtolorum Coloniæ monachus *in eodem monaſterio ſanctè vixit, additurque in eiſdem Faſtis Agrippinenſibus Gelenii.*

Jacelinus, *ſive* Jancelinus, decimus Prior Generalis Ordinis Carthuſianorum, *memoratur hoc die ab Hermanno Greven in ſecunda editione Auctarii ad Suſridum, Ferrario, Caniſio, ac* beatæ memoriæ *aut* Beatus *appellatur. De eo etiam 25. Februarii inter Pretermiſſos actum.*

C Onuphrius Sarzanenſis frater laicus Ordinis Franciſcani Nurſiæ in Umbria circa annum 1445. *magna ſanctitatis opinione floruit, multis clarus miraculis: cujus corpus, ſolemni coacta ſupplicatione, honeſtiſſimo in tumulo collocatum eſt. De eo agunt hoc die Arturus a Monaſterio in martyrol. Franciſcano & Ludovicus Jacobillus de Sanctis Umbriæ, qui ambo* Beatum *appellant, ac plures citant, qui de eo agunt.*

S. Eucharius Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam *memoratur a Ferrario hoc die, ab aliis* 27. Februar.

S. Photina Samaritana,
S. Photo, S. Photis, S. Paraſceve, S. Cyriaca, S. Joſeph, S. Photinus — Photinæ ſorores, filii, — *celebrantur hoc die a Græcis in Menæis, & apud Cyberanum: at martyrol. Romanum cum Menologiis Græcorum eos ſtatuat* 20. Martii.
S. Sebaſtianus Dux,

S. Rodoaldus Epiſcopus Travirenſis. *MS. Kalend. Benedictin. 1. Salvatoris. Eſt is* S. Modoaldus *& colitur* 12. Maii.

Torquatus Felix, *inſcriptus Hagiologio Luſitano Cardoſi, qui varias recenſet de hoc Torquate opiniones. Nam alii eſt* Epiſcopus Irienſis, *tum* Portuenſis, denique Bracarenſis, *a nobis inter Pretermiſſos 24. Februarii relatus: ab aliis etiam cenſetur diſcipulus 1. Jacobi, de quo cum martyrologio Romano actum ſummi* 15. Maii.

B. Mechthildem Virginem Andecenſem, Abbatiſſam Dieſſenſem, *ſcribit Manhaus Raderus noſter tomo 1. Bavariæ ſanctæ, 4. Kalend. Martii deceſſiſſe. Alio certo auctore didicimus obiiſſe* 31. Maii.

Aleais Confeſſoris *inſcripta hic memoriæ mſ Floraria. Arbitramur* S. Alexium *eſſe, qui colitur* 17. Julii.

S. Severa Abbatiſſa. *MS. Kalendarium Benedictinum 1. Salvatoris. Eſt ea ſoror 1. Modoaldi Epiſcopi Trevirenſis, inſcripta martyrol. Romano* 20. Julii.

Moyſes Prophcta *a Felicio hoc die ponitur, ab aliis* 4. Septembris.

Mechthildis Elpedianæ ſanctimonialis in Saxonia natalis *hujus dies adſcribitur in Kalendario Mariano Bahuhemii noſtri, neminiq; Bucelinus, qui tamen addit* ex aliorum opinione *ſe de ea agere* 19. Novemb.

S. Julia Virgo & Martyr Barcinone in Hiſpania. *Ferrarius in Catalogo novo, & Labbeus in Menologio Virginum. At martyrologium Roman. aliique tum 1. Eulalia Emeritenſi eam habent* 10. Decembris.

Oghanus, *alii* Ogainus, *aut* Ogrinus, Epiſcopus in Hibernia *refertur in mſ. Florario, ab Hermanno Greven, Fitzimone, Caniſio, denique & Colgano, qui multum de eo dubitat, ac putat Ogrinum præcipue coli ant* 18. Februarii, *aut* 15. *Decembris. Dempſterus in Menologio Scotico & Ferrarius duos diverſos arbitrantur, &* Ogrinum Scotiæ *adſcribunt; at* Oghanum Hiberniæ *Ferrarius,* Germaniæ *Dempſterus. Si certiora proferantur monumenta, poterit dein alia die agi, antſultem, ut inſinuat Colganus* 15. Decemb.

S. Anaſtaſiæ Martyris *feſtum officia duplici celebratur hoc die in urbe Luſitaniæ Villavicioſa, ob ſacras ejus reliquias Romæ anno* 1600. *eo delatas. Ita in Hagiologio Luſitano Cardoſus, qui aſſerit Villaviciofanos credere hanc eamdem* Anaſtaſiam *eſſe, quæ colitur die Nativitatis Domini* 25. Decembris.

Joannes XI. Epiſcopus Conſtantienſis in Germania, S. Galli Abbatis diſcipulus, patria & gente Rhætus Curienſis, propter ſummam vitæ innocentiam Beatus appellatus. *Ita Bruſchius de Epiſcopis Germaniæ. Bruſchii auctoritate nixi poſteriores, nec* Sanctum *appellarunt. Ita Wion lib. 2. Ligni vitæ cap. 39. qui nationem Scotum ſtatuit. Secutus Wilſonius in priore editione martyrol. Angl. in quo ad hunc diem rotulis* Scotumque *aſſerunt: in ſecunda vero, ac 17. Januarii* Hiberuum *facit. At Menologio Scotico inſcribunt, Camerarius, hoc die Dempſterus 15. Decemb. quo itidem die memoratur in Kalendario Sanctorum Hiberniæ a Fitzimone noſtra edito. Ferrarius* Scotum *ſcribit &* Epiſcopum Conſtantienſem in Gallia. *At cum Bruſchio* Rhætum Curienſem *appellat Martinus Cruſius par. 1. Annal. Sueviæ lib. 10. c.* 6. De ſuperioribus Rhætiæ partibus natum *aſſerit Jacobus Manlius Brigantinus in Chronica Conſtantienſi a Piſtorio edita.* Vicinorum Conſtantiæ locorum indigenam *faciunt Theodorus Abbas Campidonenſis in Vita 1. Magni ſon Magnoaldi Magiſtri ſui 6. Septembris, & Walafridus Strabo in Vita 1. Galli: quorum ſententia apud nos majoris ponderis eſt. Qui quamvis eum magnis laudibus efferant, ab omni tamen titulo* Sancti ac Beati *abſtinent: uti & Demochares, qui* diſcipulum S. Galli Scoti *nuncupat. Deeſt nomen in Breviariis Conſtantienſibus ſeculo præcedenti excuſis, eorumq; Calendariis. Imo cum Manlio editus eſt* Catalogus Sanctorum indigenarum & advenarum Vindonillenſis & Conſtantienſis diœceſis, *in quo nulla hujus Joannis mentio fit, licet ſub finem dicantur* nonnulli adjuncti, qui pro Sanctis habentur, licet in Canonem non ſint relati. *Henricus Murerus tamen in Helvetia ſacra nuper excuſa* Beatum *appellat, adſcripta*

A adſcripto margini die 27. Decembris; aſſerent interim ſub finem, diem obitus ſoli Deo eſſe notum. Si certiora monumenta venerationis publicæ ſuggerantur, poterit de eo agi ſ 5. auc 27. Decemb. D

DE SANCTIS MARTYRIBUS
PAPIA, DIODORO, CONONE CLAUDIANO
ATTALIÆ IN PAMPHYLIA.

G. H.

AN. CHR. CCLI. XXVI. FEB. 1 PAmphylia regio celebris inter Lyciam & Ciliciam ad mare Mediterraneum, cujus muris quæ oram eam alluit pars mure Pamphylium appellatur. Pamphyliæ urbi primaria eſt Perge, Præſidis Sedes; ubi pro Chriſti fide interfectus eſt S. Neſtor Epiſcopus Magydenſis, quem præceſſerunt quatuor illuſtres pugiles Papias, Diodorus, Conon, Claudianus: de quibus in Actis s. Neſtoris illa num. 5. narrantur: Itaque in Pamphylia ſceleſtiſſimum Decii Imperatoris edictum propoſitum eſt ſub Præſide Pollione, qui tenebat ipſam provinciam: qui non recraſtinans miſit equites qui percorrerent, etiam regale præceptum taxans, ut ſi alicubi eſſent Chriſtiani, ad edendum immolata idolis cogerentur. Quo tempore & beati iſti martyrizati ſunt: dico autem Papiam, & Diodorum & Claudianum & Cononem: quorum, cum tempus fuerit, geſta pandemus, interim B. Neſtoris enarrabimus. Eadem, ſed contracta, legimus apud Surium, qui Cononem loco Cononis excudit. At Pollio in codice MS. Trevirenſi s. Maximini, ex quo Acta illa damas, Polio ſcribitur, a Græcis Publius appellatur.

Illi quatuor Martyres

vocant in Actis S. Neſtoris B

2 Galeſinius horum memoriam Martyrum, omiſſo tamen Cononе, conſecrat pridie Nonas Februarii, atque a Græcorum monumentis aſſerit in Notationibus ſe ita horum martyrium expreſſiſſe: Attaliæ in Pamphylia ſanctorum Martyrum Papiæ, Diodori & Claudiani. Hi paſtores, Chriſti fidem paſſim promulgando, multos ad religionis Chriſtianæ cultum perduxerunt: quo nomine ad Publium Præfectum, Decio Imperatore, delati, nullis minationibus deterriti, palam liberaque voce ſe Chriſtianos eſſe confeſſi, oſtenderunt unum eſſe verum Deum, qui cælum, terram, quæque cœli ac terræ ambitu continentur, effecit. Qua libera fidei confeſſione Præfectus commotus, cum eos in fidei propoſito conſtantes omni excruciaſſet ſupplicio, demum ſecuri percuti juſſit. Quorum corpora a fidelibus religioſe ſepulta ſunt. Hæc ibi Galeſinius, qui iterum 25. Februarii, quo s. Neſtor a quamplurimis, ut mox dicemus, memoratur, eidem hoc Martyres ſub nomine trium fratrum videtur adjungere, ubi ea pernotico Martyrologio iſta annotat ſe edere: Hoc ipſo die, inquit, Sanctorum Neſtoris & trium germanorum fratrum, qui Juliano Chriſtianæ pietatis & virtutis adverſario, pro Chriſto fortiter dimicando coronantur. Hæc ibi, mendoſe intruſo nomine Juliani, loco Decii, ſub quo & Neſtor & reliqui Martyres paſſi ſunt. Denique in Martyrologio Romano relata s. Neſtoris nece hoc 26. Februarii iſta adduntur: Ibidem paſſio SS. Papiæ, Diodori, Cononis & Claudiani, qui S. Neſtorem martyrio præceſſerunt, &, ut annotat Baronius, in eadem Decii perſecutione ante Neſtorem conſummatum. Eſt autem Attalia ſupra relata urbs maritima Pamphyliæ, haud procul Magyde, ubi Epiſcopus erat S. Neſtor, ut ex ſequentibus conſtabit.

E & 25. Feb.

In Martyrol. Rom. 26. Feb.

apud Galeſinium & Febr.

DE S. NESTORE
EPISCOPO MAGYDENSI,
MARTYRE PERGÆ IN PAMPHYLIA,

Commentarius prævius.

G. H.

AN. CCLI. XXVI. FEB. 1 SAnctii Neſtoris Epiſcopi ac Martyris damas Acta præſtitaba, quæ ab ipſis videatur notariis coram excepta, atque ad poſteros tranſmiſſa. Excenſuit legitima Baronius in Annalibus ad an. 254. num. 23. ac citat Surium, qui fateatur a ſe ſtylum fere mutatum & quædam paraphraſticæ reddita. Pleniora hæc noſtra ſunt, deſcripta ex perantiquo mſ. codice monaſterii s. Maximini, in quibus primavum ſtylum, quamvis rudiorem, retinemus. Addit Baronius Græca Acta haberi, & fideliora opinatur, quæ non vidimus. Hiſce noſtris confectatum Martyrologio, quæ proinde addi opera eſt pretium.

s. Neſtoris Acta legitima

2 Antiquiora Martyrologia celebrant memoriam s. Neſtorii 25. Februarii. Ita MS. Romanum, quod s. Hieronymi eſt, & Richenovienſe: Pamphyliæ natale S. Neſtoris. Colunter eodem 25. Februarii SS. Creſcentius & Caſta cum aliis Martyribus, ſed qui in mſ. Adone Leodienſi s. Laurentii & Florario MS. ſocii S. Neſtoris perpetuum traduntur his verbis: Eodem die Neſtoris, Caſtæ & Creſcentii Martyrum. At Caſta cum Ingenua jungitur in mſſ. Ajuſgranenſi & Tornacenſi s. Martini: In Pamphylia Neſtoris & Caſtæ, Ingenuæ. Notkerus: Pamphyliæ natalis Neſtoris & Caſtæ. Beda ac Rabanus Pamphyli ſolum habent, qui quaſi ſocius Martyribus Afris jungitur, quibus Neſtorem & Caſtam jungunt Beda & Canſius. In MS. Latienſi refertur Neſtor & Caſtus: aſt aliis omnibus Caſta dicitur, eam corona decem Martyrum ibidem celebrata. Apud Galeſinium memorantur cum S. Neſtore tres germani fratres, & videntur indicari Papias, Diodorus, & Claudianus, de quibus jam egimus.

colitur Jaeer 25. Feb.

3 Hoc vero die 26. Februarii pluribus eſt s. Neſtor adſcriptus Martyrologiis, ac primum Romano antiquo a Roſweydo edito, his verbis: Apud Pergen Pamphyliæ B. Neſtoris Epiſcopi. In Florario MS. ſupra cum S. Creſcentio & Caſta relatus eſt nullo indicato loco, ſed hoc die ita refertur: In civitate Pergen Pamphyliæ Natale S. Neſtoris Epiſcopi & Martyris, ſub perſecutione Decii crucifixi anno ſalutis 253. Quæ ultima variis phraſi exprimuntur in aliis Martyrologiis. In MS. Carmeli Colonienſis: Qui ex perſecutione Decii Cæſaris poſt equuleum crucifixus eſt.

& paſſim. mum 26. Febr.

AUCTORE G. H.

A *In MS. Trevirenſi* : Qui crucis ſuſpendio migravit ad Chriſtum. *In MS. Regina Svecia* : Qui crucis patibulo martyrium conſummavit. *In MS. Leodienſis Lamberti*. Qui perſecutione Decii juſſus eſt ſuſpendi in cruce, & ſic emiſit ſpiritum cum gloria. *Usuardus hoc eum encomio illuſtrat* : In civitate Pergen Pamphiliæ natalis S. Neſtoris Epiſcopi, qui perſecutione Decii cum die noctuque orationi inſiſteret, poſtulans ut grea Chriſti cuſtodiretur; comprehenſus, nomen Domini mira libertate & alacritate confeſſus, equuleo crudeliſſime tortus eſt. Et in cruce ſuſpendio victor migravit. *Eadem leguntur in variis martyrologiis excuſis & manu exaratis : in martyrol. Rom. nonnulla adduntur ex Beda aut Adone, qui longiora elogia ex Aliis proferunt ; nos quod eſt Adonis recitamus.*

elogium ex Adone;

4 In civitate Perge Pamphyliæ natale B. Neſtoris Epiſcopi, qui perſecutione Decii, cum die noctuque orationi inſiſteret, poſtulans ut grea Chriſti cuſtodiretur, comprehenſus a quodam Irenarcho, qui erat princeps curiæ civitatis, velut aries ſine malitia oblatus eſt Præfidi Pollioni. Et cum nomen Chriſti mira libertate & alacritate confiteretur, deos autem Gentium dæmonia peſſima eſſe memoraret, juſſus ab eodem Præſide ſuſpendi in equleo, & crudeliſſime torqueri, lætos pſallebat, dicens : Benedicam Dominum omni tempore, ſemper laus ejus in ore

B meo. Præſes vero ſtupens tanta tolerantia, & volens eum blandis verbis a ſide revocare, dixit ei : Vis eſſe nobiſcum a or cum Chriſto tuo ? Cui S. Neſtor cum magno gaudio reſpondit, dicens : Com Chriſto meo eram, & ſum, & ero. Tunc indignatus Præſes dedit adverſus eum ſeotentiam, ut, quia Jeſum crucifiaum ſub Pootio Pilato fateretur, ramquam devotos Deo ſuo, illius ſubiret ſententiam, & ligno crucifiaus reſolveretur a vita. Ille gratias agens Deo, cum jam affixus eſſet paribulo, docebat aſſiſtentem populum Chriſtianum, ut perſiſterent in fide & earitate Chriſti, & libentiſſime compaterentur, ut & ſimul glorificarentur. Poſt hæc petens omnem adſtantem turbam fidelium, ut genua flectentes orarent eum ipſo: eumque compleſſet orationem, & diriſſent omnes, Ameo, reddidit ſpiritum. Conſummavit autem martyrium ſuum quinta Sabbati hora tertia.

5 *Hoſtenſ Ado, quæ fere eadem leguntur apud Notkerum, ut ſunt aliquante contractiora apud Bedam. In mſ. Trevirenſi s. Maximini ſub finem iſtu adduutur* : Qui primus

ex Actis S. Alexandri ei attributa da Cuec. Nicæno

Ariom Presbyterum ſuum hæretica impictate depravatum, & divina veritate convictum, de Eccleſia ajecit, & poſtea inter trecentos octodecim Patres eumdem io Nicæno Concilio damnavit. *Verum ea non ſpectant ad* S. Neſtorem, *Pamphylia in Aſia provincia Epiſcopum, & amplius ſeptuaginta annis ante martyrii coronatum, quam Nicænum ſit collectum Concilium. Sumi autem ea verba deſumpta ex elogio s. Alexandri Epiſcopi Alexandrini, cujus infra hoc die Acta damnat. Similitamen amanneuſium mendo falſus eſt Ferrarius in Topographia, verbo* Perge, *ubi iſta tradit* : Neſtor Epiſcopus, Martyr ſub Decio, non tamen morte

C uffectus cum Nicæno Concilio interfuerit, niſi fuerit alius hujus nominis Epiſcopus Pergenſis. *At contra Epiſcopus Pergenſis, qui Concilio Nicæno interfuit, in nullis plane Concilii Aliis appellatur* Neſtor, *ſed* Callinicos, *aliis* Calliditus, uni Gallides *dictus. At* Neſtor, *quo nomine unicus legitur interfuiſſe, fuit Syſdrenſis in provincia Iſauria Epiſcopus. Deinde* S. Neſtor *non fuit Pergenſis in Pamphylia Epiſcopus ſed urbis Magydenſis, cujus Proceribus & Irenarcho captus eſt & Pergen ud Præſidem Pamphylia Pollionem miſſus, cujus juſſu in crucem actus, Martyr obiit. Erat Perga Pamphylia metropolis & Præſidum Romanorum ſedes, in interiore regione ad fluvium Catarractum ſita: cujus Epiſcopus Callinicus primo loco inter hujus provincia Epiſcopos in*

martyrium in urbe Pergi peractum;

Sedes Episcopalis Magydis.

Nicano Concilio nominatur. Magydis vero, *qua &* Magydus, *vel* Marylos, *& infra in Actis corrupte* Mandis *ſcribitur, eſt urbs Pamphylia maritima, cujus Epiſcopus Aphrodiſius dicitur Concilio Nicano interfuiſſe. Nec procul Magide diſtat* Attalia, *ultera urbs maritima Pamphylia, in qua ſupra relati quatuor Martyres dicuntur paſtorali munere fuuctli, ac tandem ſecuri percuſſi glorioſam meritorum coronam perceperant.*

D 6 *Græci in Menais & apud Maximum Cytherum & Βίους ἁγίων eumdem* Neſtorem *celebrant 28. Februarii his verbis* : Eodem die memoria ſancti Martyris Neſtoris. Hic erat temporibus Decii Imperatoris & Publii Præſidis extra Pergen urbem Pamphyliæ, qui ab Irenarcho Præſecto propter Chriſti cultum comprehenſus eſt, & ductus ad Præſidem ; coram quo cum Chriſti fidem profiteretur, in crucem actus, poſtquam Deo palam gratias egiſſet, & Chriſtianos in fide confirmaſſet emiſit ſpiritom. *In aliorum Martyrum elogio ſupra etiam* Publius *dicitur, qui aliis* Pollio.

cultus apud Græcos 28. Feb.

A C T A

ex MS. Trevirenſi S. Maximini & Surio.

C A P U T I.

S. Neſtoris Epiſcopatus : captivitas, examen coram Irenarcho.

1 FIdes nos ammonet ad ſanctorum Martyrum memoriam pertrahi, & videre victoriam athletarum Chriſti, exemplum nobis non parva inſtrumenta miniſtrantium : quos filius coronavit, glorificavit Pater. Athletas autem dico, non illos qui in imagine lirigant, quorum laus dubia eſt, & incerta victoria, imo & corruptibilis corona : ſed illos dico glorioſos & ſanctos viros, qui uſque ad mortem concerrati ſunt, ne negarent Filium Dei, tenentes promiſſionem ipſius Salvatoris, dicentis : Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Ea illis ergo cœleſtibus athletis unus eſt B. Neſtor. Nam cum u Decius Romani regni apicem Deo inviſus teneret, juſſit omnes ad propria ſecreta abſtrahi, & invocantes nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti ad immunda ſacrificia provocari : ſi qui autem contradiciſſent, Judici offerri, & pœnis omnibus affligi præcepit. Itaque in Pamphylia ſceleſtiſſimum edictum propoſitum eſt ſob Pru ſide *b* Pollione, qui renebat iplam provinciam : qui non recreſtimans miſit eqoites qui percorrerent, etiam regale præceptum taaans, ut ſi alicubi eſſent Chriſtini, ad edendum immolata idolis eogerentur. Quo tempore & beati iſti martyrizati ſunt : dico autem *c* Papiam & Diodorum, & Claudianum & Cononem : quorum, eum tempus fuerit, *d* geſta pandemus : interim B. Neſtoris enarrabimus.

Sator illarum Chriſti athletarum

Matth. 10. 32.

4

Imperante Decio,

b

ſub Pollione Præſide Pamphyliæ

F

acciſi SS. Papias, Diodorus, & Claudianus, Comes

c

d

2 Hic enim B. Neſtor Epiſcopus fuit apud *a* Mandis, Martyr autem apud Pergen. Hic, ſicut prædiximus, fide & religione & omni vita ſua Deo fidelisſimos, modeſtiæ & humilitatis tantæ fuit, ut etiam ipſe, qui hoic negotio pruerat, converſationem ejus timeret, ſed litteris tyrannicis obviare non audebat. Conſilium autem faciens cum conſortibus ſois, dixit : Non aliter poſſumus adverſus Chriſtianos, niſi Epiſcopum ipſorum in manibus habuerimus : quia omnes voluntati ejus famulantur & obediont. Beatus vero Neſtor, ubi inſidias eorum cognovit, plebem quidem ſuam omnem fecit diſcedere, Ne forte, inquit, lupus iotroiens in gregem Chriſti, aliquam ovium dilaceret ; ipſe autem non diſceſſit a domo ſua, in oratione perſiſtens nocte ac die, nil amplius poſtulans, niſi ut cuſtodiretur grea Chriſti.

a

& Neſtor ob vitæ ſanctitatem Gentilibus formidabilis,

præſides perſecutionis promovendæ ſi ſua.

3 Cum veniſſeot igitur ad domum Epiſcopi Neſtoris perſecutores, atque alii ex civibus ſectatores iniquitatis,

A quitatia, circumeinaerunt domum ejus : & accedens unus ad januam cœpit clamare. Beatus autem Martyr erat in oratione, & unus de pueris ſuis nunciavit ei, dicens: Quia foris quærunt te. Cum ergo compleſſet orationem, & diaiſſet, Aman, aaiit aries *f* ſine malitia, habens *g* maſortiolum ſuper caput ſuum. Et cum eaiſſet ad eos qui veneraat, omnes declinaverunt vultum ſuum, & adoraveruot eum. Ille autem diait: Filioh, quæ eſt cauſſa, qua veniſtis ad me? Diaerunt illi : Vocat te Irenarchus & omnis curia. Ille autem ſignans ſe in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſubſequebatur eos, ſicut ovis in ſacrificium. Et cum veniſſent ad forum, ſurrexit omois curia, & ſalutavit eum. Diait autem ais : Parcat vobis Dominus : ut quid hoc facitis? Reſpondentes diaerunt : Digoa aſt converſatio tua adorari. Et accipiantes eum in medio ſui, ſeceſſerunt in locum ſeparatum a multitudine, poſitiſque ſubſellis plurimis, juſſerunt afferri throoom, & ornari eum, ut ibi ſaderet Epiſcopus. Ille autem diait: Sufficit mihi hic honor, quod a vobis vocatus ſum: qua autem ea cauſſa vocatus ſum, dicite.

abducitur ad curiam;

hortatur quilibet

4 Et Irenarchus dixit: Noſti, Domine, præceptum Impetatoris? Ille ait: Ego præceptum Omnipotentis novi, non præceptum Imperatoris. Irenarchus diait: O Neſtor, conſenti com tranquillitate, oa cooveniaris in judicio. Neſtor dixit: Cui conſentio? Ille autem diait: Præceptis Regis. Neſtor ait : Cœleſtis Regis præceptis conſentio. Ille diait ai : Dœmonium habes. Neſtor ait : Utioam vos dœmones non haberetis, nec dœmonia coleretis? Irenarchus ait : Quomodo auſus es deos dœmones appellare? Neſtor air: Ego hoc & ratione conſigno, & confeſſione eorum qui exorcizaotur, ot iotelligas, quia dœmones ſuot quos adoratis. Et Irenarchus movens ſancto Martyri caput ſuum vacuom, dixit : Ego te faciam apud Præſidem per tormenta confiteri, eos vere eſſa deos. Moa S. Neſtor ſignaculum Chriſti ponens in fronte ſua, ait : Quid mihi minaris tormanta? Dei mei tormenta timeo, non tua nec Judicis tui : verumtamen & in tormentis & extra tormenta confitebor Chriſtum filium Dei vivi.

fruſtra pelleitur ad fidem deſerendam;

B

ſpernit minas.

a *Imperavit Decius 30. menſes ab anno 249. ad 251.*
b Pollio, *in MS.* Polio, *in Menais Græcorum* Publius.
c *De his Martyribus hoc die egimus. Deſſi Gratis* Coaon : *in MS. eſt* Comon.
d *Geſſo aliquo exiſtiſſe colligimus ex elogio ſupra dato, ubi ſecuri dicuntur percuſſi.*
e *Imo* Magidis, *ſeu potius urbem Magydorum aut Magydenſem.*
f *Notkarus*, ſine macula. *Ado Laurentius MS.* immolatus ſine malitia præſentatus. *Ado Merinenſis*, immaculatus.
g Maſortium, mavortium & maſorte *tegumentum capitis dicitur. Caſſianus de Inſtitutis cœnobiorum libri 1. caput 7. ioſcribit* de maſoribus monachorum, *afferre ipſos* anguſtum pallium, *quo colla pariter atque humeri tegantur. Habertus in Vita S. Godilæ 2. Januarii pag. 519. num. 21.* maſoram *appellat iotegumentum, quo caput humeroſque amicirei Virgo, alibi aliter ſumitur.*

C

Maſorſit.

CAPUT II.

S. Neſtoris actuſatio & examen ſub Pollione Præſide, tormenta, martyrium.

Abigatur Virgo;

5 IRenarchus non negligens, neqoe recraſtiuana, perrexit Pargeo, & tradidit ſanctum Martyrem duobus iſecutoribus : ipſe quidem præcedebat, ſequebatutque agnus lupom. Cumque in via eſſent, terræmotus factus aſt repente non modicus, & voa de cœlo lapſa eſt, confortans Martyrem ſuum. Illi vero ſtupentes ſuper hoc negotio, timore tenebantur cum conſcientiæ ſtimulis, quod ſanctum virum tanerent. Mox interroga verunt eum, diceotes: Domine Epiſcope, unde ſonus hic & terræ motus? Ille autem diait: Signum Dei mei factum eſt. Et cum veniſſent ad civitarem quar-

confirmatur miraculo;

a ſabbati in hora *a* decima, manſerunt catra civitatem.

EX MS. D

a

6 Et cum retuliſſet Irenarchus ad Præſidem de ſancto Martyre, ſedens mane Præſes pro tribunali, & oblatus aſt ei S. Neſtor. Irenarchus itaque porrexit relationem Urbano adiutori. Et cum retuliſſent relationem, dicebant : Eupator & Socrates *b* & omnis curia Romana Domino Præſidi præſtantiſſimo ſalutem. Diviois litteris advenientibus Domioi noſtri Imperatoris ad tuam, Domine, Claritatem, jubentis ut omnes Chriſtiani ad ſacrificia perducantur, atqua a ſcotencia male ſibi infita revoceotur; humanitas tua nil dure, nil perturbate ad hæc aaplenda, ſed quiete agere voluit : ſed parum proficit hæc lenitas, com illi obſtinatione quadam edictum imperiale contemnuot. Nam hic rogatus a nobis & ab omni curia, non ſolum ipſe non acquievit, ſed & omnes qui ſub eo ſunt, ut pote Principis ſui exemplum ſequentes, parate animos ad expleoda, quæ juſſa ſunt, noluerunt. Nos iotarim ſoadere iſtum noo deſtitimus, ut ſecundum victoriouſiſſimi Regis epiſtolas ad templum Jovis veniret : ſed convitiis & contumeliis aggreſſus aſt deos immortales, ipſum etiam Imperatorem, licet abſentem, non parvis injuriis afficit, in te quoque eadem loquacitate uſus eſt : unde coacta omnis curia deſtinara eum ad claritatem tuam.

offertur Præſidi Pollioni

b

cum litteris Senatus;

accuſatur;

E

7 Et Præſes diait illi : Quis dicetis? B. Neſtor diait : Famulus Domini mei Jeſu Chriſti. Præſes diait: Non da actu tuo, ſed de nomina quæſivi. Neſtor ait: Meum nomen proprium hoc eſt, me eſſe Chriſtiaoum. Si autem vis temporale uoman meum agnoſcere, Neſtor vocor. Præſes diait: Quid ergo? Immola, & ſuadearis ſine tormento jurare per deos, ut velociſſima ſcribam ad Dominum Imperatorem, ut Princeps ſis ſine contradictione ſacerdotum, ut omnia ſub poteſtate tua ſint, & honores accipias & munera: ſed & confeſſor noſter ſis, ut poſſis præclare multis annis vivere. Sanctus autem Martyr aſpiciens in cœlum, & ſignans ſe, dixit ad Præſidem: Etiamſi carnes meas multimoda pœna cacrucies, ſi vincula, ſi beſtias, ſi gladios pares; donec ſpiritus in naribus eſt, non negabo Domioi mei nomen Jeſu Chriſti. Jodea autem juſſit eum ſuſpendi in equuleo, & crudeliſſima torqueri. Miniſtri aotem tam alto vulnere ungulas imptimebant, ut coſtæ ejos nudarentur. Sanctus autem Naſtor pſallens dicebat: Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus ejus in ote meo.

fertur relicta promiſſa;

ferri tormenta;

Pſal. 33. 2.

8 Judea autem ſtupens ſuper tolerantiam viri, dixit ad Martyrem : Homo infeliciſſima, non erubeſcis ſemper ſpem tuam ponere in homine, & hoc in *c* biothanato? Neſtor ait : Hæc mihi ſit couſuſio, & omnibus qui invocaot noman Domini noſtri Jeſu Chriſti. Cumque turbæ clamarent, ut caterminaretur, interrogavit eum Præſes per præconem : Vis immolare diis an non? Saoctus Martyi fiduciam habens in Chriſto, ait : Impiiſſime & iniquiſſime fili diaboli, non ſolum non vereris Deum, qui tibi hunc dedit principatum (per ipſum enim Reges regnant, & tyraoni obtinent terram, & Principes ſcribunt juſtitiam) ſed & me cogis reliquere eum, unum & verum Deum, factorem & ſalvatorem omnium, & adorare vana & ſaa ea ſimulachra? Præſes dixit ad eum. Quid vis, nobiſcum eſſe aut cum Chriſto tuo? Moa Martyr Domini ait : Cum Chriſto meo ſemper fui & ſum & ero.

F

c

increpat Præſidem;

Prov. 8. 5.

9 Videns argo Judea obſtinationem tolcrantiæ ejus, protulit continuo adverſus eum ſcotentiam, dicens : Quoniam non conſenſiſti, Neſtor, victorioſiſſimo Regi neque diis immortalibus, ſed ſecutus es Jeſum crucifixum ſub Pontio Pilato a Judæis, ut audio; ergo ut non ſi iodevotus Deo tuo, habeto ejus ſententiam, ut ligno crucifiaus pereas. Cumque juſſiſſet Judea, com omni celeritate præparatum eſt lignum, ot crucifigeretur.

adjudicatur mori;

affigitur cruci;

10 Crucifiaus autem ligno B. Neſtor, docebat ſin-

EX MS. A gulos Chriſtianorum, dicens: Filioli, ſtabilis ſit noſtra confeſſio ad Deum: & non negemus eum, qui pro nobis paſſus eſt, Deum; ne gaudeat diabolus de famulis Chriſti: compatiamur ei, ut conglorificemur: non negemus eum, ut ipſe nos non neget. Memores eſtote quia Pater eum miſit Redemptorem animarum & abolitionem peccatorum noſtrorum, qui peccatum non fecit, & peccatum pro nobis factus eſt: & omnes nos ei donavit Pater, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Et dixit aſtanti turbæ: Filioli, oremus & genua flectamus ad Dominum pro eumdem Jeſum Chriſtum. Omnibus flectentibus genua & adorantibus, emiſit ſpiritum. D

de cruce docet Chr. filianos

Phil. 2. 10.

pro mortuo,

d

a *Surius*, undecima.

b *Idem.* totuſque Senatus, *& forſan vox Romana debet abeſſe, & ſubſtitui* Magydenſis.

c Βαθάνατοι *dicuntur, qui violenta morte periit, ſeu βίᾳ, id eſt vi, moriuntur.*

d *Surius.* Et ſimul ipſa de cruce orante, cum dixiſſet, Amen, obdormivit in Domino. *Beda*, explera oratione, cum dixiſſent omnes, Amen, reddidit ſpiritum. *Ado*: Cumque compleſſet orationem, & dixiſſent omnes, Amen, reddidit ſpiritum. *Eadem habet Notkerus: & ambo addunt, quæ in MS. noſtro, apud Surium & Bedam deſunt*: Conſummavit autem martyrium ſuum quinta ſabbati, hora tertia.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ALEXANDRO, NESTORE, JUSTO, THEONE, EPIONE, DONATIVO, AMPLIATO, INGENUO.

G. H.

XXVI. FEB. *Antiquiſſimi Martyrologii memoria horum Martyrum inſcripta, quibuſdam omnium, aliis nonnullorum, ſit ubi numerus innominatorum Martyrum jungitur, ab aliis urbi Alexandriæ præponitur, quaſi ibi lauream martyrii ſint promeriti quo meliùs videntur in aliis deeſſe. At primo Martyrologium mſ. Romanum, ſive S. Hieronymi (in quo, ut modo vidimus, pridie aliam orat de S. Neſtore Epiſcopo, in Pergæ urbe Pamphyliæ martyrio coronato) hanc diem iſtis verbis auſpicatur*: 4. Kalend. Martii, Natale Sanctorum Alexandri, Neſtoris, Juſti, Theonis, Epvion, Donativi, Ampliati, Ingenui, Epion. *At ultimum hunc ſuſpicor a priore Epione diverſum non eſſe; cum alii ſolum unius* Epionis, *ſive* Opionis, *meminerint. Qui dein* Fortunatus & Felix *recenſentur cum variis ſociis, ſeorſim a nobis referentur. MS. Richenovienſe, ſive Angia-diviticenſe eoſdem nobis Martyres proponit*: In Alexandria Alexandri, Juſti, Theodoli, Neſtoris, & aliorum 35. Epion, Donativi, Ampliati, Ingenui. Loco Theodoli *reliqui legunt* Thennis. *Qui interſeruntur Martyres 35. ad* S. Fortunatum *ſpectant. Alexandriæ etiam attribuuntur in mſ. Aquigranenſi*: In Alexandria Natalis SS. Alexandri, Neſtoris, Theonis, Epion, Juſti, Donativi, Ampliati, Ingenoi, Felicis. *At* Felix *ſeorſim refertur in martyrologio S. Hieronymi & Alexandriæ paſſus dicitur. In martyrologio Rabani ita habetur*: In Alexandria nativitas Sanctorum Alexandri, Neſtoris, Theonis, Opionis, Juſti, Donativi, Ampliati, Ingenii. *In mſ. S. Cyriaci hæc ſolum leguntur*: SS. Alexandri, Neſtoris, & aliorum 26. *quos ſocios ad ullum claſſem pertinere nominus. In martyrol. Pariſienſi Philippo Labbei noſtri mentio ſit* SS. Alexandri, Neſtoris, Theonis, Donativi, Ingenii, *omiſſis* Juſto & Epione. *Beda duos priores reticet, forſan ratus eſſe* S. Alexandrum *Epiſcopum, &* Neſtorem *Epiſcopum in Pamphylia, de quibus ante egerat, & ſequentes ita refert*: Item Sanctorum Theonis, Opion, Juſti, Donati, Ampliati, Ingenii. *In mſ. Rubenbergenſi additur*, Martyrum. *Quos eoſdem antiquario Uſuardi inſcripſit Hermannus Greven. Duos hos verſu complexus Wundelbertus*:

C

Neſtore quartus ovat, ſocio pariterque Theone.

Martyrol. mſ. Tornacenſe S. Martini duos S. Felici *jungit his verbis*: In Alexandria Sanctorum, Felicis, Alexandri, Neſtoris. *At Lotienſe iſta ſolum habet*: In Alexandria natale Sanctorum Felicis & Alexandri. *Hinc ergo quia* S. Felici *adjuncti ſunt Martyri Alexandrino etiam hi videntur Alexandriæ hoc ſolum de cauſſa ab aliquibus attributi. Galeſinius* Fortunato & Felici *adjungit* Theonium, *qui ad hos Martyres ſpectat, & Romæ paſſus erudit, quod infra reiicietur. In mſ. parvo S. Maximini ſed antiquo, 27. Februarii memorantur* SS. Felix & Ampliatus, *qui ad hunc diem ſpectant*, & Ampliatus *hiſce annumerandus eſt*, de Felice *ſeorſim agimus*. F

DE S. FORTUNATO ET SOCIIS XXXII. MARTYRIBUS ANTIOCHENIS,

G. H.

Sylloge hiſtorica.

XXVI. FEB. 1 *Quos damus hoc & ſequente titulo antiquos Martyres* S. Fortunatum *ac ſocios, ac* S. Felicem; *eorum non meminere, in exemplis quidem Martyrologiis, Beda, Uſuardus, Rubanus, Ado: alii poſtea eos conjunxerunt, quaſi eſſent paſſi eodem in loco, quem tamen non expreſſerunt. Ita Bellinus, Molanus, Greven in auctariis Uſuardi, uti & hujus nonnulla exemplaria mſſ. ad uſum Eccleſiarum Belgicarum aucta, martyrologium item Coloniæ an.* 1490. *excuſum, mſ. Floriacenſe, Manrolycus, Camſius, quos ſecutus Baronius aſſerit in Notis ad martyrologium Romanum*, eos redditos ex prædictis codicibus manuſcriptis, *atque iiſdem, quibus illi verbis refert*: Item ſanctorum Martyrum Fortunati, Felicis & aliorum viginti ſeptem. *Nulla horum mentio fit in martyrol. mſ. S. Cyriaci, quo plurimum uſus eſt Baronius. Petrus de Natal. eoſdem refert lib. 12. Catalogi cap. 12. num. 77.* & Fortunatum Presbyterum *ſtatuit.*

Ab Martyrii cum S. Felice jungitur apud Petrarchium

2 *In aliis Martyrologiis, iiſque antiquioribus ſeparantur*, & S. Felici *aſſignatur martyrii palæſtra* Alexandria; Fortunato vero *& ſociis* Antiochia. *Qua tamen dubie exprimitur in veteriſſimo Martyrologio Romano, ſive S. Hieronymo, quod a mille prope annis exarmum penes nos eſt. In eo hæc leguntur*: Anthi. Fortunati & aliorum 32. In Alex. Felicis. *In mſ. Richenovienſi etiam admodum antiquo hæc aliqua*

ab eo ſæpe contra in antiquis Martyrol.

Digitized by Google

A *sunt Antiochiæ visi;* *lignum major affulget his verbis*: Antiochiæ, Fortunati & aliorum 35. *Qui tamen ſocii inter alios Martyres notabantur non ſuo loco, ut ſupra monuimus. In martyrologio mſ. Centulenſi, ſive s. Richarii, quod in titulo inſcribitur* ſecundum Bedam per circulum anni, *in quod tamen aliquod mendum incuria amanuenſis irrepſit, ut qui vis facile perſpicies, dum hæc legerit*: *In* civitate Pergen Pamphyliæ Sancti Fortunati Epiſcopi & Martyris, & aliorum 30. duorum. *Quæ ita arbitramur emendanda*. In civitate Pergen Pamphyliæ Sancti Neſtoris Epiſcopi & Martyris, *de quo jam egimus*. *Dein ſupplenda ita reliqua videntur*: Antiochiæ Sancti Fortunati Martyris & aliorum 30. duorum. *Qui tamen* Fortunatus *etiam* Epiſcopus *appellatur in antiquo mſ. Ultrajectino Eccleſiæ s. Mariæ, in quo ita abſque loco & ſociis memoratur*: Item Fortunati Epiſcopi. *In mſ. Colonienſi s. Mariæ ad Gradus iſta habentur*: S. Fortunati Martyris & aliorum 35. *En jam nunc variat in hiſce Martyrologiis ſociorum numerus, 32. aut 35. Placet prior numerus, quod is in martyrol. s. Hieronymi reperiatur, & in Centulenſi exprimatur verbum* duorum: *& ſic error aliorum facilius emendatur, cum ex numero 11. aliquis 5. fecerit, & contra poſteriorus, qui ſocios tradunt 27. ex tertio 10. formaſſe 5. dicendi ſint*.

ſunt 32.

B *perperam, ad Theonem, Romæ deſcripſit*

3 *Guleſimus diverſam a ceteris viam ingreſſus, iſta habet*: Romæ ſanctorum Martyrum Fortunati Presbyteri, Felicis, Theonii & aliorum ſex & viginti. *Annotat deinde ea tradere* ea Martyrol. MS. & Rom. Theonii autem nomen ſe expreſſiſſe ait cod. MS. *Sed qui ad coronam 8. Martyrum ante velorum ſpectat. Quod Romanum allegatur martyrol. eſt Bellini, in quo nulla urbis Romanæ mentio habetur in editione Venetæ anni 1498. & Pariſienſi 1521. Sed Presbyter ex Petro de Natalibus ſtatuitur*.

Quis Fortunatus Hiſpanis adſcribitur?

4 *Haſtenus a* Felice Fortunatum *ſejunximus & hæc illuſtrem paleſtram martyrii aſſignavimus Antiochiam, illi mox daturi Alexandriam. Verum illos eoſdem conjungi debere contendunt Hiſpani apud Jo. Tamajum Salazarium, qui hoc eorum elogio exornat in Martyrologio Hiſpanico ad 26. Februarii*. Uaama-Barcæ in Autrigonibus, SS. Fortunati & Felicis cum 27. ſociis, qui in perſecutione Gallieni Imperatoris vsque pro fide torti, demum ad martyrii lauream agoniſtæ devenerunt intrepidi. *Locum egomet adſtruxi ex Chronico ſub nomine Flavii Lucii Dextri edito, in quo ad an. 268. num. 3. apud Bivarium hæc leguntur*: Uxama-Barcæ in Autrigonibus Hiſpaniæ populis S. Fortunatus inſignis Chriſti Martyr & 28. cum eo. *Quos mox eoſdem credidernnt, qui hoc die in martyrologio Romano legebantur, nullo addito loci aut temporis, quibus paſſi ſunt, documento, quod jam dedimus, & oſtendimus* Fortunatum *ejuſque* 32. *ſocios Antiochiæ paſſos. Fuerunt autem* Autrigones *Hiſpaniæ populi Cantabriæ vicini aut forſan ſubjecti; ubi* Uxama-Barca, *aut* Uaama-Barca, *oppidum fuit Ptolemæo aliiſq; notum: cum aliqui tradunt nunc* Orduniam *celebrem Biſcajæ urbem eſſe, aliqui* Laredum. *Quod hoc facit, ſi aliquis ibi fuerit* Fortunatus Martyr cum 28. ſociis, *alii videntur ub bis, quos retulimus*.

AUCTORE Ge. He. D

5 *In eodem Dextri Chronico ad an. 360. num. 8. iſta leguntur*: Capreæ in Vettonica ſancti Martyres Felix, Fortunatuſque coluntur. *Tamajus Salazar addit in martyrol. Hiſp. hos* Martyres Uxama-Barca ad Caparam urbem delatos, ibidem cultum prometuiſſe egregium, donec urbe everſa, S. Fortunati caput apud Placentiam translatum, *in* hujus Cathedralis Eccleſiæ ſacrario honorifice conditur. *Idem Tamajus in hiſtoria S. Epitacii deſcribit omnes reliquias Eccleſiæ Placentinæ, & pag. 400. aſſerit in* primo ordine Reliquiarii ad partem ſacrarii adſervari capita S. Fortunati Martyris, S. Fridelini Confeſſoris, & alicujus e Thebæis Martyribus cum quatuor partibus reliquiarum ignotarum. *Verum inter tot ſanctos Martyres, quibus* Fortunati *nomen fuit, non conſtat ſacrum illud caput Placentiæ adſervatum eſſe illius* Fortunati, *qui fertur Capreæ celebrem cultum habuiſſe, nec nomen illius, qui ſupra fertur Uxama-Barcæ ſub Gallieno paſſus, multo minus illius* Fortunati, *quem diximus hoc 26. Februarii in antiquis Martyrologiis memorari Antiochiæ pro Chriſto interemptum*.

Caput S. Fortunati Placentiæ

E

Incertum, cujus.

DE S. FELICE MARTYRE
ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

G. H.

XXVI. FEB. *S. Felix Mart. Alexandriæ:* C

QUem titulo præcedenti ſeparavimus S. Felicem *Martyrem a s. Fortunato ejuſq; ſociis, hic faciliori compendio ſeorſim celebramus. De eo iſta in antiquo mſ. martyrologio Romano, quod eſt s. Hieronymi, leguntur*: In Alex. Felicis. *Natherus*: In Alexandria Felicis cum ſociis ſuis. *Sed hi ad aliquam ex præcedentibus claſſibus ſpectans, & varii in diverſis martyrologiis aſſignantur. MS. Latienſe*: In Alexandria natale SS. Felicis & Alexandri. *MS. Tornacenſe s. Martini alterum addit*: In Alexandria natale Sanctorum Felicis, Alexandri, Neſtoris. *Sunt hi duo ex corona S. Martyrum, a quibus martyrologium s. Hieronymi hunc diem auſpicatur. Illi nonus additur S. Felix in mſ. Aquiſgranenſi, & reliquis verba iſta*, in Alexandria *præponuntur, quod omiſſo etiam nomine Felicis, fieri in martyrol. Richenovienſi monuimus, & ſoli* Fortunato *præponitur in mſ. Regino Suecia. In mſſ. Leodienſibus s. Lamberti & s. Laurentii, hæc leguntur*, Ipſo die S. Felicis cum ſociis ſuis: *additur in Bruxellenſi*: viginti & ſeptem, *ſed quos oſtendimus* S. Fortunato *jungi debere*.

F

DE S. DIONYSIO
EPISCOPO AUGUSTANO, MARTYRE,
Commentarius hiſtoricus.

G. H.

AN. CHR. CCCIII. XXVI FEB. *Auguſta Vindelicorum, nunc* Augſpurg.

AUguſta Vindelicorum *inter primas Germaniæ urbes eſt, quam recentiores ſcriptores antumant a Tacito de Germania ſua cap. 41. ſplendidiſſimam Rhetiæ* provinciæ coloniam *appellari. Unam namq; provinciam conſtituebat Rhætia & Vindelicia, cum regiones in formam provinciarum ab Auguſto Imperatore redigerentur. Primus Cubluenſis Epiſcopus in Topographia Sanctorum Chriſti Martyrum, ante annos ducentos compoſita, & poſtea recognita, ac cum Maurolyci martyrologio edita*, Auguſtam civitatem Rhætiæ Vindelicorum *cognominat, & inter Sanctos Auguſtanos conſtituit* Philippum Epiſcopum ſub Antonino Vero Martyrem. *Eumdem Auguſtanis adſcribit Franciſcus Irenicus lib. 11. Germaniæ exegeſeos fol. 201. Verum Auguſtani inter ſuos Sanctos, Apoſtolos, vel Epiſcopos illum non agnoſcunt, quod nullius veteris ſcriptoris teſtimonium proferatur. Et forſan* S. Philippus

non ſoli Epiſc. l. c. Philippus

AUCTORE G. H.

A pus Episcopus *eſt, qui* Gortinæ in Creta temporibus Antonini Veri & L. Aurelii Commodi Eccleſiam cootea furorem Geotilium, & hæreticorum inſidias tutatus, *voluntate S. Apoſtoli. Ita ſcilicet* RETEA *&* CRETA *ob aliquam litterarum convenientiam minus diſtincte: & res nonnulla, quæ in altera exaratam, ad alteram ab imperitis tranſlata. Petrus Equilinus in Catal. lib. 7. c. 28. S. Afram ejuſq; matrem S. Hilariam ſororem S. Dionyſii, ex Rhatia in Cretam inſulam ablegat, his verbis:* Apbra Martye apud Cretam (*lege* Rhætiam) in civitate Auguſtana martyrium paſſa eſt. Hæc cum eſſet pagana & mereteix, matram Hilariam de lenocinio vitam exigentem habebat. Ipſa vero cum tribus ancillis ſuis, videlicet Digna, Eumenia, & Eotropia ſe cunctis petentibus proſtituebat. Sed per prædteattonem Narciſſi Hieroſolymorum Epiſcopi ad Chriſtum converſa, & cum omoi domo & matre baptizata, atque a peccato converſa eſt.

a *Hæc ibi cum altero mendo, quod S. Narciſſus Auguſtanorum Apoſtolus ſtatuatur Epiſcopus Hieroſolymorum, qui paſſim habetur Epiſcopus Gerundenſis in Hiſpania: de quo, & hujus familia baptiſmo in Actis antiquis Converſionis & Paſſionis S. Afræ, Hilariæ & ſociarum Martyrum, ex antiquis mſſ. codicibus a Marco Velſero editis, illa leguntur:* Pee dies autem plurimos docoit eas verbum Dei S. Narciſſus

14 *Nonnulla, quæ tempore ultimi morbi S. Alexandro contigerunt, narrat Sozomenus l.* 2. *c.* 16. *his verbis:* Eodem tempore Alexander Epiſcopus Alexandriæ, cum jam de vita deceſſurus eſſet, ſuum in epiſcopatu ſucceſſorem Athanaſium reliquit, divina quadam impulſione, mea quidem ſententia, ad ei ſuffragandum inductus: ſiquidem ferunt illum, cum conatus eſſet aufugere, invitum ab Alexandro ad epiſcopatum illum capeſſendum compulſum fuiſſe, cujus rei teſtis eſt Apollinarius Syrus, qui ſic ſcribit: Neque poſtea a bello deſtitere impii, ſed uti in lottio adverſus beatum hujus viri magiſtrum arma ſumpſerant, atque iſta non aliter atque filius patri, & advocatus aderat: ita poſt in hunc ipſum, ut primum in epiſcopatum ſucceſſerat, impetum fecere. Qui tametſi F aufugerat, ne in illo gradu locaretur, divinitus tamen denuo repertus eſt: quandoquidem divinis quibuſdam indiciis præſignificatum fuerat beato illi viro, qui epiſcopatum adminiſtraverat, non alium quam hunc ejus ſucceſſorem fore. Nam eum ex hac vita evocaretue, eſſetque jam morti vicinus, Athanaſium, qui neutiquam aderat, nominatim appellat. Atque ubi alter ejuſdem nominis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, reſpondiſſet, obticuit ille, quaſi eum non vocaſſet. Rurſus vocat Athanaſium, & cum hoc ſæpius feciſſet, ille alter Athanaſius, qui aderat, demceps ſilentio uſus eſt: ſiquidem ille, qui aberat, ſignificabatur. Quod etiam Beatus ipſe Alexander more Peopheræ aperte indicavit cum diceret: Athanaſi, putas te poſſe effugere? non tamen effugies. Quibus verbis oſtendit eum ad certamen vocatum eſſe. Hæc de Athanaſio ſcribit Apollinarius.

In ultimo morbo S. Athanaſii jam in Epiſcopatu ſucceſſorem fore prædixit.

15 *Ita Sozomenus, cui de tempore obitus illa ex Theodoreto addimus, qui hb.* 1. *cap.* 26. *ſic ſcribit:* Cum Epiſcopus ille egregius Alexander, qui tam ſtrenue contra Arii blaſphemiam decertaverat, quinque menſes poſt concilium Nicæ celebratum finem vivendi feciſſet; Eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopatum capeſſit Athanaſius, vir a puero divinis & ſacris litteris inſtitutus, & ſingulis ordinum Eccleſiaſticorum muneribus cum ſumma omnium admiratione perfunctus. S. *Athanaſius etiam* in

mortuo eo poſt quinque menſibus poſt ſynodum Nicænam.

Apologia

A *Apologia* 11. *aſſerit poſt damnatam in Synodo Nicæna hæreſim Arianam*, nondum quinque menſes præteriiſſe, cum B. Alexander mortem obiit. *Terminata fuit Synodus* 25. *Auguſti, ſed illi forſan annectitur tempus illud, quod S. Alexander deinde impendis, dum rebus apud Conſtantinum Imperatorem, Legatos Sedis Apoſtolicæ, aliosque Epiſcopos confectis, Nicæa Alexandriam reverſus eſt: quo ſi ſub finem Sept. appulerit, vix quinque menſes ſuperfuere vitæ illius* 20. Feb. *uſque ad* 26. *Febr. quo die eum referunt paſſim Tabulæ Eccleſiaſticæ. Annus is erat* 326.

16 *In Hiſtoria Patriarcharum Alexandria ab Echellenſi edita, de actis ejus & die obitus iſta ſingularia referuntur in Alexandro* 19. *Patriarcha*: Affirmat Athanaſius diſcipulus hujus Patris Patriarchæ, dicens: Pater meus Alexander, quoties Evangelium in ſuo cellu legebat, id ſtans præſtabat, ac lampade accenſa, nec unquam Evangelium ſedens legit: nec fregit unquam jejunium, quamdiu ſol in mundo erat. Obiit autem vigeſima ſecunda Bermudæ die Lunæ. *Incidit porro* 22. *Barmuda in diem* 27. *Aprilis, ac fuit dies Luna dicto anno* 326. *cyclo Solis* 27. *litera Dominicali B. In Calendario ſecundo Ægyptiaco a Seldeno l.* 3. *de Synedriis veterum Hebræorum c.* 15. *edito, atque anno* 1286. *ſcripto, dies* 22. *Barmuda ita annotatur*: Cerceſii .... Patriarchæ. *Quæ autem deſunt, num de* B *S. Alexandro intelligenda ſint, non latet. In priore Calendario Ægyptiaco, auctore Abulaibſane Achmede Calcaſendio, apud eumdem Seldenum ad diem* 9. *menſis Hathor, qui incidit in* 5. *Nov. ſit* Commemoratio trecentorum & octodecim Patrum ſynodi primæ Nicænæ. *Quid ſi illo die a S. Alexandro ad Sedem Epiſcopalem reverſo facta fuerit dicti Concilii apud Alexandrinos ſolennis declaratio, ac poſtea idem Epiſcopus uſque ad Aprilem per quinque menſes &* 20. Feb. *aliquot dies vixerit? In mſ. Calendario Coptico ab Athanaſio Kirchero nobis Romæ tranſmiſſo, 7. die menſis Mechir, ſive Amſchir, refertur* Alexander Patriarcha Alexandrinus. *Quæ verba de S. Alexandro, cujus hic acta retulimus, accipienda viderentur, niſi Vita, quæ Romæ in mſ. Coptico collegii Maronitici Societatis Jeſu exſtat, ageret de alio Alexandrino Patriarcha Jacobitarum, ſive Eutychianorum, qui ad primum diem Febr. in quem convenit* 7. *Mechir, diximus inter Prætermiſſos. Num tamen poſteriores ſchiſmatici in locum priores ac Sancti Alexandri hunc alterum ſua factione intruſerint, defectu aliorum antiquorum monumentorum diſjudicare nequimus.* AUCT. G. H. D

17 *Latini autem, ut ſupra diximus, Eccleſiaſticis Tabulis inſcripſere S. Alexandrum ad hunc* 26. *Febr. quo die antiquum Martyrologium Romanum a Roſweydo editum iſta habet*: Alexandriæ Alexandri glorioſi ſenis Epiſcopi. *Quæ fere eadem leguntur in mſ. Leodienſi S. Lamberti. Mſſ. Trevirenſe*: Alexandriæ, Alexandri glorioſi Epiſcopi, qui Arium Presbyterum ſuum de Eccleſia ejecit, & in Nicæno concilio damnavit. *At Martyrologia Bedæ, Uſuardi, Adonis, Notkeri, Bellini conſentiunt cum Romano his fere verbis*: Alexandriæ S. Alexandri Epiſcopi glorioſi ſenis, qui poſt B. Petrum ejuſdem civitatis Epiſcopum, Arium Presbyterum hæretica impietate depravatum, & divina veritate convictum, de Eccleſia ejecit, ac poſteu inter trecentos decem & octo Patres in Nicæno concilio eumdem damnavit. *Similia leguntur in mſ. Florario, Viola Sanctorum, & quamplurimis mſſ. Eumdem referunt* E *Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Canſius, Ghinius, aliique recentiores: e quibus unius Galeſinii verba adjungo.* Alexandriæ, *inquit*, S. Alexandri Epiſcopi, cujus incredibilis religioſi animi virtus in tuenda fide Catholica, & ſanctitatis ſplendor in omni actione nuaimus eloxit. Ejus memoria in faſtis Latinis.

18 *Seldenus ſupra citatus l.* 3. *c.* 15. *pag.* 344. *& ſeqq. tradit ex Eutychio Patriarcha Alexandrino*, u Cleopatra Regina fuiſſe templum Alexandriæ extructum, ac Saturno dedicatum, ibique Michaelem quemdam u Gentibus cultum. S. Alexandrum vero, Patriarchum factum, idolum confregiſſe, & Crucem ex eo confeciſſe, & nuncupaſſe templum, Eccleſiam S. Michaelis. *Quod retuliſſe ſufficit. Poterit, ubi de cultu S. Michaelis agendum erit, de rei veritate inquiri.* An S. Alexandro ecclesiam S. Michaeli consecrato, sic?

DE S. FAUSTINIANO
EPISCOPO BONONIENSI IN ITALIA,
Commentarius hiſtoricus. G. H.

§. *I. Geſta S. Fauſtiniani. Cultus ſacer.*

C SECULO IV. XXVI. FE. B*aronius ad annum Chr.* 272. *nu.* 22. *aſſerit* nequaquam ſibi perſuaderi poſſe, Bononiam nobiliſſimam Italiæ civitatem, ingenti ſemper populo refertam, tribus ferme ſeculis a Chriſti adventu dilapſis, carniſſe Eccleſia, &, qui ei præficeretur, Epiſcopo. *Certe* primus *cenſetur* S. Zama, *qui a Dionyſio Romano Pontifice* ordinatus, illic Chriſtianam fidem mirifice propagavit: *ut his verbis tradunt tabulæ Martyrologii Romani* 24. *Janu. quo die de eo egimus.* Bononiæ Epiſcopo I. Zama

2 Ea vero mortuo, *inquit Carolus Sigonius l.* 1. *Hiſtoria Bononia*, qui Chriſto dediti erant, Fauſtinianum, mira hominis ſanctitate ulleCti, ſubſtituerunt. Qui ab Epiſcopo Romano confirmatus, dum dat operam, ut, quam plurimos poſſit, ad fidem Chriſti traducat, magnum cum univerſa Chriſtiana plebe detrimentum accepit. Nam Diocletianus, qui anno Chriſti 284. Imperium, ſocio biennio poſt Maximiano ſibi aſſumpto, inierat, Chriſtianis præter modum infenſus, quæſitoribus per omnes civitates dimiſſis, acerbiſſimas de illis quæſtiones habendas imperavit. Ea quibus cum nnos Bononiam veniſſet, templum Chriſtianorum evertit, & diligenti eorum inquiſitione facta præter alios, quos Chriſtum conſtantiſſime profitentes cruciavit, Hermetem, Ageum, Cajum, Agricolam & Vitalem crudeliſſime interfecit.... Atque hæ quidem anno Chriſti 301. acta. Zamæ & Fauſtiniani primorum Epiſcoporum ſepulchrum ad ædem F D. Petri, quæ nunc D. Felicis dicitur, eum litteris id ſignificantibus hodierno eriam die viſitur. Quinquennio intercedo lus clariſſima populo Chriſtiano, varius jam pridem Impeeatorum perſecutionibus conflictato, affulſit. Nam Imperium Conſtaotinus Magnus, præcipuus Chriſtiani nomnis & profeſſor & fautor eacepit.... Hoc aurem tempore cum alii Italiæ populi, tum Bononienſes imprimis ipſo auctore Epiſcopo (is Baſilius fuit a Silveſtro Pontifice datus) non ſolum vetus templum reædificarunt, ſed nova etiam ulia ea ritu Chriſtiuno, quæ paræciæ dicta ſunt, coaſtruaerunt. traditur ſanctiſſima S. Fauſtiniani vita, ſive anno Diocletiani perſecutionis, auctor poſt tem S. Zamam illiusque ſucceſſores;

3 *Hæc in Hiſtoria Bononienſi Sigonius*: *cui aſſentitur Ludovicus Zacconus l.* 2. *Compendii Vitarum St. Italice oditi, addiſque*, S. Fauſtinianum *tempore perſecutionis ſanctis exhortationibus ſuos in fide corroborare, animos etiam ad martyrium ſuſtinendum additis, quorum aliquin nonnulli uxare videbamur, deque palma martyrii relinquenda, & fide Chriſti abneganda cogitare.*

4 *Idem Carolus Sigonius, qui Bononia lingua Latina Profeſſor floruit, ibidem an.* 1586. *edidit quinque l. de Epiſcopis Bononienſibus, ac l. primo cenſet S. Zamam ante annum trecentéſimum & perſecutionem Diocletianam in pace mortuum eſſe, ac deinde vacaſſe Sedem per annos ipſius perſecutionis; qua enarrata agit de S. Fauſtiniano his verbis*: ſive, tam falſo vocante;

AUCT. S. H.

Anno inde tercentesimo duodecimo Conſtantinus Impe-
A rator Maxentio tyranno deleto, Italiam ac Romam in
Paſſus Epiſcopos obtinet. poteſtatem adduxit, ac Chriſtianus effectus, lucem tan-
dem pacis optatiſſimæ attulit. Itaque, ut ſumma erat
pietate ornatus, non ſacras ſolum Deo ædificari baſilicas
juſſit, multiſque ipſe in locis extruxit, ſed magno etiam
in honore ipſos baſilicarum Antiſtites habuit. Quare ut
reliquæ civitates, ſic Bononia quoque ſæva perſecutionis
tempeſtate defuncta, Epiſcopum ſibi aſcivit. Hic vero
S. Fauſtinianus fuit, qui reliquias Chriſtianorum, ſu-
periore Eccleſiæ naufragio diſſipatas, judicatur undique
collegiſſe, ac Conſtantini inſtituto ædificandum baſili-
præditur autem reliquiarum ſanctiſſimarum ſtudioſus & forte Arium damnaſſe Romæ eam præparaſſe. Fieri etiam poteſt, ut idem ſynodo Ro-
manæ inter centum ſexdecim Epiſcopos interfuerit, quos
S. Julius Pontifex ad confirmandum Nicænum Concilium
contra Arium anno tercentesimo tricesimo ſeptimo advo-
cavit. Situs eſt autem in eodem monumento qua Zama;
quod adhuc ad S. Felicem cum hoc titulo viſitur: Hic re-
quieſcunt corpora Zamæ primi Epiſcopi, & Fauſtiniani
ſecundi civitatis Bononiæ. Memoria agitur 3. Kalendas
Februarii.

5 *Hæc Sigonius de Epiſcopis Bononienſibus, & mox S. Baſiliam ſubjungit, Ughellus to. 11. Italia ſacra inter Fauſtinianum ac Baſilium interponit duos Epiſcopos*, Domitianum *ſcilicet & Joannem: ac nihilominus tradit* S. Fauſti-
B num, *ita Fauſtinianum appellat*, eam Eccleſiam reaiſſe
temporibus Conſtantini Magni anno 312. & e vivis exem-
ptum eſſe 30. Januarii. *Cherubinus Ghirardaccius l. 1. Hiſtoria Bononienſis Italice edita* annum mortis S. Fauſtiniani
aſſignat 350. *diem vero* cultus ſacri 29. Januarii: *reliqua fere ex Sigonio de Epiſcopis Bononienſibus deſcribit, addens eam eodem ſe ea referre* ex Vita S. Petronii, quæ eſt
apud monachos S. Stephani, & Fr. Leandro in Hiſtoria
Bononienſi. *Addit autem Ghirardaccius eumdem* S. Fauſti-
nianum *interfuiſſe primo Concilio Generali Nicæa habito,*
& in Concilio Nicæno *& inter trecentos octodecim Epiſcopos Arii hæreſin eandem-
naſſe. Habita ea Synodus anno* 325. *ac deſunt plurima nomina eorum, qui ſubſcripſerant, & maxime Epiſcoporum Eccleſiæ Occidentalis: uti omnium Epiſcoporum, qui ſupra indicata Synode Romana interfuerunt. Utrique Synodo interfuiſſe* S. Fauſtinianum *ſentit Celſus Falconus in Memoriis hiſtoricis Eccleſiæ & Epiſcoporum Bononienſium, ubi virtutes actionesque ejuſdem S. Fauſtiniani pluribus amplifi-*
ea extructa ſuerit ſucceſſu temporis S. Stephani Protomartyris eccleſia S. Petra & Paulo dicata, in quam S. Ambroſius corpora SS. Vitalis & Agricolæ magna cum ſolemnitate tranſtulit, conſtructa traditur a S. Baſilio, ab aliis vero a S. Fau-
C *ſtiniano; a nonnullis ab hoc incepta, ab illa vero perfecta.*

6 *Antonius de Paulo Maſinus in Bononia perluſtrata,*
Colitur 26. Februarii. *celebrari ait 26. Febr. natalem S. Fauſtiniani: quo die de eodem Officium Eccleſiaſticum ritu duplici celebratur: & ex tabulis Eccleſiæ Bononienſis hac in Martyrologio Romano legun-*
tur; Bononiæ S. Fauſtiniani Epiſcopi, qui eam Ec-
cleſiam Diocletiani perſecutione vexatam verbo prædi-
cationis firmavit & auxit. *Refert eumdem hoc die Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, ejuſque acta contraxit ex rela-*
tione Signii de Epiſcopis Bononienſibus, uti etiam Gaſpar Bombacius in Memoriis ſacris urbis Bononienſis, qui etiam ſolemnitatem ejuſdem celebrari 26. Febr. aſſerit, quem etiam diem aſſignat Zacconus.

§. II. *Apparatus prævius Tranſlationis corporum SS. Zamæ & Fauſtiniani.*

7 *Gabriel Paleotus poſtquam Concilio Tridentino in-*
Paleotus Archiep. Bonon. *terfuerat Rotæ Auditor, creatus eſt an.* 1565. *a Pio* V. *S. R. E. Cardinalis, ac deinde a ſucceſſore Pio* V. *Epiſcopus Bononienſis, cujus urbis civis erat. Erecta dein anno* 1582. *in Metropolim Eccleſia Bononienſi primus a Gregorio* XIII. *conſtitutus eſt Archiepiſcopus. Hic inter alia inſignia opera præclare defudavit in Sanctorum Reliquiis a loca*
minus culto aut ornato ad honeſtiorem atque ampliorem de- D
ferendis, idque ſæpe Magiſtratu atque urbe ipſa efflagitante atque impellente, & fere Summo Pontifice prius admo- *tranſfert corpora SS. Zamæ & Fauſtiniani*
nente atque nnnuente. Ejuſmodi quatuor Tranſlationes ſolemniter celebratas profert Archiepiſcopale Bononienſe, anno 1594. *dum adhuc viveret Paleotus, Romæ excuſum; in quo refertur tertia Tranſlatio corporum St. Zamæ & Fauſtiniani, celebrata 4. Maii an.* 1586. *ex qua relatione non-* *an.* 1586.
nulla excerpta hic damus.

8 Jacebant hæc ſacra corpora in marmoreo quodam
veteriſſimo vaſe in cœmeterio eccleſiæ S. Felicis, qui lo-
cus olim ſuburbium erat, ubi & Epiſcopalis eccleſia & *in cœmiterio S. Felicis,*
Epiſcopalis reſidentia habebatur, nunc vero urbi includi-
tur, eſtque monaſterium ſanctimonialium Ordinis S. Cla-
ræ. Solennitas autem ad hoc uſque tempus producta eſt,
tum ut Capella major, quæ in metropolitana eccleſia
ædificabatur, ædificii amplitudine ac magnificentia, illu-
ſtribus picturis & ſtatuis, oculit omnium & admiratio-
nem & oblectationem afferret non exiguam; tum ut Epi-
ſcoporum frequentia, qui ad Concilium provinciale pri- *tempore Concilii provincialis*
mum Bononienſe celebrandum convenirent, dignius age-
retur. *Præterea* Illuſtriſſimus Archiepiſcopus ad hanc
Translationem ſux præſentia honeſtidam invitavit etiam
omnes Epiſcopos cives Bononienſes, his, quæ ſequuntur
litteris, *quæ omnibus & ſingulis communes erant.*

9 Reverendiſſime Domine. Sacra corpora SS. Zamæ E
& Fauſtiniani, primi & ſecundi Epiſcoporum hujus Ec- *invitat hos epiſtola*
cleſiæ Bononienſis, quorum memoria in Martyrologium
Rumanum relata eſt, & apud nos duplici officio quo-
tannis celebratur, hacteuus humiliori loco, prout ſu-
periora ferebant tempora, & minus ornato, quam de-
cet, recondita, ad noſtram metropolitanam baſilicam
transferre, & in majori altari collocare Deo adjuvante
ſtatuimus, die 4. proximi menſis Maii. Cum vero Tranſ- *ad eam celebrandam*
lationes hujuſmodi ſolenni apparatu & frequentia Epi-
ſcoporum ac magno concurſu fidelium celebrari ſoleant;
id quod & ab Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lectione accepimus r
& noſtris quoque temporibus ab Epiſcopis gravisſimis & *Epiſcopos Bononienſes orandos*
religioſiſſimis obſervatum eſſe ſcimus; nos ut muneri no-
ſtro ſatisfacimus, & cœleſtium horum Patronorum me-
ritis pro viribus aliqua ea parte reſpondeamus, Ampli-
tudinem veſtram Reverendiſſimam, ad hanc ſpiritua-
lem triumphum ſua præſentia eaornandum, his no-
ſtris litteris invitare voluimus. Nam cum beatiſſimi hi
noſtri Antiſtites fidei fundamenta in hac urbe primi jece-
rint, & ſalutaribus illam inſtitutis primi amplificarint,
jure ſuo exigere videntur, ut tum ab univerſis civibus
Bononienſibus debitus illis hic Chriſtianæ pietatis honor F
tribuatur; tum vero a nobis Epiſcopis, qui eos in hac
paſtorali adminiſtratione, veluti ſortiſſimos ac ſapientiſ-
mos Duces agnoſcimus, potiſſimum debetur. Quare
hujuſmodi officium, ut patriæ ipſi perhonorificum, &
pietatu Dominationis veſtræ Reverendiſſimæ digniſſi-
mum, nobiſque gratiſſimum ab ea vehementer expo-
ſcimus. Deus illi gratiam ſuam copioſe largiatur. Da-
tum Bononiæ &c.

10 *Nomina Reverendiſſimorum Epiſcoporum, ad quos* *litteræ miſſæ ſunt, ita recenſentur:*

D. Marcus Antonius de Marſiliis Archiepiſc. Salerui- *horum nomina*
tanus.

D. Ludovicus Beutivolus Epiſcopus Tiſerni.

D. Chriſtophorus Boncompagnus Archiepiſcopus Ra-
venuæ.

D. Alexander Muſottus Epiſcopus Imolæ.

D. Joannes Franciſcus Canobius Epiſcopus Forolli-
vienſis.

D. Celſus Paſius Epiſcopus Caſtri.

D. Jacobus Maſinus Epiſcopus Signii.

D. Nicolaus Horatius Epiſcopus Caranzari.

D. Georgius Manginlus Epiſcopus Averſæ.

D. Alexander Coſpus Epiſcopus Vigelienſis.

D. Vin-

A D. Vincentius Torſaninus Epiſcopus Arimini.
D. Julius Cæſar Segnius Epiſcopus Reatinus.
D. Aloyſius Mareſcottus Epiſcopus Strongoli.
D. Sigiſmundus Zannettinus Epiſcopus Firmanus.
D. Joannes Antonius de Graſſis Epiſc. Faventiæ.
D. Vincentius Caſalius Epiſc. Maſſæ & Populoniæ.
D. Angelus Petrutius Epiſcopus Sarſinæ.

Ex his omnibus venerunt Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Sarſinæ, Tiferni, Imolæ, Forolivien. Caſtri, Averſæ, Faventiæ, & Maſſæ. *Præter quos etiam interfuit* D. Jacobus Diedus Epiſcopus Cremæ. *Reliqui* ob itinerum difficultatem & longitudinem cum aliis gravibus impedimentis detenti, humaniſſimis litteris, & pio in ſanctiſſimos Præſules affectu plenis, ſe venire non poſſa reſponderunt.

aliqui abſentes

aliis impedimentis

11 Atque ut dignitati atque ornamento in hac actione fructus etiam ſpiritualis accederet, obtinuit Illuſtriſſimus Archiepiſcopus plenariam indulgentiam a Sixto Papa v. datam die 23. Aprilis anno 1586. Pontificatus anno 5. *ſub hoc exordio*: Exponi nobis feciſti, quod, cum in civitate Bononienſi extra eccleſiam SS. Naboris & Felicis in loco minus decenti & aperto reperiantur corpora SS. Zamæ s. & Fauſtiniani 15. Epiſcoporum Bononiæ, cuperes illa ad locum altaris majoris eccleſiæ 10æ Metropolitanæ Bononiæ, ubi honorificentius euſtodiri poſſint, transferre &c. *Senſus reliqua partis mox proferetur.*

Indulgentiam plenariam dat Sixtus v.

B

12 Appropinquante ipſius Translationis die, ut populus, quid eſſet hæc ſolemnitas, ab ipſo Paſtore intelligeret, atque ad eam celebrandam magis inflammaretur, voluit Illuſtriſſimus Archiepiſcopus litteras, ut vocant, Paſtorales de eadem Translatione, vulgari etiam ſermone tedditas, & a concionatoribus promulgari, & per urbem affigi. *Earum hoc exordium eſt*: Gloriosa corpora Sanctorum inhabitantis Spiritus ſancti domicilia &c. *In quibus antiquo cultu Reliquiarum occaſione harum transferendarum jam dicta, prima Bononienſium ad Chriſtum converſione, & rebus geſtis Ss. Zamæ & Fauſtiniani explicatis, ita populum adhortatur*: In id vero hujus præſertim ſolemnitatis tempore inprimis incumbite, dilectiſſimi, ut ad præſcriptum litterarum Sanctiſſimi Domini Noſtri de plenaria Indulgentia Translationem hanc celebrantibus conceſſa, omnes & ſinguli ſacra Confeſſione & Euchariſtia ante capiati, ad ſupplicationem accedatis, & devotas preces pro Summo Pontifice, pro Chriſtianis Principibus, pro hæreſum extirpatione, pro ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pro civitatis hujus & provinciæ ſalute humiliter effundatis.... Ut autem commigrantibus cæleſtis hus Ducibus noſtris in Metropolitanam baſilicam honorificentior comitatus, cultuſque celebrior adhibeatur, non ſolum provinciæ noſtræ Reverendiſſimos Epiſcopos adeſſe, ſed etiam Reverendiſſimos Epiſcopos, Bononienſes cives, ex ſuis Eccleſiis convocandos curavimus.

Archiepiſcopus in litteris Paſtoralibus

hortatur ſuos ad intrandæ Indulgentiæ

C

13 Quapropter, Deo favente, conſtituimus eum nimirum Eccleſiaſticis gradibus triumphum hunc glorioſiſſimorum Eccleſiæ noſtræ Principum ſolenni apparatu comitari: & idcirco monemus Prælatos, Canonicos, Capitula, Parochos, Clerumque noſtrum univerſum, ut præſtitoto die intereſſint, & lumina accenſa præ ſe ferant, ſuoque omnes & ſinguli loco, ordine & habitu (qui ſacer ſit) incedant, atque Eccleſiaſtico & pio concentu animis in cœlum ſublatis religioſæ Corporum religioſiſſimorum traductioni, operam ſuam ædificationis & revereutiæ plenam exhibeant. Quod idem religionis officium ab omnibus pariter Regularium Ordinibus & familiis in Domino requirimus. Conſraternitatibus quoque ſpiritualibus mandamus, ut luminibus item accenſis & pſallentes, omnemque pietatem præ ſe ferentes, Translationis hujus ſolemnibus cæremoniis ſub ſuis vexillis interſint. Sanctimoniales autem, quæ ſui holocroſtom intra monaſterium claſtra Altiſſimo dediearunt, eum huic celebritati intereſſe nequeant, ſtudioſa monemus, ut interiore mentis ſervore devotiſque illam precibus proſequantur.

præſcribit methodum Translationis ſervandam ab Eccleſiaſticis,

& Regularibus;

14 At vero Illuſtriſſimum Senatum, Magiſtratus, collegia omneſque civitatis ordines ſeculares paterno affectu invitamus, omneſque & ſingulos eorum, or accenſa lumina præferentes, & in ſpiritu humilitatis orantes, ſacram hanc Translationis celebritatem ſua præſentia eaornare velint, vehementer in Domino hortamur & rogamus. A matronis item ſeu maritis familias, devotoque omni civitatis fœmineo ſexu expoſcimus, ut earum ſalutis maxime cupidos ſanctiſſimos iſtos Epiſcopos accenſis pariter luminibus & piis precibus veoereotur & devote ſubſequantur. Ceterum univerſos etiam diœceſis noſtræ populos ad ipſam hanc ſolemnitatem rite celebrandam, beatorumque Antiſtitum ſacra corpora viſitanda, & omni cultu & honore pro viribus afficienda pariter hortamur, ut eo præſertim tempore ſuam erga hos Paſtores ſuos pietatem & gratum animum ex omni parte teſtentur &c.

invitat Senatum & ordines ſeculares,

matronas ad lumina aſſumenda,

& reliquos claſſes ſuos,

15 *Harum litterarum exempla miſſa ſunt ad ſingulos civitatis Parochos, eiſque in adiuncto chirographo mandatum, ut* ipſo Translationis die, planeta decora induti cum face accenſa ad eam accedant, & cum eadem toto proceſſionis itinere procedant, libellumque precum ad id editum habeant, pſalmis illis atque hymnis canendis devoto corde vaceot. *Similiter eadem exempla miſſa ſunt ad omnes & ſingulos Archipreſbyteros & Plebanos diœceſis, totidem ſcilicet, quot parochiæ ſunt, quibus præſunt, aliiſque litteris injunctum*, ut ipſi Plebani & Parochi aliique diœceſis Sacerdotes ſuperpelliceis mundis induti, & lumina in manibus habentes, ad civitatem ſtato tempore convenirent, & huic ſolemnitati, ut par erat, ipſi quoque omnino intereſſent.... *Aliis litteris admoniti ſunt Parochi ſuburbiorum*, ut ipſa cum populo, a prandio tamen, ne nimia frequentia celebritatis ordo perturbaretur, ad viſitandas & veneraodas ſacras Reliquias, proceſſionis modo ſub ſuis quique vexillis devota pergerent.

E

veſtes ſacerdotales præſcribit Paulus v.

& diœceſes,

16 Quia vero maguus eſt monaſteriorum ſive coaventuum, ſocietatum ſpiritualium aliorumque locorum piorum Bononiæ numerus; ideo, ne a multitudine oriretur confuſio, ſequentes tantum invitati fuerunt. Carmelitæ eccleſiæ S. Martini, Servitæ eccleſiæ S. Mariæ ſervorum, Eremitæ S. Auguſtini eccleſiæ S. Jacobi, Minores conventuales eccleſiæ S. Franciſci, Prædicatores eccleſiæ S. Dominici, Montis-Oliveti eccleſiæ S. Michaelis in boſco, Canonici Regulares eccleſiæ S. Salvatoris, Benedictini eccleſiæ S. Proculi, Canonici Lateranenſes eccleſiæ S. Joannis in monte, Canonici Regulares S. Georgii in Alega eccleſiæ S. Georgii. Singuli autem Superiores inſtructione particulari admoniti ſunt, ut Monachi, Fratres & Canonici planetis, dalmaticis & pluvialibus, uluſque quæ habere poſſent pretioſiſſima, induti adveniret, candelabra argentea, thuribula, naviculas ſerrent, faceſque accenſas in manibus geſtarent, muſicæque variis choris triumphum hunc ſanctiſſimum aſſociarent. E ſocietatibus ſpiritualibus laicorum invitatæ ſunt ſocietates, quæ vocantur Vitæ, Burgi S. Petri, Magdalenæ junctо loco quodam pio orphanorum, Angelorum, S. Mariæ Guerinorum, S. Job, S. Franciſci, S. Dominici, S. Bartholomæi cum orphanis & Mortis. Interfuerunt etiam omnes ſcholæ Doctrinæ Chriſtianæ quæ infinitum prope numerum parvulorum canentium devote, & candelas accenſas in manibus habentium amplectebantur.

fugit aliquot Ordinum regulares,

F

& ſocietates laicorum,

& parvulos Doctrinæ Chriſtianæ:

17 Appropinquante ipſo Translationis die novo edicto mandatum eſt omnibus & ſingulis Canonicis & Capitulis Curatis, aliiſque Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis & Clericis, quibuſcumque civitatis, ſeu

mandat ſecundo Capitulis Canonicorum,

Auct. C. M.

seu diœceſis commorantibus Bononiæ, ut præſtituta die, A ſuo ordine & loco ſub ſuis crucibus vel vexillis in habitu ſacro ſolennis hujus Translationis proceſſionem comitentur: videlicet Canonici & Capitula pluvialibus, Manſionarii & Capellani planetis, vel dalmaticis, ſeu tunicellis, Sacerdotes alii planetis, Diaconi, Subdiaconi & Clerici dalmaticis ſeu tunicellis, vel mundis ſuperpelliceis induti, & accenſa luminaria in manibus ferentes. Mandarum inſuper omnibus Eccleſiarum Rectoribus tam regularibus quam ſecularibus, Plebanis aliiſque, quorum eſt eccleſiis civitatis præeſſe; item omnibus & ſingulis ſanctimonialium Superioribus, ut pridie Translationis ſabbato veſperi poſt ſignum Salutationis Angelicæ, cum eccleſiæ Cathedralis campanæ pulſabuntur: & ipſi eccleſiarum ſuarum campanas uno eodemque tempore ſolenniter pulſari faciant: idemque exequantur loco eo tempore, quo ſacra proceſſio habebitur. Peractum denique ab omnibus, ut nocte quæ diem Dominicum præcedet, ex antiquo hujuſmodi ſolennitatum inſtituto luminaria in honorem horum Sanctorum acceſſa in feneſtris exponantur.

pulſari omnes campanas ordin.

& noctu luminaria accendi.

B

§. III. *Geſta in Translatione corporum SS. Zamæ & Fauſtiniani.*

Ornatus ædis Cathedralis,

18 ORnamenta eccleſiæ Metropolitanæ Bononienſis ad hanc ſolennitatem & primam Concilii provincialis celebrationem ſingularia erant pertiſſimorum hominum ingenio exquiſita: ſive altiſſima teſtudo tholuſque ubi capella major erat, ſive altare ipſum, ſive picturæ adſpicerentur. Statuæ Epiſcoporum Bononienſium, qui in numerum Sanctorum relati ſunt, pulchro erant ordine in ipſa eccleſia ſupra fornices collocatæ: parietes & columnæ auro argentoque emicabant. Viarum ornatus erat præclariſſime paratus a nobiliſſimis civibus, qui divitiis pietatem ita conjunxerunt, ut ſi Bononiam uppellare ſolent hoſpitalem homines, multo magis eam fuiſſe viderint, cum ſuos Præſules ſanctiſſimos quodammodo excepit.

& olearum.

Corpora Sanctorum ab Archiepiſcopis ad eorum loca aſſignata ſumuntur,

19 Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, ea ſacrorum antiquorum rituum conſuetudine has ſacras Reliquias tertio recognovit, præſentibus R. P. Magiſtro Joanne Antonio Floriano Inquiſitore, pleriſque ex Magiſtratibus, ſenatu & Collegiis aliiſque a civitate deputatis ſupradictæ Societatis Officialibus, itemque R. D. Sebaſtiano Medices Vicario Generali, R. D. Alphonſo Palæoto Archidiacono Bononienſi. Rev. Canonico Pœnitentiario, Canonico C Theologo, aliiſque Canonicis & Metropolitanæ & Collegiatæ inſignis. Petronii aliiſque Doctoribus medicisque peritis, præſertim vero Arancio & Sacco anatomiſtis excellentiſſimis, & notariis ad id vocatis: eum quibus Illuſtriſſimus Archiepiſcopus acceſſit ad locum, ubi ſanctæ erant reliquiæ. Ingreſſus oratorium, ubi parata erat omnia a Magiſtro cæremoniarum, aliiſque miniſtris, breviter habuit ſermonem de præſtantia horum Sanctorum, atque obligatione, qua tenetur Bononienſis civitas ad eas omni cultu venerandos. Tum una cum miniſtris aliiſque, acceſſis facibus acceſſit ad vas illud, in quo ſacræ reliquiæ aſſervabantur, quo aperto Doctor Arancius, mandante Illuſtriſſimo Domino oſſa omnia publica lege & ſuper altari enumerata, dum notarius ſcribebat, illa compoſuit, quæ in duabus arculis ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo accommodata ſunt, quas ſeta recte firmatas in vaſe illo, ubi prius erant, idem repoſuit, quod calce lateribuſque etiam munitum eſt.

in oratorio compoſita,

20 Eodem modo facta ſunt ſecunda & tertia recognitio, ſed hæc mane ſabbato ipſam Translationem præcedente: quando ex prædictis arculis extractæ in tribus tabernaculis, auro ſericoque ornatiſſimis, quæ ad ea tranſferenda elaboratæ erant, diſtributæ ſunt, ita ut capita in uno tabernaculo ſeparatim aſſervarentur. A prandio D ejuſdem diei una cum Epiſcopis aliiſque ad prædictum Oratorium ſe contulit Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, & tabernacula ab oratorio ad eccleſiam S. Felicis ſolenniter tranſtulit, & ſuper altari collocata, dictis Pontificalibus Veſperis, populo per totam ſequentem noctem ſacra eorpora adoranda reliquit.

tranſferuntur ad eccleſiam S. Felicis

21 Proceſſio habita eſt die Dominica, proſequente inter ceteros Illuſtriſſimo Cardinale Salviato Bononiæ Legato, Magiſtratu ac reliquis ordine ſupra deſcripto, celeberrimo ritu, frequentiſſimoq; populo & mira omnium devotione. Delata ſunt tabernacula ſub tribus umbellis auro contextis, quas Sacerdotes parati manibus geſtabant. Ea vero Illuſtriſſimus Archiepiſcopus aliique Epiſcopi & Canonici vicißim in quibuſdam feretris auratis accommodata ferebant. Omnia concentibus plena erant, atque ut ad Metropolitanam eccleſiam perventum eſt, tormentorum bellicorum fragor, tubarum clangor, otganorum vocumque concentus, omnium animos ad æternæ gloriæ, qua hi Sancti fruuntur, cogitationem accendebant: demum ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo ſuper altari majore repoſita ſunt. Tum Miſſa ab eodem celebrata eſt Pontificali more ſolenniſſima præſente Illuſtriſſimo Legato, Magiſtratu aliiſque: & poſt Evangelium habitus ſermo in honorem ſanctorum Corporum.

Ita Bombace 4. Aſtoli, in proceſſione deſcriptus ad eadem Cathedrales

ſanctus Aliſa, E

ſit cumbus

22 Peracta Miſſa depoſitis indumentis Pontificalibur, poſtquam diſceſſit Illuſtriſſimus Legatus una cum Magiſtratu, Illuſtriſſimus Archiepiſcopus cum Epiſcopis, Prælatis & Canonicis in palatium ſe recepit, in cujus aula menſa lauta inſtructa erat: ibidem duodecim pauperibus, quos & novis veſtibus donaverat, accumbentibus humiliter inſervivit, uſque duodecim erumenas cum eleemoſyna, poſtquam comederunt, diſtribuit & dimiſit.

xlemoſyna diſtribuuntur

23 A prandio præſente item Illuſtriſſimo Legato, Magiſtratibus aliiſque ſolennes Veſperas celebravit & in ſeeris reliquis benedixit populo: tum duæ capſulæ cedrinæ ad id affabre confectæ, & diligentiſſime elaboratæ, ullatæ ſunt: in quarum ſingulis capſula plumbea erat, atque acceniis luminibus a tabernaculis depromptæ ſunt reliquiæ, omnibus illis, qui aliis recognitionibus interfuerunt præſentibus, atque ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo in ipſis capſulis cedrinis compoſitæ, lamina argentea unicuique capſulæ interius affixa. *In altera, quæ erat S. Fauſtiniani ita inſculptum erat.* Hic aſſervatur corpus S. Fauſtiniani Epiſcopi ſecundi Bononiæ, ex æde S. Felicis ſumma celebritate in hanc metropolitanam eccleſiam translatum, a Gabriele Palæoto Archiepiſcopo t. Bononiæ in Concilio primo Provinciali die 4. Maii anno Chriſti 1586. *Inſuper membrana involucro plumbeo circumtecta in ſingulis capſulis repoſita eſt, in qua ita ſcriptum erat*: Corpus S. Fauſtiniani, qui anno Chriſti 372. fuit Bononiæ ſecundus Epiſcopus, in hanc Metropolitanam eccleſiam tranſlatum a Gabriele Card. Palæoto Archiep. t. Bononiæ maxima omnis ordinis, ætatis, ſexus, cum civitatis, tum diœceſis frequentia & religione in Concilio primo Provinciali, die 4. Maii 1586. *Similia de S. Zama leguntur.*

poſt Veſperas ſanctæ Sedis, corpora laudata ſanctiſſimæ ſedis,

cum inſcriptionibus, F

24 Poſtremo operculo plumbeo prius a fabro ferrario diligenter compreſſo, ita ut arcula plumbea neque aperiri neque extrahi poſſit, niſi totum opus diſſolvatur, clauſæ ſunt capſulæ cedrinæ & clavis aptæ firmatæ, & ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo ſub altari majori ſunt repoſitæ: ita ut per feneſtellam cancellis aureis firmatam, lampade argentea intus accenſa a quibuſcumque aſpici poſſint: & in unaquaque capſula legatur exterius nomen majuſculis literis exaratum Sancti, cujus reliquiæ in ea ſunt, hoc eſt: CORPUS S. ZAMÆ PRIMI EPISCOPI BONONIÆ. CORPUS S. FAUSTINIANI SECUNDI EPISCOPI BONONIÆ. Atque ita religioſe aſſervantur & pie colunter ſanctiſſima illa corpora, quorum animæ in cœleſti

diſponuntur ſub majori altari,

titulo apoſitus

partia,

A patria æterna beatitudine perfruuntur. Hæc ſunt, quæ ex *Archiepiſcopali Benevenſi excerpſimus, atque in commodiorem noſtro uſui ordinem deduximus, adjuncto nonnihil a Celſe Falcone, qui l. 6. in Archiepiſcopo Palæto eamdem Tranſlationem deſcribens. De eadem agunt Maſinus ad 24. Jan. & Gaſpar Bombacus ad Viam utriuſque Sanctæ, qui addit* hactenus a populo Bononienſi illos eadem pietate ac veneratione coli, qua Romæ in baſilica Vaticana honorantur ecorpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

& hactenus ibidem honorantur.

AUCT. C. H. D

* Ita olim dicta Bononia.

§. IV. *Hymnus, Antiphona, & Oratio de SS. Zama & Fauſtiniano.*

25 E *Ditus fuit ab Illuſtriſſ. Archiepiſcopo libellus precum, in quo hymni, pſalmi, orationes & preces dicendæ de his Sanctis legantur. Ex his pauca ſubjungimus. Hymnus*

Hymnus.

Salvete ſancti Eccleſiæ
Bononienſis Præſules:
Salvete Patres inclyti,
Et civitatis lumina.
Tu Zama primus arduis
B Chriſto gregem laboribus
Hic comparaſti, & pabulo
Sacri educaſti dogmatis.
Mox late in Orbe ſævit
Extrema perſecutio,
Cum grex tenellus obvius
Fuit luporum faucibus.
Sed pace terris reddita
Fauſtinianus affuit,
Qui diſſipatus undique
Agnos ovili retulit.
Exinde veri numinis
Cultum vigere * Felſina
Vidit, Cruciſque inſignia
Et ſacra templa ſurgere.
Nos ergo veſtra nomina,
Et hæc ſacrata pignora
Laude, ac honore debito
Pie coleutes tollimus.
Dum ſe recens hæc Meteopolis
Ornare tanto munere
Prægethens, eis locum
Honeſtiorem dedicat.
Sic vos, Beati, pergite
Urbem favore proſequi;
Benignus ut hinc omnia
Pericla Chriſtus arceat.
Nos caritatis mutuæ
Paciſque nexu colligat:
Det puritatem cordium,
Det ſanitatem corporum.
Qui mortis atræ vinculis
Virtute fractis propria,
Victor reſurgens impetrat
Cum ſempiterna gloria. Amen.

Antiphona. Laudationem Domini loquatur os noſtrum: benedicat omnis caro nomini ſancto ejus in ſeculum & in ſeculum ſeculi. E *Antiphona*

℣. Decantaverunt, Domine, nomen ſanctum tuum: ℟. Et victricem manum tuam laudaverunt pariter. *Oratio*.

Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui nobis famulis tuis innumera tuæ gratiæ dona largiri non deſinis; quæſumus clementiam tuam: ut, qui Sanctorum Zamæ & Fauſtiniani Confeſſorum tuorum atq; Pontificum vitæ exemplo & prædicatione te verũ Deum agnovimus, amborum meritis per viam ſalutis gradientes, tibi digna inſervire mereamur. Per Dominum noſtrum &c.

DE S. PORPHYRIO

EPISCOPO GAZENSI IN PALÆSTINA,

Commentarius prævius.

§. II.

ANNO CCCC-XXI. XXVI FE. C

1 G*Aza urbs Palæſtinæ olim celebris, in ſortitione filiorum Iſraël tribui Juda, ut Joſue 15. v. 47. legitur, aſſignata cum vicis & villulis ſuis: expugnata dein a Juda cum finibus ſuis, ſed non diu retenta, a Philiſtæis eſt, paullo poſt recuperata, quorum Satrapia minſti verſus Meridiem extrema & Ægypto proxima: cujus portas Sampſon in montem detulit, ſed tandem ibidem captus atque excæcatus, concuſſis fortiter columnis, multis millibus Philiſthæorum ſua ruina oppreſſis occubuit: uti in libro Judic. traditur. Captam eam ab Alexandro Magno fuiſſe referunt infra Acta S. Porphyrii n. 18. confirmant Curtius, Arrianus, Joſeph. ibidem citati, atque everſam volunt: cujus civitatis locum aſſerit S. Hieron. de locis Hebraicis* vix fundamentorum præbere veſtigia; hanc vero, quæ nunc cernitur, in alio loco, pro illa quæ corruit, ædificatam. *In utraque civitate viguit profani idolorum cultus inſania: & quæ ibidem ſub Conſtant. Magno erecta fuerant Chriſtianorum eccleſia, incenſa atq; everſa fuerunt ſub Juliano apoſtata: quando nobile martyrium ibidem ſubierunt* SS. Euſebius, Neſtabus, Zano & Neſtor, *tabulis Eccleſiaſt. 8. Sept. inſcripti. Eo quoque tempore* Gazæi, *ut narrat Theodoret. l. 3. c. 6.* virorum ſacerdotii dignitate exornatorum & feminarum perpetuam virginitatem profeſſarum ventres diſciderunt, hordeo farſerunt, ac porcis eos devorandos objecerunt. *S. Ambroſ. epiſt. 28. ad Magnum Theodoſium horum Gazæorum meminit:* Incenſæ ſunt, *inquit*, baſilicæ Gazis, Aſcalone, Berythi, & illis fere locis omnibus; & vindictam nemo quæſivit.

Gaza, olim Palæſtinæ antique,

Idolatria maxime vigebat,

2 *Theodoſio Arcadii filius ſucceſſit, quando Gazæis ordinatus eſt* S. Porphyrius *Epiſc. quo tempore* erant in civitate Gaza, *uti Actus n. 64. refertur*, publica ſimulacrorum templa octo: nempe Solis, Veneris, Apollinis, Proſerpinæ, Hecates, & quod dicebant Hierion, ſive ſacer dotum templum, & Fortunæ civitatis, quod dicebant Tychæon, & Marnion, quod dicebant Critæ generis Jovis, quod exiſtimabant alle glorioſius omnibus templis, quæ ſunt ubique: *Quæ omnia templa S. Porphyrio everſa, ac Marnion ſuccenſum; cujus unius nomen exprimunt* Menas *his verbis*: Καὶ δὸς τὸν τῶ Μαρνᾶ τεμένη καταλῦσαι, πῦρ ἐπιφέρων ἐκκαῖσαι αὐτό. Templum vero Marnæ cum igni accendiſſe, erexit Eccleſiam &c. *Unus etiam Marnæ meminit Stephanus de Urbibus, de Gaza agens:* Ἔστιν καὶ Κρητικὸν Διὸς παρ' αὐτοῖς ἱερόν, ὃν καὶ ἐμάρνιον ἐπίκλην Μάρνα ἀρχιτεκτήσαντος Κρητὸς. Τὸν γὰρ Δία Κρῆτες προσαγορεύουσιν. Ibidem, Gaza *ſcilicet*, apud eos in honore Jupiter Cretenſis, quem ipſi *Gazæi* nobiſcum agentes Marnam appellant, atque interpretantur Cretagenem *ſive e Creta oriundum*: quam nomenclationem tribuunt Virginibus Cretenſes. *Hinc in Actis*, Marnion, *non* Critæ generis Jovis, *ſed* Cretagenis, *ſive* e Creta oriundi, Jovis *legendum. Idem ergo unaſq; eſt* Jupiter Cretenſis, Jupiter Cretagenes & Maenas. *In thesauro antiquorum Numiſmatum a Jacobo Sirmondo noſtro colle-*

F S. Porphyrius in illo templo Idolorum poſito.

quod præ aliorum Marnion,

Jovis Cretagenis denominatio,

AUCT. G. H.

collectorum unum eſt Titi Imperatoris, in cujus averſa facie hæc verba leguntur: ΖΕΤΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ. Jupiter Cretagenes. *Qui inter ſeptem Plejades ſculptas cum fulmine viſitur. Ita Gazæi infra n.* 19. Marnam *ajunt* eſſe dominum imbrium: Marnam vero dicunt eſſe Jovem, *quem* Τύτιον, Pluvium, *cognominant & venerantur Græci. Et Euripides in Oreſte Jovem dominum Plejadum ſtatuit his verbis*:

---- ἐπτακτῆρι τε
Δεσπόσυνος Πλειάδι ἐς ἕδρ' ἄλλην
Ζεὺς μεταβάλλει.

Et ſeptem Pleiadum curſus in aliam viam Jupiter mutat. *Joan. Triſtan. to.* 2. *Imperator. & aliorum Principum Imperii Romani, numiſma memoratum Titi repræſentat, & commentar.* 15 *n.* 6. *eruditè explicat, ac Gazæ cauſam arbitratur. Quidni in ipſa potius Creta? Sed hæc de Marna, ſeu Jove pluvio a S. Porphyrio Gazæ exturbato ſufficiant.*

3 *Quibus annis vixerit S. Porphyr. ac Gazæis Epiſcop. præfuerit, & tandem ad laborum ſuorum præmium migrarit, hoc fere calc. colligimus. Natus eſt Theſſalonicæ circ. ann. Chr.* 353. *qui annus & proxime ſequentes, ex poſterioribus colliguntur. Abſolutis dein humanæ divinæque ſapientiæ ſtadiis, anno ætatis circ.* 25. *Chr.* 378. *in Scetis Ægyptiacis, quæ tam ſapientibus ſanctiſque viris florebat, habitum anachoreticum accepit: unde poſt quinquennium egreſſus, altero quinquennio prope Jordanem fluv. in eodem habita vixit. Anno ergo ætatis circ.* 35. *exacta, Chr.* 388. *Hieroſolymam profectus eſt, acceptoque vitæ comite Marco diſcipulo, Vitæ ejus ſcriptore, aliquamdiu vixit, uti ille c.* 1. *narrat. Poſtea* annos circiter quadraginta natus, *at n.* 10. *dicitur*, Presbyter ordinatus *circa ann. Chr.* 393. *cui*; triennio ereditur cuſtodia venerandi ligni Crucis. *Scribebat tum S. Hieron. libr. de Scriptorib. Eccleſiaſticis, anno Theodoſii* 14. *quem exprimit c.* 135. *ſive ultimo. Is erat ann. Chr.* 394. *Quo tempore teſtatur cap.* 131. Geleſium Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopum *in vivis egiſſe: qui* fertur, *inquit*, quædam ſcribere, ſed celare. *Hæc ſucceſſit Joanni ſed quo anno ignoratur. Hic S. Porphyrium Ep. conſeceavit, poſt mortem Theodoſii, ſempere Arcadii Imperatoris, uti Baron. advertit ad ann.* 398. *n.* 97 *ſed aliquamdiu ante illum ann. quem aſſignamat Chr.* 395. *eamq; Imperii Arcadii primam numerari alibi oſtendimus. Cum jam Epiſcopus annum ad fidem Chriſti convertiſſet a* 32. *idololatras Gazæos, nec poſſet reliquos ad eamdem fidem perſuadere; Marcum Diac. ordinatum ablegavit Conſtantinopolim a.* 398. *qui ibidem egit cum S. Joan. Chryſoſtomo, tunc Conſtantinopolitanæ Archiepiſcopo, eodem anno, die* 26. *Febr. conſecrato: egit item cum Eutropio Eunuche, adhuc Cubiculario Imperatoris, qui anno ſequente Conſul creatus, & ſecuri percuſſus interiit. Qua n.* 6. *relata evidenter calcal. noſtrum confirmant. Cum nihilominus inſolentia Ethnicorum reprimi non poſſet, S. Porphyrius, aſſumpto Joanne Archiepiſcopo Cæſareenſi itineris ſui comite, Conſtantinopolim menſe Febr. anno* 401. *navigavit: ibidemque fuit, cum Theodoſius junior naſceretur menſe Martio, non Aprili, ut ibidem contra Socratem, Marcellin. & Chronicon Alexandrinum accurate oſtendimus. Domum reverſus templa idolorum dejecit: anno inſequenti donatus ab Imperatrice Eudoxia columnas accepit, ac novam eccleſiam erexit, poſt quinque dein elapſos annos magnifice dedicatam.*

4 *Inter alia evenerilia videtur anno* 415. *Dioſpolitana ſynodo interfuiſſe in qua Pelagius poſt hæreſot in ſpeciem ſatisfactionem abjuratas fideq; profeſſionem emiſſam abſolutus eſt, Catholicaque communione dignatus eſt: quem poſtea dolose egiſſe innotuit. Hinc S. Hieron. epiſt.* 79. *ad Algaſiam & S. Auguſt. ſcribens, hæc de Pelagio teſtatur*: Quidquid in illa miſerabili ſynodo Dioſpolitana dictum eſt ſe denegat, in hoc opere confitetur: *& S. Auguſt. l.* 1. *contra Julianam c.* 5. Epiſcopos illic præſentes enumerat: Habemus, *inquit*, alios Orientales Epiſcopos quatuordecim, Eulogium, Joannem, Ammonium, Porphyrium, Euthonium, Porphyrium, Fidum, Zozimum, Zebennum, Nymphidium, Chromatium, Jovinum, Eleutherium, Clematium, quos uno loco ſimul inventos in iſtum conſeſſum introducere valeamus, illos ipſos qui Pelagio Judices præſedeunt: eumque ut homines nullo ex altera parte urgente adverſario, puranter catholicum, tamquam catholicum pronuntiarunt. *Qua in Notis ad hanc ſynodum etiam referuntur to.* 4. *Concil. editionis regiæ pag.* 355. *atq;* Eulogius, *qui primus ordine recenſetur, dicitur* Metropolitanus Palæſtinæ Epiſcopus Cæſarienſis *ac Joannis, de quo actum, ſucceſſor. Alii fuerunt Epiſcopi ejuſdem Palæſtinæ in qua* 40. *Sedes Epiſcopales numerantur*: *Ex his in eiſdem Notis dicuntur* Joannes Hieroſolymitanus, Eleutherius Sebaſtenus, Euthonius Hierichuntinus, Zebennus Eleutheropolitanus, Jovinus Aſcalonita, *& alter* Porphyrius Gazæus; *addendas & Fidus Joppenſis ex Concilio Epheſino notus.*

5 *Mortuus tandem eſt* S. Porphyrius anno epiſcopatus ab eo geſti vigeſimo quarto, menſe undecimo. *Ita Actus in hac, quibus Menæa addant octo dies. Annus is fuit ex calculo hactenus ſubducto*, quadrigeteſimus viceſimus primus, *quem Gazæi Æra propria appellant* quadringenteſimum octogeſimum: *quam nos epocham alibi obſervatam necdum legimus.* In pace *autem* cum Sanctis dormivit die ſecundo menſis Dyſtri: *qui quamiam ex aliorum computatione reſpondet Martio Romano, inſcripta eſt* 2. *Martii memoriæ illius in Græcor. Menologio a Canſio edito, eodemque aut alibi in Notis Martyrol. Rom. a Baron. citato, his verbis*: S. Porphyrii Epiſcopi Gazæ ex urbe Theſſalonica, Arcadio & Honorio Imperatoribus. Cum cœleſtem in terra vitam duxiſſet, migravit ad Dominum. *Hunc ſi tempus mortis indicetur, deceſſit* Honorio & Theodoſio Juniore *imperantibus: nam hic Arcadio patri anno* 408. *vitæ functo ſucceſſit. Non etiam mortuus eſt S. Porphyrius menſe Martio, ſed Februario. Nam, ut n.* 21. *dicitur*, menſes Gazæorum præcedunt quinque diebus menſes Romanos. *Et* undecimo die Lydenzi, *aliis Audynæi*, peragunt die Theophaniorum Dom. noſtri Jeſu Chriſti: *qui incidit in diem ſextum Jan. iſti menſi correſpondentis. Eodem modo n.* 54. vigeſimus tertius Xanthici menſis apud Gazæos *dicitur eſſe* apud Romanos decimus octavus Aprilis. *Quem etiam modum ſingulos menſes inſpicendi uſurpant Ægyptii, qui* Bermahath, *ſeu* Bermuhath, menſem *appellant, quem Gazæi* Dyſtrum *dicunt, ejuſque initium ducunt a a* 5. *Febr. Romani.*

6 *Hinc ſolennis cultus S. Porphyrii a Græcis annotatur ad diem a* 6. *Feb. in Menæis magnis, in Vitis Sanctorum a Maximo Cythereo editis, in novo Anthologio, in Horol. ac denique Menol. ſeu Calendar. a Genebrardo edito: in quo iſta verba leguntur*: Porphyrius Gazæ Archiepiſc. & Symſi. *Quid illud* Symſi, *alibi non explicatur. Epiſc. alii Græci vocant. Latini Græcos imitati eumdem referunt a* 6. *Feb. Molan. in auctarie Uſuardi*: S. P. Porphyrii Archiepiſcopi Gazæ. *Geleſius.* Gazæ in Palæſtina S. Porphyrii Epiſcopi, qui Eccleſiam Gazenſem magna Chriſtianarum virtutum exercitatione cum circuiret viguiti & quinque annis feliciter geſſiſſet, certamine, quod contra idolorum cultores ab initio ſuſceperat, præclare confecto, vita ſanctiſſime acta, rebuſque plurimis religioſe & mirabiliter geſtis, quievit in Domino. *Martyrol. denique Roman. hoc eum encomio celebrat*: Gazæ in Palæſtina S. Porphyrii Epiſcopi, qui tempore Arcadii Imperatoris, Marnam idolum, ejuſque templum everit, ac multa paſſus quievit in Domino. *Meminit ejuſdem Lezoan in Annalib. Curmelitarum ad a.* 398. *n.* 6.

7 *Vitam S. Porphyrii proximis ab ejus obitu annis ſcripſit Marcus ejus diſcipulus, ab eo Diaconus ordinatus, & familiariſſimum laborum atque itinerum per ultimos triginta aut circiter annos ſocius ac comes. Eſt is diligens & veritatis cultor & illorum temporum gnarus hiſtoricus, vir, inquam, admodum eruditus, pius etiam ac ſanctus, uti ex tota Vita hujus ferme accurate deducta conſpicitur. Eam Vitam*

A B C D E F

AUCT. G. H. — *Vitam ejus ſcripſit Marcus Diaconus, ejus diſcipulus.*

Vitam S. Porphyrii Epiſcopi Gazæi ſcripſit Marcus diſcipulus.

S. Porphyrius an. 401 mortuus.

Ex Actis Martyrol. Rom. a Baron. citato, his verbis.

an. 393. ætatis ſuæ 40. Porphyrius,

an. 396. Ep. Gazenſis.

an. 398. Porphyrius Gazam venit.

an. 401. ſub Conſtantinopoli.

Inſcriptus Martyrol. Græcis.

Ex Menol. Græcis & Latinis.

anno 415. interfuit Dioſpolitanæ Synodo.

Vitam ejus ſcripſit Marcus Diaconus, ejus diſcipulus.

A *tam Latine interpretatus eſt Genianus Hervetus, ediderunt Aloyſius Lipomanus & Laurentius Surius ad hunc 26. Februar. eamdem & nos more noſtro illuſtratam damus. Præfigimus Vitæ epitomen in Menæis Græcorum, quæ etiam apud Cyberæum legitur, & aliquanto contractior in Anthologio nova.*

Vita epitome e Græcor. Menæis

VITÆ EPITOME

Ex Menæis Græcorum.

S. Porphyr. MEmoria S.P.N. Porphyrii Epiſcopi Gazæ, Theſſalonica hic oriundus erat, filius parentum non minus pietate quam divitiis inſtructorum: quibus cum patria relictis, Ægyptum petiit, & Scetes ſolitudinem ingreſſos, anachoreticam vitam amplexus eſt, & poſt annos quinque Hieroſolymam venit, moltoſque piis ſermonibus illuſtravit. Quapropter a Praylio Hieroſolymorum Patriarcha Presbyter ordinatur, & a Joanne Epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ aliiſque Epiſcopis & ipſe Epiſcopus Gazæ conſecratur. Ibi multas miraculorum virtutes edidit, & Chriſtianos quidem in fide confirmavit, & plurimos Gentiles ad Dei notitiam convertit. Cum vero videret a regionis illius Præſidibus fideles magnis affici injuriis, Conſtantinopolim proſectus, S. Joannem Chryſoſtomum acceſſit, & quæ paterentur eidem eaposuit. Hic rem probe intellectam commendavit Amantio Cubicolario, qui ad Eudoxiam Auguſtam retulit. Hæc eum perhumaniter excepit, indicavitque Imperatori Arcadio ejus adventum & oraculum, quo illis hæredem maſculum naſciturum prædixerat. Auguſtus vehementer hoc nuntio recreatus, meritas Deo perſolvit gratias. Poſtea peperit Imperatrix Theodoſium juniorem, eumque a Sancto, quem ad ſe accerſiri curarat, voluit ſacra benedictione donari, atque omnia ſe ex Sancti voluntate peracturam peromiſit. Imperator vero, lectis litteris & cationibus vectigalium initis, ægre tulit, aſſerens non poſſe fieri, ut idololatras perſequeretur, propter multas, quæ ipſi pendebant, tributa. Cui Imperatrix reſpondit: Geave quidem eſt, Domine, quod petivit Epiſcopus, ſed gravius eſt negare. Itaque tandem Imperator annuit petitioni, miſitque Gazam litteris, mandavit impios urbe pelli. Beatus autem Porphyrius ad condendam Eccleſiam ab Imperatrice duo auri centenaria accepit, & ratione ſumptuum ducenta numiſmata. Ac reverſus ad ſuam Eccleſiam, omnia idolorum fana funditus evertit, & hæreticos ejecit. At templum Martis eum igni abſumpſiſſet, novam ædem, prout Eadoxia Imperatrix præſcripſerat, conſtruxit. Cum igitur in Eccleſia ſua, & clarus ſanctitate, & multis patratis miraculis inclytus, vixiſſet annos viginti quatuor, menſes undecim, ac dies octo, ad Dominum migravit.

S. Porphyr. anachoreta,

Sacerdos,

Epiſcopus,

B

ab Imper. Arcadio,

per Eudoxiam ab uxore Theodoſium

Imperatrix additum acutro idololatræ,

templa idolorum ſubverſit

C

eccleſiam ædificat, ſanctæ mo vitur.

VITA

Auctore Marco Diacono, ejus diſcipulo,

Interprete Genniano Hervetio.

PROLOGUS.

1 SAnctorum virorum certamina, & divinum eorum zelum & deſiderium, pulchrum eſt contemplari oculis: dum enim certantur, digna evadunt quæ ameotur. Afferunt autem non mediocrem quoque utilitatem, quæ de iis fiunt narrationes ab iis, qui accurate ſciunt, ſubeuntes animos auditorum. Eſt viſus quidem auditu fidelior: perſuadet vero etiam auditus, ſi a fide dignis dicantur, quæ dicuntur. Atque ſi rerum quidem utilium eſſet ejuſmodi narratio, ut ineam mihi poſſet aut negligentia aut malitia, & non veritati falſum toſereretur; ſupervacaneum eſſet hæc conſcribere, cum ſufficeret veritas ad ædificationem, quæ ſemper per ſucceſſionem inſereretur auribus poſterorum. Sed quoniam corrumpit ac perdit tempus, ſeu per oblivionem, ſeu per malitiam atque negligentiam; neceſſario acceſſi ad hanc præſentem ſcriptionem, ne proteſſu temporis oblivioni maederet hic vir ſanctus, ſanctus, inquam, Porphyrius. Meminiſſe enim rerum recte & ea virtute abeo geſtarum, ſi iis, qui audiunt, opem ferens medicamentum.

AUCT. MARCO DIAC DISCIP.

D *Regeſta Sanctorum ſcripta, poſt mortem illius ſunt.*

2 Eſt vero abſurdum, tragicos poetas & alios ejuſmodi in rebus ridiculis & anilibus fabulis conſumere orationem; nos autem deſpicere ſanctos viros & dignos, qui mandentur memoriæ, tradi oblivioni. Quas non ergo dabo pœnas, ſi non ſcriptis mandem vitam hujus viri pii, vitam, inquam, philoſophiæ magiſtram, ejus qui eſt æmulatus vitam, quæ eſt in cœlo, & qui bella geſſit & decertavit, non ſolum adverſus duces & defenſores infami cultus ſimulacrorum, ſed etiam adverſus univerſum populum, plenum omni inſania? Memineras enim eorum, quæ a beato Apoſtolo dicta ſunt: Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die terribili, & omnibus confectis ſtare. Hac aemarnea indutus, ad certamina deſcendit dictus Apoſtolus. Sed quamvis tales & tantos haberet adverſarios, qui Apoſtolo ſimilem decertationem habuit Porphyrius, ei tamen parem victoriam eſt aſſecutus, & in media Gaza eteait trophæum, nempe in ſancta Chriſti Eccleſia, quæ fuerat abeo condita. Peæbuit autem ei victoriam, non humana natura, ſed mens quæ divinam attrahebat gratiam. Nam cum fuiſſet Chriſti amator ardentiſſimus, omnia pati & facere ſuſtinuit. Quam multos bellorum impetus excepit hic ab adverſariis? Quam multas ſuſtinuit coolpiratioons & ſubſannationes?

S. Porphyrius ſæpe ſola egerit paſſus eſt.

E *Ephel 6 11*

3 Sed quoniam da præclaro viro fieri non poteſt, ut dicamus omnia, quæ ſuni & multa, & multis videntur incredibilia, pauca exponam, quæ memini; cum longo tempore cum eo habitaverim, & ex beata illa & ſtupenda anima diuturnum fructum percepeerim, quæ jam verſatur cum Angelis. Hunc ergo, qui omne geoos virtutis eſt ſortitus, quis non jure laudaverit? Atqua ſcimus quidem, quod hujus viri virtutem aſſequi nulla poſſit uratio: eſt tamen mihi aggrediendum confidenti ejus ſanctis precibus. Conſcribam autem illius laudationem, non magnifica & ſplendida oratione: neque enim verborum facundia ſolet ornare vitam eorum, qui ſont hujuſmodi, ſed virtus ſanctorum, ipſam quoqoa magnificam efficit dictionem. Ego itaque confidens ſanctis dicti Sancti precibus, ad hanc accedo ſcriptionem, per ipſius a Domino Jeſu Cheiſto gratiam petens & upem, ut poſſim qualicunque occaſione narrare ſancti viri virtutem. Peto autem ab iis, qui hæc ſcripta legeot, ne diffidera velint iis, quæ dicontue. Ipſe enim fui ſpectator viri virtutis, ut qui ſimol com eo habitaverim, ſimul navigaverim, & ſimul eum eo ſim afflictus uſqua ad ultimum diem ajus ex hac vita deceſſus. Hinc veru mihi ducatur principium narrationis.

Auctor Plotam ex certa ſcientia & libertate ſcripſit

F

CAPUT I.

S. Porphyrii vita anachoretica, & privata in morbis & peregrinationibus.

4 GAza aſt civitas Palæſtinæ in confinio Ægypti: eſt autem non obſcura, ſed populo frequens & claru civitas. Illo vero tempore io ea viguit hominum

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

num iuſania in colendis idolis. Hujus accepit ſacerdotium, qui a nobis laudatur, Porphyrius: qui patriam quidem habuit cœleſtem Hieruſalem, (nam in eam fuit adſcriptus) terrenam autem Theſſalonicam. Erat veru ei geous inſigne. Divinus tum amor ſubiit relinquendi patriam & ſplendorem generis & opes infinitas, & vitam amplectendi monaſticam. Cumque navigaſſet Theſſalonica, venit in *a* Ægyptum. Recta autem profectus in *b* Sceten: & paucis poſt diebus dignatus veneranda habitu. Et cum illic eſſet verſatus quinque annos cum ſanctis Patribus, alius divinus amor eum ſubiit adorandi ſancta & veneranda Dei loca. Cumque illic fuiſſet & adoraſſet, abiens in partes Jordanis, habitavit in ſpelunca. Cum illic autem eſſet verſatus quinq; annos cum multa afflictione, ea magna ſiccitate & inæqualitate locorum illorum, incidit in magnum morbum. Videns vero ſe adductum in extremum periculum, Dei providentia accerſit quemdam ex ſuis notis, ut eum duceret Hieroſolyma. Morbus autem erat ſcirrus hepatis cum continua febre tenuiſſima. Hoc ergo morbo invaleſcente, & aſſidue pungente inteſtina, & corpore tabeſcente, ipſe non ceſſabat quotidie obire ſancta loca, incurvatus, & non valens recto corpore ingredi, ſed innitens baculo.

A *Noſſitur S. Porphyrius Theſſalonicenſis.*

a

b

monaſterio degit quinque annis in Ægypto.

ſcribam in Paleſtina.

B *agit inter ſcribas literas ſuas a ſancta.*

5 Accidit autem illo tempore, ut ego ex Aſia navigarem ad adorandum loca veneranda. Cumq; in eis eſſem, diu ibi ſum verſatus, me alens operando manibus: callebam enim pulchre ſcribendi artem. Adſpiciens vero Sanctum continenter vadentem ad Chriſti reſurrectionem, & ad alia oratoria, mirabar, quod in tanta corporis imbecillitate, non dubitaret ſe ſic cruciare. Quodam autem die cum ei occurriſſem in gradibus *c* Martyrii, quod fuerat conditum a Conſtantino Imperatore, non valenti progredi accurrens, & ei manum meam porrigens, rogavi ipſum, ut ei inniteretur, & gradus aſcenderet. Ille vero nolebat, dicens: Non eſt juſtum, ut ego, qui vado ad petendam veniam peccatorum, mittat manui alterius. Sed ſine, frater, Deum videre meum laborem, ut ineffabili ſua clementia mei quoque miſereatur. Ibat ergo, & divina audiebat eloquia, Doctoribus aures adhibens, & myſticam menſam ſemper participans: deinde te vertebatur ad ſuum habitaculum: & quamnam quidem vitam ageret, eras manifeſtum. Morbum enim adeo contemnebat, ut exiſtimaret ipſum habere morbum in alieno corpore: Dei enim ſpes ipſum eo levabat.

c

6 Hoc ipſum eum ſolum male habebat & mordebat, quod remanſiſſent ſaculares, & non convenienter ei, quod dicit Evangelium, venditæ eſſent & diſtributæ pauperibus. Cauſſa autem hujus impedimenti fuit, quod eſſem ei fratres pueri, quando exceſſit e patria. Hoc ergo ægre ferens, petit a me, qui jam ei eram familiaris, (ei enim miniſtrabam propter ejus infirmitatem) ut navigarem Theſſalonicam, & dividerem ſacultates eum ſuis fratribus. Et cum dediſſet mihi ſcriptum mandatum, & me Domino commendaſſet, dimiſis præbitis mihi minimis impenſis: neque enim opes ſupperebant. Tunc cum ſtatim veniſſem Aſcalonem, & navem invenimſſem, illinc ſolvi: & cum ſpatio tredecim dierum ſecunda ſuiſſet navigatio, venimus Theſſalonicam: & oſtenſo, quod in ſcriptis habebam, mandato, diviſi bona cum ejus fratribus. Vendidi autem, quæ mihi obtigerant, poſſeſſiones tet mille aureis. Veſtes vero & argentum mecum tuli, & alias mille quadringentos aureos: & eum omnia collegiſſem, poſt tres menſes renavigavi. Cum autem ſpatio duodecim dierum veniſſem in emporium Aſcalonis, & illic jumenta conduxiſſem, & ea oneraſſem, aſcendi in ſanctam civitatem. Cum mu autem adſpexiſſet vir beatiſſimus, me eſt ampleauscum gaudio & lacrymis, (poteſt enim etiam gaudium exprimere lacrymas) ego vero ipſum non cognoſcebam: habebat enim corpus valde honeſtum, & faciem rubicundam: volvebam autem meos

Matth. 19. 21.

C

patrimonii amplioris non miſit Epiſcopum Mareo ob ſtipt.

oculos, frequenter ipſum intuens.

D

7 Ipſe vero eum animadvertiſſet & ſubriſiſſet, placide dixit: Ne mireris frater Marce, me videns ſanum & robuſtum: ſed diſce cauſſam ſanitatis, & tunc admirere Chriſti benignitatem ineffabilem, & quemadmodum, quæ ſunt plane deſperata apud homines, facile poſſunt apud ipſum corrigi. Ego vero rogavi ipſum, ut mihi diceret cauſſam ſanitatis, & quemadmodum talem morbum propulſaverit. Ille autem mihi reſpondit: Quadraginta ab hinc diebus eum ego eſſem in vigilia ſanctæ Dominicæ, me invaſit dolor: quem eum non poſſem ferre, ivi & recubui prope ſanctam Calvariam: & eum præ magno dolore eſſem veluti in ecſtaſi, video Servatorem elavis affixum in cruce, & unum ex latronibus cum ipſo pendeotem in alia cruce, & incipto elamare & dicere vocem latronis: Memento mei Domine, quando veneris in regnum ſuum. Reſpondens autem Servator, dixit latroni pendenti: Deſcende de cruce, & ſerva illum, qui recumbit, quomodo tu quoque ſuiſti ſervatus. Latro vero deſcendens de cruce, me complexus fuit & deoſculatus, & porrecta dextera, me ſecit ſurgere, dicens: Veni ad Servatorem. Et ſtatim ſurrexi, & cucurri ad eum, & video ipſum deſcendiſſe de cruce, & mihi dicere: Accipe hoc lignum, & ſerva. Cumq; accepiſſem & portaſſem hoc pretioſum lignum, ſtatim ad me redii ab eceſtaſi: & ab ea hora nullus dolor mihi fuit amplius, neque apparuit locus morbi.

Luc 23. 40. a Chriſto ei in noſſo apparente.

E

8 Ego autem his auditis valde ſum admiratus, & Deum glorificavi: & decetero ſui in virum magis affectus, & ei inſervii diligentius. Revera enim, cum tenumeraſſem Dei ſervo pecuniam, & cum ei reſtituiſſem quæcumque atteleram, manſi apud eum, ei inſerviens, & fruens ſpiritalibus ejus orationibus. Erat profecto nulli reprehenſioni affinis, mitiſſimus, miſericors, habens etiam facultatem diſcernendi divinam Scripturam, & ea diſſolvens, quæ in ea occurrebant, dubia, ſi ullus alius. Sed neque eaternæ erat doctrinæ ignarus, reſpondens & os obſtruens hominibus infidelibus, & us qui non rectam habent fidem: amator pauperum, miſericors, promptas habens lacrymas; ſenes honorans ut patres, juniores ut fratres, pueros ut filios; moribus & ſermone mitis & humilis, non in ſimulatione verſatis, neque enim erat in eo dolus; muderatiſſimus, adeo ut pervenerit ad perfectam impatibilitatem, ab ira alienus, non memor acceptæ injuriæ, non ſinens ſolem occidere ſuper ſuam iracundiam, mortuas habens omnes animi perturbationes, præter iram, quam movebat adverſus inimicos fidei.

amat doctrinæ & oratorum cœtera propter divina.

F

9 Cum autem accepiſſet a me pecunias, & alia quæ attuli, & vendidiſſes veſtes, & conflaſſet plurimum pecuniæ, reliquam omnem pretioſam ſupellectilem parvo tempore dedit egentibus, non ſolum in ſancta civitate, ſed etiam in aliis civitatibus, vicis & monaſteriis, & maxime iis, quæ erant in Ægypto: erant enim valde egena illic monaſteria. Quin etiam hoſpitibus, qui illic verſabantur, ſuis ſecundus Abraham. Quamobrem breviſſimo tempore diſtribuit omnes ſuas facultates, adeo ut ipſe egeret alimento quotidiano: ſeipſum ergo dedit arti ſutoris cortarii, pelles lavans & conſuens, & in omnibus imitans divinum illum Apoſtolum, qui nolebas panem gratis comedere: & licet poſſet ea alia manuum operatione ſibi victum quærere, in omnibus tamen voluit eſſe imitator illius præclari viri, quem diutius, in afflictionibus, & laboribus, & perſecutionibus, & periculis maris, & gentium inſurrectionibus. Porro autem ego eum rogabam, ut communem vitam mecum ageret: erat enim mihi ex meo vitæ ſtudio victus redundans copia. Ille vero non ſuſtinuit, dicens: Nihil intulimus in mundum, neque poſſumus aliquid efferre. Et rurſus dicebat: Si quis non operatur, nec comedat. Ego autem libere apud

patrimonia ſua relicta ſtaggitur.

arte ſutoria victum ſibi comparat.

1. Tim 6. 7. 2. Theſſ. 3. 10.

cum

A cum eloquens, dicebam: Cur ergo quando eras dives, non operabaris? nec ſinebas ut operarer? Ille autem mihi reſpondit: Quod prius operabar, erat multis partibus majus, quam quod nunc operor. Nam hoc nunc quidem alit unum aut duos, illud autem prius alebat innumerabiles. Non ſolum vero illam alebat multitudinem, ſed etiam ſpiritale alimentum ſuppeditabat meæ animæ.

a *Circa an. 375. cum eſſet ætatis circiter 25. annor.*
b *Moxa, Σαῦνα. Alii* Scethi, Sciti *&* Scitiam, *Ptolemæo*, Scitia.
ca regio *dicitur de qua egimus ad 17. Januar. ad Vitam S. Antonii pag. 108. n. 3. & alibi ſæpius.*
c *Ita a S. Cyrillo Hieroſolymitano Catechef. 14. Μαρτύριον etiam appellatur, quod ſit teſtimonium & fidele monumentum Reſurrectionis Chriſti, ab aliis* baſilica Conſtantiniana *dicitur: de ejus conſtructione egit Euſebius in Vita Conſtantini l. 3. c. 24. & ſeqq. de dedicatione l. 4. c. 40. 43. & ſeqq. De imagine Deiparæ in ea erecta agitur in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, in ſynodo Nicæna 2. act. 4. & a S. Jo. Damaſceno l. 3. de Imaginibus.*

Templum Reſurrectionis.

CAPUT II.

S. Porphyrii ſacerdotium: Epiſcopatus Gazenſis.

B

10 CUm hæc ita ſe haberent, audiſſet autem S. Porphyrii nomen & vitam, qui erat ſanctorum locorum Sacerdos, *a* Praylius, eum accerſiit, & invitum ordinavit Presbyterum. Quin etiam ei credidit cuſtodiam venerandi ligni Crucis. Tunc cognovimus ea illi evenisse, quæ viderat in ecſtaſi, quando ſcilicet vidit Dominum in cruce, & cum eo latronem; Dominum autem dicentem: Accipe & ſerva mihi hoc lignum. Erat vero B. Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus. Hunc autem honorem adeptus, non mutavit mores priores, ſed manſit in illa afflictione exercitationis. Erat vero illi alimentum panis ſordidus & olera, idque poſt occaſum ſolis: alias autem ſanctis diebus hora ſexta comedebat, accipiens oleum & caſeum & madefacta legumina. Sumebat autem etiam unum poculum vini temperati, idque propterea, quod ſe male haberent ejus viſcera. Hanc vivendi rationem & regulam perpetuo ſervavit toto tempore vitæ ſuæ.

a Annos 40. natus ſuſcepto Sacerdotii caſtodia Crucem Chriſti retinuit.

ſumme ab. Materia dediſſe,

11 Tribus autem annis, poſtquam fuerat ordinatus, accidit ut Epiſcopus prædictæ civitatis Gazæ e vita excederet. Is erat Æneas, qui minimo tempore geſſerat Epiſcopatum, ante Æneam autem Iremon, qui ipſe quoque fuit civis Angelicarum poteſtatum, cujus laudes fieri non poteſt ut ſcribantur in digreſſione: ſed opus eſſet opere ſeparato ad hoc, ut conſcriberemus vitam hujus dicti inclyti *b* Iremonis. Alias vero id reliquimus ſcriptoribus, qui ejus vitam ſciunt accurate. Cum dormiſſet ergo prædictus vir ſanctus, congregati, qui tunc erant Chriſtiani, valde pauci numero, cum ſuo clero, & conſultantes palam, cuinam traderent Epiſcopatum, nihil inefficiebant, cum exorta eſſet inter eos contentio, cum alium quidem vellent clerici, alium vero laici: erant enim revera inter clericos quidam vitæ honeſtate ornati. Cum magna ergo eſſet confuſio, & nihil deduceretur ad effectum, tandem viſum eſt, ut quinque clerici & totidem laici viri inſignes irent ad Pontificem *c* Metropolitanum, & peterent ab eo Epiſcopum, quem ei revelaſſet Spiritus ſanctus.

C

b

motivo E. piſc. Gazæ

c

12 Pontificatus autem munus tunc obibat *d* Joannes, qui ipſe quoque erat vir probus & omni virtute ornatus. Cum ergo ad eum acceſſiſſent Gazæi, rogarunt ipſum, ut daret eis Pontificem, potentem opere & ſermone reſiſtere idololatris. Quod cum audiſſet, ſtatim indixit jejunium: & poſt tres dies revelavit ei Dominus de B. Porphyrio: & ſcribit epiſtolam ad S. Praylium Epiſcopum e Hieroſolymorum, cujus fecimus antea

d vocatur Gaſconius

mentionem, ut ad ipſum mitteret B. Porphyrium, propter quamdam Scripturæ quæſtionem, quæ erat ab eo ſolvenda. Erat enim B. Porphyrius idoneus ad ſolvendum, quidquid erat difficile divinæ Scripturæ Spiritus ſancti. Litteris beati Joannis credens pius Praylius, eum dimiſit, jubens ne moraretur illic plus quam ſeptem dies.

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

D

13 Cum autem audiviſſet B. Porphyrius vim eorum, quæ ſcripta fuerant a ſanctiſſimo Joanne, primum quidem fuit conturbatus, poſtea vero dixit: Fiat voluntas Dei. Et cum illa veſpera me accerſiſſet, dicit mihi: Frater Marce, eamus & adoremus ſancta loca & venerandam Crucem. Multum enim eſt præteriturum remporis, donec ſumus ea rurſus adoraturi. Ego autem dixi: Cur ſic dicis, Pater? Ille vero reſpondens, dixit: Præterita nocte vidi Servatorem dicentem mihi: Redde depoſitum, quod apud te depoſui. Volo enim te conjungere uxori, humili quidem & abjectæ, ſed præditæ bonis moribus. Tu autem accipiens, orna eam, ut obliviſcatur prioris ſuæ mendicitatis. Nam etſi eſt abjecta & humilis, non eſt tamen aliena, ſed mea ſoror germana. Tu vero cave, ne habens uxorem & domus curam gerens, ea injuſtitia aut violentia aut iniquitate congreges: nam & me ad iram provocabis, & eam molestia afficies: hæc enim ei quoque diſplicent. Sis vero ſolum bono & prompto animo, & omnia tibi ſuppeditabuntur, unde non expectas. Hæc mihi ſignificavit Dominus Chriſtus nocte præterita, & timeo ne, dum volo expiare mea peccata, capiem etiam peccata aliorum multorum. Sed tamen Dei voluntati non licet repugnare.

revelatum cognoſcit ſibi ſuo Epiſcopo.

E

14 Hæc cum diſſeruſſet, profectuſque eſſet, & ego cum eo: & cum adoraſſemus ſancta loca & venerandam Crucem, iſque multum eſſet precatus & lacrymatus, repoſuit in aurea theca venerandam & vivificam Crucem: & cum eam tuto claſſiſſet, exiit, & vadens ad B. Praylium Epiſcopum, tradidit ei claves: & cum accepiſſet preces, & ab eo fuiſſet Deo commendatus, eſt egreſſus. Cum autem veniſſemus ad noſtrum habitaculum, nos paramus: conductis vero tribus jumentis, & accepto viatico, egreſſi ſumus. Viatica autem erant omnia, quæ domi erant. Eramus vero quinque in via, ipſe Beatus & ego, & duo agaſones, & alius juvenis miniſter, nomine Barochas, quem quidem invenerat paullo ante Beatus abjectum in platea, cum eſſet in extremo periculo, eumque accepit & collegit: & cum multa in eum expendiſſet, Dei auxilio eum ſanum reddidit. Ab illo ergo tempore manebat apud ipſum, ei mecum ſerviens. De pio vero Barocha dicam procedente oratione. Illa autem die iter ingreſſi, ſequenti venimus Cæſaream. Per totam autem civitatem diſperſum fuit, cum advenisse: erat enim Beatus magni nominis, propterea quod amaret pauperes. Profecti vero ſumus ad id, quod erat illic hoſpitium.

Crucem adorata profiſcitur Cæſaream

F

15 Cum autem audiviſſet B. Joannes Archiepiſcop. cur ſu ad nos acceſſit. Cumque ſe invicem ſalutaſſent & precati eſſent, paullulum aſſederunt. Dixit autem ei Archiepiſcopus: Surge frater propter Dominum & veſcere mecum, ut cito ſurgamus ad vigiliam ſanctæ Dominicæ: ingreſſi enim ſumus veſpere ſabbato. Beatus vero Porphyrius rogavit eum, ut ei concederet veſperam propter viæ laborem. Dixit autem ſe poſt primum ſomnum ſurrecturum ad vigiliam. Cum autem non potuiſſet perſuadere Epiſcopo, ſurgens Beatus, cum eo eſt profectus, ut eque accepto. Fratrem enim Barocham dimiſimus in hoſpitio prope veſtes: & ab eo invitati, cœnavimus. Cum multa autem locuti fuiſſemus ſpiritalia, & parum dormiſſemus, ſurreximus ad vigiliam.

excipitur ab Archiepiſc. Joan.

16 Illa vero nocte accerſit B. Joannes Gazæos, & dicit eis: Parati eritis ad exitum, hodie enim accipietis Sacerdotem, virum quem oſtendit Dominus. Cum fuiſſet autem mane, capientes B. Porphyrium, ordina-

ordinatur Gazæus a Epiſcop.

runt

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

runt eum Epiſcopum Gazæ. Multum vero eſt lacrymatus, nec erat ſatietas ulla ejus lacrymarum. Dicebat enim ſe eſſe indignum tali ſacerdotio. Vix tandem aurem, cum Gazæi & qui illic Chriſtiani inventi ſunt, cum conſolati eſſent, quievit. Cum autem feciſſemus ſanctum Dominicæ miniſterium, vurſus invitati ſumus ad veſcendum cum Archiepiſcopo.

57 Juſſit vero nobis quamprimum exire: cumque unum alium illic diem egiſſemus, exivimus: dormivimus autem *f* Dioſpoli, & illinc, cum pernoctaſſemus, ſero veſpere ingreſſi ſumus Gazam valde laſſi & afflicti. Hæc autem fuit cauſſa afflictionis. Prope Gazam pagi ſunt in via, qui ſunt dediti cultui ſimulacrorum. Eorum vero incolæ conſuluo totam viam ſtravuvant ſpinis & vullis, ut non poſſent uliqui traoſire, Effuderont autem cœnum, & uliis male olentibus fumis vaporarunt, ut nos fœtore ſuffocaremur, & veniremus in periculum, ne viſum amitteremus. Vix tandem conſervati, circa huram nuctornam ingreſſi ſumus civitatem. Hæc vero difficultas ac muleſtia Beato accidit ſuggeſtione dæmonis. Sed id non ægre ferebat; exiſtimavit enim diabolum has paraſſe inſidias, quod vuluiſſet juſtum ab ejus ingreſſu avertere.

f profeſſus eſt Gazam,

Idololatræ id fodille impediunt:

B

58 Profecti autem ſumus ad ædes Epiſcopi, quas ædificaverat prius nominatus S. Irenion Epiſcopus, ſimul cum ſancta Eccleſia, quæ vocatur Irenes: eam vero hanc nomen dicunt habere duobus modis. Dicunt enim Gazæi, quando capta fuit civitas ab *g* Alexandro Macedone, quodam ſigno dato illic ceſſaſſe bellum, & ab illo tempore vocari locum Irenem, id eſt, pacem. Hunc locum cum inveniſſet B. Irenion colla Gazæis, in eo conſtruxit Eccleſiam. Si ergo propter ea, quæ prius dicta ſunt, ſive propter nomen conditoris, manſit ſic appellata uſque in hodiernum diem. Illic ergo profecti ſumus ad miniimas ædes epiſcopatus, ab eu ædificatas.

Gaza ad ædificia ſpectantia.

g

a Praylius, *alii* Praulius, & Parabylius, *Theophani* Πραύλιος *qui cum Hieroſolymorum Epiſcopum Hatalo ab anno Theodoſii Junioris* 11. *Chr.* 418. *Quomodo ergo potuerit an.* 395. *ordinare Presbyterum S. Porphyrium, dubitatur. Quod ſi Patriarcha Sparcellus perſuaſerit S. Porphyrio, & pro animi modo Hia exuſantum adegerit, ut ſacros Ordines ſuſciperet, & quamvis a Patriarcha ſit conſecratus, ſi tamen illa actio attribuatur? Quid ſi Praylius fuerit ſanctorum locorum Epiſcopus? (Sacerdos hic dicitur) an Chorepiſcopus? Ita Chorepiſcopum Patriarcha Antiochæni ſet. 5. fuiſſe quemdam Meletium diximus 5. Januarii S. Simeonis Stylitæ pag. 282. n. 11. De Chorep. Orientalium doctæ animadverſiones habet Petav. in Epiphanium de hæreſibus n. 1. Baron. ad an. 398. n. 97. de hac Porphyrii ordinatione egone iſto ſcribit: A Cyrillo (licet etiam Praylius ſcribatur) ejus Eccleſiæ Epiſcopus Sacerdos invitus creatus. Quæ inde margini tertiæ edit. Surianæ ſunt adſcripta. Verum e Baron. locum ſaltem hic corrigendum eſſe: ut a Joanne, quem in S. Cyrillo an. 386 vita ſanctiſſime ante ſtaturas ſucceſſiſſe, diverſum Sacerdotem creatus, quem ſub Arcadio Imperatore aſſerit Epiſcopum ereatum, quod triennio poſt contigit. At conjectura de Chorepiſcopatu Praylij ponitur en hoc loco confirmatur.*

Praylius Epiſc. Hieroſol.

an ante Chorepiſc.

C

b *Colitur S. Irenion* 12. *Decembr. etiam in Martyrol. Romano adſcriptus.*

c *Cæſarea Paleſtinæ ad mare mediterraneum, quæ erat prima Metropolitana, illiqui ſuberat Gazæ.*

d *S. Hieron. de Eccleſ. Scriptor. refert Epiſcopos Cæſareæ* 1. 13. *Eunomum ſub Theodoſio ſeniore paſſum, & Gelaſium ejus ſucceſſorem* c. 1. 30. *Joannes ſucceſſit: poſtquam fuit Eulogius, qui an.* 415. *Dioſpolitanæ ſynodo præſidit.*

Epiſcopi Cæſareæ Paleſtinæ.

e *Hæc vera poſſea videntur per quamdam anticipationem adjecta: ante potius iſta omiſſa, ſanctorum locorum, quæ ſupra habentur.*

f Dioſpoli, *olim* Liddu, *vel* Lyda, *ſepulchro S. Georgij nobilis, ut dictum* 19. *Febr. in Vita S. Theonis pag.* 111. *n.* 13. *& ſeq.*

g Gazam *ab Alexandro Magno captam, verſam; referunt Curt. l.* 4. *Arrianus l.* 3. *Joſephus l.* 11. *Antiq. Judaic. c.* 2. *quod factum tenſet Baronius tom.* 3. *Hiſtor. Eccleſ. antiqui teſtamenti anno mundi* 3702. *ante Chriſtum natum* 331. *Darii Regis Perſarum* 7. *Alexandri* 5.

Gaza ab Alexandro Magno capta.

D

CAPUT III.

Pluvia impetrata precibus S. Porphyrii. Baracha vulnus inflictum.

59 Accidit autem, ut in illo anno eſſet *a* ſiccitas & defectus pluviæ. Cives vero omnes adſcribebant ingreſſui B. Porphyrii, dicentes: Nobis reſponſum dedit Marna, fore ut Porphyrius eſſet noctov malurum civitati. Cum autem pergeret Deus non plucre primo menſe, qui ab eis vocatuv *c* Dios, deiu etiam ſecundu, qui dicitur Epilleos, omues affligebantur. Congregati autem idololatræ in Marnæo multa ſacrificia & multas preces faciebaur ea de cauſſa. Dicebant enim, Marnam eſſe duminum imbrium: Marnam veru dicunt eſſe Jovem. Cum autem perſeveraſſent ſeptem dies, hymnos dicentes, & egredientes extra civitatem in locum, qui vocatur orationis, animum deſpondentes, reverſi ſunt ad ſua upera, nulla re effecta. His ſic factis, congregati Chriſtiani cum viris & fœminis & pueris, numero duceuris & octoginta, rogarunt S. Porphyrium, ut cum eis egrederetur & precaretur, ut dimitteretur pluvia, jam enim erat ſames, eoque magis, quod Beati ingreſſui adſcriberent ſiccitatem.

a *Pluviam idololatræ fruſtra a Marna idolo imprimat.*

b

c

E

60 Perſuaſus autem Sanctus, cum ediviſſet jejunium, juſſit omnes veſpere congregari in ſancta Eccleſia, ut illic vigilias perageremus. Fecimus vero tota nucte triginta preces & totidem genuflexiones, præter choros & lectiones. Cum ſuiſſet autem mane, accepto ſigno veuerandæ Crucis, quod nos præcedebat, egreſſi ſumus cum hymnis ad antiquam Eccleſiam, quæ eſt a parte occidentali civitatis, quam ajunt ædificaſſe ſanctiſſimum & beatiſſimum *d* Aſclepam Epiſcopum, qui multas ſuſtinuit afflictiones pro fide orthodoxa: cujus vita & ſucta ſcripta ſunt in paradiſu deliciarum. Cum ergo ſuiſſemus in dicta Eccleſia, illic quoque ſudimus totidem preces: & illinc egreſſi, ivimus in ſanctum martyrium glorioſi Martyris e Timothei, in qoa repoſitæ ſunt etiam aliæ reliquiæ Mauris Martyris & Thecs, quæ relata eſt in numerum Confeſſorum. Cumque illic feciſſemus totidem preces & genuflexiones, reverſi ſumus in civitarem, factis tribus precibus & tribus genuflexionibus. Cum aotem fuiſſemus circa civitatem, iuveoimus eam clauſam: erat vero hora nona. Idololatræ enim hoc fecerunt, volentes diſſipare populum, ne perficeremns ſupplicationes. Cum autem manſiſſemus duas horas ante portam, & nemo eſſet qui aperiret, videus Deus populi patientiam fleturſque & ineffabiles lacrymas, maxime ſancti viri, motus miſericordia, quomodo tempore magni Eliæ Prophetæ, mover ventum Auſtrum, & nubibus regitur cœlum, & incipiunt fieri fulgora & tonitrua, ſimulque ſol occiduſſet, & decidit multus imber, ut exiſtimetentur non guttæ, ſed grando e cœlo dejci. Nos autem præ magno gaudio propemodum non ſenſimus: eramus enim inclem complexi.

S. Porph. ſolitis jejuniis & vigiliis.

d

ordinat ſupplicationem ad tuta templa,

e

F

impetrat pluviam.

61 Quidam vero Gentiles cum adſpexiſſeot miracula, quæ Deus nobis fecerat, & credidiſſent, nobis portam aperuevunt, & commixti ſunt nobiſcum, clamantes: Chriſtus ſolos Deus: ipſe ſolus vicit. Cunveneruut autem nobiſcum in ſanctam Eccleſiam, & illinc Beatos eos dimiſit in pace, Chriſti ſignatos ſigaculo. Erant vero viri numero centum viginti ſeptem, & fœminæ 35. & infantes 14. ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cum feciſſemus perfectam gratiarum actiooem, receſſimus unuſquiſque domum cum gaudio & pace. Tanta notem pluvia deſcendit illa nocte & altero die, ut omnes timerent, ne domus corvuerent, ex quibus erant plurimæ conſtructæ ex lateribus. Pluit vero Dominus noſter Jeſus Chriſtus aſſi-

convertit 127.

A duc, ab octavo Lydenæi uſque ad decimum, eſt autem apud eos Lydenæus, apud Romanos Januar. Præcedunt autem quinque diebus eorum menſes Romanos. Undecimo vero die peregimus diem *f* Theophanorum Domini Jeſu Chriſti, cum gaudio laudantes & gratias ei agentes propter omnia, quæ nobis fecit ejus benignitas. Acceſſerunt autem gregi Chriſti eodem anno, præter illos 227. alii quoque 105. Alii vero idololatræ non ceſſabant inſidiari Beato & reliquis Chriſtianis. Quando enim ei Præſes obtingebat Gentilis, cum vel pecuniis corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem perſuaſum, inducebant, ut vexaret Chriſtianos: & ab eo tempore B. Porphyrio non levis evenichat afflictio. Aſſidue ergo noctu & diu rogabat benignum & clementem Deum, ut eos ab errore converteret ad ſuam veritatem.

f alias 107. addé anno.

22 Quoniam autem ſuperius memini B. Baroshæ, de ipſo narrabo reliqua. Habebatis zelum divinum, ut ſi quis alius: multa enim gravia ſuſtinuit ab idololatris. Cum enim iviſſet ipſe aliquando in vicum propter *g* eauonem Eccleſiaſticum, non procul a civitate (erat autem is, qui canonem debebat, idololatra) cum ab eo vero canon exigeretur, uſque rem vellet protrahere & differre, & ex eo nacn eſſet inter eos contentio; accerſit impius agricola quoſdam ejus pagi ei ſimiles, & incipiunt verberare clavis B. Barochsm, & portantes eum ſemimortuum, projecerunt extra pagum in ſolitudinem: illic vero jacebat mutus & nullo ſenſu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, tranſit per illum locum Cornelius Diaconus, cum aliis duobus Chriſtianis: & cum inveniſſent pium Barocham, & eum agnoviſſent, importarunt in civitatem.

g Barochas a conſtitis idololatris plagis nudatus

B

23 Cum vero idololatræ eum vidiſſent portari, arbitrati eſſe mortuum, converſi ſunt in *b* furorem, propterea quod exiſtimabant eſse abominandum, mortuum ferre in civitatem: & cum eum vi eripuiſſent ab humeris eorum, qui ipſum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium Diaconum, & duos Chriſtianos: & ligato pede B. Bsrochæ, trahebant eum. Interim autem renunciant quidem fratres beato Epiſcopo. Is vero conturbatus, me accerſit, & alios tres fratres, qui ſuot inventi apud ipſum, & dicit nobis: Confidentes currite, o fratres: eſt enim tempus martyrii. Poſtquam autem pervenimus ad locum, ubi ligarant Beatum, concurrit populus: & alii quidem ſanctiſſimum Epiſcopum afficiebant contumeliis, alii vero videntes ejus tolerantiam, & quod, cum contumeliis afficeretur, non iraſcebatur, ſed rogabat unumquemque dicens, ut ſic probris & contumeliis afficeretur corpus, quod eſt obnoxium iisdem affectionibus; fuot noſtrarum partium, & in ſe invicem converterentur ad plagas uſque. Nos autem cum multam vidiſſemus confuſionem, portantes pium Barochsm, diſceſſimus in ſanctam eccleſiam.

b mortuum auſidius eripitur e Chriſtianorum manibus

C manſuetudinal S. Porphyrii documentum

portantur la templum,

24 Poſtquam vero vidimus eum adhuc ſpirantem, ejus curam geſſimus. Pro eo autem ſundebantur per totum veſperam & noctem intenſæ preces: omnes eum fratres convenerant. Saoctus vero Epiſcopus non ceſſabat lacrymari, & Deum pro ipſo rogare: ſciebat enim qualis eſſet divinus ejus zelus. Cum autem vidiſſet Deus lacrymas ſancti Pontificis & preces populi, (eum enim numerabant ſecundum Phinees ndverſus idololatras) acceleravit ſuam miſericordiam, & illa nocte aperit oculos ejus, & incipit loqui, & petere dari ſibi potum. Ego autem, qui ei aſſidebam, ſtatim cucurri, ut renunciarem beato Epiſcopo: præ magno enim gaudio oblitus ſum dare ei potum, & mihi id accidit, quod ancillæ tempore B. Petri, quando audita ejus voce, præ gaudio non aperuit oſtium: ſed eum dimittens, primum annunciavit us, qui erant domi: tale quid ego quoque ſum paſſus. Cum id autem beatus audiviſſet Epiſcopus, non fuit victus ab animi affectione, ſed perſeverabat in pre-

Act. 12. 14.

cibus. Nos vero cum intelleximus ejus firmitatem & conſtantiam, eum mittentes, receſſimus ego & pius Cornelius Diaconus, aſſidebat enim mecum B. Barochæ. Poſtquam autem impleviſſet preces & omnem conſequentiam ſanctiſſimus Epiſcopus, ipſe quoque nobiſcum ſedens, interrogavit pium Barochsm, quemadmodum id eſſet paſſus ab initio. Ipſe vero narravit nobis omnia.

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

D

25 Dum nos autem conſultaremus quid eſſet faciendum, ſic mane: & ecce Defenſor populi cum Irenarchis, & duobus primoribus, Timotheo & Epiphaneo, & aliis multis, venientes incipiunt clamare & tumultuari, dicentes: Cur imuliſtis mortuum in civitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Interim autem contumelia quoque afficiebam beatum Epiſcopum: Nos vero cum tumultum audiviſſemus, egreſſi ſumus: & cum eos vidiſſeot, cœperunt me verberare, & pium Coroelium Diaconum. Cum autem eos, qui erant ex populo, vocaſſemus in teſtimonium, ſanctiſſimus Epiſcopus os nobis obſtruebat, unumquemque rogans & admoneus, ne iraſcerentur tam incouſiderate. Illi vero impi, quo magis rogabantur, eo magis ſurebant, & virum ſanctum afficiebant contumelia. Cum igitur pergerent tumultuari, confirmatur & corroboratur pius Barochas, & impletur divino zelo, ſurgitque & arripit ſuſtem, & incipit verberare eos, qui incidebat: & eos invadit metus, & incipiuot cadere unus ſuper alium fugientes, eoſque eſt perſecutus uſque ad id, quod tunc erat Marnejum, revertiturque cum magna victoria novus noſter Sampſon, ſtratis ipſe quoque mille alienigenis. Ab illu ergo tempore ipſum timebant idololatræ, & nec ejus quidem nomen audire poterant. Brevi autem poſt tempore dignati ſumus ordine diaconatus ego & pius Barochas: ego quidem plane indignus, qui eum aſſequerer; ille vero meritiſſimo jure id aſſecutus.

Idololatris ab corpus mortui irridi ſimulcontra ſua ipſorum & fugat.

E

Barochas & Marnas confirmantur Deo.

a *Ob himalem ſiccitatem timent Paleſtini & Ægyptii imponendum Heriliatem. Hinc illa bracchia eſt apud Iſajam 32. 20. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immiſtentes pedem bovis & aſini.*

b *De Matna Dea, qui Jupiter eſt, & Marnis egimus ſupra.*

c *Tres primi Gazæorum menſes hic reperiuntur Δῖος, Ἀπελλαῖος, Αὐδυναῖος, Latuus litteris expreſſi, Dius, alius Dius, Epilleus, melior Apellæus, & Lydenæus, forſan legendum Audynæus. Reſpondent menſibus Ægyptiacis Hathur 28. Oſiride, Chiac 27. Mavembr. & Tuba 27. Decembr. De menſe Dyſtro, quo S. Porphyrius obiit, ſupra actum.* Menſes Gazæorum

d *Aſclepas, ſive Aſclepius, ſub Conſtantio Imperat. Sede Gazæa pulſus, Romam ad Julium Papam confugit; qua Sedibus pulſo eodem tempore venerant SS. Athanaſius & Paulus Patriarchæ, Epiſc. Gazæ. ille Alexandrinus, hic Conſtantinopolit. & Epiſcopi Marcellus Ancyranus, & Lucius, ſen Lucianus, Hadrianopolitanus. Ita Socrat. l. 2. hiſt. Eccl. c. 11. Sozom. l. 3. c. 7. Plerique in Sodom ſuam reſtituti, infuſorum Concilio Sardicenſi an. 347. & Aſclepas adverſariorum calumniis perſpicue patefactis eſt innocens declaratus. Theodoret. l. 2. c. 8. Sozom. l. 3. c. 9. & epiſtola Julii Papæ apud Socratem l. 2. c. 18.* Aſclepas Epiſc. Gazæ.

e *Videtur* Timotheus *Diac. in Mauritania ab fidem Chriſti poſt diros cruciatus in ignem vaſpicias indicavi, cui ad 19. Decembr. adjungunturin Martyrol. Rom. SS. Meuris & Thea. Gaze paſſa, quod contextus hujus loci confirmat.* St. Timotheus, Meuris, Thea.

f *Non jam vulgo feſtum Epiphaniæ vocamus, quod celebratur 6. Januar.*

g *Annua penſio indictatur: ita ſenſu ait Accadius Imp.* Perdemus canonem in rectigalibus. *Græce in Menais curiatur.*

h *Confectum Gazæorum in Chriſtianos furorem deſcribit Sozom. l. 5. c. 8. in cade Martyribus illata, & c. 9. & 11. in perſecutione S. Hilarionis: quod aliam in hujus Vita 21. Octobr. obſervavi S. Hieron. Plura de eorum crudelitate ſupra diximus. His majoribus orans hi Gazæi progeniti.* Martyres Gazæi.

A

CAPUT IV.

Edicto Imperatoris templa idolorum clauſa. Puerpera ope S. Porphyrii adjuta. Converſio infidelium.

26 Videns autem ſanctus Pater noſter Porphyrius nefaria, quæ quotidie fiebant ab idololatris, ſtatuit me mittere Byzantium, ut peterem ab Imperatoribus, ut diruerentur templa ſimulacrorum: Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur, quod vocatur Marneium. Et ſcriptis litteris ſanctiſſimum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, cujus laus & gloria memoratur ab omnibus, navigavimus, & ſpatio viginti dierum eo pervenimus: & redditis litteris *a* B. Joanni, ore eum omnia docui. Cum primum autem audiviſſet, id ſignificavit *b* Eutropio Cubiculario, qui tunc erat aſſiduus apud Imperatorem Arcadium. Cumque ei legiſſet epiſtolas beati Epiſcopi, & periiſſet ab eo, ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promiſſis, exiit, & dixit mihi: Quieto animo eſto, o fili. Spero enim in Dominum Chriſtum, quod ſuam, ſicut ſolet, ſit facturus miſericordiam. Ego

a

b

B vero non ceſſabam quotidie eum admonere: ille autem mittebat & inſtabat Eutropio. Septem vero poſt diebus pronunciatur edictum Imperatoris, ut clauderentur ſimulacra Gazæorum civitatis, & ne conſulerentur amplius. Traditur autem hic juſſus in manus cujuſdam Hilarii, hominis *c* ſubadjutæ Magiſtri.

Arcadii Imp. rejiciuntur cura idola ſuppreſſi.

c

27 Ego vero tribus poſt diebus egreſſus ſum Byzantio, & ſpatio decem dierum perveni in civitatem Gazæorum, ſeptem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem ſanctiſſimum Porphyrium ægrotantem. Poſtquam vero ei tradidi reſponſum beatiſſimi Joannis Epiſcopi Conſtantinopolitani, & id legit, lætitia affectus convaluit a febre. Dicebat autem ſe in morbum incidiſſe ex multa afflictione idololatrarum. Septem vero poſt diebus venit dictus Hilarius, habens dum *d* commentarienſes Conſulatus, & multos adjutores ex Azoto & Aſcalone, & omnes miniſtros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, & acceptæ ab eis ſatisfactione, oſtendit eis divinum edictum, quod jubebat, ut claoderentus idolorum templa

d

Hilarii avaritia edictum in ſuum ſenſum.

Gazæ civitatis, & evellis omnibus, quæ erant in eis, ſimulacris, ea clauſit. Marnæ vero ſimulacrum ſivit latenter conſuli, pro eo plurimis acceptis pecuniis. Rurſus autem faciebant, ut ſolebant, idololatræ nefaria.

C 28 Contigit vero aliud fieri miraculum, quod multos provocavit, ut venirent ad cognitionem veritatis. Deus enim, ut qui ſit clemens & miſericors, ſcit per occaſiones convertere genus hominum ad lucem ſuam, quæ mente percipitur. Fuit autem ejuſmodi id quod accidit. Mulier quædam clarum civitate, nomine Ælia, cum eſſet patituta, incidit in magnum periculum. Fuit autem hæc cauſſa periculi. Fœtus ejus non exibat ſecundum naturam, ſed converſus erat ad id, quod eſt præter naturam, & cum unam manum emiſſet, non poterat reliquum corpus educi: erat enim obliquum in utero, nec poterant obſtetrices id deducere ad id, quod eſt ſecundum naturam. Cruciabatur vero mulier dolore ineffabili, fœtum tunc impellentibus ad enixum doloribus. Fuit autem majus dolorum incrementum, cum ſucceſſiſſet primo ſecundus dies, & ſimiliter tertius dies majorem dolorem attuliſſet, quam ſecundus. Creverunt autem dolores uſque ad ſeptem dies, ſempes additamentum malo accipiente. Quinetiam voloeruut medici ejus fœtum exſecare: ſed cum vidiſſent eis virtutem cecidiſſe, omnem ſpem plane abjecerunt. Ejus ergo parenter & maritus ejus Heros, cum eſſent dæmonum dediti ſuperſtitioni, pro ea quotidie faciebant

Puerperæ tum tenero ſe ſatu poſſibilitate.

ſacrificium. Adducebant etiam incantatores & vatet, c- D
ſtimantes ſe ex eis utiliratis aliquid accepturos: ſed
nihil id proderat.

29 Erat autem ei fidelis nutrix, quæ affecta maxima animi ægritudine, pro ea fundebat preces in ædibus oratorii. Quodam ergo die ea in eccleſia orante cum lacrymis, ingreſſus eſt S. Porphyrius eisca horam nonam, & ego quoque cum eo. Vider autem mum triſtem, Deum orantem cum lacrymis, ſtanſque eam rogavit cauſſam. Illa vero cum contemplata, procidit ad ejus pedes, rogans eum, ut pro ipſa rugaret Chriſtum. Poſtquam autem cognovit Sanctus cauſſam a muliere, ipſe quoque eſt lacrymatus: erat enim ſumme miſericors. Dicit vero nutrici: Audio illam domum eſſe deditam cultui ſimulacrorum, & ſervari poſſe difficiliter: ſed tamen Deus poteſt omnia. Etenim per occaſionem ſervat eos, qui erant perituri. Abi ergo, & congrega omnes cognatos, & parentes, & maritum, & dic eis. Quoniam eſt hic optimus medicus, qui poteſt eam curare, ſi efſecerit ut ea evadat hoc periculum, quid ei dabicis? ſunt autem omnino tibi multa pollicituri. Dic vero eis hoc quoque: Si eam curaverit, hoc quoque mihi promittite, quod eum non falletis, nec ibitis ad alium. Facite eos omnes extendere manus ad cœlos, & promit- E
tere eos eſſe facturos omnia, quæ ſunt polliciti. Et quando hæc fecerint, dic parturienti mulieri coram omnibus: Sanat te Jeſus Chriſtus filius Dei vivi, crede in ipſum, & vives.

Porphyrium per nuncios ſe ſuſtinet.

30 Cum autem audiviſſet anus, quod beatus dixerat Epiſcopus, iſque cum Deo commendaſſet, cucurrit domum: & cum invenſſet omnes flentes, & mulierem in extremo periculo, rogavit ejus parentes & maritum, ne angerentur animo. Dixit autem: Me ad vos miſit optimus medicus, ut mihi promittatis, quod ſi curaretur, ipſum non negabitis. Cum vero audiviſſent ejus parentes & maritus, dixerunt: Si voluerit omnes noſtras facultates accipere, non recuſabimus, videamus ſolum vivam noſtram filiam. Dixit autem na-

liberat

trix: Manus veſtras in cœlum extollite, & fidem date vos non eſſe negaturos medicum. Illi vero alacri animo & cum lacrymis manus extenderunt, dicentes: Toto tempore vitæ noſtræ ejus erimus. Quamnam enim conſolationem habituri ſumus, ſi ea decedat? Eſt enim eis unica, ſcitaque & elegans moribus, ſi ulla alia. Cum hoc autem audiviſſet nutrix, magna voce dixit coram omnibus. Dicit magnus Sacerdos Porphyrius: Jeſus Chriſtus filius Dei vivi te curat, crede in eum, & vives. Statim vero mulier cum valde ejulaſſet, edidit fœtum vivum.

invocato Chriſto.

31 Omnes autem, qui illic ſunt inventi, obſtupefacti F
exclamaverunt: Magnus eſt Deus Chriſtianorum: magnus eſt Sacerdos Porphyrius. Die autem ſequenti parentes mulieris, & maritus & cognati & omnes neceſſarii, euntes ad B. Porphyrium, procciderunt ad ejus pedes, petentes Chriſti ſignaculum. Beatus vero eum eos ſignaſſet & feciſſet cathecumenos, dimiſit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent ſanctæ Eccleſiæ: & paullo poſt cum eos catecheſi inſtituiſſet, baptizavit etiam infantem cum muliere. Vocavit autem nomen ejus Porphyrium. Qui fuerunt vero illummati propter occaſionem mulieris, erant numero ſexaginta quatuor.

Ex converſis ad fidem

a *Chryſoſt. qui an. 398. 26. Febr. conſecratus eſt Epiſc. quo etiam anno hyc legatio contigit.*

b *Flavius Eutropius Eunuchus, cum Cubicularius, anno ſequente 399. cum Manlio Theodoro Conſulatum adepius, ſed factione Gayna infignibus exutus, Chalcedone ſecuri percuſſus eſt. Zoſim. l. 5. Socrates l. 6. c. 5. Sozomenus l. 8. c. 7.*

c Subadjutæ, *aut potius* Subadjuvæ, *qui & Adjutores nominantur in Notitia Imperii ſect. 41.* Adjutor, Subadjutus Adjutoris, Subadjuvæ fabricarum diverſarum, *dicuntur eſſe ibi* Subadjuvantes. *Sarcinis an. 1729. num. 102. edidit hominis cordjuturis Magiſtri officiorum: ſed minus recte. Dubamus* Subadjutæ

Digitized by Google

A tur, & Adjutor Magiſtro Officiorum, & Subadjuva Adjutoris, laboris levandi gratia, qui vel valetudine aliave re impediti, vel multitudine negotiorum obrutis opem ferret. Caſſiodorus 6. variarum 7. & L. 3. Cod. de diverſis officiis.

b Inter varia Commentarienſium genera hi videntur Apparitores fuiſſe, qui judici pro tribunali ſedenti ſiſtebant reos, & quibus horum cuſtodia atque exhibitio demandata erat: aut Acta Martyrum iſtantur.

CAPUT V.

Iter Conſtantinopolitanum S. Porphyrii cum Archiepiſcopo Cæſarienſi. Rhodi apud Procopium anachoretam, Conſtantinopoli apud S. Joannem Chryſoſtomum & Amantium Cubicularium Imperatricis geſta.

32 QUo magis autem videbant idololatræ multiplicari Chriſtianos, eo magis efferebantur, & non ſinebant eos obire officia civilia: ſed eis utebantur tamquam malis famoſis. Videns autem rurſus B. Porphyrius magnam injuriam, quæ fiebat Chriſtianis, & non ferens,

B adſpiciens vero probris & contumeliis appetitos, proficiſcitur Cæſaream ad B. Joannem Archiepiſcopum, & rogat eum cum lacrymis, ut præbeat ei quietem. Dicebat enim, ſe non poſſe amplius pati gravia & abſurda, quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Joannes cum audiviſſet, rogabat eum, ut æquo & forti animo pateretur, & retineret Epiſcopatum.

Ob Gazæorum perfidiæ fraſtra ſe Epiſcopatu ſponte abdicare vult.

33 Reſpondens vero ſanctiſſimus Porphyrius, dixit ei: Te atteſtor coram Deo, qui non eſt adſpectabilis, & ſpem noſtram Jeſum Chriſtum, Dominũ omnis rei creatæ, & adorandum & vivificum ſanctum Spiritum, ne

Archiepiſcop. Cæſareenſem frustra ſollicitat ut ſibi comitem det Imperat.

deſpicias meam petitionem, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te, Pater, ut mecum navigues ad urbem regiam, ut rogemus Imperatores, Rege cœleſti annuente, ut evertant templa idolorum. Reſpondens autem B. Joan. dixit ei: Fili, juſta quidem eſt petitio, ſed non eſt aptum tempus, jam enim imminet converſio hiemalis. Reſpondit B. Porphyrius: Si vult nos Deus eſſe & Gazæ populum convertere, poteſt etiam ſervare in hieme. Tu vero, Pater, ejus fidens clementiæ & miſericordiæ, id velis, & iter nobis ſucceſſus feliciter. Dicit ei B. Joannes: Fiat voluntas Chriſti.

34 Poſtquam autem B. Joan. eſt ei polliceitus, ſcribit ad me, ut quamprimum venirem Cæſaream, & afferrem

C mecum tres libros, & quadraginta trea nummos, qui ei reſtabant ea reditu ſanctæ Eccleſiæ. Ego vero acceptis litteris, cum ſumpſiſſem libros & nummos, protinus ſum egreſſus: & cum veniſſem Cæſaream, invent ſanctiſſimos Epiſcopos paratos ad navigandum, & cum poſt duos dies ſolviſſemus, navigamus vicesimo tertio menſis ... *a* & cum Dei benignitate ſuiſſet nobis ſecunda navigatio, ſpatio decem dierum *b* appulimus ad Rhodum inſulam.

Navigant ambo Conſtantinop. a b

Erat autem tunc in inſula, in averſa ejus parte quidam monachus, nomine Procopius, qui nonc eſt relatus in numerum Angelorum. Dormit enim quinque abhinc annis, eum vixiſſet viram nolli culpæ affinem, in jejuniis & vigiliis, & ſumma paupertate. Habebat vero donam quoque propheticæ, & virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem, or dictum eſt, Rhodum appuliſſemus, & audiviſſemus de vita ſancti viri, neceſſarium duximus eum non præterire, ſed ejus angelica frui conſuetudine: & cum rogaviſſemus, ubinam haberet monaſterium, ad eum profecti ſumus, navigantes in cymba: & cum perveniſſemus, pulſavimus oſtium. Statim autem egreſſus, per ſe nobis aperuit, etiamſi haberet apud ſe alium diſcipulum.

ad Rhodi appellunt.

35 Cum autem adſpexiſſet ſanctiſſimos Epiſc. proci-

dens in terram, eos adoravit. Deinde ſurgens, me quoque eſt oſculatus & pium Euſebium Diaconum, quem ſecum ducebat S. Joannes Archiepiſc. & cum nos introduxiſſet in oratorium, retrocеſſit, dans priorem locum beatiſſimis Epiſcopis, dicens: Decet vos Sacerdotes habere priorem locum: me autem humilem & abjectum, & qui ordinationem non ſum aſſecutus, poſteriorem. Tunc cognovimus ſanctiſſimum Procopium eſſe perſpiciendi poteſtate *c* præditum. Cum enim nos omnquam adſpexiſſet, neque de nobis audiviſſet, cognovit per ſpiritum eos eſſe Epiſcopos, beatiſſimos, inquam, Joannem & Porphyrium, & ideo eos affecit honore dicendi preces priori loco. Deinde poſt preces ſedimus & cum eſſet nobis locutus multa animæ utilia, rogavit cauſſam ſuſceptæ itineris moleſtiæ. Beatus vero Porphyrius ei omnia narravit de Gazæis, quantus ſit eorum furor in colendis ſimulacris, & quam multa mala ab eis patiantur Chriſtiani: & quod ea de cauſſa aſcendunt, ut rogent Imperatores, ut evertantur templa idolorum.

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP. D *ſanctum comitatur & Procopium invitat, agnoſcit ſpiritu ſanctiſſimo divino,* c *ſupponat ſeſſum itineris,*

36 Cum autem audiviſſet S. Procopius anachoreta, dixit: Domine Jeſu Chriſte, converte tuos famulos a fraude diabolica ad fidem illuminatam. Deinde dicit ſanctiſſimis Epiſcopis. Ne ſitis anxii animo, o Patres: Deus enim, qui novit zelum veſtræ fidei, iter vobis diri-

E get, & dabit omnia, quæ ſunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita, quæ Deus revelavit meæ humilitati. Primum convenite ſanctiſſimum Epiſcopum Joannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite: & ipſe eſt vobis conſulturus ea, quæ ipſi revelavit Dominus. Non poteſt enim loqui in palatio, quoniam ei iraſcitur Imperatrix Eudoxia. Ipſe ergo vos commendabit Amantio Cubiculario Dominæ, viro pio & qui habet in honore Sacerdotes: ipſe vos introducet ad Imperatricem, & quando ad eam ingreſſi fueritis, voſeſt benigne exceptura. Exponite ergo ei rem univerſam, & jubete eam valere, & exite. In ſecundo autem ad eam ingreſſu, poſtquam vos eam hujus rei admonueritis, dicite ei: Speramus in Chriſtum filium Dei, quod ſi rei præſenti ſtuduerit, eſt ibi daturus filium maſculum. Cum hoc autem audierit, eſt læta futura, eſt enim prægnans, & hic eſt menſis nonus, ex quo concepit: & eſt factura omnia, ut rem vobis reddat effectam Deo annoente.

idoneum modū ſollicitandi negotia,

37 Nos autem cum audiſſemus quod dixerat vir ſanctus, & credidiſſemus iis, quæ fuerat locutus, & ipſe nos Deo commendaſſet, egreſſi ſumos: & ſolventes illo die, navigavimus: & poſt alios decem dies *d* pervenimus Byzantium: & accepto hoſpitio, die ſequenti ivimus ad ſanctiſſimum Archiepiſcopum Joannem. Com vero cognoviſſet quinam eſſemus, nos accepit magno honore & obſervantia. Nos autem rogavit, quaoam de cauſſa hunc viæ laborem ſuſtinuimus, & et narravimus: & cum cognoviſſet, recordatus eſt nos longo ante tempore hoc rogaſſe litteris: & cum me agnoviſſet, benigne eſt complexus. Rogar vero nos, ne angamur animo, ſed ſpem habeamus in Dei miſerteordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non poſſam loqui cum Imperatore, cum enim in me irritavit Imperatrix, quoniam eam reprehendt propter *f* poſſeſſionem, quam eum concupiſſet, eripuit. Et mihi quidem non eſt hoc curæ, quod iraſcantor. Seipſos enim læſerunt, non me. Nam & ſi lædane meum corpus, animæ multo magis proderunt, hoc ramen relinquamus Dei miſericordiæ. De noſtro autem edicto, ſi videatur Domino, cras accerſam Eunuchum Amantiom, qui eſt Eunochus Imperatricis, & multum poteſt apud eam, & eſt vere Dei ſervus, & ei rem exponam, & eſt magnum ſtudium adhibiturus Deo annuente. Nos vero, cum ille ſic nobis promiſiſſet, & nos Deo commendaſſet, ivimus in noſtrum hoſpitium.

pervenient Conſtantinopolim, d F *d*

ſeſe laudant S. Joannem Chryſoſt. f

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

38 Die autem ſequenti, ivimus ad Sanctam, & invenimus apud eum Cubicularium Amantium: rei enim noſtræ curam geſſerat, & eo accerſito, de re noſtra eum docuerat. Poſtquam autem ingreſſi ſumus & cognovit Amantius nos eſſe eos, de quibus cum ipſe fuerat locutus, ſurgens adoravit ſanctiſſimos Epiſcopos, facie inclinata in terram. Illi vero eum cognoviſſent quiſnam eſſet, cum ſunt complexi & oſculati. Porro autem eis quoque juſſit ſanctiſſimus Epiſcopus Joan. ore proprio Cubicularium docere de re ſua. Sanctiſſimus autem Porphyrius ei omnia narravit de idololatris, quemadmodum libere & confidenter faciunt res nefarias: & quemadmodum affligunt & vexant Chriſtianos. Ille vero audiens flevit, & impletur zelo divino, & dicit eis: Ne ſiſtis anxii, Patres. Dominus enim Chriſtus eſt defenſurus ſuam religionem. Orate ergo vos, & ego loquar cum Auguſta, & ſpero in Deum univerſorum, fore ut conſuetam ſuam faciat miſericordiam. Die autem craſtino vos ad eam introducam, & ipſa ora veſtro a vobis docebitur, quæ vultis: invenietis vero eam u me prius inſtructam. Cum hæc autem dixiſſet, nobis valere juſſis receſſit. Nos quoque, eum malta ſpiritalia locuti eſſemus cum ſanctiſſimo Archiepiſcopo Joanne, uſque nos Deo commendaſſat, receſſimus.

a Petirii, *cujus dies 23. apud Gazæos incidit in 17. Febr. uti apud Ægyptios* Barmahath. *Non autem ſubſtituendus Februar. uti ex Baron. ad marginem Syriacæ verſio. factum.*

b *Die 27. Febr.* *c* *Baron. addit* occulta.

d *Die 9. Mart. ac 10. factum colloquium cum S. Chryſoſtomo, die 11. cum Amantio cubiculario.*

e *De zelo S. Chryſoſtomi ut idolo in Phœnicia dejicerentur agit Theodoretus l. 5. Hiſt. Eccl. c. 29.*

f *Intelliguntur agri ſeu vineæ viduæ Theognoſti vi ab Imperatrice ablatæ: de qua re omnia Vita S. Chryſoſtomi ſcripſerunt agunt.*

c

CAPUT VI.

Benigna colloquium S. Porphyrii cum Imperatrice. Nativitas Theodoſii junioris.

a 39 Die vero *a* ſequenti nos accerſit Cubicularius Amantius per duos Decanos, ut iremus in palatium: & ſurgentes, propera ivimus: invenimus autem ipſum nos expectantem, qui accepit duos Epiſc. & nos introduxit ad Auguſtam Eudoxiam. Poſtquam vero eos adſpexit, prior ſalutavit, dicens: Benedicite Patres. Illi autem eam adoraverunt. Sedebat vero ſuper aureum lectum, & dicit eis: Ignoſcite mihi, Sacerdotes Chriſti, propter ventris quæ me premit, neceſſitatem. Debebam enim in veſtibulo occurrere veſtræ ſanctitati: ſed propter Dominum orate pro me, ut quod eſt in utero, in lucem edam eum Dei benignitate. Sanctiſſimi autem Epiſcopi admirati tantam ejus demiſſionem, dixerunt: Qui benedixit uterum Sarræ & Rebeccæ & Eliſabath, benedicat & vivificet id, quod eſt in tuo ventre.

40 Poſtquam vero locuti ſunt alia quoque verba ſpiritalia, dicit: Scio car hanc viæ laborem ſuſceperitis: ea enim prius docuit Amantius Euouchus. Quod ſi nos quoque me vultis docere, jubere Patres. Juſſi autem, docuerunt omnia quæ pertinebant ad idololatras, quemadmodum ſecure faciebant res impias, & quemadmodum ſua potentia opprimebant Chriſtianos, non ſinentes nos obire ullum officium publicum, neque ſua prædia colere, ea quibus vectigalia publica pendunt Imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audiviſſet Impeſatrix, dixit: Ne ſitis anxii, Patres, ſpero enim in Dominum Chriſtum filium Dei, fore ut perſuadeam Impeſatori ea facere, quæ decent veſtram ſanctam fidem, & vos hinc dimittat compotes da fidesii. Abita argo & vos rafiaite, eſtis anim deſatigati, & urate, ut Deus opem ferat meæ petitioni. Cum hæc autem dixiſſet, juſſit afferri pecanias: & cum acceptiſſet circa tres pugillos, dedit ſanctiſſimis Epiſcopis, dicens: Hæc interim accipite ad expenſas. Epiſcopi vero his acceptis, cum multum ei benedixiſſent, exierunt. Euntes autem, magnam pecuniæ partem diſtribaerunt Decanis, qui præeraut portis, adeo ut paucæ apud eos remanerent.

41 Imperatrix vero, cum Imperator aſſet ad eam ingreſſus, docuit eum negotium Epiſcoporum: petit autem, ut evertereotur templa Gazæ. Imperator vero cum audiſſet, ægre tulit, dicens: Sciu illam civitatem eſſe deditam cultui ſimulacrorum, ſed eſt iu nos grato animo in penſitaodis vectigalibus publicis: quæ quidem conſert plurima. Si ergo eorum templa repente diruamus, metu ſe in ſagam conjicient, & perdemus tantum eauonem. Sed ſi viderur, eos particulatim affligamus, idololatris adimentes dignitates, & alia civilia officia, & jubeamus templa eorum claudi, & non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti anguſtias, agnoſcent veritatem. Nam quod eaaperat, ſi idem ſit repentinum, grave eſt iis, qui ſunt ſubjecti. Imperatrix autem cum id audiviſſet, fuit magno dolore affecta: erat enim acris & fervens in fide. Impreatori vero hoc ſolum reſpondit: Dominus eſt opem laturus ſervis ſuis Chriſtianis, ſeu nos velimus, ſeu nolimus. Hæc nobis narravit pius Amantius Cubicularius.

b 42 Die autem *b* ſequenti accerſit ad nos Auguſta, & cum de more prior ſalutaſſet ſanctos Epiſcopos, juſſit eos ſedere. Poſtquam vero locuti aſſaut malta verba ſpiritalia, dicit eis: Locuta ſum cum Imperatore, & aliquantum ægre tulis. Sed ne animo ængamini: Deo enim volente, non ſam aeſſatura, donec vobis ſatisfiat, & egrediamini aſſecati veſtrum, qui eſt ex Deo, ſcopam. Epiſcopi autem his auditis, adoraruns. Stimalatus vero Sanctas noſter Porphyrias, recordatus ejus, quod dixerat beatiſſimus Procopius anachoreta, dixit Imperatrici: Labora propter Chriſtam, & ipſe pro tuo labore tibi eſt daturus filiam, qui vivat & imperabit, ea videure, & eo fruente multos annos. Cum hoc audiviſſet Imperatrix, *c* repleta eſt lætitia, *c* & ruber avaſit ejus vultus, & ei acceſſit major ea, quam habebat, pulchritudo; ea anim quæ apparent, oſtendunt aa quæ lateut.

43 Dicit itaque ſanctiſſimis Epiſcopis: Orate Patres, ut, quomodo dixiſtis, Deo volente, pariamus maſculum: & ſi hoc factum fuerit, palliccor vobis ma factarum omuia, quæ petitis. Quin etiam aliud quoque, quod non petiſtis, ſam factura, Chriſto annuente: ſanctam enim eccleſiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Abite ergo in pace, & quieſcite, aſſidue pro me rogantes, ut cum Dei benignitate pariam: & paullo poſt id implebo. Cum ergo valediciſſent Epiſcopi, & eam Deo commendaſſent, egreſſi ſunt ex palatio. Precabamur autem, ut parerer maſcalum: credebamus anim ai, quod dixerat S. Procopius anachoreta, & ibamus quotidie ad ſanctiſſimum Joannem Archiepiſcopum, & fruebamur ſanctiſſimis ejus eloquiis dulcioribus, ſuper mel & favum. Veniebat vero ad nos Amantius Cubicularias, aliquando quidem ferens reſponſa Imperatricis, aliquando autem etiam, us nos conveniret.

d 44 *d* Paucis autem poſt diebus parit Imperatrix *e* maſculum, & imponanr ei nomen Theodoſium, quod erat nomen ejus avi Theoduſii Hiſpani, qui imperavit ſimul cum *f* Gratiano. Natus vero junior Theodoſius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuiſſet natas, fuit renuntiatus *g* Imperator. Fuit autem magna lætitia in civitate, & fuerunt quidam miſſi per civitates, qui hæc renunciaſſent, dunaque & munasa erogarent. Domina vero

cum

Acum primum peperisset, & surrexisset e cella puerperii, misit ad nos Amantium, dicens nobis per ipsum. Ago Christo gratias, quod per vestras sanctas preces Deus mihi donavit filium. Precemini ergo, Patres, illi vitam, & mihi humili & abjectæ, ut impleam ea, quæ sum vobis pollicita rursus, ipso volente Christo, per sanctas vestras preces.

45 Cum autem impleti essent septem dies a puerperio, eos *b* accersii, & nobis occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinavit vero caput, dicens. Benedicite Patres mihi & filio, quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Iusautem quoque tradidit, ut ipsum signarent. Sancti autem Episcopi & ipsam & infantem signarunt signo Crucis: & cum precati essent, sederunt. Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dicit eis Domina: Scitis Patres, quid de re vestra statui facere? Dominus vero meus Porphyrius respondens, dixit: Quæcumque statuisti, ex Dei statuisti: etenim in hac nocte revelatum fuit meæ humilitati per visionem, me esse Gazæ, & stare in delubro, quod illic vocatur Marmium, & tuam pietatem mihi tradere Evangelium, & dicere: Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inveni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Tu vero, Domina, respondens dixisti: Pax tibi, esto fortis & strenuus. Post hæc autem sum excitatus: & ex hoc persuasum habeo, fore, ut Dei Filius tui animi instituto opem ferat. Die vero nobis, Domina, quid statueris.

46 Imperatria respondens, dixit: Si Christo placuerit, paucis post diebus dignabitur infans sancto baptismate. Ite ergo, & facite supplicationem, & petite in ea, quæcumque vultueritis: & quando egressus fuerit infans ex venetando baptismate, tradite supplicationem ei, qui ipsum portabit: ego autem docebo eum, quid facere oporteat: & spero in Dei Filium, eum rem totam esse dispensaturum e voluntate suæ clementiæ. Nos autem his promissis ab ea acceptis, cum ei & infanti multum benedixissemus, egressi sumus, & euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum everſionem simulscrorum, sed etiam privilegia dari sanctæ Ecclesiæ & Christianis, & præberi reditum: erat enim pauper sancta Ecclesia.

b benedicitur signo Crucis cum more ab Episcopis.

S. Porphyrius revelatur sibi surgere ad Ecclesiam faciens. Matth. 16. 18.

Indicat Eudoxia, quid sibi agendum sit.

a *Die* 12. *Martii*. b *Die* 23. *Martii*.

c *Genuerat Eudoxia Imperatrix hactenus tantum filias, nupta Arcadio Augusto* 5. Kal. Maii Olybrio & Probino Coss. *Indict.* 8. *an.* 395. *Eorum filiarum prima fuit* Flaccilla, *nata* Cæsario & Attico Coss. Indict. 10. *an.* 397. *die* 25. Cal. Julias *Secunda fuit* S. Pulcheria, *nata* 14. Cal. Februar. Theodosio & Eutropio Eunucho Coss. Indict. 12. *an.* 399 *Tertia autem filia* Arcadia, *nata* 5. Idus Januar. Indict. 13. Stilichone & Aureliano Coss. *an.* 400. *Quibus successit quarta proles masculi*, Theodosius junior *an.* 401. *Quo dein* Theodosio juniore & Himeride Coss. *nata* 4. Idus Februarii Marina, *quarta filia an.* 403. *Quæ omnia referuntur in chronico Alexandrino & in chronico Marcellini. Colitur* S. Pulcheria *Imperatrix* 10. *Sept.*

d *Unum hi pauci dies numerasi forent? An decem dandi? quibus cum Amantio potissimum actum? Si pauciores dies accipi possint, tum etiam natus est Theodosius.*

Theodosius Junior, quo mense & die natus?

e *Natus videtur Theodosius* 23. Martii, *sive* 10. Kal. April. *evenit sabbatum ante Dominicam* 4. *Quadragesimæ, Lætare modo appellatam. Socrates l.* 6. *c.* 8. *omissa voce* Kalendas, *scribit* decima Aprilis *natum.* Τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς. *Socratem descripsit auctor Chronici Alexandrini, in quo dicitur natus* τῷ ιδ΄ τοῦ Ἀπριλλίου. 4. Idus April. *vadebat is tunc in Feriam 4. hebdomadæ sanctæ ante festum Paschæ. Marcellinus in Chronico natum ait* 3. Idus Aprilis, *ergo feria quinta in Cœna Domini. Quæ ea sequentibus refutantur.*

f *Fuit Theodosius Magnus a Gratiano Imperator declaratus anno* 379. *mortuus an.* 395. *sua annis ante hujus Theodosii nativitatem.*

g *Id est, acclamatum Imperator ac purpura vestitus. Solennis inauguratio, si Chronico Alexandrino fidendum, facta est ad Hebdomam anno sequenti* 4. *Idus Januar. Indict.* 4.

h *Die* 30 *Martii, pridie Dominicæ Passionis.*

CAPUT VII.

Baptismus Theodosii junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata S. Porphyrio munera.

47 Cum autem dies præteriissent, venit *a* dies, in quo erat illuminandus novus Imperator Theodosius: erat vero coronata & ornata universa civitas holoserico & auro, & omni ornamento, adeo ut non posset quispiam explicare ornatum civitatis. Quinetiam *b* fluctuantem habitatorum multitudinem licebat intueri variatam multiplici & diverso genere vestium. Non est autem mearum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum, qui sunt in dicendo exercitati: ego vero transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato juniori Theodosio, & ab ecclesia egresso in palatium, licebat rursus intueri virtutem eorum, qui præerant multitudini, & vestem eorum refulgentem: erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse uve repleta. Præcedebant autem Patricii, Illustres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, ut putarentur astra cerni in terra. Erat vero prope infantem, qui portabatur, ipse quoque Imperator Arcadius, vultum habens hilarem & nitidum magis quam ea, quam gestabat, purpura. Vous autem ex Proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos vero admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis S. Porphyrius: Si ea, quæ paullo post evanescunt, tantam habent gloriam; quanto magis cœlestia, quæ sunt parata Sanctis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt? Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

a

Theodosius baptizatur solenni pompa. b

præcedentibus candidatis præcedentibus cereis;

48 Postquam vero fuit egressus a baptismate, exclamavimus dicentes: Rogamus tuam pietatem, chartam quoque porrigentes. Cum autem adspexisset is, qui gestabat puerum, & cognoscebat rem nostram (eam enim prius didicerat a Domina) jussit chartam ei accipi: & cum accepisset, constitit. Jussit autem fieri silentium, & cum solvisset, legit pactum: & cum involvisset, subjecit manum capiti infantis: & cum id inclinasset, clamavit coram omnibus: Jussit ejus potentia ea fieri, quæ sunt in supplicatione. Omnes autem cum adspexissent, sunt admirati: & adorabant Imperatorem, cum beatum pronunciantes, quod dignus esset habitus, qui videret in vita filium imperantem: exultabat autem audiens. Imperatrici quoque Eudosiæ fuit annunciatum, quod factum fuerat propter suum filium. Lætata est autem, & genibus flexis Deo egit gratias.

Episcopi efferunt libellum supplicem Theodosio infanti.

49 Ingresso vero infante in palatium, eioccurrit Domina, & eum accepit & osculata est: & eum portans, ipsum quoque salutavit, Imperatorem, dicens: Beatus es, Domine, propter ea, quæ viderunt oculi tui in vita tua, & Imperator lætabatur audiens. Cum autem Imperatria eum vidisset hilarem, dixit: Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio: ut omnino fiant, quæ in ea continentur. Imperator vero jussit legi chartam: & postquam lecta fuit, dixit: Gravis quidem est petitio, sed gravior est recusatio, quoniam hæc est prima jussio nostri filii. Dicit autem ei Domina: Non solum prima jussio, sed etiam hoc sancto habitu & pietatis gratia supplicatio, & petita a viris sanctis. Vix tandem annuit Imperator, cum Domina valde ei instaret. Hac omnia renuntiavit nobis pius Amantius.

obtinent quæ petierant,

50 Die autem *e* sequenti nos accersit Imperatrix: & cum de more prior salutasset sanctos Episcopus, jussit sedere, & dixit eis: Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram, idque factum fuit ejus auxilio, vidistis autem, quanam via & ratione sum usa. Sed si videtur

e

AUCT. MARCO DIAC. DISCIP.

detur, craſtino die acrerſam Quæſtorem, & coram vobis jubebo, ut convenienter ei, quod contioet ſupplirario, fiat reſcriptum divinum ea nomine duorum Imperatorum: & ut ſemel dicam, faciat omnia quæ conſequuntur. Epiſcopi autem, his auditis, ei multum benediaerunt, & ejus filio, & Imperatori. Cumque multa alia diſſeruiſſent animæ utilia, poſtquam valedixiſſent, exierunt. Die varo *d* ſequenti arceſſit Quæſtorem & nos. Dicit autem ei: Accipe hanc chartam, & conveniente ei, quod in ea rontinetur, divinum reſcriptum manda litteris. Quæſtor vero accepta charta, divinum reſcriptum dictavit reſeriter nobis præſentibus. Et autem ſuggeſſimus, ut Duces & Conſulares & res aorum deputaret ad ferendam nobis opem.

d *ſi reſcriptum,*

55 Poſtquam vero perfectum fuit divinum reſcriptum & ſubſcriptum, rogavimus Dominam, ut hoc negotium mandaretur alicui viro illuſtri. Juſſit autem Amantiu quærere virum bono zelo præditum Chriſtianum, cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ea iis, qui tunc erant in dignitatibus, ſimulate habebant fidem, de quibus ſumpſit pœnas Divina juſtitia. Cum enim reſciviſſent Imperatores, eos non recte ſe habere circa fidem intemeratam, eos privarunt ſui dignitatibus, eoſque & in corpore punierunt, & mulctarunt pecuniis: hæc autem facta fuerunt antea. Quocirca juſſit Auguſta negotium noſtrum committi viro orthodoxo. Commiſſum vero fuit cuidam, nomine *e* Cynegio ea conſiſtorio, qui fuit vir admirabilis & fide ſervens. Eo autem accerſito, juſſit Auguſta, ut omnia idola uſque ad ſolum everterer, & igni traderet. Porro ei quoque manu ſua dedit pecunias, dicens: Accipe ad ſumptus, & nihil capias a ſanctiſſimis Epiſcopis. Cum talia autem mandata acceppiſſet a Domina, egreſſus eſt promptior & alacrior.

evocatio officiorum Cynegii,

e

56 Cum tranſegiſſemus vero reliquum hyemis, & feciſſemus ſanctos dies feſtos *f* Paſchales & diem Reſurrectionis, parabamus nos ad navigandum. Rogavimus autem admirabilem Amantium, ut id ſignificaret Dominæ, ut eam juberemus valere. Ille vero cum hoc audiſſet, fuit magno dolore affectus, propterea quod non eſſemus navigaturi: nos enim tantum dileat, ut ipſe rogaret Dominam, ut cum dimitteret ad orandum in ſanctis & venerandis locis. Timebar autem Domina eum dimittere; ne, ſi illuc iret, fieret monarhus, & ibi maneret. Sciebat ſiquidem viri vitam: erat enim revera nulli culpæ affinis, multas præbens eleemoſynas, & perpetuo jejunans, & multos hoſpitio accipiens & concurrens ad pios uſus. Hactenus quidem de pio Amantio. Dominæ vero de nobis ſignificavit, & ingreſſi ſumus ad eam, & dicit ſanctiſſimis Epiſcopis. Quando Deo volente navigabitis? Illi autem dixerunt: Propterea ſumus ingreſſi, ut juberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit: Recordamini ſemper mei, & mei filii.

f *parasti diem feſtum,*

f

C

57 Juſſit vero protinus afferri pecunias. Quę cum fuiſſent allatæ, dixit Domino meo Epiſcopo Porphyrio: Arripe Pater hæc *g* ducenta.... & ædifica, quam ſum pollicitus, eccleſiam in medio Gaza: & ſignifica mihi, ſi opus habueris pluribus peruniis, & eas ſtatim mittam. Conſtrue autem xenodochium, ut excipias fratres, qui veniunt in tuam civitatem, & tribus diebus eis ſumptum præbeas. Dedit autem ſanctiſſimo quoque Joanni aureos mille & vaſa pretioſa utriſque. Ad ſumptus vero dedit utriſque ad centum aureos. Obtinuit autem prædictus ſanctiſſimus Joan. Epiſc. Cæſareæ, quæcumque voluit privilegia ratione ſuæ eccleſiæ. Cumque precati eſſent, & multum benediciſſent Dominę & ejus filio & Imperatori, exierunt.

g *ducentos nummos mancipibus ab Eudoxia*

58 Rogarunt etiam, ut ingrederentur ad Imperatorem. Imperator autem eos interrogavit, an eſſent omnino expediti, & an Auguſta eis aliqua donaſſet. Ipſi vero dixerunt: Sumus omnino expediti a ſoſpite veſtra pietate, & pia veſtra conjuge, & a filio veſtro, quem Deus cuſtodiat, fueruntque multa & magna nobis donata. Statim autem juſſit etiam Imperator Præfectis, eis dare ea publicis vectigalibus Paleſtinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipſe quoque pro ſumptibus circiter unum pugillum, qui invenimus eſt continere circiter oummos quinquaginta. Cum vero ei quoque multum benediciſſent, ſunt egreſſi. Egimus autem in civitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum, & poſt tres dies navem aſcendentes, navigavimus Gazam, viceſimo tertio Xanthici, qui eſt apud Romanos *h* octavus decimus April. Præclariſſimus vero poſt nos egreſſus eſt Cynegius, uſus publico navigio.

h *Aſſeſtamur 18. April.*

D

a *Forſan circa diem 4. April.* b Inundavit.
c *Die 5. Aprilis.*
d *Die 6. April. Sabbato ante Dominicam Palmarum, aut forſan ejus hæc omnia contigerunt.*

a *Baron. ad hunc annum 401. n. 31. arbitratur* Cynegium *eſſe ad quem creatum Præfectum Prætoria datam reſcripta in Cod. Theod. l. 2. de Uſuris, ſed ea data Honorio & Eudoxia Coſ. an. 396. & mortuus eſt hic in Conſulatu ſuo an. 388. ſepultus apud Apoſtolos 14. Kal. April. ſeſſo Idacio. Potuit hic* Cynegius *alterius filius, nepos aut conſanguineus fuiſſe.*

Cynegius.

f *Paſcha Alexandrinum in Græcia & Oriente obſervatum fuit 14. April. cycle Lunæ 3. Salis 18. litt. Dominic. F. in Canone Paſchali Pitherij annotatur Paſcha ad diem 11. Kal. Maij, ſeu 21. April. quæ in Occidente ſuis obſervatum, non in Oriente, ut ex ſequentibus conſtat. Per feſtos Paſchales hic indicantes intelliguntur Cœna Dom. Paraſceve, ac dein Reſurr. dies.*

Paſcha Alexandrinum anni 401.

E

g *Baron. opinatur dediſſe, auri librarum pondera. Græci in Menais ſic habent: Κομίζεται παρὰ τῆς Αὐγούστης χρυσᾶ κατασπάρια δύο χάρτα ἐνέχοντα ἑκατόν, τοῦτ' ἔστιν λίτρας ἑκατὸν ἑκάστου ἀναλόγως.* Donantur ab Auguſta duo centenaria, *id eſt pondo*, auri, ad ædificandam eccleſiam, & ſatione impenſarum decem numiſmata, *pro quibus hic* centum aurei *legendum. Centenarium Rom. æquivalere talento Græco docet Iſidorus l. 16. c. 24. Alia autem hæc ſunt 15. April. poſtridie Reſurr. Dom.*

Centenarium.

h *Hic locus dicta præclare confirmat. Incidebat eo an. 18. dies April. in feriam 5. poſt Paſcha, eramque tres dies poſt allegatum Imperatoris & Imperatorum.*

CAPUT VIII.

Reditus S. Porphyrii Gazam: tempeſtas cœlitus ſedata: ſolennis in urbem introductio.

55 PErvenimus autem Rhodum ſpatio quinque dierum, valde vero ſtudebamus ire ad S. Procopium anachoretam. Cumque nos valde regaſſemus nauclerum, ut nobis concederet tres horas, non conceſſit, dicens: Non poſſum ventum invenire tam ſecundum. Nos autem ei dicebamus. Poſſunt preces ſancti viri nos ſervare, & dare nobis ventum ſecundum: nauclerus autem indignatus, non admiſit noſtram petitionem. Sed cum aquati fuiſſemus, ſolvimus. Valde vero trucibamur, quod non luiſſet nobis eum convenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignoſceret, & pro nobis oraret ut ſalvi eſſemus, & effectum redderemus opus, quod fuerat nobis commiſſum.

F

Rhodum appellunt.

56 Cum ergo Rhodo navigaſſemus, & duos dies in mari tranquillitate & ſerenitate felix fuiſſet nobis navigatio, repente oritur tempeſtas, ventique, & fulgura & tonitrua, & in altum tollebantur fluctus inſtar montium, & attollebatur navis, ut nos caſſi maremus eam nubes tangere. Erant autem clamores & lacrymæ & oratio ad Deum: implorabamus quoque preces S. Procopii anachoretæ. Cumque fuiſſet veſpera, & tempeſtas non ceſſaret, permanſimus vigilantes totam illam noctem: circa matutinum autem ea multa affliction parum dormitarunt ſanctiſſimi Epiſcopi, & vidit in ſomnis Domtuus meus Porphyrius S. Procopium anachoretam, dicentem eis: Nauclerum catechiſmo inſtituite & obſignate, (eſt enim ea caecranda hæreſi Arii) & effirita, ut ipſe anathemate noter Arium, & malam ejus fidem, & ſtatim ceſſabit ranta tem-

agitantur horrida tempeſtate

propter nauclerum Arianum.

A tempeſtas. Propterea enim, quod ſit ipſe ex dicta hæreſi non conceſſit vobis, ut ad me veniretis. Eum tamen catecheſi inſtituite: eſt enim rectam doctrinam a vobis accepturus.

57 Hæc cum audiſſet ſanctus noſter Porphyrius, ſuit excitatus, & nobis accerſitis narravit, quæ viderat in ſomnis. Statim vero vocato nauclero, ei diximus: Vis navem tuam eſſe ſalvam, & eos omnes, & ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non eſt hoc rogandum. Et vere dixerunt Epiſcopi: Abuega malam tuam fidem, & crede in rectam fidem: & ſalvus eris tu & navis, & omnes nos. Dixit ei nauclerus: Quoniam video vos habere præſcieotiam (comprehendiſtis enim, quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis renunciaverit) ecce dico vobis: credo, ut creditis, & abnego hæreſim Arii. Rogo autem vos, ut per otium me ex ſanctis Scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero Epiſcopi eum acceperunt & obſignarunt, ſuper eum ſuſis precibus, & eum quoque impertierunt divinis *a* Sacramentis. Interim autem ceſſarunt fluctus, & veſpere mutatus fuit ventus, & feliciter navigavimus: & cum fuiſſemus in pelago alios quatuor dies, quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant *b* Majumam.

a *quo baroſa abſtinentia ſi poſſimus malotis;*

b

B 58 Poſtquam autem deſcendimus, nos cognoſcentes, qui illic erant Chriſtiani, exceperunt cum pſalmodia. Similiter vero ea civitate quoque, cum audiviſſent, occurrerunt nobis, habentes ſignum venerandæ Crucis, & ipſi pſallemes. Commixti ſunt autem, qui erant ex duobus locis, & facti ſunt non parvus populus, erant enim plures, qui erant ea maritima, propterea quod haberent multos Ægyptios viui mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea, quæ fiebant, diſſecabantur: ſed nihil audebant facere, quoniam audiverant, in quanto honore fuiſſent habiti ſanctiſſimi Epiſcopi apud Impetatores, & quod eſſent evertenda ſimulacra: & magna augebantur cura & animi ægritudine.

a *Gazæis ſolemni ſupplicationes ouiſpiouere:*

59 Poſtquam autem ſumus ingreſſi civitatem, in loco, qui vocatur Tetramphodos, id eſt, quadrivium, ſtabat ſtatua marmorea, & dicebant eam eſſe Veneris, erat autem ſupra aram marmoream: ſtatuæ vero effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta tota ſua pudeoda. Statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres, lucernas accendeotes, & thure ſuffientes. Dicebant enim eam in ſomnis reſpondere iis, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem ſe invicem mentientes. Sæpe vero juſſi a dæmone contrahere C matrimonium, tantum abſunt ut id recte eis procederet, ut inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. Hæc cognovimus ab iis, qui fuerant averſi ab errore; & veritatem agnoverant.

Pro veris ſtatua;

60 Quin etiam nonoulli Idololatræ, non ferentes calamitates gravium conjugiorum, quæ juſſi fuerant contrahere a dæmone Veuere, ſuccenſentes, confeſſi ſunt deceptionem. Tales enim ſunt dæmones, ut qui decipiant, & nihil unquam veri dicant. Neque enim poſſunt aliquid certo præſcire: ſed ea verſimilibus præferunt ſe præſcire apud eos, qui eis ſerviunt. Quomodo enim poſſunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod ſi in aliquibus contingit eos divinare, hoc fit ea eo, quod evemt: quomodo etiam accidit in hominibus, ut ſæpe quædam prædicant futura de re, quæ eſt eventura. Ea ergo, quæ ex iis, quæ accidunt, ſucceſſerunt, quod quidem raro fit, admiramur. Quæ autem conjectura non aſſequimur, quod quidem ſit aſſidue, ſilemus. Hactenus quidem de dæmooibus & de eorum deceptione.

a *dæmone in eo homine nos Antipiouta*

61 Cum nos ergo, ut dictum eſt, navigaſſemus in civitatem, & veniſſemus in locum, in quo erat dictum ſimulacrum Veneris, portarent autem Chriſtiani venerandum lignum Chriſti, hoc eſt, figuram Crucis, videns dæmon, qui habitabat in ſtatua, nec videre ſuſtinens ſignum, quod ferebatur, turpiter egreſſus ex marmore, dejecit ipſam ſtatuam, & conſregit eam in multa fragmenta. Accidit vero, ut duo idololatræ ſtarent prope aram, in qua ſtabat ſtatua: & corruens, unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum & brachiale. Stabant enim ambo ſanctum populum ſubſannantes.

ad conſpectum Crucis prælatæ confugiunt

62 Multi autem ea Gentilibus, cum vidiſſent ſignum quod factum fuerat, crediderunt, & commixti cum laicis, una cum eis ſunt ingreſſi in ſanctam eccleſiam, nomine Irenen. Fuit autem illo die magnum gaudium intee Chriſtianos, tribus de cauſis: primum quidem, quod ſanum recepiſſent Sacerdotem, & qui ea fecerat, quæ deſiderabant. Secundo, quud contrim eſſent dii gentium, & facti eſſent tamquam pulvis, qui diſpergitur ab area æſtiva: quin etiam ſimiliter atque ipſi confracti ſunt, qui confidebant in eis. Tertio autem & maxime, quod conſervatæ ſunt animæ, quæ errabant, & acceſſerunt gregi Chriſti. Cum eos vero obſignaſſet Epiſcopus, dimiſit in pace, jubens ut vacarent ſanctis Scripturis, erant vero viri numero 32. & ſeptem mulieres. Cum duos autem alios dies fuiſſet Gazæ Joannes Archiepiſcopus, profectus eſt Cæſaream: quem Chriſtiani omnes & ſanctus Epiſcopus deduxerunt uſque ad duo milliaria.

Chriſtianorum triumphus gaudium

AUCT. MARCO DIAC DISCIPULO, D

terrimilaque job. joannis ſupplicationem

a *An ſacroſancta Euchariſtia intelligenda? Hanc navigantes fideles ſolitos ſecum conferre docet S. Ambroſius in laudatione funebri Satyri fratris, S. Gregorius cum de Maximiano agit aliisque, uti ad hunc locum obſervat Boronius.*

E

b *Majuma, viginti Gazæ diſtas ſtadiis, a Juliano apoſtata Gazæis ſubtracta, cum a Conſtantino imperatore privilegia civitatis ante accepiſſet ac proprium Epiſcopum, qualis fuit S. Zeno, cui ſacer eſt 26. Decemb. eratque tunc* Conſtantia *appellata.*

Majuma,

CAPUT IX.

Templa idolorum everſa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a S. Porphyrio.

63 POſt decimum autem diem venit admitandus Cynegius, habens ſecum Conſularem & Ducem, & magnam manum militarem & civilem. Præſciveruut vero multi ea idololatris, & exieruot e civitate: alii quidem in vicos, alii autem 10 alias civitates: erant vero complures ea divitibus civitatis. Eorum autem ædes, qui fugerant, annotavit, quem diximus, Cynegius. Dic autem ſequenti, accerſitis civibus, præſentibus Duce & Conſulari, aperuit eis literas imperatorias, quæ jubebant, ut everterentur ſimulacra & delubra, & igni traderentur. Cum primum vero id audiviſſent idololatræ, ejularunt magna voce, adeo ut id ægre tuleriot magiſtratus, & in eos cum minis emiſerint milites, qui eos virgis & clavis verberabant, Chriſtiani autem cum maguo gaudio laudibus proſequebantur Imperatores & magiſtratus.

Fundo etiam hoc gratiſſimo beneficium pro- dictum Imperatorem.

F

64 Statim vero cum magiſtratibus & cohortibus militaribus impetum fecerunt & everterunt delubra. Erant autem in civitate ſimulacrorum publica templa octo: nempe Solis, & Veneris, & Apollinis, & Proſerpinæ, & Hecates, & quod dicebatur Hierion ſeu ſacerdotum, & Fortunæ civitatis, quod vocabant Tycheon: & Marnion, quod dicebant eſſe *a* Critæ generis Jovis: quod etiam ſtimabant eſſe glorioſius omnibus templis, quæ ſunt ubique. Erant autem alia quoque plurima ſimulacra in ædibus & pagis, quæ nemo poſſet oumero ſubiicere. Dæmones enim cum Gazæorum animum ut ductilem apprehendiſſent, errore impleverunt univerſam civitatem, & quæ circumcirca ſita erat, regionem: hoc autem eis accidit ea nimia ſimplicitate. Quamobrem traducti ad ſanctam fidem, ſiunt magno zelo incitati Chriſtiani. Hactenus quidem de Gazæis.

a *ocio idolorum templo everſuntur.*

65 Juſſi ergo milites, cum Chriſtianis civitatis & maritima

AUCT. MARCO DIAC. DISCIPU-LO.

titima ejus parte impetum fecerunt in simulacra. Et primum cum voluissent evertere simulacra & Martium, repulsi sunt. Illis enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audivissent, portas interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruaerunt: & cum ea portassent in ea, quæ dicuntur adyta, quæcumque erant vasa in templo pretiosa: quin etiam ipsa deorum ipsorum animalia, illic occultaverunt: & per ipsa adyta fugerunt per alias vias. Dicebant enim, dicta adyta habere multas vias in diversa loca. Repulsi ergo, sicut prius dixi, conversi sunt ad alia simulacra: & alia quidem everterunt, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia, quæ in eis erant, vasa pretiosa, Sanctus autem Porphyrius anathemate subjecisset in ecclesia quemlibet civem Christianum, qui ex delubris aliquid accipit ad lucrum proprium; nullos ex fidelibus civibus aliquid accepit, nisi milites, & qui illic inventi sunt advenæ. Obibant ergo cum laicis ex Clero viri pii, & ipse Sanctus Porphyrius Episcopus, reprimentes eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt vero decem dies evertentes templa simulacrorum.

anathemate prius subjecto confiscata idolis

66 Post dictos autem dies consilium cœperunt, quonam modo uterentur Marmio, & quid ei facerent. Alii enim dicebant, id debere effodi: alii autem, comburi: alii, locum purificari, & sanctificari ad Dei ecclesiam, & erat de ea re magna deliberatio. Tandem sanctus Episcopus edixit populo jejunium & orationem, ut eis revelet Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die jejunassent, & Deum de hac re precati essent, vesperi peregerunt sanctam synaxim. Cum pratgreretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamavit, dicens: Comburite intus templum usque ad solum. Facta sunt enim in eo multa gravia, & maxime hominum sacrificia. Id vero hoc modo comburite: Afferte picem humidam, sulphur, & sevum porcinum, & hæc tria commiscete, & ungite portas æneas, & ignem in eas injicite, & sic totum templum comburetur. Non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, finite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque: Testificor vobis coram Deo, ne fiat aliter. Neque enim ego sum, qui loquor, sed Christus, qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Postquam vero audierunt, omnes admirabantur & Deum glorificabant.

Marmium combustum esse per puerum Christus edixit

67 Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti Episcopi: & cum manus suas ad cœlum extendisset, Deum glorificavit, & dixit: Gloria tibi, Pater sancte, quoniam abscondisti a doctis & sapientibus, & revelasti ea parvulis. Matth. 11. 25

Julli autem puer suam quoque matrem, postquam dimissa esset ecclesia, inveniri in Episcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit Episcopus mulieri: Adjuro te per filium Dei vivi, ut dicas, ao suggestione tua aut olicujus alterius, te sciente, filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marmio. Mulier autem cum hæc audivisset, dixit: Trado meipsam terribili & tremendo Christi tribunali, si unquam prasciri aliquid ex iis, quæ filius meus hodie est locutus. Sed si videtur tibi, ecce accipe puerum, & cum minis de eo habe quæstionem: & si dixit alicujus suggestione, metu confitebitur: sin vero nihil aliud dicet, est evidens, quod a Spiritu sancto fuit inspiratus. Cum hoc audisset Episcopus, quod dixerat mulier, & laudavisset, jussit eam paullulum secedere, & introduci puerum. Cumque adductus esset puer, dixit ei: Quis tibi suggessit, ut loquereris in ecclesia illa, quæ es locutus de Marmio? Puer autem tacebat. Jussit vero sanctissimus Episcopus afferri flagellum, & extendi puerum ad hoc, ut ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta voce clamavit, dicens: Quis tibi dixit, ut loquereris? dic, ne flagello cædaris. Puer vero stabat mutus, nihil loquens. Tunc nos, qui eramus circa ipsum, hæc ei cum minis dximus, ille autem erat immobilis.

Puer exhortatur a S. Porphyrio

68 Tandem postquam omnes cessassent, os suum aperiens, dixit puer lingua Græca: Urite templum, quod est intus, usque ad solum. Multa enim gravia in eo facta sunt, & maxime hominum sacrificia. Hoc autem modo id urite: Afferte picem humidam, & sulphur, & sevum suillum, & miscete hæc tria, & ungite portas æneas, & ignem eis immittite: & sic templum comburetur. Alias enim non potest fieri. Quod est exterius autem, finite cum abitu: & postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo, non posse aliter fieri. Non enim sum, qui loquor, sed qui est in me, Christus. Admiratus est autem sanctissimus Episcopus Porphyrius, & omnes qui cum eo erant, audita pueri libera loquendi fiducia, & quod partite & distincte esset locutus. Accersita vero matre, eam interrogavit, an ipsa aut filius ejus sciret linguam Græcam. Illa autem jurejurando affirmabat, neque se, neque suum filium scire Græce. Cum hoc rursus audivisset sanctissimus Porphyrius, laudavit Dominum: & afferens tria numismata, ea dedit molieri. Puer autem eum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamavit, dicens lingua Syriaca: Ne accipias mater, ne tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audivissemus, summe miran sumus. Mulier vero reddidit tria numismata, dicens Episcopo: Ora pro me & filio, & commenda nos Deo. Sanctus autem Episcopus eos dimisit in pace.

eadem repetit Græce,

hujus linguæ ignaros esse,

69 Mane vero congregatis religiosis Clericis & Christi amante populo, & præterea admirabili quoque Cynegio & Magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marmio. Cum autem audivissent, mirati suot, & communi consensu dixerunt, ut sicut dixerat puer, sic combureretur. Allata ergo pice humida, & sulphure, & sevo suillo, & his tribus mixtis, uoxerunt portas interiotes: & susis precibus, ignem admuverunt, & statim universum templum cum arripuit, & fuit exustum. Quotquot autem milites & hospites poterant, rapiebant ex igne, quæ invenichaut, seu aurum, seu argentum, aut plumbum.

Marmium comburitur & dilapidatur.

70 Erat vero illic quidam ea Præfectis militaribus, quos vocant Tribunos, qui aderat combustioni templi, erat autem, ut apparebat, Christianus: in occulto vero erat idololatra. Hic ergo cum interesset, & videret conflagrationem & direptionem, quæ fiebat a militibus, dissecabatur: & sub prætextu, quod curaret ut servarent ordines, flagellis crudeliter cædebat, quem invebiebat ferentem aliquod spolium. Cum hæc fierent, & ab igne corrupti essent parietes, repente lignum ardens incidit in Tribunum, & ei duplicem attert mortem. Perfracto enim capite ejus, uflit reliquum corpus: & statim fideles milites & Christi amans populus, scientes eum esse propensum ad simulacra, Deum glurificarunt, & dixerunt illum psalmum, qui dicit: Quid gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua ejus: tamquam novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam magis, quam bonitatem: iojustitiam magis, quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba submersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem: evellet te, & emigrare te faciet ex tabernaculo tuo, & verbum tuum ex terra vivenium, & quæ deinceps sequuntur io psalmo. Dies vero plurimos perpetuo arsit templum.

Tribunus, simulans Christianus divinitus punitur.

Psal. 51.

71 Postea autem facta est etiam domorum perscrutatio, erant enim multa simulacra in plurimis atriis: & quæ iovenichantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem io cœnum jaciebantur. Inveniebantur libri quoque pleoi præstigiis & incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebat mysteria, & alia uefaria idololatræ. Ipsi quoque eadem passi sunt, quæ dii sui.

simulacra domestica & impii libri comburuntur.

72 Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alu

A alii quidem metu, alii vero condemnantes priorem ſuam vivendi rationem. Omnibus vero portas ſancta aperiebat Eccleſia. Meminerat enim ſanctæ Scripturæ, quæ dicit: Pulſanti aperietur: & qui quærit, invenit. Et rurſus: Sive prætextu, ſive veritate Chriſtus annunciatur. Dicebant autem quidam ex fidelibus ſancto Epiſcopo, non oportere eos accipere, qui accedunt propter metum, ſed eos, qui bono propoſito. Sanctus vero Epiſcopus dicebat iis, qui hæc dicebant.

Convertuntur ad fidem, alii metu, alii agnita veritate. Matt. 7. 7. Philem. 3

73 Sunt etiam virtutes, quæ caſu & calamitate accidunt hominibus. Quomodo qui ſervum aliquem poſſidet improbum & ingratum, petius eum admoneret, ut ſit ſemper memori & grato animo; poſtquam autem eum nullo modo videt parere admonitioni, ei decetero metum infert neceſſario, plagaſque, & vincula, & alia hujuſmodi, non volens eum perdere ſed ſervare, & agnoſcere id, quod oportet. Talem etiam Deum exiſtimate, qui fert patienter noſtrum ingratum animum: ſæpe autem ſuadet, quæ ſuot nobis utilia, per Scripturas & alios viros ſanctos. Nobis vero non parentibus, volens omnino, ut bonus & benignus nos poſſidere, & non repellere, nobis infert ſuum timorem & diſciplinam, nos invitans, ot cum neceſſitate agnoſcamus id, quod oportet. Quamobrem dicit Scriptura: Quando interficiebat ipſos, tunc quærebant eum, & convertebantur, & mane vigilabant

omnes admonite S. Porphyrius. Pſal. 77. 34

B ad Deum. Et rurſus dicit propter eos, qui reſiliunt & jugum a Deo excutiunt: In camo & fræno conſtringes maxillas eorum, qui non appropinquant ad te. Oportet ergo, o fili mei, admonere humanitatem per metus, & minas, & diſciplinam. Propterea rurſus dicit: Bonum eſt, quod humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas. Hæc autem a me dicta ſunt propter eos, qui volunt accedere ad noſtram ſanctam fidem. Nam etſi dubitantes acceſſerint, poteſt eos mollire tempus, Chriſto annuente. Ut autem aliud quoque vobis renunciem: ſi non conſpecti fuerint fide digni, ot qui jam fuerint in mali habitu: qui ex eis naſcuntur, poſſunt eſſe ſalvi, ut qui cum bono convertuntur.

Pſal. 31. 9 Pſ. 118. 71

74 Cum hæc ſanctus dixiſſet Porphyrius, & perſuaſiſſet ſtatribus, accipiebat omnes, qui volebant illuminari, catechiſi eos inſtituens multis diebus, non ſolum ante baptiſmum, ſed etiam poſtea. Aſſidue enim docebat verbum, non ſplendida & magnifica utens oratione, & ſe volens oſtentare: ſed ſimplici uteus dictione, & omnia ſolvens ex Scriptura. Acceſſerunt ergo illo anno gregi Chriſti circiter trecenta nomina, & ab illo tempore augmentum accipiebant ſingulis annis res Chriſtianorum.

Et inſtruit catechumenos.

C

a Crenegeais *legi debere ſupra dictum, ubi plura de Marna.*

CAPUT X.

Nova eccleſia a S. Porphyrio extructa. Tres pueri in puteum lapſi ſervantur.

a 75 MArnio vero omnino exuſto & a conſtituta civitate, ſtatuit beatus Epiſcopus cum religioſo Clero & Chriſti amante populo, ſanctam eccleſiam condere in loco exuſto, quomodo ei revelatum fuerat, quando erat Conſtantinopoli: propter quod etiam acceperat peconias a religioſiſſima Imperatrice Eudoxia. Dimiſſis ergo Magiſtratibus & Chriſti amante populo, retinuit partem auxilii, ne fieret aliqua novitas poſt eorum exitum. Non propter hoc autem ſolum: ſed etiam, ut opem ferrent ad congregandam materiam ædificii dictæ ſanctæ eccleſiæ. Quidam autem conſulebant, ut ædificaretur ſicut poſitum fuerat idoli templum. Erat enim formæ rotundæ, circumdatum duabus porticibus, ſe invicem interius ſubeuntibus: ejus vero medium erat ad emittendos vaporea conſtituntur, ſeptentrionaleque & extenſum in altum. Habebat autem quædam etiam alia, quæ decebant ſimulacra, apta ad execranda illa & nefaria, quæ fiebant ab idololatris. In hac ergo forma & poſitura dicebant quidam ædificandam eſſe ſanctam eccleſiam: alii vero contradicebant, dicentes ipſam quoque poſituræ memoriam eſſe delendam. Qui autem hoc dicebant, perſuadebant omnibus, ut qui recte dixiſſent. Dixit vero ſanctiſſimus Epiſcopus: Hoc quoque relinquemus conſilio. Interim autem dum repurgatur locus, venit Magiſtrianus, epiſtolas afferens imperatorias ſemper memorandæ Eudoxiæ. Continebant vero litteræ ſalutationem & precum petitionem pro ſuo marito & filio. Erat autem in alia charta intet litteras deſcripta forma ſanctæ Eccleſiæ in figuram Crucis, quomodo nunc quoque Deo volente cernitur: & continebant litteræ, ot convenienter dictæ figuræ ſancta conderetur eccleſia. Lætatus eſt autem S. Purphyrius, cum legiſſet & vidiſſet formam deſcriptam. Sciebat enim hoc quoque factum fuiſſe ex divina revelatione, & meminit Scriptura, quæ dicit: Cor regis in manu Dei. Continebant autem litteræ, pretioſas quoque columnas eſſe mittendas & marmota.

ATTICT. MARCO DIAC. DISCIPULO. D

adnotatur id in figuram Crucis facta deinde. Prov. 21. 1

76 Ejectu autem cinere & ablatis omnibus abominationibus, telicta rudera marmorum Marnii, quæ dicebant eſſe ſacra, & in loco inacceſſo, maxime mulietibus, ea cenſuit ſanctus Epiſcopus incruſtari in platea ante templum, ut conculcarentor non ſolum a viris, ſed etiam a fœminis, & cambus, & porcis, & beſtiis. Hoc vero idololatris fuit magis moleſtum, quam templi conflagratio. Quamobrem complures ex eis, maxime autem mulieres, uſque in hodiernum diem marmora non aſcendunt. Brevi autem poſt tempore edicit jejunium uno die, & cum dimiſſæ fuiſſent preces maturinæ, juſſit prius Epiſcopus quemlibet virum Chriſti amantem, afferre ligones & raſita & alia hujuſmodi inſtrumenta. Hoc vero veſpera prius ediderat, ut omnes mane invenirentur parati: quod etiam factum eſt.

E

Indicta ſolennis proceſſione efficie ſanctæ Crucis.

77 Congregato autem populo cum dictis inſtrumentis in ſancta eccleſia, quæ appellabatur Irene, juſſit omnes pſallentes ſimul proficiſci in Marnium, quod olim fuerat. Ipſe vero ſequebatur, portans ſanctum Evangelium, & circa ſe habens pium Clerum, revera imitans Chriſtum cum diſcipulis. Præcedebat autem populum ſemper memorandus Bsrochas, venerandæ Crucis portans effigiem. Ab utriſque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio civitatem. Euntes autem pſallebant, & in verſiculorum pſalmi interciſione dicebant, Alleluja. Erat autem pſalmus quem dicebant: Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salvatori noſtro. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominos, & Rex magnus ſupra omnem terram: quoniam in manu ejus ſunt fines terræ & altitudines montium. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam formaverunt manus eis: Venite, adoremus, & procidamus ei, & ploremus coram Domino, qui fecit nos: quoniam ipſe eſt Deus noſter, & nos populus paſcuæ ejus, & oves manus ejus. Dicebat autem alios quoque pſalmus, donec ingreſſi ſunt in Marnium.

F

Pſal. 94

78 Hortatus eſt autem S. Porphyrius Epiſcopus Ruſſinum quemdam architectum Antiocheuum, virum fidelem & ſcientem, per quem fuit etiam perfectum totum ædificium. Is accepto gypſo, deſignavit poſitoram ſanctæ eccleſiæ, convenienter formæ, quæ miſſa fuerat ab imprimis pia Auguſta Eudoxia. Cumque precatus eſſet ſanctiſſimus Epiſcopus & genu flexiſſet, juſſit populum ſodere. Statim autem omnes unu animo & eadem alacritate fodiebant, clamantes: Chriſtus vicit. Non licebat vero videre differentiam inter virum & mulierem, aut ſenem aut puerum: ſed promptus & alacer animus

populus openi applicatur.

Extructio novum templum.

AUCT. MARCO DIAC. DISCIPULO,

animus vires præbebat omnibus. Et alii quidem fodiebant, alii autem terram exportabant, adeo ut paucis diebus fuerint & omnia loca effossa, & terra egesta.

A 79 Prius itaque præparata materia, & ingentibus lapidibus ex tumulo, qui dicitur Aldioma, a parte

S Porphyrius primum jacit fundamentum.

orientali civitatis, & alia materia: Sanctus rursus, congregato Christi amante populo, multisque precibus & Psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, & jacere fondamenta. Deinde pii quoque Clerici, & omnes laici lætantes, & magna voce psallentes, adeo ut audirentur a tribus miliariis ex civitate.

80 Factum est autem illo die magnum miraculum. Sunt putei intra sicrum ambitum, ex quibus est unus ab occidentali parte sanctæ, quæ nunc est, Dei Ecclesiæ, non parum profundus. Tres ergo pueri sitientes, iverunt ad bibendum, & appropinquantes ori putei, se inclinabant, immittentes ligno, quod erat in ore putei, ut solent facere pueri: & fracto ligno, tres ceciderunt in puteum. Quidam vero, qui forte illic aderant, iverunt & renunciarunt populo, quæ facta fuerant. Fuit autem non parvus tumultus, omnibus concurrentibus ad puteum. Cum

tres pueri in puteum lapsi.

B vero quod factum fuerat, cognovisset sanctissimus Episcopus, ipse quoque currens ad locum, jussit fieri silentium. Quo facto, cœpit precari & rogare Deum cum multis lacrymis, ut vivos & illæsos conservaret pueros, & maxime propter idololatras, ne dicant, Ubi est Deus eorum, in quem sperabant? Et cum fuisset hora una humi inclinatus, & surrexisset; jussit aliquem descendere per funes cadorum, & scrutari pueros. Clamabant enim, qui erant ex populo, appellantes pueros: neque erat ullus, qui eos inferne audirer ex po'eo.

81 Cum autem vir ille descendisset, inventi sunt tres pueri, sedentes super magnum lapidem, illæsi & hilares, inter se colloquentes. Cum vero vir ille eos adspexisset, valde est admiratus, & Deum glorificavit, & inferne clamans, dixit: Laudate Dominum, vivunt enim tres pueri. Cum autem audivisset sanctus Episcopus & populus, lætati sunt: & demissa magna sporta, jussérunt simul efferri tres pueros: erant enim parvi, ad sex vel septem annos nati. Sporta vero accepta, is, qui erat inferius, ttes illos ligatos fecit tuto sedere, jobens eis claudere oculos, donec sursum pervenissent, & dicere: Jesu Christe, serva nos. Cumque hoc feciſſer, clamavit ut apte funem traherent: & trahentes, dicebant hymnum trium puerorum. Benedictus es Domine Deus patrum

illæsi miraculose servantur.

C nostrorum. Cumque pervenissent, & eos adspexisset sanctissimus Episcopus, (erat enim is stans in ore putei, & recubat funem (repletus gaudio & lacrymis, exclamavit, dicens: Benedicite omnia opera Domini Domino, &, Laudate Dominum. Postquam autem eos e sporta fustulerunt, scrutati sunt, numquid fracta esset aliqua pars eorum corporis, & nihil inveorum est in eis male affectum.

Dan. 3.

figna sanctæ Crucis divinitus figuntur.

82 Sed magnum adspeximus miraculum. Inventi sunt enim tres pueri habentes signa Crucis tamquam acu infixa. Unus quidem in media fronte, alius autem in summa dextra manu circa digitos: alius vero in humero dextero. Erant autem pulchre expressæ Cruces, neque obliquæ, neque incurvæ, sed unius mensuræ, ut apertom esset, ex divina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem: sed erant

b impressa tamquam ex *b* cinnabari, manseruot autem in eis longo tempore ad hoc, ut viderent omnes & admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis, cum vidissent, crediderunt.

83 Cum vero ille quoque ascendisset, qui propter pueros descenderat, jurejurando affirmabat, dicens: Quando eos immisi in sportam, & sursum ferebantur, videbam circa eos tamquam fulgur, donec pervenissent ad os putei. Fuit autem Christianis illo die lætitia: cultotibus vero simolacrorum dolor & offensio. Ædificium D autem procedebat in dies, omnibus prompto & alacri animo operantibus. Neque enim erat, qui ullum sua mercede frustraretur: sed etiam amplius præbebat, se munifice gerens in eos, qui operabantur. Dicebat enim justum esse, ut nun execrationem, sed benedictionem acciperet omne opus ædificii.

extrahuntur splendida facie fulgentes.

84 Anno autem r sequenti mittit Eudoxia Imperatrix r columnas, quas erat pollicita: quæ quidem erant magnæ & admirabiles, numero triginta. Duæ vero vocantur *d* Caryſtiæ: quæ quidem sunt in sancta ecclesia, locentes tamquam smaragdi. Cum in autem adnavigassent, qui eas ferebant, rursus apparuit studium, promptusque & alacer animus populi Christum amantis. Omnes enim eum audivissent, statim cucurrerunt ad littus: non solum vero viri, sed etiam fœminæ & pueri & senes: omnes enim corroborabat fidei desiderium. Et cum currus adduxissent, impositam unamquamque columnam traxerunt & in templi e hypæthro eam depoſuerunt: & rursus teversi sunt, & alium attulerunt, donec omnes potrarunt. Et de bis quidem hactenus.

triginta columnæ ab Eudoxia missæ. d

e

a *Baroniæ*, ordinata.

b *Cinnabaris est color quidem ad minia accedens. Legenda quæstiones quinque Bernardi Cæsii nostri l. 2. de Mineralibus cap. 4. sect. 3.* E

c *Anno Christi 402.*

d *Hypæthrum est ædificium quasi sub æthere positum. Vitruvius l. 1. c. 2.*

e *Caryſtiæ correximus. Carostiæ legitur apud Lipomanum & Surium. Est autem Carystus Euboeæ insulæ oppidum, variis marmoris ferax apud Plinium, Strabonem, Euripidem, aliosque memoratum.*

CAPUT XI.

Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante S. Porphyrio, subita morte punita. Dedicata ecclesia. Eleemosyna S. Porphyrii.

85 ILlo autem tempore venit in civitatem mulier quædam Antiochena, quæ vocabatur Julia, erat vero ex execrandis hæresi eorum, qui dicuntur Manichæi. Cumque cognovisset aliquos esse recens illuminatos, & in sancta fide nondum stabilitos, in eorum irrepens animos, eos corrumpebat per doctrinam suam, oculos perstringentem & incantantem: sed multo magis per pecuniæ erogationem. Qui enim invenit dictam impiam hæresim, non aliter potuit inescare aliquos, nisi datis pecuniis. Eorum enim doctrina, iis quidem, qui sapiunt, plena est omni blasphemia & condemnatione, & anilibus fabulis, quæ attrahunt molierculas, & viros pueriles, qui levem habent mentem & cogitationem. Ex diversis enim hæresibus & gentilium dogmatibus hanc suam perversam constituerunt opinionem, callide & vafre volentes omnes capere. Deos enim multos dicunt, ut placeant Gentilibus. Præterea tempus ortus observant, fatumque & astrologiam asseverant, ut secure peccent, utpote quod non sit in nostra potestate peccare, sed ex fati necessitate.

Hæresis Manichæa

impia, F

nulli deo

86 Porro autem Christum quoque confitentur. Dicunt enim eum hominem fuisse visione. Etenim ipsi quoque visione dicuntur esse Christiani. Ea enim prætermitto, quæ sunt ridicula & digna execratione, ne eorum, qui hæc legunt, aores implerm molesta auditione & prodigiosis narrationibus. Res enim Philistionis, Sceui & Hesiodi, & aliorum, qui dicuntur Philosophi, commiscentes cum rebus Christianis, suam hæresim constituerunt. Quomodo enim pictor mixtionem faciens ex diversis coloribus, efficit existimatione hominem, aut bestiam, aut aliquid aliud, ad decipiendos eos, qui adspiciunt, ot stultis quidem & insipientibus videatur esse veros; iis autem, qui sapiunt, umbra & deceptio & humana excogitatio,

& Christum phantasticum.

A tarii; ita etiam Manichæi ex diversis dogmatibus hau-
Mulier Manichæa de ipsi serpentibus rientes, effecerunt improbam suam opinionem: vel potius ex diversis serpentibus virus congregantes & miscentes, lethiferum effecerunt venenum, ad hominum animas interimendas. Ut autem prius dictum est, cum illic versaretur pestifera mulier, quidam sallaci illius doctrina fuit seducti.

87 Post aliquot vero dies cum id cognovisset a quibusdam fidelibus S. Porphyrius, eam accersitam interrogavit, quarnam & unde esset, & quamnam haberet opinionem. Illa autem & patriam, & se esse Manichæam, est
admonetur a S. Porphyrio confessa. Is vero, qui erant apud ipsum, ira moti, (erant enim quidam pii) eos rogat Beatus, ne irascantur, sed patienter eam admoneant & simul & bis; servans id, quod dictum est a sancto Apostolo. Deinde dicit mulieri: Abstine, o furor, ab hac mala opinione: est enim satanica. Illa autem respondit: Die & audi: & aut persuadebis, aut persuadeberis. Sanctus vero dixit:
Tit. 3. 2 Para te ad crastinum diem, & veni hoc. Illa autem eum valere eum jussisset, est egressa. Beatus autem eum jejunasset, & Christum multum rogasset, ut diabolum pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Advocavit vero quosdam ex piis Clericis & laicis, ad disputationem suam & mulieris.

B 88 Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros & totidem mulieres, quæ erant juniores & formosæ, omnes vero pallidi. Julia autem erat provecta ætate. Docebatur autem tota eorum disputatio a scriptis & orationibus mundanæ disciplinæ: multo vero magis Julia. Erat autem humilis eorum habitus, & modesti mores: & quod dicitur, extrinsecus oves, intrinseMatth. 7. 15. cus vero lupi rapaces & venenata animalia. Omnia enim dicunt & faciunt cum simulatione. Deinde jussi sedere,
facto signo Crucis a S. Porphyrio disceptabant & inquirebant. Sanctus autem Porphyrius, ferens sancta Evangelia, cum fecisset signum Crucis in ore suo, cœpit eam rogare, ut diceret suam opinionem. Illa vero cœpit. Frater autem Cornelius Diaconus, qui fuit paullo ante nominatus, sciens notis scribere quibus utuntur in jure, jussus a beatissimo Episcopo, notabat omnia, quæ dicebantur & opponebantur, me & fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea quod sit magna: ut qui velim compendio hoc scriptum mandare litteris: eam vero in alio libro exposui iis, qui volunt scire sapientiam a Deo datam sanctissimo Porphyrio, & aniles fabulas, quas effecit prodigiosa loquens & venefica Julia.

89 Quam quidem cito est persecuta divina justitia.
C Postquam enim multa horis plurimis esset fabulata, & consuetas dixisset blasphemias in Dominum & Deum universorum, motus a divino zelo S. Porphyrius, videns eum, qui omnes fines continet, tam qui cadunt sub aspectum, quam qui non cadunt, blasphemiis & maledictis incessi a muliere, in quam operabatur diabolus, & quæ se submittebat illius voluntati, in eam tulit sententiam,
& exaltato. dicens: Deus qui facit omnia, qui est solus æternus, neque principium habens nec finem, qui glorificatur in Trinitate, eam percutiet linguam, & obstruet os tuum, ne loquatur blasphemie.

90 Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Julia & mutari vultu: & manens in ecstasi longum tempus, non loque*subito mutatur & surda redditur,* batur: sed erat muta & immobilis, habens apertos oculos, & intuentes sanctissimum Episcopum. Qui vero cum ea erant, cum adspexissent ea quæ sustinebat, magno timore sunt affecti. eam autem consolabantur, & carmine canebant ad ejus aures, & non erat vox, nec auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, protecta ad tenebras, quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrans, convenienter Scripturæ, quæ dicit: Væ iis,
Isa. 5. 20 & mat. 6. 23 qui faciunt id, quod est dulce, amarum: & quod est amarum, dulce: qui tenebras ponunt lucem, & lucem tenebras. Jussit autem Sanctus componi ejus corpus & tradi sepulturæ miserere humanæ naturæ: eras enim summe clemens & misericors.

AUCT. MARCO DIAC. DISCIPULO. D

91 Quicumque vero audiverunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati: non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem eum ea erant, duo viri & mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatissimi Episcopi, dicentes: Erravimus, & petebant pœnitentiam.
convertuntur multi ad fidem, Beatus vero fecit omnes subscribere anathemati Manetem, auctorem eorum hæresis: ex quo etiam appellati fuerunt Manichæi, & cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam Catholicam Ecclesiam. Occasione autem illorum, alii quoque ex aliis Gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.

92 Post tempus autem quinque annorum, perfectum fuit opus sanctæ magnæ ecclesiæ. Appellata vero fuit Eudoxiana, ex nomine imprimis piæ Imperatricis Eudoxiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus Episcopus Por*S. Porphyrius dedicat templum,* phyrius die Resurrectionis sancti Paschatis splendide ac magnifice, non parcens sumptui: sed congregatis omnibus monachis, qui erant circiter mille, cum aliis piis Clericis & laicis & Episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti Paschatis: & licebat videre choros angelicos, non solum in Ecclesiastica consequentia, sed etiam in Ho- E
ris, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritalis. Nam post obsonium dicebatur psalmus, & post potum hymnus. Idolorum autem cultores videntes, quæ fiebant, corde tabescebant. Undiquaque enim veniebant hospites ad videndam pulchritudinem & magnitudinem dictæ sanctæ ecclesiæ. Dicebatur enim major omnibus ecclesiis, quæ erant illo tempore.

93 Ea de causa quando jecit ab initio fundamenta, reprehendebatur a quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in civitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit: Ne sit vestra fides parva. Spero enim in Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, quod sit multiplicatus gregem suum, & amplioremfaciet hanc domum, *amplissimi oratorium ex ipsa ecclesia* ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanum dogma Christianorum, ut adspiciatur ad tempus & dissolvatur: sed divinum, & quod accipit incrementum. Hæc & talia semper disserebat B. Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in unoquoque loco, illuminans & juvans populum Christi amantem. Post dies autem festi populos dimisit in pace, unumquemque ad suos.

94 Postquam vero condidit & sanctificavit dictam F
sanctam ecclesiam, constituit, ut daretur unicuique *largissima dat eleemosynas,* hospiti, qui erat in civitate, sumptus unius diei. Suppeditabat autem unicuique mendico, tam peregrino quam civi, quotidie ad sex obolos, præter ea, quæ ipse per se præbebat iis, qui ad ipsum accedebant, in veste, argento, & aure: unicuique præbens convenienter suæ dignitati, neque ullus ex iis, qui indigebant, erat expers suorum donorum. In diebus autem jejuniorum sancti festi Paschalis, suppeditabat unicuique pauperi ad decem obolos quadraginta diebus. Jussit autem in pio suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus: & assignato redito, ea quo volebat eos dari, in dicto testamento statuit, ut nisi hæc quotannis suppeditarentur, dictus reditus veniret ad sanctam Cæsaream Ecclesiam. Hæc vero postea facta sunt.

CAPUT XII.

Persecutio Gentilium in Christianos & S. Porphyrium: hujus obitus. Conversio ac vita famila Salaphtha Virginis.

95 Dolorum autem cultores quo magis adspiciebant proficere Christianos, eo magis ferebant & stode-

bant

AUCT. MARCO DIAC. DISCIPULO.

bant malis afficere Christianos, & ante omnes, sanctum eorum Pastorem Porphyrium. Nam cum aliquando orta esset de prædiis controversia inter Oeconomum sanctæ Ecclesiæ, & Sampsychum, qui erat primus inter idololatras, videns pius Barochas Oeconomum affici injuria, eum defendit, & cœpit contumeliis afficere dictum Sampsychum. Cum id autem audivissent reliqui Curiales, congregati invaserunt Oeconomum, & pium Barocham. Simul vero cum Curialibus ascenderunt etiam multi ex civibus inventa occasione male afficiendi fideles, & ex parva, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut omnes Christiani in periculum venirent, ne petirent. Tanto enim furore percti fuerunt idololatræ, ut ipsi gladios & clavas acceperint, & septem homines occiderint, & alios multos sauciaverint.

Idololatræ Gazenses ruunt in fidelium domos.

Diripiunt domum S. Porphyrii.

desistunt his furorem impiorum.

96 Deinde his non contenti, in ipsum Pastorem irruerunt. Quidam autem, qui bono lætabantur, præcurrentes, renunciarunt sanctissimo Episcopo incursionem multitudinis. Cum vero audivisset Beatus, me accersito, dixit: Fugiamus frater, & patum occultemur, donec transeat ira Domini, & ascendis muris, fugimus per tecta. Idololatræ autem, scactis portis domus episcopalis, ingressi sunt: & cum non invenissent S. Porphyrium, diripuerunt omnia, quæ illic sunt inventa.

97 Ego autem & B. Porphyrius per tecta fugientes, invenimus puellam circa quatuordecim annos natam: quæ cum sanctum agnovisset Episcopum, procidit ad ejus pedes. Beatus autem rogavit eam, quænam esset, & quibus nata parentibus. Puella vero respondens, dixit se esse ortam patre & matre, & aviam habere anum, corpore imbecillam: seque operari, & se alere & suam aviam. Rogavit vero eam, an esset Christiana. Illa autem rursus dixit, se non esse, sed jamdiu abhinc esse cupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audisset, quod dixerat puella, & compunctus esset, lacrymatus est, dicens: Quam propensum est ad bonum, genus Gazæorum? sed adversarius studet impedire bonum eorum animum: quem Dominus percutiet verbo oris sui. Dixit autem puellæ: Affer ad nos hue stoream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis: & ne renuncies alicui, nos hic esse. Illa vero jurejurando affirmavit, se ne aviæ quidem suæ indicaturam.

98 Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum suam, attulit stoream, & eam stravit: & procidens ad beati viri pedes, tegavit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, & ne suam dedignaretur paupertatem: erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri imitator magni Prophetæ Eliæ, dixit puellæ, Festina filia, & affer, ut Dominus det tibi per me alimentum spirituale & carnale. Illa vero propere descendit, emitque panem & olivas & caseum, & legumen madefactum. Attulit autem omnia, & appposuit nobis, dicens: Accipite Domini mei, & benedicite paupertati meæ. Beatus vero rursus compunctus, flevit, cum prævidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexissemus, & preces fudissemus solitas, & sedissemus, comedimus. Ego quidem comedi caseum & bibi vinum: Sanctus autem comedit panem & madefactum legumen, & bibit aquam, & eum dimissemus puellam ad suam aviam, nos in tecto dormivimus, erat enim tempus æstatis. Porro autem puellæ quoque nomen interrogavimus. Dixit vero, Salaphtha, quod interpretatur Græce Irene, id est, pax. Diem quoque sequentem transegimus in illo tecto, bona Irene nostri curam gerente promptu & alacri animo.

suscipit baptismum Porphyrius Salaphthæ

99 Postquam autem cognovimus esse sedatum tumultum civitatis, noctu ambulavimus ad sanctam ecclesiam. Cumque ascendissemus in ædes Episcopales, in iis nihil invenimus, nisi pium Barochæ jacentem & adductum in extremum periculum ex plagis, ei illatis ab impiis idolorum cultoribus. Post paucos vero dies cum cognovisset Proconsul, quæ facta fuerant in civitate, vocabatur autem Clarus, misit Commentariensem cum magno auxilio, & conjicit in custodiam eos, quos ostenderunt ii, qui gerebant res publicas, & adduxit Cæsaream: & de aliis quidem sumpsit supplicium, alios vero dimisit cæsos nervis boum: & non parvo incusso timore, sic sedavit civitatem.

Gazæi a Proconsule castigantur.

100 Paucis vero post diebus recordatus est S. Porphyrius bonæ illius puellæ, quæ nos accepit, & eam per me accessit. Illa autem veste cutrea, habens etiam aliam mulierem, quam dicebat esse amitam. Ingressæ vero ad beatum Episcopum, procciderunt ad ejus pedes: qui eas benigne accepit, tamquam pater benevolus. Dixit autem puellæ: Revera, o filia, cupis fieri Christiana? illa respondit: Jam tibi dixi, o Domine, me jamdiu abhinc hoc tenere desiderio, & nunc adduxi nostrum meam amitam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem lætus, ei & ejus aviæ jussit dari quotidie argenti quatuor nummos: ejus autem amitæ amitæ dedit unum nummum, & cum eas signasset signo Crucis, dimisit, eis jubens, ut vacarent precibus, & per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad ejus quoque domum pium Timotheum Presbyterum & per catechesim institutorem, & ei jussit signare aviam puellæ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum & solutum. Tres autem illæ per catechesim instituta, paullo post dignatæ sunt venerando baptismo.

Salaphtha cæcutitur ad fidem

101 Postquam vero sanctum deposuisset habitum Sanctus, accersita puella, dixit ei: Vis te viro jungamus legitimo matrimonio? est enim tibi tempus nubendi. Neque enim nostra Scriptura prohibet honorabiles nuptias. Puella autem cum audisset, quod vir sanctus dixerat, cœpit flere & dicere: Bone Pater, postquam me conjunxisti viro magno, vis me ab illo disjungere, & dare viro humili & nihili? Nequaquam huc feceris, Domine mi. Admiratus autem Sanctus, dixit ei: Et quis est is, quem tibi conjunxi? Illa vero respondit: Jesus Christus Servator nostrarum animarum, verus meus sponsus, a quo non separabor in æternum. Cum audivisset Sanctus & compunctus fuisset, est lacrymatus, adeo ut præ magna compunctione puellam sit complexus, & ejus caput deosculatus. Erat enim re vera plane impatibilis, & præ magna ad misericordiam propensione promptus ad effundendas lacrymas. Porro autem nos quoque, qui eramus apud ipsum, eum vidissemus gratiam sancti Spiritus datam piæ puellæ, glorificavimus Deum, qui dat electis suis sapientiam & gratiam. Dimisit vero illo die puellam.

non quit aliam sponsam præter Christum.

102 Contigit autem in ipsis diebus anum requiescere, & migrare ad Dominum. Tunc advocata puella, accersivit Beatus piam Manaridem Diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua φωτεινή, id est, lucida. Et commisit Salaphtham, ipso dato habitu regulari. Et cum eas Deo commendasset, dimisit in pace. Ea vero suscepit ratum vivendi rationem, qualem non habuit alia illo tempore, quotidie jejunans, & post jejunium modico panis vescens cum sale & madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere & aqua sola: vinum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, & vescebatur olivis: nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In jejuniis vero Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera sine pane. Totam autem sanctam Paschalem hebdomadam transigebat nihil sumens, præterquam quinta sancta feria, post Communionem sanctam, aquam calidam: & corpus suum usque adeo maceraverat, ut qui videbant, putarent se umbram adspicere. Fuit autem aliis quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam sanctæ puellæ Salaphthæ: quæ in hodiernum usque diem videtur vivere. Est enim mundo morte affecta, vivit autem

fontis usus est.

A tem Chriſto, & eſt cum ipſo perpetuo: cujus ſanctarum precum ſimus nos participes. Et hæc quidem dicta ſint de ſancta puella Salaphtha.

103 Beatiſſimus autem Epiſc. Porphyrius, cum regulam conſtituiſſet Eccleſiaſticam & omnem conſequeotiam, & alios paucos annos fuiſſet ſuperſtes, poſtquam ſanctificaſſet eccleſiam, in morbum incidens, pium fecit teſtamentum; in quo eum multis legaſſet, & omnes Chriſtum amantis populi Deo enmmendaſſet, in pace dormiit cum Sanctis, a ſecundo menſis Dyſtri, anno, ut eſt Gazæorum computatio, quadringentefimo octogeſimo: epiſcopatus ab eo geſti vigeſimo quarto, menſe undecimo, & præclaro peracto certamine adverſus idololatras uſque ad diem ſuæ dormitionis. Et nunc eſt in paradiſo deliciarum, intercedens pro nobis cum omnibus Sanctis: quorum precibus noſtri miſerebitur Pater & Deus cum Filio & ſancto Spiritu: cui gloria & poteotia in ſecula ſeculorum, Amen. AUCT. MARCONIAC. DISCIP. D *S. Porphyrius moritur.*

a *Die 26. Febr. anno 421. uti ſupra probatum.*

DE S. ANDREA
EPSICOPO FLORENTINO IN ETRURIA,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

SECULO CHR. V. XXVI. FE. B 1 *Florentia Etruriæ metropolis, & Magnarum Ducum inclyta fides, e primis ſuis Epiſcopis ſeptem venerat.* Florentiæ S. Andreæ Epiſc. & confeſſ. *Eumdem etiam refert Ferrar. in Catal. SS. Italiæ, ubi monet*, ex antiqua potius traditione, quam ea ulla, quæ de eo extet, hiſtoria, inter Sanctos haberi & coli, cum non ſolum Acta, ſed & tempus, quo vixit, & patria deſiderentur. *Ac deinde in annotatione addit eos*, qui Annales urbis Florentinæ ſcripſere, rem hanc quaſi incertam præterire, uti apud Borghioum antiquitatis alioqui ſtudioſum diligentemque indagatorem videre eſt: alios opinari S. Andream eum eſſe, qui S. Zenobio proxime ſucceſſit: alios eum, qui Ludovico Imperatore circa annum Domini 870. floruit, multaque Eccleſiæ Florentinæ beneficia contulit: rem prorſus ambiguam eſſe, quam ipſi Florentini videſint. *Florentia tollitur S. Andreæ.* *non a. qui quidi fuit.*

a *Ferdinand. Ughel. & ipſe Florentinus to. 3. Ital. ſacr. Florentinos omnes Epiſcopos profert, interque eos* Andream *priorem*, S. Zenobii ſucceſſorem, ſanctum *appellat*, & in Sanctorum numerum relatum *aſſerit, cæteque* 26. Febr. Acta *anne* iotes cidiſſe, ſive ex vetuſtate temporum, ſive ea mortalium incuria, ita ut etiam cum altero Andrea confundatur: *de quo poſtea agit abſq; ulla ſacri cultus mentione. Baron. in Notis ad Martyrol. Rom. & Ludovicus Jacobus l. 1. Compendii Vitarum SS. priorem etiam intelligunt, dum* plura *ſcribunt* de ipſo eradi in Vita S. Zenobii apud Surium 25. Maii, cui io Epiſcopatu ſucceſſit. *Eum S. Zenobii Vitam edidit Joan. Archipresbyter Aretinus, veroſimilius cognomento Tortellius, tempore Eugenii IV. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, ac poſtea Nicolao V. a cubiculi cura & conſiliis: qui, poſtulante Eugenio, Vitam S. Athanaſii ex variis collegit, aliaq; opuſcula conſcripſit. Hunc ejuſq; fratrem Carolum Aretinum nobilia illius temporis ingenia appellavit Volaterranus l. 22. Anthropologiæ. Hic Joan. ſe præſente anno Chr. 1439. factum eſſe aiebat Translationem corporis S. Zenobii teſtatur in fine Vitæ illius, quam tempore Concilii Florentini conſcripſit. Aliam Vitam ejuſdem Zenobii ab Ughel. ubi de Epiſcopis Florentinis agit, ex antiquis mſſ. editam ſcripſit Laurentius Archiepiſc. Amalphitanus, qui in ea dignitate vixit ab anno 1124. ad 1148.* *ſed l. poſſeſſor S. Zenobii.* *cujus variis deplorat Acta.*

3 Hic *ergo ſcribit*, S. Zenobium a Deo omnipotente a terris ad cœlorum gaudia abſtractum eſſe temporibus Arcadii & Honorii. Corpus autem ſacratiſſimum ipſo die qua defunctus eſt, S. Kal. Junii, reconditum eſſe in arca marmorea, & poſitum eſſe in eccleſia S. Laureotii juxta altare, & cum fuiſſent aliquot annorum curricula elapſa, ob inſeſtationem quarumdam gentium tranſlatum eſſe in S. Reparatæ baſilicam, *opera* S. Andreæ *ſucceſſoris, at mox ex altera Vita ab Aretino ſcripta dicemus. Finit an-* *Obiit S. Zenobius ſub Arcadio & Honorio.*

Februarii Tum. III.

tem eccleſia S. Laurentii parva, paruinper verſus Septemtrionem a civitate diſtans, a S. Ambroſio dedicata, poſtea ejus fundatrice S. Juliana vidua, ut 7. Febr. ad hujus Vitam dictum eſt. *ſepelitur extra urbem in ade S. Laurentii* E

4 *Ughell. Vita S. Zenobii ſubjungit inſcriptionem antiquam columnæ eo loci inſculptam, ubi in Translatione contigit miraculum ulmi aridæ repentina viriditate reviviſcentis. In hac inſcriptione legitur* corpus S. Zenobii Florentinor. Epiſc. feretro portatum de baſilica S. Laurentii ad majorem eccleſiam Flureotinam, tempore Imperatorum Arcadii & Honorii an. 11. die 26. Jan. Feria 5. *Qui characteres conveniunt in ann. Chriſti* 405. *cyclo Solis* 22. *littera Dominicali A. Annus tum erat* 15. *Arcadii & Honorii, dū horum Imperio attribuitur ann. Chr.* 395. *quo mortuus eſt illorum parens Theodoſius Magnus: cui integrum illum annum alii adſcribunt. Eidem vero inſcriptioni male intruſus legitur ann. Chr.* 408. *qui prorſus a reliquis & magis certis characteribus diſtat. Quæ ſupra relata ſunt* aliquot annorum curricula elapſa *poſt obitum S. Zenobii, ante ejuſdem corporis Translationem infra ab Aretino explicantur, dum ea Translatio facta traditur* anno quinto præſulatus S. Andreæ: *cujus proinde initium obituſq; S. Zenobii referendus in ann. Chr.* 400. *Procul ab hoc calculo aberrat Aretin. annum obitus S. Zenobii rejiciens in ann. Chr.* 424. *minus Ughell. referens initium S. Andreæ ad an.* 407. *ac refelluntur tradentes S. Zenobium anno* 308. *obiiſſe: inter quos eſt Scipio Ammiratus par.* 1. *Hiſtor. Florentinæ l.* 1. *transfert illius Corpus ob inſeſtationem Radagaiſi Gothi.* *S. Andreas ſit Epiſcop. an* 400. F

5 *Statutam a nobis chronolog. confirmat indicata* inſeſtatio quarumdam gentium, *ob quam S. Andreas corpus S. Zenobii intra mœnia tranſtulit. Nam, teſte Proſpero in chron.* Stilicone 2. & Anthemio Conſulibus, *id eſt*, an. 405. Radagaiſus in Tuſcia, multis Gothorum cœtis, ducente exercitum Stilicone, ſuperatus & captus eſt. *Hanc incurſionē etiam in an.* 413. *rejicit cum aliis Ammiratus, ut* 5. *anni interponantur. Hujus Radagaiſi immanem crudelitatem & in Chriſtianos odium deſcribunt, qui tum vivebant, S. Aug. l.* 5. *de Civit. Dei c.* 23. *& Paulus Oroſ. l.* 7. *Hiſtor. adverſus Paganos c.* 37. Nam ſi ille, *inquit S. Aug.* tam impius cum tantis & tam impiis copiis Romam fuiſſet ingreſſus (*idem de aliis locis cenſendum*) cui pepercifſet? quibus Martyrum locis honorē detuliſſet? In qua perſoon Deum timeret? cujus non ſanguinem effuſum, cujus pudicitiam vellet tractami *&c.* Fit vent, *inquit Oroſ.* tota Urbe blaſphemiæ, vulgo nomen Chriſti tamquam lues aliqua præſentium temporum probris ingravatur. Fit omnium Paganorum concurſus, hollem eſſe cum virium copia, tum maxime præſidio deorum potentem: Urbem autem ideo deſtituram & mature perituram, quia deos & ſacra perdiderit. *Hæc Oroſ. qui ſcribit in exercitu Radagaiſi fuiſſe* plus quam duceota millia Gothorum, *uti & Marcellinus Comes*

AUCT. G. II.

mes, ſed ad ann. ſequentem 406. qua ad quadringenta millia
A *auget Zoſim. l. 5. Hiſtoriar. e quibus* uno die amplius quam centum millia proſtrata, nec uno quidem Romanorum extincto, ſed nec vulnerato, *teſtatur S. Aug. In hac ergo barbarorum incurſione S. Andreas provide tranſtulit corpus S. Zenobii intra mœnia urbis Florentinæ, atq; in majorem eccleſiam. Hujus Tranſlationis hiſtoriam a Joan. Aretino in Vita S. Zenobii editam adjungimus, quam S. Antoninus, & ipſe Floreatinus, par. 2. Chronicorum tit. 10. c. 12. in compendiam contractam, pro legitima hiſtoria exiſtimat, & ſuo calculo hanc ſeniorem S. Andream confirmat. Ita ergo ſcribit Aretinus:*

6 Poſt Zenobium vero Andreas, vir ſanctus & Florentinus civis, ad epiſcopatum aſſumitur. Qui videns miracula, quæ a Domino ob Zenobii merita in Ambroſiana fiebant eccleſia, & hunc honorem eccleſiæ majori potius deberi judicans, quinto præſulatus ſui anno, conſilio cum Clericis & majoribus ſuæ urbis communicato, ſtatuit beatiſſimum Zenobii corpus ea Ambroſiana B. Ladrentii ad cathedralem ſancti Salvatoris transferre. Et convocatis ea vicinis urbibus Epiſcopis, totoque ſuo clero, diem feſtum 7. Kal. Februar. cum præcedente jejunio populo indixit: quo ſcilicet ſanctiſſimum Zenobii corpus magna celebritate ad majorem tranſportaret eccleſiam.
B Quo adveniente die, capſula cum corpore B. Zenobii ornatiſſime ſuper quodam lectulo componitur, illamque ſoli Pontifices deportant, præcedunt cletici & ceroferarii, quorum erat multitudo non parva. Sequitur fidelis populus, primum primi civitatis ac viti omnes: poſt quos mulieres ſequuntur ac pueri, Hymni, pſalmi & cantica, tam a Cleticis, quam a devoto populo decantantur. Quin etiam mulieres atque pueri cantilenas, ejus impenſa beneficia recenſentes, mira vocis modulatione cantabant. Omnia in Dei laude reſonare videbantur. Proceduntque Pontifices, & ad plateam, quæ eſt juxta baſilicam Baptiſtæ Joannis, deveniunt. Multis illuc populus advenerat, & ſtatim viſo ferctro, eatollunt in jubilo voces. Conatur quiſque pro viribus loculum ipſum ſaltem contingere. Quo contigit, ut Pontificibus portantibus ex nimia fieret devotione compreſſio: ceciderintque cum ſancto corpore, niſi arida quædam & antiqua ulmus, cui cum loculo adhæſerunt, illos ſuſtentaſſet: quæ a tam ſacratiſſimo corpore contacta, admirata gratiam, exuluavit, & videntibus omnibus, ſtatim vituit, miſitque folia & flores: & indies cum a devoto populo per fruſta decerperetur; Florentini clever, in tantæ rei memoriam, marmoream cum Cruce in
D eodem loco columnam erexerunt; quæ in hodiernum diem uſque perdurat.

7 Adiuti igitur Epiſcopi & ſeipſos reſumentes, corpus ſanctiſſimum ad Eccleſiam deferre contendunt. Sed cum ipſius Eccleſiæ januam introire procurent, naſcio qua divina impediri virtute, illud omnino in Eccleſiam inferre nequeunt, nec qualibet via conniti; valvas Eccleſiæ ingredi poſſunt. Extolluntur clamores in populo: quidam hoc cauſſam putant, quidam illud. Alii reportandum ad Ambroſianam Eccleſiam proclamabant. Sed Andreas Epiſcopus, vir ſanctus, magna animi fluctuatione perculſus ad optimum confugit orationis remedium, & coram omni populo procumbens genibus, & tenſis duplicibus palmis, oculiſque in cœlum ſuſpiciens, pie oravit ad Dominum, ne contriſtaretur populus ille: ſed liceret cum beatiſſimo corpore eccleſiam ingredi, & illud ſtatuto loco componere. Atque pro tanto beneficio duodecim ibidem conſtituere clericos vovit, qui in honorem ſanctiſſimi Pontificis divinis obſequiis perpetuo vacarent. Et oratione completa conſurgans, ſubmittit & ipſe cervicem feretro, hortaturque alios Pontifices una ſecum ingredi Eccleſiam. Qui Deum laudantes, omni ceſſante impedimento, cum jubilo totius populi Chriſtiani, Eccleſiam Salvatoris intrarunt: & celebratis Miſſarum ſolemniis, beatiſſimum Zenobii corpus juxta corpora Eugenii & Creſcentii miniſtrorum ejus in quadam ejuſdem Eccleſiæ catacumba honorificentiſſime locaverunt. Ubi & idem Pontifex Andreas altartolum ſub ipſius nomine mira devotione conſecravit... Interim mortuo Andrea viro ſancto, ad epiſcopatum aſſumitur Mauritius Floreotinus Presbyter, vir multa ſanctitate præditus, & a pluribus creditur ſub Torila Martyr effectus: ſicque mortuus, in catacumba B. Zenonis juxta Andream ſepultus fuit.

8 *Colunter S. Mauritius* 28. *Junii, S. Eugenius* 26. *Novembr. S. Creſcentius* 19. *Aprilis, S. Reparata* 8. *Octobris.*

Templum S. Reparatæ.

Hujus templum (quod deinde Cathedrale fuit, & nunc S. Maria Florida appellatur) erexerunt Florentini, el acceptum referemes victoria fructum de caſo exercitu Radagaiſi, & patria optatiſſima libertate recuperata. Aſt ædes S. Laurentii inter eccleſias 12. collegiatas præcipua, continet Magnorum Ducum ſepulchra, atque interpotum a Ferdinando III. ſacellum, octavum mundi miraculum a multis habeadum, ſi aliquando perficiatur.

magno urbis celebritate,

& miraculo olmi arida reſuſcitatis,

& Laurentii.

DE S. SERVULO

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

C F

G. II.

POST ANN. XXVI. FE.

SANCTA *Loyſius Lipomanus Epiſc. Veronenſis in præfatione ad to. 4. de Vitis Sanctor. a ſe editis aſſerit*, in ſancta inſigniq; Eccleſia *ſua Veronenſi*, quod dictu pene incredibile videtur, 33. Epiſcoporum ſanctorum celebrem agi memoriam, & anniverſaria feſta cum ſolannibus Miſſis recoli: *imo* Sanctos illius Eccleſiæ non ſolum civitatem *Veronenſem*, ſed pene totum mundum venetari & ſuſpicere. *Veram* 36. *Epiſcopi Sanctos Veronenſem Eccleſiam adminiſtraſſe, ex quamplurimis antiquis monumentis probat Auguſt. Valerius, & ipſe Epiſc. Veronenſis, deia S. R. E. Cardinalis, in libro de Sanctis Epiſcopis Veronenſibus, in quo de S. Servulo pag.* 11. *ſic habet*: S. Servuli Epiſcopi Veronenſis corpus requieſcit in Eccleſia S. Stephani, ut ea tabula vetuſta ex membranis, da qua ubi de S. Alexandro: ea Franciſcus Corna, ex conſtitutione ſynodali die 26. Februarii, & ea tabula Sanctorum eodem die, de quibus ſupra. *Hac ibi. In priore vetuſta tabula tradit pag. 4. ſequentia legi*: Item jacent in dicta Eccleſia *S. Stephani* corpora ſanctorum Epiſcoporum Veronenſium Lucidii, Dimidriani, Servuli, Vindemialis, Saturnini & Lupi. *Qua verba etiam ex vetuſtis eccleſiæ monumentis allegat Onuphrius Panvinius lib. 4. Antiq. Veronenſium ci. 4. ſed addit* jacere incertis locis. Eſt *autem, ut ita narrat*, baſilica S. Stephani Veronæ inter vetuſtiſſimas ejus civitatis eccleſias, primis Chriſtianorum temporibus, paullo extra urbis portam, loco qui dicebatur ad Fonticulos, via Tridentina, ædificata, quæ aliquando cathedralis fuiſſe dicitur. *Hæc Panvinius. At Franciſcus Corna, cujus teſtimonium ſecundo loco Valerius protulit, de antiquitatibus Verona, ac familiis reliquit, qua in ea reperiantur, ſcripſit librum anno* 1477. *Conſtitutio vero ſynodalis facta eſt anno* 1503. *Tabula demique Sanctorum ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Cathedralis Veronenſis, edita fuit anno* 1518. *Qua duo erant poſtrema monumenta ab eodem Valerio prolata. Conſule ejus duo prima folia.*

Joſue Sanctus Veronenſis Epiſcopus

colitur S. Servulus,

ſepultus in Eccleſia S. Stephani.

a Ex

A 2 *Ex eiſdem Tabulis Sanctor. Eccleſia Veronenſis, & Conſtitutione ſynodali, eumdem Servulum inſcripſit Galeſinius ſuo Mart. his paucis verbis* : Veronæ S.Servuli Epiſc. *Qui etiam habet Ferrar. in Catal. gener. ac de eodem agit in catal. SS. Italiæ, elogio maxima ex parte deſumpto ex Valerio, qui fol. 42. iſta ſcribit* : Servulus Veronæ Epiſcop. bonus Dei ſervus, toto ſui Epiſcopatus tempore ita Deo inſervivit, ut omnem humanam laudem contemneret, omnes cogitationes, omnia ſua ſtudia, omnes denique actiones ad populi Veronenſis ſalutem referret. Obiit vir eximia ſanctitate 4. Kalend. Martii, & ſepultus eſt in baſilica S. Stephani. *Eodem deſcribit Ughelle. 5. Italia ſacra in Epiſcopis Veronenſibus columna* 586.

inſcripsit Martyrol. 26. Febr.

3 *De tempore Sedis S. Servuli ſilet Valerius*. Inter Epiſcopos incerti temporis & ordinis ex Kalendario *eumdem recenſent Panvin. l. 4. c. 7. & Franciſc. Tinus l. 5. Nobilitatis Veronenſis c. 9. Ferrar. ſtatuit* 29. Epiſcopum, ac S. Lupi ſucceſſorem, & putari circa annum 500. vixiſſe. At 4. *Non. Decemb. ad acta S. Lupi, arbitratur hunc* inter annum 500. & 600. in humanis fuiſſe. *Verum* Ughel *tradit* S. Lupum, *non* 28 *ſed* 23. fuiſſe Epiſcopum, *habuiſſeq; ſucceſſores* Sſ. Felicem, Moderatum, Sylvinum, Andromicum, Vindemialem, Silvinum, Luperium, Manium, Perronii, Cerbonium, Simplicium, *quem conjicit* circa ann. 500. beato fine quieviſſe : *& hujus ſucceſſorem fuiſſe* S. Servulum 35. Epiſcopum : *ac poſtea præmiſſe* S. Verecundum, *martyrem* Fl. Anicio fine collega Conſ. Joſtino ſeniore Auguſto, ac Theoderico Italiæ Rege, anno 523. AUCT. G. H. D quo tempore & ordinatus ſedarit ?

DE SS. ÆOLADIO ET AGRICOLA
EPISCOPIS NIVERNENSIBUS IN GALLIA,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

B SEC. VI. XXVI. FE. Nivernis inter alios Sanctos

1 *NIvernum urbs Galliæ munita & dives, ad Ligerim fluvium, ubi huc Niverim amnem ſorbet, multos veneratur Cœlitibus adſcriptos, aut fuſo pro fide Chriſti ſanguine Martyres, aut illuſtres exploratæ ſanctitatis Epiſcopos. Ex his in pluribus Martyrol. reperitur hoc die conſignata memoria* S. Agricolæ *Epiſcopi, cui* Æoladium *deceſſorem cum Sauſſajo jungimus*.

2 *MS. Martyrol. Uſuardi, quod inter antiquos tod. Sereniſs. Chriſtina Regina Sveciæ aſſervatur, iſta habet ad* 4. *Kal. Martii* : Nivernis S. Agricoli Epiſc. & confeſſ. *Ita* S. *Deicolus & Deicola Abbas appellatur, cujus Acta dedimus* 18 *Januar. MS. martyrol. Carmeli Colonienſis eumdem ita refert* : Nevernis B. Agricolæ Pontif. *Similia habent Manvol. Galeſin. qui eod. muſ. citat, & hos ſecmus Ferrar. ſed hi cum Felicio* Agricoleum *nominant. Eumdem memorat Herman. Greven in auctar. Uſuardi, in quo mendoſe* Averis *pro* Nivernis *excuſum eſt. Sauſſ. in Mart. Gallicano hoc eum elogio celebrat* : Niverniis S. Agricolæ Epiſcopi ejuſdem civitatis & confeſſoris, qui Alexiæ in Burgundia natus, ætatis primitias Deo devotæ vitæ inſtitutione conſecravit : paullatimque annis & meritis excreſcens, factæ militiæ mancipatos, pietate & doctrina adeo excelluit, ut defuncto S. Æoladio ejuſdem Sedis Pontifice, unus omnium dignus, qui vicem ejus ſuppleret, ob ſanctimoniæ præclara decora judicaretur. Inexpecto igitur ſibi deloto honore ac onere ſuſcepto admirabiliter functus eſt, gregi virtutum ſplendore prælucens : cumque ſuæ ætatis ſanctiſſimos quoſque fere Præſules ponoplæ Epiſcopalis gloria anteiret, reſtituendæque Chriſtianæ diſciplinæ zelo nonnullis Galliæ Celticæ ſynodis interfuiſſet, tandem paſtorali digne exacta ſollicitudine, meritorum magnitudine cumulatus, ad æternum evocatus eſt gaudium. *Hæc Sauſſ. In Florar. muſ. refertur die* 17. *Martii memoria* Agricolæ Nivernenſis Epiſcopi & confeſſ.

coltur S. Agricola Epiſc. 26. Febr.

& 17. Martii.

3 *De* S. Æoladio *idem Sauſſ. in Supplem. ad* 4. *Kal. Martii iſta ſcribit* : Nivernis S. Eoladii Epiſcopi & confeſſ. qui Eccleſiæ magnum lumen, concilio Lugdunenſi anno quingenteſimo ſeptuageſimo interfuit, poſtque beatum tranſitum reſulſit in Eccleſia S. Stephani, ubi funeratus eſt, emeritæ beatitudinis radiis. *Idem Sauſſ.* 8. *Junii relato in Supplemento* S. Itherii *Epiſcopi Nivernenſis encomia iſta addit* : Sederunt autem in Nivernenſi Cathedra alii ſanctitatis exploratæ Præſules ante B. Itherium, quorum aliqui fixos natales habentes diebus propriis ad cultum conſignati ſunt, alii tametſi meritis æque ſpectabiles in Feſtis ſacris minime certa die ſunt adſcripti : nimirum SS. Patricius, Eulalius, & Eoladius, quorum benedicta memoria ne a Galliæ Sanctorum ſerie excidat, nomina eorumdem pium & conſentaneum viſum eſt, tabulis his ſacris adſcribere. *Quod, ut vidimus, præſtitit de* S. Æoladio, *ad* 26. *Febr. quo* S. Agricola *ejus ſucceſſor colitur*.

al jungitur S. Æoladio deceſſor.

E

4 *Eumdem* Æoladium *nox minus, quam* Agricolam, *titulo & compellatione Sancti honorant ſcriptores catalogi Epiſcoporum Nivernenſium, ac primo duplicem edidit Vidus Coquillius ſub finem Hiſtor. Nivernenſis ſed in utroq; deceſſorem S. Agricolæ* Sanctum Eulalium, ſive Aerladium, *appellat, Aliis duorum Epiſcoporum ami eidemq; adſcriptis : quos Joan. Chenu, & Claud. Robert. in ſuis catalogis melius diſtinguunt. Numeratur* S. Eulalius *Nivernenſium* 4. *Epiſcopus, quem tempore Chlodovei primi Francorum Regis S. Severinus Abbas Agaunenſis inviſens, reperit ſurdum & mutum, cumq; precibus curavit, ita ut eodem die Miſſam celebraret, ait in hujus Vita* 11. *Febr. pag.* 549. *n.* 10. *& 11. ducitur*. Hunc *Eulalium obi* 26. *Auguſti tradunt Sauſſ. in Supplemen. & Coquillius pag.* 39. *ubi novo errore eumdem* S. Agricolæ *ſucceſſorem ſtatuit. Verum* S. Eulalio *aut ſub Chlodoveo I. aut proximis poſt obitum ejus annis vita functo, Eccleſiam Nivernenſem gubernarunt* Tauricianus, *qui an.* 517. *interfuit Epaonenſi Synodo : deinde* Ruſticus, *qui Aurelianenſi III. ſubſcripſit an.* 535. *aut ſequente, & Aurelianenſi IV. circa ann.* 541. *habita* : Ategius, *ſex potius* Aridius *Aurelianenſi V. anno* 547. *& Pariſienſi II. circa ann.* 555. *ubi* Atidius *ſcribitur, pro quo apud Coquillii, Chenu & Robertum* Clementinus *legitur, ſed is Aptenſis Epiſcopus utrique Concilio ſubſcripſit. Subſtituitur* Euphronius *a Chenu & Roberto, dicituraq; ſubſcripſiſſe privilegio S. Germani Epiſcopi Pariſienſis pro monaſterio S. Vincentii, anno Chriſti* 565. *Huic tum ſucceſſit* S. Æoladius, *qui Lugdunenſi II. anno* 566. *ſubſcripſit his verbis* : Æoladius in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Nevernenſis ſubſcripſi. *Hujus ſepulchro in eccleſia S. Stephani adſcriptos hos verſus eſſe tradit Claudius Robertus* :

cui ſucceſſerunt Agricola, Victorius, Roſtius, Aridius, Euphronius, S. Æoladius, S. Agricola

Quiſquis ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,
Corpus in hoc tumulo, quod venereris, habes.
Præſul Æoladius, hujus quondam Pater urbis,
Adventum gaudens ſuſtinet hic Domini.

5 *A Joanne Chenu* S. Æolalius, ſive Æoladius, *appellatus : de quo quot annis ſederit, aut quando migraverit e vita non conſtat. Succeſſor ejus fuit* S. Agricola, *nonnullis* Agricolus & Agricolaus, *Gallice* S. Arigle. *Interfuit Conciliis Matiſconenſi I. Lugdunenſi III. & Matiſconenſi II. annis Chr.* 1. *tertio & quinto ſupra quinquageſimum octogeſimum. Interfuit etiam conventui Epiſcoporum apud Gunthram-*

S. Agricola

AUCT. G. H.

num Regem, & cum aliis confirmavit excommunicationem, A ante ab Epiſcopis Piſtavii congregatis latam in Chrodeldem & reliquas ſanctimoniales, quæ anno 589. e monaſterio S. Radegundis receſſerant. Quod tunc ab Epiſcopis apud Gumbrammum collectis reſcriptum eſt, edidit Gregorius Turon. lib. 9. hiſtor. Francor. cap. 41.

6 Corpus S. Agricolæ depoſitum fuiſſe in Eccleſia paro- D chiali S. Vincentii, quæ olim Abbatiæ annexam habuit, & nunc S. Agricolæ dicata eſt, tradunt Coquillus & Claudius Robertus.

DE S. VICTORE PRESBYTERO
ARCHIACI IN CAMPANIA GALLICA,

6. R.

Commentarius prævius.

SEC. VI. AUT VII. S. XXVI. FE. S. Victor non unus Archiacenſis in Hiſpania,

JOannes Tamajus Salazar in Martyrol. Hiſpanico piam Gallis hominem notat de S. Victoris natali ſolo, & regione, in qua vitam egerit anachoreticam. Auctoritate is unica nititur chronici, quod ſub nomine M. Maximi, Cæſarauguſtani antiſtitis, auperprodiit, in quo ad ann. 459. iſta leguntur: Per hæc tempora floret in Bætica in pago Arcilacenſi S. Victor eremita, vir egregiæ ſanctus, de quo memoriæ proditum eſt, ab utero matris ſuæ dæmonibus fuiſſe formidabilem. Ejus corpus in Gallias delatum eſt. *Rodericus Carus ad hunc Maximi locum annotat*, Arcilacim ex Ptolemæo in Bætica fuiſſe, B quam Moletius Alcalahorra nominat: quaſdam vero ſuſpicari Arcilacim in montibus Mariani fuiſſe, ubi nunc eſt Aracena: *quod & ipſe ſentit lib. 3. Chorographiæ conventus juridici urbis Hiſpalenſis c. 78. usq; adhæret Tam. Fatemara Ptolemæo l. 2. Geographiæ c. 4.* Arcilacim conſtitui urbem meditarraneam apud Turdulos Bæticæ populos. *Verum hoc non ſpectare* S. Victorem, *de quo hic agimus, ipſe libenter ſubſcribes Tamajus, ubi Vitam ejus antiquiſſimam legerit: quam ex fide digitis codicibus mana exaratis erui Nicolaus Camuzat. Triceſſinæ Eccleſiæ Canonic. atque in Promptuario ſacrarum antiquitatum Triceſſinæ diœceſis a fol. 358. publicavit. Eandem Guido Abbas Arremarenſis olim ad S. Bernardum miſit, ab eo flagitanti, ut quidpiam in anniverſario in S. Victoris feſta canendam legendamve conſcriberet. Tamajus fallitur, dum aſſerit* non audiendum eſſe Nicolaum Camuzatum, qui in Miſcellaneis hiſtoricis tranſcripſit Bernardi ſermones. *Fallitur, inquam, vir alioquin ſagaciſſimus: non enim Bernardi ſermones tranſcripſit Camuzat. ſed, ut notat Menardus l. 1. Obſervationum adhuc 26. Febr.* ajus Vita exiit a Nicolao Camuzatio in Miſcellaneis hiſtor. in qua omnia reperiuntur, quæ de audivit S. Bernardus in duobus illis ſermonibus, quos in laudem ipſius compoſuit. C *Quæ minus accurate expendiſſe videtur Tamajus, qui Menardum citat, nec niſi apud eum videtur Camuzatum legiſſe. Hic aliquain in Notis de S. Bernardo iſta addit*: Hoc unum vere dicere poſſum, ejus ſanctiſſimi nominis famam fuiſſe celeberrimam jam inde a D. Bernardi temporibus, qui divini officii cantica & hymnos concinnavit, etiamnum hodie in Arremarenſi cœnobio 26. Februarii, quidies ejuſdem S. Victoris natalis eſt, decantari ſolitos. *Hæc ſola de S. Bernardo aſſerit Camuzatus.*

2 *Ætatis ejus S. Bernardi ad Guidonem Abbatem Arremarenſem, quæ eſt a. 1121. cum hoc exordio*: Petis, carissime mihi Guido, & teeum pariter, qui tecum ſunt Fratres, dictare me vobis aliqua legenda ſolenniter vel canenda in feſtivitate S. Victoris, cujus apud vos corpus ſanctiſſimum requieſcit. *Quibus verbis, Tamajus iſta infert*: Si ergo ſanctus anachoreta in Gallia natus, edueatus, eremita, & prædicator extitiſſet, non eſt dubium, quin Bernardus expreſſiſſet: ar quia aliud non eſt adeptus encomium, ſola ſepulchri commemoratione contentus, cetera ſub ſilentio perſtrinxit. Adhuc binum ſermonem Bernardus conteauit, in illis haud verbum de origine, educatione & prædicatione apud Gallos reperies. *Hæc Tam. nec, tamen ea argumentatione uſus chron. illud genuinus Maximi fœtus habeatur, quincit. S. Bernard. negletis locis nativitatis atq; eremiticæ habitationis S. Victoris, ea tradidit, quæ* reſplendeat veritatem, ſonent juſtitiã, humilitatem ſuadeant, doceant æquitatem, quę etiam lumen veritatis mentibus pariant, formam moribus, crucem vitiis, affectibus devotionem, ſenſibus diſciplinam, *uti in eadem epiſt. præfatur ac deinde qua compoſuerit indicat*: Præſtitit, *inquit*, quod petiſti. Præſtiti dicu, non quod tibi ad votum, ſed quod mihi ad manum venire potuit, E pro poſſe utiq; meo, non pro velle tuo. Servata tamen ANTIQUORUM veritate ac CIPTOUUM, quæ tu mihi tranſmiſeras de Vita Sancti, duos ſermones dictavi quos leumque ſermone meo: illud quantum potui cavens, ut nec brevitas obſcuros, nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad cantum ſpectat. Hymnum compoſui, metri negligens, ut ſenſui non deeſſam. Raſponſoria 12. cum antiphon. 27. ſuis in locis diſpoſui, addito Reſponſorio uno, quod prioribus Veſperis adſignavi, itemque duobus aliis brevibus ipſo die feſto pro veſtra regulari conſuetudine, uno ad Laudes, altero ad Veſperes decantandis. *Hæc S. Bernardus in Reſponſ. 1. (quod Tam. non advertit) ita habet*: Dum tranſiret Rea Francorum, & veniret ſecus, ubi habitabat eremita &c. *Atq; ita in iis omnibus ſervavit veritatem antiquorum ſcriptor, qua de Vita Sancti tranſmiſerat Guido Abbas. Hanc Vitam, ex qua ſua deſcripſit S. Bernard. damus ex Camuzatio, eiq; adjungimus priorem ſermonem, in quo plura hiſtorica attinguntur, quam in poſteriore, qui admodum paucis dempris, poteſt cuicumq; Sancto Confeſſ. fere applicari. In hymnis, antiphon. & reſponſoriis multa paſſim ex eadem Vita attinguntur, & periphraſtice deſcribuntur. Ex iis damus hymnos, & unicam antiphon. cum Oratione.* F

3 *Loca, quæ in hac Vita referuntur, ſunt primo*, diœceſis Triceſſina, *in Campania Gallica, in qua* claris natalibus ortus *ſecunde*, territorium Areiacenſe, *in quo* in villa Saturniaco ſeclusus in cellula *vixit, & ſanctè mortuus eſt. Eſt autem* Areiacum, *ſive* Archiacum, *aut* Arceya, *oppidum ſeu pagus, ad Albulam flumen in eadem diœceſi Triceſſina n. 9.* Arcejacenſe caſtrum *dictum: a quo* territorium Archiacenſe *hic denominatur, eſtq; hoc tempore adhuc notum. Decanatus Eccleſiaſt. cui præeſt Archidiaconus. Singula in eo contenta parochia aliaq; beneficia Eccleſiaſtica videri poſſunt in Catal. Beneficior. diœceſis Triceſſinæ an. 1648. edito. Arceja etiam mentio fit in fragm. hiſtor.* S. Balſemii *Mart. a Camuzato fol. 334. edito, quod ita incipit*: Tandem vero attingés loca Campaniæ devenit ad quamdam civitatem, Areeyas nomine: nam dicitur illo tempore, *quo Vandali Gallias vaſtabant*, civitas fuiſſe, nunc autem villam omnes non ignoramus eſſe. *Colitur S. Balſemius 16. Auguſti. Ferrar. in Topographia nova ea eodem loco iſta ſcribit*: Archiacum, Archy, pagus prius, hoc tempore oppidum Galliæ Lugdunen. in ea regione, quam Campaniam vocant, in territorio & diœceſi Trecenſi, ubi Cittereien. Ordin. monaſterium, 26. Februar. Victor monachus monaſterii Arrimarenſis. Ea Breviar. Ciſtercienſi, de qua ſermones extant a-

Digitized by Google

pud

A pud S.Bernardum. Hæc *Ferrarius. Verum in prædicto Catalogo beneficiorum archiepiscopatus Trecensis solum* Prioratus Archiici *annotatur, cujus collatio dependet ab* Abbate Majoris monasterii *Ordinis Benedictini, cujus & ipse Prioratus est. Ex illo errore Cisterciensibus adscripsit Wion in Mart. monastico.* In territorio Archiacensi, *inquit*, S. Victoris confessoris Ordin. Cistere. cujus laudes S. Bernardus conscripsit. *Non etiam fuit* S. Victor monachus monasterii Arremarensis, *quod est alterum Ferrarii erratum: ob quod tamen Benedictinis eum annumerant Dorgan. Menard. & Bucelin. in suis Martyrol.*

ex Monachis Cisterciensibus

atque Benedictinis Arremarensis

In villa Satuniacus

4 *Tertium locum* in territorio Archiacensi villa Satuniacus, *vita eremitica & obitu S. Victoris illustrat. Camuzatus in Notis ad hanc Vitam fatetur* sibi non esse datum scire, quo in loco ipse D. Victor sedem suam defixerit, ubi solitarius sedere, & assiduis meditationibus levare se supra se consuevcrat, nec pariter locum, ubi corpus ejus tumulatum. *Suspicamur cellula ejus loco exstructam fuisse* basilicam S. Victoris ab Archiaco castro sex millibus passuum, *uti n. 9. legitur. Hoc ea loco degemens S. Victorem invisit* unus ex Francorum Regibus, *ut n. 4. dicitur. Camuzatus annotat se* veteres quasdam membranas & monumenta perlegisse, quæ D. Victoris Chilperici non Galliæ Regis temporibus floruisse asseverant .... Verum se

Basilica S. Victoris.

B nihil certi super hac re statuere ausum. *Successit Chlotharius I. an. 561. mortuo* Chilpericus *cum tribus fratribus, anno ipse 584. vita functus, cui superfuit* S. *Gunthramnus frater Rex Burgundiæ, & Austrasiensis, an. 593. defunctus, in cujus regno diœcesis Tricassina fuit. An forsan* Childericus *legi debuit, filius Chlodovei II. qui monarcha Galliarum factus, hanc etiam Tricassinam Campaniam, sub suo Imperio habuit, & an. 679. occisus est?*

Quis Rex Francorum eum inviserit?

5 *Quartus locus in actis n. 7. memoratur est* pagus Cupidiniacus, *ubi degebat* filius spiritalis S. Victoris, de alto Francorum sanguine. *Quæ omnia in Gallia S. Victorem vixisse demonstrant. Demum* Arremarense monasterium Benedictinum, *ad quod corpus* S. Victoris *translatum est, quatuor leucis a Tricassina urbe distat, ab Adremaro Presbytero an. 837. fundatum: cujus monasterii Abbes ix Archiacensi Decanatu aliquot Ecclesiarum patronus, designat Parochos, aut etiam Priorates confert: ex quorum aliquo loco potest corpus S. Victoris ad ejus monasterium delatum fuisse cum actis antiquit: in quibus nulla hujus Translationis mentio fit. Originem monasterii Arremarensis post alios, asscribit Miræus de Originibus Benedictinis cap. 45. De eo Bucelinus in sacrario Benedictino hoc 26. Febr. ista tradit:* Natalis S. Victoris Presbyteri, cujus sacrum corpus in monasterio Aremarensi religiose colitur.

In Arremarensi monasterio translatum an. 837 fundatum cujus S. Victor tutelaris.

6. Cetorum memoria sacra S. Victoris *inscripta est eodem 26. Febr. ms. Mart. Carmeli Colonienses, ms. Florarii, Martyrol. Colon. an. 1490. excuso, auctariis ad Usuard. Greveni & Molani, Mart. Germanico Canisii his ubique verbis:* In territorio Archiacensi S. Victoris confessoris, *in Mart. Romano additur:* cujus laudes S. Bernard. conscripsit. *Goldastus mutata phrasi ista tradit:* In finibus Archiacensium S. Victoris confessoris, de quo S. Bernardus duos habuit sermones. *Martyrologium Leodii Gallice sermone editum:* In territorio Archiacensi diœcesis Trecensis in Campania, decessit S. Victor confessor: cujus Vita scripta est a S. Bernardo. *Imo ex Vita olim scripta sermones duo & officium Ecclesiasticum de eo compositum. Saussajus in Mart. Gallic. hoc eum elogio celebrat:* In

C Collat. 26. Febr.

Trecensi diœcesi, pagu Archiaco, S. Victoris Presbyteri & confessoris, qui in Gallia florens, dum adhuc ethnicæ superstitionis semina pullularent, prava quæ supererant impietatis germina extirpavit, multos ad Christi cultum ea idololatria convertit, ac cœlestis vitæ documentis, exemplis denique multæ pietatis & virtutis, nec non magnis miraculis illustris, plenus dierum & bonorum operum ad æternam felicitatem transivit. Cujus præconia S. Bernard. hino celebrevit encomio, memoriæque sacratissimæ percolendæ proprium officium, quod Aremarensibus ascetis inscripsit, adornavit. Quod etiamnum vel in natali ipsius beati confessoris decantari solet in cœnobio Aremarensi: ubi ipsius corporis sacrosanctæ reliquiæ jam pridem conditæ, debita veneratione coluntur, eoque energumeni, dæmoniaci ac lymphati deducuntur, & salutati ipsius Beati ope liberantur: viaque dies nulla effluit, qua non hujusmodi beneficii quidquam contingat. *Hæc Sanssajus, quorum ultima e Camuzate, verbis ipsis, servatis descripta sunt. Menardus etiam l. 1. Observationum asserit,* dum viveret S. Victor, fuisse adhuc gentilitatis reliquias, *eo quod dicatur n. 7. in Vita*, in pago Copidiniaco turbas hominum de religione catholica duc aisse, *quibus verbis instructio catechistica rusticorum accurrentium solum indicatur.*

AUCT. C. H. D

7 *Maurol. eumdem celebrat pridie, sive 25. Febr. hit verbis:* In pago Tricassino Victuris confessoris. *Eadem legantur in ms. Florario, Mart. Colonia an. 1490. excuso & in auctario Greveni ad Usuardum, quibus existimo tas forsassis alius ab eo quem ipsemet deinde 26. Februarii retulerunt, Sanctumque appellarunt, eum, de quo pridie egerant, Beati solum titulo dignati.*

25. Febr.

8 *N. Del Guerrois eumdem Vitam, quam hic damus, Gallice edidit in Histor. Tricassina, additq; ejus craniam argenteo capiti artificiose elaborato, ac reliqua ossa capsa similiter argento a inclusa adservari, ac die 12. Octobris ob Translationem reliquiarum maximo peregrinorum accursu celebrari.*

& 12. Oct.

E

V I T A

Auctore anonymo, sed antiquo,

Ex MSS. a Camuzato edita.

C A P U T I.

S. Victoris ortus, educatio, presbyterium, vita anachoretica, vitam precibus impetratum.

F *Prologus ecclesiæ*

1 CLaruit splendur Domini super justos, quorum indesinenter fama rotatur per orbem. Non de illis narratur, quibus inflata manet potestas, sed qui subjecti mente, fide devoti, Christo famulari cernuntur. Dum certamen prælii Job sanctissimus cum antiquo haburisset humani generis inimico, a summo vertice usque ad plantas pedum ulcere pessimo & vermium quatiebatur dolore, sed patientiam habens, Domini meruit gratiam. Numquid ignoratia erat apud Dominum, quod justus esset, ac ideo tentatus est. Nullo modo, sed ut probatus justificaretur, & sciret unusquisque, quia cum Dei adjutorio potest ab homine diabolus superari: quia magna est pugna certaminis, ubi de Christi victoria triumphamus.

2 Fuit igitur quidam *a* Victor, dulci de nomine gaudens, Tricassinæ diœceseos claris natalibus ortus. Anta nomen accepit, quam membra susciperet: antequam solveret moras genitrix utero plena. Cum quidam ab spirito vexaretur immundo, clamabat dicens: *b* Quare nos torques præ initio nascendi sancte Dei Victor? Sed in hac re non restimonium dæmonum quærimus, sed confessionem, ut cum annunciarent de numine, *c* quod postea rei probavit eventus. Deinde post septem menses, decimo inchoante, mota sunt viscera matris, & pium Victorem progeniem sacram prutulit orbi netum. Deoique post transactum curriculum dierum, baptismi onda perfunditur & cœlesti purgatur gratia ab originali peccato. Cum in cu-

a S. Victor eundem nomen, est terror dæmonibus,

b

c

baptizatur

AUCT. ANTIQ.

nabulis poſitus a parentibus cerneretur, videntes Spiritum ſanctum eſſe in infantulo, ſtupefacti mirabantur, ſed hoc fuit præſagium, quod poſtea impletur in eo. Creſcebat autem puer in corpore, dum pueriliter geſtabatur in infantia, ſed erat meritis ſenectus in Domino.

divina ſcientia imbuitur, & nocturnos ſanctificatur. Pſal. 118. 103. ſuper Victor, fervidi in ſolitudine,

3 Datus ſtudiis litterarum imbuitur, qui jejuniis & orationibus deditus, ſuas dapes paupertibus in eleemoſynam jugiter tribuebat. Mundana linquens ſtudia, Divinis lectionibus vacabat, Scripturarum eloquia & dulcedinem Chriſti fidei *d* ſavore gentibus prædicabat, & completur in illo ſermo, quem David intonat dicens: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, ſuper mel & favum ori meo. Cuique ad legitimam veniſſet ætatem, clericatus onus regulari norma ſuſtepit, donec diaconatus officium vel presbyterii ordinis gradus aſcenderet. Nec multo poſt tempore in Arciacenſe territorium derelictis parentibus ſe transtulit, ibique in villa, cui vocabulum eſt Saturniacus, a vitis illuſtribus & ab omnibus incolis loci illius magno amore pro Chriſti gratia diligebatur, ubi diebus ac noctibus ſeclusus in cellula, indefinenter jejuniis & orationibus incumbebat, orans pro populi indulgentia & remiſſione peccatorum.

e

B

præfit Regalis adventum,

4 Cum ibidem degeret, unus ex *e* Francorum Regibus cum per opaca ripæ fluminis cum equitibus vel accipitribus per amœniſſima loca venandi cauſſa deambularet, audiens beati viri famam, ad ejus tugurium gaviſus advenit: ſed beatus vir, quem nihil latebat, cellula ſua feſtinus in occurſum ejus egreſſus eſt. Rex ille, ut eum vidit, occurrit & oſculatus eſt eum. Tunc venerabilis vir exorſus eſt dicens: Si Celſitudo regni veſtri non reſpuit, cellolam ſervi veſtri dignemini ingredi. Quo ingreſſo, uni ea pueris ait: Affer mihi vaſculum, in quo vinum ferre ſoles. Cumque attuliſſet, proſtravit ſe in oratione, & ita ſudit ad Dominum preces: Deus, cujus potentia celſior eſt omnibus in excelſo throno; qui cœlum ſuſpendiſti a terra, & ceu gemmarum pulchritudine, aſtrorum ea ornaſti varietate; qui me ex utero matris meæ in hunc mundum venire juſſiſti; tuumque ſanctum nomen confiteri; benedic vas iſtud, & reple eum rore cœleſti: ut, ſicut manna in deſerto patres noſtri ſatiati ſunt, ita repleamur tuæ benedictionis dono. Faciens ſignaculum crucis illico repletum eſt vas illud *f* vino jocunditatis, cujus ſuavitudo doctior melle, nec poteſt illius dulcedinem lingua diſſolvere, & potantes univerſa turba ſatiata eſt, & omnes tripudiantes iter cœptum peregerunt cum gaudio. Nec illius benignitas ibidem deſuit, qui in Cana Galilææ aquas in vinum convertit, & quod non habuerat per naturam, nec in vite pependerat, nec vitis fructificaverat, per verbum Chriſti mutatum eſt in falernum.

in villam ludentis,

precibus vinum impetrat,

f

C

a dæmone ab furiam vexatum liberat,

5 Miraculum iſtud non eſt ſilendum, ſed narrandum, videlicet quadam die operarios, in agrum miſit, ut triticum ſeminarent, & unus fere duorum modiorum capacem foveam faciens in terram ſuffodit: illico autem a dæmonio vexatus, ſicut leo rapidus, ea utriſque partibus ſaucium eructabat incendia. Quem vir Dei a longe videns, vexillum ſacros Crucis, purgavit eum: & triticum, quod abſconderat, propriis manibus reſtituit,

a *S. Bernardus ſuo victor in antiphonis & reſponſor. alludit ad nomen S. Victoris, nisi etiam in hoc victoriæ quod ad Maximinum legimus ejuſmodi:* Conſidite, Victor vicit mundum: gaudemus in ejus victoria, ne vincamur.

b *Idem reſponſorio ad 1. Veſp.* O vere Victor, qui ex quo viviſti, viciſti, ab utero ad tumulum. *In reſponſ. 1. ad Matutinum:* O virum præcipuę ſanctitatis, qui ante ſanctus quam natus, ante Victor opere, quam nomine fuit, ita ut clauſus in utero jam de hoſte triumpharet. *Quæ etiam in ſermone 2. legnntur in veſp. 2.* O inauditum & inuſitatum miraculum! leo fugiens fugit a facie parvuli necdum vagientis. *In veſp. 3.* O felix mater, cujus utcunque ſeciſſe novitatem, nulli matrum compertam

a diebus Joannis Baptiſtæ &c. *In ſermone 1.* Parvulus ad paguam, magnus ad victoriam: mattis viſcera necdum exiens, & jam ejiciens dæmonia. D

c Imo poſt novem menſes *videtur legendum.*

d Forſan, fervore, *inquit Camerarius.*

e *S. Bernardus reſponſ. 3.* Dum tranſiret Rex Francorum, & veniret ſecus, ubi habitabat eremita, admiratus eſt ſuper his, quæ dicebantur de viro hoc. *In reſp. 6.* Jam theſaurum abſconditum fama delatum prodiderat, & non potuit pertranſire Regem præterconſcendo, ſed divertit ad tugurium pauperis, excitatus fama ſanctitatis.

f *Idem reſp. 7.* Ingreſſo Rege paupertis cellam, ſollicitus hoſpes, quod annum non haberet, hauſtam de proximo fonte aquam, convertit in vinum, & bibit Rex, & qui cum eo erant.

g *Idem reſp. 11.* Revelantur inquinatis myſteria: dæmon hominem cogit, homo dæmonem prodit. Victor medius dijudicat inter illos, dum dæmonem fugat, & homines ſanat: frumentum prodente ipſa malignitate recuperat. *De furto hoc agitur etiam in reſp. 9. & 10.*

CAPUT II.

Cœleſtes viſiones S. Victoris. Obitus. Miracula.

6 QUadam die cum jejuniis & orationibus inediaque corpus maceratum quieti tribuiſſet, conſurgens per opaca noctis ſilentia, quodam ſe loco ad orationem telluri proſtravit: & cum ſurſum intenderet, *a* vidit cœlum apertum, & Crucem Domini auro coruſcantem fulgore, & ea utraque parte lapidibus pretioſis ornatam: & audivit vocem ſibi dicentem: Hæc quæ cernis, animæ ſunt Sanctorum, qui pro Chriſto Domino ſtolas ſuas in ſanguine agni laverunt. Et terrore concuſſus, ruit in faciem ſuam, magnificans Dominum, qui illi *b* terrena patefecit arcana. Ab illo quippe die, in cellula clauſus latebat, & cum nullus vacaret ſecularibus per mundum, multi tamen diverſis languoribus veniebant ad eum afflicti & ſanabantur. B

a Cœleſti viſiones & alloquio ornatur,

b

7 Nec illud myſterium ſilendum putavi, quod ad tanti viri laudis veram virtutem oportet edicere. Cum eſſet vir beatiſſimus perſenilis ætatis, devitans omnia mundana, caducaque reſpuens, quæ mundus habet jocunda; erat ei veneranda canities, eratque in caritate perfectus, & inter proceres ſæculi erat cœlitus a divinitate conteſſum, quod ſpecialius ab omnibus diligebatur. Interea reverendiſſimus vir habebat filium ſpiritalem, de alto Francorum genere in pago cognominato Cupidinetaci, quem de ſacri fontis unda ſuſceperat, a quo obnixius deprecatus eſt, ut domum vel familiam ſuam viſitare diguaretur, quia olim ejus deſiderabant adventum. Sed beatus vir non renuit, & diem pollicetur, & ſicut ſpoponderat adimplevit. Cumque ad præfatam domum veniſſet, occurrunt univerſi cum gaudio, & ut munus cœleſte aut margaritam ſplendidam eum ſuſcipiunt, & non recipiebat cibum niſi in veſperaſcente jam die, poſt refectionem quietem ſibi pauliſper vel ſuo corpuſculo tribuebat. Media quadam nocte ea mora conſurgens, pſalmis & hymnis Dominum modulatis vocibus implorabat, uſque illoceſcente aurora qua in Dominico die luceſcit. Igitur matutinali ſolennitate perfecta, dum ad viſitandum turba hominum conveniſſet, & de religione catholica eos doceret; cum ſermo prolongaretur & approximaſſet hora, & ad Eccleſiam, ut mos eſt, ad audienda ſacra myſteria properarent; quodam in loco dicitur reſtitiſſe, ubi *c* audire meruit catervas Angelorum, & orationem Dominicam completam, ubi dicitur, Sed libera nos a malo. Et ſtupefactus caput inclinans in terram, ſimul ambabus manibus pectus ſuum pertutiens ait: Hea me, quia eum ſim indignus, Jeſu Domine, audire meruit orationem auribus meis, quam tu ipſe, Domine, docuiſti dicere diſcipulos tuos, ineffabilibus vocibus Angelorum. Et hæc dicentes: E

omnibus ob ſenes,

ſpiritalem,

conſolatur ad populi,

c

ſubſtituto ſuo ſuccreſcit Miſſa reſtituitur.

Re-

A Revertamur domum, quia jam divina munia perſoluta ſunt in cœlis. Quo audito non eſt gloria elatus humana, ſed Dei bonitatem in ſuo miratus opere, quia Dominus diligit coleutes ſe, & non derelinquit omnes qui ſperant in eum. Illo vero die veſcentes pariter & bibentes manſerunt ibi. In poſtero namque die ad cellulam ſuam remeavit in gaudio, & omnes incolumes derelinquit.

claret miraculis.

8 Pauca de pluribus retuli, ne legentibus faſtidium generarem. Nam cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis linguam, & claudis reſtitui greſſum, univerſo populo teſtificante. Quarto namque Kalendas Martii migravit ad Dominum, reconditurque in loco amœno, ubi ſancta tenentur membra ſepulchro, & ſpiritus aſtra magno petit triumpho.

moritur 26. Febr.

9 Accidit tunc illo tempore, ut homo quidam, facto peccato furti, comprehenſus in Arcejacenſi caſtro, in ergaſtulorum cuſtodia retruſus per diuturnam cuſtodiam detineretur. Qui in viſu videre promeruit B. Victorem, & quaſi ſuo baculo compaginem cancarum tetigiſſet, quibus vinctus fuerat. At ille expergefactus, ſentiens in ſe virtutem oſtenſam, quod de manibus vel collo ipſius vincula, quibus conſtrictus fuerat, diſſoluta fuiſſent, & tantum in pedibus remanſiſſent; quid ageret vel quid facere deberet omnino, venit in ſenſum ejus, ut ad baſilicam ſancti viri peteret auxilium defenſionis, & forſitan de pedibus ejus vincula diſſolverentur. Cuſtos carceris jacebat exanimis, quia ſopor Domini irruerat ſuper eum. Surgens namque is, qui vinctus fuerat, tentabat ſi poſſet incedere. Titubabant membra dum greſſum porrigeret. Patefacto oſtio ergaſtuli, telo arrepto in manibus, primum vix curvus incedens, magis ac magis roborabatur animos ad ſalutem, ut quem Divina virtus eripuit, nullum poterat habere impedimentum. Quamobrem ita curſu celeri per opacæ noctis ſilentium, ſex millia paſſuum percurrit, quaſi ne unum quidem ſtadium ambulaſſet, & videbatur illi ut quaſi Angelicæ manus uſus fuiſſet officio. Nam cum intraſſet miſra atrium, vel valvas ipſius baſilicæ contigiſſet, continuo ferri compago crepuit, atque in fruſta comminutum eſt: ut quod in pedibus innexuerat, in manibus confractum populo teſte monſtraret. Multa quidem ſigna & prodigia per eundem benignitas Salvatoris noſtri prodere apud ejus dignatur tumulum uſque in præſentem diem, regnante domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

apparet lu. carcerario

ſolvit alligata vincula

liberat

alia ejus miracula

C a *S. Bernardus ſerm.* 12. Suſcipiens Victor, vidit cœlos apertos & Concem auream gemmis ornatam, & vox ad eum: Gemmæ ſunt animæ, Crucis gloriam ſecutæ. *Et ſerm.* 2. Vere anima tua, Victor, una ex gemmis, quæ ubi in Cruce apparuerunt. Vere infima Cruci, cum Divinæ inſertæ gloriæ, eamdem ſibi clamavit imaginem indui quam invenit. *Eadem referuntur antiph.* 4. *ad Laudes.*

b *Imo* cœleſtia, *legit S. Bernardus ſerm.* 1. n. 4.

c *S. Bernardus antiph.* 1. *ad Laudes*: Ineffabili cantus ſuavitate plauſibiles voces Angelicas audiebat.

SERMO S. BERNARDI ABBATIS.

Pſa. 126. a S. Victoris vita & gloria ad virtutem provocans. Pſal. 88. 17. & 18

1 Victoris vita & gloria ſpecialis, non tam ad gloriam, quam ad virtutem provocat omnes, qui recto ſunt corde. Non recti plane, ſed perverſi eſt animi, ante quærere gloriam, quam exercere virtutem, & velle coronam, qui legitime non certaverit. Vanum eſt vobis, inquit, ante lucem ſurgere. Ita eſt. Fruſtra ad celſitudinem nititur gloriæ, qui prius non claruit virtute. Fruſtra ſatuæ virgines ſponſo obviam ſurgunt, quarum lampades extinguuntur: & ideo ſatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habenter. Abſit mihi gloriari, niſi in gloria illorum, quibus Propheta congratulans, ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur. Et infert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchre non eorum, ſed virtutis eorum gloria commendatur. Quæ enim ſine virtute eſt gloria? Profecto indebita venit, præpropere affectatur, periculoſe capiatur. Virtus, gradus ad gloriam, virtus, mater gloriæ eſt. Fallax gloria & vana eſt pulchritudo, quam illa non parturivit. Sola eſt, cui gloria jure debetur, & ſecure impenditur.

ipſa virtutibus præditos, glorioſa miraculorum ſuorum testis

2 Sancto Victori nec virtus, nec gloria deeſt, ſed quemadmodum ambæ res, & quo ordine in homine proceſſerint, id operæ pretium intueri. Pugnavit fortiter, viriliter ſuperavit, & ſic demum gloria & honore coronatur. Quomodo nempe inglorius remanſiſſet bellator fortis, humilis Victor? quamquam nec in die virtutis ſuæ ſine gloria fuit, ſignis & prodigiis admirandus. Habemur, dilectiſſimi, in Vita Victoris, & quod digne miremur, & quod ſalubriter imitemur. Miror vitæ dediſſe in eremo, non vitem, ſed fontem. Miror & ſtupeo infantem adhuc in utero pavori fuiſſe pavendis dæmoniis, quippe ab ipſis præcognitum, & jam tunc a nomine deſignatum. Nec vacuum nomen, ubi hoſtium fuga, & extorta confeſſio, victoriam conceſſit infantulo. Quis item non miretur, furem a dæmone depreheuſum, & rurſum a dæmone mox hominem liberatum? Quis etiam non omni admiratione ſtupendum ducat, carne circumdatum hominem, cœlis patentibus carnis oculos ſuperno infigere lumini, & videre viſiones Dei, Angelico inſuper mulceri cantico, doceri oracuło? Hæc atque ſimilia in ſancto homine veneramur, non æmulamur. Merito quidem, quando & ſine ſalutis periculo poſſunt non fieri, & ſine ſalutis periculo nequeunt uſurpari. Tutius ſane æmulanda ſolidiora, quam ſublimiora, & quæ magis virtutem redoleant, gloriam minus.

S. Victoris vitæ imitanda,

3 Studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus ſimilari, etſi volumus, non valemus. Æmulemur in viro ſobrium victum, devotum affectum: æmulemur manſuetudinem ſpiritus, caſtimoniam corporis, oris cuſtodiam, animi puritatem, ponere frænum iræ, & modum linguæ, domire parcius, orare frequentius, commonere noſmetipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, diebus jungere noctes, & divinis laudibus occupare. Æmulemur charismata meliora. Diſcamus ab ipſo, quod mitis & humilis corde ſum. Æmulemur, inquam, quod exitit liberalis in pauperes, jucundus ad hoſpites, patiens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma eſt, cui imprimamur: in miraculis gloria, a qua reprimamur. Illa lætificent, iſta ædificent: moveant illa, iſta promoveant. Epulemur, dilectiſſimi, ad menſam divitis vocati, menſam abundantem panibus, delciis cumulatam. Au non dives, qui nos exemplis reficit, protegit meritis, lætificat ſignis? Dives plane, in cujus hodie convivio ſolemni Angeli & homines pariter congregantur. Hi ut refociantur, illi ut delicientur: iſti ut proficiant, illi ut gaudeant. Cujus vita repleta bonis, quid niſi menſa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia apponuntur, ſed ut tollat quiſque, quod ſibi expedire & convenire videbitur.

propoſita in vitam libentius

4 Et ego quidem conſilio ſalubriori diligenter conſidero, quæ mihi apponuntur. Cautum eſt mihi eligere mea, & aliena non tangere. Non extendam manum ad gloriam miraculorum, ne ſi attentavero, quod deſuper non accepi, perdam merito, & quod videor accepiſſe. Non levo cum illo oculos ad rimanda ſecreta cœleſtia, ne oppreſſus a gloria, confuſus reſiliam ſero confugiens ad conſilium ſapientis, qui ait: Altiora te ne quæſieris, fortiora te ne ſcrutatus fueris. Infertur mentis vinum novum aquarum rubentium, non tango: quia non mihi appoſitum ſcio, qui ſimiliter elementa mutare, naturas innovare non valeo. Cerno item in menſa Victoris, Angelos illum audiſſe canentes. Numquid videbo & ego

non ad miracula pervenda, Eccl. 3 22

mihi

AUCT. S. BERNARDO. mihi ſuſpensos exhiberi cantores, aut certe citharœdos illos de Apocalypſi coram me citharizare in citharis ſuis?

A Imperas ille dæmonibus adhuc in corpore vivens, vinctum in corpore ſolvit, jam corpore ſolutus. Cibi ſunt, ſed non mei: equidem jocundi & ſapidi, ſed non tangit illos anima mea, quoniam non eſt inopi mihi, unde ſufficiam talia redhibere. Apoc. 14. 8

5 At ſi diligenter conſidero, ecce præ oculis in menſa Sancti, cenſura judicii, diſciplinæ vigor, ſanctitatis ſpeculum, vitæ forma, virtutis inſigne. Hæc a me & abſque præſumptione ſumuntur, & ſalubriter inſumuntur, & ſi diſſimulo, diſtincte ſepoſcuntur. Audi adhuc, quænam mihi jure appoſita putem. Si panem doloris, & vinum compunctionis de divitis menſa obtuleris, tollo ſecurus, qui ſum pauper & inops. Eruot mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, & poculum meum cum fletu miſcebo. Pars mea hæc, qui dolenda commiſi. Nec mo ſed ad ſanctæ vitæ ſtudium.

samen pigebit, ut æſtimo, cibi hujus, quoniam qui appoſuit ſcientiam, addit & dolorem. Sed & ſi temperantiæ, ſi juſtitiæ, ſi prudentiæ vel fortitudinis exempla appareant, ea incunctanter ſumo, ſciens quia talia oportet me præparare. Hæc mihi appooi, hæc a me repetitum iri non dubito. Numquid ſigna & prodigia a nobis ſunt, B ut ea diviti viciſſim præparemus?

6 Fratres, vaſa ſunt in honorem illi, qui nos invitavit, non cibi paupertum. Tu ergo, qui invitatus es, diligenter conſidera, quid tibi ille, quid ſibimet appoſuerit: non enim quidquid in menſa apponitur, ſibi apponitur. Quod ſi in poculo aureo fuerit propinatum? Non poculum tibi, ſed potius apponitur. Sume potum, & pone aurum. Ergo exempla bonorum operum & rectitudinem morum paterfamilias communicas ita domeſticis, ut prærogativam ſibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis, ille glorificandus eſt, cujus munus ſancte vivere, cujus virtus ſigna facere eſt: qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, 4 Amen. 4 ad laudis diſcretæ ſtudium. diligenter conſidera,

a *Alter ſermo S. Bernardi ita incipit*: Gaudete in Domino, dilectiſſimi, qui inter continua ſuæ pietatis beneficia indulſit hominem mundo, cujus multi ſalvaremur exemplo. *Sub finem eſt præclara invocatio ad S. Victorem*: Quam pium, inquit, quam dulce, quam ſuave, o Victor, in hoc loco afflictionis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari.... Eia ergo fortis athleta, dulcis Patrone, Advocate fidelis! exurge in adjutorium nobis, ut & nos de noſtra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria glorieris, *&c.*

C

HYMNUS TRIPLEX.

auctore *S. Bernardo* Abbate.

Hymnus ad primas Veſperas.

1 UNa Victoris meritis præclara,
Hominem terris, qui non ſit de teſſa,
Velut e cœlo datum, repræſentat
Ad imitandum.

Christus in illo vixit, & non ipſe, D
Speculum vitæ mortuis de mundo,
Homo cœleſtis præbuit ſeipſum,
Similes quærens.
Aliquid quoque ſanctius profeſſus
Exiſtit Victor forma ſanctitatis,
Integrum ſervans atque incorruptam
Deus honeſti.
Unde & vidit viſiones Dei,
Vidit & cœlos aperiri ſibi:
Nempe pudicos viſio cœleſtis
Quærit aſpectus.
2 Merito dulces Angelorum voces
Corpore gravi audiebat homo, Laudes;
Carneos luxus perimens, in carne
Angelum vivens.
Sic oportebat, ut jam deſignatam
Vas in honorem ſanctius maneret:
Sanctitas cujus dedicata fuis
Matris in alvo.
Denique carne gravida cernentes
Matre non ferunt, fugitans paventes,
Indicans nomen, confitentur ſanctum
Utero clauſum. E
Neque tenello huic tam mature
Vita ſecura gloriæ invidit,
Et quidem magis emulavis eam
Fœnore multo.
3 Vina de fonte, non de vite manant,
Muſta pro rivis corolata fluunt, 2. Veſperas,
Benedicentis manu bene uſa
Pro torculari.
Subito ſapor ſubiens novellus
In novos uſus latices coegit,
Rege mirante, ubi non putabat,
Regium potum.
Dæmone tortus publicat ſe homo,
Furta fatetur: miſer vel invitus
Pellitur tortor, ſure deprehenſo
Tortus & ipſe.
Hæc ſatis probant aliaque multa
Prærogativam gloriæ Victoris
Nec minoratam, quo præveatus fuit
Spirita bono.
Gloria ſummæ Trinitati Deo,
Gloria Trias una perſonarum, Clauſula generalis.
Tota cujuſque non diviſa trium, F
Tres enim unum.

Antiphona. O magnifice Victor etſi elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, ſed non terræ inopes tua jugis munificentia derelinquat. Antiphona.

Oratio. Exaudi Domine, quæſumus, tibi ſupplicantium preces, ut quos corporali beati Confeſſoris tui Victoris feciſti præſentia gloriari, concedas ejus benigna intercceſſione undique præmuniri. Per Dominum *&c.* Oratio.

DE B. EDIGNA

VIRGINE REGIA, BUECHÆ IN BAVARIA,

I. B.

AN. M. CIX. 1 BVecha, *ſive* Bucha, *aut* Puech, *vicus eſt Bavariæ, Monaſterium inter & Auguſtam Vindelicorum, juxta Furſtenfeldium inſtituti Ciſtercienſis cœnobium ad flumen Ambram ſitum. Hic*, ut Aventinus *l.* 7. *Annalium Bojorum ſcribit*, S. Edigna (quam accolæ furcis præficiunt) humata colitur. *Cur eam, in utraque editione, Ingolſtadienſi & Baſilienſi, dicat Aventinus* furcis præfici, *ſive, ut ex autographo reſtituit Raderus*, furtis, *mox declarabitur*. Buecha in Bavaria colitur B. Edigna V.

2 *Colitur eam 26. Febr. tradit idem Raderus to. 2. Bavariæ ſancta, atque ex eo Andreas Sauſſajus in Martyrol. Gallicano, & Franciſcus Labitrus noſter in Menologio Virginum. Elogio hoc tam celebrat Sauſſajus*: In Bavaria S. Edignæ Virginis: quæ Regum Franciæ inclyta propago, filia Henrici 1. Regis, ſororque Philippi 1. tota Chriſti amore ſuccenſa, virginitatem ſuam cœleſti Sponſo ab ipſo ætatis flore conſecravit. Ob quod religioſum votum, palam nuptias aſpernata, cum ad eas ineundum parentum 26. Febr. Vita ejus ma e Sauſſajo.

A tum imperio cogeretur, lubens exilium ſubiit: plauſtroque vecta, peregrini habitu, cum ſcipione, per boves ſponte jugum ad trahendum nobile ouus ſubeuntes, delata, in Bavariam venit, eoque loco divinitus conſtituit: ibi in antro delitescens, tamdiu Deo to ſacris votis, lacrymis & vigiliis multis litavit, quoufque ad cæleſtem patriam, e peregrino ſolo & exilio profecta eſt. Cujus merita apud Deum pretioſa, magna miracula illuſtrarunt: quibus etiamnum inſignis & admodum in eccleſia, ubi quieſcit, ſub ejus patrocinio dedicata. *Labientem diffuſiorem Vitam Gallico ſermone contexuit, acceptaque Radero materie.*

3 *Succinctè atque eleganter de caſcribit Andreas Brunnerus noſter Annalium Boicorum parte 3. lib. 12. ſect. 5. pag. 227. ad annum* 1109. Eadem tempeſtate.... Edigna Virgo fatis conceſſit. Eam præteriti ſua virtus non ſinit, longe clariorem natalibus, quos tamen ipſos ad Reges Franciæ communis fama refert. Carpento ruſticano, in obſoleta veſte, quæ genus abſconderet, in Boicam vecta, Buechæ, qui Monachium inter & Auguſtam Vindelicorum vicus eſt, conſedit: cavo tiliæ trunco plerumque abdita: quæ imbuta Virginis ſanctitate, a B morte ipſius oleum, quod panaceæ vicem eſſet, ſudit. Id ſimul ac vendi cœptum eſt, fontem avaritia areſcit. Cetera ejus beneficia quæſtui non obnoxia in hanc uſque diem perpetuantur. Furum abigeorumque damna illi potiſſimum commendata etiam Aventinus ſcripſit, ut cujus beneficio amiſſæ opes dominis reconciliarentur.

elegantior Brunnero,

4 *Pleniorem de canarrationem exhibet Raderus, quam & hic edemus. Elegantem præfigit Divaicona, ubi ipſa in fide plauſtro; hinc nola alligata, gallus adſtat, bini plauſtrum trahunt boves: parte alia ſacra ædicula, atque ab ea non procul cava tilia. Additi infra hi verſus:*

plenior a Radero; apud quem ejus imago

Hæccine, Virgo, tui dos eſt ampliſſima regni?
Jaſpis hic, hæ gemmæ, regia mitra, torus?
Aurea tecta, ſpecus tiliæ, quam ſecla cavarunt?
Pecten, avis, plauſtrum, tinnula ſiſtra, pecus?
O prudens rerum Virgo, dum negligis orbem,
Orbis te dominam dicere jure potes.
Quidquid amat vanum eſt, & vanos reddit amantes:
Quem niſi fugiſſes te fugiturus erat.

ſubſcripſit verſibus.

VITA

auctore Matthæo Radero Soc. Jesv.

1 EDignam e Francia Galliarum in terras Germaniæ ad Bojos, monumenta manu exarata, quæ in æde B. Edignæ extant, profectam tradunt, ortamque e regia ſtirpe, adeoque Regis filiam. Sed nec annum natalem, nec Regis nomen edunt. Natam oportuit, vel *a* Henrico 1. vel Philippo 1. qui eodem anno cum Edigna migravice vita, *b* 1000. inquam, 109. cum novem & quadraginta annos regnaſſet: milleſimo quippe & ſexageſimo, Henrico patri admodum adoleſcens, vel potius puer, ſucceſſit. Ita fieri potuit, ut Edigna ſoror eſſet Philippi 1. ſi rationem temporum ineamus; vel certe filia, ſi junior extincta eſt. Henricum *c* tamen patrem exiſtimem: quamvis in neutram partem auctoritas extet.

B Edigna Regia Proſapia filia,
a
b
c

2 Sed & qui Reges proxima cognatione attingunt, ſcriptores nonnumquam Regum ſoboiem appellant, uti *d* Richardum Angliæ Regem; qui neque Rea, neque Regum fuiſſe videtur filius, uti ſupra in *S. e* Wunibaldi rebus monuimus. Ita non liquet de Edigna, an Regum filia, an cognata fuerit. Francigenam tabulæ ſcriptæ vocant, & Regis filiam. Sic enim de pectine ejus loqui-, tur charta: Pecten iſte (quem ipſe coram inſpexi & , manibus contrectavi) beatæ Virginis Edignæ Francige-, næ, quæ Regis Franciæ filia extitit, & proſponſo , ſuo Chriſto Domino exilium ſubiens, hoc in loco re-, quieſcit, ſignis & miraculis glorioſa. Subiicitur de-, inde in ſchedio gravis execratio in eos qui pectinem in-, de auferre conarentur.

aut Regum cognata,
d
c

3 , De ſacris ejus reliquiis in propatulo aliud ni-, hil habetur, excepta maxima teſtula, quam habe-, bat, quam & hic adjungere procuravi. Reliqua ejus , xeniola cum ipſa in tumulo condita dignoſcuntur. , qualiter autem ad locum venerit, in alia chartula , pandere cogitamus. Extat & tabula patria lingua exſcripta, quæ docet ex regia ſtirpe Francorum oriundam, in has terras peregrino cultu tectam venuiſſe, Deoque ſacris votis, lacrymis & vigiliis multis litaſſe, tandemque ſexto & vigeſimo Februarii 1109. ad cæleſtem patriam e peregrino ſolo & exilio profectam: cranium, oſſa, velum, ligulam, cochlear religioſe cuſtodiri, ſancitumque, ne quis quid inde auferret: ſanctitatem Virginis crebris erga miſeros beneficiis dudum ioclaruiſſe.

AUCT. MATTHÆO RADERO.
D
to Boioscld vocali ejus Buche peſtan, alia reliquia,
peregrino eo cultu fuiſſe advectam
claruiſſe miraculis

4 Diu mecum anxius conſultavi, quid ſibi vellet quod Aventinus ſcripſit, ab accolis dici FURCIS PRÆFECTAM: patronamne in auxium vocaretur ab iis qui in furcas, patibula & cruces eſſent agendi; an ut aliquis Averruncus deus ſtriges, Camias & Caoidias arceret. Sed cum ipſe anno 1616. Nonis Auguſti, in rem præſentem veniſſem, ab vicinis & ædituo (nam Paroccus aberat) didici per Edignam invocatam res ſeu furto ablatas, ſeu quocumque caſu deperditas, domum reconciliari: eoque conjeci, ab Aventino ſcriptum fuiſſe FURTIS, non FURCIS præfectam. Adii demum manum ipſius & legi FURTIS peg. 120. lib. 7. parte ultima. Emendabis ergo libros editos.

E
ad eis perditas reconquirendas invocatur
f

5 Spectavi quoque latibulum ejus in cavo ingentis, quæ triplice ſtirpe conſurgit, tiliæ: quam oleum *f* olim largitam affirmabant, ſed cum beneficium a vaſi mortales vendereut, negaſſe benignitatem, fontemque olei exaruiſſe. Servantur hodie corporis exuviæ in capſella vitria pellucida, ouperque eoocinnata & pectorali Virginis imagine ad ſiniſtram templi aram, in qua viſitur joſtæ ejuſdem icoo inter Divas *g* Walburgam & Urſulam collocata. Imago in pede altaris docet Edignam plauſtro peregrini habitu, cum ſcipione, per boves ſponte fere ad vehendam Virginem jugum ſubeuntes adveniſſe. Adeſt & picta triſtata avis & æs campanum, quæ veniente Edigna cum oullo movente concinuiſſent, Virginem quaſi ſigno divinitus accepto conſtitiſſe, ibique loci conſedisſe, vitamque reliquam ſanctiſſime exegiſſe, & factis quoque admirandis vivam mortuamque celebratam fuiſſe: de recentiſſimis cognovi.

in cavo arboris habitavit
f
inde oleum manaviſſe: avaritia reprehenſum
g
F
colaſſi inſtillato illo confodit

6 Obſervata ſunt ab anno decimo ſupra milleſimum ſexenteſimum uſque ad ſextum decimum præſentem, quo locum adii, non pauca. Ophthalmiam, qua diu laborarat puella, curatam, in cujus beneficii monumentum pendent ad aram cereæ oculorum pupillæ. Aliis cepbalalgiam, aliis vivam gutturis, aliis dyſenteriam, qua puer bimulus per biduum cruciabatur, aliis phrenetin abſtulit, mentemque reſtituit. Legi aliis explicatos difficiles partus, qui hærebant matreſque jam in ultimam mortis neceſſitatem adduxerant: labentes alios, mollius exceptos, aliis calculos ejuſdem beneficio exemptos. Pecudum quoque morbos propulſaſſe fertur. Quæ prolixius partis lingua ſuor expoſita, ex qua hæc decerpere placuit, ne iis quæ poſt mortem accidere, & hodie accidunt, commemorandis prolixior eſſem. Nam quamvis beneficia Sanctorum omnes libenter expetiamur, cum nos mala premunt; plerique tamen eadem non ſine faſtidio recognoſcunt.

multa ab an. 1600. ad 1616. facta ibi miracula

7 Legi alicubi, ſed locus non occurrit, (apud

Wolfgan-

AUCT. MATTHÆO RADERO.

Wolfgangum Selender (niſi me fallit memoria) hanc b B. Aurelhæ, de qua ſupra memini, fuiſſe ſororem: ſed tempora reclamant, ſi rite ſunt annotata.

A

b a Henricus 1. *Galliæ Rex coronatus vivente ac jubente patre Roberto, an. 1027. die Penteceſtes, ut ex veterum ſcriptorum fide tradunt Sam-Marthani: patre dein, die 20. Julii an. 1033. mortuo, ſolus regnavit: obiit 4. Aug. 1060. Deſponſa ei ſcribitur fuiſſe* Mathildis *filia Conradi Salici Imperatoris, quam nonnulli mortuam ajunt, priusquam ei jungeretur; an. 1034. 20 Normaniæ ſepulsam. At Continuator Aimoini c. 48. ſcribit Henricum ex ea filiam unam procreaſſe, quæ infra luſtrum defuncta eſt, mater ejus paullo poſt ſubſequente. Anno certe demum 1048. ut 23. Nov. ad Vitam S. Clementis Papæ & Martyris dicemus, miſit in Rabaſtiam Catalaunenſem Epiſcopum Rogerium pro filia Regis illius tenera, Anna nomine, quam deberet ducere uxorem. Erat ille, ut ibidem dicitur, Jareſclavus, ſive Georgius Sclavus, qui aliis vulgo Jaroslaus, S. Wlodomiri filius, Ruſſorum Rex, de quo matrimonio egimus 12 Febr. ad Vitam S. Alexii Metropolitæ Kiovienſis pag. 659. Ea hoc Anno ſuſcepit Henricus filios 3. filiam unam Willelmus Gemmeticenſis l. 7. c. 28. de Henrici matrimonio & liberis ita ſcribit: Mathildem Juliuſclodii Regis Rugurum filiam in matrimonio habuit, ex qua duos filios Philippum & Hugonem, unamque filiam habuit. Sis duas uxores Henrici ita unam cenſtare, aut prioris nomen alteri tribuere videtur: Robertum vero filium amiſit. Quid filia factum, nemo tradit. Eam eſſe forſan, quæ in Eticam fugit, Edigna noſtra?*

b Philippus 1. *Henrici patris voluntate coronatus eſt an. 1059. die*

B *Penteceſtes 23. Maii nondum octavum ætatis ann. ſuperegreſſus. Obiit 30. Julii 1108. cum regnaſſet an. 49. menſes 2. dies 7. Vide Rederi emendandus calculus;*

c *Aſſege, ſi horum Regum alterutro nata eſt B. Edigna, tamen Philippi potius filium credam: qui ut iidem tradunt Sam-Marthani præter filios duos ac filiam ex legitimo matrimonio ſuſceptos, nothos plures habuit: e quibus aliquot apud eoſdem ſcriptores filiæ numerantur; ideo poſteritati notæ, quia illuſtribus viris deſponſæ. Potuit aliqua ex earum grege dema profugere, ne a patre ad nuptias cogeretur, cujus proinde Francici ſcriptores non meminerint, etiamdum elapſo ac dein ſuis gentilibus penitus ignota.*

d *Egimus 7. Febr. prolixe de S. Richardi, patris SS. Willibaldi Epiſcopi, Wunibaldi Abbatis, Walburgis Abbatiſſæ, rebus geſtis: oſtendimuſque a pluribus ſcriptoribus* Regem *appellari, ac videri unum ex iis Subregulis fuiſſe, qui apud Occidentales Saxones in Britannia, ab an. 675. per decem annos regnum illud inter ſe diviſum tenuerunt, atque etiam Solus regna aut Reges & ipſe appellati variiſque Aliis ſubſcripti reperiuntur. Longi ad hanc rem penitus poteſt § 4. pag. 72.*

e *Imo in* Willibaldo *id dicit, eodem t. 2. pag. 91. Nam de S. Wunibaldo poſtea agit ro. 3. Colunatur S. Richardi ſancti liberi,* Willibaldus *Epiſc. 7. Jul.* Wunibaldus *Abbas 18. Dec.* Walburgis *V. Abbatiſſa 25. Febr.*

f *Amplius habes Brunacrus, ſalutavit hoc ipſarmis olcum faiſſe.*

g *Ea quoque, ut ſupra narratur alibi, Regum filia aut e regio genere prognata, in Germaniam peregrino advenerunt, ſuiſque reliquiis nobilitant ac tuentur;* Urſula *Coloniam Agrippinam, ubi 21. Octobr. colitur,* Walburga *Aiſtadium.*

h *De B. Aurelia, quæ dicitur Hugonis Capeti Regis filia faiſſe, egit Radeus hoc eodem to. 2. pag. 163. agenti nos ad 15. Octobr. quo obiiſſe ferunt annos 1027.*

D

E

C

F

A D

XXVII. FEBRUARII.

SANCTI QUI III. KALENDAS MARTII COLUNTUR.

S. Anctus Julianus podagricus, } Alexandriæ in Ægypto.
s. Cronion Eunus, ejus famulus, } Alexandriæ in Ægypto.
s. Beſas miles, } Alexandriæ in Ægypto.
s. Gelaſius, ſeu Gelaſinus, mimus, Martyr Heliopoli in Phœnicia.
s. Neſius Martyr.
s. Alexander, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Anrigonus, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Abundantius, ſive Abundius, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
B s. Titianus, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Macarius, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Severianus, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Calsnus, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Forrunio, ſeu Fortunarus, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Januarius, } Martyres Theſſalonicæ in Macedonia.
s. Dionyſius, & alii XXIV. } Martyres in Africa.
s. Servilisnus, } Martyres, Smyrnæ in Aſia.
s. Daeisnus, } Martyres, Smyrnæ in Aſia.
s. Leander, } Martyres, Smyrnæ in Aſia.
s. Honorina Virgo & Martyr, Confluentiæ in Frsncia.
s. Pontiana Martyr, Genuæ in Liguria.
s. Chryſogonus Confeſſor, Genuæ in Liguria.
s. Thalelæus anachorera in Syria.
s. Oneſima Virgo.
s. Eucharius Epiſcopus Trajectenſis in Belgio.
s. Comganus, Abbas Glinnuſsenſis in Hibernia.
E s. Srephanus Conſtantinopolitanus, Accubitor Mauricii Imperaroris.
s. Baldomerus, Subdiaconus Lugduni in Gallia.
sanct. Alnothus eremita, Martyr in Anglia.
s. Bſilius, } Confeſſores Conſtant.
s. Procopius, Decapolita, } Confeſſores Conſtant.
s. Joannes, Abbas Gorzicenſis in territorio Merenſi.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S. Anctus Joannes Calybita, propter Chriſtum in atrio parentum ſub tugurio mendicus, *memoratur hoc die a Maurolyco, Felicio, Canſio, Greveno. Praivit Petrus Equilinus in Catalogo l. 3. c. 156. afferens eum* 1. C Calendas Martii in pace quieviſſe. *Vitam dedimus die, quo eum Graci & Latini colunt,* 15. Jaou.

S. Megimadi Abbatis in monaſterio Einſidlenſi *memoria annotata a Menardo in Benedictino Martyrol. Eſt is S.* Meinradus, *ſive* Meginradus, Eremita & Martyr in Helvetia, *uti ad ejus Vitam oſtendimus* 21. Janu.

S. Folia } *inſcripti ſunt Martyrologio parvo S. Ma-*
S. Ampliatus } *ximini, ſed antiquo: de iis egimus* 26. Febr.

Mechtheldis Virgo *nulla alia voce addita, memoratur in Mſ. Florario Sr. Conſule diem præcedentem (quo imer Prætermiſſos & in alios dies rejectos, tres hujus nominis indicavimus)* 26. Febr.

Archelai *ejuſdam in Sardinia noſtra memoria fuiſſe oſſa reperta, ſcribis Dionyſius Bonfant in Triumpho Sr. Sardiniæ lib.* 3. c. 22. *cum hac marmori inciſa inſcriptione:* HIC JACET BEATUS MARTYR ARCHELAUS PRESBITER OBIIT TERZIO KALENDAS MARZI AN. 100. *Id ſi ita ſcriptum fuiſſe ex publicis actis conſtaret, haud equidem dubitaremus*, Archelaum *illum verum Martyrem agnoſcere ac venerari. Sed quia ſæpe hic auctor* B. M. *interpretatur* Beatus Martyr; *& Roma noſtri dem* Eminentiſſ. Cardinalis Franciſcus Barberinus, *ac* Reverendiſſimus D. Lucas Holſtenius S. Petri Canonicus, *meæ curarunt, ne temere Sardois illis repertarum Reliquiarum narrationibus fidem habeamus; libere adhuc differre judicium licet.*

Joannes in eremo ſuperioris Thebaidos, vita, moribus & abſtinentia clarus, *qui ſola Euchariſtia, die Dominica ſumpta, vixit: ac pedibus longa ſtatione diſruptis,* F *ab Angelo ſanatus eſt, & ſcientia divina repletus, Fratrum converſationem abſens cognovit: agros idem pane benedicto ſanavit, mi & claudum tacto cingulo ab eo confecto. Quæ pluribus narrantur a Ruffino lib.* 2. *de Vitis Patrum c.* 15. *Palladio in Lauſiaca hiſt. c.* 61. *De eodem annotat Roſweydus agere Sozomenum l.* 6. *c.* 28. *ubi tradit* res futuras aliiſque hominibus obſcuras eidem nonnunquam quam antiquis Prophetis Deum patefeciſſe, largitumque facultatem medendi illis, quos perturbationes corporis & morbi inſanabiles divexabant. *Quæ eadem legantur lib.* 8. *Hiſt. tripartita c.* 1. *& apud Nicephorum lib.* 11. *c.* 39. *Floruit ſub Valentiniano circa annum* 374. *qui apud Caſſiodorum annotatur. Hunc aliaſque duos*, Joannis *nomine, viros ſanctitate illuſtres, cum egiſſet de* S. Joanne Calybita, *adjunxit Petrus Equilinus l.* 3. *c.* 158. *Secuti Hermannus Greven, Maurolycus, Felicius, Canſius, atque hic cum Equilino* Sanctum *appellat. Nondum hujus nec aliorum nomina in Menais Græcorum aut aliis antiquis Martyrologiis, ex quibus cultum Eccleſiaſticum colligeremus, hactenus reperire potuimus.*

Joannes Abbas in Scithi, *quem ſol per quadraginta an. non vidit iratum, qui moribundus aſſerit numquam ſe feciſſe ſuam voluntatem, nec quidquam docuiſſe, quod ipſe*

prius

A *primi non fecerat, relatus ad hunc diem ab iiſdem Grevenо, Maurolyco, Felicio, Caniſio, poſt Petrum Equilinum, qui de eo agit lib. 3. c. 157. & hunc ſcribit Angeli inſtar in eremo abſq; cibo vivere tentaſſe: quod alteri potius tribuendum. De hoc* Joanne *agit Caſſianus l. 5. Inſtitutionum c. 27. & 28. Ferrarius in Catalogo novo eumdem memorat, & cum Equilino & Caniſio* Sanctum *appellat.*

Joannes vir ſanctus ac rotius gratiæ dono repletus, in eremo vicina oppido Diolco, tantam habebat conſolationis gratiam, ut quacumque mœſtitia, quocumque tædio oppreſſa fuiſſet anima, paucis ejus ſermonibus alacritate & lætitia repleretur. Sed & ſanitatum gratia plurima ei a Domino donata eſt: *uti de eo teſtantur in Vitis Patrum Ruffinus l. 2. c. 33. Palladius l. 8. c. 73. Sozomenus l. 6. c. 28. Nicephorus l. 11. c. 35. Eum Petrus Equilinus poſt præcedentes eodem* Joannis *nomine appellatos retulit l. 3. c. 159. Quem ſecuti, hoc 27. Februarii eum* Joannem *item conjunxerunt Grevenus, Maurolycus, Felicius, Caniſius, Ferrarius, qui duo cum Equilino* Sanctum *indigetant, ac* Nitriæ *ſeu* Sutriæ *eremi habitatorem ſtatuunt.*

Joannes, qui ex juſſu Abbatis ſui Pauli lignum ligatam addunit, *præcedentibus adjungitur a Maurolyco, cujus*

B *& in notationibus meminit Ferrarius. Agunt de eo in Vitis ſeniorum Ruffinus l. 3. de Vitis Patrum c. 27. & Pelagius l. 5. libello 14. c. 4.*

Joannes minor Thebæus, diſcipulus Abbatis Amonis, qui duodecim annis infirmo parentiſſime inſervivit. *Idem Maurolycus, ex Verbis ſeniorum Ruffini l. 3. c. 155. Pelagii l. 5. libello 16. c. 4. & Paſchaſii l. 7. c. 59. n. 2.*

Joannes alius benevolus & munificus erga Fratres. *Idem Maurolycus.*

Ireneu Virginem Gazenſem *inſcripſit hoc die Menologio magno Virginum Franciſcus Lubienus noſter,* Beatæ *titulo condecoratam. Ea eſt* Salaphitha, *Græcis* Irene *dicta, cujus in Vita S. Perphyrii Epiſc. die 26. Febr. fit mentio honorifica: quam nos quoque eo die inter Prætermiſſos retulimus.*

Comanus filius Va Temne *in mſ. Tamlactenſi, & Feſtilogio Mariani Gormani, iiſdem verbis (ſi tamen in exemplo recte expreſſa) refertur hoc die. Prætermiſſus eſt a Colgano, nec nobis notus.*

Scaulphus, *ſive* Sexwlphus, *aut* Saxulphus, primus Abbas monaſterii Medehamſtede, *ſive* Petroburgi, *in Anglia, dein* Epiſcopus Lichfeldenſis, *vir fuit eximia pietatis ac zeli, ideoque ab Eduardo Mabievv, & Hugone Menardo in Martyr. Benedictino* Beatus *appellatur*

C *ad diem 28. Jann.* Sanctus *a Gabr. Bucelino in Menologio Benedictino, & Hieronymo Portero, eodem die: uti & a Joanne Wilſono in utraque editione Martyrologii Anglicani, in priore 27. Febr. in poſteriore ad 28. Januarii. Nihil haſtenus in veteribus ſcriptoribus obſervavimus, unde conjicere liceat, in Cœlitum alba olim poſitum fuiſſe. Et ſane Daniel King Ceſtrenſis in Ceſtria deſcriptione edita Londini an. 1656. pag. 65. agens de Epiſcopatu Ceſtrenſi, primum Mercionum Epiſcopum, cujus Sedem Lichfeldia ait fuiſſe, S. Ceaddam vocat Anglice* S. Chad, *tertium* Sexulf, *abſque Sancti titulo.*

Lucas primus Archimandrita monaſterii S. Salvatoris Meſſanæ in pace quievit. *Octavius Cajetanus noſter in Martyrol. Siculo ex elogio ad ejus ſepulchrum in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ appenſo. Idem pag. 35. annumerat viris fama ſanctitatis illuſtribus.*

Emanuel ex Ordine Ciſtercienſi monachus, monaſterii S. Bernardi in Friſia alumnus, ad Sedem Cremonenſem ex Italia evectus circa annum 1570. quam Eccleſiam cum paucos menſes rexiſſet, vitam finivit 27. Febr. pluribus miraculis tum vivus tum mortuus clarus. *Ita Ughellus & ipſe Ordinis Ciſtercienſis tomo 4. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Cremonenſibus, qui* Sanctum *appellat. Inſcriptus etiam Calendario Ciſtercienſi Di-*

vione excuſe, item Menologiæ Henriquez & Bucelini, D *qui duo* Beati *titulum tribuunt. Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonenſi an. 1627. excuſe de Sanctis omnibus agit, qui in diœceſi Cremonenſi celebrantur, aut quorum ibidem ſacra Reliquia aſſervantur, neque uſpiam inter eos meminit* Emmanuelis *Epiſcopi Cremonenſis.*

Eliſabeta Abbatiſſa monaſterii Boldronenſis Ordinis Camaldulenſis, *qua precibus alimenta impetravit, & viſa eſt cuipiam inter Angelos hora mortis cœlos aſcendere, inſcripta eſt hoc die Menologio Benedictino Bucelini, &* Beata *nuncupata. Silvanus Razzius inter Sanctos & Beatos Ordinis Camaldulenſis ejus Vitam edidit pag. 66. &* beatam Sororem *appellat.*

Robertus prior cœnobii Ciſtercienſis *memoratur in Menologio Henriquez & Bucelini, &* Beatus *vocatur; a Sanſſajo in Martyrol. Gallicano Piis adſcribitur.*

Joannes monachus in valle S. Lamberti juxta Leodium *refertur hoc die ab iiſdem Henriquez & Bucelino cum titulo* Beati, *quem Piis etiam annumerat Sanſſajus, omiſit in Floribus Leodienſibus Bartholomæi Foſco.*

Clara de Ubaldinis, *illuſtri orta genere, marite, e quo plures liberos genuerat, morino, nuntium mundo remiſit, inſtitutum S. Claræ complexa in monaſterio Monticelli* E *dicte, cujus & Abbatiſſa creata eſt, vitamque reliquam magna opinione ſanctitatis exegit; nec ſine miraculis, ut ajunt, corpore poſt plures ab obitu annos integro adhuc reperte. Beatam appellat Silvanus Razzius to. 1. de Sanctis Etruſcis, uti & Arturus in Martyrologio Franciſcano, qui hunc diei ejus natalem adſcribit. Nihil nobis conſtat de cultu, qui Cœlitibus debetur, ei palam exhibito.*

Raynaldus Reatinus Ord. Minorum *hoc die inſcriptus Martyrologio Franciſcano Arturi a Monaſterio,* ac Beati *titulo decoratus; uti & apud Wadingum to. 2. Annal. an. 1291. nu. 73. & apud Gonzagam parte 1. Catalogi Beatorum; ſed horum nullus quidquam profert, unde conſtet eum illi honorem ab Eccleſia delatum.*

Botius, *ſive* Boccius, *aut* Bunſius, Tiferni, *ſive* Civitatis Caſtelli, Epiſcopus, *hoc die mortuus dicitur an. 1374. ac* Beatus *appellatur in hiſtoria SS. Umbria Ludovici Jacobilli, ex Annalibus Jeſuatorum. Eo titulo abſtinet Ferdinandus Ughellus in catalogo Epiſcoporum Tifernatium. Ergo ſaltem, an ei veneratio ulla tribuatur, non liquet.*

S. Oſwaldus Wigornienſis Epiſcopus, dein Archiepiſcopus Eboracenſis, *inſcriptus eſt hoc die Supplemento Martyrolog. Gallicani a Sanſſajo: de eo agemus 28.* Febr. F

S. Leander Epiſcopus Hiſpalenſis *hoc die inſcriptus eſt Martyrologio Romano, itemque Bedæ, Uſuardi, Adonis, Wandelberti, Notkeri, aliſque recentiorum quamplurimis: nuſquam hoc die res ab eo geſtas ex S. Gregorio, S. Iſidoro, & aliis ſolidæ fidei ſcriptoribus colligere ſtatuevamus. Sed poſſe deprehendimus ab nulla Hiſpanienſi Eccleſia hoc die coli. Verum ab Eccleſia Hiſpalenſi, cujus Antiſtes fuit, die 13. Martii, officio duplici ſecunda claſſis; a Carthaginenſi, unde erat oriundus, eodem die, duplici item officio celebratur:* Miſſale Mixtum, ſecundum ordinem Almæ Primatis Eccleſiæ Toletanæ, *Lugduni excuſum anno 1551. in Kalendario præfixo ita habet ad 13. Martii:* Leandri Epiſcopi Confeſſ. & Doctoris. sv. Capparum. *Conſentit* Breviarium ſecundum regulam B. Iſidori, dictum Mozarabes, *excuſum Toleti, auctoritate Franciſci Ximenes Archiepiſcopi anno 1502.* & Miſſale Mixtum ſecundum regulam B. Iſidori, dictum Mozarabes, *excuſum Toleti anno 1500. ejuſdem Ximenii auctoritate. Sequuntur hos recentiores quidam in ſuis Faſtis ac Martyrologiis. Quamobrem & nos quoquo illius Vitam differemus in* 13. Martii.

Joannes brevis ſtaturæ, obedientia conſpicuus apud Scytas, ad cujus irrigationem ſurcolus aridus fru-

ctifi-avit.

A ſtificavit. *Ita Menologicus poſt varias ejuſdem nominis relatas & Ferrarius in Notis ad Catalogum Generalem. Narrat id Joannis miraculum Caſſianus lib. 4. Inſtitut. c. 24. & lib. 4. de Vitiis Patrum cap. 27. ut capite præcedente indicarat victorium a Theodoſio Imperatore ejus precibus reportatam, ac videtur is eſſe, qui colitur* 27. Martii.

S. Felix Epiſcopus & Martyr Romæ via Aurelia. *Martyroll. mſſ. Tornacenſe 1. Martius & Latienſe. Eſt* Felix Papa I. & II. *martyrio* via Aurelia *affectus. Colitur* Felix I. 30. Maii.

Felix II. 29. Julii.

SS. Petri & Andreæ Apoſtolorum vocatio ad apoſtolatum, *in mſ. Florario & Grevenii addi ſolet ad Uſuardum hoc die annotatur. De ea poterit agi ad Vitam* S. Petri 29. Junii.

& S. Andreæ 30. Novemb.

S. Hildulfus Confeſſor, qui cum SS. Arbogaſto & Theodato ad flumen Haleſum erecto oratorio ſe totum contemplationibus & meditationibus divinis tradidit. *David Camerarius hoc die ex Vita s. Florentii Epiſcopi Argentoratenſis 3. Novemb. apud Sarium. Sed contra quam hic ſenſit, eum judicamus eſſe s. Hildulfum Trevirorum Epiſcopum, de quo* 11. Julii.

B S. Mariæ Magdalenæ translatio. *Florar. Sanct. mſ. de ea agitur 19. Martii, & die ejus natali* 22. Julii.

S. Angulphi Abbatis monaſterii Lirinenſis, & Martyris inventio, *inſcripta Martyrologiis manu exaratis ordinis s. Benedicti, monaſterii s. Salvatoris & aliis. De ea agetur* 3. Sept.

Elvius Menevenſis in Wallia Epiſcopus *hoc die in martyrol. Anglicano a Joanne Wilſono intruſus in 2. editione, quem in prima melius omiſerat. Citat autem Breviarium Sarum, in quo ad 1. Martii Lect. 6. de s. Davide Epiſcopo iſtu habentur*: Nam cum baptizaretur ab Elveo Menevenſi Epiſcopo redeunte de Hibernia, ac tunc applicante in portu qui dicitur Gleyſad. *In Vita s. Davidis, quam s. Martii debemus, hæc traduntur*: Puer autem natos, a S. Helvæo Momonienſium Epiſcopo baptizatus eſt. *Ac vero cum omnes s. Davidem primum Menevenſem Epiſcopum ſtatuant, qui poteſt is ab Elveo Menevenſi Epiſcopo dici baptizatus? Si tamen fuiſſet aliquis ejuſmodi Elveus, unde dedicit Wilſonus eum in Sanctorum tabulas relatum? Unde ad hunc diem pertinere? De* S. Helvæo, *ſive* Albæo, *aut* Aylbæo, *agemus* 12. Septembr. D

SS. Andronicus & Athanaſia conjuges. *Metaphraſtes, Surius, Molanus, alii; Nos cum Græcorum Menæis & Martyrol. Rom.* 9. Octob.

S. Edmundi Cantuarienſis Epiſcopi Canonizatio. *Florar. Sanct. MS. Dies ei ſacer eſt* 16. Novemb.

S. Oda Virgo Rhodæ in Brabantia Martyr. *Dempſterus in Menologio Scotico & Ferrarius in Catalogo generali. Colitur* 27. Novemb.

Soghanus & Sophanos Epiſcopi *memorantur in Menologio Scotico Thoma Dempſteri, quos ab aliis præcedenti die locari ſcribit. Nullum vidimus, qui eorum meminerit præter Ferrarium, qui hoc die in Notis eorum nomina retulit, citato martyrol. Scotico, quod Dempſteri Menologium interpretamur. Aſt ipſe Dempſterus 26. Febr. ita ſcribit*: In Germania Ogani Epiſcopi. *Et Breviarium Scoticum citat. De* S. Ogano *agit in Eccleſiaſt. hiſtoria gentis Scotorum lib. 14. num. 987. citatq; Germanicum Canſii Martyrologium, & aſſerit* coli 26. 27. Febr. *Ut plane idem eſſe videantur* Soghanus, *qui* S. Oghanus, *ab oſcitante amanuenſi ita ſcriptus. Sed* Sophani *ſive* S. Ophani *nuſquam veſtigium. De* S. Ogano *iterum quæretur* 15. Decembr. E

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

JULIANO PODAGRICO, EUNO CRONIONE EJUS FAMULO, ET BESA MILITE,

Commentarius prævius.

G. H.

C An. Chr. CCL. XXVII. FEBRU.

Alexandria in perſecutione Decii.

Eclipſis Solis anno ejus Imperium ſequente.

1 *Philippo Imperatore utroque, patre Verona, filio Roma, a militibus anno 249. interempto, Imperium arripuit Decius, ac* continuo, *uti Paulus Oroſius lib. 7. cap.* 21. *ſcribit*, ad perſequendos interficiendoſque Chriſtianos, ſeptimus poſt Neronem, feralis diſperſæ edicta. *Qua tum Alexandriæ in Ægypto geſta ſunt, narrat, qui præſens aderat, S. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus in epiſtola ad Fabium, aliis Fabianum & Flavianum, Epiſcopum Antiochenum, inſerta ab Euſebio lib. 6. Hiſtor. Eccl. cap. 34. Verum, quod plane mirandum eſt, integro aſſerit anno, antequam edicta illa Decii lata ſunt, imo cum ipſe necdum ſumpſiſſet Imperium Decius, incentore quodam vate, ac damonum miniſtro, perſecutionem illam Alexandriæ motam fuiſſe: de qua & nos egimus* 31. *Januarii*, 8. *& 9. Februarii, quibus diebus coluntur in illa pravia perſecutione occiſi* SS. Metras, *ſive* Metranos, Cointa, *ſive* Quincta, *&* Apollonia. *His quartus additur* S. Serapion, *ad* 14. *Novembris Faſtis ſacris adſcriptus.*

2 *In ipſa autem Decii perſecutione*, Jolianus & Eonus in Domini Jeſu Chriſti confeſſione perdurantes, admiranda ſpectacula martyrii ſui Angelis & hominibus præbuerunt: *uti legitur 7. Decembris apud Adonem in S. Agathonis Martyris elogio. Horum & Beſa militis paſſionem ita refert in dicta epiſtola S. Dionyſius.* Decii edictum erat jam divulgatum, illudque tale profecto videbatur, qvale Dominus prædixerat futurum: in quo terribiliſſima illa ejus propemodum explebatur ſententia, nimirum electos, ſi poſſibile eſſet, in errorem inducturi iri. Qoin omnes certe metu perculſi obſtupuerunt. Atque ex illis, qui cum dignitate, tum divitiarum affluentia præſtare videbantur, (qui quidem non pauci erant numero) nonnulli timore perterriti, dii eorum colendis ſe ultro offerunt: alii ex privatis ædibus in publicum raptati, ad delubra docuntur a magiſtratibus: multi vicinorum ſuaſu eo pelliciuntur, qui quidem nominatim evocati, ad impura & profana eorum ſacrificia ſe conferunt. Horum autem non pauci, quaſi minime eſſent ſacrificaturi, ſed illi ipſi potius victimæ & ſacrificia idolis futuri, pallore exalbeſcunt, & formidine attoniti ſtupent: adeo ut a frequenti populi turba, quæ circumſiſtebat, dum ſe omnibus perſpicue pateſaciebant, eam ad moriendum tam ad ſacrificandum, eadem timiditate eſſe affectos, eiſui & ludibrio haberentur. Alii paratius ad altaria procurrunt, duro ore & impudenti conſtanter aſſeverantes, ſe nomquam fuiſſe Chriſtianos, duQuibus Domini ſententia veriſſime dici poteſt, eos difficoltee poſſe ſalvari. Ex reliqois, qui tenuiores erant & magis obſcori, plerique utrumque iſtud hominum genus, quod poſteemo poſuimus, imitantur. Alii ca- F

Matth. 24. 24. plerique a fide in idolatriam lapſi.

AUCT. Gr. H.

peſſunt fugam, alii comprehenduntur: atque ex prehenſis multi ad vincula & carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenentur concluſi: poſtea tamen, antequam ad tribunal acredunt, Chriſtum ejurant. Quidam tormenta diu fortiter ſuſtinent, ſed ad poſtremum ſuccumbentes, fidem pernegant. *Hactenus ibi. De atroci perſecutione Decii agit S. Gregorius Nyſſenus in Vita S. Grezorii Thaumaturgi 17. Nov. At turpiſſimam quorumdam defectionem & ad idololatriam relapſum deplorat S. Cyprianus eo tempore Epiſcopus Carthaginenſis in l. de lapſis. Sed reliqua ex S. Dionyſii epiſtola recenſeamus.*

A *aliam pœ carcerem & tormento tolerata*

3 Ceterum, *inquit*, qui Domini erant, ramquam firmæ & beatæ columnæ, ejus ope & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum animis penitus inſidebat, vires ac tolerantiam apte & appoſite reſpondentem adepti, admirabiles & inſignes ejus regni Martyres ac teſtes facti ſunt. Quorum primus erat Julianus, homo podagræ doloribus adeo oppreſſus, ut neque incedrre, neque pedibus conſiſtere poſſet. Hic cum aliis duobus, qui eum geſtabant, ad judicem adducitur: quorum alter extemplo fidem denegat, alter nomine Cronion, cognomento Eunus, & ſenex ipſe Julianus Dominum ingenue confitentur, qui per totam urbem, quæ certe, ut poſtis, amplißima eſt, camelis inſidentes deducti, & ita ſublimes verberibus cæſi, randem immenſo quodam rogo & ſupra modum exardeſcente, hominem multitudine undique circumfuſa, comburuntur. Ac dum adducebantur ad locum ſupplicii, miles quidam, nomine Beſas, illis inter eumdum opem ferre, & his qui eos contumelia afficiebant, ex adverſo reſiſtere laborat. Qui, populo propterea contra eum vociferante, inde illico abripitur ad judicem, & in præclaro illo prælio pro pietate ſuſcepto, ramquam fortiſſimus Dei bellatoe, ſtrenue & viriliter ſe gerens, ſecuti demum percutitur. *Hac apud Euſebium S. Dionyſius, qui & ipſe egregius Confeſſor obiit, colitarque 17. Nov.*

S. Julianus podagricus,

& S. Cronion Eunus ſomines,

B *flagris cæſi comburuntur:*

S. Beſas miles,

capite plectitur

4 *Ruffinus lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 31. eamdem S. Dionyſii epiſtolam recitat, nonnullis hinc inde reciſis, ac martyrii genus immutat: cujus proinde verba addimus.* Primus, *inquit*, venerabilis Julianus podagra contractus, ita ut neque incedrre neque ſtare poſſet, cum his qui eum in ſellula poetabant offertur: quorum unus quidem ſtatim negavit: alius vero, nomine Eunus, eum Juliano ſene in Domini noſtri Jeſu Chriſti confeſſione perdurat. Quique jubentur camelis impoſiti pee omnem circumduci civitatem, & flagris hinc inde verberantibus, populo ſpectante, laniari, uſquequo finem vitæ in ipſis verberibus ponerent. Sed vie quidam militaris cum aſſiſteret, & quoſdam volentes etiam mortuis illudere cædaveribus prohiberet, clamor repente adverſus eum totius vulgi extollitur. Offertur Judici fortiſſimus miles jam Domini, & nuſquam ſe inferior factus, in confeſſione perſiſtens, capitis proprietate damnatur. *Hac Ruſinus, qui non indicat ſocium S. Juliani dictum fuiſſe* Cronionem, cognomento Eunum, *ſed* Eunum *ſolum appellat, quod in Martyrologiis illi nomen adhæſit: dein hos igni combuſtos eſſe ſilet: denique nomen* Beſæ *non addit: unde & ejus pauciora Martyrologia memmorunt. Eſt autem Eunus, ſivo Ευνος benevolus, Κρόνος Saturnus, hinc Κρονίων, uti Latine Saturninus.*

a Ruffino Eunus ipſi appellatur,

qui cum S. Juliano in per flagra mortuus;

C *emiſſo etiam militis ſpiritu*

5 *Memoria ſolius* Juliani *conſignata eſt in mſ. Martyrologio antiquo Seremiſſima Regina Suecia 27. Februarii his verbis*: Et in Alexandria S. Juliani ſenis & podagrici, Martyris. *Socius illi* Eunus *adiungitur in aliis paſſim Martyrologiis. Romanum vetus a Roſweydo noſtro editum iſta habet*: Alexandriæ Juliani Martyris & Euni, qui cum ipſo ſene perduravit. *Similia non indicato mortis genere leguntur in mſ. Colonienſibus S. Mariæ ad gradus & Carmelitano, Florario, Felicie, aliiſque. At tabula Uſuardi, Bellini, cum Viola Sanctorum ac variis mſſ. hæc tradunt*: 3. Kalendas Martii. Alexandriæ paſſio S. Juliani

Inſcriptio Mariæ ad Scalas 27. Febr.

Martyris. Is cum ita podagra conſtrictus teneretur, ut neque incedere neque ſtare poſſet, unæ cum Euno miniſtro ſuo, in ſella judici offertur, qui camelis impoſiti per totam jubrntur circumduci urbem, & flagris hinc inde inſpectante populo laniari, uſquequo finem ipſis verberibus ſottirentur. *Hi ferme conſentiunt Beda, Ado, Notkerus, Manrolycus, Galeſinius, Caniſius, dum eos tradunt inter verbera expiraſſe, quod ante ex Ruffino retulimus. Qua eadem plenius leguntur in Breviario auctoritate Pauli III. anno 1534. excuſo.*

D *in relatione Roſuei,*

6 *In Martyrologio Romano ex ipſius Euſebii hiſt. martyrium eorum, ac militis Beſæ, ita indicatur*: Alexandriæ paſſio S. Juliani Martyris, qui cum ita podagra conſtrictus eſſet, ut neque incedere, neque ſtare poſſet, una cum duobus famulis, qui eum in ſella geſtabant, Judici offertur, quorum alter fidem negavit, alter, nomine Eunus, cum Juliano in confeſſione Chriſti perdurans, ambo ſimul camelis impoſiti, per totam urbem circumduci jubentur, & flagris laniari, ar tandem incenſo rogo, hinc inde ſpectante populo, comburi. Ibidem S. Beſæ militis, qui cum inſultantes in prædictos Martyres cohiberet, delatus ad Judicem, pro fide conſtantee agens, capite truncatus eſt.

in correctione Euſeb. hiſt.

E *celebratur cum noviſſ. ſuriis 19. Febr.*

7 *Ss. Julianus & Eunos veriis adiunctis Martyribus celebrant 19. Febr. in Adone mſ. Eccleſia Morinenſis his verbis*: Apud Alexandriam natale ſanctorum Martyrum Juliani, Euni, Macarii, Epimarhi, Metrani, Apolloniæ, Ammonariæ, Corintæ & aliis decem, qui temporibus Decii variis pro Chriſto paſſionibus glorioſe coronati ſunt: ſicut ſcribit B. Dionyſius Alexandrinus Antiſtes in l. de Martyribus. *Eoſdem omnes referunt illo die Manrolycus & Felicius*: ſed Corinta, *alii* Cointa *dicitur. Iterum 20. Febr. aſſignantur in Uſuardi auctario apud Hermannum Greven*, Julianus & Eunus miniſter ſuus Martyres. *Illit reliqui ſupra nominati ſocii junguntur in mſſ. S. Richarii ſub Beda nomine, & Carmelitarum Colonienſium, item alio excuſo Colonia anno 1490. Qui iidem excepti* Euno & Ammonaria *adſcripti etiam ſunt Florario mſ. Verum pluribus cum ſuriis ita eorum triumphus depingitur in Martyrologio mſ. Maximini*: 10. Kalend. Martii, Apud Alexandriam natale ſanctorum Martyrum, qui perſecutione [a] Decii Datiana variis pro Chriſto paſſionibus glorioſiſſime coronati ſunt, id eſt, Juliani venerabilis ſenis & Euni, Macarii, Epimachi & Alexandri: item SS. Apolloniæ & Ammonariæ, nec non Cointæ, Mereuriæ, Dionyſiæ, itemque Ammonariæ, Metrani ſenis, Serapionis, Hieronis, Arſenii, Dioſcori, Iſidori, Nemeſii, & Scirionis Martyrum. Alii quoque quamplurimi in deſertis ac montibus fame, ſiti, frigore, languore, latrombus beſtiſque conſumpti, imirati ſanctos Dei Prophetas, martyrii gloria coronati ſunt. Inter quos etiam venerandus ſenex Chæremon Epiſcopus urbis Nilopolis, una cum grandæva conjuge, cum ad Arabicum montem diceſſiſſet, nuſquam ultra comparuit. Qui omnes ſimul ad quinque millia fuiſſe ſignantur. Scribit B. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus in l. de Martyribus: qui & ipſe ſub ejuſdem perſecutionis immanitate, in multis ſæpe confeſſionibus ſatis clarus, & paſſionum tormentorumque tolerantia magnificus fuit. *Hactenus. De veneratione* SS. Metrani, Coiotæ, (*quæ ſupra* Corinta *dicitur*) Apolloniæ, Serapionis *& ipſius* Dionyſii *dictum eſt. Reliqui colantur menſe Decembri, & die quidem* S. S. Mararius, 12. SS. Epimachus, Alexander, Ammonaria, Mereuria, Dionyſia *& altera* Ammonaria; *at* 14. *die* Ss. Hero, Arſenius, Dioſcorus & Iſidorus, 19. S. Nemeſius, *demum* 22 Ss. Iſchirion, *hic* Schirion *dictus, & Charemon Epiſcopus.*

[a] Decii 22.

F

8 *Græci hos ſanctos Martyres celebrant* 30. *Octobris, quo die in Menologio Caniſii hæc leguntur*: Eodem die natalis ſanctorum Martyrum Cronionis, Juliani, Macarii & aliorum tredecim, qui ſub Decio Imperatore apud Alexandriam pro Chriſto cruciati, in confeſſione permaneutes

30. Octob.

A manentes, martyrii coronam acceperunt. *Quo etiam die, citato in Notis Græcorum menologia, uſta in martyrologio Romano leguntur*: Alexandriæ ſanctorum Martyrum, qui cum SS. Juliano, Euno & Macario paſſi ſunt ſub Decio. *Ubi obſervat Baronius*, ile Juliano & Euno, qui idem eſt cum Chronione, ſive Cronione, agi 27. Februarii, de Macario 8. Decemb. *Verum de reliquis tredecim agitur etium* 12. 14. 19. & 22. *Decemb. uti jam oſtendimus: ſunque ii, ut iterum annotat Baronius, quorum martyrium deſcribit S. Dionyſius apud Euſebium lib. 6. c. 27. ſidem memorantur* 30. *Octobris a Græcis in magnis Menais & apud Cytherum, ſed non uſque mendis*: Eodem die, *inquiunt*, *relicta Ecor in Menaiis.* ſanctorum martyrum Alexandri, Cronionis, Juliani, Macarii & aliorum tredecim. Sancti iſti Decio imperante Alexandriæ paſſi ſunt. Primus autem Alexander productus, cum, quod podagra laboraret, rectus ſtare non poſſet, cum Cronione familiari ſuo camelis vectus. Per mediam ergo urbem ad ſpectandum traducuntur, ſuſpenſique flagris concidiuntur, atque igne ſupra modum exardeſcente perfuſi, animas Deo reddiderunt. Julianus vero & Macarius poſt multa tormenta capitibus truncantur. Ex reliquis tredecim, alii ferro variæ lacerati, alii exuſti, alii gladio ſubjecti, omnes in fide conſtantes, martyrii palmam retulerunt. *Hæc* Menæa, *in quibus S. Alexandro tribuitur S. Juliani podagra & hujus præſtitus a S. Cronione famulatus, ejuſque in camelı impoſitione, atque martyrio ſocietas. Flammis quidem abſumptum fuiſſe S. Alexandrum legitur in epiſtola S. Dionyſii, ſed S. Epimachus eidem ſocius in tormentis & martyrii palma aſſignatur. Emendanda præterea Menæa, quod referant S. Macarium unu cum S. Juliano poſt multa tormenta capite truncatum, qui æque atque* S. Julianus, *ſed diverſo & tempore & occaſione vivus eſt combuſtus. Demum præter hos alii* XIII. *ſunt, ſi S. Beſus unumeretur. Hiſtorium horum martyrum deſcribit etiam Nicephorus lib.* 5. *Hiſt. Eccl. cap.* 36. *ſed nomen Euni, non* Cronion, *ſed* Iſchyrion, *ſive* Iſchorion, *exprimitur. Græce hæc verba ſunt*: Κρονίωνα δὲ, ᾧ ἰσχύριον μὲν ὄνομα, Εὔνιος δὲ ἐπώνυμον. Alter vero, cui Iſchorion quidem nomen, Eunus vero cognomen.

B 9 *S. Juliani aliquas ſacras reliquias aſſervari Auguſtodumi in Gallia tradit Sanſajus in martyrologio Gallicano his verbis*: In Eccleſia Auguſtodunenſi commemoratio agonis S. Juliani Martyris Alexandrini, qui podagræ morbo affectus, cum neque ſtare neque incedere poſſet, una cum Euno ſervo ob fidei Chriſtianæ cultum ad Judicem ſella delatus eſt: cujus juſſu uterque camelis impoſitus, & per urbem ductus, verberibus dire exſus eſt, donec in ſumma pietatis conſtantia unus & item alter puriſſimos ſpiritus efflavit. Hujus reliquiarum haud eaſilejuſdem portio, Divino beneficio ex Ægypto in Galliam advecta, atque in Auduenſem baſilicam illata, multo cum honore, elatam illic & venerabilem ejuſdem reddidit memoriam. *Reliquiæ S. Juliani Auga Auguſtodunenſi in Gallia.*

C

DE S. GELASIO, SEU GELASINO,

MIMO, MARTYRE HELIOPOLI IN PHOENICIA,

G. H.

Sylloge hiſtorica.

ANNO CCCXCVI. XXVII. FEB. 1 *Celebris eſt apud Græcos* 27. *Februarii memoria* S. Gelaſii mimi ac Martyris, *qui in Calendario Genebrardi cura edito appellatur* Gelaſius ſenior, *& Procopio Decapolita, quem infra referemus, adjungitur. Eumdem* Γελάσιον πρεσβύτερον *etiam cognominant, ac ſolum ſuo menologio inſcribit, Chriſtophorus Patricius & Proconſul Mitylenæus. At* Menæa *& Maximus Cythereus hoc eum elogio exornant*: Μνήμη τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Γελασίου, ὃν οἱ βάπτισμα χλευάσαι διεπέμψαντο παρὰ τοῦ ἄρχοντος, βαπτιζόμενον κλαδεῖ καὶ ξίφει τελειοῦται. Memoria ſancti martyris Gelaſii, qui juſſus a Præſide baptiſmati illudere, in veritate baptizatur, & gladio vitam finit. *Addantur in Menais hi verſus rum alluſione ad nomen* Gelaſii, *quod ridiculum ſonat*:

Ja ludere baptiſmati convertitur, gladio occiditur.

Illudens Baptiſmati *Gelaſius ſenior.*

Φώτισμα μίσησον, ἐχυλὲν γελᾶσε πλανᾶν.
Πλουσίε δὲ, Γελάσιε, ἐχάρην κάρᾳ.
Βαπτιζόμε, Γελάσιε, καὶ ἐβόμβ ἀλλὰ σμίδος.

In ſplendorem futurus, inſultautem derides impoſturam,
At ſplendore repletus, Gelaſie, capite plecteris.
Baptizatus, Gelaſie, percuſſus es viceſima ſeptima.

27. Febr.

2 *Hæc Græci in menologiis ac Menais, non indicato loco aut tempore, quibus martyrii eſt palmam aſſecuti: qua ſatis dilucide exponuntur in Chronico Alexandrino ad annum Diocletiani* XIII. Maximiano Herculio V. & Maximiano Jovio Cæſare II. Coſ. *Is eſt annus Æra vulgaris* 297. *qui ibidem* annus Chriſti in cœlum aſſumpti 269. *numeratur. Hæc ibi porro habentur*: His Conſulibus martyrium pertulit S. Gelaſinus Heliopoli urbe Libanaſiæ. Hic erat mimus ſecundus, quem theatro prorſus repleto, ac populo univerſo ſpectante, alii mimi in baluei amplum ſolium & tepente repletum aqua conjecerunt, Chriſtianæ religionis myſteriis ac ſancto baptiſmati illudentes. At Gelaſinus ipſe ſecundus mimus ita baptizatus, cum ea ſolio aſcendiſſet jam veſte alba amictus, non amplius paſſus eſt ſe ſpectaculo theatrali illudi, dicens: Chriſtianus ſum. Vidi enim in lavacro gloriam tremendam. Quare & Chriſtianus morior. Quod cum populus in theatro urbis ſuæ Heliopolitanæ adſpiceret, furore vehementi incenſus, ex gradibus in ſcenam magno cum impetu involavit, ac S. Gelaſinum comprehenſum, & in candido amictu, quo indutus erat, e theatro ejectum, lapidibus obruit atque interfecit. atque hunc in modum vir juſtus e vita deceſſit; cujus ſacras corporis exuvias deportarunt extra Heliopolim in vicum Mariamnam, unde erat oriundus, ibidemq; illi ſacrum oratorium extruxerunt. *In baluco calidi vaſcui exercuſus, fidem profeſſus.* *candidis veſtibus.* *lapidibus impoſitum.* *Appellatur Martyr.* *ne, antea dicitur.*

3 *Hactenus Chronicon Alexandrinum, in quo hic mimus* Gelaſinus *dicitur, qui aliis* Gelaſius *eſt, unius appoſitu litteræ facta differentia. At gladio eiſdem dicitur interemptus, in Chronico vero lapidibus obrutus: ſed potuit a Præſide furori populi ereptus fuiſſe, ac tandem gladio cæſus martyrii palmam obtinuiſſe. Eſt autem Heliopoli urbs Epiſcopalis Phœnicia Libani, qua provincia hic Libanaſia appellatur. Quare eadem dicatur* mimus ſecundus *aliquo modo* dici poteſt *ex Cicerone & Horatio: hic lib.* 3. *epiſt.* 18. *aliquid ſimile indicat his verſibus*: *Gelaſius et Gelaſinus dictus.* *& mimus ſecundus.*

Ut poetum ſævo credas dictata magiſtro
Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas.

At clarius explicat M. Tullius divinatione in Verrem his verbis: Ut in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſubmittere, ut ille princeps quam maxime excellat.

A

DE S. NESIO MARTYRE. D

G. H.

XXVII. FEB. P*Auca nobis Græci in magnis Menæis, & Vitis Sanctorum a Maximo Cythereo editis, ſuggerunt de genere mortis, quo S. Neſius martyrii coronam aſſecutus eſt 27. Februarii, quo die ejus natalem his celebrant verbis: Τῇ αὐτῇ ἐμπρηϑὰ ἁγίου Νέσιος βουβαλίοις τυπτόμενος μαρτύριον.* Eodem die S. Neſius nervis bubulis cæſus, vitam finit. *In Menæis additur ſequens diſtichon, & martyrii genus confirmatur.*

S. Neſius nervis bubulis cæſus.

Νεῦροις βοείοις Νέσιος πάλαι φέρων.
Νεῦρόφιλος γὰρ τῶν πάλαι παλαιστῶν ἦν.
Nervos bubulos Neſius paſſus vincit.
Viribus enim nervisq; auctus, laborum obliviſcitur.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

ALEXANDRO, ANTIGONO, ABUNDANTIO, SIVE ABUNDIO, TITIANO, MACARIO, SEVERIANO, CALANO, FORTUNIONE, SIVE FORTUNIO, AUT FORTUNATO, JANUARIO, THESSALONICÆ IN MACEDONIA.

G. H.

Sylloge hiſtorica.

B

XXVII. FEB. *Martyres propoſiti nullo indicato loco.*

1 *ILluſtris hac novem Martyrum corona eſt: de quorum numero, & loco martyrii non parva in Martyrologiis tam manu exaratis, quam excuſis, diverſitas eſt. Ac primo omni omiſſo loco referuntur in Martyrologio MS. Leodienſi S. Lamberti, ac duo ſolum nominantur:* Eodem die 27. *Februarii* Sanctorum Alexandri & Antogoni, *qui alii* Aotigonus *eſt. Hoc omiſſo duo alii* Alexandro *junguntur in Uſuardo MS. Regiæ Sveciæ, & MS. Ultrajectino Cleriorum S. Hieronymi, in Mſſ. Florario, & Martyral. Colonia anno* 1490. *excuſo:* Eodem die Alexandri, Abundantii & Fortunionis. *Iidem referuntur in Mſſ. Martyrol. Carmeli Colonienſis, ſed ſecundus* Habundantius *ſcribitur: at tertius* Fortunatus *dicitur in Uſuardo Mſſ. Albergenſi, Leydenſi, & Lubecu anno* 1475. *excuſo. Maurolycus utrumque nomen immutat:* Ipſo die, *inquit*, Alexandri, Abundii & Fortunii Martyrum: *qui* Abundius *ſolus refertur in mſ. t. Maximini parvo, ſed ſatis antiquo. In aliis loco* S. Alexandri *legitur* Alexandriæ, *quaſi in ea urbe viderentur paſſi. Ita mſ. Aquicinctinum:* Item Alexandriæ, Abundantii & Fortunionis. *Mſ. Bruxellenſe S. Gudilæ:* Eodem die Alexandriæ, Abundantii & Formionis, *lege* Fortuonis; *ac paullo inferius.* Item S. Fortunati, *quem ab aliis pro* Fortunione *poſitum diximus. In Adone mſ. Regiæ Sveciæ:* Item eodem die Ss. Antigeni & Abundantii. *In mſ. t. Cyriaci, quo plurimum uſus Baronius, horum trium memoria recolitur:* Alexandri, Abundantii, Januarii. *Qui additur* Dionyſius *cum* XXIV. *ſociis, huc non ſpectat, ſeorſim dandus. Mſ. Pariſienſe Philippi Labbei noſtri, horum quatuor meminit:* Alexandri Antigoni, Abundantii, Titiani.

Alexander, Antigonus.

Abundantius, Fortunio,

alii Fortunatus, alii Abundius & Fortunatus.

qui Formio dictus;

Januarius,

Titianus.

2 *De antiqua horum martyrum veneratione ex relatis jam martyrologiis ſatis conſtat, ſed locus certuminis nondum indicatus eſt, quem Galeſinius, uti ſapius ſolet,* Romæ *adſcripſit hac formula:* Romæ Ss. Alexandri, Abundiani Antigoni, & Fortunati Martyrum, qui Diocletiano fidei adverſario, dimicationibus conſtanter ſuſceptis, coronantur. *Annotat vero ſe ex codice mano ſcripto accepiſſe, nomina ſcilicet martyrum & ſatis incorrecta, cum loco* Abundantii *ſit* Abundianus, *ac pro* Fortuninne *referatur* Fortunatus. *Silent alii de tempore martyrii, uti & ipſe Baronius, qui Galeſinium ſecutus, eoſdem Romæ paſſos tradit in martyrologio Romano his verbis:* Romæ natalis ſanctorum martyrum Alexandri, Abundii, Antigoni & Fortunati: *annotatque ea omnia eſſe ex veteribus* mſſ. *emendata, in quibus additur & Januarius. Eum jam dedimus ex codice mſ. t. Cyriaci, quem aſſerit alibi idem ſcriptor ſe paſſim ſequi. Verum in eo* Abundantius *legitur, non* Abundius, *& deeſt* Fortunatus, *atque urbi* Roma: *qua ex Galeſinio videntur ſumpta. Potuit etiam S. Fortunatus ex 26. Februarii, quo die de eo egimus, huc tranſlatus eſſe.*

Ss. Alexander, Antigonus,

Abundantius, Fortunio,

alii Fortunatus, alii Abundius & Fortunatus.

qui Formio dictus;

Januarius,

Titianus.

An Romæ ſub Diocletiano poſſit

3 Theſſalonicam *vero celebrem Macedoniæ urbem, & prædicatione S. Pauli, ejuſque ad incolas epiſtola illuſtrem, aſſignant alia martyrologia. Aquiſgranenſe mſ. admodum antiquum hic mutilum eſt, & ipſam urbem abſque Sanctis indicat:* 3. Kalend. Martii: In Theſſalonica . . . natalis Ss. . . . Leandri, *quem cum aliis Smyrna paſſum mox dabimus. Mſ. Richenovienſe, ſive Angia-diviſis prope Conſtantiam, iſta habet:* In Theſſalonica Alexandri, & in Africa Anteginir, Dionyſiæ & aliorum XXIV. *In quibus unius verbi tranſpoſitio ita eſt corrigenda:* In Theſſalonica Alexandri & Antigoni: *qui huc ſpectant. Tum,* In Africa Dionyſii & aliorum XXIV. *In etiam legendum infra conſtabit. Beda excuſus & mſ. monaſterii Richenbergenſis in Bavaria:* In Theſſalonica natale Alexandri, Androgoni, Abundantii. *Rabanus Maurus:* In Theſſalonica nativitas Sanctorum Alexandri, Androgoni, Abundantii. *At loco* Androgoni, *nomen* Aotigoni *ſubſtituendum eſt. Hermannus Greven in auctario Uſuardi anno* 1515. *& 1521. excuſo,* Theſſalonicæ, *inquit*, Alexandri, Abundantii, Aotrogoni, & Fortuonis martyrum: *ac denique,* Item Macarii, *qui etiam huc ſpectat. Demum antiquiſſimum martyrologium mſ. Romanum, ſive S. Hieronymi, in codice, qui apud nos eſt ante mille ferè annos exaratus, hac habet:* 3. Kal. Mart. Nat. Alexandri. In Theſſalon. Antigoni, Abundianti, Titiani, Macarii, Severiani, Calani, Fortunionis, Jaouarii. *Qui tranſpoſito unico verbo ita ſunt legenda:* 3. Kalendas Martii. In Theſſalonica Natalis Alexandri, Aotigoni, Abundantii, Titiani, Macarii, Severiani, Calani, Fortunionis, Januarii. *Duo ergo hic nominantur ab aliis non relati,* Severianus *&* Calanus.

An potius Theſſalonicæ, ut in veteribus Martyrol. adſcribuntur adſcribendus.

Antigonus,

F

Abundantius,

Fortunio, Macarius,

Titianus, Severianus, Calanus, Januarius.

4 *Ferrarius in Catalogo St. Ital.* ex Beda & aliis martyrol. ſcriptoribus *horum Martyrum ipſud concinnat encomium:* Alexander, Abundius, Antigonus & Fortunatus, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus Romæ coronati ſunt. Commota enim perſecutione, inter alios, qui Chriſtianæ religionis delati fuere, & ſic compre-

eorum encomium ex Ferrario

A prehenſi varieque torti ſunt, poſt dimicationes, in quibus conſtantes in fide permanſere, martyrium complevere. *Hæc ibi. At Beda ob eo citatus cum aliis antiquis martyrologis adſcribit Theſſalonica, ut jam oſtendimus, & ſolus Galeſinius eſt, qui oppoſuit perſecutionem Diocletiani. Maſſimus in Bononia perluſtrata aſſerit* S. Antigoni Martyris corpus in æde S. Franciſci adſervari, & S. Abundii Martyris reliquias aliquas eſſe in eccleſiis S. Martini Majoris, S. Gabrielis, & Scholæ piæ: *& tamquam horum, de quibus egimus, forent Martyrum, hoc die refert.*

ex horum Martyrum reliquiis Bononiæ?

AUCTORE G. H. D

ex hujus Antigoni corpus in Hiſpania?

§ *Joannes Tamayus Salazar in martyrol. Hiſpan. ad hunc 27. Februarii.* In cœnobio, *inquit*, S. Baſilii oppidi de Coellas Sccobrienſis diœceſis, depoſitio S. Antigoni Martyris, qui Romæ cum aliis paſſus: ejus ſacra Hiſpaniam advecta, ibidem honorifice requieſcunt, & devota veneratione coluntur. *Acta ejus martyrii ex Galeſinio, Philippo Ferrario, & martyrol. Romano deſcribit.* Quo *autem* tempore *addit*, Tranſlatio horum ſacrorum pignorum S. Antigoni Roma Hiſpaniam effecta ſit, nondum didici. *Neque vos adhuc didicimus, ea qui illic, quique Bononiæ colitur* Antigonus, *idem ſit, & utrobique pars tantum extet ſacrarum ejus exuviarum: nedum an Roma advecto ad eos urbes ea eximia: multo denique minus, ea, de quo agimus,* Antigonus, *Theſſalonica coronatus, Romam ſit unquam aſportatus. In dicto* S. Baſilii cœnobio adſervari corpora trium Sanctorum *teſtatur Ægidius Gonzales Davila tomo 1. Theatri Eccleſiaſtici Hiſpaniarum, agens de Eccleſia Segoviensi pag.* 519. *ſcilicet* SS. Evagrii, Antigoni & Vellæ, *quam* Bellam *interpretatur Tamajus. Colunt eumbito* S. Evagrium Kalendis Octobris, *quo die martyrol. Romanum inſcriptus* Evagrios Martyr, *qui cum* SS. Priſco & Creſcente *traditur* Tomis in Ponto paſſus. *Eodem modo, quia* S. Antigoni *cultus hoc die refertur &* Antigonum *quoque ſuum venerantur, ſive idem ſit, ſeu diverſus. At* S. Vellæ *aut* Bellæ *venerationi nullus aſſignatur dies: forſan, quia nomen hujus fœminæ Faſtis ſacris necdum reperierunt adſcriptum.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

DIONYSIO ET ALIIS XXIV.

G. H.

XXVII. FEBRU. *SUnt hi Martyres antiquioribus mſſ. martyrologiis adſcripti, ac ſolus* Dionyſius, *nullo indicato loco aut comitatu aliorum, legitur in martyrol. mſ. parvo 1. Maximini antiquo. In mſ. Pariſienſi Philippi Labbei noſtri abſque loco conſignatur memorio* Dionyſii & aliorum 23. *In mſ. monaſterii S. Cyriaci,* Dionyſii & aliorum 24. *Apud alios paleſtra martyris aſſignatur Africa. In mſ. martyrol. antiquum Romanum, ſive S. Hieronymi, Beda excuſum, & mſ. Richenbergenſe, ac Rabanus:* In Africa Dionyſii & aliorum 24. *Galeſinius ex mſ. codice, Canſius in martyrol. German. & Ferrarius in Catalogo novo:* In Africa Dionyſii & aliorum viginti quatuor Martyrum. *In mſ. Richenov. aliqua tranſpoſita & immutata ſunt:* In Africa Anteginis, Dionyſiæ & aliorum 24. *Eſt* Antigonus *prior, & ad Martyres Theſſalonicenſes jam relatos ſpectat.* Dionyſius *vero, non* Dionyſia, *apud alios omnes legitur. Hermannus Greven aliis adjungit: ita in auctario Uſuardi:* In Africa Diumiſi, Taciani, Dionis Martyrum, aliorumque viginti tsium. *Nomen* Dionis, *&* Diuoſi, *ejuſdem eſt* Dionyſii. Tacianus *vero eſt aut* Titianus *inter Martyres Theſſalonicenſes, aut* Datianus *inter Smyrnæos, de quibus jam agemus.*

DE SANCTIS MARTYRIB. SMYRNENSIB.

SERVILIANO, DATIANO, LEANDRO,

G. H.

XXVII. FEBRU. *VAriis hactenus dedimus Smyrnæos in Januario & Februario Martyres, quibus hoc die tres iſti adjunguntur, relati in antiquo mſ. martyrol. Romano, ſive 1. Hieronymi, in mſſ. Richenovienſi, Latienſi, Tornacenſi 3. Martini, his verbis:* Io civitate Smyrna Aſiæ natalis SS. Serviliani, Datiani, Leandri, *ſidem memorantur nullo aſſignato loco in mſ. Pariſienſi Philippi Labbei noſtri, at in mſ. Aquiſgranenſi* Leander, *alii deſunt, codice mutilo. In mſ. parvo 1. Maximini die 28. Februarii refertur* Servilianus. De Taciano *ab Hermanno Greven indicato, egimus inter Martyres Afros. Incerta ſunt horum & præcedentium Sanctorum tempus & modus certaminis.*

DE S. HONORINA VIRG. MART.

CONFLUENTIÆ IN FRANCIA,

G. H.

Commentarius prævius.

XXVII. FEBRU. 1 VExium Francicum *prope agrum Pariſinum provincia eſt, in qua flumen Oeſia, ſive Æſia, dein etiam Iſara dictum, infra urbem Pomiſaram Sequana illabitur prope oppidum* Confluentum, *ſeu* Confluentias S. Honoſtnæ, *vulgo,* Conflans Sainctæ Honorine, *aliter* Fin d'Oiſe *appellatum, quod etiam* Caſtrum Conflandum *ſeu* Conflandinum *nuncupatur.* Corpus S. Honorinæ *in eo oppido pie adſervatur, olim* e Gerardivilla, *qui vicus ab oſtio maritimo Sequana fluminis haud procul abfuit, ob perſecutionem Normannicam tempore Caroli Simplicis Regis Francorum eo delatum. Quam Normannorum vaſtationem ita deſcribit Ordericus Vitalis lib. 3. Hiſt. Eccl.* Tempore Caroli Regis Francorum, qui Simplex cognominatus eſt, Brier, cognomento Coſta-Ferrea, filius Lobroci Regis Danorum, cum Haſtingo nutritio ſuo, & ingenti juvenum multitudine, ad depopulandas gentes de vagina ſua egreſſus eſt. Ex ioſperato de mari quaſi turbo vehemens in Galliam intravit, & oppida urbesque, cum Sanctorum cœnobiis, repente concremavit: & per triginta annos ſuper Chriſtianos cum ſuis complicibus inſatiabiliter furuit. Tunc Rotomagus & Noviomum, Turoniſque & Pictavis, aliæque præcipuæ urbes comboſtæ ſunt. Inermes populi occiduntur, monachi & Clerici diſperguntur, & Sanctorum corpora aut in ſuis tumulis jam deſtructis ædibus abſque

Confluentia in Francia

corpus S. Honorinæ adſervatur

ſub Carolo Simplice eo delatum

AUCTORE G. H.

A

cultu reliquuntur, aut a piis cultoribus ad peregrina loca devehuntur. *Cum his Danis, ſive Normannis, pacem ac fœdus ſanxit Carolus Simplex anno 912. data Duci eorum Rolloni, Chriſtianam fidem amplexo, in matrimonium filia Gisla, cum ora ea maritima Gallia, quæ deinceps eſt Normannia appellata.*

locus ante oppid. monachi Beccenſibus donatus.

2 *Cum venerabile corpus S. Honorinæ multis apud Confluentinos clareſceret miraculis*, Ivo Comes de Bellomonta ſuper Iſaram, & Adelidis uxor ejus, volentes B. Honorinæ de Confluento a monachis Deo deſerviri, dederunt anno 1080. eam & omnia ad illam pertinentia Beccenſi monaſterio, ſub libera poteſtate & ordinatione Abbatum præfati monaſterii. *Ita Papirius Maſſonus in deſcriptione fluminum Galliæ, ex mſ. codice monaſterii Beccenſis in Normannia: quod eo tempore monachis virtute ac doctrina claris excellebat ſub S. Anſelmo Abbate, dein Archiepiſcopo Cantuarienſi in Anglia, cui dies 21. Aprilis ſacer eſt. De memorato Comite Bellomontano ſuone agit Ordericus Vitalis lib. 8. ad an. 1090. aſſeritq; filium ejus Adelidem nuptam fuiſſe Hugoni de Grentemaiſnil, ſtrenuo Militi, anno 1094. in Anglia defuncto.*

Hiſtoria Translationis ſubjicitur ſtylo 19.

3 *Hiſtoriam Translationis ac miraculorum* S. Honorinæ *damas, ex antiqua MS. a Federico Flovete Societatis noſtræ Sacerdote nobis Rotomago tranſmiſſum: quam ſeculo Chriſti 12. & forſan a monacho Beccenſi ſcriptam fuiſſe ipſa infra verba innuunt.*

B

4 *Memoria* S. Honorinæ *inſcripta eſt ad diem 27. Februarii Uſuardo mſ. monaſterii Aquicinctini, his ſub finem illius dieï verbis:* Et S. Honorinæ Virginis. *At MS. Florariam:* Honorinæ Virginis. *Hermannus Greven in auctario Uſuardi:* Caſtro Conflandu Honorinæ Virginis: *addit Canuſius in martyrol. Germanico,* Et Martyris. *Molanus in additionibus ad Uſuardum:* Eodem die in Nortmannia B. Honorinæ Virginis. *Ferrarius in Catalogo Generali:* Conflaudi in Gallia S. Honorinæ Virginis & Martyris, *annotatq;* Conflandum eſſe oppidum in ora littorali inter Rotomagum & Cadomum, ab incolis Conflen dictum. *Verum Honfleur ibidem ſitum, errandi occaſio fuit. Sauſſajus in martyrol. Gallicano locam deſcribit his verbis:* Eodem die apud Pontem Iſaræ in agri Pariſienſis & Normanniæ confinio, S. Honorinæ Virginis & Martyris: cui ſuſcepta pro Chriſti fide & cultu in flammis extrema concertatio, immortalis gloriæ trophæum & æternæ felicitatis præmium peperit. *Item 27. Martii eamen* S. Honorinæ *adſcriptum mſ. Florario, martyrol. Colonia an. 1490. excuſo, & auctario Hermanni Grevenbis verbis:* Caſtro Conflando S. Honorinæ Virginis. *Et Mauralycus:* Caſtro Conflandino S. Honorinæ Virginis & Martyris.

Colitur in Martyrologiis 27. Feb.

& 27. Martii.

C

5 *Quo tempore vixeris, & qua genere certaminis coronam martyrii adepta ſit, videtur non omnino conſtare. Auctor hiſtoriæ translationis nu. 3. aſſerit,* Dominum Jeſum, quanti illa fœce meriti, quantæq; virtutis, hujus regionis hominibus, ejus paſſionem ignorantibus, manifeſtaſſe. *In antiquo Breviario Eccleſiæ Coriſopitenſis in Britannia Armorica celebratur hoc 27. Februarii feſtum* S. Honorinæ Virginis & Martyris, *Officio omni ex Communi Virginis & Martyris deſumpto,* præter Legendam *in tres Lectiones ad Matutinum diſpertitam, quæ abbreviata eſt ex Vita S. Dorotheæ Virginis & Martyris, quam dedimus 6. Februarii pag. 775. & ſeqq. Hæc autem epitome incipit:* In provincia Cappadociæ, apud Cæſaream civitatem, erat quædam puella, nomine Honorina: hæc quotidianis diebus in caſtitate & ſobrietate Deo ſedulum exhibebat officium: *Finit vero his verbis:* Cum ergo veniſſet in ictu percuſſoris, rogavit carnificem, ut modicum permitteretur orare. Quæ cum compleſſet orationem, percuſſa gladio, eum triumpho martyrii perrexit ad Chriſtum. *Hæc ibi abſque ulla mentione S. Theophili Advocati, aut roſarum & pomorum cultus acceptorum.*

Genus martyrii olim ignotum.

ad Matutinum Lectiones ex Vita S. Dorotheæ relatæ.

6 *Sauſſajus, ut ſupra retulimus,* in flammis extremum ſuſcepiſſe concertationem *ſcribit. Quo citato & monumentis Confluentinis, Labbeus noſter in Menologio Virginum iſtafere de ea narrat:* Hanc Virginem, cum tyranni Romani Eccleſiam in Gallia & reliquo Imperio crudeli perſecutione vexarent, ab horum Officialibus comprehenſam fuiſſe in ea Galliæ parte, quæ poſtea Neuſtria & Normannia dicta fuit: in qua ipſa ante nata, atque ſo puericia ſacro abluta baptiſmatis fonte, magno zelo & pietate Chriſtianam colebat religionem. Eamdem captam, poſt varias interrogationes, quæ fere ſolebant præmitti, ſerio admonitam fuiſſe de fide Chriſtiana deſerenda, objectis etiam, ni faciat, atrocium tormentorum minis, verum magno animo reſpondiſſe, nolle ſe ſtatuas atque idola ſenſu carentia adorare, quæ repræſentarent homines damnatos, qui dum viverent, omni impudicitia atque aliis enormibus contaminati ſceleribus fuerunt. Extructum propterea juſſu Præſidis luculentum ignem fuiſſe, in eumque S. Honoriam in pœnam blaſphemiarum ab ea contra deos prolatarum conjectam, ac divinos hymnos canentem, ſub tyrannis Romanis die 27. Februarii martyrii trophæum conſummaſſe. *Hæc Labbeus: at quo tempore Confluentina monumenta, quibus ipſe & Sauſſajus nituntur, fuerint ſcripta, non indicant.*

D

alii ignoto tempore vocant ſub tyranno Romano.

HISTORIA TRANSLATIONIS

ex MS. eruta a Federico Flovete S. J.

1 ANno ab Incarnatione Domini Jeſu Chriſti 4... Carolo cognomento Simplice regni Francorum jura tenente, a Septemtrionalis plagæ temotiſſimis locis eam in partem Franciæ quæ tunc temporis Neuſtria, nunc autem Normannia nuncupatur, gens quædam ferociſſima advenit: quæ gentili adhuc errori implicata, Domino Chriſto vero Regi vita & moribus proſus erat contraria. Ipſo tamen permittente, qui & utitur inimicis, & quoties huic mundo quoquo modo iraſcitur, ad vindictam malefactorum cacodæmones mittit, quos tamen, ne tantum noceant quantum cupiunt, Divina ſua virtute cogit, & illius ævi populi exigentibus culpis, urbes, villas, monaſteria, circacumque Sequanæ littus & in omnibus ejuſdem regionis partibus conſtructa, a fundamentis diripienda, & ignibus cremanda contradidit: quorum nefandiſſimis morſibus velut agna a lupis, cerva a canibus, gens aufugiens Chriſtiana per extraneas provincias latebras quærendo vagabatur. Sanctorum autem reliquias, quas propria adhuc in ſede recubans pio affectu coluerat, ne a perfidis & Chriſtianæ fidei adverſariis repente deho-neſtarentur, religionis antiquiſſimæ tot inter adverſa haud immemor, ſecum deferens, diverſis, prout placebat Divino obtutui, per Franciam hoſpitabatur in locis.

a 4

Sub Carolo Simplice Normannis in Neuſtria hoſtibus.

Incola fugiens.

Reliquias aportantes.

F

2 Unde factum eſt, ut B. Honorinæ Virginis ac Martyris venerabile corpus a vico, cui Gerardivilla vocabulum eſt, in eo loco vicino mari, ubi Sequana finem ſacit per honoratorum Clericorum manus, fracto a capite ſarcophago, de terra levatum, pago in Pariſienſi caſtrum apud Confluentinum, equo ſuſtentante, deportaretur, & in beatæ Genitricis Mariæ eccleſia, inibi ab antiquo tempore conſtructa, ſibi Domino annuente, & ea quæ nunc oculis conſpiciuntur omnia providente, hoſpitaretur. Cum vero omnipotens Deus, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis ut converſus vivat, gaudiumque majus ſuper uno peccatore pœnitentiam agente Angelis ineſſe perhibet, quam juſtis ſuper nonaginta novem, quibus non opus eſt pœnitentia, gentis illius ſuæ ditioni per baptiſmatis ablutionem colla *b* ſubdidiſſet, & Sanctorum caterva deportantium manibus ſedes ad priſtinas remeaſſet, nolunt hæc beatiſſima Virgo ſanctæ Martyris Domini amplius in terris catere, cujus eſt in cœlis felici junctæ conſortio.

corpus S. Honorinæ

Confluentiam deferetur ad templum S. Mariæ;

Luc. 15. 7.

b pars reddita ibidem mox 1

3 Cum

A *clarus miraculis.*

3 Cum deinde Dominus Jeſus Chriſtus, ut, quanti illa foret quidem meriti quantæque virtutis, hujus regionis hominibus ejus Paſſionem ignoratibus manifeſtaretur, magnas quidem ſuper ægrotantes, ſacratæ Martyris auxilium fide ac devotione deprecantes, cœpit oſtendere virtutes; reddebatur cœcis viſus, ſurdis auditus, loquela mutis, & oppreſſus quiſque, ab ea qua tenebatur infirmitate, dono Divino ſanus & incolumis efficiebatur. Tradunt equidem & pro veritate affirmant, annis quampluribus tranſactis, cum quadrupes ille, ſuper quem allata Martyr ſaetat, corpore & ſtatu moreretur, corpuſque ejus nudo ſub aere, ferino vel canino dente lacerandum, aliquantis diebus projectum fuiſſet, omneſque pariter a tactu illius jejuni manerent; hoc aſpicientibus & re ſuper tali valde ſtupentibus viſum fuiſſe, ut foſſa in humo abſconderetur, & ad tam magni miraculi monumentum, ejus de cotio baſilicæ janua aforis tegeretur. Quod ita geſtum eſt, & noſtrorum plurimi ſuperſtites, qui ſe ab antiquis vel audiſſe vel propriis oculis adſpexiſſe ea quæ narramus certiſſime proteſtantur.

equus ab reliquiis delatus e beſtiis intactus;

4 Veniebat interea ſanctæ Virginis ſe commendatura precibus, & deprecatura ſuffragium, utriuſque ſexus & diverſæ ætatis hominum copioſa multitudo veneranda, non ſolum a vicinis locis, verum etiam ab omnibus pene circumpoſitarum provinciarum vicis vel oppidis, ita ut circa monaſterium & per cunctas plateas memorati caſtri perpetuæ nouditæ viderentur, nec tantæ etiam multitudini capiendæ ſufficeret. Creſcebat ejus fama, apparebat virtus, rumpentibus hinc inde per provincias cirea incarceratos compeditoſque catenis, ferreis vinculis, manicis, ad Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ Virginis invocationem. Videres etenim de die in diem vinculatorum quamplurimos, gratiarum actiones ſua pro liberatione in beatarum Reliquiarum præſentia reddere venientes, ſecumque ferri pondera nimia, quibus ante gravitar premebantur, Deo & ſuæ liberatrici præſentatora deferentes, ita ut in eccleſia diverſi generis vinculorum, ſicut & uſque hodie, non modicos cerneretur acervus.

B *ſit affluxus peregrinorum;*

multi hoc caſtrali liberantur;

5 Vir quidam nobilis generis, & ſecundum ſeculum non modicæ altitudinis, *c* Ingerandus de Bova nomine, pater *d* Thomæ de Marla, ceteros inter adveniens, bojarum terna paria & quamdam longiſſimam magnique ponderis catenam, quæ adhuc a a nobis peregrinis oſtenſa ſervatur, per miniſtrorum manus, quorum multitudine affluebat, ſecum attulit. Cumque oblatione facta, & Deo ſuper mirabilibus, quæ in Sanctis operatur, gratiarum actione reddita, Beccenſis monaſterii Fratres, qui & dono & permiſſu Comitis *f* Bellimontenſis, Yvonis nomine, *g* nuper illic advenerant, convocaſſet in unum, omnibus palam hæc narravit: Erem enim captus ab hoſtibus, qui me circa tibias bojarum his tribus paribus, & hanc quam videtis catenam ponderuſam collum ſecum onuſtum, quodam arcto & longo & ſupra ſundum erecto depoſuerant in dolio, ita ut hæc catena quoddam per foramen ſupradicti vaſis foras catracta, cuidam ſtipiti vicinum ultra parietem ſtanti fortiter infigeretur. His enim oneribus graviter depreſſus, multis etiam inſuper deputatus eacubis, tota die & nocte cum lacrymis & gemitu, Dei & B. Honorinæ, cujus ad me memoria delata fuerat, auxilium invocabam, ut, quæ tantis in neceſſitate & anguſtia poſitis ſuccurebat, mihi miſero, Infideli, injuſto, ac peccatori ſua pietate ſuccurrere dignaretur.

c
d *etiam Ingelrannus de Bova,*

C

f
g

plurimos vinctos catenis,

Implorata ope B. Honorinæ,

6 Quid ultra? Placuit Deo & beatæ Virgini meis meriti minimi precibus aſſenſum præbere. Nocte itaque ſequenti cum his intentus ſupplicationibus adfuiſſem, & ſopori ſeſe cuſtodes dediſſent; adſtitit mihi quædam ſpecioſa Virgo clara cum luce, veſte candida, tali ma- EX MS. D *coq; oppugnantis*
tamine alloquens: Heu tu, inquit, homo, quid u me petis? quid tibi vis faciam? Ego enim cum ejus nomen ipſa indicante cognovi, omnem ei, quam patiebar, anguſtiam, prout juſſerat, ex ordine tevelavi. Tum illa, Surge, inquit, feſtinanter, quia te Domini gratia ſuffragantibus meritis, e tanta miſeria libeavit. Nec mora, a fando doli intrepidus proſilivi, a *liberatur,* ſuo tenore deficientibus vinculis pedum, a collo pariter & ligno, cui infixa erat, ignoratibus miniſtris, cailiente catena. Cum vero hæc & multa alia, quæ enumerate perlongum duximus, Fratribus ſuper his Deo gratias cum lacrymis referentibus, retuliſſet, ad pro- *donat ecclæſiæ ſervum,* priam remeavit, dato eccleſiæ uno de ſervis ſuis cum generatione ſua, qui in loco ſui annis ſingulis locum dignis cum oblationibus viſitaret: quia præ multitudine hoſtium ſuorum ſæpius Conflucutiam advenire non poſſe profitebatur.

plures ea. de Confeſſione vinctis libe. ventur.

7 In illo tempore quidam hujus caſtri vir nobilis, Drogo nomine, quamplures in carcere ſuo habebat homines vinculatos, Dei & B. Honorinæ, quatenus u tot & tantis, quas diu jam paſſi fuerant ſine cauſſa, miſeriis relevarentur, raota cum aſſiduitate auxilium deprecantes: quibus in prece perſiſtentibus gratia Divina E non defuit. Ipſa ſedente ſupradicto Drogone omni cum familia ſua ad menſam, concti præter unum de carcere caiere, ruptis cœleſti virtute ſingulorum vinculis, beatæ Virginis oratorium, laudes Deo pro liberatione ſua cantaturi, celeri congreſſu depoſcentes: nec ab ullo conveſcentium, quos ante tranſibaot, penitus audiri nec videri potuerunt. Cumque in eccleſiam fuiſſent ingreſſi, & tintinnabulorum miraculo grandiſonis vocibus miles adhuc prandens eacepcus faiſſet, audito quod jam dicta Martyr ſuos captivos taliter liberaſſet, haud mihi contriſtatus ad carcerem concurrit & unum remanſiſſe invenit, ſuos ue conſortes aſſequeretur, alacri cum voce præmonuit, reputans ei utpote diffidenti, quod aliis diſcedentibus ſolus ipſe remanſiſſet,

a *In apographo erat annus eorum cum mendâ ſcriptus, 576. An 896. legi debuit Nam Carolus Simplex adverſus Eudonem creatus Rex oſt anno 893. aſt Eudone 3. Jan. anni 898. vita functo, ſolus regnavit, qui forſan annos aut alios 12 ſeq. ſubſtituendus oſt.*

b *Anno 912. baptizato Rollone.*

c *Legebatur* Ingeeandus de Bono, *alii*s Ingelrannus de Bova, *ſive* Botuenſis: *in Vita S. Godefridi Epiſcopi Ambianenſis 8. Novemb.* Ingelrannus Comes caſtelli Cociaci, patre Thomæ ſtrenui militis, *in Hiſtoria S. Godefridi* Conſul Ambianenſis, *aliis* Comes Ambianenſis, Princeps de Fara, filius Drogonis Domini de Bova, Vicecomitis Corbejæ: *qua teſtimonia congeris Cheſnius in genealogia familiarum Guiſnenſis, Ardrenſis, Gandenſis & Cociacenſis, & de eo agit lib. 6. cap. 2. & in probationibus a pag. 317. ad 325. Sugerius Abbas S. Dionyſii in Vita Ludovici Groſſi Regis ca. 7. appellat* Eugeirrannum de Bova virum venerabilem & honorificam egregie, patrem Thomæ de Marna. *Floruit ab anno circiter 1080. ad 1118.* *Ingelrannus de Bova.*

d *Mater ejus Ada de Marla fuit, ac demi nii ejus hæres, prima Ingelrannî uxor, unde patre adhuc vivo vocabatur Thomas de Marla, erat que præſidium* Marlæ, *aliquibus* Marna, caſtellum. *Ordericus Vitalis* ſeditioſum prædonem *appellat: ejus rebellionem etiam contra Ludovicum Groſſum Regem deſcribunt Sugerius, Guibertus Abbas de Nogento, aliiq; apud Cheſnium dicto lib. 6. cap. 3. & in probationibus a pag. 325. ad pag. 336. Floruit ab anno 1096. ad 1130. quo ex vulnere mortuus eſt.* *Thomas de Marlæ.*

e *An ſcripſerit e monachis Beccenſibus?*

f Bellimontium, *vulgo* Beaumont, *oppidum ad Oſiam ſive Iſaram ſupra Pontiſaram, in qua quinque loocis Galliæis circiter diſtas, De donatione hac an. 1080. ad alla ſupra egimus.*

g *Auctorem hujus hiſtoriæ fuiſſe coævum Thomæ de Marna ex tota hac narratione apparet.*

DE S. PONTIANA MARTYRE
GENUÆ IN LIGURIA.

I. B.

XXVII. FEBRU. *Edita ſunt anno* 1640. Officia propria ſanctæ Genuenſis Eccleſiæ ex Apoſtolica conceſſione, Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Domini D. Stephani Cardinalis Duratii, Archiepiſcopi Genuenſis, juſſu recognita. *Quibus pag.* 53. *ſubnectitur* Kalendarium Sanctorum, qui in particularibus Genuæ Eccleſiis celebrantur. *In hoc ad* 27. *Februarii annotatur* S. Pontiana Martyr, *qua celebrari dicitur in* Eccleſia S. Nicolai de Tolentino; *ejuſq; illic* Caput *aſſervari. Ceterum qua tempeſtate mortem oppetierit, quove loca ac modo, non comperimus, ac ne nomen quidem hactenus alibi legimus.*

DE S. CHRYSOGONO CONFESS.
GENUÆ IN LIGURIA.

I. B.

XXVII. FEBRU. KAlendario *jam citato* Sanctorum, qui in particularibus Genuæ Eccleſiis celebrantur, *Cardinalis Duratii, Archiepiſcopi Genuenſis, auctoritate edita, ad eumdem* 27. *Februarii diem inſcriptus* S. Chryſogonus Confeſſor, *qui in Eccleſia* Ordinis S. Franciſci celebrari *dicitur, ejuſq; illic* Reliquiæ *aſſervari. Nullum uſpiam* Chryſogonum Confeſſorem *legi, omninoque illius nominis Sanctum unicum, qui Aquileja martyrio perfunctus colitur in Breviario Romano die* 24. *Novembris.*

DE S. THALELÆO
ANACHORETA IN SYRIA,

C. II.

Commentarius prævius.

CIRCA ANNUM CCCCLX XXVII. FEBRU. 1 *Gabala urbs Epiſcopalis fuit Syriæ ſub Laodicea metropoli, Antiochiam inter & Tripolim, ad mare Syriacum e regione Cypri inſulæ, τόλει Γαβάλων infra in Aliis* 1. *Thalelæi apud Theodoretum & in Menais Græcorum dicta: a qua viceſima ſtadio diſſita erat habitatio* s. *Thalelæi, cujus natalem* 27. *Februarii celebrant Græci in ſuis Menais & Vitis Sanctorum a Maximo Cythereæ editis, hoc prolixa encomia:* Eodem die memoria S.P.N. Thalelæi Confeſſoris. Cilia hic gente, aſceticam vitam amplexus, ad urbem Gabalorum venit: a qua collem quemdam viginti ſtadiis diſtantem occupavit, in quo dæmonum erat delubrum: ibique pertenui mapali fixo, egregie ſeipſum religioſis exercuit laboribus, jejuniis, inquam, & vigiliis, aliiſque afflictationibus extenuans corpus. Unde in dicto habitantes delubro dæmones, plurimis eum terriculamentis perturbabant, quos ſœde pudefactos dimiſit, irrita eorum imbecillitate. Dein majores apperens labores, derelicta hac caſa, cellam anguſtiſſimam, nec corporis magnitudini reſpondentem, ædificavit: in quam ingreſſus, frontem genibus adſiaam tenuit, ac decennio ibi pie ſancteque exacto in pace obdormivit. *Hæc ibi. Additur in Menais hoc diſtichon.*

Ὁ Θαλέλαιος ἐκδέχου ἔνθα πρὸς πόλον,
Θαλοῖς ἰλαιὸν, ἀρετὰς ἐστεμμένος.
Thalelæus ſplendidus cœlum ingreditur,
Virtutibus, tamquam olivarum ramis, coronatus.

Laudatus a Theodoreto.

2 *Vixit* s. *Thalelæus ſeculo Chriſti quinto cum Theodoreto Cyri in eadem Syria Epiſcopo, qui ejus Vitam ſcripſit cap.* 28. *Philothei editi in Vitis Patrum lib.* 9 *& Gracolatine toma* 3. *operum Theodoreti cum nova verſione Sirmondi. Aſſerit autem Theodoretus ſe ea narrare, quæ oculis ipſe ſuis ſpectavit. Sed necdum obierat* s. *Thalelæus, cum hanc religioſam hiſtoriam Theodoretus ante annum* 450. *ederet, ut qui poſt ſynodum Chalcedonenſem, cui interfuit admodum ſenex, non diu vixiſſe videatur.*

3 *Vita Abbatis Thalelæi Ciliciæ narratur a Joanne Moſcho cap.* 59. *Pratı ſpirituali, ſive libri* 10. *de Vitis Patrum his verbis:* Abbas Petrus Presbyter ejuſdem monaſterii *S.P.N. Sabbæ* narravit nobis de Abbate Thalelæo Cilice, quod ſexaginta annos tranſegiſſet in vita monaſtica numquam flere deſiſtens, dicenſque jugiter: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum eſt, & valde requiretur a nobis, ſi illud neglexerimus. *Ad quem locum annotat Raſweydus, videri veriſimilius hunc eumdem eſſe cum Thalelæo Theodoreti, quia uterque Cilix & idem de pœnitentia dictum habeat.* Theodoretus eum vidit, & Moſchus audivit narrari ea Petro: *ſic tempora convenire poſſunt. Adde non dici Petrum dixiſſe, qua vidit: & potuit ipſe ea ex relatione aliorum, aut ex hiſtoria religioſa Theodoreti a ſelecta narraſſe. Floruit Joannes Moſchus ſec.* 6. *& 7. a quo Vitam* s. *Joannis Elecmoſynarii anno* 616. *defuncti ſcriptam fuiſſe teſtatur Leontius in hujus Aliis* 23. *Januarii. Hujus relationi ſpectatis & tempore & genere exercitationis apud ipſos monaſterii* s. *Sabbæ religioſos aſcetas magis nota, potius congruit, ſi ditatur Thalelæus a Moſcho inditatus eſſe, cujus Cyrillus in Vita* s. *Euthymii Magni Abbatis* 20. *Januar. cap.* 11. *pag.* 313. *num.* 70. *meminit his verbis:* Suus ergo illa quoque narranda, quæ mihi Joannes, Silentiarius, inquam & Epiſcopus, & Thalelæus Presbyter (ii autem adhuc in Laura B. Sabbæ ſe exercentes adſunt) tradiderunt. *Hæc Cyrillus in illa Vita circa annum* 554. *conſcripta: quo tempore Leontius erat Hegumenus monaſterii* s. *Euthymii, cui anno* 556. *ſucceſſit Gerontius Medabenſis, qui narravit Joanni Moſcho & Sophronio Sophiſtæ necem anachoreta ſe ſpectante a Saraceno interempti, & vindictam mox abave ſumptam. Qua Moſchus tradit cap.* 21. *ac nos retulimus* 19. *Febr. pag.* 134. *num.* 8. *ob Sanctos Martyres, qui a Saracenis in Paleſtina occiſi ipſo die coluntur. Hæc de illis anachoretis, nomine* Thalelæi *appellatis, ſive ſingulis ſint diverſi, ſive pro una habiti.*

4 *Alius eſt* Thalelæus Martyr *inſcriptus Græcorum Menæis* 20. *Maii, cujus martyrio relato li.* 5. *Viridarii ſacri Rederus noſter, unum eumdemq; cenſuit & hunc Martyrem, & anachoretam tam a Theodoreto quam Moſcho relatos: quos omnes diverſas poſtea ſtatuit in ſuis ad Menæa obſervationibus necdum editis, & Martyr vixit ſub* Numeriano Imperatore,

an idem qui a Moſcho vocatur?

alii hic Thalelæus a Cyrillo in Vita s. *Euthymii commendati?*

alius Thalelæus Martyr.

A toré, *aliis multo antiquior. Alius fuit* Thalelæus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, *cujus deteſtabilem mortem deſcribit Moſchus cap. 43. Alius ab eodem Moſcho refertur ca. 91.* Thalelæus, ex osuta anachoreta, *qui præſcivit ſuam mortem. Hiac ligaet nomen.* Thalelæi *fuiſſe pluribus commune, nec debere alia unius facile alteri applicari.*

aliter ex manu ſcriptis anachoreta

VITÆ EPITOME

ex Philotheo Theodoreti cap. XXVIII.

1 NEque Thelelæi filebo narrationem, eſt enim plenum miraculo ſpectaculum. Non ſolum autem alios audivi narrantes, ſed etiam ipſe vidi admirabile & præter opinionem ſpectaculum. Nam cum viginti ſtadiis procul a Gabalis, (ea eſt autem urbs parva & elegans) tumulum quemdam occupaſſet, in quo eret delubrum dedicatum dæmonibus, & quod ab iis, qui jam erant antiquitus impii, multis honorabatur ſacrificiis, parvum quoddam fixit tugurium. Sceleratos autem illos & execrandos perpetuo colebant, ut dicebant, magnum eorum crudelitatem ſacrificiis placate adnitentes. Multis enim perniciem afferebant, & iis qui accedebant, & ils qui eraot vicini: nec ſolum hominibus, ſed & aſinis, & mulis, & bobus, & ovibus, non cum beſtiis bellum gerentes, ſed per eas quoque hominibus tendentes inſidias.

S. Thelelæus prope Gabalis

ullis juxta dæmonum delubrum ſtatuit

B

2 Tunc ergo eum eum vidiſſent adveniſſe, perterrere quidem eonabsntur, ſed non poterant, cum & eum muniret fides, & pro eo pugnsret grstie. Rabie itaque & furore repleti, in eas quæ tunc illic plantatæ eraot arbores fecerunt impetum: in illo autem tumulo multæ erant ficus & oleæ, quæ florebaot. Ex iis dicunt plus quam quingeotas repente fuiſſe evulſas: audivique plures vicinos xgreſtes id nsrrantes, qui olim quidem detinebantur caligine impietatis, per ejus autem doctrinam & miracula acceperont lucem Dei cognitionis. Quoniam autem eum hoc feciſſent pernicioſi & ſcelerati dæmones, non expulerant athletam philoſophiæ, rurſus in eum elias paravere machinas. Noctu enim ululantes, & lampades oſtentxntes, conabantur perterrefacere, & ejus mentem perturbare. Ubi autem riſit omnes eorum inſultus, eo poſtea relicto effugere.

ab iis oppugnatur, arboribus dejectis

at ubi hic ad fidem convertit

noctu incantationes

3 Is aotem cum duas rotas conſtruxiſſet, quæ duorum cubitorum hebebaut diametrum, eſcribus non loter ſe compactis, ſed disjunctis & ſeparatis, ambas rotas conjunxit. Deinde eum intus ſediſſet, & cuneis & clavis disjunctas illas conſtatiſſet tabulas, ſub dio ſoiam appendit, tribus aliis altis ligois in terram defiais, & ſuperioribus eorum initiis eliis ligois commiſſis, & in eorum medio duplici illa rota alligata, & ſublime elata. Hujus autem ſpatium quidem quod eſt interius, habet quidem cubiturum duorum altitudinem, cubiti veto latitudinem. In eo ſedens vel potius ſuſpenſus, anois jam fuit decem perpetuis. Cum autem corpus habeat maximum, oeque ſedens quidem poteſt collum erigere, ſed ſemper ſedet incurvetus, gembus habens affixam faciem.

EUCTHEGORETO D

In angulo ejus rotæ duobus compacto

anois ramis ſuſpenſus ſtetit

4 Ad eum cum veniſſem, inveoi quidem eum ex Evangeliis colligentem utilitatem; eum autem interrogavi, cupiens ſcire cauſſam illius novi vitæ inſtituti. Ille autem Græce lingua uſus, eret enim Cilix genere, Ego, inquit, multis peccatis obnoxius, & credens ſupplicis, quorum minæ ſuot intentatæ, hoc vitæ genus excogitavi, hoc agens ut caſtigetur corpus pœnis mediocribus, ut eripiar e magnitudine eorum quæ exſpectantur. Sunt eoim illæ graviotes non ſolum quantitate, ſed etiam ipſa qualitate: ſunt enim involuntariæ. Quod autem ab iovitu fit, id eſt velde molellum: quod autem eſt voluntarium, etiamſi fit laborioſum, minorem affert dolorem: ſpontaneus enim labor eſt, non violentus. Si his etgo, inquit, pervis molcſtiis minuero ea quæ expectantur, hinc magoum lucrum referam. His auditis, ejus ingenii ſolertiam valde ſum admiratus, quod non ſolum ultra conſtituta ſcammata, ſeu ſepta decertaret, aliaque de ſuo excogitaret certamina; ſed quod eorum etiam cauſſas ſciret, & alios doceret.

aſſigit hic poſt acta vel, vel pœnas earum

E

5 Jam veto multa quoque mirecula per ejus preces fieri dixerunt accolæ, non ſolum hominibus, ſed etiam camelis, & aſinis, & mulis curationem per eum adipiſcentibus. Hinc univerſa illa gens, quæ impietate detinebatur, paterum quidem abnegavit errorem, divinæ eurem lucis accepit ſplendorem. His utens adminiſtris, & delubrum dæmonum diruit, & maximam ædem ejecit victoria inſignibus Martyribus, iis qui dii falſo nominabantur, Divos opponens mortuos. Horum concedatur intereeſſionibus, ut hic cum eadem victoria certamioum termioum occupet, & nos ab his & illo adjuti, ſimus vehemeotes amatores certaminum philoſophiæ.

mirabilia & curationibus claret

Martyribus hoc eadem prægat.

C

DE S. ONESIMA VIRGINE.

F

G. H.

XXVII. FEB. *Tres Sanctæ, diffi Oneſimæ*

ONeſimum Epiſcopum Epheſiorum, *ac martyrem, ab Apoſtolo Paulo laudatum, celebravimus 16. Februarii, ad cujus Vitam etiam egimus de alio* Oneſimo martyre Leontino *in Sicilia, qui colitur 31. Julii. Alius ab his eſt* S. Oneſimus Epiſcopus Sueſſionenſis *in Gallia: cujus ſacra reliquia aſſervantur Duaci in Belgio in ade S. Amati, earumque veneratioui dicatus eſt dies 13. Maii. Quin & nomen illud ad famineum ſexum translatum eſt, ac ſanctæ Virgines illuſtratum. In antiquo martyrologio mſ. quod aſſervatur Colonia apud Patres Carmelitas, inter feſtas Sanctos, qui pauci ſingulis diebus referuntur, iſta leguntur 27. Febr.* Ipſo die S. Oneſimæ Virginis. *Martyrologium Coloniæ anno 1490. excuſum ita habet:* Ipſo die B. Oneſimæ Virginis. *Eadem habentur in martyrologio cum Doctrinali Clericorum anno eodem impreſſo. Hermannus Greven in auctario Uſuardi anno 1515. & 1521. impreſſo ſolum iſta tradit:* Oneſimæ Virginis. *Mouroloycus Abbas Meſſanenſis in Sicilia & Felcinus 28. Februarii referunt* Oneſimam & Ruffinam Virgines. *Colitur ſeorſim in reliquis martyrologiis Ruffina 28. Februarii. Hac de antiqua* S. Oneſimæ *veneratione hactenus nacti ſumus. Cetterum quo tempore aut loco vixerit, necdum legimus.*

alia Oneſimæ Virgo colitur 27.

& 28. Feb.

DE S. EUCHARIO

L. B.

EPISCOPO TRAJECTENSI IN BELGIO.

SECULO VI. XXVII. FEB. *S. Eucharius ep. Traject. Ep.*

TRajecti ad Moſam, *civitate Belgii antiqua ac nobili, decimus a S. Servatio; qui Sedem illuc Atuatuca Tungrorum tranſtulit, Epiſcopus fuit* S. Eucharius; *12. a S. Materno, S. Petri Apoſtoli diſcipulo, qui inter Trevirorum Antiſtites tertius, Tungrorum primus numeratur. Omnium qui Trajectenſi, quique antea Tungrenſi Eccleſiæ præfuerunt, celebratur Trajecti officio duplici memoria 6. Februarii, ut ad eum diem diximus: omnes enim in Sanctorum tabulas relati. Seorſim autem ſingulorum, diverſis diebus, in eadem*

colitur cum ſtetit 6. Febr.

AUCT. I. B.

eadem Eccleſia ſtilve, ſolemnitas agitur, aut ſaltem in Martyrologiis & Calendariis leguntur nomina. S. Eucharius

A *forſan 27.*

dieti 27. Februarii adſcriptus. Ita Kalendarium Sanctorum dioceſis Leodienſis ante plures annos Leodii excuſum: S. Eucharius Epiſcopus Trajectenſis. *Ferrarius in Catalogo generali* SS. Trajecti ad Moſam S. Eochaeii Epiſc. Tungrenſis & Trajectenſis. *Idem tamen Ferrarius die praecedenti ita ſcripſerat:* Eodem die memoria B. Eucharii Epiſcopi XII. Tongrenſis.

quando ſe derit.

2 *In tempore aſſignando, quo is Trajectenſium Cathedram tenuerit, facile hallucinatur, ut ſolet, Joannes Placentius:* Autiſtes ceeatus eſt, *inquit*, anno *ſalutis* DXLIX *Ægidius Bucherius noſter in Chronologia Epiſcoporum Trajectenſium, addita tomo* I. *Joannis Chapeavilli, ſtatuit* S. Falconi *ſucceſſiſſe* Eucharium *anno* DXXXIII, *mortuum* DXXXVIII. *Eum ſequuntur Aubertus Miraeus in Faſtis Belgicis & Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana. Oſtendimus* 20. Februarii S. Falconem *deceſſiſſe circa annum* DXII, *Qui ei ſuffectus* S. Eucharius, *quamdiu ſederit non liquet. Successor ejus* S. Domitianus *Arvernenſi concilio anno* D *& quamdiu?* DXXXV. *interfuit: antea igitur obierat* S. Eucharius, *ſed quanto antea tempore, haud divinamus.*

3 *Magis etiam res ab eo geſta ignorantur, quam Sedis tempus. Plocentius* hominem avitae nobilitatis ac ſolidae perfectionis *ait fuiſſe: probabili conjectura. Ægidius a Leodio, Aurea vallis monachus ex notione nominis, quod* booam gratiam *ſignificat, ejus commendanda virtutis principium ducit, ita ſcribens ad cap.* 31. *Harigeri Abbatis de Epiſcopis Tungren. Troject. Leod.* Bonae porro gratiae bajulatoe nomine, aemulatorque opeeatione B. Eucharine, nonuſdecimus eatitit Epiſcopus: & 3. Calend. Martii ab Angelia creditoe inter choros ſuorum conſacerdotum & Confeſſorum coronatus eſſe, qui ſancte & juſta vivendo ſtudoit omoi die offerre holocauſtum Domino, oon ex pecore alieno, ſed ex corpoee proprio.

geſta ejus ignorantur.

DE S. COMGANO

I. B.

ABBATE GLINUSSENSI IN HIBERNIA.

E

B *Hibernienſia duo martyrologia, quorum ecgrapha, R. P. Joannis Colgani humanitate, adeptiſumus, alterum Mariani Gormani Abbatis Lugmudenſis, Tomlacteoſe alterum,* 27. Februarii *memoriam exhibent* S. Comgani de Gleann-uſſen, *ſive* Glinnuſſen. *Alios citat idem Colganus Faſtos, quibus Sancti hujus* Comgani *inſcriptum ſit nomen: alios item duos ejuſdem nominis Sanctos memorat, quorum unus die* 2. *Auguſti, alter* 13. *Octobris colatur. Notet autem,* Comdanum *quoque appellari, ſive Hibernice* Comdhan; *quia hitera g & d, addita aaſpiratione h, eumdem in Hibernica lingua, ut aie, ſonum efficiunt.*

ANTE AN. DCLXIX. 27. FEB.

S. Comgeanus colitur 27 Febr.

obi Abbas

Percelebre autem ſcribit olim fuiſſe Glinn-uſſenſe monaſterium in Occidentali Lageniae finibus.

2 *Quidam Sanctum hunc* Comganum *S. Columbae Abbatis Hyenſis fovore notum autumant: quod Colganus refelli, hoc praecipue argumento, quia cum* S. Comganus *ſenex obierit, ei tamen animam agenti adſtiterit S. Ita Virgo, ſive Ida; quae ipſa mortua traditur anno Chriſti* 569., *cum eſſet tunc S. Columba ſolum* 46. *annorum; parum credibile videatur, ſororis ipſius filium jam ante grandem natu fuiſſe. Nobis tamen non liquet, provecta aetate deceſſiſſe S.*

quando obierit?

Comganum, neque acta ejus ulla profert Colganus, niſi illud unicum, quod c. 3. *nu.* 12. *Vita S. Ita, quam* 15. *Januarii edidimus, ita narratur:*

3 Sanctus Abbas Comganus, cum ſciret ſuae remunerationis tempus advenire, rogata eſt a ſe S. Ytha, ut veoiret ad eum, & dixit ei Comganus: En mortar hac infiemitate eitiur; & rogote io Chriſti nomine, ut ponas manus tuas ſoper labia mea, & claodas os meum io hoea dormitionis meae. Scio enim ab Angelo Dei, ſuper qoemcumque morientem impoſueris manos tuas, quod Angeli Domin illieo animam ejus deducent in regnum. Dixit ei ſancta Virgo. O Pater ſancte, quid tu dicis? Peccatorem hominem oportet hoc verbum dicere. Magna eſt merces tua apud Deum, & tu glorioſus eris inter Sanctos Dei. Quid indiges me? Dixit S. Comganus: Vere dico propter hoc quod ego petii, nollus daemoo ad iter noſtrum appropinquare audebit, vel nos ullo modo acuſare. Interea vir ſanctus Comganus de hoc ſeculo inter choros Angelorum ſanctorum migravit, & quod petiit, perfecit S. Ytha;

S. Ita ſubſtituit pro Angelum cognoſcit.

quo ſit mortuo oculos claudit.

DE S. STEPANO CONSTANTINOPOLIT.

F

G. H.

ACCUBITORE MAURICII IMPERATORIS,

Sylloge hiſtorica.

POST AN. DCXIV. 27. FEAR.

2 *Cum Baſiliſcus, Zenone Imperatore pulſo, Imperium Orientale occupaſſet, Conſulatum ipſe geſſit cum Harmatio, ſive* Armatio, *aut* Armato, *nepote ſuo, quem* ὑ ἴδιον υἱὸν *appellat Theophanes. Hunc ille* Thraciae Ducem *preterea* ar Magiſtrum militiae *conſtituit, & cum univerſo exercitu & plebe Conſtantinopolitana adverſus Zenonem miſit. Sed cum Zeno muneribus corruptum in ſuas attraxit partes, pollicitus militarem praefecturam perpetuam, ejuſque filio Caeſaream dignitatem. Verum reſtituto Imperio tum Harmatium miluta Magiſtratum conſtituiſſet, ac filium ejus Baſiliſcum Caeſarem creaſſet, quaſi completis conditionibus jurejurando ante ſanciti, eum in Harmatium obtruncari juſſit, ac filium Leonem ordinari, qui poſtmodum Cyzicena urbie Epiſcopus fuit. Ab hoc Harmatio loca nonnulla appellata teſtatur Georgius Codinus libro de Originibus Conſtantinopol. pag.* 47. *bis verbis:* Τὰ δὲ Ἁρματία, ἀπὸ τῶ Ἁρματία Μαγίστρου τοῦ ὀνόματος Βασιλίσκου τοῦ Ζήνωνος, ὃς καὶ ἐποίησε τὸν ἑαυτοῦ ἀνεψιὸν Ζήνωνος, ὃς καὶ ἐποίησε τὸν ἑαυτοῦ ἀνεψιὸν Βασιλίσκου τοῦ Ζήνωνος, ὑπὲρ ὃ καὶ μισηθὲν πρὸ αὐτῆ Ζήνωνος. Harmatii autem ea loca dicuntur, ubi erat domus Harmatii Magiſtri, qui fuit vir domeſticus Zenonis, cui & prodidit exercitum Baſiliſci, qui ſe Zenoni oppoſuerat. Qua de cauſſa & Zenonis juſſu interemptus eſt.

Qua loca C. P. a poſſeſſore Harmatio Ducis ſuerunt *appellata.*

2 *In his Harmatii locis ſuas habuit poſſeſſiones S. Stephanus, quem Graecis in Menais magnis & Vitis Sanctorum a Maximo Cythareeo editis,* 27. *Februarii celebrant his verbis:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Στέφανος, ὁ γηροκομήσας τὴν Ἁρματίαν, εἰ ἀρχὴν πλούτου. Eodem die S. Stephanus, qui Gerocomium in locis Armatii conſtituit, in pace obdormivit. *Eodem in adjuncto diſtichо explicantur.*

In his Stephanus poſſeſſiones Harmatii Gerocomium ſ

Τὸν Στέφανον πρώτιστα ζωῆς πόρε,

O'τιτρ

A Ὁ ὑπὲρ ἑαυτὸ τὰ πρόσωπα εἴρει σίτῳ.
Senibus Stephanus procurat vitæ annonam.
Stephanum a morte procurator cœli coronâ cingit.

3 *Quo tempore & qua vitæ conditione floruerit S. Stephanus, indicat memoratus Codinus eadem pag. 47. his verbis* : Τούτῳ τῷ κριοὶς τὸν κυπάριττον, ἤγουν τὸν γηροκομεῖον, ἢ τὸ λεγόμενον, τὸ ἀνάκτορον Ἀρματίου, ἐκτισε Στέφανος, πατριάρχης Μαυρικίου τοῦ Βασιλέως, καὶ διδάσκαλος Χρόνου τοῦ βασιλέως αὐτοῦ. Cisternam cognomine Arietariam, & Gerocomium, & balneum, quod est in locis Harmatii, extruxit Stephanus, Mauricii Imperatoris Accubitor, duodecim annis post ejus Imperium, *ergo anno Christi* 614. *Nam anno* 602. *Indict.* 6. *die* 27. *Novemb. feria* 3. *Mauricius interemptus fuit. In mss. Regii Gallia dicitur* πατριαρχεύσας ἐπὶ Μαυρικίου, *reliquis omissis, qua constanter in quinque aliis mss. habentur. Fuit igitur* Accubitor *aut mensæ ipsius Mauricii, aut certe sub Mauricio officio Accubitoris fungebatur. Ita apud Theophanem anno* 4. *Imperii Leonis Isaurici filius ejus* Constantinus Copronymus, *anno præcedente natus, ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῶν ιθ' Ἀκκουβίτων*, in tribunali 19. Accubitorum, *accepit coronam, consuetas orationes peragente B. Germano Patriarcha, & anno Imperii* 13. *Leo Isauricus silentium contra sanctas & venerandas imagines celebravit in novemdecim Accubitorum tribunali, Συλλογίου ἐκρότουσε ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῶν ιθ' Ἀκκουβίτων.*

AUCTORA G. H.

D *anno Accubitoris Mauritii Imp.*

& alia gesta

anno 614.

DE S. BALDOMERO

SUBDIACONO LUGDUNI IN GALLIA,

Commentarius prævius.

CIRCA AN. DC. S. XXVII. FEBR.

1 INter Sanctos, *quos celeberrima Gallia urbi Lugdunum venerantur quamplurimos, est* S. Baldomerus Subdiaconus, *aliis* Baldimerus, Baldomeres & Baldemeres *appellatus, Gallice* S. Garmier, *aut* S. Germier.

B *Ejus nominis non ignobile vestitur oppidum ab urbe Lugduno itinere diei dissitum, in confinio montanorum & campestrium Sequanorum: cujus suburbana illustria reddit fons aluminosus, vicinis* Font-foulé *dictus. In hoc oppido magna cum veneratione adservatur brachium* S. Baldomeri: *reliquum sacrum corpus, quod olim in Lugdunensi basilica monasterii* S. *Justi, ubi post vitam sancte peractam migravit ad Christum, in summa veneratione fuerat, seculo superiore, dum immanis hæreticorum rabies ibidem sæviret, cum aliis Sanctorum reliquiis abjectum atque dispersum fuisse, indicavit nobis datis ea de re litteris Petrus Franciscus Chiffletius e Societate nostra, vir in antiquis monumentis eruderandis sagacissimus: cujus itidem industria acceptam Vitæ epitomen e ms. codice* S. *Justi descriptam damus. Eamdem habuit Theophilus Raynaudus noster sibi a V. C. Mauricio de Frenovil Serenissimæ Dombarum Principis Consiliario communicatam, atque indiculo Sanctorum Lugdunensium inservit, sed stylo passim compiore, nonnullisque ex sanctis Patribus adjunctis, quibus Acta illustrat, & lectorem sæpe monitis instituit.*

3 Baldomeri appidum.

reliquiæ sacræ,

epitome Vitæ;

C 2 *Natalis* S. Baldomeri *celebratur* 27. *Februarii, quo die plerisque martyrologiis post ejus obitum scriptis memoria ejus inserta est, scilicet quæ extant aut manu exarata aut typis cusa, Beda, Usuardi, Notkeri, Adonis, Bellini, Maurolyci, Molesinii, Felicii, Canisii, eadem ubique verborum phrasi, qua ita in martyrologio Romano detinetur:* Lugduni S. Baldomeri viri Dei, cujus sepulchrum crebris miraculis illustratur. *Saussajus in martyrologio Gallicano, eximio cum encomio celebrat, sed ex epitome Vitæ desumpto. Die* 28. *Februarii inscriptus est ms. Ultrajectinus* S. *Mariæ.*

natalis 27. *Febr.*

3 *Est Subdiaconus ordinatus a* Gaudrico, *aliis* Gauderico, *&* Canderico, Episcopo Lugdunensi, *qui Concilio Cabilonensi sub Chlodoveo II. habito circa annum* 650. *præsedit, existente tunc Abbate* S. *Justi* Viventio, *quem Gaudrici in episcopatu successorem fuisse tradunt Paradisus lib.* 2. *historiæ Lugdunensis cap.* 15. *& Demochares: at Joannes Chenu & Claudius Robertus Viventium Gaudrici decessorem statuunt, & quidem ex Abbate* S. *Justi creatum, quod ex hisce Actis refellitur. Interim ex horum ætate, quo tempore* S. Baldomerus *vixerit, licet pronunciare.*

tempus vitæ subsidium. dictæ Epi-scopo.

VITÆ EPITOME

ex MSS. eruta a Petro Francisco Chiffletio Societatis Jesu,

E

1 BEatus famulus Christi Baldomerus, intra Gallias natus, apud Lugdunensium urbem extitit habitator. Et dum in Dei nomine ab adolescentia in Christi cultu, & bonis operibus permaneret, vultum semper & gressum simplicem gessit. Nam in vestitu, & calceamento vilis apud homines videbatur; quod dignum & pretiosum post ejus obitum esse cognovimus. Ille quotidie assiduis precibus Dominum benedicebat, diurnis & nocturnis horis dicens: In nomine Domini, Deo gratias semper. Quod omnes ita dicere commonebat, quasi dignus pastor; ut intentissime unusquisque Deo deberet referre maximas gratias. Nam fideles Christi quasi lectioni intenti, ista in suo corde recondentes, ad ejus exemplum, Christum benedicere non cessabant.

S. Baldomerus in vestitu modestus,

Deo gratias semper agit:

F 2 In primis fere annis in adolescentia & juventute faber ferrarius fuit: quod magisterium ita digne peregit, ut quantacumque utensilia sibi necessaria ad hoc opus exercendum habebat, in pauperum necessitates pro amore Domini dispensaret. Tunc igitur ista fideliter agens, quasi miles Christi, & fortis pugnator, aciem hostis .... inimici, intentis ad Dominum precibus, superabat. O virum beatum, Baldomerum, in quo numquam dolus apparuit! Fuit semper castitate integer, in amicitiis verus, in caritate benignus, in lectione intentus, in vigiliis sollicitus, in eleemosynis promptus. Sermo autem ejus fuit ad Dominum benedicendum assidue salsus, ad inimici superbiam repellendam astutus, ad confabulationem Fratrum lætus & eruditus: nulla illi omnino vanitas, nullum mendacium dominabatur; & castigationem in omnes pie & perfecte gerebat.

faber ferrarius sua pauperibus largitur:

gaudet victoribus exultatione.

3 Quodam autem tempore cum venisset vir Viventius Abbas, ad orationem in vico quodam, qui Auditiacus vocatur, & ingressus fuisset, memoratum famulum Christi Baldomerum in vilissimo vestitu & calceamento ibidem oranem invenit. Sed cum apud ipsum cœpisset habere colloquium, & inquireret quis esset, sensit per Spiritum sanctum, Dei fidelem esse ministrum, sicque eum secum usque ad suam domum lætus adduxit. Deinde postea in monasterio S. Justi Lugdunensis, in quo ipse positus erat Abbas, permanere constituit: in quo loco ita semper vitam beatam duxit, ut quid-

a S. Viventio

honoratur

in monasterio S. Justi degit.

AUCT. ANONYMO, EX MSS.

ut quidquid ei Dominus a quibuſcumque perſonis Deum timentibus tranſmittere dignabatur, omnia in pauperum eapenderet elecmoſynis : lectionem Evangelii perſcrutans, nullam curam adhibens de poſtera die quid haberet ; verba autem quæ paullo ante memoravimus, aſſidue dicens, In nomine Domini, Deo gratias ſempet, uſque in finem ſine intermiſſione uſitavit .

A

4 Et cum iſta ſempet pro Dei amore fidelitee exerceret, & fama ejus in omnibus bonis operibus longe lateque quotidie creſceret, a ſancto ac beatiſſimo Gundiſalo jam dictæ urbis Papa, licet invitus, ad ſubdiaconatus implendum officium eſt benedictus : cujus manus jam dictus vir Dei cum lacrymis oſculabatur, dicens, ne ipſi hoc imponeret, & ſe indignum eſſe vociferabatur ſuſcipere tale miniſterium .

Subdiaconus ordinatur.

5 In eodem vero monaſterio S. Juſti cellulam, in qua habitaret, vilem elegit ; in qua habitatione dum eſſet, tantam ei Dominus dignatus eſt donare gratiam, ut aves cœli a nullo hominum captæ, aut comprehenſæ, juxta conſuetam horam refectionis, in ejus manibus cibum venirent aſſidue ſumere : quas cum reficiebat, ita vir Dei monebat, dicens; Reficimini, & Domino cœli benedicite ſempet. Interea tamen pro jam dicta urbe quotidie, & omnibus commorantibus in ea, ac memorato Abbate ad Dominum preces fundebat cum lacrymis, ut ipſis ingreſſum paradiſi aperire dignaretur .

D

quæ cell familiaris habet.

6 Et cum eum Dominus de hac luce recipi juſſit, tantam ad memoriam ejus dignatus eſt conſerre ſalurem, ut ſi quis ad ſepulcrutam beati viti ægrotus adveniret, & fideliter ibidem eaoraret, a quacumque infirmitate fuerat poſſeſſus, ſtatim ſanus abſcederet, & qui tunc putabatur in corpoce eſſe infetior gradu, jam cognoſcitur in ſpiritu eſſe ſuperior & virtute, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & poteſtas, laus, virtus, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

e morte claret ubi tumulat.

DE S. ALNOTHO

EREMITA MARTYRE IN ANGLIA,

I. B.

E

Sylloge hiſtorica,

B

CIRCA AN DCC. XXVII. FEBRU.

1 NOrthamptóna *urbs eſt Anglia, ad* Antonam (*ſive* Auſonam, *ut mavult Cambdenus*) *fluvium ſita : unde urbs accepiſſe nomen videtur, ac feciſſe ipſa amplo Comitatui, quem ipſe fere mediuſſimo Angliæ poſitus. Alius paullo verſus ejuſdem fluvii fontes*, ſecundum viam Prætoriam, *ut tradit citatus jam Cambdenus pag. 376. editionis Londinenſis anni 1607.* Wedon *jacet*, Merciorum Regis Wolpheti olim regia, in monaſterium ab ejus filia Werburga, ſanctiſſima Virgine, converſa. *Haud inde procul* Stowa, *vulgo* Stow, *vel* Stowé, *vicus cernitur in hujus Comitatus tabula apud Cambdenum ac Speedum, in cujus vici eccleſia reliquia olim* S. Alnothi *ſervata fuere. Is* S. *Werburga armentarium primum, dein anachoreta propinque in ſalta, ubi a latronibus trucidatus, Martyr habitus eſt.*

S. Alnothi reliquiæ Stowæ in Northamptonia.

2 *Edidimus* 3. *Februarii Vitam* S. *Werburgæ, olim a Cambdeno ad Heriberium Roſweydum noſtrum tranſmiſſam, ſcriptamque niſi eos conjectura fallit, a Jocelino, ſive Goſcelino. Ineacap.* 3 *num.* 12. *quidquid hactenus de* S. Alnotho *comperium, narratur his verbis* : Quantæ autem humilitatis fuerit *Werburga*, quantæ etiam apud Deum ſublimitatis, in eodem loco Weduneuſi aliis confirmatur indictis. Erat illi armentarius, vir præ converſationis, & quantum licuit ſub humana ſervitute, ſanctæ vitæ, qui & ſuis locis fama meritorum perpetuatur ac recolitur feſtive, Alnotus nomine. Hunc villicus Dominæ cum forte lantaret cruentiſſimo verbere, & ille omnia in Dei nomine toleraret manſuetiſſime ; almæ Virginis compaſſio non ferens dolorem, prorsit ad pedes indignos lamiſtæ, clamans cum prece & increpatione : Parce pro Dei amore ; quate excarnificas hominem innocentem, apud altiſſimum Inſpectorem omnibus oobis, ut credo, acceptiorem ? Cumque ille vel præ furore vel præ ſuperbia tardius flecteretur ; continuo dura cervia & torva facies, ſuperna indignatione in rerga illi reflectitur. Sic demum, quod magis debuerat, ipſe ad pedes Dominæ provolvitur, & veniam, quam inſonti negaverat, ſuo ceatu cum lacrymis deprecatur.

C

S. Werburga armentarius.

Injuſte a villico verberatus.

divinitus ulciscitur.

3 Vir autem memoratus jacet ad Stowam una legia a Buccabrive : quem in ſilva anachoreticam vitam ducentem latrunculi martyrizaverunt, & divina ſigna Deo acceptabilem, ut celebratur, prodiderunt. *Pre* Buccubrive *erat in monumendoſe* Uccabrue *ecpreſſum, duabus litteris b & i exaratis. Videtur is locus eſſe, qui apud Cambdenum in tabula Northamptonia* Biabtook *dicitur, apud Speedum* Bugbrok. *In Monaſtice Anglicane inter Donationes factas Daventreenſi Prioratui in agro Northamptonenſi, (qui Prioratus non procul Weduna diſtat) mentio fit manerii & eccleſiæ* de Braybrok: *an idem is locus ſit, qui* Biabrook, Bugbrok, Buccabrive *dicitur, nihil conjicere.*

Fit Eremita : occiditur a latronibus.

4 *Agit de* Alnotho *in Floribus Vitarum Sanctorum Anglia* Hieronymus Porterus *in Vita* S. *Werburgæ ; Stowa tamen & Buccabriva non meminit : quem autem Vitæ* S. *Werburgæ ſcriptor* villicum Dominæ *vocat, a quo vir ſanctus inique & atrociter verberatus, ipſe Pratorem, ſive* Bavlivum *appellat. Meminit quoque* Alnothi *Capgravius in ejuſdem Werburgæ Vita, ubi iſta habet* : Armentarius tandem ille in ſilva quadam anachoriticam ducens vitam a latronibus mattytizatur. *De eodem Sancto Nicolaus Harpſfeldius in hiſtor. Eccleſiaſt. Angl. ſecule* 7. *cap.* 23. *ita ſcribit* ; Fuit etiam hoc ſeculo Alnothus anachoreta, qui in ſolitudine a latrombus cæſus eſt .

fundatur e ſcriptoribus.

5 *Inſcripſit* S. Alnothum Martyrem *Joannes Wilſonus martyrologio Anglicano ad* 27. *Februarii; quem ſecutus Ferrarius in nevo Sanctorum Catalogo*, In Anglia, *inquit*, S. Alnothi Martyris. *Aſt idem Wilſonus in poſteriore Martyrologii ſui editione ad* 25. *Novembr. retulit, nulla reddita cur mutarit, ratione. Et ſi nobis minime conſtet quo die agi illius animverſaria memoria ſoleat, malimus a duobus a Wilſono propoſitis diebus priorem eligere, quod eodem hoc menſe Vitam dederimus* S. *Werburgæ, quam cũnulere lector poſſit. Unum illud utrobiq; nobis in* Alnothi *elogio apud Wilſonum non probatur, quod in Elyenſi tractu eum ſolitariam egiſſe vitam ſcribat, cum diſerte in loco Weduneuſi, aut circa eum, illa crudeli villico inflicta divinitus pœna dicatur ſanctæ Virginis intercedente depulſa : conſtat autem in Northamptonenſi Comitatu eſſe Wedunam, licet in Elyenſi quoque eæmdem habuerit* S. *Werburga.*

F

27. Febr. ex 25. Novembr. colatur, an alio die, incertum.

6 *An pro Fide alterinſve Chriſtianæ virtutis defenſione occubuerit* S. Alnothus, *non ſatis conſtat, etſi* martyrizatus *dicatur. Sed, quod ſæpenumero alibi inculcavimus, ſæpe qui innocentes occiſi ab impiis, etſi non odio religionis, tamen ſi prodigiis deinde illuſtres exſtiterc, honorifica Martyrum nomenclatione dignati ſunt. Ita* S. *Meinradus* 21. *Jan.* S. *Mengoldus* S. *Febr.* 5. *Rumoldus* 1. *Julii. At quandoque profligata vita hominet, quod inſolitum virtutum ſplendorem ferre non poſſent, innocentibus manus intulerum : aut quod iis divina dona favoremq; Numinis inviderent, ut Cainus Abeli, quem vere ac propriæ Martyrem exſtiſſe nemo facile negaverit. Quidam quod morbos precibus curarent, aliaq; facerent miracula*

an vero Martyr.

A *miracula, aut ob eximiam ſanctimoniam concurſu hominum frequentarentur, propterea eorum donariis locupletes exiſtimarentur, interempti ab iis qui ipſorum rebus inhiabant: qua ratione ipſorum cadet a Dei cultu promanaſſe cenſeri poteſt, qui illis iis frauds ne ſit vitam ideo poſuiſſe, coronam ipſis martyrii impertiatur. Cultus aliquin* S. Alnothi *ſatis manifeſte indicari videtur n. 3. iis verbis:* ſuis locis ſoma meritorum perpetuetur ac RECOLITUR FESTIVE. *Et n. 3.* Divina ſigna Deo acceptabilem prodiderunt.

Sanctus habitus, & miracula illorum.

7 *Wilſonius ſcribit in utraque ſui Martyrologii editione occiſum eſſe* S. Alnothum *circa annum* 670. *Verum ex iis quæ* 3. *Febr. de* S. *Werebarga atate dicta ſunt, liquido conſtat, multo ſeriùs id contigiſſe, cum* Wulpherus *Rex* S. *Wereburga parens anno* 675. *mortuus ſit, filia vero ano altero-ve poſt an. monaſticam vitam in Elyenſi parthenone primum complexa: neque continuo poſt, ſed non paucis annis elapſis videtur Wedunenſe patris palatium in monaſterium mutaſſe. Haic monaſterio cum ipſa præeſſet, armentarias fuit Alnothus, ac dein onachoreta factus, incertam quanto poſt tempore a ſceleratis hominibus trucidatus eſt.* AUCT. l. 8. D quando ſit occiſus?

DE SANCTIS MONACHIS

BASILIO ET PROCOPIO DECAPOLITA

CONFESSORIBUS CONSTANTINOPOLITANIS,

Commentarius hiſtoricus. G. H.

CIRCA ANNUM DCCL. XXVII. FEBR.

1 LEgo Iſauricus irreligioſus Imperator anno Imperii 9. *Chriſti* 725. de proſcribendis & deponendis ſanctis & venerandis imaginibus primum tractatum habere cœpit, *uti ſcribit Theophanes, qui ad annum ſequentem ita proſequitur:* Ab eo, *inquit*, tempore initiatas cum beato Conſtantinopol. Germano imprudenter ſuſcepit, omnes deceſſores ſuos Imperatores, Præſules Chriſtianoſque populos, tamquam idololatras, ob ſanctarum venerandorumque imaginum adorationem condemnans; cum ille præ nimio incredulitata atque ruſticitate de reſpectivo earum cultu rationem ac ſermonem minime capere voleret. *Verum in obſtinato animo perduraas*, anno Imperii 13. *Chriſti* 730. Indictione 13. die 7. Januarii, Silentium contra ſanctas ac venerandas imagines in novemdecim Accubitorum tribunalio celebravit, atque in locum S. Germani Patriarchæ, abominando Leonis conſilio nequaquam cedentis, ſuffectus eſt Anaſtaſius: quem Gregorius Pontifex Romanus obiudicavit, Leonem tamquam irreligioſum per epiſtolas redarguit, ac Romam cum tota Italia ad defectionem ab ejus Imperio coocitavit. *Hactenus. Eſt ut S. Gregorius* 11. *in cujus Vita* 13. *Febr. hæc pluribus dicta ſunt* §. 7. *pag.* 699. *& ſeqq. Colitur S. Germanus* 12. *Martii.*

In perſecutione a Leone Iſaurico ob cultum ſacrarum imaginum excitata,

2 *Verum* tyrannus *ob illud S. Gregorii factum* majori in dies furore percitus, perſecutionem adverſus ſanctas imagines movit: adeo ut multi Clerici & monachi & devoti laici ob recta fidei decreta periclitati, martyrii coro-na fuerint redimiti: *uti ibidem aſſerit Theophanes. Inter hos monachos eminuere ſancti Confeſſores* Baſilius & Procopius: *quorum ſacra memoria celebratur* 27. *Febru. aut utriuſque Martyris, aut* S. Procopii *tantum, relata in ſequentem diem ſolennitate* S. Baſilii. *Ac primo utrique memoratur* 27. *Februarii in Menologio Græcorum a Canifio edito his verbis:* Sancti Patris noſtri Confeſſoris Baſilii & Procopii Decapolitæ: qui tempore Leonis, cognomento Iconomachi, pro ſanctarum imaginum cultu variis cruciatus perpeſſi, mortuo tyranno erepti e carcere, in pace dormierunt. *In Menologio itidem Baſilii Imperatoris apud Baronium ad aa.* 735. *n.* 2. *iſta habentur:* Hi ſub Leonis Iſauri Iconomachi fuerunt imperio, mundum & quæ in mundo ſunt relinquentes, fiunt monachi, & bene prius exercitati, hæreſi poſtmodum in ſanctas imagines cocitata, ſtudioſe reſtiterunt Iconomachis. Unde comprehenſi, multaque paſſi tormenta non ceſſerunt, ſed od mortem uſque veritatem prædicabant: quamobrem inmoniter lanati ſunt & detruſi in carcerem: ubi manſerunt uſque od Imperatoris obitum, & liberati ſancto fine quieverunt. *Inſcripti eadem die ſunt Martyrologio Romano his verbis:* Conſtantinopoli ſanctorum Confeſſo-

55. Baſilius & Procopius plura paſſi,

celebratur 27. Febr.

rum Baſilii & Procopii, qui tempore Leonis Imperatoris pro cultu ſanctarum imaginum ſtrenue decertarunt. *Mortuus eſt Leo anno* 741.

3 *Solius* Procopii *ſolennis veneratio* 27. *Febr. indicatur in Græcorum Horologio, Menologiis Maximi Cyberæi, & Chriſtophori Mitylenæi, & Calendario a Genebrardo Latine edito, in quo incuria typographi impreſſam*, Urgcopius Confeſſor Decapolita, *qui tamen in eodem Calendario die ſequenti* Procopius *appellatur, quod & hic reſtituendum. At Græcorum magna Menæa, & Anthologium novam Clementis* VIII. *auctoritate editam, ac Maximus Cyberæus ſi ſibi ægius hoc eum celebrent encomio:* Hoc eodem menſe *Febr.* die 27. memorie ſancti Patris noſtri & Confeſſoris Procopii Decapolitæ. Hic prius monaſtica vita aſſumpta, in omni ſemer virtutum religioſarum genere exercuit, animumque ſumma munditie exornavit. Eos qui Verbi Incarnationem impie negabant, virili conſtantie reſutavit, atque eoſibilovit. Poſtremo vero certamine per flagra peracto, magnum ſe Confeſſorem exhibuit, & miraculorum virtute illuſtris, od Chriſtum emigravit. *Qua ultima de perſecutione ob cultum imaginum a Leone Iſarico illata eſſe intelligenda infra conſtabit. Addantur in Menais varia oda, hymni, ac verſus. Eſt* Decapolis *regio decem civitatum, uti vox Græca indicat, ſita juxta mare Galilæa & utramque oram Jordanis minoris, cujus in Evangelio mentio fit Matth.* 4. *Marci* 5. *& 7. Conſule Onomaſticon Bonfrerii ad urbes & loca ſacra Scripturæ.*

E aut ſolus Procopius

ex Decapoli oriundus,

F

4 *Solius* Baſilii *ſolennitas in* 28. *Febr. tranſlata, reperitur in eiſdem Menologiis Cyberoi & Mitylenæi, Græcorum Horologio & Calendario a Genebrardo edito, in quo illa leguntur:* Baſilius Confeſſor ſocius S. Procopii monachi. *Amplius etiam encomio in Menæis, Anthologio & apud Cyberæum in Vitis Sanctorum celebratur in hunc modum:* Eodem menſe *Februario*, die 28. memoria ſancti Patris noſtri & Confeſſoris Baſilii, qui in certamine ſocius fuit S. Procopii. Vixit hic ſub Imperio Leonis Iconomachi, & relicto mundo, atque omnibus, quæ in mundo ſunt, factus eſt monachus, ac diſcipliuam religioſam, uti decebat, coluit. Deinde cum ſanctarum imaginum cultus abiiceretur, magno ſtudio Iconomachis reſtitit. Unde comprehenſus, multaque tormenta paſſus, non dedit tamen manus, ſed veritatem ad mortem uſque prædicavit, ſocium certaminis nactus S. Procopium. Quare toto corpore ad collum uſq; conciſus eſt & cuſtodiæ mancipatus. Tyranno vero extincto, ſolutus vinculis, egreſſus carcere, priorem vitæ formam reſumpſit, multoſque diverſis occaſionibus ad virtutem ac fidem orthodoxam inſtituit. Tandem inter preces & gratiorum actiones, ad Deum, quem ab infantia deſiderarat, lætus migravit. *Hactenus.*

& S. Baſilius 28. Februarii,

AUCT. G. H. A *In Menais inter alias odas & hymnos adduntur hi verſus:*

Σὺν Προκοπίῳ Βασίλειε ὑμνῳδίαν,
Ὀρθοδοξίαν τε ἔστερε πλήθεσι.

Cum Procopio Baſilius hymnis celebretur.

Ut qui ſunt Confeſſores veritatis. D

Molanus Græcas ſecutus, Die vigeſima ſeptima, *inquit*, S. P. Procopii Decapolitæ Confeſſoris. &, Die vigeſima octava S. P. & Confeſſoris Baſilii, ſynaſcenæ S. Procopii.

DE B. JOANNE

ABB. GORZIENSI IN TERRITORIO METENSI,

I. B.

Commentarius prævius.

§. I. *Gorzienſe monaſterium a S. Chrodegango fundatum.*

AN. CMLXII. XXVII. FEBRU. 1 *Tacitus eſt terra quidam in Mediomatricum regione*, *olim* pagus Scarponenſis, *ſive* Scarponinſe, *aut* Scarponna *dictus*, *eis Moſellam fluvium*, *ad occaſum vergens*, *inque prima regni Lotharii inter patruos ejus diviſione*, *Carolo Calvo Francia Occidua Regi aſſignatus*: *quem perperam Chriſtophorus Browerus noſter Annal. Trevirm. l. 7. pag. 411. in interiori margine* in Hasbanio *locat*, In ditione Metenſi, pago Scarponenſi, B pago Moſao inferiore. *In Scarponenſi hoc pago*, *leucis aliquot ab ipſa urbe Metis monaſterium inſigne Gorziam a rivo*, *cui adiacet*, *dictum*, *fundavit* S. Chrodegangus, *ſive* Grodegandus, *Metenſis Epiſcopus*, *de quo plenius 6. Martii agemus*.

2 *De eo Paulus Warnefridi in l. de Epiſcopis Metenſibus ſcribit*: Jam huic vir egregius, & omnibus præconiis efferendus, Chrodegangus Auſtraſiæ eligitur, ex pago Hasbanienſi oriundus patre Sigrammo, matre Landrada, Francorum ex genere primæ nobilitatis progenitus. Hic in palatio majoris Karoli ab ipſo enutritus, ejuſdemque Referendarius extitit, ac demum Pippini Regis temporibus pontificale decus promeruit. Fuit autem omnino clariſſimus, omnique nobilitate coruſcus, forma decorus, eloquio facundiſſimus, tam patrio quam etiam Latino ſermone imbutus: ſervorum Dei nutritor, orphanorum viduarumque non ſolum altor, ſed & clementiſſimus tutor. *Ac pluribus eadem de re intricatis*, Conſtruxit etiam, *inquit*, alterum monaſterium, quod Gorzia vocitatur, ubi pari modo non modicam multitudinem aduna- C vit monachorum. *Et poſt pauca*: Obiit pridie Nonas Martias in diebus Pippini Regis. Requieſcit in Gorzia monaſterio, quod ipſe a fundamentis extruxit. *De eodem breves Annales Fuldenſes ad 765. annum Chriſti*: Hruodgangus Metenſis urbis Epiſcopus poſtulavit a Paulo Romanæ Sedis Apoſtolico corpora ſanctorum Martyrum Gorgonii, Naboris, & Nazarii: & impetravit, adduxitque cum honore ab urbe Roma, & in Franciam tranſtulit. *Et ad annum ſequentem*: Corpus S. Gorgonii condidit in monaſterio ſuo, quod ipſe a novo ædificaverat, cui vocabulum eſt Gorzia &c. *De S. Gorgonio iterum infra*, & *ad 9. Sept. quo colitur*.

3 *Situm Gorziæ*, *tempuſque fundationis ipſemet ſanctus Pontifex Chrodegangus declarat Actis publicis ea de re confectis*, *qua ante an. complures legi Bruxellis*, *apud Nobilem & Clariſſ. virum Joannem Jacobum Chifletium Catholici Regis noſtri Medicorum Comitem*, *in Chartulario Gorzienſi*. *Pauca ex illis delibo huc ſpectantia*. *Primum ita habet*: In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Ego Chrodegangus, ac ſi indignus, ſi non opere vel nomine, gratia Dei Epiſcopus, una cum commeatu & voluntate Illuſtris viri Pippini Majoris Domus, ſenioris noſtri.... Idcirco donamus de rebus S. Stephani, ad illam baſilicam S. Petri & S. Stephani, vel ceterorum Sanctorum, quam a novo ædificavimus in fine Haldimaca, in pago Scarponinſe, ubi Gorzia conſurgit, & ad ipſam cellam, quam ibidem conſtruximus..... Actum apud Andernacum in palatio publice, anno ab Incarnatione Domini 745. Indict. 13. Epacta 14. Concurrente 4. anno 6. Childerici Regis, 20. die menſis Maii. Sigillum inluſtris viri Pippini Majoris Domus. *In annum Regis* Childerici *error fortaſſis irrepſit*, *licet non omnes idem ſtatuant regni ejus exordium*. Theodericus *ipſius deceſſor obiiſſe traditur an. 737. regni 17. a cujus obitu hic erat annus octavus*. *Bucherius in Chronologia Epiſcoporum Leodienſium*, *anno 741. obitum Theoderici*, *& Childerici initium ponit*. *Alii denique cum Theodericum an. 737. mortuum fateantur*, *Childericum* E *tamen anno ſolum 743. regio titulo ornatum probant ex Sueſſionenſi Concilio*, *quod habitum dicitur* Childerici III. anno ſecundo, Chriſti 744. *Secundum eum calculum annus eſſet Childerici tertius*, *quo confecta ea Chrodegangi tabulæ ſunt*. *& ſane potuit facile ex 3. fieri 6. ut ex conjunctis inferat duabus prioribus monadibus tempora exiſtere*.

4 *Alterum inſtrumentum Chrodegangi ita habet*: In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Chrodegangus, ac ſi indigous, ſi non opere vel nomine, gratia Dei Epiſcopus; una cum commeatu & voluntate Illuſtriſſimi viri Pippini inclyti Regis, ſenioris noſtri..... Ideirco donamus de rebus S. Stephani, ad illam baſilicam S. Petri & S. Stephani & S. Pauli vel ceterorum Sanctorum, quam nos, Deo auxiliante, a novo ædificavimus in fine Haldimaca in pago Scarponinſe, ubi Gorzia fluviolus conſurgit.... Actum eſt hoc Metis publice, anno ad Gorziæ fluviolum, ab Incarnatione Domini 754. Indictione 7. Epacta 13. Concurrente 1. anno 4. regni Pippini glorioſiſſimi Regis, 24. die Maii. *Cuncti hic temporum characteres ſolidi*.

5 *Aliud biennio poſt datum hoc refert*: In Dei nomine Chrodegangus ac ſi peccator, Metenſis urbis Epiſcopus F .... Tum per Dei adiutorium una cum commeatu & voluntate Domini noſtri piiſſimi & glorioſiſſimi Regis Pippini Francorum, atque conſenſu Fratrum noſtrorum ſpiritualium, & Deum timentium laicorum fidelium S. Stephani, ædificavi monaſterium in loco qui dicitur Gorzia, in pago Scarponinſe, in honore beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non & S. Stephani, & ceterorum Sanctorum, & fundavi atque dotavi ipſum monaſterium de rebus & terris, quæ per venditiones & commutationes mihi legibus obvenerunt; ea ſcilicet conditione, ut in ipſo monaſterio monachi ſecundum ordinem & regulam S. P. N. Benedicti Abbatis a modo & ſemper ordinis S. Benedicti. perpetuis temporibus vivant..... Et ſit ipſum monaſterium ſubiectum ſub mandeburde & defenſione S. Stephani Eccleſiæ Metenſis..... Actum in Compendio palatio publice in ſynodo congregata, anno ab Incarnatione Domini 756. Indict. 9. Epacta 15. Concurrente 4. anno 6. regni Pippini glorioſi Regis, ſub die 15. Kalend. Junii.

6 *In quinto inſtrumento iſta habentur*: Dono ad monaſterium, quod vocatur Gorzia, quod ego in nomine Domini a novo ædificavi in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli vel S. Stephani in pago Scar- ac molinum donat: ponincſe..... molinum Vironem in pago Scarponinſe..

A ſe... Actum in villa Arcomago publice, anno ab Incarnatione Domini 757. Indict. 10. Epacta 26. Concurr. 5. anno 7. regni Pippini Regis.

dotatus scholas, bibliotheas, immerito ſuppoſitas Davidi Blondello,

7 *David Blondellus in Genealogie Francica pleniori aſſertione, dum Vindicias Hiſpanicas Joan. Jacobi Chiffletii, parum profecto urbane, refellit, quas citavimus Chrodegangi donationes, ei ait affictas, plaueque ſuppoſititias aut interpolatas. Quid ita? Quod expreſſos a Chr. exortu annos habeant. Neque enim* ulla Francorum monumenta, tota Pippini, Caroli Magni, Ludovici Pii, & filiorum ætate, Chriſti annus (quod poſtea in more poſitum) conſignata *reperiri. Ain tu id ſic univerſe?* Si forte, *inquit*, Synodica exeipias. *Erga id fatetur, quod inficiari nemo poteſt, eatempora in ſynodis apponi notam illam annorum Chr. ſolere. Quinam id faciebant? Epiſcopi, opinor, earumque tabelliones, Eccleſiaſticorum altorum ſcriba. Vetitum iis erat, ſi qua alia non ſynodica acta conſignabant, ea uti nota? Non inficior quidem, Regum ipſorum multa diplomata ea carere, quia ſcriba regis non facile morem antiquum mutare aut volebant aut poterant: at Preſules nego eo canſtrictos more fuiſſe nego alios viros principes, cum præſertim in monaſteriorum Eccleſiarumve commoda quidpiam ſtatuebant, non eam ſubinde illorum etiam ætate Regum notam aliis ſuis addidiſſe. Ipſi Pontifices Romani vix*

B *ante annum* 1200. *Æra vulgaris, an. Chr. ſuis litteris adſcripſere, an hinc ſequetur, omnia Eccleſiaſtica acta, aut monaſtica, qua hac nota ſunt inſignita, ſuppoſititia eſſe? Tamen multo magis ſe ad Eccleſia Romana conſuetudinem accommodara Antiſtites aliique ſacri homines videntur debere, quam ad Regum ſuorum Epiſcopi aut Abbates Galli.*

8 *Nam quod negat ibidem Blondellus*, Archiepiſcopali pallio inſignem fuiſſe Chrodegangum, *refellitur in ſecundo Francorum ſcriptorum Andrea Chefnii tomo pag.* 213. *ubi ex Stephani* III. *Vita illa afferuntur*: Et dum in Francia eſſet poſitus, Rodigango ſanctiſſimo viro Epiſcopo (*id eſt Chrodegango, ut ex toto narrationis contextu patet*) pallium tribuit, & Archiepiſcopum ordinavit. *Vociferatur Blondellus, id Chiffletium* ex Anaſtaſio in Stephani III. Vita, Alberico, aliiſque Gorzienſibus ejuſdem furfuris chartis probare. *Non ſunt equidem ſcriptores, quibus ſua plerumque ipſe probat, ea qua hi auctoritate. Quod tamen Chartes Gorzienſes Anaſtaſio pares facit, eas vel invitus confirmat, quando Anaſtaſium ſcriptorem graviſſimum eſſe, etiam Blondelli ſymmyſta quidam hæreticis fatentur, non ſolum Catholici omnes. Sint ergo, quæ nos citeximus, Charta ejuſdem atque Anaſtaſius, non furfuris, ſed probatiſſime farina, & tanto erunt probabiliora quæ retulimus.*

& dum animum ſecernit, laudat.

C 9 *Nolim tamen omnes, qua alibi de Gorzia fundatione extant ſub Chrodegangi nomine, chartas defendere. Unam recitat Meurſius in hiſt. Epiſcoporum* Metenſium *pag.* 168. *qua data dicitur* an. 765. Indict. 3. an. quarto regni Pipini Senioris, *qua invicem non congruunt. Erat enim ſecundum noſtrum calculum Pippini an.* 15. *aut* 16. *ſecundum alios ſaltem* 14. *Deinde cui comparatus Pippinus adhuc vivens ſenior dicitur? In prima citatis Chartis ſenior noſter, ſive Dominus, non abſolute ſenior, appellatur. Præcedenti quoque apud eumdem Meurſium charta, qui additi characteres temporis, plane aerivaros:* Annus ab Incarnatione Domini 763. Indict. 7. Epact. 23. annus 4. Pippini. *Quale vero pag.* 164. Dotalitium, quo Pippinus Rex dotavit Eccleſiam Gorzienſem? *in fine ita habet*: Acta ſunt autem hæc omnia in conſpectu glorioſiſſimi Regis Pippini a. 57. Cal. Jul. die Dominica, anno quoque 761. ab Incarnatione Domini, Indict. 14. *Quid illud ſibi vult*, Regis Pippini 2. *an ſecundi? quis igitur* Rex Pippinus primus? *an ſecundo anno? Atqui erat* 12. *Præterea eo anno* 761. *Indictione* 14. *littera Dominicalis erat D. Non ergo* 17. *Cal. Julii, ſive dies* 15. *Junii Dominicus erat, ſed feria ſecunda. Abſurdum pag.* 166. *ſignatum eſt aliud ejuſdem Pippini diploma his verbis*: Actum anno quo ſupra, 752. ab Incarnatione Domini. *Et tamen bona nonnulla, qua enumerat*, donare *ſe ait*, ad locum SS. Petri & Pauli, Sanctique Gorgonii egregii Martyris, ubi Gorzia fluviolus conſurgit, *Cui anno* 752. *aut etiam* 761. (*ut alibi legi notat in margine Meurſius*) S. Gorgonii *venire in mentem potuit, cujus annus demum* 766. *conditum Gorzia ſit corpus, ut habent annales Fuldenſes? Sed de his ſatis. De fundatione prima Gorzia ac fundatore conſtat.*

alia alibi ſuppoſitia aut interpolata.

AUCT. L. B. D

§. II. *Monaſtica diſciplina Gorzia collapſa, ab Adelberone Ep. & Einoldo Ab. reſtituta. Viri ſancti & nobiles illic monachi. Abbatum eatalogus.*

10 *Quæ deinceps nobiliſſimi monaſterii fortuna fuerit, quæque ratione ſua ei recuperata facultates, &, quod caput eſt, diſciplina reſtituta, exponit Sigebertus Gemblacenſis in Vita S. Guiberti, ſive Wiberti, qua apud Surium extat* 23. *Maii*: Id cœnobium, *inquit*, olim vir magni nominis, Pippini Regis ea ſorore oepos, Crodegandus Metenſis Epiſcopus conſtruait, & ad æternum ſuæ ſanctitatis monumentum opibus ditavit, &, quod majus eſt, religionis gratia decoravit. Sed proceſſu temporis, crebreſcente bellorum malitia, & per hæc crudeſcente malorum miſeria, & quia leges ſilent inter arma, ideo invaleſcente quaqua terrarum injuſtitia; etiam ibi per notam temporis, & Prælatorum incuſiam, diſciplinæ regularis cœpit emolliri ceoſura. Et hæc cœleſtis iræ permiſſio tamdiu permanſit, donec tandem divinæ miſerationis oculus ſuper inhabitantes tetram proſpexit, & qui infidelitatis tenebras amovit, & lumen veritatis revocavit. Ad hæc inter primos a Deo miſſus eſt Adelbero, primus hujus nominis Metenſis Epiſcopus: qui nobilium Chriſtianiſſimus, & Chriſtianorum nobiliſſimus (erat quippe frater Friderici Ducis) in hoc primum regiminis ſui dedit exercitium, ut & ſeculari potentia & Epiſcopali cenſura enturbaret a ſua diœceſi irreligioſitatis vitium.

E *Bella graſſantibus ſollerter ſopita Gorzia diſciplina.*

11 Hujus bonæ intentionis oculum intendens primum ſupra monaſticam diſciplinam, elaborat eam ad apoſtolicæ vitæ redigere normam. Et incipiens a Gorzia, quæ ceteris monaſteriis erat præſtantior in ſua patochia, ubi toſtitutæ religionis vix ipſa apparebant veſtigia, non prius deſtitit, quam monaſticæ vitæ profeſſores, a ſeculi vanitate retractos, rectæ vitæ teddidit, & ante omnia radicem malorum, & malam monachorum novercam, ſcilicet proprietatum concupiſcentiam, mucrone paſtorali extinxit, & qui in ſeculi compitis patebant luporum morſibus, Dominico ovili inclusit. Collaborabat ſibi ad hoc prius Gorzienſis Abbas Agenoldus, reſtaurandæ ſanctæ religionis adiutor opportunus. Itaque extirpatis nocivis radicibus de Dominici horti areola, Adalberone Epiſcopo plantante, Agenoldo rigante, Deo autem incrementum dante, creſcebant ſolito uberius virtutum plantaria. Quicumque ergo abtenuntiantes ſeculo, ſuave jugum Chriſti tollere volebant, quam mites & humiles corde, exemplo Chriſti, eſſe deberent, hic ediſcebant. Quicumque ex militari habitu in timore Domini ſortitudinem ſuam motabant, hic quaſi in campo devitæ tirocinii experimentum ſui capiebant. Quicumque ex clericali ſorte ad altiorem humilitatis gradum volebant aſcendere, hic cum Jacob, non in ſomnis, ſed re vera ſcalam cœlos attingentem merebantur videre, per quam Angelos aſcendentes & deſcendentes poſſent videre. Cum ergo hic tantus ſanctæ religionis fervor tam longe lateque caloris ſui diffunderet flammas, huc ad diſciplinam Domini omnis confluebat nobilitas, omnis dignitas, omnis ſine perſonarum diſcretione profeſſio concurrebat & ætas. Nec quiſquam vel initium converſionis ſe credebat arripuiſſe, cui non contigerat Gorzienſi regulæ initiatum. Hic inveniebatur lac, quod parvulus ſugeret: hic ſolidus panis, quem parvulus manderet, & aliquando quaſi nutrix ipſe corpus ſuum traiceret, ut & alios rudes vel infirmos inde paſceret.

reſtituit Adelbero Ep. Metenſis,

ſimulata proprietates,

F *juvante Agenoldo Abbate,*

cujus laſtitutionem quamplurimi nobiliores viri ſe tradunt,

AUCT. ll. BB.

12 *Hæc Sigebertus. Prater S.Guibertum, de quo rursum inferius agemus; Sanctus quoq;* Fotannanus *&* Machalanus *hic monasticas institutiones hauserunt: de quibus ad* 30. *Aprilis quæremus an socii invitem peregrinationis fuerint, existimat Ruyssius in auctario ad Molani Natales. De* Machalano *in Vita S.Kadhroe* 6. *Martii ista legimus:* Interea devotionis desiderio crescente, monasticæ religioni cœperunt aspirare. Unde cum voluntate Dei, Domina illa (*Herfendis*) Machalanum Gorziam, scilicet disciplinarum venerabilis Agenaldi; Kadhroe vero Floriacum, ubi Ercembaldus vir magnæ religionis præerat, direxit. Ambo quod cupierant assecuti, Machalanus, apud Patrem Agenaldum, monachum professus est: Kadhroe vero die Conversionis Pauli Apostuli apud Floriacum coram Domino Erchembaldo habitum & animum monachalem induit. Emenso itaque tempore, sæpedicta matrona Gorziam misit, omni affectu Dominum Agenaldum orans, ut Machalanus ad locum olim electum posset regredi: reversusque locum, quem fuscperat, gubernabat. Erat autem locus supra Mosam fluvium, prisco vocabulo Walciodorus nominatus.

A

et S. Guiberti

& S. Machalanus,

13 *At S.Foramanum ipso Pontifex Maximus dicitur adhortatus, at Gorzie monasticam disciplinam addisceret. Ita in ejus Vita traditur:* Prædictus Christi Confessor tale mandatum a Domino Benedicto, qui in totius mundi gubernatione a cœlestis regni Clavigero anchoram in agnitione hujus nominis fixerat septimus, suscepit; quatenus remeando ad propria, ad monasterium diverteret, quod nuncupatur Gorzia, atque ibidem, cum suis, divinis institueretur mandatis. Etenim sub norma monasticæ religionis colli decreverant subigere. Obtemperatoresque Apostolicæ jussionis gestientes exittere, ad monasterium superius nominatum una pervenere. Quo brevissimo in tempore divinis institutionibus pleniter roborati, quod diu concupierant sunt adepti. *Evectus est ad Pontificatum* Benedictus VII. *an.* 975. *aa.* 15. *post obitum Agenoldi, sive Einoldi. Ergo non cum S. Machalano habuit Gorzia S.Foramanum, ut ex citata S. Kadhroe Vita, ab antiquo auctore scripta, colligi potest: nisi scriptor Vita S. Foramani, qui multo junior, fallitur, de quo nos suo tempore inquiremus.*

B

ac fuisse rum, S. Foramanum; Papa mandasse

14 *Abbatum Gorziensium catalogum nobis Alexander Wilhemius noster communicavit, a Francisco Labbeo nostro vel descriptum ex archivo Gorziensi, vel ex aliis monumentis collectum: nam qui singulis appositi sunt an. non semper obitum aut regiminis principium indicant, ut in* Agenoldo, *sive* Eginoldo *aut* Einoldo, *B.Joannis decessore, patet, cui an.* 940. *adscripta, cum sit an.* 933. *Abbas creatus, vixeritque ad annum* 959. *aut* 960. *Hoc alii, quibus penitius illius monasterii vicissitudinesque Ecclesiarum evolvere monumenta licet, disquirent, & an nemo emissus. Catalogus hic est.*

Abbatum ante & post reformationem catalogus.

C

Theodemarus	an. 758	770
Optarius		811
Magulphus		816
Halduinus		822
Drogo		838
Ludovicus		890
Eginoldus		940
S. Joannes I		960
Giboldus		962
Odolbertus		970
Ermensredus		984
Immo		1006
fuit idem Prumiæ & Augiæ Abbas.		
Sigifridus	1032	1052
Henricus	1069 1088	1090
Warnerius	1095	1105
Theodoinus	1126	1136
Wigetius		1139
Hieronymus		1148
Isembaldus		1159
Albertus	1170	1174
Petrus I	1175	1203
Walterus I	1204	1221
Oliverius		1229
Gerardus		1233
Simon	1236	1269
Joannes II	1292	1293
Petrus de Beffremont		1302
Walterus II		1304
Adamus		1339
Theobaldus		1344
Walterus III		1349
Joannes III Delphinus		1351
Nicolaus a Prinego		1356
Hugo de Feneſtranges		1361
Jacobus de Valle		1419
Jacobus II de Gerbertivillare		1453

D

Postea capit Abbatia in Commendam, ut loquuntur, dari.

15 B.Joannis *successor, qui hic* Giboldus *appellatur, Sigeberto in Vita S.Guiberti est* Odbaldus. *De* Odolberto *sit inferius mentio in ejusdem B.Joannis Vita. Qui ab Odolberte tertius est* Immo, *sive* Ymmo, *is est cui Milo Episcopus historiam martyrii* S.Gorgonii *dedicavit, cum insignis Gorziensium hospitalitatis pietatisque commendatione, ut ex præfatione patet, cujus hoc est exordium:* Sanctæ Gorziensi Ecclesiæ venerabili Abbati Ymmoni, & cunctu monachorum cœnobio sibi commisso, Milo Episcopus, servorum Dei famulus, debitas in Christo cum oramine preces. Quod me quidem olim vestræ regionis fines ingressum non solum honorifice suscepistis, verum etiam omnem humanitatem speciali dilectione mihi generaliter exhibuistis; si opere (ut volo) dignas grates vobis rependere nequeo, solum id quod valeo, eo studiosius devota mente facere desidero, quo me in aliquo hujusmodi negotio defecisse cognosco... Igitur, ut præfatus sum, non meis meritis, sed gratia fraternæ caritatis honorabiliter a vobis susceptus, tanta detentus sum familiaritate vobiscum, ut omnioo me non ut hospitem, sed quasi unum ea ipsis Fratribus esse putarem. Unde dum inter ipsa sacra eloquia vestra, quæ mihi videbantur quodammodo flatu sancti Spiritus ignita, & quasi ex ipso fonte salutaris scientiæ salicotia *&c. Sed jam ad* B. Joannem *veniamus.*

E

ab Episcopio Sedunensi Immo, sive

vel Milo Ep. ante S. Gorgonii diem,

magnus contextus Evangeliorum exaratus.

F

§. III. *Joannes, secundus Gorzia post reformationem Abbas, non S. Arnulphi Metis, quando mortuus? Beati ac Sanctitatis oratus. Vita ejus a Joanne S. Arnulphi tertio Abbate scripta, sed mutila.*

1 UNus e primariis Adalberonis Episcopi in Gorzia reformatione adjutoribus Joannes *fuit, idemque post* Einoldum *Abbas. Quam hic edimus ejus Vitam, ab eodem Alexandro Wilhemio accepimus, quocum eam Jacobus Sirmondus communicavit. Citat eam Andreas Chesnius in hist. familia Barreasis pag.* 5. *& Joannes Jacobus Chiffletius in Stemmate Childebrandino cap.* 4. *Ejus Vita epitomen edidit Hugo Menardus l.* 2. *Observationum in Martyrologium Benedictinum, & Gabriel Bucelinus in Menologio. Unum dolemus, mutilam eam Vitam esse. Nam cum cap.* 3. *n.* 6. *in quaque partes scriptor dicendas distribuisset; quæ studio virtutem* in seculari adhuc habitu degens *coluerit; qua ratione* ad monasterialem inde vitam transierit; quo labore, qua jugiter vigilantia, in omni virtutum exercitio, prius in contubernio ceterorum, sub majoris imperio, *desudarit; quemodo* postmodum in regimine substitutus, locum, quem semel in acie spirituali ceperat, tenuerit, nec quocumque hostis impulsu, gradu excesserit, donec Domino secum certante, seque servante, victor evaserit; postremo quis ei finis feliciter consummati certaminis fuerit; *tria quidem priora capita perquam ampliter executus est: posteriora duo, qua esse præcipua videbantur, omnino desunt*

Vita B. Joannis ex Mſ. Jac. Sirmondi.

sed mutila

A *desunt, seu fate interceptus ea non attigerit, seu fortassis intercidirint, uti postremum, quod extat, de legatione Hispanensi, fœde corruptum est, cariæ papyrum aliove vitio infestante. Erit fortassis qui uspiam exemplar integrum reperiat.*

17 *Sane absque præfatione illa jam citata esset, ex iis quæ de illius vita extant, uescireinus eum Abbatem fuisse. Nec desunt, qui Gorzienſem quidem monachum fuisse eum, sed monasterii S. Arnulphi Metis Abbatem, non Gorziæ autument: alii cum Abbas Gorziæ esset, ad S. Arnulphi gubernandum cœnobium inde accitum putant, atque Ausleo sufficium, tertium ibidem Abbatem fuisse. Quod mihi hand-quaquam probatur. Non enim id reticuisset Vita B. Joannis scriptor, qui se monachum fuisse, aut certa Abbatum, in S. Arnulphi cœnobia indicat c. 8. a. 66. ita scribens:* Quoniam de omnibus illius sancti collegii, (*Gorzienſis*) qui singuli fere digni memoratu pro merito egregiæ conversationis essent, longitudine obstante ..... non sufficimus; Pattem NOTIS IN MONASTARIO S. ARNULPHI datum, Domum Ausleum, fas non est præterire. *Cum deinde a. 68. mortem ejus & exequias memorat;* B. Joannis ei *subrogati non meminit.*

cujus scriptor fuit monachus in cœnobio S. Arnulphi Metis,

18 *Idem scriptor cap. 1. n. 2. Abbatem se fuisse ostendit, seque & S. Kadhroe, & alios circumquaque curam monasteriorum habentes, a B. Joanne subita agritudine correptis in cratticum evocatos; ac subdit:* Multitudine vale facto dimissa, Patres Reverendissimi Kadhroe, Berhardus, Hudo, Adelmodus, cumque his ego iosimus, cum nonnulla parte nostrorum Sanctorum, exitu illius observando subsititimus ibi per quatuor, quibus supersmit, dies, ndmixtis pariter loci ejusdem sancti collegii Fratribus, qui unico ei famulatu assidue inhærebant. *Non erga Metis in S. Arnulphi cœnobio ægrotabat Joannes: non enim alioquin necesse fuisset S. Kadhroe, qui Metis monasterii, quod nunc S. Felicis, nunc S. Clementis dicitur, Abbas erat, in monasterio S. Arnulphi assidue subsistere: at satis fuisset idtatidem ad illum venitare. Idem & de aliis quibusdam dici forsan posset. Sed cum tribus aut quatuor tensis a suis singuli cœnobiis abesseat, satius erat illic hærere, exitumque morbi ejus præstolari.*

sua Abbatia B

at B. Joannes illis Abbas non fuit,

19 *Denique quod agimus, clare affirmat auctor S. Kadhroe, quem 6. Martii dabimus, ita scribens:* Cererum caritas, quæ est juxta Apostolum vinculum perfectionis, tanta in eo respleuduit, ut nisi videris non credas. Ut autem ea hac uliquid sub exemplo dicamus; Joannes Abbas Gorzienſis cœnobii, columna in templo Dei, cujus mortem, sicut nescio quis nit Pœnos gemuisse leones, montes silvæque feræque loquuntur, gravi inæqualitate correptus lectulo decubabat, &, quia erat vir inenarrabilis

Coloss. 3. 14

sed Gorgiæ solum.

C abstinentiæ, aridis cibis, ut solebat sanus, imbecilles artus cogente spiritu excruciabat. Pater Kadhroe hoc audito, caritate ducente Gorziam pervenerat, &, uesciente homine, quod eum Ecclesiæ filius reddere posset; carnium scilicet edulium parari jusserat: & veniente hora refectionis, posita est coram eis mensula. Cumque illatos cibos Joannes horreret attiogere, sciens Kadhroe, quia caritas non quærit quæ sua sunt, qui jam olim parcitatis a more saltem ovum non contingere statuerat, carnes suscipiens comedebat. Quod eum vir Dei Joannes vidisset, jam non valens ejus jussui contraire, infirma membra, quoad convalesceret, refocillavit. Quid ergo? Nonne caritati Christi in hoc quoque Kadhroe defervivit? *Nonne si Abbas S. Arnulphi fuisset aliquando B. Joannes, id scriptor hic, qui* columnam in templo Dei *fuisse ait, qui ejus mortem a silvis ferisque quodammodo desleram, indicasset?*

20 *Dictis repugnare videtur illa ex antiquis memoriis monasterii S. Arnulphi ad nos missa narratio:* Post Ausleum sosccpit Joaones officium pastorale S. Arnulphi, temporibus primi Ottonis, magnifici famosissimique Imperatoris, genitoris secundi ejusdem nominis, qui pro defensione Sanctæ Dei Ecclesiæ contra Saracenos in Apulia prælium totis seculis memorandum commisit. Erat Comes Palatii, nomine Teubertus, opibus florens, vie in divinis atque humanis rebus strenuissimus, omnique bonitate conspicuus. Hic ex * Erinertrude conjuge, fœminei sexus prolem susceperat. Sed quia masculini deerat, creber in orationibus persistens, a Deo sibi filium dari deposcebat. Eis intentus, accidit ut quadam die monasterium S. Arnulphi ea de causin adiret, diuque humi stratus ante sacrosanctum altare orationem protelaret. Joannes autem Abbas ejusdem loci ante valvas basilicæ stabat immotus, donec Comes Palatinus exiret: cui ab ecclesia egredienti post salutationem osculo prælibans, Lætare, inquit, virorum nobilissime, tnasque orationes auditas s Deo cognosce. Cumque ille tei novitate horrore perfusus, venerabundus adstaret, rogans unde id sciret, ille ait: Cui mentium secrets patent, te velante didici, te masculinam prolem jam din a Deo precatu quæsitam promerusse: namq; brevi stirps virilis ea casto tno matrimonio erit, vocsbnlo Benedictus, ab eo qui vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt, per omoia benedicendus. Cave ei nomen immutes, quod qui euncta ea nihilo creavit dedit: uatumque Deo Snnctoque Arnulpho nutriendum sub regulsri proposito trade, cujus quaodoque enitescet * .... longe lateque. Credulus ille viri Dei affatibus, domum responso accepto reversus est lætus.

AUCT. l. B.

* *Mſ. Pinense*, Erinentrude.

ut divinitus præfata fuerat uxorem Teuberti flo-

florem,

* *Mſ. Vicen.* progignat.

21 Interea non multis elapsis diebus, mater, quem auspice Christo filium conceperat, pro tempore enixa est. Genitor vero clam matre sumptum puerum una cum nutriee ad monasterium superius dictum Abbati Joanni defert, postulans nt ab ipso cstechumenus efficiatur. Non renuit vir sanctus, quio qnod Comes rogaverat, actutum implevit, nomenque imposuit. Expletis his Comes puerum pallio purpureo involutum ecclesiæ infert, atque altari superponens, Deo Sanctoque obtulit Arnulpho, Abbate Fratribusque adstantibus. Sublatus inde nb Abbate nutricl ad nutriendum redditur, sicque domum refertur. Matrona deorque post incommodum convalescente, ubi congruum vidit, viro suo ait: Christi sacramentis nostram (si vestræ placet Celsitudini) soholem tempus instat ut jnbeatis initiari, & ab linea proavorum titulum sumere nominis. Nuperrime hoc actum est, Comes inquit. Illa, quomodo vel a quo scisitanie; Apud cœnobium B. Arnulphi, inquit, a Joanne loci ipsius Abbate, qui & eum Benedictum nominari jussit. Contristata matrona, Hoc, ait, vocabulum solis seculo renuntiantibus monachis est congruum, u S. Benedicto ad eos derivatum. Hoc, inquit Comes, & ipse in processu temporis erit. Quo audito illa, Tantum infamiam, inquit, Deus nostro non sinat generi illatum iri, ut ex me natum puerum videam unquam professionis hujus serentem habitum. Quam Comes blande corripiens, simulque viri Dei prophetiam denuntians, non solum ab intentione revocavit, sed & gratulabundam ea dono sibi a Deo concesso reddidit.

E quem a patre oblatum Deo, ipse baptizavit,

& Benedictum appellavit]

quod ægre ferentem matrem Teuberto placavit]

F

22 Iste Joannes, qui Pastor est Ecclesiæ hujus S. Arnulpbi, multis fulsit miraculis. Subiectione utique & obedientia Abbati suo, enm esset Gorzienſis, sine mora obediebat. Abbas tamen subditus erat spiritualibus. Joannes Abbas S. Arnulpbi cuncta extetiora, perinde ac cum esset elaustralis, procursbat consilio Domini Abbatis. *Alia subnexit exemplaria, ex Vita B. Joannis Gorzienſis satis vitiose decerpta & contracta: ac demum ista:* Post hoc sciendum, quod Abdalratum Rea Saracenus Hispaniarum misit suos legatos ad Ottonem Serenissimum Imperatorem, nmicitiam petens, sed contra fidem multa describeus. Ad quem missus est B. Joannes Abbas noster ad prædicandum bsptisma, & errorem eommutandum. Iste enim fuit prudens in factis, bene arguit subditos, & monuit ut omnibus vitæ temporibus semper regulsm eustodirent.

B. Joannis Gorgiensis gesta quædam ei adscripta]

23 *Eadem narratio, Gallico veteri sermone expressa, ex Mſ. Cancellaria Vicensis ad nos missa, hoc titulo:* De Domno

AUCT. L. B.

Joanne tertio Abbate S. Arnulphi Metis. *Plane ſuſpicor* Joannem tertium *Abbatem S. Arnulphi, fuiſſe ipſummet Vitæ* B. Joannis *Abbatis Gorzienſis ſcriptorem: & ſi quod narratur de Teuberti Palatini prole maſcula divinitus obtenta, Deoque oblata, in S. Arnulphi ade contigis ex traditione Joannis Abbatis; hunc fuiſſe, diverſum a Gorzienſi, ejus tamen æqualem. Hæc facis quod nos quoque Franciſcus Labbeus noſter monuit, in elogio* Joannis *tertii Abbatis S. Arnulphi ita habeti*: Hic Joannes piæ memoriæ inter plures ſcholarum ſapientiæ exercitationes, authentica modulatione Reſponſoria de S. Lucia Virgine & Martyre compoſuit, Vitamque S. Glodeſindis, ac nocturnum de ea officium. Cum autem Vitam inchoaſſet Domni Joannis deceſſoris ſui, morte præventus imperfectam reliquit. *Vita ſancta Virginis Glodeſindis dabimus 25. Julii, at S. Lucia, cujus eo tempore Dradericus Epiſcopus reliquias ad urbem Metenſem attulit, 13. Decembris. Sed qua ratione ſcriptor hic* Joannes tertius Abbas S. Arnulphi *appellatur? Quoniam, ut arbiter, primus fuit* Albertus, *ſive* Albertus, *aut* Herebertus; *ſecundus* Auſtetus, *ipſe tertius. Non ergo* B. Joannes Gorzienſis *deceſſor ejus fuit, niſi quia ante tum annis aliquot deceſſit e vita.*

24 *Nunc de ejuſdem B. Joannis præfectura tempore, & mortis, dicendum: ſed breviter, quando nos Vita hiſtoria deſtituit. Venerant ab Abdarachmane Cordubenſi Saracenorum Hiſpanienſium Rege Leguti ad Ottonem circa id tempus, quo Liudulfus ejus filius in Italiam ſeceſſit, ubi anno ſequenti mortuus eſt. Ita Witichindus Corbeienſis l. 3. Annalium edit. an. 1621. pag. 31.* Crebris victoriis Imperator gloriosus factus atque famoſus, multorum Regum ac gentium timorem pariter & favorem promeruit: unde plurimos legatos ſuſcipit, Romanorum ſcilicet & Græcorum Saracenorumque: per eoſque dies diverſi generis munera, vaſa aurea & argentea, ærea quoque, & mira operis varietate diſtincta vitrea, vaſa eburnea etiam, & omni genere modificata ſtramenta, balſamum & totius generis pigmenta, animalia Saxonibus antea inviſa, leones & camelos, ſimias & ſtruthiones: omniumque circumquaque Chriſtianorum in illo tes atque ſpes fitæ. Luidulphus autem filius Imperatoris, cum fidem vult ſervare amicis, patria criſis, Italiam cum eis adit: quo agente annum ſese totum, diem extremum obiit. *Hæc Witichindus. Atqui Lamberti Schafnaburgenſis ad annum 956. iſta ſunt verba:* Eodem anno Liutdolfus in Italiam perrexit, eamque ſibi ſubegit. *Ad annum vero 957.* Luitdolfus in Italia eſt mortuus. *Itemque ad an. 956. Marianus Scotus:* Lutolphus Adelbertum bello vicit, & ipſe eodem anno moritur. *Videntur ergo Leguti ab Saraceno Rege venuſſa an. 956. poſt quam Ungaros in Alamannia Otto debellaſſet. Anno forſan ſequenti ad eum miſſus B. Joannes, anno 959. reverſus, quo & Abdarachman mortuus videtur.*

25 *Demum poſt reditum, mortuo Eraldo, Gorzia Abbas factus eſt: videturque obiiſſe an. 962. aut forſan præcedenti, 27. Febr. Natalis ibidem, eo anno die 23. Maii mortuus eſt S. Gubertus fundator Gemblacenſis, Abbas Gorzia erat* Oilbaldus, *qui ſuperius in Catalogo Abbatum* Giboldus, *mendoſe fortaſſis, vocatur. Ita Sigebertus in S. Guiberti Vita:* Ille accerſito ad ſe Abbate ſuo, cui nomen erat Oilbaldus, aperit ei ſuum ſuorumque deſiderium, & hoc ab eo ultimum expetit beneficium, ut liceat ſuis defuncti corporis ſui glebam referra ad Gemmelacenſe cœnobium.

26 Joannis *memoriam in Martyrologio Benedictino ita conſcripſit Hugo Menardus ad 3. Calend. Martii:* In territorio Metenſi, B. Joannis Abbatis Gorzienſis. *Eadem habet Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino, qui inſigna attexit elogium, ex ejuſdem Menardi Obſervationum l. 2. Andreæ Sauſſaji in Martyrol. Gallicano* Bratum *quidem vocupat, in Psorum tamen claſſe locat, brevi hoc ornatum elogio:* In territorio Metenſi B. Joannis Abbatis Gorzienſis ord. S. Benedicti, multæ pietatis & admirabilis innocentiæ vir. *Aſt in citata ſuperius narratione, in qua tamen illius & Joannis alterius, tertii Abbatis S. Arnulphi, res geſtæ confundi videntur, iſta habentur:* Fecit & petitiones multas B. Joannes ab Epiſcopo Adalberone: *ac deinde* Miſſus eſt B. Joannes Abbas noſtea *&c. Eadem habet vetus codex citatus Cancellaria Vicenſis. Catalogus Abbatum Gorzienſium aiſerit* S. Joannem *vocat. Andreas Cheſnæus in Præfatione ad hiſtoriam familiæ Burrenſis ita ſcribit*: Habuit Adalbero Epiſcopus Meteoſir patrum Fredericum, primum monachum, deinde Abbatem cœnobii S. Huberti in Ardenna, qui Treviris mortuus eſt, & in S. Maximini æde tumulatus. Quod memoratur in Vita S. Joannis Abbatis Gorzienſis nondum typis vulgata. *Joannes Jacobus Chifletius c. 4. Stemmatis Childebrandini*: Id quod etiam firmatur ea Auctore Vitæ S. Joannis Gorſienſis, quam ſcripſit circa annum *966.*

VITA B. JOANNIS

auctore, ut videtur,

Joanne Abbate S. Arnulphi Metis,

ruta e MSS. a Jacobo Sirmondo S. J.

CAPUT I.

Auctoris præfatio: occaſio ſcriptionis.

1 NOſtrum *a* in omnibus, quæ piæ, probæ, vel honeſtæ vitæ ſuæ, rari noſtra ætate exempli Patrem Joannem, jam pridem, eo adhuc ſuperſtite, animus erat ad multorum profectum ſcriptis proponere: & ne tantus vir ex nimia diſidia, (quod nefas utique & non ſine reatu reputaretur) obſcuri nominis fama tectus lateret, litteris qualibuſcumque committere. Interea nobis diverſa curantibus, & pro otio *b* impeditus fortitan negotium ea pactantibus, ſpes in longinqua male porrectas, caſus rerum, ut aſſolet, repente præcidit mortalium. Nam dum cunctamur, idem vir ſanctiſſimus, initio ſanctæ Quadrageſimæ, prima ipſa die, poſt horam veſpertinæ refectionis, ſane (ut ſibi ſemper moris) parciſſimæ, id eſt, panis tantum & aquæ; acutiſſima febre corripitur, quam poſt quintam exinde diem, exitus eſt ſubſecutus. Tum vero ac ſi per ſera ſupiſtis, altius nobis tempora ea tenus tam præſentia, ex manibus præcepta ingemuimus, qui utique, quæque dicenda eſſent de ipſo, ab ipſo melius, dum adviximus, ad quem ſcilicet, ſi quo opus fuiſſet, facilis eſſet recurſus, diſceremus: ſi tamen quiſquam illa intimus et axiſteret, qui aliqua ea eo atorquere ſe poſſe confideret: adeo humanæ ſemper fugitans gloriæ, quidquid egerat, ſoli operum ac cordis ſui teſti committebat. Sed miro modo, ut gloriam quique appetentes, ab ea amplius deſeruntur, ita e contra, ſe fugientes, ipſa magis ſequitur. Unde ſanctæ viri, quanto latere deſiderant, tanto conſpectius, licet inviti, produntur. Hoc igitur caſu mente pene conſopita, cum a tantæ rei, quam dudum conceperamus, exorſu, nos graviter dejeciſſet; quid rurſum jacamus ac deſperatos paullatim in vires reduxerit, ac deinde jam volentes magis ac magis impulerit, ferme id fuit.

2 Cum vir ſanctus ea tam valido, ut dictum eſt, morbo, lecto ſtatim decubuiſſet, ſeſtinus mos nuntio, qui circumque atque curam monaſteriorum habentes ſumus invent, ad ſe in craſtinum omnes contraxit: e quibus, natu Divino, neminem tunc contigit defuiſſe; additis ea primoribus domus ſanctæ Sedir B. Stephani vetis religioſis: ad hoc minorum quorumcumque turba non modica. Ille ſingulos accedentium ea lecto ipſo, in oſculo ſancto, vultu admodum gaudente, exceptos, ac pro tempore & re, cauſſis alioquibus determinatis;

sum

a Auctor ſe ipſum.

b Auctor ſe B. Joannis adhuc vivente, ſcribere cœpiſſe ſtatuit.

ab eo ſubſtituta agitudine ſpatio

ſuſſo

Auctor cum 2. Reg. 20. alioſque ejus viri ægrotantes

A rum præterea cunctis in commune ſolita ſibi ſemper exhortatione, quantum morbus patiebatur, de infelicitate hujus, de felicitate alterius vitæ, pauca loquutus, multitudine vale facto dimiſſa; Patres Reverendiſſimi, *c* Kadhroe, Berhardus, Hudo, Adelmodus, cumque his ego infimus, cum nonnulla parte noſtrorum Sanctorum, extra illius obſer rando, ſubſtitimus ibi per quatuor, quibus ſuperfuit, dies, admiatis pariter loci ejuſdem ſanctæ collegii Fratribus, qui unico ei famulatu aſſidue inhæcebant.

r

3 Dum ei triſti admodum officio aſſidemos, atque ea ejus ſacro ore, quo & inter ipſa vitæ mortiſque certamina doctrinæ ſalutaris gratia profluebat, pendemus; varii inter nos edi ſermones cœperunt, quomodo ſummus ille opifex, cunctorum diſpoſitor, & ordinatiſſimus moderator, hunc tanto tempore ſibi fideliter famulantem (quadrageſimus ſiquidem in ſancto propoſito annus ei tunc erat) tam acerrime circa eaitum fineret fatigari. Neque enim vehementiori cujuſquam alias diſcrimine intremuimos. Pia vero potius unicuique cogitatio æſtuabat, ſi forte pro atteſtanda vita ejus probatiſſima, aliquo eum Dominus ad gloriam ſuam evidenttori declarare dignaretur indicio. Inter hos fluctus animorum,

videtur miraculis aliquod expoſtaſſe.

B cum fere nulla ægris mentibus clarior aura rationis ſe aperiret, ſibi tantum quiſque diffiſus, ea dolore immio reputabat, quid ſibi fieret, cum nec illi, tantæ perfectionis viro, ſupera pareceret diſpenſatio.

4 Sed hanc temerariam mentis affectionem, ipſa citius ratio reverſa compeſcuit, qui certis utiqoe Scripturarum documentis revincebamus, & vitam hominum non in oſtentatione *d* corporum, ſed in virtute æſtimandam meriturum & morum nec attendendum, quo eaito quiſque hinc exeat, ſed qualis eaeat. Quacumque

d

ſe vertigle.

enim occaſione, moriendum omnibus inevitabiliter eſt. Mors undecumque, pio bonom eſt. Nec refert innocentem mori naufragio, an febre, dummodo innocens ſit: & ſive hinc, ſive inde moriatur, quærendum, qualis ſit, qui moriatur: quo poſt mortem iturus eſt, non onde de vita eaiturus eſt. His & hujuſcemodi firmamentis, liquido ſatis collegimus, illam examinationem viri juſti, quam quidem ipſe, ut inter cuncta ſemper infleaibilis, ſapienter & æquo animo tolerabat, non modo laudi illius nihil detrahere, ſed ad amplioris quoquu meriti fructum accedere. Nam electis, qui ad perpetuam vitam tendunt, quid obeſt, ſi aliquando dura moriuntur? Nec item ſignorum vel miraculorum novitatum, plerumque differentiam facere ſanctitatis, vel inde pteuter oſtenditur, quod per malos hæc aliquando fiant; multoſque Eccleſia, ſummo honore, memoriis ſtudioſe extructis, colit,

C de quibus, an uno ſaltem ſigno claruerint, reticetue.

Matth. 10. 8. agrotos curate, præſtare omnibus vitam ſanctam.

Namque ut cereos taceamus, Joannes ipſe, quo nemo in natis mulierum major, teſte Evangelio, ſignum fecit nullum: & dom in carcere gladio feriretur, utrum vel extrema qualibet nota a quolibet homicidarum ſeu latronum diſtiterit, perpetuo omniom Scripturarum ſilentio conſopitur. Proinde, fruſtra aliquid ejuſmodi ſplendoris corporei in commendationem tanti viri deſiderari, de quo firma ſatis & abſque cunctatione fides conſtaret, ea, quæ in operibus ſuis, & ſancta converſatione, atque indefeſſa uſque in finem in bonis peeſeverantia, viſa ſint, ſignis omnibus mirabilibuſquu præſtare, & ſaluti animarum non ſine plurimo fructu conducera.

5 Cum hæc & multa his ſimiliu in eodem ſancto conventu motuis confabulationibus fererentur, univerſis in eamdem ſententiam venientibus, utila minus & perneceſſarium jactabatur, ut ejuſdem beati viri converſatio, in quantum vel videri potuerit, vel majorum relatio docuiſſet, ad multorum profectum, ſe digna memoria ſcriberentue. Ego jam inde ab initio tanti negotii aridus, hac conſultationa factus accenſior, erſi tenuitatis ingenii non immemor eram, ad hoc & AUCT. JO. AB. EX Mss.
mentis laboris præſaga, ab alus ad me revolvendum perſentirct; voce tamen ceteris addita, ut fieret, item item- D
que iugem inabant. Cum dubiæ cogitationi verus *e* con- *vuripit ſe Pium ejus ſcriptorem*
tinuo ſucceſſiſſet; tumque forte cumque me, meque o- a
mnes ad hoc pontiſſimum delegiſſet; inter ruborem & aviditatem, temporis articulo deprehenſus, dum, quid deliberarem, non facile occurreret, tandem impatientia vicit, meq; ad quod ſolvendum non ſufficiebam, nimium præceps & impudens obligavi. Et plane fateor, ut improbum ſcriptorem, ioe ſumpſiſſe materiam non viribus æquam. Sed ſpes tandem ea ſolatur, quod miſeratione Divina, quidquid illud erit oneris, meritis ejuſdem viri, qui certa fide mea, in præſentia caritati Chriſti aſſiſtit, levandum non dubito. Et qui licet immeritum, dum nobiſcum eſſet, ſancta familiaritate ſua non judicavit indignom, nunc pio opeti ſui amoris, inſtaurem, ope amicæ olim pietatis pro gratia ſua, ut libere præſumo, non deſeret. Præterea, cum plurimos ſanctorum virorum deinceps ceperim hortatores, accedente præcipue, tamquam *alii hortantibus,*
pulcherrimo culmine totam fabricam miro lumine venuſtaute, Domino & præcellentiſſimo Præſule, gloria tam Divina, quam humana clariſſimo, Deoderico noſtro ſpeciali Patrono, & non modo hortatu, verum, quod inculpabilios eſt, juſſu me impellente, tantoeum mihi ſuffragia non defutura confido; ut quod ea me eſt impoſſibile, E
per eos, quorum voluntati parere deſidero, ea de eujus *præcipus Deodetus Ep. Metenſis*
plenitudine omnes, quod habemus boni, accepimus, gratia ſuperna ſupplere dignetur.

6 Quæ igitur a primis geſſerit annis, quorum raram admodum ad nos conſtat perveniſſe notitiam, in medium reliquentes, ea tantum, quibus in virum perfectum aſſurgens, plurimo videntibus & imitari volentibus emu- *Alcudo diſſ. 1. hoit.*
lumento fuit, ut miſericordia Chriſti ſtylum regere dignabitur, expedire rentabimus: Primo videlicet, quanto in ſeculari adhuc habitu degens, bonæ actionis germine viruerit; vel qualiter, ipſi optima fruge in terra ſui cordis uberius fructificante, ad monaſterialem inde vitam tranſierit: deinde quo ſtudio in eodem ſancto propoſito, quo labore, qua jugiter vigilantia, in omni virtutum exercitio, & prius in contubernio ceterorum ſuo majoris imperio, & poſtmodum in regimine ſubſtitutus, locum, quem ſemel in acie ſpirituali ceperat, tenuerit, nec quocomque hoſtis impulſu, gradu eeceſſerit, donec, Domino ſecum certante ſeque ſervante, Victor evaſerit: poſtremo, quis ei finis feliciter conſummati certaminis fuerit, cui nos miſericordia Divina etiam præſentes fuiſſe conceſſit.

a *Non hinc ſequitur, Abbatem fuiſſe monaſterii S. Arnulfi, cui auctor hic vitam ſcripſit, præerat: ſed quibuſdam, præſertim monachis, patrem fuiſſe, qui eos in vitam ſanctam exemplo ac verbo generaret.* F

b *Regimen, ſpinor, ejuſdem monaſterii, cui ſub exitum an. 960. adhibitum videtur.*

c *Cujus Vitam antea citatam dabimus 6. Mart.*

d *Forte ſignorum, ut paulio poſt dicitur.*

e *An aſſenſuſt ſequentia item verba*, iumque forte cumque me *Orchand ſatis clara.*

f Adelberon *mortuus 26. April. 964.* Deodeticus, *(ut ad eum annſcribit Sigebertus in Chronico)* conſobrinus Ottonis Imperatoris, Epiſcopus ſubrogatur. *De quo frequens nobis mentio erit, Ep. Metenſ. cum de variorum Sanctorum tranſlationibus agetur. Obiit anno 984. cique Adelbero 2. ſucceſſit.* *Deodeticus*

CAPUT II.

S. Joannis patria, inſtitutio, cum honeſtis & piis hominibus familiaritas.

7 PRæcepta ſecularis doctrinæ, quæ Rhetorica dicitur, in perſonis ſingulis demonſtrandis, inter ceteta eſſe traduntur, ut majores illius, qui prædicandus eſt, altius repetantur, & ita per gradus, quaſi filo quodam

AUCT. JO. AB. EX MSS.

dam ad ipſum linea deducatur; tamquam ea illis, ea quibus originem ducit, illuſtrior eſſe poſſit & elatior; comparatione forte ducta ab arbore, quæ anoſu jam in ramis aruerit, ut ſteriliatem, inquiunt, ramorum radia fœcunda compenſet, &, quod in fructu non teneas, mireris in truncu. Fuerit hoc inſtitutum illorum, qui tantum quæ carnis ſunt ſapiebant, & non tam de propriis unumquemque clare vel obſcure geſtis, quam de alienis, famoſos reddi vel infames, putabant; cum conſtet cnotra ratio, pleroſque ea obſcuris ſæpiſſime claritatem, ex clariſſimis item alios probroſæ vitæ calamitatem mutaſſe.

A

Non vult auctor majorum claritate ad B. Joannis laudes, majorum ja-ctare nobilitatem,

ſæpe laudatum.

Longe autem diverſo itinere ab his noſtra incedit religio, in qua mentium ac morum potius ingenuitas, & vera ſpiritus, dominio vitiorum exuta, libertas, quam carnis vana ac tumens & in morem fumi vaneſcens celebratur nobilitas. Apud hanc de pulvere ſuſcitatur egenus, & de ſtercore paupet erigitur, ut cum Principibus cœleſtis populi ſedeat glorioſus. Nec deſunt probationi documenta, cum David ea paſcuis gregum, in regnum, Petrus, cum conſciis paupertatis, ea retibus piſcium, in urbis entius attollitur principatum; quæque abjecta ſunt mundi, & ignobilia, elignotur, ut potentia & nobilia confundantur. Dicente autem ipſo hujus Principe ioſti-

Joan. 8. 31.

B tuti, ſi vos manſeritis in ſermone meo, vere liberi eritis, & veritas liberabit vos; quod non eſt aliud, niſi liberos vos faciet; itemque ipſius Principis præconc: Ubi ſpiritus

2. Cor. 3. 17.

Domini, ibi libertas; cuicumque de tanto munere libertatis gloriari licebit, fruſtra ei illius antiquitatis enumeratio & nomina cinereſcq; majorum, io laudis cituln conquiruntur, niſi forte Spiritui carnem prætulerimus, cujus caduca nobilitas illi permanentis dcdecus ignobilitatis ſuperducere conſuevit.

8 Sed quorſum hæc tam longis anfractibus circumducta? Quoniam ſcriptoribus quibuſque, in quolibet, quem dicendum ſuſceperint, talia fere ea mnre ſummuntur ioitia, ut qua regione terrarum, ſub quo cœli climate, cujus linguæ vel gentis, qua conditione, cujuſve fortunæ parentibus prodierit, quaſi pro viribus, *a* futuræ ratinnis primn ſtatim jaciant fundamento. Quod ego in hoc noſtro, quem tam cupinſa Spiritus generoſitaa commendat, ſuperfluum *b* judicn laborari: cum eum tanta conſummatæ virtutis gluria, tnt perfectnrum retm virarum proſapiæ ſic aut æquet, aut proaimet, ut quidquid felicium operum dignis de illis laudibus celebratur, in iſto velut mundiſſimo ſpeculo, totum teſpienduiſſe monſtratum ſit. Ne cui tamen curioſinti minus feciſſe, & tamquam ea inopia materiæ hanc dicendi partem ſetmn ſubterfugiſſe culpetur; quam ſuccincte, ſi qua forte talium inſerere nportebit, comprehenſis melioribus & fructu ſalutati pleniſſimis, tempora transferantur.

ans do patria aviaq; ſuis diſſerere,

a

b

nos omnino tamen hoc negligere.

c

9 Oriundus itaque hic Joannes ea territorio fuit parteim Mctenſi partim Tullenſi, villa olim regia, vocabulo Vindaria, parentibus utique non nimium obſcuris, ſubſtantiæ ſaoe incupletioris. Pater prnvectæ omnino ætatis, ut fere nnnagenarius crederetur, inter ſuos io facultate ſufficiens, omnibus æquus & bonus ac ſioe querela habitus, uſque ad infimum quemque, cunctis ſe prębens accnmmodum: dumque ruri intentus, ae regendæ familiæ, quam ſecuodum mediocritatem vitæ non minimam procurabat, plura ei juſto labore ſuccreſcerent; eſſetque poſſeſſionibus, ſumptibus, pecunia, ea benedictinnibus Dnmioi, admodum auctus; hoſpitalitati, eleemoſynis, Eccleſiæ quoque, prout poterat, honorificentiæ, cetetiſque bonarum fructibus actionum ſtudioſius inſiſtebat. Conjuge denique liberioris generis, in ipſo ævo ſenili, junioris ætatis ſumpta, hunc Joannem, duoſque poſt ipſum procreat.

B. Joannis parentes, genus, patria.

utcumque litteris post ergo ditus.

10 Ipſe in domn paterna eo teneriori cura educatus, quo aoimus ſenia, ut ad id ætatis editum, omnem impatiens aretbar injuriam; litterarum tamco primis via elementis traditus addiſcendis, aliquamdiu non longe a conſpectu patris, poſtmodum, licet ægre eodem patre D ferente, Metris, eis quæ tunc eſſe poterant, ſcholis, inſtituebatur. Nonnullo etiam tempore in monaſterio *c* S. *c* Michaelis ſuper Moſam fluvium ad ſtudia moratus eſt, ubi tunc temporis Hildeboldus quidam Grammaticam profeſſus, ea diſcipulis Domni *d* Remigii, doctiſſimi ea *d* ætate Magiſtri, ſcholas habebat: cujus doctrinæ, ut ipſe multoties poſtea fatebatur, incertum incuria, an quodam, ut apparebat, ſupercilio, cum tamen a patre ſæpiſſime non mediocriter muncraretur, macram ſatis frugem ſcientiæ eum contigit retuliſſe.

11 Patre jam inde brevi deficiente, cum ipſe adoleſcentiam jam videretur ingreſſus, poſt aliqua, matre, ut-

patre matre familiâ regit, profuſe & feliciter,

pote juniore, thalamum innovante, ſolus fratrum toriuſq; familiæ domeſticæ curator relinquitur. In ea parte actualis ſcientiæ, vel rerum nmnium domeſticarum adminiſtratione, quam ſtrenuus, cautus, & ingenio ceteris propemodum hominibus præſtantiori, emicuerit; ut agrn, pecore, familia, & bis inſtitue udis atque alcudis ſubſtantia non mediocri locupletatus; deinde in artium divetſarum, quæ ad variam ſupellectilem a ſui ſunt, exercitio & diſpoſitione quantum valuerit, ut fere in mundanis negotiis nihil eſſet, quod eum præteriret, de his omnibus ſilere melius puto, quam parum digne enuſcribere: præſertim cum multorum adhuc horum reminiſcentium teſtimonia ſufficienter ſuperſint, ea quibus, ſi quos hæc cura pulſat, facile poſſiot edoceri. E

3 4

12 Uſq; ad eam itaque virilem ætatem iudnmn propria verſatus, diverſorum, tam ſecularium, quam & Eccleſiaſticorum, boneſtæ dumtaxat vitæ hominum, familiaritati in variis nſficiis & negotiis per omne id tempus, prout opportunum fuit, adhæſit: ea quorum contubernio optimam ſibi ſatmam vivendi exemplumque enuduit. In domo Comitis *e* Riquini præſtantiſſimi ea tempeſtate, & in nmni genere agendarum retum prudentis & ſagaciſſimi, per annos aliquot obverſatus, plurimum eaiude ſibi cepit profectum. Nam & Eccleſiam villæ ipſius, ea qua ortus eſt, dono ejuſdem Comitis poſſidebat. *f* Dadonis etiam, ſummi ingenii & famoſiſſimæ ſanctitatis Epiſcnpi Virdunenſis, unn parva tempore frequentia uſus eſt: qui ſibi quoque eum ob bene meritam indolem, vivaaque in eo perſpectum ingenium, pet petuum facere cupiebat: ſed quas ob cauſſas nnn obtinuerit, parum compertmus.

familiaris ejus boneſtis & probis,

a

e Riquini Comiti.

f

Dadoni Epiſcopo Virdun.

13 Cuidam deinde nobili viro Warnerin, in confinio Tullenſi cauſſa Eccleſiæ S. Laurentii, in villa Fontanetn, eidem civitati adjacentis, ſe omine Domini ſocians, ejus ufficiis quam familiariter inſiſtebat. Ea occaſione Tullo ei tunc temporis frequens reverſus, quia cum hac ex proximo, altera quoque, quam ſimul genitalis ſoli retinebat, Eccleſia, ejuſdem erat diœceſeos. Unde Bernerum Diaconum ipſius ſanctæ Sedis, in ſubjectinne Eccleſiaſtica fortitus magiſtrum, virum ſane & opinione ſanctitatis & litterarum ſcientia eo locifatis celebratum, ſtudin lectionis apud eum intentiori cura npetam nunc cœpit impendere. Altius autem ſibi eatenus ſic tempora præteriſſe dolebat, ut de integro rurſus ſcholas innovare cogeretur. Puerulus ſiquidem in diverſa, ut dictum eſt, præceptoribus ad ſtudia commiſſus, quantulumcumque autem inde vaporatam retuliſſe viſus erat, rntum id conſequentium curarum mole pene ſopitum amiſerat. Sed facilitatem ingenii gratia juvante divina, ea citius damna lucri ſequentis felici re patavit ſucceſſu. Prima itaque elementa Grammaticæ, primaſque tantum partes *g* Donati, ea ipſo Bernero nudivit: eaque introductoria aſperſione contentus, divinis ſe omnino tranſtulit ſcriptis: in quibus intra breve tempus tantum intelligentiæ prætulit lumeo, ut omnium novo miraculo ad quaſcumque ſapientum oon difficulter occurreret quæſtinnes. F

Bernero magiſtro Grammaticam diſcit.

g

dolo juvante illuminat,

14 Eccleſiam porro S. Laurentii, quam diximus, unicu

Scripſit ſed inutiliter.

unico amore excoluit, & in miniſterio Eccleſiaſtico neceſſarius, quantum religioſius potuit, adornavit. Quoties danique vacuum erat, ſtrato ibi locato, per plures dies inde non recedebat, nocteſq; creberrimas orationibus continuabat: & quamquam ſeculo adhuc voluptatem laxare videretur, ſecretius in oculis Domini, pro locis & temporibus, ſpiritualibus inhiabat. Ibi fœminam quamdam ea gynæceo Domini ſui *b* divinis officiis ſub levamine deputavit: quæ, ut integra corpore, loco ſancto eſt tradita, ita uſque ſuo debito fine naturæ, ſancta manens carne & ſpiritu, ſub ſtipe ipſius Eccleſiæ, nulla unquam attacta infamia, felix conſenuit. Ibidem quoque peregrinum quemdam jam provectæ ætatis Presbyterum eacepetum, dum beato fine eacederet, aluit & omni cura ſervavit; de quo pluta bonæ actionis nobis Patres Joannes narrare conſueverat: quod ſcilicet operi divino nocte ac die intentus, nullo fere tempore, præter corporeæ neceſſitatis curam, limen eccleſiæ exceſſerat: pſalmos verbis & ſenſu diſtincte, ut pene ſyllabas eum recenſere putares, aſſidue ore volvebat: oratione pura noctu plurimum occupabat: cum ipſis cogitationibus voce ipſa conſtigens, eaſque quaſi manu diverberans, Abite, inquit, vani & ignavi, noo mihi pſalmiculam ore ſubtrahite. Ad Martyrem quoque plerumque quecula voce clamitans: Laurenti, quid hic agis? cur non me ab his veſanis defendis? Dæmones variis proludiis ſibi obverſari coeporeis oculis teſtabatur, ut ſæpe libi inſeſtiſſimi uſque in quoſdam cotpotis cruciatus dejecerent, lectoque per aliquot dies non conſurgeret.

b ejuscorpus & hæreditas familiæ commissa.

Ibidem Sacerdotem alit.

Difficilis pſalmos affatim legendos.

Tentationibus frustra exposito.

i 15 Hic idem de ſe referre ſolitus erat, tempore quo *i* Nortmanni itruptionibus ſævit circa Sequanam & Ligerim populabundi excurrebant, ſe ab eis comptehenſum, & in puteo quodam oimiæ altitudinis, quales in patria, quæ *k* Belſa dicitur, plurimi conſpiciuntur (nam inde oriundus erat) dejectum, in nullo; penitus læſum: inde item extractum, in alio profundiori præcipitatom: cum nec ſic oppetmi potuiſſet, eductumq; gladio ferire decerverent, tandem uno ex ipſis dicente, uccdum eum pervenſſe in genus terræ, quo moti deberet, divinitus, ut creditur, dimiſſum eom. Poſt aliquot horarum ſpatia Nortmannis prætergreſſis, puteo ſe reptando uecumque eaemiſſet, & iter ingreſſus fame pæne deficeret (nam triduo jam fere fine cibo manſerat) repente in media via tres jacentes reperit panes, aa quibus uſq; ad prædictam Eccleſiam S. Laurentu perveuit. Is ſine ulla cunctatione firmabat, pſalmorum virtute, quos ſemper in ore verſabat, quos in ipſis etiam puteis conſiſtentem ſe aſſidue decantaſſe fatebatur, de tot periculis liberatum.

k antro malo pessimo Normanici.

Abolabus lis ereptus.

alimq; in via.

C 16 Ab eo idem Joannes ſe ea multis, quæ forte leviter geſſerat, crebro monitum, & aliquando acrius redarguetum, multipliciter correctum, ſæpius gratulari ſolebat. Sed & aliis quam pluribus, ſi quos probatæ vitæ ac doctrinæ compererat, ſolitario comitatu, quamquam ſecreto, interim adhærebat, paullatimq; & quaſi per partes, a quibuſcumque mundi oblactamentis ſobducens, caſtigatiotibus ſe actibus applicare ſatagebat. Paullo ante dicto Berneto Diacono maxima delectabatur, cumque honore & officio ampliſſimo veneratioui habebat, pro eo, quod non modo doctrina & vita ejus, quæ item vicem gerebat doctrinæ, apud ipſum proficiebat; ſed & quod ſi quam ſe repeehendeuda fotte vidiſſet, nequaquam his vel ad momentum parcere noverat, quam Ratim ſevetius, &, ſi ita res expoſceret, etiam publica, objurgaret. Erat idem Bernetus, inter cetera quæ bono odore de eo fama reſperſerat, religionis, & præcipue vitæ pudicitiæ a puero inſignis, in vitia mordax, ut nec ſuperioribus aliquando cederet perſonu: eloquis nihilominus multa ei venuſtas, & plurima in exhortando, & perſuadendo facilitas. Cenſus et non multum ſumptuoſus, ſed nec omnino abjectus: ſimplici eoim victo vel tegumento contentus, ſi quid tamen eorum fuerat, *l* lautioris cul-

Jumenti ab eo ejecti mors natura.

& a Bernero Diacono

vitæ pio,

tus, & ut pæne notaretur, erat ita vir puri animi, ſordium exteriorum attactum, prorſum quadam ſibi inſita natura, horruerat, tantumque pudicitiæ virtus mentem ejus pervaſerat, ut quo forte loco mulierem ſediſſe conſpeaerat, nullo pacto, illa recedente, eodem ipſe, vel fatigabundus ſuccederet.

AUCT. JO. A. EX MSS. D *l* & ſalso.

a *An non forteſſe*, assationis.
b *MS. habes*, judicio.
c *De monaſterio* S. Michaelis *agis ſupra Waſſeburgius lib. 2. & non alibi. Situm eſt in diœceſi Verdun. ſcitis: oppido nomen* S. Miel, *ubi Ducatus Lotharingiæ Parlamentum, ut vocant.*
d *An is eſt forteſſe* Remigius Antiſſiodorenſis magiſter, *quem Flodoardus l. 4. hiſt. Eccl. Remen. c. 9. Remos a B. Fulcone Epiſcopo vocatum ſcribit, ut liberalium artium ſtudiis adoleſcentes Cleticos exerceret.*
e *De hoc* Riquino, *ſive* Ricuino, *agit Waſſeburgius fol. 178. aliq; filium fuiſſe* Ragneri, *fratrem* Giſilberti *Ducis.*
f *De* Dodone *Epiſcopo Verdun. prolixe agit idem Waſſeburgius, aitq; obiiſſe circa ann. 930. Cl. Roberti in Gallia Chriſt. 953. Ejus meminit Flodoardus l. 4. Eccl. Remen. c. 41.*
g *Alius Donatus, magiſter S. Hieronymi de Grammaticis ſcripſit.*
h *Curam ei dedit eidem illam cuſtodiendi mandando; & ne divina contraherentur, quo quo modo prevvidendi.*
i *De Nortmannorum in Galliam incurſionibus ſecula 9. & initia 10. ſæpe alibi actum.*
k *Vulgo* Belſiam *vocant, Gallice* la Beauſſe: *Carnutum regionem* E *complectitur.*
l *Forſan aliquid hic mutarunt emiſſarii vel librarii.*

CAPUT III.

Quæ B. Joanni occaſio pietatis ſtudioſius colendæ: cum variis viris ſanctis inita conſuetudo; peregrinatio Italica: ſancte geſta poſt reditum.

17 INterea Joannes & Metis monaſterio S. Petri, *a* ubi & domum vicinam habebat, ſub occaſione Eccleſiæ, quam tenebat, quæ cum villa propria eidem monaſterio ſubjacet, Hebdomadarius ſacri altaris aſcitus, poſt aliquod, quam ibidem officium ceperat tempus, talt ordine ſalutis ei occaſio divinitus provideitur. In collegio puellarum ejuſdem loci, quod nunc ſelicitet Domino miſerante procedit, erat quædam moribus & converſatione remotior a ceteris, annis admodum puellaribus, nomine Geiſa, quam amita eidem religioſa ſecretiori apud ſe cuſtodia eduabat: hæc Frederburg dicebatur. Ea itaque Geiſa, eum ad arctiora ſe quotidie ſanctæ converſationis extenderet, inter cetera ſancti propoſiti ornamenta, etiam ſub omni veſte, cilicii uſum addiderat. Joannes ejus inſtituti veſtimenti adhuc parum vix aut omnino ignarus, dum quadam die (quonam incertum loco) cum ea familiaribus, ut cum ceteris aſſolebat, ſermonibus quædam inſereret, a pectore puellæ, intra interulam, quæ fuerat ſubtilior, umbram cilicii ad carnem latentis, ſub dubio viſu proſpexit. Manu protinus ad capiorandum quid eſſet injecta, ubi rem aſperior tactus edocuit, ſtupore vehementi, & toto corpore tremore exborruit: quid deinde hic habitus prætenderet, percontatus. Verecundior illa & rubore vultu aſperſa, poſt quam aliquandiu obticuerat, Neſcis, inquit, nos non iſti ſeculo vivere aut deſervire debere? Hæc, ad quæ pleroſque deditos video, vana prorſus, & animarum perditionem eſſe perpendo. Longe alius mihi animus ab his, proprii tantum periculi ſollicitam cogit axiſtere. Plura in hunc modum ſancti deſiderii verba cum replicaſſet; Joannes, ab imo pectoris in alta eacitatus ſuſpiria, Væ, inquit, miſero mihi & ignaviſſimo, qui tamdiu moras, non modo ſteriliter, ſed etiam perdite viveudo, protraxi. Scilicet me virum, hunc fragiliorem ſexum virtute præire oportuit? Nam ſummo probro & contumelia, non ſolum non conſequor jam ambulantem, ſed nec, deſes & totus hærens terræ, ullo motu progredior, aut comitor.

a

Adoleſcentulæ illiciti occaſio geſtorum

F

exempio & verbis,

vehementer commovetur.

18 His

VICT. IO ABB. EX MSS.

58 His igitur acrius ſtimulatus, & ſupra quam alias ante hac cujuſquam exemplo victurus accenſus, de perfectionis vitæ inſtitutione, ſua mente delibecat. Studium itaq; lectionis Divinæ eum eiſdem ancillis Dei ſumma vi ſtatim arripuit: & primum factæ bibliothecæ hiſtoriam, veteris ac novi Teſtamenti percurrens ea integeu; deinde quæcumq; in divinis officiis certis temporibus in Eccleſia frequentantur lectionis libri, qui Comitis dicitur, orationes, & ſi qua ſunt Sacramentacti in uſus diverſus: eegulas ſupputationum tempocalium, quę coram ante dicto Beenero Diacono prius ex multa parte relegecat, memoriæ vivacitee, ut nemo ſuperius, commendavit. Præcepta canonicæ inſtitutiunis, hoc eſt, decreta Conciliucum, judicia pœnitentum, ordinem actiunum Eccleſiaſticarum, adhoc & ſecularium edicta legum, ad unum uſque, ut ita dicam, verbum, corde recondita mire continuit. Homiliarum, ſermonum ac diveeſorum tractatuum in lectiombus epiſtolarum vel Evangeliorum, ſed & geſta Sanctoeum, ſi qua ſunt, memorabilium, tantam cooepit notitiam, ut quoties poſtmodum ei opportunitas forte acceſſiſſet loqueudi, ac ſi præ oculis libec adeſſet a peima uſque in extremam ſenteniam, ex ordine, tamquam viſa perſequens veſtigia, verbis communibus univeeſa revolveret. Cantibus Eccleſiaſticis ſub idem temporis inſudare, nec erubuit, uec deſperavit: & licet nonnulli, ut alienioci ætate, deludi tacite rideeent ingenium, pertinacia boni deſideeii, quamvis duro eluctato labore, protſus evicit.

59 Hæc ei interim ſanctorum negotiorum otia cum peędictis ancillis Dei fuece; ea cujus etiam collegii multitudinem, pleraſq, ab infimis delectationibus ad cœleſtium deſideeiorum ſtammas, igne divini eloqui permutavit, quæ nunc uſque teſtes oculmis vitæ virtutumque ejus exiſtunt. Jam vero in ceteris eaercitiis ſpiritualibus, continentia, jejunio, vigiliis, orationum frequeotia, vel celiquu labore coepoteo, caemſque caſtigatione, quanta ſe virtute acciuxerit, & de die in diem meliombus ſe præparans, gratia Chriſti comitante, in ulteeiora ſemper teeendeeit, ſequentium atteſtatione operum ſorſitan melius demonſteabitrue.

b *Daventria, Tentonice* Deventer, *urbs eſt ad Iſalam fluvium, olim Ultrajectenſi Epiſcopo ſubjecta; ſub Philippo 2. Hiſpaniarum Rege ac Belgarum Principe, ipſamet Epiſcopali ſolio ornata, Ultrajectenſi Antiſtite in Archiepiſcopum promoto, cui quinque hæ Epiſcopales Eccleſiæ ſubſunt, Daventria, Leovardia, Groninga, Harlemum, Middelburgum; omnes unae Epiſcopi, domaano haviſi, deſtituae. Appellari hic videtur* Daventeusis ſive Daventrenſis *Epiſcopus, quod illic, ut plerumque ſeriaſſe commemoratur. S. Radbodus certe Daventria ſepultus eſt, qui mortuus dicitur an. 917. Ejus ſucceſſor Baldricus Henricum Aucupem Germaniæ Regem confirmavit immunitatem Doreſtadii, Daventriæ & Thielæ. Diploma vetus W. Ubbonis Hedæ.*

Daventria Epiſc. ipſe.

c *Nullae circa ea tempora* Popo, vel Poppo, *Ultrajectenſis Epiſcopus memoratur ab iis, qui ejus Eccleſiæ Antiſtitum indices conexerunt: ſed ab omnibus traditur* Raibodo *ſub ann. 917. mortuo, ſucceſſiſſe* Baldricus: *hinc anno 978.* Folcmarus, *ſive* Volcmarus, *qui an. 989. mortuus traditur. An inter Baldricum & Volcmarum* Popo, *Arnonis Comitis Palatini filius, cum Eccleſiam tenuit, ſed non diu, ideoque omiſſus ab iis qui catalogos Epiſcoporum poſtea confecerunt? Certe hic ſcriptor* Poponis *æqualis fuit, vir gravis & dignæ fidei.*

Popo Epiſc. Ultrajecti.

d *Ita legendum videtur. Scriptum erat*: cum ipſo hora converſus, ut cœpia . . . non deſiſtebai accendere.

e *An non potius legendum*, ferebat?

f *De hoc monaſterio in Vita S. Gauzlini, five* Goslini, *Epiſcopi Tullenſis 7. Septembr.*: Cœnobium ſanctæ genitricis Dei Mariæ Buxeriis a fundamento conſtruxit: chorum ancillarum Dei ibidem conſtruxit, rebus & prædiis ac ornamentis decoravit: *ac paullo poſt*: Nam Deo præordinante ſovenit quaſdam ſanctimoniales, ſelus oves errantes, ſed tamen æterne vitæ viam quærentes, in Dei dilectione ferventes, & ad ſerviendum illi locum remotum deſiderantes, quarum miſeratione permotus . . . jam dictam cellam eis *ad* habitandam delegavit, præficiens eis Rotelidem Abbatiſſam, quæ earum regeret vitam. *Ac demum ipſe S. Goslinus*, in Buxerienſi cœnobio digoiſſimam, ſicut vivens juſſerat, accepit ſepulturam, inter rhoros Virginum, quas illic plures aumero vitæ diſtinctionis aggregaverat.

F Buxeriæ monaſterii

Rotelidis Abbatiſſæ

g *Eſt ea in ſuburbio Tullenſi ſitum*, S. Apri, *Gallice* S. Eure, *celebratur 6. Septembr.*

h Agapitus 2. *an. 946. Pontifex creatur, an. 955. 27. Dec. obiit.*

i *Oliverius Pancirol. in theſaur. abſcondit. almæ Urbis reg. 9. cap. 14. ſcribit, hanc* S. Pauli *baſilicam datam an. 943 monachis Caſinenſibus evocatis: dein an. 950. ab eroptam, datamque Cluniacenſibus. At nuſquam in hac Vita dicuntur Gorzienſes Cluniacenſis inſtituta ampleaimeque videntur* Andreas *aliam ia illud monaſterium induxiſſe diſciplinam, quam quæ erat ipſe Gorziæ imbuta.*

k *Tradit quidem Luitprandus, hujus ſcriptoris ſynchronus l. 2. c. 13.* Albericum *Maroziæ ſcorti filium, poſtea* Hugoni Regi *nuptæ ſuæ marito, Romanæ urbis monarchiam tenuiſſe; quod & repetit l. 5. c. 1. non tamen Regem ipſum appellat, Baronem nunc Romanæ civitatis Principem, nunc Patricium Romanos vocat.*

Albericus Rom.

A l *De Lunavio, celeberrimi nominis monaſterii, ſæpe alibi actum, agitur præſertim 21. Novembr. ad Vitam S. Columbani, & ad S. Auſoſii 29. Martii.*

m *Eſt hic celebre in Ardenna monaſterium* Andainum, *vulgo* S. Huberti, *quod ejus illic reliquiæ aſſervantur. Scriptum erat hic* S Humberti *: verum aliquanto* S. Humbertus *ſuis* S. Huberto *antiquior, monaſterii Maricolenſis in Hannonia fundator; qui colitur 25. Martii, S. Huberti 3. Novembr.*

a *Præfuit* Richarius *Eccleſiæ Leodienſi ab anno 922. ad 23. Julii 945.*

Dedicatio eccl. S. Maximini 25. Octob. an. 942.

o *De ea Dedicatione Brouwerus in Annal. Treviren. l. 9. pag. 537. ad ann. 942. ita ſcribit:* Inde 3. Idus Octobr. Trevirus a Ruotberto nobis Antiſtite & Adelbepone Mediomatricum, Divi Maximini baſilica, opere jam perfecta, dedicata eſt. Conſecratio ea inſigni ſacrorum apparatu conſtitit, & magna hominum concione, certatim eo religionis ergo affluentium. Adſtabant Epiſcopi mitrati, * Ogo D. Maximini, Agenaldus Gorzienſis, Et Kenboldus Tullenſis, Haribertus S. Arnulphi Metis, Fredericus S. Huberti in Ardnenna, Salachon D. Martini, Abbates &c.

* al. Hugo

S. Odilo Ab. Stabulenſis. P *De* Stabulao, *vel* Stabuleto, *aut, ut hic dicitur,* Stabulaco, *alibi aliquando, egimus: plenius 3. Septemb. ad Vitam S. Remacli Ep. Trajectenſis, qui illud fundavit. Viſitur illic ſupra aram arca antiqua, in qua condita ejuſdem S. Remacli reliquiæ: inter alias, quibus ad lateris ornatur, Divorum effigies, eſt* S. Odilonis *hujus. Non potui tamen aſſequi adhuc, quo die ejus recolatur memoria: ab immemorabili tempore Sanctum habiti, conſtat ex ara tumba, quam cum offim veneratione contemplatus, judicavi a 900. aut 1000. annis fabricatam. ſub illa autem, quam dixi, veteri Odilonis hujus picturæ diſſerto ſcriptum,* S. Odilo.

B

CAPUT VII.

Angilrammi Primicerii Meteenſis, dein Gorzienſis Præpoſiti, vita ac ſancta mors.

57 AD idem ferme tempus, ſpecimen, ut ita dicam, & flos ejus, quod tunc cœleſtis compingebatur ſerti jucundiſſimus atque aſpectu digniſſimus Angilrammus, primo Tulleuſis, deinde ſanctæ quoque Meteenſis Eccleſiæ Primicerius, nobilitate & opibus ea ætate, quodque conſequenter ſatis eſſet *a* gloriæ, præſtans, moler ſecum auri atq; argenti ceteræque cumulos ſupellectilis trahens, inſtar primitivi illius Apoſtolici populi in uſus pauperum redigenda, ſanctam illam ſocietatem ea petiit: præſti quoque non ignobilem quantitatem monaſterio ſub teſtamento perpetuo obtinendam contradidit. Cujus, quæ poſt modum fuerint converſationis inſignia, *b* quantumque robur ſtructuræ ejus in reliquum ſe tenuerit, gratius forſitan audietur, ſi prius, quo paullulum initia ejus impulſu viſa ſunt vacillaſſe, brevius perſtringetur: cum præſertim concuſſus, non ſtatione penitus ſit caturbatus, eoque firmius poſtea pedem fixerit, quo C ad tempus ſeſe negligentius locum, quem ceperat, obſervaſſe doluerat.

Angilrammus fit monachus, a *multa; deinde ad monaſterium,* b *manet in primipilo;*

58 Inſinuque, ubi cum eo, quo diximus, ſumptu ſuſceptus eſt, eo quod ampla erat perſona, & ea deliciis, cunctiſque ipſorum anto noniſſimus, molliur ceterit tractabatur, atque honorabatur. Nam & ea ejus clientibus aliqui ad idem ſe propoſitum contuleraut. Ipſe interea, uti qui necdum, quam ſemel admiſerat gloriam, perfecte corde diſpulerat, nequaquam æqua aliis pati, & pro his quæ loco contulerat, paullo ineoutinentius elevari, jamque, quod conſequens, increpationibus obſtrepere, correptionibus non acquieſcere, &, uti qui ſe minores cuuctos arteuderet, quaſi de ſuperiori loco ſenrentiam ferre, ſed & ſi qui forte infirmioris animi ſibi pro moribur *c* acceſſiſſent, eos, contra majorum prolata, pro libitu contueri. Ad hæc Pater Emoldur ceteri que jam perfectæ in Chriſto ætatir, multa pro rebus & temporibus reclamare, hortari, obſecrare, &, prout ætas pateretur, paullo ſeverius objurgare: quibus tamen nonnumquam ſere acerbiora in facie referens via contumelis temperabat.

& dum indulgentius habetur, *nimium ſibi arrogat,* c *multitudo, importuna,*

59 Quid plura? Cum tempore hæc tracta plus opere longiore ingrata nimium tædia peperiſſent; quadam ſorte dierum, dum pro ſimili neſcio qua inſolentia accrius argueretur, majorem in modum animo concitato, a conſpectu Abbatis & ceterorum pariter aſſidentium, ſeſe proripuit, & male jam ſeculo, niſi Chriſtur obvius repuliſſet, revolvendus, clauſtrum egreſſus eſt, Fratres triſtes ac pavidi inſequuti, cum eum in porticu exteriori, in qua eatens reſedebat, inveniſſent, ejus gembur advoluti, modis omnibus, quibus poterant, aggrediuntur, & nunc divini nominis obteſtatione, ne faceret, obſecrare, ne, quod bene cœperat bonum, male amitteret; nunc per petuam, quæ ſe apud ſeculum conſequeretur, ignominiâ objectare: remmiſceretur magir ante eaacti laboris, quem tam turpiter in medios conatus deſereret: remiſcetetur ad ultimum diſtricti eaaminis, cui forſitan ſenea jam jamque ſe cerneret propinquare: aſtutias inſuper diaboli præcaveret, qui fructum totiur laboris ei geſtirer præripere. Multa in hunc modum replicauter, cum iple adhuc inſeeabilis, ſua ſibi rantum redderemiur (ſe demceps quid de ſe fierer, ſatis curare) repoſeeret; illi majoribus inſiare, & pro viribus, quæ menſuram neſciunt, earitatis, animos viri in diverſa verſare t ſermones ſermombus, preces precibus inſtaurare.

multis Precibus mollitur & precibus,

60 Nec prorſus, Domino cooperante, loco diſceſſum eſt, donec oculus ille miſerationis antiquæ, ur runc Petrum, ita & hunc modo reſpiceret, atque in quemdam alterum, ur ita dicam, hominem commutaret. Nam & iſte in amaras profluens lacrymas, illico redit, & corpore uudaro, faſcibus virgarum manu prælatis, pœnam clamoribus poſtulans, pedibur Abbatis proſternitur, non modo gemitibur, verum totius geſtu corporis, doloris magnitudinem proteſtatur. Quis putaribi lacrymas tenuit? Quis eam canitiem, ſe veſtigiis omnium intuens provolventem, non corde ſolutus eſt? Quis eum lacrymoſir ille vocibus inclamaret, Cædite reum, cædite rebellem, ne parcite, quæſo, ſuperbo & vecordi, & contemptori, non gaudio miato fletibus in ejus veniam proclamavit.

Luc. 22. Ita Dominus converſo, mercatur, E *& pœnam gravi clamore depoſcit,*

61 Tandem Pater plenus pietatis aſſurgens, aliiq; cum eo manibus caritatis ſuppoſitis ſolo eriguut, & cunctis clemeoter, ur tanta dejectio merebatur, indulſit, in numerum tora alacritate recipiunt. Is vere dies intantum ei eatitit ſalutaris, ut quiſquir illum demceps attenderet, vix aliquid in eo viri, qui prius fuerat, recogniſceret. Summa etenim vi, quantum in ſe fuit, abjectionem ſui, & quæque eatrema, ſemper appetit: delicias & mollia omni genere reſpuens, difficilia & auſteriora magis ampleaus eſt. Honorem impenſum mire pudore nou ferens, gravabatur potius quam oblectaretur: parcitatem cibi nur potus, ea atte, quaſi callidus quidam obſervator, aſſumpſit, ut de ſingulir, quæ apponebantur, quotidianis momentis paullatim quiddam ſubtraheret, donec ad minimam quamdam quantitatem rediret. Interdum eriam quibuſdam penitus tamquam abeſſent, abſtinebat, nunc quidem piſcem omnem minoris generis, dum grandiores rarius poſſe conquiri æſtimat, reſpuens, nunc eos ipſos, quos magis appetere videbatur, dum undecumque quæſiti offerreutur, poſt nou multum temporis quodammodo ſalutiebat: tantaque, ut ita dicam, obſtinatione victor fui, quod ſemel animo ſtatuerat cultodivit, ut pulticulis tandem farinæ contentus eſſet, quamquam imet hæc creberrima, quæ eriam dum in ſeculo viveret, diebus jejuniorum fortiter perferebat, panir tantum & aquæ jejunia caerceret. Ut enim multorum fide petcepimus, adhuc in ſeculo ei biduum totum ſine ullo cibo & potu omuino tranſire, quaſi nihil videbatur.

Belgus vocat opem, *plura alia evadit,* *humiliteti, & aſſiduitate mirifice dratur,* f

62 Illud autem ſtupori videntibus erat, quod vigor corporir ei tam vividus perſeverabat, ut nihil de opere Fratribus conſueto prætermitteret. Coquinam, veſtium ablutionem, horti communem operam, calcamentorum lavationem, Miſſæ hebdumadam, ordinem omnem clauſtri & oratorii, vivido robore adimpleret, vultuſque ei hilaris & gaudens continue ſuperN n n 3 eſſet:

annum id tenuit laborſ ſuſtinuit.

AUCT. JO. AB. EX MS.

esset: tantum post aliquod temporis intervallum a pristina corpulentia veutet ei subsiderat. Orationum & vigiliarum ejus instantiæ teste illud fuit tugurium, quod penes tumbam Domini Crodegangi, tamquam cellam solitariam usque vocationis suæ tempus incoluit, in quo, moa synaxi Fratrum ea pleta, solus ostio se occluso recipiens, gemitibus & planctibus & infinitis genuum inflexionibus, noctes diesque continuabat. Et cum plerumque Fratrum vigilias præveniens, plurimum noctis in precibus occuparet, finitis eisdem vigiliis, quantumcumque noctis hyeme vel æstate superesset, somnum deinceps nullatenus noverat, utsi ob sanguinis forte, quod vix fuerat, minutionem: sed toto dinceps usq; horam secundam & tertiam spatio, in ea sancta contritione & cœlestis januæ pulsatione perseverabat.

63 De continuatione silentii quid prædicem, nescio, cum ipsa quoque licita colloquendi invicem tempora fugiens, in psalmorum potius melodiam commutarer, & si forte compellaretur, brevi quiddam reddens, ad solita & amica silentia protinus recurrebat. Curis quibuslibet corporis, balneisque, & ceteris recreationibus communi usu regulæ indultis, cilicium, vilitatem vestium & cetérum cultum horridum præferebat. Extremum quidem fuerit, quod dico, animi tamen ejus virtuti comprobandæ permaximum. Dum Fratres sabbatho ante Mandatum, vel feria quarta, ea more antiquo, quidem, sed tunc noviter nobis tradito, calceamenta sibi abluerent, ille cuilibet ex improviso postveniens, dum Frater unum abluendum manu teneret, alterum quodam modo invito violenter surripiens, abluebat. Idem dum faciem mane, vel manus pransuri lavarent, nunc quidem ad vas illud, ex quo aqua quibusdam sorulis Fratribus ministrabatur, præcurrens, & obicem illum, quo sorulum illud obstruitur, dum Frater lavaret, tenens, nunc linteum, quod ad tergendum dependet, offerens, voluntatem cordis ardentis ministrabat.

64 Plura in hunc modum obsequiorum ejus studia in omnes serviebant, & cum hæc, & his similia humilitatis cordis ejus fuerint documento, ad hoc & locum ordinis sui in choro, quem superiorem tenebat, tamquam infirmitate impediretur, non ferens, in ultimum usque commutavit. Revera enim post tantam austeritatem viribus defatiscens, non jam & ad standum in choro, & ad ceterum laborem sufficiebat. Quanta autem ei vitæ puritas fuerit, ex fine præclaruit. Nam non longe ante obitum, nostr quadam nescio quid divini audiens, nulli quidquam dicens, mane in senestra prædicti tugurii exaravit sic: 5. Id. Septembris somniavi me morituram. Fides his citius facta est. Nam post paucos dies febre correptus, mense plus lecto decubans, ad præfixum usque diem languore valido perductus est, totumque id spatium absque ullo omnino permanens cibo, sola tantum aqua sustentatus est, & ita usque in Nativitatem Sanctæ Dei Genitricis perduranss, quam in crastinum *d* B. Gorgonii Martyris, cujus corpore idem monasterium percelebre est, dies consequitur: quo tunc maxima diversis ex partibus religiosorum virorum turba confluxerat: plerisque eorum eum invisentibus, per totam fere diem nunc hoc, nunc illo ad se introeunte, verbis salutaribus communicans, integra mente & sermone, ante mediam fere noctem decessit. Funus multitudo quæ convenerat, decenter digneque tanto viro curavit.

65 Eadem demque nocte, &, ut conjici potuit, ipsa hora, qua obiit, cuidam congregationis ipsius, Adelgero nomine, in monasterio quod dicitur e Senonias, in partibus Vosagi, cum Fratribus quiescenti, quidam in somnis apparens, Surga, inquit, & quia Domnus Angilramnus defunctus est, campanas pro eo facito concrepare. Experrectus ille, & quibusdam excitatis, dum signo tantum innuerat, nec certo intelligeretur quid vellet, luce data, eadem referens, nec adhuc creditus; tertii die epistola ejus obitus allata, noctem & horam nullo modo diversam fuisse compertus est. D

a Ita MS. b Idem, quantique. c Et hic, accepissent,
d Colitur S. Gorgonius Metenſ 9. Septembr. cujus corpus, ut ante diximus, Gorzium translatum.
e De hoc monasterio, quod alii Senonam & Senonas appellant, egimus 21. Februarii de S. Cumberto pag. 262. ejus ferme.

CAPUT VIII.

Viri clarissimi Gorzia monachi facti, Austens Archidiaconus, dein Abbas S. Arnulphi, Blidulfus Archidiac. Metenſis, Gondelachus, Isaac, Odolbertus, dein Abbas Gorzienſis.

66 His super hæc quæ omittenda non erant commemoratis, quoniam de omnibus illius sancti collegii, qui singuli fere digni memoratu pro merito egregiæ conversationis essent, longitudine obstante non sufficimus, Patrum *a* nobis in monasterio S. Arnulphi datum, Domnum *b* Austeum, fas non est præterire. Hic item in seculari habitu Domno Einoldo socius, cui & sanguine jungebatur, post aliquot annos, relictis omnibus facultatibus, ex Archidiacono in paupetem Christi vere mutatus est, & to eamdem societatem commigrans, vita non inferior ceteris claruit. Fuit autem lingua, quantum ad exteriorem sermonem, facundissimus, sed & in Scripturis sacris studiosissimus, quamquam & artium nonnulla ei notitia fuerit. Corporis quoque gratia quædam virentem ejus animi insignibat, velut ac statura decentissimas. Vox ipsa virium plena, grato, ut nihil supra, modulamine in sacris concentibus aures complebat: quod tamen, quaotum in se erat, cœlestium deliderio famulabatur, & ædificationi audientium serviebat: verbo, gratia multa redundans, exhortationi & animis undecumque movendis, ad omnem facultatem in quolibet dicendi genere, ut rhetorem diceres, sufficiebat. Ad hoc & architecturæ non ignobilis ei peritia suberat, ut quidquid semel dispositsset in omnibus locorum & ædificiorum symmetriis & commensurationibus, non facile cujusquam arguí posset judicio. E

67 Aliquamdiu ergo in eodem monasterio Decanus, & Abbatis in omnibus onera strenue sustentans, vita, verbo, omnique sanctæ conversationis exemplo, forma gregi Dominico factus, ut pene per ipsum post Abbatem omnia disponi viderentur; tandem viro egregio *c* Heriberto apud S. Arnulfum, qui primus eidem loco a Domno Adelberone Pontifice, clericis inde submotis, regulari monachorum ordini præfectus est, vita decedente, Pastor in Domino præfuturus statuitur. Ibi brevi ejus industria claruit. Habitacula enim monastico ordini pulcherrimo schemate construens, locum, quem omnino incultum, & nullis ad religionem institutionibus, susceptt, ad omnes usus Domino serviendi aptissimum reddidit: & cum interioribus extruendis sine intermissione operam dederit, non minus exterioribus, quæ item misere ubique locorum delapsa fuerant, reficiendis strenuus & prudens incubuit. Ruris quidquid monasterio subjacebat, ita in vineis, pratis, agris, silvisque excoluit, ut eum rem omnino pauperrimam, & vix numero pauciſſimo parcam nimis stipem promittentem invenerit, post annum eactum (nam is gravis & quasi * stipulentia attractus fuit) in omnem copiam rerum necessariarum, Domino benedicente, supereffluxerit: eunctisque intrinsecus Fratrum habitationibus intra quadriennium expletis, muro, in modum castri, forinsecus cuncta circumdare unimum intendit. Quod, opem undique præbente eodem

a Austens, Archidiaconus sti Gorgii monachus.
b
c
d
e
* forte potentia.

Digitized by Google

A dem venerabili Pontifice, quatuor menſibus laboratum, pene ad ſummam eſſet perductum, niſi infauſta regni *d* diſſenſio, quæ inter Domnum & glorioſiſſimum tunc adhuc Regem, poſtmodum Cæſarem, Othonem & filium ejus Liuthulfum, & generum Conradum exorta, uſque *a* ad gentis inimicæ Deo *e* Hungarorum in nos eruptionem deſæviit, impedidiſſet. Proxima tamen æſtate, Domino cooperante, opus peractum.

68 Cumque horum cuncta perpetuo ſollicitaretur cura, nihil tamen de his, quæ vel ad vitæ vel converſationis puritatem, vel ad paſtoralis ſolertiæ vigilantiam pertinebant, eſt aliquando prætermiſſum, quin quotidie ſolitum penſum orationum, pſalmorum, vel lectionum ſanctarum expleret. Omnibus Dominicis & feſtivitatibus Sanctorum celebrioribus, Miſſas publice dixit: ad hoc unaquaque quarta feria privatim: in quibus, quantis gemitibus & lacrymarum victimis ſeipſum conficeret, ne referri quidem poteſt. Et, ut fiducialiter efferam, in viſceribus pietatis & ſimplicitate cordis & manſuetudine animi, condeſcenſione inſitmorum, recreatione miſerorum, & omnibus omoino miſericordiæ actibus, non alter eo fuit præſtantior. In his 55. annorum exactis laboribus in ſanctæ perſeverantiæ fine curſum conſummans, pridie Nativitatis beatæ Dei Genitricis decedens, in monumento a ſe jam olim longe retro a primis annis ſui regiminis præparato, plurima devotorum virorum frequentia, Domino & Venerabili Antiſtite Adelberone munus exequiarum explente, depoſitus eſt, ea parte baſilicæ Aquilonari, anno Domini 960.

69 Sanctæ Metenſis Eccleſiæ Archidiaconus Blidulphus jam in proceſſu loci, eiſdem ſervis Dei non ſine magno multorum miraculo ſociatus eſt. Vir enim cum & nobilitate generis, & rerum copia non mediocri fultus, & multa in quamcumque partem arte animi callens, (prudentiane ea dicenda ſit, an aſtutia?) ad hoc & literarum ceteros ejus loci præiret ſcientia, (quippe qui ex ſcholis adhuc ſupererat Remigii) tum ſecularibus ita deditus videbatur, ut vix cujuſquam in eo religionis veſtigia viderentur. Is, ut dicitur, morbo repente præceptus, venerabilem Einoldum citius advocans, monachum profitetur, ſtatimque habitum ſumens, æger monaſterio devehitur, ac poſt paucos dies integer Domino propitio redditus, mentis meliore integritate felix, & multis deinceps exemplo futurus convaluit, atque in ſancta converſatione fere inferior nulli apparuit. Is poſt plures annos majori calore virtutis tactus, eremum altero quodam, cui Gondelach vocabulum fuit, ſibi ſociato, in remotioribus Voſagi expetit, ibique in illa divina contemplationis ſuavitate, acerba admodum corporis caſtigatione, & mundo vere (ut veracium, qui eum noverunt, fert ſcientia) mortuus, decem aut eo amplius annos exigens, ſelia deeeſſit, utque in ejuſdem cellulæ ſuæ oratorio ab eodem ſocio ſuo, viro æque ſanctiſſimo, ſepultus, eumdem ibi reliquit vitæ vel rerum paupercularium hæredem.

70 Porro idem ſocius ejus ex monaſterio *f* Fulda olim retro ante complures annos, flore juvenili conſpicuus, Treveris apud S. Maximinum ob inſignem religionis converſationem commigraverat: deinde Domni Einoldi fama accenſus, Gorziam veniens, ei individuus fere comes per aliquod tempus adhæſit: donec eodem jubente, cum prædicto Venerabili Blidulpho, in monaſterio ſancti viri *g* Ogonis, magni & præclari prius in S. Maximino Abbatis, & poſt Leodienſis Eccleſiæ egregii Pontificis, delegatus; poſt obitum ipſius Domini Ogonis, utrique inde Gorziam regreſſi, mox brevi ad ea, quæ prædixi, eremi remotiora, pari conſenſu ſecedunt: &, ut dictum eſt, ipſe Domuo Blidulpho ſuccedens, locellum ipſum uſque in finem vitæ incoluit, doctrinaque & vitæ puritate clarus, ibidem quievit.

71 Virduncenſis etiam Eccleſiæ vir religioſus Iſaac, in vita canonica ſatis decenter converſatus, jam canitie ipſa reverendus, cum alio bonæ ſpei, tunc juvenc, nunc, Domino auſpicabiliter provehente, ejuſdem ſancti collegii Patre, Domino *b* Odolberto, fere poſt duos, quam ſuperior Blidulphus venerat, annos, ſuſceptus eſt: quique, ut erat magnæ ſimplicitatis, & totus interioribus animæ bonis deditus, ſine querela, & innocentiſſima actione converſatus, etiam finem ſui Divino meruit præſcire reſponſo. Quieſcentibus namque quadam nocte Fratribus, Domnus Einoldus vigilans, repente vocem producto ſonoter inclamantem audivit, ſic: Iſaac, Iſaac: qui eum mane eodem accito, finis ſui eum commonetet, & quid audiſſet, ediceret, Et ego, inquit ille, eaſdem voces audivi, & vocationem meam adeſſe cognoſco. Illico autem morbo attactus, brevi deceſſit. De his igitur, qui quodammodo eminentiores in ea congregatione viguerunt, hic commemoraſſe ſufficiat, non quod omnia, quæ digna memoratu eſſent, de his dicta ſint, cum utique de ſingulo quoque eorum proprium condi poſſit volumen. Sed & plurimi in eo ſancto collegio magoarum virtutum viri extiterunt, qui merito in exemplum ſcriptis & laudibus efferendi eſſent.

pietate præteriſque virtutibus animus,

moritur 7. Septembr.

Blidulfus Archidiac. Metenſis, nobilis & doctiſſimus

ægre fit Gorziæ monachus;

absolvitur, ut ſanctæ vitæ;

fervidis in ſolitudinem

cum Gondelacho,

olim Fuldenſis monachus,

qui & ipſe ei ſocius fuit.

AUCT. JOAN. ABB. EX MS. D Iſaac Canonicus Virdunenſis

b ſit monachus, cum Odolberto, poſtea Abbate: divinitus monetur de morte inflante.

a *Inde potiſſimum ſupra probavimus, hunc ſcriptorem S. Arnulphi* E *monachum, atque etiam Abbatem fuiſſe.*

b *Ejus ex monumentis monaſterii S. Arnulphi elogium hinc decerptum accepimus, cum eo, quod ante ex parte recitavimus, Joannis Abbatis elogio: alibi* Anſterius *vocatur.*

c *In cionio* Auſtei *elogio* Arbertus *appellatur, alibi* Albertus.

d *De hac diſſenſione Sigebertus ad annum 952.* Liudulphus filius Othonis Imperatoris, inſtinctu Conradi Ducis, cumeo contra patrem ſuum rebellavit &c.

e *Idem ad an. 955. Sigebertus:* Liedulpho ad gratiam patris redocto, Conradus Dux, Dei & Imperatoris transfuga, ad Ungaros ſe conferens, eos in Lotharingiam, uſque ad Carbonariam ſilvam perduxit: & virtute Dei apud Lobias contra eos oſtenſa, ultra prodire prohibiti, impune redeunt. *Eodem eamen anno 955. incurſiones dati ſunt Ungari.*

f *De hoc antiquiſſime in Germania monaſterio alibi, præſertim 4. Febr. ad B. Rabani Mauri Vitam. Ejus antiquitates libelt 4. edidit Chriſtophorus* Brouwerus *noſter.*

g *Is, ut* Brouwerus *ſcribit, anno 934.* conſentientibus omnium monachorum voluntatibus Abbas ex Præpoſito electus, quidquid prava ibi ſum conſuetudine fuerat a veteri diſciplina prolapſum, *corrigendum ſuſcepit. Cumque adeo quaſſata turbine procubuiſſet, ni reſtaurande Henricus Rex jumptum libro-lum rogavit. Unde corrigo quod in Hiſt. Eccleſiæ Leodienſis, citata licet* Brouwero, *auctor animum ſyſtimus ſcripſiſſe. Ottonis Regis inditu Abbatem factum, cum non niſi biennio poſt is patre mortuo Rex ſit factus an. 936. Verum pro his fortaſſis ad reſtaurationem ædificiorum & diſciplinæ,* Ogonem *Precores Lotharingiæ ac Belgæ juvenum, ac præſertim, ut infra c. 11. n. 95. dicitur,* Gitlebertus, *Reginavi Comitis Hennoniæ filius, Lamberti 1. Comitis Lovanienſis frater, Dux Lotharingiæ, Henrici Aucupis gener, ſororius Ottonis. At* Gitlebertus *anno 939. ſub mortem, idem* Rua Othu, *ut in Chronico ad an. 945. ſcribit Eleodardus,* Epiſcopium Hugoni *(idem eſt, qui hic & apud* Brouwerum Ogo) Abbati monaſterii S. Maximini nolenti atque refugienti dedit, cumque ordinati fecit Epiſcopum, *Mortuus 38* Ogo, *ſive* Hugo, *anno 947. vel initio ſequentis:* Coepus, *ut Piſon ſcribit,* ad S. Maximinum relatum.

h Odolbertus, *ſive* Odelbertus, *certius a B. Joanne Gorzinenſis Abbas fuit, Otbaldi ſucceſſor, ut ſupra in catalog. Abbatum dictum.*

Ogo, *ſive* Hugo, *Abbas S. Maximini, dein Epiſcopus Leod.*

CAPUT IX.

B. Joannis prompta obedientia, humilitas, patientia, commodorum neglectus, vigilantia, lectionis aſſiduitas.

72 SEd a propoſito, quo aliquamdiu divulſi ſumus, jam quodam clamore revocamur. Unde his, quæ præterita indignum cenſuimus, expeditis, ad viri venerabilis Joannis acta, cui hic proprie ſtylus ſudat, Domino miſericorditer præeunte, recedamus. Primum, quæ ei inſtituto converſationis & animi virtus fixa ab

ipſis

AUCT. JOAN. ABB. EX MSS.

ipſis principiis in finem uſque, ductus continuo fuit, ut neutram partem mirabili vigore deſecerit, in quadam veluti brevi tebelle, deſcribere cupio; quod ſicut a me explori poſſe, non mihi prorſus arrogaverim, ita via unquam a quoquam, quamvis diſertiſſimo, æſtimem comprehendi. Nec vero penitus reticendum, ne ipſa parva, quæ dicentur, ſi pigro ſudatio defodiantur, quos poſſeot, lucris dominicis ſubtrahant. Subiectionem Patri & obedientiam tanta pertinacia tenuit, ut quidquid ſemel ore ille imperans emiſiſſet, hic tamquam famulus verborum metuens, ſine dilatione arriperet. Et in ipſis ſtatim principiis, dum Pater Einoldus, credito ſibi regimine loci, vehementer angeretur, ſi ſibi exteriora curanda eſſent, qui longe alia divinæ ſpeculationis medirabatur; idem Domnus Joannes ei accedens, Non horum, Domine, inquit, cura ſollicitemini. Ego hoc vos faſce levabo. Interioribus tenrum, ut cupitis, animum intendite: quidquid exteriorum eſt, ego, Chriſti gratia & meritis veſtris adjutus, mihi ſuſceperim. Cum itaque ita omnia ei commiſerit, & ipſe in ſolo Deo vacationem aſſumpſerit, non tamen, quid unquam parvum vel majus idem Domnus Joannes, niſi eo conſcio, ut conſilio ejus & voluntate, egir. Er horum ipſe Domnus Einoldus, ſi quando ira interat, teſtis erat; Numquam, inquiens, mihi inobediens fuit, nec fuit aliquando, qui me & illum in pacem reduceret.

B. Joannes ſemper ei obedientiſſimus,

horum exteriorum ſuſcipit

nihil niſi conſcio Abbate egit

B

73 Nec deſtitit prudens & fagaa lu utramvis partem Domous Einoldus eum diverſis exercere mutationibus. Nam plerumque ab exterioribus de induſtria eum revocans ad interiora, etiam ad infimum quodque redoait officium, in qun ne nutu quidem aliquando viſus eſt renuiſſe. Juſſus Præpoſitus, pareret continuo: præpoſitura depoſita, eſto Decanus; jugum quietus admittit: eo abiens, cellarium cura; manum illico proſert: alio ibi ſuccedente, veſtes Fratrum ſerva; nihilo plus reluctatur. Sic hoſpitibus, ſic, ſi ita contigit, infirmis, ſic quibuſque aliis imperatis, ſumma cura, alacritate, morz neſcius, miniſtravit. Quæcumque nummis, vel quibuslibet allis rebus expendit, ſummam eorum in breve noratam Abbati, poſt hebdomadam aut menſem, reddidit: nec minus, quæque extrinſecus de ratiocinis quibuſque illara recepiſſet. Cumque Domnus Einoldus hæc audire faſtidiens, quia nihil ſuperfluo eum expendere ſatis ſciret, nou ultra ſibi hæc referri interdiceret, nihilominus tamen ipſe cuncta, uſque ad filiquam, ut dicitur, annotata ſervabat.

frequenti mutatione officiorum exercetur

cuncta accepti & dati accurate reddit

C

74 Patientiam, humilitatem ſeu abiectionem, &, quæ omnia ſuperat, caritatis io Deum & in omnes fervorem, incredibile dictu eſt, quanta fortitudine ſervaverit. De quibus ſingulis, quibus frequenter documento fuerit, ſi recenſere velim, nimium ſcripta ferentur in longum. Unde ſaltem ſimplicia annotamus. Præpoſituram monaſterii vir venerabilis Fridericus, de quo ſupra memiuimus, & ſub eo hic Domnos Joannes gerebat. Ille, ut Superior, hunc gravibus verborum contumeliis perſæpe, & publice & præſentibus, irritabat. Illo diutius perſtrepente, hic tantum item itemque ad ſatisfaciendum terræ ſe ſternens, perpetuum tenebat ſilentium. Cum ille ercbroeadem clamore ingeminans, ita feſſus, jam & in verba deficeret; Joannes acſi ſimulacrum, ſine voce diu immotus perſiſteret, ad ultimum columnam & parietem tangens, & ut eis pottus verba, quam ſibi faceret, dicens, e conſpectu ſe proripiebat. Ille eo, ramquam contemptius, incenſior quolibet forte reſidebat. Inde poſt paullulum motu ſubſidente, ubi placidior ad ſe mentem seduxerat, ſecretius eodem Joaune abducto, pedibus ejus advolutus, Occidiſti me, ajebat. Cum Joannes: Ego? in quo? Patientia rua me, dicebar, occidit. Non ita, inquit iſte, ſed animoſitas veſtra vos occidit. Nec pluribus: Ites illico rumpebantur. Nam idem vir reverendus, hoc uno licet eſſet notabilis, cetera egregius, & ut magno natu conſpicuus & inſignis omnibus habebatur, & hoſpitos motus animi, quos vetus adhuc converſatio integrabat, prudens citius compeſcebat, doloribuſque ac planctibus uberrimis poſtmodum ſeſe conficiens condemnabat.

contumelias a Præpoſito appetitas

ſe humiliat & ſubiicit

D

75 Nec diſſimile huic eſt quod inferimus. Cellarium ipſe Joannes, Bernacer autem jam ante dictus, veſtiarium, ſive camerarium Fratrum ſervabat. Is quadam die cellarium ingreſſus, vas quoddam quod *a* amapum, dicunt, guttulæ eacipiendæ vaſi vinario ſuppoſitum invenit: eo arrepto, queſtibus Joannem aggreſſus, & vas, quod ſui miniſterii eſſet, cur ita perditum dediſſet, multa congeminans illeque nihil læſum aſſereret; Pro *b* carraria, inquit, vini, non ſic artaminarum vellem. Cui Joannes, Decem, ait, vaſcula hujuſmodi carraria una vini poſſunt acquiri. Iis Domnus Einoldus ſupervenieos, & altero jam abcunte, dum extrema, quæ viadum finiens Joannes illi eminus loquebatur, audiſſet; Quid hoc, inquit, eſt? au contenditis? Illo protinus terræ proſtrato, Non, inquit, præter panem, aquam & ſalem quidquam percipias, dum licentiam dedero. Juſſa ſuſcipiens, nec ipſi quid refereus, nec cuiquam verbum inde ullo modo faciens, triduo continuo abſtinuit. Et forte tuoc ferventiſſimi & ipſa æſtate dies fuerant longiſſimi, nec ob id ſoliti quidquam operis prætermiſit, quin alacrior & celer ad univerſa diſcurrerer. Nam valetudo corporis ei juſta, & in neutram partem nimia, facili motu per gratiam cœleſtem ad quæque agenda ſufficiebat.

a alterius obbergeticum pleraque vaſcula

b

gravi paralyſeos impoſitum lecto manet

E

76 Ab infimis quoque probra multotiei infinita ſuſtinuit: alii eum hypocritam, alii avarum, alii tenacem, alii fraudatorem publice appellabant: nonnulli non eum ſeculum reliquiſſe calumniantes, in oculis familiam domus ſuæ, quæ cum matre monaſterio ſerviebat, ingerebant, dicentes: Tua huc ſubdolus contraaiſti, ut liberius ea hic poſſideres, & melius, quam domi ſufficeres, hic procurares. Ecce gynæceum clauſtrum monachorum feciſti. Hæc & plura in faciem dum jacularentrur, ipſe, ut rupes immota, manebat. Nec onquam ſuit, (quod quidem a quoquam reſcire potuerim) qui ea ore ejus contumelioſum verbum retulerit. Er hoc ſane ſilentium inter clamores tenebat, irarum nihil ibi; præterquam terræ ſtratus, veniam racitus poſtulabat: quod ipſis, qui longe ultimi ordine erant, cum frequenter feciſſe percepimus. Quippe qui adhoc animum dederat, ot nihil tam eſſet abiectiſſimum, quo non ſe ultroneus inclinaret. Unde & ipſas lacrimas Fratrum eum frequenter purgaſſe, non dubiæ fidei virorum relatione cognovimus.

maledicta acerbis apostrophis

filet,

aut veniã petit,

abjectiſſima opera obit,

F

77 Si quando ea more communi hebdomidam vicis ſuæ ſuſceperat in coquioam, & ea conſequenti, munditiatum faciendarum; non fere aliquando, niſi gravis eum occupaſſet utilitas, vicarium requiſivit: ipſe aquam a puteo hauſit, humero coquinæ illatam igni ſuſpendit: legumina vel olera, lecta, vel manibus proprii cuncisa, infudit, lavit, coair & appoſuit, vaſa refectorum ſolus elavit: nec in pedibus Fratrum ablucndis, quod erat finitimum, alteri mandavit officium. Er hoc quidem commune cum ceteris: illud autem ea ore ejus ipſi percepimus, quod farinam ad uſus totius congregationis, duorum vel trium modiorum, ſolus ipſe, uno tantum puerulo aquam infundente, commiſcuit, fermentavit, in maſſam ſubegit, ſudore nimio in formulas panum expreſſit. Dum piſtoribus opera reliqua ſuccederer, & hoc multi, quamvis in couclavi clam omnibus id egerit, nota quadam nimiæ parcitatis, inurebant: cum ille fidele Chriſto mancipium, ne quid rerum monaſterii deperiret, pervigil obſervaret, &, quod majus ac verius eſt, eauſſa ſudoris ſui præmius cœleſtibus munerandi.

in cellario miniſterio manere ſolitus

78 Sui ipſius curam quam in minimis duaerit, ex his ſatis poteſt perpendi: cibos lautiores, veſtes ſplendiores, calceamentorum nitorem, ſtrati mollitiem,

balnearum

A balnearum fomenta, medicamentorum in morbis quibuſque ingruentibus adhibitionem, & quidquid omnino ad corporis aliquam delectationem accedere præter inevitabilem neceſſitatem perpenderet, hæc velut crimini ducens, penitus reſpuebas: cum tamen nulli alii uſus eorum, quibus forte opus fuerat, interdiceret. Et hæc magna in eo erat diſcretio, ut cum ipſe ſibi auſterus & pene indiſcretus videretur, alios nemo miſericordior eſſet. Ipſe jejunans, alios ad cibum enhuetabatur: ipſe vigilans, alios ſomnum indulgebat: ipſe laborans, alios quiete remittebat: ipſe dum balneis penitus abſtinens, ab ipſius converſationis ſuæ tempore, numquam eis uſus fuiſſe diceretur, niſi forte aliquando poſt grævem ægritudinem lecto reſurgens; ſi quibus tamen aliis competeret, numquam damnavit vel interdixit: a perceptione cibi vel potus ante hotam, vel poſtea, in perpetuum ſibi obtruſit, nullum, ſi cauſſa infirmitatis expetiit, ſuſpendit: quin & ægrotantibus uſum earnium ultro ipſe conſulit, & non rogatus ingeſſit. Sic in veſtibus, calceamensis, ſtramento lectuculi, cum ipſe ſibi viliora, abiectiora, parciora, & duriora ſemper elegerit; ceteris ad omnem copiam, &, quantum profeſſioni non nimis obſtaret, elegantiora & molliora exhibuit.

B 79 Fallaciam viitorom in his vigilantiſſime obſervabat, in quibus non facile cuiquam, etiamſi eſſet ſuperior, ceſſit: ſed mox vitio aut fraude quemlibet aliquid petere ſenſit, omnimodis denegavit. Cum enim, ut dictum eſt, ſub motibus iratum ita mutus quodammodo exiſteret, ubi corrigendi locus adhuc non erat, ibi linguam excandeſcere & in verba acriter pungentia vehementi quodam terrore videres effundi: nec omnino adulatio, quo cummuni (pro dolor!) morbo plerique laboramus, in eo quod foveri poſſet, habebat. In quo ſimul & mendacii maculam ut capitale quiddam horrebas, ut ſi in gratiam potentium aliqua eum aliquando dicexe neceſſitas loci aut temporis compuliſſet, ita inter utramque viam cauſus verbo incederet, ut, & eos, quantum ſatis eſſet, attolleret, & veritatis limitem non excederet. Præter quam communem hodie hominum obſervantiam, illo Apoſtolico cum inſignem, vel ſolum, quantum humana paterentur, eſſe perſenſimus. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Jac. 3.2

80 Vigilias ac jejunia in eo prædicare ſi expero, omnium, qui eum noverunt, ora me oppriment, cum via quempiam hujus ætatis, qui ei in his æquari potuerit, extitiſſe, concordi omnes miraculo clament. Cumque C perpetua pene lea ei eſſet, poſt vigilias quansacumque profunditate noctium actas, ſomnum in lucem uſque neſcire; audires illum in illo, quod mos habet monaſticus, inter nocturnum & matutinale officium intervallo, vario huc illuque perreptare curriculo, & in morem apis, pſalmos tacito murmure continue revolvendo, nunc circa altaria genua flectere, nunc paullulum reſidendo, mox exurgere, & aliquamdiu ſtare, nemque egreſſus cœlo tempus noctis inſpicere, deinde lucernis aut emungendis aut reficiendis aſſiſtere, tum etiam ſcholas canentium reviſere, interdumque retibus texendis, quod noctis ſupereſſet, expendere. Sæpiſſime ipſas communes præveniens vigilias, & lucernas dormitorii, tamquam hæc ſibi ſpecialiter cura eſſes indicta, plerumque etiam, ut videbatur, ex ſuperfluo, cum clare lumen effunderent corrigens, mox oratorium, quam larenter poſſet, ingreſſus & coram altari proſtratus, diutius planctibus & ſuſpiriis, ut cuſtodes audirent, cum multo lacrymarum flumine, ſeſe conficiebat.

81 Inde aliquando ipſu ſignum ad vigilias concrepans, nihilo ſegnius cum ceteris pſalmorum, orationum, & lectionum communium opus exequebatur. Quæ tunc temporis utique ut ſet vensibus converſationis initiis, & numero & lungisudine, & mora dicendi, multiplicius cateudebantur. Quæ poſtmodum puſillanimitas imbecillium in nonnullis compulis coarctari. Nam & orationes noctu ternæ, mox ſigno dato ad vigilias, mulsu prolixiores fiebant, & poſt ipſas, omnibus pariter in Choro teſidentibus 30. pſalmi a 119. uſque in finem pſalterii, in ternas orationes denis diſtributis pſalmis, ſigillatim ſilentio dicebantur: erantque primi decem, defunctorum, medii familiarium, extremi generalium. Brevioribus æſtivis noctibus & feſtis diebus, 15. ſantum cantica graduum, terna ſimilirer oratione diſtincti. Lectiones hyemalibus vigiliis ita producebantur, ut Prophetis, qui Calendis Novembribus ponuntur, duabus fere hebdomadibus expenſis, aut denuo a quocumque eorum reperentur, aut aliqua quædam adderentur. Unde & eumdem virum, ſub una quondam lectione, Danielem totum, dum tertius lecturus aſſurreciſſet, expleviſſe percepimus. Item poſt dies Natalitios Apoſtolus, & a Septuageſima Epsaticus uſque ad dies paſſionum, & in ipſis Hieremias, integre ad vigilias legebantur. Quorum nunc plurimum ad menſas ſupplesur.

82 Et ſuper hoc poſt reliquum curſus nocturni, & pſalmorum conſuetudinalium, uſque ad ſignum crepuſculi, a pluribus plerumque pſalterium ſigillatim ea integro dicebatur. In quibus cum ceteri aliquando quid remiſſionis expeterent; hic ita infracto robore ſomno tepugnans, ad nullam fere ſedebat laſſitudinem, ut & tuto, quantum id protenderetur, pervigil ſtaret intervallo, & matutino officio vel primæ horæ, quæ continue ſubſequitur, cum pſalmis 7. pœnitentiæ & litania, expleto, mox lectioni accederet: ubi cum ei aliquando ipſa vincente natura ſomnus obrepeteretur, a codice ſe ſtatim exeuniens, huc illuque, pſalmi quid ſemper demurmurans, ſpatiabatur: maximumque æſtivis matutinis hujuſmodi in eo cernere erat ſpectaculum, quibus aut rarovillum aut numquam, lectulum repetiiſſe ſuſi minutio ſanguinis intereſſet, cognovimus. Nam noctu vel intervallis, hyeme vel æſtate, ſi ita forte intempeſtivæ vigiliæ longe ante lucem explerentur, ut nimia fatigatio compelleret, paullulum ſe lecto reclinans, tam feſtinus illico reſurgebat, ut nec obdormiſſe quidem credexeſur. Illud autem ſæpe ea ure ejus ipſi audivimus, quod ab ipſis converſionis initiis, hoc adverſus ſomnum matutinis horis continuum traxerit bellum, quod numquam ſupeeare valuerit, quin iiſdem hoeis ſemper redires infeſtior: Ex veteri, inquiens, ſeculi conſuetudine, hunc mihi blandum hoſtem nutrivi, quia noctibus vigilans; mane ſomno uſque in mulsam diem indulgebam, unde hucuſque, etſi non videsm crepuſculum, tamen adeſſe ipſe quotidie ſomnus pronuntiat. F

83 Ad ſuperiorem ſcientiam ante converſionem, uſum lectionis, in quibuſcumque divinarum litteraeum libris, tanto ſtudio adiecit, us eminentiſſimorum Doctorum fere nullus eum præterierit, donec Spiritu ſancto prævio, ad omnem, quantum mortalibus fas eſt, notitiam Scripturarum, pervenerit. In his peimum moralia B. Gregorii ordine quam ſæpiſſime, pene cunctas ex eo continentias ſenſentiarum ſta memoriæ commendavit, ur in communibus exhortationum ſive locutionum confabulationibus, omnis ejus oratio ex eiſdem libris decurrere videretur. Nec minor ei Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, & ſi quis anniquorum ad manus veniſſet, lectio erat. E quia ad id temporis, utpote ſtudiis frigentibus, pene nec ipſi codices inveniebantur, Auguſtini in Joannem & pſalmos, & de civitate Dei integre perlegit. Poſtremum in libris de Trinitate multa intentione ſudavit: in quibus, cum de dialecticis rationibus quædam offendiſſet, maxime, ubi propter demonſtrandam relationem Patris ad Filium & Spiritus ad utroſque, eam quæ dicitur Ad aliquid, categoriam introduxit, ejuſque occaſione, de omnibus quoque decem Prædicamentis ſtrictim quædam inopiæ cauſſa ad aliquid eorum impelleret. Quin podam commemorat;

AUCT. ANON. ABB. Ex MS. D

E

AUCT. JOAN. ABB. EX MSS.

ſcholaſticam mox ſuper his ſibi apricudis exprtens, ab ipſis introductionibus Iſagogarum laborem artipuit lectionis. In quo, cum diu ingenita ſibi vivacitate ingenii, & ut in rebus cereris, quas unquam arripuerat, indefatigato labore luctaretur, repente Domous Pater Einoldus medios præcidit conatus. Is enim rerum earumdem jam olim ſtudioſiſſimus, & quanto labore ea conſtarent eapertus, tempora in his fruſtra eum nolens expendere, brevi prohibitione averte, & ut animum potius ſacra lectione occuparet, ubi ſatis ſuperque & ſcientiæ, &, quod majus eſt, ædificationis ei doctrina ſuppeterer. Ille qui obedientiæ limitem tranſgredi non ſemel juraverat, mox incepto renuniat, & in divina, ut in principio, ſe totum tranſponit. Præterea Gregorii in Ezechielem multo uſu detrivit, ut pæne memoriæ commendaſſe videretur, Ad ſummam, ejuſdem quæcumque eſſent B. Gregorii unice præter cetera amplexus eſt.

A

jol tear o- ſolitoo, ut ſibi ml ne

84 Quamquam non inter hæc, Vitæ, converſationes vel dicta quorumcumque Sanctorum peculiari ſtylo deeis conſcripta, eum præterierint. Quippe qui ex ipſis in uſum prope converſationis ſibi aſſumpſerit, Antonium, Paulum, Hilarionem, Macarium, Pachominum, & reliquos etemi ſectatores. Tum Martinum, Maximum & ſanctiſſimum Epiſcopum Germanum, ad hoc & quoſcumque auſterioris vitæ prælegerat, ſi tempora paterentut, forſitan attentare molireturi quod utique ea ea, quam arripucrat, caſtigatione dabatur concere. Quem tamen etſi in laboribus corporis diſparem, in virtutibus animæ non fere alium magis ipſorum amulum noſtram vidiſſe ætatem certo proferre non trepidaverim. e Joannis cujuſdam Alexandrini Patriarchæ, quem Eleimonem cognominant, actus, pene memoriæ retinens, in omnibus fere ſermonibus, cum grata & amica duleedine, reducebat, audienteſque ex eo multa attentionis ſuavitate retinebat.

Vitas SS. ſedulo ve- ſolit,

B

præſertim S. Joannis Eleemoſyn.

c

n Quid Imapum *ſit, non ſatis aſſequor: & forſan vitioſe ſcriptum.*

b Carmrin *videtur eſſe, quod nos* plauſtrum vini, *Teutonice* een voedewyns *appellamus.*

Sportula.

c Hujus ad 23. Jann. acta diligenter diſcuſſimus.

CAPUT X.

B. Joannis ſedulitas in bonis monaſterii colendis & œconomia: in ædificiis, templique ornatu curando, induſtria: mirabilis abſtinentia.

C

85 ET quia de ſingulis proſequi operoſum nimis videtur, quorum non minor cum ſcientia vel imitatio aſſueſcerat; illud miraculo omnibus erat, quod cum in iis tantum exercitii haberet, nihilo tamen quæcumque in rebus exterioribus agenda eſſent, remittebat, quin circa diverſa diſcurrens, & ſingulis ordinandis præcepta conſtituens, omnem totius monaſterii in tam multiplicibus artibus & officiis rem ſtrenue procuraret. Cumque poſſeſſionum monaſterii univerſa in eum cura recumberet, ratus tamen illi ad eas proceſſus, potiuſque de ipſo monaſterio quæque foris agenda eſſent, dictabat, brevique ſub tempore miniſtris evocatis, menſis aut amplius quod ipſi expletum referrent, edicebat. Cum emmentior quæliber cauſſa eum extraxiſſet, & ad cauſſas agendas reſidere eum neceſſitas impuliſſet; id, quanto citius negotia rerum patiebantur, acceleratum, feſtinus, interdum quoque nec pranſus, monaſterium repetebat. Si quando foris manere res aut tempus exigerer, inquantum poterat, & potus meoſuram monaſtrrio ſolitam contimebat. Nam ſtratus numquam regulam commutavit, ut plumam ſibi ullatenus præter capiti tantum ſubſterui permitteret: quod ex ipſo Magiſtro ſuo Domno Einoldo, qui ex ipſis initiis hoc in finem uſque domi foriſque ſervavit, ut vere diſcipulus Doctori regenerans pedibus eſt ſubſecutus.

Diligenter ſervetur poſſeſſiones monaſterii curatis

non diu ſe- rit haretis

cum id ne- ceſſe, non tamen lo ſtomis diuinis,

exemplo Einoldi:

D

86 Sed & in ipſis prandiis ſecularium cauſſa plurimum gravabatur; non tamen, ut quiſquam eorum hoc vel leviter perſentiret. Nam ad omnem copiam eis, quantum vellent, non deerat, & ipſe cum eis multa jucunditate & condeſcenſione ſeſe gaudeotem & comem in omnibus exhibebat: ſed dum poſtmodum ſpiritualibus quibuſque colloqueretur, docendo ingeminabat, ſe numquam ita ſecularium convet ſationi vel ad breve poſſe inrereſſe, quio aliquid de conſueto ſibi modo converſationis deperderet, inſuper & rerum Fratrum plura invitus expenderer. Nam ita familiariter dicebat, dum ſermocinario aliquando incideret de Fratribus res foris curantibus, quod non tam crebro eos per ſe ea agere expediret, & verbo potius miniſtris laicis mandarent, ipſique clauſtro ſe cohiberent; Nemo, inquiens, aliquando me magis cautous extitit, & qui plus tenaciæ atgueretur, & revera qui parcior foris eſſet, dummodo monaſterio torum, ut opus eſſe cernebam, conveheretur: ſed numquam, inquit, potui tantam adhibere diligentiam, ut quoties cum eis comedi, non fere tanta expenderem, quanta Fratribus diario conſuero ſufficerent. Cum enim quilibet, inquit, viantes, privatorum, ſeu majorum, ſi qui in illa vel illa poſſeſſione, quæ eſſet monaſterii, ex monachis adeſſet perquirerent; & forte me ibi comperent, ſpecie ſalutaodi divertentes, non congrue inrogati menſa poterant ablegari, & ſic utique non poteram obſervare, ut quæque Fratrum foris erant, vel quæque, quoque ingenio acquirebantur, iutegre, ut animus erat, monaſterio inferretur.

le otilia hmmoaliter cum id po- ſſet, ſtrenue fecit

metuit tamen ad tan exeandas familias ac- ti, quam Fratribus, in bonam manaſtoli,

E

87 In ipſis judiciis etſi ab aliquibus notaretur, tectitudinis vel juſtitiæ limitem nullatenus excedebat. Ubi ſuperbia vel contumacia quoſdam ſupinos vel efirenos reddiderat, dum æquata ceteris colla reſtingere, etiamſi potentiorum patrocinia ſibi parare contenderent, nullo poterat inclinari. Ad id demum tota ſibi ſpectabat intentio, quidquid juſtitia acquirerer, totum fideliter monaſterio inferre: & illud optime cavit, ne ſacculus unquam monaſterii qualibet doli vel miſerorum fraude & calamitate contaminaretur. Æſtimaverit quiſque quod velit: ego certa fide libere pronuntiaverim, illum, & ſemper odiſſe iniquitatem, & Domino greſſus ejus ſecundum eloquium dirigente, non eam illi, quantum humana patiebantur, dominatam fuiſſe. Qui uſuris eum inſeruiſſe, & ſub ſpecie monaſterii neceſſitatum, lucra undecumque æſtimant egiſſe, ex luomet illum ingenio metiuntur: non quod in eotale quid aut videtim aut certo didicerim.

vel prodeſſe ſatagit,

quod poſſit ſolus juſtitiam Plato 8 Rep.

F

88 Commodabat equidem plurima & recipiebat, cautus, ne quo dolo debitorum falleretur, & ſecundum illud *a* Perſii.

commodata exacte re- poſcit,

a

Doctus & ad calicem vigilanti ſtettere naſo.

Quod iſte meliori mutaverat arte, ut prudens diſpenſator Dominicæ ſubſtantiæ, ſumma induſtria obſervabat, ne quid rerum monaſterii deperiret, illud ſæpe de dictis B. Gregor. ad quemdam Diaconum res Eccleſiaſticas curantem commemorans: Res, inquit, hæ nec meæ ſunt, nec tuæ. Ita age, ut de bis ci, cujus ſunt, rationem redditurus. Si frumentum, vium, ſal, vel quæcumque ad eibum pertinentia, ſimiliter ad veſtitum commodabantur, ejuſdem menſuræ vel quantitatis repoſcebantur, ut nihil ſupta exigeretur. Argentum pondere juſto vel commodabatur, vel commutabatur: oec ipſum, quod moneta jure extorquet, ullateuus petebatur, ſed quantum quis accipiebat, aut dabat, æqua laoce reſundebatur.

ſed ſua ſui aoret:

89 Nam ex laboribus agrotum & vinearum, in quibus ſumma arte præcellebat, ſummoque ſtudio erat aſſiduus, in rantam ſupellea monaſterii copiam ei divina cooperante gratia exubetaretat, ut nulla cum

multa modo ſervio acquirit

tius

A *enimiam in commune, cum iis ſeſe univerſi ſunt plerique, ſepoſito timore Numinis, promiſcue contaminantes cum præcipue Principum ac magiſtratuum, quorum ſcelera etiam in ſubjectos populos vindicantur, tanto severius, quo altius in illorum quoque perverſa ingreſſi ſunt veſtigia. Malorum ingentium, quibus Gallieni temporibus, an. 260. ac deinceps Romanum conſlictatum imperium eſt, Valeriani impietas, artis magicæ feralesque præſtigiæ, atque immanis adverſus Chriſtianos crudelitas, anſam præbuerunt. Alioquin eum ita a Sapore Rege Perſarum captus eſſet*, Gallienus ejus filius, poſteaquam rerum ſummam ſolus obtinuit, lenius ac moderatius (*ut Ruffinus l. 7. c. 17. ſcribit*) erga noſtros agere inſtituit: datiſque decretis, inhiberi ſupplicia, perſecutionemque ceſſare, & quin quiſque putat more exorare quod Divinum eſt ſivit. *Sed ipſi inter ſe Gentiles atrocibus bellis colliſi ſunt, tum aliis in provinciis, tum præcipue in Ægypto apud Alexandriam: unde fames ac peſtilentia. De bello idem Ruffinus c. 18. ita ſcribit:* Sed apud Alexandriam, etiamſi nulla extrinſecus mali cauſſa ſit, eo ipſo quod genus hominum ferox, ſeditioſum & ſemper inquietum eſt, civiles inter ſe motus & bella, non virtutis merito, neque ob defenſionem, ſed ob necem atque interitum civium commovebant.

B 5 *Dilucidius exponit Trebellius Pollio (a Baronio quoque citatus) in 30. Tyrannis n. 21. ita ſcribens:* Et hoc familiare eſt populo Ægyptiorum, ut furioſi ac dementes de levibus quibuſque ad ſummam Reip. pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas ſalutationes locum in balneis non conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calceamenta ſervilia, & cetera talia, uſque ad ſummum Reip. periculum ſeditionis, ita ut armarentur contra eos exercitus, pervenerunt. Familiari ergo ſibi furore quum quodam die cujuſdam ſervus Curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militarie ob hoc cæſus eſſet, quod erepidas ſuas meliores eſſe quam militis diceret; collecta multitudo ad domum Æmiliani Ducis anceps venit, arque eum omni ſeditionum inſtrumento & furore perſecuta eſt: victus eſt lapidibus, peritus eſt ferro: nec deſitit ullum ſeditionis telum. Qua coactus Æmilianus ſumpſit imperium, quum ſciret ſibi undecumque pereundum. Conſenſerunt ei Ægyptiacus exercitus, maxime in Gallieni odium. Nec ejus ad regendam temp. vigor deſuit: nam Thebaidem totamque Ægyptum peragravit, & quatenus potuit barbarorum gentes ſorti auctoritate ſubmovit. Denique Alexander vel Alexandrinus (nam incertum id quoque habetur) virtutum merito vocatus eſt. Et eum contra Judos pararet expeditionem, miſſo Theodoto Duce, Gallieno jubenta, dedit pœnas. *De Æmiliano agit Trebellius idem in Gallienis duobus ita ſcribens:* Per idem tempus Æmilianus apud Ægyptum ſumpſit imperium: occupatis horreis multa oppida malo famis preſſit. Sed hunc Dux Gallieni Theodotus conflictu habito cepit, atque Imperatori Gallieno vivum tranſmiſit. Ægyptus enim data Æmiliano per Tranſl. hebaitanos milites, cum Gallienus in luxuria & pecbitate perſiſteret.

6 *Hæc interſtitii belli famiſque occaſio. Prolixe de iis agit Euſebius l. 7. hiſtor. Eccleſ. c. 16. & 17. ex S. Dionyſii Epiſcopi Alexandrini epiſtolis ad varios, ac præſertim ad Hieracem Ægypti Epiſcopum, tunc ſcriptis. Brevius rem perſtrinxit Ruffinus l. 7. cap. 19. & ſeq. cujus narratio ad noſtrum ſatis erit.* Refert, *inquit*, in epiſtolis ſuis Dionyſius, ita a propriis civibus eſſe vaſtatam deletamque urbem, ut illa quæ conſtipatione populorum via ſolerer digredientibus incedendi ſpatium dare, nunc eouſque pervenerit, ut conſpicere in plateis hominem valde ratum ſit: madera omnes civium ſanguina vias, cadaveribus obtegi, & ne ad ſepeliendum quidem ſufficere qui ſuperſunt. Unde & poſt belli rabiem ferriqua vaſtationem, corrupti aeris ex fœtore cadavarum peſtilentia: ita ut ſi quis ferro ſuperfuerat, idem morbus abſumeret.

7 *Deinde* 20. Scripſit autem de hic idem Dionyſius in epiſtola paſchali, quæ ſolenniter per annos ſingulos legi ſolet, his verbis: Aliis ſorraſſis hominibus non videatur tempus hoc, tempus eſſe ſolennitatis, quoniam quidem luctus ubique & acerba lamentatio in plateis eunctа circumſtrepit: gemitus verotneſt & mugitus in domibus propter multitudinem morientium. Sicur enim de primogenitis quondam Ægyptiorum teſtatur, ita etiam nunc ingens ubique clamor atrollitur: Non enim eſt domus, ſicut ſcriptum eſt, in qua non ſit in ea mortuus. Primonamque ipſi manibus ſuis partem maximam & meliorem populi ecciderunt, perſequendo Sanctos: partem alteram bella inteſtina rapuerunt: partem vero quæ ſuperfuerat, peſtilens nunc ægritudo conſumit. Sed nos nec in perſecutionibus, cum jugularemur, a feſtivitate ceſſavimus: nec unquam nobis poteſt ſolennitas impediri, quibus præcipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus, quicumque a tyranni eligebatur ad pœnam, ſive ager ille, ſeu deſertum ſint, ſive inſulæ, ſive carcer, ſolennitatem nobis impedire non potuit. Lætiſſimam vero ſuper omnes habuere ſolennitatem beati Martyres, qui cum ſanctis Angelis in cœlo paſcha curarunt. Poſt hæc perſecutores noſtri in ſemetipſos manus ac tela verterunt. Sed ne ſic quidem noſtrorum feſta turbata ſunt. Inſeevuit eſt hic peſtilens morbus & plaga terribilis: ſed illic multo terribilior & gravior, quos nec ſpes ecigit ſuturorum. Nobis veto hæc omnia exercitia quædam virtutis, & fidei probamenta ducuntur. Quamvis enim denſior ſæviorque paganos magis quam noſtros morbus invaſerit, tamen nec a noſtris quidem penitus abſciſsus eſt.

8 *Denique Sanctorum, quorum hodie memoria recolitur, ita Dionyſius idem apud Euſebium admirandam caritatem prædicat. Damus ex Chriſtophorſeni interpretatione:* Quamplurimi e fratribus noſtris adeo immenſo quodam caritatis & fraternæ benevolentiæ ardore erant inflammati, ut minime ſuæ patcentes vitæ, ſed ipſi ſibi inter ſe firme adhærcſcentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla ſui cura aut cautione adhibita, ſedulo inviſerent, illis inſervirent aſſidue, ob Chriſti amorem curarant, una cum illis decedetente e vita, libentiſſime aliorum contagione infecti, etiam morbum a proximis quodam modo ad ſe atteaherent, ſuaque ſponte aliorum mœrores benevole mitigarant. Multi item dum aliis ægrotantibus curam adhibent, illiſque vires reſtituunt, ipſi aliorum mortem in ſe derivantes, vitam amittunt: & verbum illud quod vulgo dicitur, quodque veræ benevolentiæ ſolum videtur convenire, nimirum ut ſinguli pro amicis abeant e vita, ſeque eorum cauſſa (ut ita dicam) rejectamentum efficiant, reipſa expleverunt. Ea fratribus igitur, qui virtute facile erant præſtantiſſimi, ad hunc modum mortem oppetiverunt: quorum nonnulli erant Presbyteri, alii Diaconi, quidam e populo virtutis ergo multum commendati: adeo ut iſtud mortis genus, quod propter eximiam pietatem & robuſtam fidem ſuſcipiebatur, nihil a martyrii ſplendore abeſſe videretur. Quin etiam Sanctorum corpora manibus arectis ſupinisq, excipere, gremio ſuo reponere, occludere oculos, ora obturare, geſtare humeris cadavera, decenter ornare, illis adhærcſcare, amice complecti, lavare accurate, & linteo funebet obvolvere, non ſunt gravati: ipſique qui ſupererant, paullo poſt ſimilia officia in ſe collata propterea adepti, quod eamdem mortis viam inſtarent, quam qui præiverant inſiſtiſſent.

9 *Verum poſtrema hæc minus apte expreſſa videntur. In Græca eſt:* Μεταμιχθὲν γὰρ τοῖς ἔθνεσι τὸ ἐν τῇ πολιτείᾳ ἑστηκὸς ἐφ' ἑαυτοῦ τοῖς πᾶσι. Paullo poſt patia conſecuti ſunt, iis qui reſidui erant, ſemper antecedentium acta imitantibus. *Illa porro quibus hos eorum fuſtum martyrio comparatur, fideliter verſa, ſic enim habent Græca:* οὐκοῦν τοιοῦτος τέλος ἐδίδου διὰ πολλῶν ἐνεγ-

AUCT. I. B. D

Exo. 12. 30 Chriſtiani, maxime pupilli pueri, ceſſa pro fide vaſa.

1 Pet. c. 13.

E

alia pars belli coeſumpta,

ei peſti,

hos corroborat ſuos Chriſtiani juvant,

F

præſertim Sacerdotes, Diaconi, alii; nihil

ei miniſteriis immorentibus,

Malo publico ob Principum ſcelera.

ita ob Valerianum,

ſub Gallieno, ſicut antiquo, varia,

Dissimilia non tumultum.

a ſeditioſa plebe,

ob rem levem.

Æmilianus Dux fumit in Ægypto imperium,

inde famis orta,

poſtea vaſtata Alexandria:

AUCT. G. H.

ἕκαστος γὰρ τῶν ἐν χερσὶν ἐφόμενοι, μᾶλλον ἀνεδύοντο μαρτυρίῳ πνεύματι. *Quæ porro Sacerdotes tunc impenderunt infirmis officia, ea præcipue ſpiritalia videntur fuiſſe, ut eorum animos ad mortem velle obeundam compararent, Sacramentis, quæ ea acceſſit poſtulat, impertiendis. Diaconi autem eos, antea confeſſione a Sacerdotibus expiatos, Euchariſtia mu-*

A

que obſequia agris Sacerdotis impendebantur.

niviſſe: Laici corpora præcipue curaſſe. Quamvis neque priores curam corporum neglexiſſe exiſtimarim, ubi res tempuſq; ſinebat. S. Dionyſii epiſtolam iiſdem, quibus apud Euſebium extat verbis, recitat Nicephorus Calliſtus l. 6. c. 20. Obiit ipſe deinde Dionyſius *anno Galieni* 12. *Chriſti* 264. *ac* 27. *Novemb. colitur.*

D

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

CELERE, sive CEREALE, PUPILLO, sive PUPULO, SERAPIONE, JUSTO, CLAUDIANO, sive CLAUDIO, THEOPHILO, VICTORINO, SATUNINO, EPPOLO, EUTHECIA, ASTUTA, MUSTILA, ALEXANDRO, VICTORE, SECUNDELLA.

B

E

ITEM CAJO ET FELICE,

G. H.

Sylloge hiſtorica.

XXVIII. FEBR.

1 *Quod penes nos eſt, ab annis prope mille ſcriptum martyrologium Romanum, quod S. Hieronymi profert nomen, die* 28. *Februarii enumerat ſex & triginta Martyres, in duas velut turmas diſtinctos: priores, de quibus jam agimus, Alexandria tribuit, poſteriores abbi paſſos memorat, nullo certo loco deſignato. Martyrologia alia, tam mſſ. quam excuſa, illos varie miſcent, & immutant, ac numerum minuunt: quæ ipſa aliquam tamen lucem conferunt, ac neceſſario hic ſunt recitanda. Ac primo duo priores, & forſan duo alteri ceterorum, ſoli referuntur in Adone mſ. Regina Sveciæ, his verbis:* Item Cereris (*lege* Celeris) & Pupilli. *Hoc omiſſo, junguntur* Celeri *duo alii in antiquo mſ. Latienſi:* 11. Kal. Mart. In Alexandria SS. Serapionis, Celeri, Claudii. *At* Seraplon & Claudius *ſoli leguntur in mſ. Leodienſi S. Lamberti, & abſque mentione urbis Alexandrinæ. Plures junguntur in mſ. Tornacenſi S. Martini:* Pridie Kal. Mart. In Alexandria natalis SS. Celeris, Serapionis, Claudii, Victorini, Saturnini, Alexandri & Victoris. *MS. Richenovienſe, ſive Augiæ diviſit, parantiquum hoc refert:* In Alexandria Celeris, Pupilli, Serapionis, Juſti, & Claudii. Theophili, Victorini, Eppoli, Aſtutæ, Mitilæ, Alexandri, Victoris. *Qui in hoc Martyrolog.* Claudius *dicitur, ab aliis* Clsudianus *appellatur. In mſ. antiquum monaſterii S. Cyriaci, quo uſus pariſiunum eſt Baronius in exornando Martyrologio Romano:* Pridie Kal. Mart. Nat. Celeris, Pupilli, Serapionis, Juſti, Claudiani. *Demum Martyrologium ante laudatum S. Hieronymi hos omnes recenſet hoc ordine:* Pridia Kal. Mart. in Alexandria natalis Celeris, Pupilli, Serapionis, Juſti, Claudiani, Theophili, Victorini, Saturnini, Euthecie, Aſtutæ, Muſtilæ, Alexandriæ, Victuri, Secundellæ. *Ex his* Euthecia *& Secundella ſolum in hoc Martyrologio S. Hieron. memorantur, &* Muſtila *ſcribitur, quæ* Mitila *eſt in mſ. Richenovienſi:* Victorus *etiam &* Victurinos, *qui alias* Victur *&* Victoripos, *Nomen quoque* Alexandriæ *ut Sancti poſitum, quod* Alexandri *eſt in mſ. Richenovienſi & Tornacenſi, & nobis magis probatur. Adjunximus* S. Eppolom *ex dicto Richenovienſi, licet deſit in mſ. S. Hieron. In mſ. Aquicinctino.* In Alexandria SS. Dionyſii, Claudiani, Theuphili. *Ex his* Dionyſius *forſan ſpectat ad* 27. *Februarii, cum* 24. *alii in Africa* Martyr.

Celer, Pupillus,

Serapion, Claudianus,

Juſtus, Theophilus, & alii,

2 *In mſt. nonnullis addantur alii Sancti ex altera forſan mox danda claſſe. Ita* Telia *adjungimus iis eſt in mſ. antiquo S. Richarii his verbis:* Pridie Kal. Mart. Natalis SS. Publii, Juſti, Theophili, & Felicis Martyrum. Publius *ballenus alias* Popillus *fuit.* Felia & Cajus *junguntur in mſ. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus:* Item SS. Celeri, Pupilli, Gagi, Juſti, Claudiani, Felicis. *In mſ. S. Maximini nonnum additamentum eſt his verbis:* Item Celeri, Pupilli, Gagi, Juſti, Claudiani, Theophili, Macariæ, Felicis. *At* Macarius *legitur in mſ. Pragenſi & Roſſinus addatur. Verba illius Martyrologii ſequenti titulo dabimus. At mſ. Aquigranenſe iſta habet:* In Alexandria natalis SS. Celeris, Pupilli, Claudianoni (*imo* Claudiani,) Macharii, Gagi, Serapionis. *In mſ. parvo S. Maximini antiquo eſt memoria* Juſti, Servilliani, Opuli, Gagiani. *Pro ultimo alibi nomen* Gagi *legitur, qui* Cajus *eſt, &* Opulus *in mſ. Richenovienſi* Epolus *dicitur.* Servillianus *eſt* Martyr Smyrnæus 27. *Februarii relatus, aut* Servilia, *hic alteri turmæ adjuncta. Rabanni Mauri hoc refert in ſuo Martyrologio:* 11. Kal. Mart. In Alexandria SS. Celeris, Pupilli, Ligici, Serapionis. *Mendum de* Ligicu *ita corrigit Norkerus:* Pridie Kal. Mart. In Alexandria Celeris, Pupilli, Gaii, Serapionis. *Ex* Csjus, *ſen* Gajos, *alii* Gagus, Gagianus *& corruptiſſime* Ligicus *appellatur. In mſ. Pariſienſi Philippi Labbei noſtri iſta referuntur:* 15. Kal. Mart. Celeris, Pupilli, Claodiani, Macari, Gajæ, Rufinæ, Joſti, *ex quibus mox dandis* Macarius & Rufinus, *niſi* Rofunia *ſit Martyr in altera claſſe Martyrum, aut* Rufina Virgo, *de qua infra, intelligatur: quam Hermannus Greven in auctario Uſuardi ſeparat, & da aliis iſta memorat:* Item SS. Celeris, Pupilli, Claudiani (*imo* Claudiani) Macarii, Gaii, Serapionis.

altedi adjuncti, Felicis, Cajus,

Macarius, Macarius

3 *Quod hactenus ex* 13. *codicibus iiſque illuſtribus, & cunctis antiqua manu exaratis, dedimus nomen* S. Celeris, *aut* Celeri, *atque in unico mſ.* Cereris, *videtur etiam inverſis ultimis conſonantibus, ſed non abſque mendæ,* Cerelis *ſcriptum: unde* Cerealis *nomen formatum, quod legitur in Bedæ excuſo: cum* Pupulo, *pro quo in omnibus fere iiſdem codicibus* Pupillus *eſt, in uno* Publius. *Verba Bedæ ſunt:* In Alexandria ſanctarum Martyrum Cerealis, Pupuli, Gaii, Serapionis. *Citata Bedæ auctoritate in Martyrologio Romano prope totidem verbis iſta habentur:* Alexandriæ paſſio SS. Cerealis, Pupuli, Caii & Serapionis. *Adnotat Baronius,* conſentire vetera manuſcripta monaſterii S. Cyriaci, in quibus addunturClaudianus & Juſtus. *Galeſinius in duas quidem turmas diſtinguit, ſed novo plane ordine digeſtas, atque a priore ita diem* 28. *Februarii auſpicatur:*

de Celeri etiam Cerealis dicitur, & Pupillus Topiot.

AUCT. G. H. D

A catur: Romæ ſanctorum Martyrum Celerii, Pupili, Claudiani, Juſti, Macarii, Nicephori, qui in perſecutione Diocletiana poſt dimicationes & vitæ cruciatus varios, demum inſigniter coronati ſunt. *Cauſſus in mart. Germanico deſcribit Galeſin. Hic ea Notatio. ſecundum appellat* Pupulam, alias Pupillum, *inquit*, ſed depravatę, ut ex libris recte ſcriptis animadvertimus. Horum martyrium Alexandriæ editum Beda ſcribit, at Romæ nos ſcripſimus, codicis antiquam ſcriptionem ſecuti. *Ita Galeſinius, qui citata eadem* Beda & Cod. mſ. *poſteriorem turmam ita aſſignat*: Alexandriæ beſtotum martyrum Cxrealis, Caji & Serapionis. *Refers hos tres Beda cum ſolo Pupulo ex priore turma, ut pro hac non debuerit rejici, cum quinque aliorum non faciat mentionem*. Celerem, *quem* Celerium *nuncupat Galeſinius a Ceroale alium non arbitramur*. Macarius & Nicephorus *ad ſequentes claſſes ſpectant, De reliquis abunde ex variis mſſ. egimus, & forſan cum tadio lectoris, qui tamen laborem noſtrum, ut ſpero, boni conſulet, cum ſentiet cavere nos id unica conatos, ne quid aut lectoris judicio ſubtrahere mus, ut ipſi præcipitanter aſſirmaremus*,

4 *Cum* SS. Macario & Rufino, *de quibus mox agemus, junguntur* Juſtus & Theophilus, *qui ad hos forſan Alexandrinos ſpectam, eoſque quatuor martyres Ferrarius in catalogo SS. Ital. cum Roma adſcripſiſſet, annotat*, a Beda Alexandriæ paſſos referri, *ab eoq;* pro Rufino & Theophilo, poni Celerium, Pupilum, Claudianum, & Nicephorum. *Quæ non inſpecta Beda ex Galeſinio deſcripta ſunt, cum unius* Pupuli *mentio ſit apud Bedam. De martyrio ab iis Diocletiani perſecutione exantlato nihil alibi legimus. Reliqua ex ſequentibus clariora reddentur*.

alii ab eo turbi fe junxiſſe.

DE SANCTIS MARTYRIBUS
MACARIO ET RUFINO
ITEM JUSTO ET THEOPHILO

B E

Sylloge hiſtorica.

G. H.

XXVIII. FEBR.

5 INter duas claſſes plurimorum martyrum *in antiquo mſ. Martyrologio Romano, ſive S. Hieronymi, hoc die relatas, interponimus hos ex aliis Martyrologiis arbitratus: de quibus, quia alia aut non fuerunt ſcripta, aut non intercederunt, dubitari non immerito poteſt, num forſan ad illas claſſes ſpectent; nimirum* SS. Macarius & Rufinus *ad ſequentem, ad priorem vero* SS. Juſtus & Theophilus: *quod de his quidem duobus veriſimilius nobis videtur. Ut liberum cuique judicium ſit ſingula Martyrolog. excutiemus.*

Aliqua de his Sanctis controverſa.

2 *Unius, & quaſi aliorum anteſignani, meminit mſ. Leodienſe S. Lamberti his verbis*: Ipſo die S. Macharii martyris. *Socius additur in mſ. Trevirenſi S. Martini* Rufinus, *unde hiſce vocabulis*, Machari, Rufini. *De Uſuardi ſenſu nonnulla controverſia eſt, ex antiquioribus & magis probatur codic. eruenda. Hi fere ſunt duo mſſ. cod. Gabii S. Germani Pariſius, in quo ipſe Uſuard. monachus fuit, & martyrol. ſcripſit: duo item codic. noſtri mſſ. quorum prior fuit olim Augaſtini Hunnæi Dallaris Lovanienſis, quoq; uſus plurimum eſt Doctor Jaan. Molan. in ſua Uſuardi editione: alter mſ. codex in Italia, & forſan regno Neapolitano, exaratus eſt, pauculis ſubinde adjectis*: nam ad 5. *Id. Febr. prima loca refertur* S. Sabinus Epiſc. Canuſinus, *in aliis martyrol. vix natus, nisi ad 17. Vitum pag. 311. n. 8. videri poteſt. præterea duo cod. mſſ. Ultrajectini, quorum alter pertinuit aliquando ad Eccleſiam S. Mariæ, & magis diſcrepat ab Uſuarda, alterum Carthuſiani habuerunt. His adjungendi duo alii codices, monaſterii Marchianenſis prope Duacum, & collegii Gandenſis Societ. noſtræ ſecundum uſum antiquum Eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis: quibus conſentit Uſuardus excuſus Pariſiis an.* 1536. *In his omnibus iſta leguntur*: Eodem die Sanctorum Macharii & Rufini. *Wandelbertus ante octingentos circiter annos eiſdem Martyribus ſuum Februarium concluſit hoc diſtichon*.

Machariu pridie Rufinus jungitur almus.
Hic finis Februi concludit lumina menſis.

addantur Juſtus & Theophilus in aliis MSS.

3 *In aliis nonnullis mſſ. Martyrol. addantur* Juſtus & Theophilus. *Ita mſ. Carmeli Colonienſis, Acquicinctinum, Bruxellenſe S. Gudila, & alia ſeptem exemplaria, Uſuardi quidem ſed ad uſum Eccleſiar. quarumdam Belgicar. acta, illos quatuor martyres eadem, qua ſupra relati duo ſunt, phraſi memorant*: Eodem die Sanctorum Macharii, Rufini, Juſti & Theophili: *in mſ. Colonienſi additur*, Martyrum. *Eadem leguntur in Uſuardo Lubeca* 1475. *excuſo, Martyrol. item Colonia an.* 1490. *& altero Lubeca cum Doctrinali Clericorum eodem anno impreſſo. Item apud Maurolycum, Felicium, Molanum. Petrus Equilinus l.* 11. *Catalogo c.* 130. *n.* 80. *iſta habet*: Macarius & Rufinus, Juſtus & Theophilus pridie Kalendas Martii martyrio coronantur: *apud quem, & nonnullos alios ſingula Sanctorum paria vocula* Et *copulantur. At Bellini Martyrologium ſecundum morem Eccleſiæ Romanæ, anno* 1498. *Venetiis excuſum, innuit majorem ſeparationem, dum interpunctione addita ad diſtinctas quaſi claſſes eos refert hac formula*: Eodem die ſanctorum macharii & rufini. Juſti & theophili. *Ubi poſt interpunctionem nomen* Juſti *ſolum charactere majore exaratur. Cæterum in omnibus hactenus relatis Martyrol. excepto Leodienſi, deſunt martyres Alexandrini, inter quos ia antiquioribus martyrolog. ſunt* Juſtus & Theophilus. *Quibus omiſſis, alii duo ex eiſdem Alexandrinis aſſumpti junguntur in mſ. Adonis Leodienſi S. Lauremii his verbis*: Sanctorum Macarii, Ruffini, Serapionis & Claudii martyrum. *Qui una cum præcedentibus conjunguntur in mſ. Florario*: Eodem die SS. Macarii, Rufini, Juſti, Theophili, Serapionis & Claudii. *In mſ. Martyrol. Pragenſi, omiſſa* Serapione, *alii aſſignantur ſocii*: Eodem die SS. Macharii, Ruffini, Juſti, & Theophili, Celeris, Pupilli, Gagus, Claudionis, Macharix, Felicis. *Quiomnes, demptis* Macario & Rufino, *in Martyrol. mſ. S. Maximini conjungi diximus ſupra, cum de martyribus Alexandrinis agaremus. Grevenus in auctario Uſuardi hos omnes conjungit*: Macharii, Rufini, Juſti, Theophili martyrum. Item Sanctorum Celeris, Pupilli, Claudianis, Macharii, Gaii, Serapionis, *nulla etiam facta urbis Alexandriæ mentione. Sed tam in auctario illo, quam mſ. Pragenſi duæ potius martyrum claſſes ſtatuuntur*.

ab aliis plures, ſed ex Alexandrinis, octo, ſimul junctis

4. *Hactenus locus martyrii neq; in mſſ. codic. neque in excuſis indicatur. Primus Galeſin. ut ſupra diximus, novo digeſtos ordine martyres, partim Romæ, partim Alexandriæ attribuit. In priore claſſe numerat* Macarium & Juſtum, *relictis* Rufino & Theophilo, *& iſta habet*: Romæ ſanctorum martyrum Celerii, Pupili, Claudiani, Juſti, Macarii, Nicephori, qui in perſecutione Diocletiniana, poſt dimicationes & vitæ cruciatus varios, demum inſigniter coronati ſunt. *Citat Galeſinius Bedam & corrigit, quod Alexandriæ eos adſcribat, quos Roma paſſos ex codicis antiqua ſcriptione ipſe aſſerit. Verum Beda ſolum* Pupuli *meminit*

Roma paſſos aliquot fortaſſe Gallicanos

AUCT. G. H.

A minit, qui cum Celere & Claudiano ſpectat ad Alexandrinos. De Juſto hac noſtra diſputatio eſt. A Galeſinio deſcripſit Caniſius.

& Menyl. ad Rom.

5 *In martyrologio hodierno Romano quatuor in titulo propoſiti Martyres referuntur his verbis.* Romæ natalis ſanctorum martyrum Macarii, Rufini, Juſti & Theophili. *Annotatque Baronius* de his agi in vet. manuſcript. & præcipue in veteri Martyrol. monaſterii Caſinenſis. *Quod idem jam eſtendimus: ſcilicet de his quatuor agi in variis mſſ. codicibus, non admodum antiquis, ac ferme Uſuardi, ſed auctis: duos autem poſteriores in mſſ. antiquioribus referri inter martyres Alexandrinos; ac ne quidem de SS* Macario & Rufino *indicari locum martyrii. Appoſitum poſtea eſt margini ad dictos Baronii annotationes, eos paſſos eſſe* in Diocletiani perſecutione: *quod forſan, una cum urbe Roma, ex ſolo Galeſinio ſumptum. Ferrarius in Catalogo SS. Ital. de eiſdem quatuor agit, ac Roma paſſos cenſet, Eum ſupra correximus.*

Alii ab his Martyres Hiſpali paſſi.

6 *Tamajus de Salazar in Martyrol. Hiſpan.* SS. Machariom, Juſtom, Rufinum & Theophilum *contendit Hiſpali paſſos, ſecutus Franciſcum Bivarium in Commentariis ad Dextri Chronicon, in quo ad an. Chr.* 115. *n.* 1. *iſta legantur:* Hiſpali in Hiſpania Bætica Macarius, Juſtus
B & Rufinus martyres in eadem perſecutione. *Trajani* paſſi, *nulla fuſta* Theophili, *aut diei menſiſq; mentione.* D *Colantur tres illi martyres Hiſpali* 12. *Febr. quo die pag.* 582. *de illis egimus.*

7 *Inter plurimas Sanctorum corpora, quæ Roma ex antiquis cœmeteriis reſoſſa eduxaque fuere, aliquammultis olim impetravit Claudius Annavivus Societatis Jeſu quintus Præpoſitus Generalis, & variis per orbem Eccleſiis ejuſdem Societatis donavit. Eo illius beneficio fruiti Patres collegii Barienſis in Apulia, obtinuerunt anno* 1613. *quatuor ſacra corpora, ex celeberrimo S. Priſcilla via Sularia cœmeterio extracta. Unius nomen appoſitum fuit, ſcilicet* S. Rufini, *ubi ejus ſocii habiti. Quia vero* S. Rufious *hoc die inſcriptus eſt variis Martyrologiis cum* SS. Macario, Juſto & Theophilo: *horum arbitrati ſunt reliquias eſſe. Tranſlati fuere Dominica* 2. *poſt Paſcha, quæ eo anno fuit* 21. *Aprilis: quo die de his Sanctis iterum agendum erit. Simili conjectura Romenſes* SS. Juſti & Theophili *ſacras apud ſe exuvias aaſervatas pie venerantur hoc* 28. *Februarii: &* S. Theophili *quidem viſuntur in ada S. Martini Majoris;* S. Juſti *in tribus eccleſiis, S. Franciſci, S. Gabrielis, & Deipara Mariæ, quæ Moretella cognominatur. De his legendus Maſinus in Bononia perluſtrata ad* 28. *Februarii, de prioribus reliquiis Antonius Beatillus noſter lib.* 4. *Hiſtoriæ Barienſis ad an.* 1613. *pag.* 230. E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

NICOPHORO, DIODORO, PAPIA, MACCCARE, TELLA, FELICE, CAJO, ENUCULO, JANUARIO, QUINQUIANO, MANSUETO, HERMETE, ZETHA, DONATO, SERVILIA, VENERIA, BASSILIA, JANUARIA, STERCOLA, SILVANA, MANINTIA, RUFUNIA.

G. H.

XXVIII. Febr.

1 *Altera hac eſt illuſtrium Martyrum turma, reſtituta antiquo mſ. Martyrologio Romano, ſive S. Hieronymi, ante mille prope annos exarato, quod his verbis diem* 28. *Februarii cum reliquo menſe concludit:* Et alibi Nicopori, Didori, Papiæ, Maccaris, Tellæ, Felicis, Gagi, Enuculi, Januarii, Quinquiani, Manſueti, Hermetis, Zethæ, Donati, Servilæ, Veneriæ, Baſſilæ, Januariæ, Stercolæ, Silvanæ, Maninthiæ, Rufuniæ. *Ex his qua poſt* Donatum *referuntur, faminæ videntur emnes fuiſſe: an inter priores* Tellas & Zethas *ſcribendi ſint ſicut* Papias *ac viri cenſendi, inter quos ſtatuuntur, an* Tella, *ac* Zetha *vocanda, non ſatis liquet. Loco* Gagi *poſuimus* Cajum: *ſimilare id ſcriptoribus mendum. De eo ut* Felice *quæri poteſt, an umbo ad Martyres Alexandrinos ſpectent, quod illi jungantur in variis mſſ. Sed quin ea mſſ. hujus Sanctorum turma non meminerunt, malim duos illos hac potius revocare. Erit forte qui utroque in ordine cenſeat collocandos.*

Turma 22. Martyrum.

ac Cajus & Felix ad Martyres Alexandrinos ſpectant?

2 *Qua hic* Servilia *dicitur, in antiquo mſ. S. Maximi minora appellatur* Servilianus, *niſi forſan eſt ex Smyrnais martyribus, de quibus actum eſt* 27. *Februarii. In mſ. Pariſienſi Labbei noſtri memoria ſit* Cajæ & Rufinæ: *priori ſubſtituendus* Cajus, *his martyribus adſcriptus; ac forte* Rufunia, *niſi ubique* Rufinus *ſit potius*

ac Rufinia ſit Rufina, & Maximi minora potius vocata?

legendus, & loco Maccaris *etiam* Macarius, *pro quo* Macaria *in mſſ. Praganſi & S. Maximini habetur: atque ita* SS. Macarius & Rufinus *ſupra relati ad hoc ſpectarent. Alterum id arbitrii eſto, qui his in rebus acutius cernent. In Martyrol. mſ. Mariani Gormani Abbatis Lagdunenſis in Hibernia celebratur* Manſueti Confeſſoris *memoria, qui nobis ignotus eſt, niſi ſit inter hos martyres indicatus* Manſuetus.

Manſuetus alibi Confeſſor habetur. F

3 *Celeberrimus eſt mentio variis diebus, ſeptem martyrum in Ægypto ſub Numeriano occiſorum: quorum etiam nomina hoc die partim in priori turma, partim hac reperiuntur: & ſunt ſupra relati,* Victorinus, Victor, Claudianus, *ſeu* Claudius, & Serapion: *reliqui tres primo loco poſiti,* Nicophorus, Diodorus & Papias. *Eos omnes retulimus cum Martyrol. Romano* 25. *Februarii, diximuſque* Diodorum *a Græcis, ut hic, appellari, qui Latinis eſt* Dioſcorus. *Verum cum in eodem Martyrologio utrique S. Hieronymi referuntur quatuor inter Ægyptios martyres* 24. *Februarii,* Victorinus, Victor, & Serapion, *qui hiſce poteris claſſis martyribus reſpondent, &* Nicophorus *quoque, qui hic primo loco refertur, nihil immutare ſtatuimus.* Nicephorum *a Galeſinio & Caniſio memoratum diximus, & Romæ cum aliis ſtatim ſub Diocletiano paſſum, neque ſatis id nobis probari.*

alii 4 martyres ejuſdem nominis 25. Febr. colantur.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS SYMPHORIANO, MACARIO, VICTORINO, MAURICIO, sive MAURO, ANICETO, MODESTO, CYRIACO, FAUSTO, PLACIDO, ROCCHO, ALEXANDRO, GENESIO, EULALIA, HIRENA,

ANTVERPIÆ IN BELGIO,

Commentarius historicus.

I. B.

§. I. Horum Martyrum reliquiæ Roma Antuerpiam allatæ, ac publica venerationi expositæ.

B XXVIII. FEBR. PLura superiùs ad varias dies Febr. corpora Sanctor. memorovimus e Romanis cœmeteriis ac cryptis Antuerpiam, atq; alias in urbes Belgii, nanctæ hoc sæculo esse: hic non corpora integra, aut corporum singulorum ossa plerasq; ac præcipua; sed plurimum aliqua, spectabilia quædam, alia minora, in hanc urbem, ad eadem Domus professæ Soc. Jesu translata norrabimus: quorum simul ut memoria hoc die recoleretur sanctum. Eo sunt SS. Symphoriani, Macarii, Victorini, Mauricii, sive Mauri, Aniceti, Modesti, Cyriaci, Fausti, Placidi, Rocchi, Alexandri, Genesii, Eulaliæ, Hirenæ: quæ omnia partim ex S. Callisti cœmeterio extracta, partim e S. Lucinæ via Salaria, ut infra dicitur. Suspicabar, si via Salaria, non e S. Lucinæ, cujus nullum a Bosio & Aringo, quod via Salaria extiterit, cœmeterium memoratur, sed S. Priscillæ eruta: verum S. Lucinæ, & dicta quidem via, Romani tabellionis alia habebant.

Martyrum horum reliquiæ

e cœmeterio S. Callisti & S. Lucinæ extractæ,

2 Ea porro dictorum Sanctor. reliquiæ, aliorumq; ut huc mitterentur, mense Decembri anni 1639. Roma P. Guilielmo Du Lorey Societ. nostræ Presbytero legitimè consignata sunt: hoc post menses aliquot allata, atque ab Antistite Antuerpiensi, qui nunc Archiepiscopus Duxque Cameracensis est, visitata & approbata. Non tamen continuo publica venerationi exposita sunt, cum turbulentis, ut tum erant, temporibus, dignus iis apparari ornatus ac Translationis solemnitas facile posse videretur: quando ex ipsis prope urbis hujus mœnibus ac tectis hostilia Batavorum Francorumque arma spectabamus: eorum certe tormenta, urbes, castella, nostra oppugnantium, quibusdam videbantur publica pietati Divorumque triumpho obstrepere.

Roma ea Belgium missa,

approbata,

C 3 Ego tamen (neque enim difficebor) haud aliam rationem civium pietati inflammanda, & ad propitiandum Numen extimulanda, magis accommodatam occurrere posse judicabam. Quare P. Conradum Gaurenum, hujus tunc Domus Præpositum, hortatus sum, ut ab Cæsium patrocinio, religionis reique publicæ fulcienda præsidium peteret, eorumque exuvias ne ulterius delitescere paterentur, sed in templum atque aram proferret, eo apparatu religionis, qui & ipsos Sanctos ad inimicorum refringendos impetus flecteret, & mortalium animos sensu nova pietatis accenderet. Cum eadem alii quoque inculcarent; ut erat ipse, & pro nobilissimi generis, quo ortus erat indole, & pro submissione animi & pietate, qua excellebat, summa facilitatis ac comitatis, pius ejusmodi consiliis libens acquievit.

non statim exoritur fructus,

quod tamen ei fieri fuadebam,

4 Primum igitur S. Honophriæ Virginis ac Martyris corpus transferendum curavit P. Nicolaus Lonicius Societatis Jesu in Lituania Præpositus Provincialis, vir sanctitate vitæ, zeloq; divinæ gloriæ amplificandæ, ac scriptis a Februarii Tom. III. fœticis clarissimus, plurimorum Sanctorum corpora Roma in Polonia regnum antea deportarat: e quibus sanctarum Virginum & Martyrum Honophriæ & Martinæ, Sanctorumque, Anthimi & Seviliani Martyrum corpora, Societatis Belgicæ donavit, ea conditione, ut unum hujus Domus, collegio Bruxellensi unum cederet, reliqua duo collegiis Gallobelgicæ provinciæ, quibus P. Florentius Montmorencius censuisset. Illustriss. & Excellentiss. D. Joannes Zavaski, tunc Capitaneus Succensis, qui deinde Castellanus Gedonensis, ac postea Parnaviensis in Livonia Palatinus fuit; tumque anno numirum 1636. a potentissimo Polonia Rege Wladislao IV. ad Seremss. Ferdinandum Austriacum, Hispaniarum Infantem ac S. R. E. Cardinalem, Belgii pro Philippo Rege fratre Gubernatorem, atque ad Seremss. Carolam I. Magnæ Britannia Regem, Legatus mitteretur; eum ibesaurum secum hac advexit: e quo mihi S. Honophria, Bruxellensibus S. Sevilianus, alteri provinciæ SS. Anthimius & Martina obtigere. Anno tandem 1646. die 22. Aprilis, Dominica tertia post Pascha, solemni pompa translatum, sive exaltatum, S. Honopheæ Virg. ac Mart. corpus. Receperat idem Præpositus Gaurenus, si placato tandem Deo, Belgio pax affulgeret; curaturum se, ut reliquiæ, quas diximus, variorum Sanctor. pars religiose ac pompa transferrentur.

E *ut post S. Honophriæ V. M. Romæ,*

a Polonia hæc allata

manifestationem an. 1646. factam, delibrasse

5 Verum is non multo post successorem accepit P. Franciscum ab Hees: qui, cum biennio post Batavos inter Regemque Catholicum pax coalmisset, de impendendo sanctis Martyribus, uti decessor statuerat, honore cœpit deliberare. Sed quia ipse a provincia delectus anno sequenti fuit, F ut ad generalia Societatis nostræ comitia Romam proficisceretur, (quibus comitiis P. Franciscus Picalominius Præpositus Generalis creatus est) peracta Translatio est eo absente, probante tamen ac volente ut ita fieret, anno 1650. Qua vero ratione hæc ea allata reliquiæ sint, atque ab Episcopo Antuerpiensi approbata, detrectaque eorum exaltatio ac veneratio, ex ipsius Episcopi, quod subjungimus, diplomate constabit.

professum an. 1630.

§. II. Diploma Episcopi Antuerpiensis, quo approbata reliquiæ, decreta veneratio.

GASPAR NEMIUS, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Antuerpiensis, postulatus Archiepiscopus & Dux Cameracensis, Comes Cameracesii, S. R. Imperii Princeps, omnibus has visuris salutem in Domino.

EX DIPLOM. ET ANT.

6 PUblicis hiſce noſtris literis fidem facimus, nos unte annos aliquot, die nimirum 17. Octobr. an. A 1640. præſentibus R.D. Petro Druet Eccleſiæ noſtræ Cathedralis S. Mariæ Antuerpiæ Canonico, ac R. P. Laurentio Uweno Domus profeſſæ Societ. Jeſu in hac urbe Præpoſito, nec non R. P. Joanne Bollando ejuſdem Societat. Presbytero profeſſo, & D. Antonio Orive Secretario noſtro, ac Paulo Haea ejuſdem Societat. Religioſo, Reliquias Sanctorum viſitaſſe recens ad dictam domum profeſſam Roma allatas; eapſis, funibus, ſigillis ſalvis & integris: Legiſſe item bina publica inſtrumenta, a Pamphilio Thomaſio, Curiæ & Cauſſarum Eminent. & Reverendiſſ. D. Almæ Urbis Cardin. Sanctiſſ. D. Papæ Vicarii Notario Publico, unoo a Nativ. Dom. Noſtri Jeſu Chriſti 1639. Indict. 7. die 20. Decembr. pontificatus S.D. Urbani Papæ VIII. decimoſeptimo, confecta.

Quadam Martyrum reliquiæ;

7 Quorum inſtrumentorum altero teſtabatur dictos Notar. Ignatium Rocchettum, Societat. Jeſu Religioſum, alias dooo accepiſſe ab Illuſtriſſ. & Reverend. D. Joanne Baptiſta Alterio, Epiſcopo olim Camerinenſi, atq; Emioent. & Reverend. D. Almæ Urbis Cardin. Vicar, Viceſgerente, nonnullas Sanctorum Reliquias, quas idem Illuſtriſſ. Viceſgerens, juſſu Sanctiſſ. D. Urbani Papæ VIII. e cœmeterio S. Calliſti reſodi & extrahi curarat. Earum vero Reliquiarum particulas aliquas, ad majorem Dei Sanctorumqoe gloriam, & fidelium pietatis augmentum, dictodie 20. Decembr. tradidiſſe ac donaſſe R. P. Guilielmo Du Loroy ejuſdem Societat. Presbytero, videlicet oſſa aliqus S. Alexandri M. S. Conſtantiæ M. S. Primi M. S. Victorini M. S. Cyriaci M. S. Modelli M. S. Julii M. S. Vitalis M. S. Benigni M. S. Anaſtaſiæ M. S. Feliciani M. S. Vincentii M. itemqua de eranto S. Artemii M. deque eranio S. Juſtini M. ſroctaque affirmaſſe, eas ipſas eſſe reliquias, quæ ſibi donatæ erant ut donare eas aliis ad publicæ pietatis amplificationem ipſi liceret. At R. P. Guilielmum ſingulari gratitudinis teſtificatione ac reverentia eas recepiſſe, inque capſulam depoſuiſſe, & hanc funiculo circumligaſſe, appoſito duobus locis ſigillo Emioent. ac Reverendiſſ. Card. S. Honuphrii Sanctiſſ. D. Papæ Pro-Vicarii Gener. Acta iſthæc erant Romæ in Domo profeſſa Societ. Jeſu, præſentibus D. Antonio Gerardi Romano, & Balthaſare Balluno Societ. Jeſu Religioſa, teſtibus ad prædicta omnia & ſingula ſpecialiter vocatis.

eis ignatius Rocchet. S. Jeſu

B

data Ignatio Rocchet. S. Jeſu,

eis T. Guilielmo du Loy S. J.

8 Atteſtatus deinde erat Eminent. ac Reverend. Antonius Barberinus tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyter Card. S. Honuphrii nuncupatus, Sanctiſſ. D. Papæ Pro-Vicarius Gener. Romanæque Curiæ & ejus diſtrictus Judea Ordinarius, ſupraſcriptum Pamphilium Thomaſium eſſe publicum & legalem Notarium, ejuſque ſcriptis publicis ue privatis, io judicio ertraque illud, fidem hactenus adhibitam & adhibendam. Datum Romæ die 8. Mart. 1640. Subſcript. pro D. Sebaſtiano Cæſio Notario, Thadæus Barberinus in fidem. Appoſitum erat & Notarii Thomaſii ſignum ordinarium; & poſt hanc atteſtationem, Cardin. S. Honuphrii impreſſum ſigillum.

ſub publici notarii atteſtatione

C

alia ex cœmeterio S. Lucinæ

9 Altero inſtrumento teſtabatur idem Pamphilius Thomaſius Notar. Balthaſarem Ballonum Societat. Jeſu Religioſum eodem anno 1639. Ind. 7. die 20. Decembr. affirmaſſe ac probaſſe varias ſeſe Sanctorum ac Sanctarum reliquias, partim ab Reverendiſſ. P. Præpoſito Generali Societ. Jeſu e cœmeterio S. Lucinæ via Salaria, Pauli V. Papæ fel. record. auctoritate, erutas; partim ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Joanne Baptiſta Alterio, Epiſcopo olim Camerinenſi, utque Eminent. & Reverendiſſ. D. Almæ Urbis Cardinali Vicarii Viceſgerente, juſſu Sanctiſſ. D. Urbani Papæ VIII. e cœmeterio S. Calliſti extractas, ab iiſdem Illuſtriſſ. Viceſgereute, & Reverendiſſ. Generali, diverſis diebus ſibi donatas (facta poteſtate eas aliis donandi, aliave conſentanea ratioue, ad Sanctorum eorumdem honorem, de iis ſtruendi) hactenus penes ſe, qua maxima potuit revereotia ac pietate, aſſervaſſe. Tunc vero, quod ſæpius rogatus eſſet a RR. PP. Laurentio Uweno Præpoſito Domus profeſſæ Antuerpienſis, & Andrea Indoci Rectore collegii Lovanienſis ejuſdem Societ. in provincia Flandrobelgica, ut aliquas Sanctorum Reliquias pro dictorum domiciliorum Eccleſiis, ipſis procurarer; primum jureiurando affirmaſſe, manu pectori admota, omnia & ſingula, quæ ſupra narrata ſunt, vera eſſe, ac proiiſdem RR. PP. Laurentio & Andrea, conſignaſſe R. P. Guilielmo Du Loroy, ejuſdem Societ. Presbytero, infraſcriptas Sanctorum & Sanctarum Reliquias; videlicet de eapite S. Herculani M. de capite S. Rocchi M. de oſſibus S. Silvii M. de oſſibus S. Donati M. de oſſibus S. Juſti M. de oſſibus S. Hirenæ M. de oſſibus S. Philomenæ M. de oſſibus S. Placidi M. de oſſibus S. Geneſii M. de oſſibus S. Fauſti M. de oſſibus S. Pelagii M. de oſſibus S. Pii M. de tibia S. Macarii M. de maailla cum dentibus S. Mauritii M. de oſſibus SS. Zenonis, & ſociorum MM. de oſſibus S. Aniceti M. de oſſibus nonnullorum aliorum Martyrum, quorum nomina deſcripta eaterius erant in chartulis, quibus ſingulorum Reliquiæ erant involutæ. Deinde E eumdem Baltbaſarem has omnes Reliquias in capſulam ad hoc paratam repoſuiſſe, eamque fuoiculo colligatam, duobus locis cera Hiſpanica ſignaſſe, impreſſo ſigillo Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Cardinalis Ginetti Sanctiſſ. D. N. Papæ Vicarii Gener. At vero R. P. Guilielmum Du Loroy eam arcam ire ſignatam aſportaſſe, pollicitum ſe eam, qua poſſet meliori ratione ac modo, ad dictos RR. PP. Laurentium & Andream in Belgium tranſmiſſurum. Acta Romæ in Domo profeſſa Societatis Jeſu, præſentibus & ſingula attendentibus, Ignatio Rocchetto & Gaſpare da Coſta Societatis Jeſu Religioſis, teſtibus ad hæc omnia & ſingula vocatis & rogatis, unno, Indictione, die uuteſcriptis.

eidem T. Guilielmo tradita,

missoda in Belgiã

10 Atteſtatus, quæ in priori inſtrumento, de Notarii Officio ac fide, Antonius Barberinus miſeratione Divina tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyter Cardin. S. Honuphrii nuncupatus, Sanctiſſ. D. N. Papæ Pro-Vicarius Generalis, Romanæque Curiæ & ejus diſtrictus Judex ordinarius. Datum Romæ, 13. Martii 1640. Subſcript. Pro D. Sebaſtiano Cæſio Notario, Franciſcus Petrucius io fidem: uppreſſumque ejuſdem Cardinalis ſigillum.

ſub ſigilli: mo emiſſen tium

11 Hæc omnia & ſingula accurate a Nobis inſpecta, perlecta, & examinata fuere, anno & die ſupra dictis. F Verum quia tantiſper in opportunius tempus differendam Exaltationis dictarum Reliquiarum ſolennitatem R. P. Laurentius Uweous Præpoſitus ecoſebat, patentes authenticæ litteræ tunc confectæ non fuot.

ab Epiſc. Autuerpiæ anno 1640. approbata,

12 Nuper vero nobis ſignificavit R. P. Franciſcus ub Hees, modernus ejuſdam Domus profeſſæ Præpoſitus, quaſdam ea inſpectis tunc a nobis Reliquiis hinc aſportatas, & cuipiam alteri domicilio Societatis attributas, a P. Lancelotto Du Loroy, cui erant ex peculiariter a P. Guilielmo fratre ſuo donatæ. Ceteras vero, a Nobis ſupra recenſitas, biſariam ex utriuſque donatoris voluotate diſtributas, & partem quidem delatam ad collegium Lovanienſe; Domui vero profeſſæ ſequentes eſſe relictas, videlicet, S. Macarii M. os femoris, aut tibiæ, inſigne. S. Maaimi M. os tibiæ. S. Symphoriani M. cubitum, & radium brachii iutegrum. S. Silvii M. coxendicem, & pulveres ex eranio. Et has quidem quatuor, magnas eſſe & ſpectabiles: eeteras aliquanto minores; nimirum, S. Benigni M. oſſis majorem partem. S. Mauritii M. (ut in Romano inſtrumento appellatur, aut Mauri, ut in chartula agglutinata) duos dentes cum parta mandibulæ ſuperio-

aliqua Lo vanium & alia miſſa

he Domui profeſſæ Soc. Jeſu Antuerpiæ relicta,

tis.

A ric. S. Victorini M. officula aliquot & partem cranii. S. Fidelis M. officula duo pedum integra. S. Alexandri M. ea vertebra ſpinæ dorſi. S. Auiceti M. officulum ſatis notabile, ex radio brachii, ut videtur. S. Modeſti M. oſſa duo. S. Procopii M. capitis particulam. S. Cyriaci M. officulum. S. Pelagii M. officula. S. Primi M. officulum. S. Felicianæ M. particulas cranii. S. Julii M. officula. Ad hæc e cranijs ſanctorum aliquot Martyrum pulveres glutine commixtos & ad formam fere ſuperioris partis cranii humani, alteri materiæ applicitos: eſſe vero e capitibus ſequentium Sanctorum, S. Eulaliæ V. M. S. Herculani M. S. Fauſti M. S. Donati M. S. Rocchi M. S. Juſti M. S. Hirenæ M. S. Philemonis M. S. Geneſii M. S. Placidi M. S. Pii M. Quas Reliquias omnes ex iis eſſe, quas alias approbavimus, idem R. P. Præpoſitus ſancte affirmavit.

eam veris nominibus Martyrum

13 Retulit deinde idem nobis ſe ea certis litteris Roma miſſis didiciſſe, vera eſſe Martyrum, quæ relata ſuat, nomina, non autem impoſita poſtquam repertæ ſunt ſine ullo indicio Reliquiæ. Secundo Cineres, ex quibus cranta jam recenſita, glutine aut gummi compaginata ſuat, eſſe vere ex capite ſingulorum Sanctorum, quorum adB ſcripta nomina ſunt.

horum poſtulata poſtulatio concedit,

14 Demum ſupplicavit nobis, ut, quod alias univerſim annueramus, permitteremus hiſce Reliquiis publicam venerationem, conſueto Eccleſiæ ritu, impendi, fierique de omnibus hiſce Sanctis officium Eccleſiaſticum, vel ſimul, nominibus ſolum primasiocum expreſſit; vel certe ut in ſingulas capſas majores illæ, quas diximus, imponantur, eum aliquot e minoribus, ut ita pluribus diebus ſigillatim colantur; non exiguo Divini honoris augmento, eum ea pluribus exhibebitur religio. Fieri enim officium poſſe de Sancto, cujus habetur corpus vel inſignis reliquia, ut patet ea Rubricis Miſſalis, & explicat Gavantus Comment. in eaſdem Rubricas par. 2. tit. 11. Quo auctore conſtat Gregorium XIII. an. 1573. conceſſiſſe Eccleſijs Hiſpaniarum, ut poſſint facere Officium duplex de Sancto, cujus habetur caput, brachium, crus: itemque ex decreto ſacræ Rituum Congregationis, inſignem Reliquiam cenſeri eam partem corporis, in qua paſſus eſt Martyr, &c.

ab Epiſcopo permiſſo,

15 Nos igitur cupientes, ut, ſalva in omnibus Regula Eccleſiaſtica, quatum fieri poteſt, honor amplificetur Sanctorum, conceſſimus dicto Præpoſito, ut vel de omnibus hiſce Sanctis ſimul, aut variis diebus, prout eorum Reliquiæ judicari inſignes poterunt, officium duplex de pluribus Martyribus non Pontificibus, recitari poſſit, C cum Credo in Miſſa. Minores vero Reliquiæ jungi illis inſignioribus poterunt, ut ſimul honorentur. Licet enim fieri de particulis illis ſeorſim Officium non debeat, merentur tamen certe propenſam a nobis venerationem.

ſed ita ut majoribus jungantur minores, & ipſa ornentur pretioſis

Vere enim ac ſapienter S. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ut ſcribitur in ejus Vita, Eadmero monacho mœrenti, quod, cum Gualo Pariſienſis Epiſcopus ei permiſiſſet, ut ex oſſe S. Priſcæ M. ſibi tolleret quantum primo conatu avellere potuiſſet, exiguam ſolum particulam fregiſſet, ſibique tuliſſet; Noli, noli, inquit Anſelmus: quod habes ſufficiat tibi. In veritate quippe dico tibi, quia pro toto auro, quod Conſtantinopoli & ultra citrave habetur, non omitteret Domina ipſa, cujus eſt, quin illud ſibi vindicaret in die reſurrectionis cunctorum. Quamobrem ſi debitam illi reverentiam exhibueris, æque ſuſcipiet, ac ſi totus corpori ejus exhiberet. Quam etiam ob cauſſam magis nobis probatur, ut minores illæ reliquiæ, ſive peculiari aliquo ornatu luminave aut theca decorentur, ſive charta ſolum hyſſove obvolvantur, includantur tamen intra aliarum thecam, ut eum iis Officii Divini celebritate honorentur: quod non obtingeret, ſeorſim in propriam minorem lipſanothecam impoſitis, licet in ipſa ara palam conſpectuque fidelium collocarit.

16 Permiſimus quoque ut idem R. P. Præpoſitus diem, ſeu dies, quos magis accommodatos judicaſſet, deligeret, ad ſupranominatorum Sanctorum faciendam Tranſlationem, ſive Exaltationem. EX DIPLOMATE EJUSDEM. D

dies Tranſlationi ſolemni deſignata

17 Sed cum is, re tantiſper dilata, miſſus interea in urbem eſſet, ut publicis Societatis Jeſu comitiis, quibus novus creandus Præpoſitus Generalis erat, intereſſet; ſupplicari nobis curarunt RR. PP. Guilielmus de Wael a Uroneſteyn & Fredericus Taſſis (quorum hic dictam Domum profeſſam pro eodem R. P. Franciſco Præpoſito, ille provinciam univerſam pro R. P. Joanne Baptiſta Enghelgrave ad eadem comitia profecto, vicaria poteſtate gubernabant) ſupplicari, inquam, nobis curarunt, ut eam Tranſlationem faciendam ſaneiremus feria ſecunda & tertia poſt Dominicam Quinquageſimæ anni hujus milleſimi ſeptingenteſimi quinquageſimi. Nam cum laudabili conſilio a plurimis retro annis in Belgio noſtro per triduum ante diem Cinerum ſolennes in ſuis eccleſiis preces inſtituere Patres Societatis conſueveriat, obtinuerint etiam a variis Romanis Pontificibus indulgentias plenarias, ut ſic efficaciori remedio & publicam dierum illorum licentiam luxumque refrænarent, & populum Chriſtianum ad auſpicandum pie & fructuoſe Quadrageſimale jejunium alicerent; exiſtimaruut nunc, quoniam ſuſpenſæ ſunt hoc anno ſancto omnes ejuſmodi indulgentiæ, ea tamen celebritate Tranſlationis ſacrarum reliquiarum foveri conſuetam populi pietatem poſſe, ut preces quadraginta horarum iis diebus habeadas ſedulo frequentet, & Confeſſionis Euchariſtiæque Sacramenta religioſe obeat. Rogarunt igitur ut in duas capſas decentet in eam ram adornandas partiri dictas reliquias atque includere, &, juxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Officio Eccleſiaſtico venerari noſtra auctoritate, ſibi eas liceret. *deſignata feria Antecellentiſſimo. 1650.* E

feria 2 die 28. Febr. præſtituta hæ reliquiæ.

18 Nos piis illorum poſtulatis libenter annuentes, ſtatuimus ut dicta feria ſecunda poſt Dominicam Quinquageſimæ, quæ hoc anno eſt dies vigeſima octava Februarii, Sacerdotes omnes in ſupra dicta Domo profeſſa commorantes officium ritu duplici legant de SS. Symphoriano, Macario, Victorino, & ſociis (videlicet Mauro, Aniceto, Modeſto, Cyriaco, Fauſto, Placido, Roccheo, Alexandro, Geneſio, Eulalia Hirena: deque iis, ut Martyribus non Pontificibus, Miſſam celebrent, & in ea Credo recitent. Poſtridie vero, feria nimirum tertia, die vero prima Martii, conſimili ritu, juxta uſum & Canones ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, officium & Miſſam legant de SS. Silvio, Maximo, Benigno & ſociis (nempe Fideli, Herculano, Primo, Pelagio, Julio, Philemone, Juſto, Procopio, Donato, Pio, Feliciano) Martyribus non Pontificibus. *aliæ 1 Mart. ill. ſen. 5.* F

tunc conceſſo ab Epiſcopo indulgentiæ

19 Utque amplius pietatem populi noſtri ad honorandos ſanctos Martyres, Deique implorandam miſericordiam excitemus, concedimus toto eo triduo, Dominica videlicet Quinquageſimæ, feria ſecunda & tertia, fidelibus omnibus, qui ſacra communione refecti, in eadem eccleſia quoiet Orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam pro amplificatione ſanctæ Matris Eccleſiæ, errorumque & hæreſum extirpatione, Principum Chriſtianorum pace, ac nominatim Belgii noſtri tranquillitate, recitaverint, quadraginta dierum indulgentiam. Qui vero nentiquam Euchariſtia refecti, de peccatis tameo ſuis contriti eaſdem precationes recitaverint, toties quoties id per dictum triduum egerint, ſeptem dierum indulgentiam elargimur.

decreta ea adverſus ſuperſtitioſa commenta.

20 Conſtituimus præterea ut quotannis dictorum SS. Symphoriani, Macarii, Victorini & ſociorum Martyrum celebritas eodem ritu duplici peragatur eadem die 28. Febr. aut anno biſſextili 29. pridie videlicet Kalendarum Martii. Ipſis vero Kalendis Martii, SS. Sylvii, Maximi, Benigni & ſociorum Martyrum. Actum Antuerpiæ in palatio noſtro Epiſcopali die duodecimo Februarii

anno

AUCT. I. B.

anno a Nativitate Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo.

A

De mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi Epiſcopi Antuerpien. Archiepiſcopi & Ducis Cameracenſis deſignati, Franc. Hillewerveu Secretarius.

§. III. *Translatio reliquiarum: incerta Martyrum Acta.*

21 *Translationis reliquiarum hic fere ordo ac ritus fuit. Dominica Quinquageſimæ in ada Domus profeſſæ Societatis Jeſu, altera poſt meridiem hora, habita concie eſt, ut aſſolet feſtis omnibus ac Dominicis. Deus Litania ac hymni quidam ſacri, ad muſicos modos, vocibus organoque & aliis inſtrumentis decantati. Secundum hos, illata in templum elegans capſa, qua condita reliquia erant geſtabant eam feretro impoſitam quaterni Sacerdotes, Diaconorum tunicis amicti, præcuntibus longo ordine aliis e Societate, ac cereos manu præferentibus: terni Sacerdotes pluvialibus ſolenniter induti ſequebantur. Pompa erat gravis ac pia. Ut ad medium templi ventum, impoſita adornate ad eam rem pegmati capſa, atque a ſymphoniacis decantatus hymnus* Te Deum laudamus, *& de ſanctis Martyribus antiphona, tum a Sacerdote Oratio. Capſa illic, multis circum accenſis cereis, relicta. Proceſſit ſupplicantium ordo ad ſummum altare, ubi venerabili Sacramento impertita eſt omnibus benedictio. Hora quinta, ſub primas nempe tenebras, alia habita concio, ſive de fidei controverſiis hiſtoriaque Eccleſiaſtica lectio per horam dimidiatam: poſtquam cum concentus muſici. Dein ad aram maximam ſacra reliquia delatæ. Poſtridie hora decima matutina ſolenne de ſanctis Martyribus ſacrum cantatum: ac reliqua deinde ad horas ſeptenas ſacra recitata. Veſpertinam tentionem excepere pia de iiſdem Martyribus & Regina Martyrum, ſanctiſſimaque Euchariſtia cantica ac hymni.*

Reliquiæ 27. Febr. 1650. illatæ in templum,

plures hoc tempore

B

poſtridie ſacra de iis celebrata,

22 *De ipſis porro Martyribus nihil nobis compertum, niſi ex cœmeteriis Romanis, qua diximus, extructus eorum reliquias: qua vixerint ætate, quibus ſuppliciis fidem teſtati, ſub quibus tyrannis, plane ignoratur. Sunt quidem in Martyrologiis nonnulli Martyres iiſdem nominibus, quibus & hi, inſigniti; verum eoſdem eſſe, non poſſumus niſi temere pronuntiare, neque univerſim omnes eſſe diverſos.* S. Symphorianus, *cujus in Actis S. Sebaſtiani 20. Jan. mentio fit, cum aliis, immenſis arctatus ponderibus pelagi fluctibus darus eſt, & in loco mundo inter aquas coronam martyrii celebravit, 7. Julii, ut ad eum diem dicemus. Ereptum exanimis corpus, atque in alterutra dictorum cœmeteriorum ſepulcrum, nuſquam traditur. Alius colitur* S. Nov. Symphorianus *ſculptor, qui cum ſtatuam Æſculapii effarmare nollet, nollet, cum quatuor ſociis nobile martyrium fecit, ac poſt modum via Lavicana tumulati omnes. Hunc ergo noſtrum* Symphorianum *ab utroque diverſum remur. Multi* Macarii *Martyres in Martyrologiis recenſentur: unicus Roma coronam adeptus, & hoc quidem die, ut poſt Galeſinium Baronio viſum, vetuſtioribus miſſa reticentibus locum. Ut illis tamen aſſentiremur, non illico conſequens foret, noſtrum hunc eſſe* Macarium. Victorini *itidem plures: Roma, unus e 4. Coronatis 8. Nov. via Lavicana tum ſociis tumulatus: alter Amiterni, ſocius* SS. Maronis & Eutychetis *15. Apr. umbo igitur diverſi, ut conjicere e ſepultura licet.* Mauricius *adhuc nullus nobis repertus, qui Roma martyrium ſubierit: ſi* Maurum *hunc dicere quis maluerit, 29. Jan. ſocium S. Papiæ* Maurum *retulimus, cujus in multis eccleſiis Urbis extare aliquas reliquias Panvinius teſtatur: aliis 1. Aug. cum* Fauſto *aliiſque, via Latina necatus.* Fauſtus *alius 24. Julii Roma mortem pro Chriſto oppetiiſſe cum 23. ſociis traditur. Alterne eorum ſit* Fauſtus *hic, cujus exuviis gloriamur, non* E *liquet: nedum an ex* Mauris *alter ſit, qui nobis etiam* Mauricius. *Neque an* Cyriacus *ſit celebris ille, cujus 16. Jan. in Actis S. Marcelli Papæ mentio facta, qui 8. Auguſti colitur; an qui 8. Febr. relatus; an potius alius quiſpiam.* Placidus *Roma cum pluribus commilitonibus fortiter pro religione occubuit 2. Febr. hic noſter ſit, an alius, quis deſiuiet? Minus ſuſpicor* Alexandrum *hunc eſſe filium S. Claudii & & Prapedigna, fratrem S. Cutiæ, de quibus actum 18. Feb. Nam qui 27. Febr. in Martyrologiis memoratur, is Theſſalonica palmam obtinuit, non Roma, ut perperam Galeſinius & poſt eum Baronius ſcripſerunt. Alii ſuos tamen* Alexandri *Romani Martyres, e quibus an noſter ſit, cur affirmemus nullum certum ſuppetit argumentum: neque cur* Geneſium *eſſe celebrem illum ex mimo Martyrem, qui 25. Auguſti colitur.* Hirena *eſt quadam 25. Febr. ſed in Africa lauream adepta. Qua 22. Jan. colitur* Irene, *vel* Herena *S. Caſſuli Martyris vidua, titulo martyrii caret. Ab utraque ergo diverſa hæc* Hirena. *Præter* S. Anicetum *Papam, de quo 17. Aprilis, nullus alibi Martyr* Anicetus, Rotchus *nullus, nulla Roma* Eulalia, *nec* Modeſtus, *adhuc nobis reperti.*

eorum alia quoniam ſint,

D quibuſdam aliis Martyrii Romani cognomines, ac itidem non pauci.

alii nullam.

C

DE S. BARSO

F

EPISCOPO DAMASCENO.

G. H.

XXVIII. FEBR.

S. Barſus Epiſcopus Damaſcenus,

1 *Damaſcus, urbs Syriæ antiqua, a ſacris ac profanis ſcriptoribus celebrata,* S. Ananiam, *a quo Divus Paulus eſt baptizatus, primum habuit Epiſcopum, ac Syriæ Damaſcenæ Apoſtolum, quem pro Chriſti fide palmam ibidem martyrii adeptum 25. Jan. Acta tum data ſignificant. Ejuſdem urbis Epiſcopum, ac Phœnicia Libani Metropolitam,* S. Barſum *venerantur Græci hoc die in magnis Menæis, & in Vitis Sanctorum a Maximo Cytherao editis, & hæ pauca de eo verba habent:* Eodem die S. Barſus Epiſcopus Damaſcenus in pace vitam finit. *In Menæi additur hoc diſtichon:*

Παυόμενον βίοιο ἐκλιπὼν βίον,
Σωφρὶ Βάρσον Ἀγγέλων πανηγύρει.
Ludos fluentis relinquens vitæ,
Intereſt Barſus Angelorum feſtis.

alius videtur a S. Barſo Epiſc. Edeſſeno,

2 *Dedimus 30. Jan.* Barſum, *ſive* Barſen, *Epiſcopum Edeſſenum in Meſopotamia, a Valente Imperatore in exilium relegatum, at n. 3. aliquem ſcrupulum movimus, num forſan mendoſe hoc die pro Edeſſena urbe eſſet Damaſcena ſcriptum. Verum nihil immutandum ſtatuimus, licet Acta ejus deſint, cum multos ibidem ſanctos Epiſcopos, quorum nomina latent, floruiſſe, haudquaquam ambigi poſſit. Notus eſt* S. Petrus *Epiſcopus Damaſcenus a Saracenis cæſus ſeculo Chriſti octavo, quo etiam tempore vixit* S. Joannes Damaſcenus, *cognomento Chryſorrhoas, celebris doctrina, & ſanctitate, cui dextera abſciſſa ſub Leone Iſaurico, & a Deipara Virgine reſtituta eſt: qui 6. Maii colitur: S. Petrus 4. Octobris.*

DE

A D

DE S. VINDEMIALE

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

G. H.

XXVIII. FEBR.

INter Sanctos urbis Veronenſis Epiſcopos 33. aut 36. quos Aloyſius Lipomanus & Auguſtinus Valerius ambo Epiſcopi Veronenſes tradunt annoverſarius feſtis & ſolennibus Miſſis recoli, *celebratur* 26. *Febr.* S. Servulus *Epiſcopus*, *cujus ibidem Acta dedimus pag.* 662. *& qua n.* 1 *dicta ſunt*, *eque ad* S. Vindemialem, *qui* 28. *ejuſdem Februarii colitur*, *pertinent*, *hic nan repetenda*. *De eo idem Valerius fol.* 43. *hoc tradit encomium*. Vindemialis Veronæ Epiſcopus, in hoc elaboravit maxime, *ut* sebus nmnibus humanis contemptis, commiſſum ſibi a Domino gregem exemplo & doctrinæ religionis amantiſſimus, moribus mitiſſimis, Epiſcopali munere magna cum laude & eum Veronenſis populi utilitate functus eſt. Obiit pridie Kalendas Maſtii, ejus corpus ſepultum

ſepultura.

B eſt in baſilica S. Stephani. *Idem Valerius fol.* 12. S. Vindemialis, *inquit*, Epiſcopi Veronenſis corpus requieſcit *in* Eccleſia S. Stephani, *ut ex* vetuſta tabula, ex Franciſco Cuſna, & ea tabula Sanctorum, die 28. Febru. *De horum monumentorum auctoritate actum ad Vitam* S. Servuli. *Addit dein Valerius*: In conſecratione altaris S. Jacobi eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum, repoſitæ ſunt

reliquiæ;

etiam reliquiæ S. Vindemialis Epiſcopi Veronenſis, ut ex veruſto Pſalmiſta ejuſdem eccleſiæ *conſtat*. *Galeſinius ex*

cultus.

tabulis Sanctorum Eccleſiæ Veronenſis & Franciſco Cornelio die in ſua Martyrologio, Veronæ, *inquit*, S. Vindemialis Epiſcopi & Confeſſoris. *Sequitur Ferrarius in Catalogo novo Sanctorum Italiæ*, *in Cat. Sanct. Ital. elogium ex Valerio relatum deſcribit*: *uti etiam Ugellius in Epiſcopis Veronenſibus*, *qui & cenſet* Epiſcopum viceſimum octavum floruiſſe ſec. quinto. *Ferrarius* poſt annum quingenteſimum *aſſerit* credi viviſſe. *In quodam catalogo Italice anno* 1602. *Veronæ edito habetur* Epiſcopus 16. *&* circa annum quadſin-

tempus ſedit.

genteſimum *ſtatuitur* claruiſſe. *Verum de ætate ejus & quam plurimorum Epiſcoporum dici poteſt*, *tempus*, *qua* E *ſinguli eam Eccleſiam rexerint*, *nuſquam explicate ac diſerte indicatum*.

DE S. PROTERIO

PATRIARCHA ALEXANDRINO, MARTYRE.

Commentarius hiſtoricus.

G. H.

§. I. S. Proterius e Presbytero Epiſcopo Alexandrinus. Varia ob ejus ordinationem ſeditiones hæreticorum.

ANNO CDLVII. XXVIII. FEBRU.

1 ACerrimus *Chriſtianæ religionis propugnator fuit S. Proterius*, *prime Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter*, *dein Archipresbyter*, *poſtea Epiſcopus ſeu Patriarcha*. *Quo præclare ab eo in juventute acta ſunt*, *latent*. *Præfuit tunc Eccleſiæ Alexandrinæ S. Cyrillus anno* 412. *in*

S. Proterius Presbyter Alexandrinus.

locum Theophili patrui 4. *Octobris vita functi Epiſcopus ordinatus*: *a quo in Concilia Epheſino*, *cum ei vices Sedis Apoſtolicæ eſſent delegatæ*, *fuit Neſtoriana hæreſis anno* 431.

C *damnata*. *Sub hoc Epiſcopo S. Proterium una cum religione ſacerdotii ac vitæ caſtitate imbibiſſe orthodoxam Chriſtianæ fidei doctrinam arbitramur*. *S. Cyrillo circa annum* 16. *defuncto ſucceſſit impius Dioſcorus*, *qui ut* S. Proterium

a Dioſcoro Archipresbyter conſtituitur.

in ſuum factionem pelliceret, *ei commendavit* Eccleſiam, & Archipresbyterum fecit: *uti tradit Liberatus Archidiaconus Cartaginenſis in Breviario de cauſa Neſtoriana & Eutychiana c.* 14.

2 *Græci in Menæi*, *& apud Maximum Cyberæum ſic ſcripſerunt*, *ad* 28. *Febr. hæc pauca de S. Proterio Presbytero geſta ſuggerunt*. Beatus hic Presbyter erat Eccleſiæ Alexandrinæ. Cum Alexandrinis ad concilium vocatis

anno fuit in Concilio Conſtantinopolitano 448. *cui ſubſcripſit*

Conſtantinopolim venit, & plurimum pro ſanctis Patribus contra impias hæreſes decertavit. *Erat tunc Conſtantinopolitanus Epiſcopus S. Flavianus*, *cujus Vitam ac martyrii hiſtoriam dedimus* 18. *Febr. diximuſque* §. 2. *hæreſin Eutychianam ab eo fuiſſe detectam*, *& ſynodo provinciali Conſtantinopoli anno* 448. *damnatam*. *Acta hujus ſynodi actioni primæ Concilii Oecumenici Chalcedone habiti inſerta ſunt*, *& ipſa tamen in plures actiones diſtincta*: *leguntur ſubſcripſiſſe* Epiſcopi triginta octo, & Archimandritæ viginti quatuor. *Nicephorus tamen l.* 14. *hiſt. Eccl. c.* 47. *aſſerit* ad illam ſynodum provincialem veniſſe Epiſcopos quadraginta, *inter quos non fuerunt Epiſcopi Ægyptii*, *neque ipſe* S. Proterius *Presbyter*, *qui forſan ad Chalcedonenſe Concilium anno* 451. *celebratum venit*. *Eſt ea Bithyniæ urbs*, *Conſtantinopoli ſeptem ſtadiis diſtans*: *ut primo potuerit navigaſſe Conſtantinopolim*, *atque inde Chalcedonem tranſiviſſe cum reliquis Clericis ac laicis Alexandrinis*, *qui adverſus Dioſcorum libellos obtulerunt*: *inter hos fuerunt* Athanaſius Presbytes, Theodorus & Iſchyſion Diaconi, *cum Clerici ab Alexandriæ?* & Sophronius, *quorum libelli extant ſeſſione* 3. *ejuſdem Concilii*: *in qua Dioſcorus cum tertio evocatus*, *ut de criminibus ſibi obiectis reſponderet*, *non adveniret*; *tandem a ſanctis & univerſali Concilio eſt ab epiſcopatu depoſitus*, *& ab*

F *omni Eccleſiaſtica functione ſubmotus die decima tertio Oct. Formula damnationis miſſa Dioſcoro continetur pag.* 535. *tomi* 8. *regiæ editionis Pariſienſis*: *at pag.* 536. *habetur epiſtola ſynodalis de damnatione Dioſcori miſſa Clericis Alexandrinis*, *qui erant Chalcedone*, *& his verbis concluditur*: Cuſtodite igitur ses Eccleſiaſticas univerſas, tamquam qui eſtis cationem reddituri ei, qui ſecundum Dei voluntatem & notum piiſſimorum & Dei amantiſſimorum Imperatorum noſtrorum Alexandrinæ magnæ civitatis Eccleſiæ ordinandus eſt Epiſcopus.

Dioſcoro condemnato,

alius ordinandus Epiſcopus eſt,

3 *Celebrata eſt dein* 17. *Octobris ſeſſio* 4. *ad quam Epiſcopi Ægyptii cum libello fidei*, *quem Imperatori obtulerunt*, *ingreſſi*, *juſſu Legatorum Apoſtolicæ Sedis & reliquorum Epiſcoporum in Eutychetem anathema dixerunt*: *ne autem epiſtola S. Leonis Papæ*, *antequam novus Alexandrinus Epiſcopus foret electus*, *ſubſcriberent*, *obtectati ſunt*, *quod & datum iis a concilio*. *Nam*, *ut pag.* 593. *legitur*, magnificentiſſimi & glorioſiſſimi Judices aut ampliſſimus Senatus dixerunt: Quoniam reverendiſſimi Epiſcopi Ægyptiorum, non ut repugnantes Catholicæ fidei, ſubſcribere in præſenti diſtulerunt epiſtolæ ſanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis, ſed dicentes conſuetudinem eſſe in Ægyptiaca regione, extra ſententiam & juſſionem Archiepiſcopi nihil tale ſe poſſe; rationabile nobis & elemens eſſe apparuit, ut in eodem habitu expectent in regia civitate, & dilationem habeant uſque ad ordinationem Archiepiſcopi magnæ civitatis Alexandriæ. *Hinc forſan nonnul-*

antequam Epiſcopi Ægypti ſubſcriberent, epiſtolæ Leonis?

li urbi-

AUCT. G. H.

A non ſolet S. Proterius Epiſcopus eſſe Chalcedon.

Iſ arbitrati ſunt S. Proterium *in Chalcedonenſi ſynodo Epiſcopum conſtitutum fuiſſe: quod clare indicatur in Hiſtoria præviæ Concilii Chalcedonenſis pag.* 311. *his verbis*: Dioſcorum, in cujus locum Chalcedonenſis ſynodus Proterium ſuffecerat, ejecit *Marcianus Imperator* in urbem Paphlagoniæ, Gangrenam nomine, ubi & animam miſerabiles exhalavit. *Idem aſſeritur in Menais Græcorum & apud Cyberenum his verbis*: Πλείστοις οὖν ἁγίοις πατράσιν ἀγωνισάμενος κατὰ τῆς δυσσεβοῦς αἱρέσεως, Ἐπέτυχεν τῆς Ἀλεξανδρείας τὸν σωτῆρα ἀποδέξασθαι. Cum plurimum pro ſanctis Patribus contra impias hæreſes decertaſſet, Epiſcopus Alexandrinus a ſynodo deſignatur. *Nicephorus etiam Calliſtus l.* 15. *c.* 8. *indicata Dioſcori damnatione ac relegatione, addit*: ὁ δὲ Πρόκλος ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκοπεῖν ἐκληρώθη. S. Proterius communi ſynodi conſenſu Alexandrinum epiſcopatum ſortitus eſt.

4 *Evagrius tamen, quem hi videntur ſecuti, lib.* 2. *hiſt. Eccleſ. c.* 5. *potius electum innuit in ſynodo Alexandria collecta. Verba ejus ſunt*: Ἐπὶ τούτοις Διόσκορος μὲν ὁ Γαγγρηνῶν τῆς Παφλαγονίας ἐπίσκοπος κατακρίνεται. Πρόκλος δὲ ὁ τοιοῦτος ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκλήρου κατέστη. Poſt hæc, *finito ſcilicet Concilio*, Dioſcorus ad Gangrenam urbem Paphlagoniæ incolendam conde moatur *a Marciano Imperatore*. Proterius autem autem epiſcopatum *ejus* communibus ſuffragiis ſynodi Alexandriæ habitæ ſortitur. *Interpres Evagrii Chriſtophorſonas vertit* ad epiſcopatum Alexaodriæ getendum eſſe delectum: *quaſi poſt* ὁ Ἀλεξανδρέων *ſubintelligatur* Ἐκκλησίας, *ut is ſit ſenſus*: *Poſt hoc Dioſcora Gangra urbem Paphlagonia relegato, Proterius communibus ſynodi ſuffragiis Epiſcopatum Eccleſia Alexandrina adeptus eſt. Verum priori explicationi favere verborum collocatio videri poteſt. Ordinem rerum geſtarum ad ann.* 2. *Marciani ita exponit Theophanes*: Tom vero ſynodus ipſo Imperatore Marciano & Senato præſente adverſam Dioſcoro & Eutychi ſententiam pronuntiavit, & eos depoſitione punivit. Pronuntiata ſententia ſynodus ſoluta eſt. Impeſſor, Gangras relegato Dioſcoro, in ſynodi laudes erumpens, dixit: Deo omnium noſtrum Domino maximas debeo grates, quod ſublata omni diſſenſione in unam tandem & eamdem ſententiam ivimus. Sanctos demum ſexcentos & triginta Patres, poſtquam benigne & humane ſuſcepiſſet, ſingulos eum pace ad ſpoprias Sedes dimiſit. In Dioſcori vero locum Proterius Alexandriæ Epiſcopus eſt ordinatus. *Hæc Theophanes, quæ fere eadem in Anaſtaſii hiſtoria pag.* 42. *leguntur*.

B ſed Alexandriæ

poſt diſſolutam Concilium Chalcedonenſe

5 *Incertum autem eſt, cum Ægyptii Epiſcopi eumes ſint Alexandriam remiſſi. Porro ut ſeſſione* 3. *Concilii Chalcedonenſis pag.* 594. *legitur*, magnificentiſſimi & glorioſiſſimi Judices & ampliſſimus Senatus diaeruot: Sanctiſſimi Paſchaſini, *Legati Sedis Apoſtolicæ*, ſit firmum judicium. Unde permanentes in proprio habitu reverendiſſimi Epiſcopi Ægyptiorom, aut dent fidejuſſores, ſi hoc illis eſt poſſibile; aut per ſacramenſum eiccredatur, expectantibus ordinationem futuri. Epiſcopi magnæ civitatis Alexandriæ. *Ultima verba Græca ita habentur*: ἐξομοσίᾳ κατασταθέντες; μεμενέκοτες ἐν τοῖς ἰδίοις Ἐκκλησίαις τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. *Agitur hic de* 13. *Epiſcopis, qui libello Imperatoribus Valentiniano & Marciano oblato ſubſcripſerunt, quorum nomina & Sedes Epiſcopales habentur pag.* 587. *Reliquos aliunde Epiſcopos in Ægyptum reverſos, iiſque præſentibus ordinatum S. Proterium narrat Liberatus c.* 14. *his verbis*: Expleto ergo magno & venerabili Chalcedonenſi Concilio in duodecim ſecretariis & ſedecim actionibus, Dioſcorus quidem exulare in Gangrena civitate præceptus eſt. Reverſi ſunt autem Alexandriam, qui cum eo venerant Epiſcopi & Clerici, Athanaſius Buſirius Epiſcopus, & Neſtorius Paphlagonius, & Auxonius Sebennitenſis, & Macarius Chabaſenenſis: qui conſederant in Chalcedona & anathematizaverunt Eutycheo & ejus dogma, cum Dioſcori damnatione, epiſtolæ Papæ Leonis ſubſcribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent osdinandum Epiſcopum, ſacris ob hoc litteris præcedentibus ad Theodosium tunc Auguſtalem. Collecta ſunt ergo nobiles civitatis, ut eom, qui eſſet vita & ſermone Pontificatu dignus, eligerent. Hoc enim & Imperialibus ſanctionibus jubebatus. Cumque ſuper hoc multa dubitatio proceſſiſſet, volentibus civibus neminem penitus usdinare, ne adulteri viderentur, Dioſcoro qaippe vivente; noviſſime in Proterium univerſorum ſenteusia declinavit: utique cui & Dioſcorus commendavit Eccleſiam, qui & eum Archipresbyterum fecit. Ordinatus ergo Proterius præſentibus ſupra memoratis Epiſcopis, qui in ſynodo, ſicut dictum eſt, ſubſcripſerant, inthsonizatur.

C ut remanentibus Ægypti Epiſcopis, qui S. Leonis epiſtolæ non ſubſcripſerit,

ab ablis Alexandriæ regionibus.

D qui S. Leonis epiſtolæ ſubſcripſerant,

post communionem ejectum

ordinatus eſt

6 *Hæc Liberatus, qui c.* 15. *ita addit*: Intheonizato autem eo, *Proterio*, diviſio & diſceſſio populi orta eſt, eo quod viveres Dioſcorus, & eſſet io exilio. Multa ergo pericula Proterius paſſus eſt, ita ut militasi pro cuſtodia indigeret auxilio, plorimo tempore ſui Pontificatus, & uſque ad mortem Marciani Impesatoris inimicorum manus valuit evadere. *Plura in ea populi commotione facta aſſerit Evagrius*: Proterio, *inquit*, in Sede illa Epiſcopali locato, maximus tumulsus & plane intolerabilis a populo variis æſtuante ſententiis cietus. Nam, uti in ejuſmodi rebus evenire ſoler, alii Dioſcorum sepetere, alii pasibus Proteſii ſisme adhæreſcere cæperunt, adeo ut clades ingent, eaque certe inſanabilis, inde naſceretur. Nam Priſcus rhetos ſcribit, Præfectum Thebaidos eadem tempeſtate veniſſe Alexandriam, vidiſſeque populum uno conſenſu contra Magiſtratus impetum feciſſe, feciſſeque lapides in militum cupias, quæ ſedisionem eomprimese ſtudebant, atque milites vi corgiſſe ad templum, quod ulim Serapidir dicebatus, confugere: tum populum concuſſiſſe eo, templum expugnaſſe, militeſque vivos ignis cremaſſe incendio. De quibus rebus cum certior factus eſſet Imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo millia eo miſiſſe: euſque adeo ſecunda vento & proſpesa uſos eſſe navigatione, ut ſeatu poſt die Alexandriam appellesent. Deinde cum milites peculanter in uxores & filias Alexandrinorum inſultarent, cladem poſteriorem ſua acesbitate pene obſcuraſſe priorem. Poſtea populum in circo congregatum oraſſe Florum, qui & præſidiariorum mititum græſſit præfectuam, & civilem urbis adminiſteationem tenuit, ut ipſis ſomenti congiarium, quod illis ademerat, quin etiam balnea, ſpectacula, & alias denique ser, quæ eis propter tumultuoſam ipſorum ſedtrionem ablata fuesant, reddenda cusaret. Florum autem populi impetum, eum coram adeſſet, ſua hortatione cohibuiſſe, pariterque ſeditionem ad tempus ſedaſſe. *Hæc Evagrius, quem ſequitur Nicephorus, aſſentus* Florum pollicitationibus interpoſitis ſeditionem ſenſim diſſolviſſe.

post mortem Marciani

ortiſſo mili. tibus ei ad cuſtodiam datis

ſed accomilitum tumultu

ut quelli privilegiis civitati adimptis,

E

F

7 *Coactos etiam Alexandrinos implevaſſe patrocinium ipſius Proterii, indicat ad annum* 3. *Marciani Theophanes his verbis*: Dioſcoro io exilium pulſo, & in ejus locum Proterio ſuffecto, qui eum Dioſcoro & Eutyche ſentiebant, magnum concitaverunt tumultum: mioatiſe frumentarium etiam commeatum intercluſuros. Masclanus eo cogato juſſit frumentum Ægyptium, non Alexandriam, ſed Peluſium devehi, & inde in regiam ſuam usbem navibus deportasi. Hioc ipſi Alexandrini fame vexati, Proterium, ut pro ipſis Imperatorem deprecaretur, rogaruot: ſicque sumultuari deſtiſes unt. *Addunt Menoa* S. Proterium Aechiepiſcopum ab Alexandrinis Legatum ad Imperatorem deſtinatum fuiſſe: cujus precibus Imperator flexus, juſſit frumentum Alexandsiam deportari. *Hæc ibi. Ceterum Imperator Marcianus, ut penitus ſedition em coerceret, miſit ad monachos Alexandrinos Joannem Decurionem, virum maxime pium atque diſertum cum epiſtola, qua eos conatus eſt ad manſuetudinem revocare, reddereque veritatis amplexoanda cupidos atq; concordiæ ſtudioſos: inſinuans illud inprimis, nihil novi in Concilio Chalcedonenſi*

ſus Florum

S. Proterius apud Marſland pro ali locorum ſitu

eſſa

A *eſſe ſancitum, ſed omnia ſecundum Nicæna fidei regulam, & Alexandrinorum Epiſcoporum, Athanaſii, Theophili atque Cyrilli ſententiam eſſe decreta. Exemplar hujus epiſtolæ exſtat Græco-Latine tomo 9. Conciliorum editionis Pariſienſis citata a pag. 222. & ultima epiſtola pars ex alia verſione antiqua reperitur, in qua iſta pag. 228. habentur:* Hanc igitur & nunc agnoſcentes, ſi qui forſitan eſtis adhuc falſitate decepti, ad veritatem recurrere feſtinate, nefandis voſmetipſos & Canonibus contrariis collectionibus abſtinentes, ne ſuper hos, quod animas veſtras perditis, etiam legali caſtigatione ſubdamini..... Propterea ſiquidem & Joannem videlicet Decurionem eligentes miſimus, qui certiſſime valeat ea quæ de fide ſunt explanare: nam & ſanctorum Epiſcoporum univerſali Catholicorum Concilio interfuit, & univerſa quæ geſta ſunt clare novit: ut per omne ſatisfactione ſuſcepta hi, qui (quod non credimus) adhuc dubitant, tandem aliquando ad verum & immaculatam fidem remeare feſtineut.

a quo pro conſulibus Alexandrinorum miſſos remittebatur Joannes Decurio.

§. II. *Fidei profeſſio a S. Proterio Romam miſſa: ſynodus Alexandria habita: dies Paſchalis an. 455. præſcripta.*

B *S. Proterius mittit profeſſionem fidei ad S. Leonem Papam;*

8 Cum S. Proterius *in ampliſſimo ſacerdotio urbis Alexandrinæ, adeoque totius Ægypti patriarchatum eſſet conſtitutus, fidei ſuæ profeſſionem miſit S. Leoni Pontifici Romano: quo Catholicam ab eo mereretur communicationem accipere. Meminit hujus* S. Proterii *epiſtolæ S. Leo ſcribens ad Julianum Coenſem Epiſcopum, ſuam apud Imperatorem Legatum: eſtque epiſtola ejus* 68. *to.* 7. *Conciliorum edita pag.* 145. *ac* quinto Idus Janu. Aetio & Studio Coſſ. *anno Chriſti* 454. *ſcripta, in qua iſta leguntur:* Frattem Proterium Alexandrinæ urbis Epiſcopum gratulor ſatisfactionis plenas de fide ſua ad nos litteras direxiſſe, & manifeſte, quidnam teneat, indicaſſe: cui me dignam gratiam pro fidei ipſius ſinceritate neceſſe eſt præſtare, ut honorem in nullo ſaæ perdat Eccleſiæ, ſed Sedis ſuæ privilegia paternæ antiquitatis eaemplo juata Canonum illibata jura poſſideat. *Hæc S. Leo Papa. Cæterum excideruut tum ſcripta S. Proterii, tum S. Leonis ad eum reddita littera: uti etiam quas de eadem fidei profeſſione ex more videtur miſiſſe ad alios Patriarchas Orientis, & ad Imperatorem Martianum.*

de Paſchate anno 455. *celebrando,*

9 *Non levis eiſdem temporibus exorta eſt contentio de Paſchate anno* 455. *celebrando: quod providus S. Leo Papa, & ſchiſma quoddam pertimeſcens, mature occurrendum cenſuit, atque anno* 453. Opillone Coſ. 16. Calendas Julii C *binas ſcripſit litteras,* ad Marcianum ſcilicet Auguſtum & Eudociam Auguſtam, *eoſque obnixe rogavit, ut*

rogante S. Leone

Alexandrinos monerent, ne Paſcha in 8. Kalendarum Majarum transferrent. *Extant ea Epiſtola tomo* 7. *Conciliorum a pag.* 140. *Imo in memorata ejuſdem Leonis epiſtola ad Julianum Epiſcopum ejuſdem Paſchatis meminit,* Ac ne, *inquit,* vel apud nos, vel apud Orientales, uaſcatur ex hac parte diverſitas; hoc ruſtantius noſtro nomine eum Chriſtianiſſimo Principe agere tua dignetur dilectio: quamvis & ipſe elementiſſimus Princeps ſe inquiſitione ſolliciriſſima curam hanc Ægyptiis delegaſſe, ſuis

monitus,

epiſtolis dignatus ſit indicare. *Miſit & S. Leo Papa* Commonitorium *de hac re ad* S. Proterium, *ut ex hujus reſponſo conſtet, quo Paſcha celebrandum eſſe* 8. *Calendas Majas pluribus oſtendit. Edita eſt S. Proterii epiſtola a Petavio in Appendice operis de Doctrina temporum pag.* 871. *& a Bucherio cap.* 2. *Commentarii in Victorii Canonem Paſchalem, ubi & S. Leonis epiſtolas hac de re ſcriptas conjunxit. Exordium epiſtolæ S. Proterii eſt ejuſmodi:* Domino meo dilectiſſimo fratri & Conſacerdoti Leoni Proterius in Domino ſalutem. Piiſſimus & fideliſſimus Imperator noſter Marcianus litteris ad nos nuper venerabilibus uſus eſt: quibus aſſeruit æſtimaci quoſdam, *non* diligenter adſcripeam diem feſti Paſchalis, quæ per 8. Indictionem futuram, Domino præſtante celebranda eſt. Verumtamen, non velut a ſe commotus hoc indicavit, ſed quia ſcripta tuæ Sanctitatis acceperit. Et præcipiebat opottere nos cautiam diligenter inquirere, adhibita nimis tenuiſſima ſcrutatione, quæ multum ſollicitudinis ac ſtudii contineret. Quapropter negligendum non fuit, quo minus ſtatim negotium ventilarem: quando ex illo jam tempore, quo Commonitorium tuæ Veneratione accepi, plurimam curam rei hujus habuerim, nunc Legales libros inſpicieus, nunc antiquorum Doctorum inſtituta contingens, ea quibus poſſibile eſt hujuſmodi computum inveſtigare ſolertius. Sumens etiam & Centenalem curſum Paſchæ deſcriptum a beatiſſimo Patre & Epiſcopo noſtro Theophilo, omnemque decurrens, ita repert diligenter integreque compoſitum, ut, quicumque ille ſit, auctoritatem ſcripturæ hujus quolibet modo reprehendere ac vituperare noo poſſit. Erat enim ineonſequeos, virum ita vigilantem, Deoque cariſſimum, divinarum etiam ditatum ſcientia ſcripturarum, in negotio tam magno ac neceſſario, prætermiſſo diligentiæ labore, potuiſſe delinquere. Sed forte, ſicut tua Sanctitas ſcribit, mendoſi codicis aut ſcriptoris librarii error eſt: & propterea nos oporter diem ſanctæ illius feſtivitatis transferre, quæ abiit. Celebratur autem E ita potius, ut centenarius annorum curſus, ejuſdem beatiſſimi Patris noſtri & Epiſcopi Theophili contiuct, qui annorum pagiuis omnino concordat, id eſt, 29. menſis Pharmuthi juata Ægyptios, qui eſt 8. Kalendas Mati. Et nos enim & tota Ægyptia regio atque Oriens univerſus ſic ipſum celebraturi ſumur Deo præſtante. *Longiſſimas deiu diei conſtituti adfert probationes, quibus omiſſis adjungo Concluſionem, qua eſt ejuſmodi:* Cognoſcant itaque pre tuam Sanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quod legitime per octavam Indictionem Paſcha peragimus. Propterea enim ſcripſi, Patrum & in hoc Eccleſiaſticas formulas ſubſequens, & eainde occaſiones rei hujus aſſumens. Sic namqi & præcurſores noſtri, ſiquando dubietas orta eſt, prædicere ſeſtinabant, ut ubique conſonanter ageretur ſacra feſtivitas. Quod etiam nunc juata priſcam conſuetudinem credimus in Domino prædicari in Eccleſiis, unam fidem, unum baptiſma, unam ſolemnitatem ſacratiſſimam Paſchalem ab omnibus Chriſtianis ubique celebrari in Chriſto Jeſu Domino noſtro, quia in ipſo vivimus & movemur & ſumus .... Salutaram, quæ tecum eſt, fraternitatem: te, quæ nobiſcum eſt, ſalutat in Domino. *Et alia manu:* Valete te & uoſtri meminiſſe, Domine, precor, dileciiſſime & deſideratiſſime. *Hæc S. Proterius ad S. Leonem Papam.* F

ea de re litteris indicarunt.

Hinc S. Leo pacis ſtudio Orientalium & Imperatoris opinionem amplexus, per Occidentem Paſcha in 8. *Kalend. Majas indixit: de qua re extat epiſtola* 94. *pag.* 233. *ad Epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ ſcripta* 5. Kal. Auguſti. P. C. Opilionis, *anno* 454. *Miſit etiam ad* S. Proterium *reſcriptum, cujus exordium exſtat apud Bedam libro de Temporum ratione c.* 42. *ſub finem his verbis:* Lætificaverunt me litteræ dilectionis tuæ, quas fratee & Coepiſcopus noſter Nectarius pio adportavit officio. Oportebat enim, ut ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta ad Sedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent magiſterio beatiſſimi Petri Apoſtoli hoc ab initio per S. Marcum ejus diſcipulum didiciſſe Ægyptios, quod conſtat credidiſſe Romanæ. *Hæc pro ſua modeſtia S. Leo. At Proſper in Chronica majore apud Bucherium pag.* 89. *ſugillat opinionem Orientalium & S. Proterii his verbis.* Eodem anno Paſcha Dominicum celebratum eſt pertinaci intentione Alexandrini Epiſcopi: cui omnes Orientales conſentiendum putaruut.

12 *Synodum*

Digitized by Google

AUCT. G. H.

A

In ſynodo Alexandrina fidei fides propagata.

11 *Synodum a* S. Proterio *Alexandria collectam fuiſſe teſtantur Epiſcopi Ægyptii & Clerus Alexandrinus in epiſt. poſt necem ejus ad Leonem Imperatorem miſſa, ac poſt acta Concilii Chalcedonenſis num. 22. tomo 9. Conciliorum a pag.* 268. *relata, in qua ita habentur*: Chalcedone ſanctum & univerſale Concilium congregatum ſub pio ſanctæ memoriæ Principe Marciano rectam fidem inviolatam incontaminatamque ſervavit ... Quapropter & noſtro Ægyptio Concilio neceſſarie cum Archiepiſcopo noſtro, ſanctæ memoriæ Proterio, indubitanter ei conſentiente, & ea ſapiente, & unanimiter cum univerſis totius orbis Chriſti Sacerdotibus, & pæne omnibus ſummis ſanctis Epiſcopis, ideſt Romanum Leone, Regiæ Conſtantinopolis Anatolio, & Antiocheno Baſilio, & Juvenali Hieroſolymotum, & omnibus orthodoxis Epiſcopis, laborantibus nobis ſecundum ſanctum Apoſtolum pro Evangelicæ fidei firmitate, & in Chriſto ſapientibus cum noſtris Eccleſiis & civitatibus, & incommutata pace orthodoxi populi apud nos & apud Alexandriam conſiſtente, exceptu Timotheo, qui ſemetipſum ab Eccleſiæ Catholicæ fide diſrupit pariter & abſcidit; mox poſt ſanctum Chalcedonenſe Concilium, dum tunc dignitate presbyterii fungeretur, eum quatuor aut quinque ſolis Epiſcopis & paucis monachis, hæretica Apollinaris & ejus ſimilium ſecta languentibus, propter quam damnati tunc regulariter a ſanctæ memoriæ Proterio, & omni Ægyptiaco Concilio, etiam Imperiali nutu, digni exilium ſunt experti. *De Timotheo & Petro Monge, ſive Mogge, tunc Diacono, poſtea Epiſcopo Alexandrino, damnatis, iſta confirmat Liberatus c.* 15. Timotheus quidam, cognomento Ælurus, & Petrus Moggus Diaconus, qui de ordinatione ſuctunt Dioſcori, ab Alexandrina Eccleſia ſe ſeparaverunt, nolentes communicare Proterio. Quos cum Proterius Epiſcopus ad miniſterium proprium revocare non poſſet, utroſque damnavit. *Habita eſt ea Alexandrina Synodus anno 456. cum Baſilius Maximo Epiſcopo Antiocheno defuncto eſſet ſubſtitutus, qui ſecundum tabulas Nicephori & Theophanis duobus tantum ſedit annis, & anno ſequente adhuc vixit, cum de nece S. Proterii litteræ encyclicæ circumquaque Leo Imperator miſeret.*

Pſalm. 97

damnato tum ſotiis Timotheo Æluro,

B

& in ejuſdem ſotios

12 *In Menais Græcorum & apud Maximum Cytherum* ceſſitur 19. *Decembris S. Grigentinus, qui forſan alias cum Menologio Græcorum a Camſio edito eſt Gregorius Agrigentinus: in cujus encomio dicitur* Rex Æthiopum Eleſbaao litteras dediſſe ad Proterium Patriarcham Alexandrinum, quibus Epiſcopum petivit, eumdemque virum ſanctum & perfectum. Super qua petitione Patriarcha ſtomachatus & indignatus, quod neſciret, ubi talis vir inveniendus eſſet. Iiſdem ergo diebus S. Marcus Pomificis appatuit, illique vitum quæſitum oſtendit: qui paullo ante divino inſtinctu Alexandriam venerat, & hoſpitio a quodam exceptus erat. Quem cum ingenti caritate & gaudio exceptis, & Epiſcopum creavit, qui tum ſignis inclaruerat. Hunc ergo ad Regem cum litteris commendatitiis mittit, reliquaque adjecit, quæ ad Epiſcopi cultum pertinent. *Hæc ibi, in quibus mendoſe nomen Proterii ſucceſſorit Dioſcori c. eſt ſubſtitutum pro Timotheo ſucceſſore Dioſcori* c. 11. *anno* 511. *Juſtini Imperatoris Epiſcopo creato, ſi ea Menæorum relatio fidem mereatur. Juſtini certe anno* 5. *Chriſti* 522. *ita apud Theophanem leguntur*: Hoc eriam anno nefarium ſacinus adverſus S. Arerbam ceteoſque urbis Negræ incolas admiſſum eſt, bellumque ab Eliſbaa Æthiopum Rege contra Homeritas ſuſceptum, victoriaque demum ab ipſis depoetata. *Qua plenius narrantur in Actis martyrii S. Arethæ ac ſociorum* 24. *Octobris.*

Eleſbaan Rex Æthiopiæ non petiit Epiſcopum a S. Proterio.

C

ſed petiit a Timotheo tempore Juſtini Imp.

D

§. III. *Timothei Æluri inſidiæ. Sedet Alexandriæ occupata. S. Proterii dira cades.*

13 *Morcia Marcianus Imperator, cum regnaret an.* 7. *mortuus eſt* 23. *Jan. anno* 457. *cui ſucceſſit magnus* Leo, *coronatus* 7. *Idus Febr. Indictione* 2. *Jam tunc* Timotheus Ælurus præſtigiis & fraudibus uſus, monachorum cellas nocturnus ambulator circumibat, nominatim ſingulos vocans: cui cum reſponderet quiſpiam, referebat ille: Ego ſum Angelus, & ut Proterii communione, & ubis, quæ Chalcedone ſunt acta, concti abſtineant, & ſubinde Timotheum Ælurum Alexandriæ conſtituant Epiſcopum, enunciatum ſum miſſus. *Ita Theophanes, ſed qui ea, quæ uno anno contigerunt in tres annos diſpertit. Eadem leguntur in Hiſtoria Anaſtaſii, & Compendio Cedreni, & in Menais Græcorum & apud Cytheraum, diſcimurque* Timotheus obſervaſſe illunem & obſcuram noctem. *Theodorus Lector l.* 1. *Collectan. idem facinus ita narrat*: Timotheus Ælurus, antequam occideretur Proterius, nigra veſte indutus, in cellis monachorum noctu circumibat & unumquemque monachum ea nomine vocabat. Cum autem illi auſcultarent, unum ſe ex miniſtrantiis ſpiritibus eſſe dicebat, ad hoc miſſum, ut cunctis ediceret, ne eum Proterio communicarent, ſed Timotheum Ælurum Epiſcopum deſignarent, hoc pacto cunctis ſeſe inſinuans. *Hæc Theodorus, quibus alia, quæ tum contigerunt, ex Evagrio addimus, qui lib.* 2. *c.* 8. *iſta aſſerit*: Alexandrini de morte Marciani certiores facti, iracundiam cum majore furore & æſtu contra Proterium renovaruot ... Tempore ergo, quo præſidiorum Præfectus Dionyſius in ſuperiori Ægypto commorabatur, diligenter obſervato. Timotheum, cognomeoto Ælurum, qui jam pridem monaſticum vitæ genus eacoluiſſet, poſtea autem in numerum Presbyterorum Alexandrinorum adſcriptus, ad epiſcopatus gradum capeſſendum ſuffragiis deligunt, ac ſimul atque in magnam eccleſiam, quæ nomine Cæſaris nuncupatur, deduxerant, illum ſuum declarant Epiſcopum, dum Proterio adhuc ſuppeditabat vita, Sacerdotiſque muneribus fungebatur. Timothei electioni interfuit Euſebius Antiſtes Peluſii & Petrus ex Iberia oriundus, Majumæ civitatis Epiſcopus: quas etiam res hiſtoricus ille, qui Vitam Petri litteris prodidit, commemorat. *Hæc Evagrius, quæfere eadem tradit Nicephorus l.* 15. *c.* 16.

E

Timotheus Ælurus contra S. Proterium nocturnis præſtigiis monachos ſolitus.

deligitur Epiſcopus.

14 *Theodorus Lector ordinationem impiam Timothei paucis attingit*: Ælurus, *inquit*, vivente adhuc Proterio a depoſitis Epiſcopis ordinatur, ac confeſtim turbis eccleſiam ac tumultuationibus implet. *Quæ Theophanes ad annum* 1. *Imperii Leonis ita narrantur*: Hoc anno Alexandriam Camelopardalis, Taurelaphi & alia feraeum monſtra ſunt illata: ſimulque cum illis Timotheus, cognomento Ælurus, Alexandrinam Urbem turbavit. Coempta quippe ſicatiorum manu Sedem Alexandrinam invaſit tyrannice, & omoi Eccleſiæ gradu dejectus, a duobus paeſter Eccleſiaſtica extortibus Epiſcopis ordioatur. Hinc cuncta, quæ Alexandriam vexaveeunt, ſcandala originem habuere. Cunctis enim per univerſum orbem ſacris vieis Chalcedonenſis Concilii decreta admittentibus, perveeſus ille eabie quadam effræni motus, contumelias in illud evomere non verebatur: profanus & Ordinis expers, Epiſcoporum conſeceationes perficiebat, & qui ne Presbyter quidem, ullos collato baptiſmo initiabac. *Hæc Theophanes, & ex eo Anaſtaſius & Cedrenus. In Menais dicuntur* monachi *ante indicata Aeluri fraude* decepti per innocentiam, adverſus Proterium ſeditioſem moviſſe. Quare Proterius fugit, ſed ſanctiſſimum Prophetam Iſajam ſibi occurrentem vidit, qui illum allocutus, Reverteee, inquit, Alexandriam, ego capcio ut recipiam te. Hoc fortaſſe dixit, ut violentam ejus mor-

Iatus ſicatior ordinatur.

S. Proterius ſe fugiat, a S. Iſaia admonetur.

tem

A tem deſignaret. *De qua antequam acturi ſumus ex memorata ante epiſtola* 22. *Epiſcoporum Ægyptiorum & Cleri Alexandrini ad Leonem Imperatorem nonnulla damus ab impio Timotheo facta, atque exacte deſcripta* pag. 272. *tomi* 9. *Conciliorum his verbis :*

15 Hunc Timotheum maligus invenit arma ſuæ machinationis aptiſſima, quem novimus quidem boni cujuslibet auxorrem, diabolicæ vero mentis ſolummodo inſtrumentum opportunum exiſtere. Qui dudum nubians in epiſcopatum Alexandrinæ maximæ civitatis, ſicut rei eventus oſtendit, appetens, quod eum oportebat effugiſſe, ſi tamen ſaperet, bene præponens ſchema, quod vitare ſe primitus doloſe fingebat, inſidiatuſque tranſitum ſanctæ memoriæ Principis Marciani, quo migravit ad Deum, blaſphemis vocibus impudenter adverſus eum inſurgens, & ſanctum & univerſale Chalcedonenſe Concilium anathematizans inverecunde, & vulgus populi ſeditioſorum & vilium congregans, eumque contra ſanctas regulas, eccleſiaſticam diſciplinam & communem rempublicam legeſque coarmans, irruit in eccleſiam ſanctam Dei, habentem Paſtorem atque Doctorem ſanctiſſimum, noſtrum tunc Patrem Archiepiſcopumque Proterium, & collectas ſolitas celebrantem, & orationes ſundentem omnium noſtrum Salvatori Chriſto pro veſtræ pietatis imperio & Chriſtianiſſimo veſtro palatio, congregatis in ipſa civitate magnificentiſſimis Judicibus, & Curia & pleno fideli, omnique Cleto ſimul & monachis. Hoc itaque malo procedente, & vix adhuc facta die, dum in epiſcopio ſecundum conſuetudinem degeret Deo amabilis Proterius, aſſumens ſecum Timotheus juſte condemnatos duos Epiſcopos & Clericos ſimiliter, qui, ſicut diximus, in exilio fuerant habitare damnati, tamquam manus impoſitionem ſuſcepturus a duobus, nullo penitus orthodoxorum Epiſcoporum ex diœceſi Ægyptiaca præſente, ut moris eſt in talibus Alexandrinorum Epiſcoporum ordinationibus intereſſe, ut eredit, adeptus eſt pontificatus Sedem, adulterium aperte præſumens in Eccleſia proprium ſponſum habente, & agentem in ea divina myſteria, & Sedem propriam regulariter exornantem. Ille optimus odibilem Deo & undique periculoſam differri non ſinens actionem, cum rabie quadam * incontemnibili repreſſa ſemetipſum inthronizavit, legem & ordinem Eccleſiaſticum, irrationabilem iram populi permixti eſſe confidens, & neque regulas Patrum, non legem Imperialem, aut ſanctiones Eccleſiaſticas, non ordinem, non poteſtatem Imperialem, non judicialem leveritatem mente percipiens, mox nedinationes effecit Epiſcoporum ſimul & Clericorum, Epiſcopus ſine impoſitione manus exiſtens. Sed neque priorem habens presbyteratus odium, baptiſma fecit, & omnes operationes, quæ ei nullateus agere competebant, exercuit.

16 His ita audacter & neſande per eum quotidie procedentibus, poſt aliquot dies, dum alibi degeret, magnificus & glorioſiſſimus Dux Dionyſius civitati adfuit laboranti, & egit quatenus peſtifer Eccleſiæ crudeliſſimus tyrannus etiam ab ipſa civitate recederet. Quo facto Eccleſiæ & civitati communem utilitatem conſuluit. Sic ergo decurſis paucis diebus, dum commotio & irrationabilis ita pro Timotheo meditaretur ab aliquibus contra ſanctæ memoriæ Proterium, nihil aliud erat quod faceret ille beatæ memoriæ, quam ut locum daret iræ, ſecundum quod ſcriptum eſt, ut ad ſacrum baptiſterium ſe conferret, invaſionem fugiens contra ſuam concurrentium necem. In quo ſcilicet loco & barbaris & exactis ferocibus hominibus timor fuit, etiam neſcientibus loci culturam & ſaande graciam amanantem. Hi vero tamen, qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere feſtinabant, neque in illis intemeratis locis eum ſalvari volentes, neque cultum loci metuentes, nec tempus, cum eſſet ſalutaris Paſchæ feſtivitas, nec ipſum ſacerdotium paveſcentes, quod eſt mediatio Dei & hominum, percuſſerunt inculpabilem virum, eumque crudeliter occiderunt, etiam cum aliis ſex: & circumducentes ejus ubique e adsver vulnerutum, crudeliterque trahentes per omma pene civitatis loca, inſenſibile corpus plagis ſine miſericordia verberabant, dividentes membratim eum, & neque interiora more canum guſtare parcentes illius viri, quem nuper habere ſe mediatorem Dei & hominum putaverunt: tradenteſque reliquum ejus corpus igni, etiam diſpergebant ejus cineres in ventos, ferocitatem beſtiarum omnium tranſcendentes. Horum liquidem omnium auctor fuit & ſapiens (ſi Deo placet) architectus Timotheus: primo ſiquidem adulter, poſtea etiam homicida, pene manibus propriis hoc nefas efficiens, & propterea condemnandus, quando agenti, qui jubet malum fieri, in ſupplicio proximus eſt. *Hactenus illa Epiſcoporum Ægyptiorum & Cleri Alexandrini ad Leonem Imperatorem epiſtola de nece S. Proterii, ex qua quæ poſtea ſecuta ſunt, mox dabimus.*

17 *Iidem Epiſcopi Ægyptii & Clerus Alexandrinus aliam miſere epiſtolam n.* 23. *relatam, ad Anatolium Patriarcham Conſtantinopolitanum, ex qua pauca hæc de nece S. Proterii pag.* 279. *relata adjungo*: Extendens Timotheus ſuam veſaniam, & quaſi incrementum ſuæ ſuperbiæ & concupiſcentiæ operatus, confidetans quia non poſſit aliter ſtudium ſuæ tutentionis efficere, niſi ab humanis rebus auferret (quod etiam fecit) eum qui regulariter jure Archiepiſcopus & Catholicæ Paſtor fuit Eccleſiæ, ſanctæ memoriæ Proterium; ſuadens aliquot, ſicut rerum eventus oſtendit, homicidas veros contra inſurgete, qui eum orantem in baptiſterio peremeruut, & per omnem, ut ita dicamus, urbem trahentes, & velut in pompa ejus reliquias deducentes undique vulneratas & membratim inciſas, non renuerunt etiam earnis ejus & internorum viſcera ſaucta guſtare, ignique tradentes reliquum ejus corpus, ventis etiam cinerem diſpergebant, omnem beſtiarum tranſcendentes ferocitatem: non ſenectutem, non canos, non pontificutum, mediadorem Dei & hominum, non tempus erubeſcentes. Commiſerunt enim homicidium tempore ſaucto Paſchæ, quo etiam dæmones ſalutari paſſione perterriti conquieſcunt. *Hæc ibi. Theophanes ad eundem annum hujus occiſum refert hoc modo*: Paratas ſibi ab Æluro inſidias B. Proterius præſentiens, locum dat iræ, & primo Paſchatis celebritatis die ad venerandum baptiſterium confugit. At vero præcurſor Antichriſti, neque ſacræ ſolennitatis diem, nequa vanerauda loca reverens, miſit qui Præſulem prorſus innoxium, cum ſex aliis, qui eum ipſo erant, interficerent. Hi corpus Pontificis fumibus alligarum extra ſancti lavacri ſepra rapuerunt, & per civitatem ignominioſe circumductum, inhumane penitus & impie attrectaverunt, & illud demum ignibus abſumpſerunt, cineribus in aerem diſperſis. *Hæc Theophanes & ex eo Anaſtaſius, qui prima die Paſchæ ea perpetrata ſcribit: Cedrenus vero interfectum ait τῇ μεγάλῳ σαββάτῳ* magno Sabbato. *At Liberatus cap.* 15. Cœnam Domini *interpretatur, iſta de nece narrans*: Cæſarea morte Marciani Imperatoris, collectis turbis hæreticorum, qui Dioſcorum ſequebantur, ordinato Epiſcopo Timotheo Æluto, veniunt Alexandriam: & ante triduum Paſchæ, quo Cœna Domini celebratur, ab ipſis turbis concluditur in Eccleſia ſauctæ memoriæ Proterius, quo ſe timore contulerat: ibique eadem die in baptiſterio occiditur, laniatur, ejicitur, & ſuuus ejus incenditur, ſpargantur & cineres ejus in ventos. *Hæc Liberatus.*

18 *De genere necis illa ſingularia tradit Evagrius l.* 2. *cap.* 8. Tradi in Vita Petri Epiſcopi Majumæ civitatis, Proterium non a populo, ſed a quodam milite trucidatum. Nam cum Dionyſius, ſceleribus ibi admiſſis

AUCT. G. H. D

ſe ſua ſtilo

auxiliator in parvis, ſubvertens,

E

F

Jejunat jam & canon, ſub Paſcha interſpuo,

qui ſ. ejus dis,

aut Sabbato magno,

qui ſorte ſ in Cœna Domini,

Æluro inſurgit contra Concilium Chalcedonenſe

invadit Sedem S. Proterii,

Epiſcopos & Clericos ordinat.

S. Proterius effugit ad baptiſterii Rom. 1. 2. 9

occiditur

e forſan incæpro-bandis

AUCT. G. H.

impulſus, maxima cum celeritate Alexandriam veniret, maturaretque incenſam ſeditionis flammam reſtinguere, quidam ea Alexandrinus, Timothei ſuaſu, Proterium abeuntem conſugientemque ad baptiſterium, viſceribus ejus gladio transfixis conficiunt, funeque circumligatum in loco, qui Tetrapylon, id eſt Quatuor-portæ, dicitur, omnium oculis ſubjiciunt ad contemplandum, ac cum irriſiona ac clamore Proterium occiſum prædicant. Poſtea vero corpus per totam urbem raptatum, igni crematum tradunt, atque more belluarum viſcera ejus deguſtare neutiquam exhorreſcunt. *Hæc Evagrius: quæ fere eadem habet Nicephorus, qui* gladiis in viſcera ejus adactis occiſum *tradit: Grace*, Διαχειρίζονται αὐτὸν σὺν ξίφεσιν καὶ, Φόνιόν ἔλκουσιν. *Evagrii verba ſunt* τ Διαχειρίζονται ξίφεσι καὶ Φονικὸν ἀνδύνω. *Aliter Græci in Menais & apud Maximum Cytherum genus mortis exprimunt:* Regreſſus S. Proterius, *inquiunt*, & ſacrum baptiſterium ingreſſus, acutis ibi arundinibus trucidatur. *Grace:* Ἐστρέφησκολυμβήθρᾳ εἰσελθὼν ὑπὸ πλήθους καλάμων ξέοι κατασφάττονται. *Eſt* κολυμβήθρα *ipſa piſcina, ſeu lavacrum, qua voce etiam utuntur Theophanes & Theodorus Lector. De hac cæde Cyrillus monachus in Vita S. Euthymii Abbatis a nobis* 20. *Jan. illuſtrata* c. 16. n. 94. *iſta tradit:* Cum jam tunc Leo pius & Chriſti amans Marcianus ſucceſſiſſet Imperio, Timotheus quidam, cognomine Ælurus, totam conturbabat Alexandriam. Deinde autem cum ipſum quoque Patriarcham civitatis (o iniquas & impias manus!) in divini baptiſmatis piſcina interfeciſſet, Sedem audacter & impudenter invadit.

19 *Peracta hac tam crudeli lanienа nondum ſatiata fuit Ælluri nefanda rabies, ſed in novo furore audaciaque inſtituta, perrexit debacchari in reliquos orthodoxæ fidei Epiſcopos Ægyptiæ & Clericos Alexandrinos, dum hi e ſuis Sedibus atque eccleſiis evelebarentur. Rei geſtæ exponuntur in dicta horum Epiſcoporum & Clericorum ad Leonem Imperatorem epiſtola, atque ita pag.* 272. *refertur*: Adjecit etiam Ælurus his malis fine timore pejora, dum unique cuotta regulas operatur. Hactenus agit ſacra myſteria, qui neque laicorum communionem habeta ſanctis Canonibus poteſt: & gubernat quidem auctoritate ſua ſanctam Alexandrinorum Eccleſiam, res autem ejus, ut viſum ei fuerit, male devaſtat, & habentes alimenta pauperes ab Eccleſia, ejus ſolatio privat omnimodis, alios hæc ſceleratiſſimis impendendo. Et apette quidem Epiſcopos condemnatos quatuor aut quinque, contrarios orthodoxæ fidei, ſicut diximus, exiſtentes, alios quidem ſecum habet, alios vero per civitates mittit, ut io eis Epiſcopos orthodoxos perſequantur: ſed & alios ordinare non ceſſat. Eos autem, qui regulariter conſiſtunt, velut communicatores ſancti & univerſalis Concilii & ſanctæ memoriæ Proterii, anathematizavit: & ſic expulit omnem ſanctiſſimum urbis Alexandrinæ Clerum, communicantem ſimiliter generali Concilio & ſanctæ memoriæ Proterio Archiepiſcopo: ſed etiam Clericos, qui in noſtris eccleſiis & a nobis ſunt ordinati, omnes velut hæreticos anathematizando vere monſtravit. Orthodoxos veto ſenes & ſanctæ memoriæ Theophilum Alexandrinorum civitatis Epiſcopum, & ſanctæ memoriæ Cyrillum, & beatæ memoriæ Proterium, omnes antiquitus ordinatos, &, ut diximus, anathematizavit, & a ſacerdotio cuncto prohibuit. Addidit autem iſtis malis etiam hoc, quod ea venetabilibus diptychis abſtulit quidem ſanctæ memoriæ Proterii vocabulum, poſuit vero ſuum nomen & Dioſcori ab univerſo Concilio condemnati, cujus nec ordinationes ſuſcepit. Sic undique velut ebrius eſſe varia calliditate convincitur, & per ſingulas civitates & venerabilia monaſteria præcipit, ut nullus communionem ſuſcipiat, aut ab Epiſcopis aut Clericis, qui communicatores ſunt aut fuerunt ſancti & univerſalis Chalcedonenſis Concilii & memoriæ venerandæ Proterii, nec puter Clericos qui a nobis ſunt ordinati, ſed pro illis jubet alios introduci, tam quos ipſe ordinat, quam quos alios facere jubet. *Hæc aliaq; Epiſcopi Ægyptii & clerici Alexandrini ad Leonem Imperatorem, a quo petunt* hæc nota fieri ſanctiſſimo Romanę civitatis Archiepiſcopo, nec noo & Antiocheno & Hieroſolymitano, & Theſſalonicenſium orbis Epiſcopo & Epheſino aliiſque, ut renuntient ei, qui in tantis malefactis ſanctorum Patrum regulis ſit decretum. *Petunt etiam novum creari Alexandrinorum Epiſcopum*, cum Timotheus cum ſuis inſtanter impudenterque deroget & anathematizet ſummos Archiepiſcopos, id eſt, Romanum Leonem & Conſtantinopolitanum Anatolium & Baſilium Antiochenum eunctumq; Chalcedonenſe Concilium omneſque totius urbis Epiſcopos, & ubique orthodoxos Clericos ſimul & laicos. *Denique petunt reditus aliaque bona Eccleſia Alexandrina cuſtodiri, ac ſubſcribant Epiſcopi quatuordecim, aliique Presbyteri & Clerici.*

20 *In litteris ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quarum & meminerunt in præcedenti ad Imperatorem epiſtola, eadem fere recenſent paucuſis hiſce additis, qua pag.* 280. *continentur*: Nolumus recordari, quemadmodum conatus eſt in ſanctiſſimas Ægyptiacæ diœceſis Eccleſias, in quibus Dei amantiſſimi & orthodoxi Epiſcopi conſtituti ſunt, hæreticos Epiſcopos deſtinare, & in venerabilibus monaſteriis Clericos: & quemadmodum concubinæ Virginum monaſteria, conturbans eas, & terrorem eis ſuæ tyrannidis imponens: vel ad quantam veſaniam inſiluit, ita ut etiam Pontificales ſedes, in quibus reſedit ſanctæ memoriæ Proterius, poſtquam fregit eas, igni conſtraderet: aquā matua venerabilia ſanctaque altaria in ſanctis eccleſiis, ubi ædificata ſunt atque dicata, diluerit: ne audientes in incredulitatem forte ducantur, aut certe rectæ fidei inimici lætentur: a quo multa valde præſumpta ſunt, quæ narrari ſermone non poſſunt... Cum poſt mortem ſanctæ memoriæ Archiepiſcopi noſtri Proterii tantam rabiem contra eum & veſaniam demonſtraverit, ut etiam Pontificalem ſedem, in qua ille ſedit, igne crematet, & de venerabili diptycho ejus nomen aoferret, & qui ab eo ordinati, Eccleſiaſticum & ſacerdotale miniſterium celebrare probibetet, ejuſque generis proximos valde perſequeretur; ſubſtantiam quoque ejus, quam a patentibus habuerat, devaſtaret; quomodo manifeſtus non eſt, quia cædem cuotta eum ipſe commiſit; rebus ipſis voluntatem Timothei valde pandentibus, & quemadmodum eſſe veſanus apparuit contra memoriam illius, qui beate defunctus eſt? *Hæc illi Epiſcopi cum clericis, ad Anatolium, a quo petunt, ut eadem dignetur vindicare* ſanctiſſimo Eccleſiæ Romanæ Pontifici Leoni, nec oon & Antiocheno, & Hieroſolymitano, atque Theſſalonicenſi & Epheſino, aliiſque Epiſcopis, quibus viſum fuerit.

A *an viſcera tranſiuna fuerint gladio?*

num arctis arundinibus?

B

Ælurus *vas Eccleſiæ devaſtat,*

perſequitur orthodoxos Epiſcopos,

C *& Clericos*

anathematizat S. Proterium aliosque

nomen ſuum diptychis reſtituit

ab eo ordinatos abdicat

D

anathematizat Romanum Pontificem & Patriarchas;

E

ſanctimoniales conturbat,

ſedem Pontificalem S. Proterii combuſit,

perſequitur ejus propinquos.

F

§. IV. *Homicida puniti. S. Proterii innocentia laudata: memoria faſtis ſacris inſcripta.*

21 QUid egerit *Anatolius indicat in epiſtola ad Leonem Imperatorem, in qua pag.* 288. *iſta inculcat*: In his quæ ſunt præſumpta in Alexandrinorum Eccleſia, non quievi, ſed ſequens veſtræ Chriſtianæ tranquillitatis intentionem, volentem & ſanctorum Patrum regulas non ſperni, & civilia jura ſervati, quod me facere congruebat, ſcilicet Sedem gubernantem hujus regiæ civitatis, egi: & hæc manifeſta veſtræ pietati fient per ea, quæ ſcripſi tam Romano ſanctiſſimo & venerando Leoni Pontifici, quam omnibus unicujuſque diœceſis Metropolitanis Epiſcopis, apud quos ingemui petulantiam contra ſanctorum Patrum regulas perpetratam

Ælurl ſedem ab Acacello CP. ſubſtituitur S. Leoni Papæ & aliis Epiſcopis,

A tratam & facta ſceleſta Timothei. *Quibus enarratis ita perorat*: Nunc igitur, famoſiſſime & fideliſſime noſter Princeps, inſertæ tibi juſtitiæ congeon ſancire .... per veſtræ pietatis impetium hæc ſecundum legum ſeveritatem effectui contradantur, ad vindictam contemptarum Eccleſiæ ſanctionum, & innoxii ſanguinis, hoc eſt, ſanctæ memoriæ Proterii orthodoxi Alexandrinæ civitatis Epiſcopi.

perit vindictam ob impet.

22 *Quatenus ea ſcelera a Leone Imperatore hoc ipſo primo ejus anno vindicata ſint, ad annum* 2. *ejus Imperii ita commemorat Theophanes*: Hoc anno Leo Imperator de injuſta Proterii cæde, & iniqua Æluri promotione, certior factus, miſit Cæſarium & Iuguis mutilatis relegavit eos, qui Proterii cædi commonicaveeant. In profanem vero Ælurum non animadvertit, judicium de eo ad Epiſcopos pertinere pronuntians. *Et anno* 3. *Imperii*, Hoc anno, *inquit*, ad ſingulos omnium proviaciarum Epiſcopi litteras dedit Imperator, ut propriam ipſi renuntiarent ſententiam: nam Chalcedonenſis Concilii decretis aquieſceeent, & de Æluri promotione quid ſentirent. Sancto inſuper Simeoni Stylitæ, & Bardæ monacho, cum Jacobo miraculorum patratori ſcripſit; quaſi Deo omnium rerum Domino rationem redditurus, ut de controverſiis rebus judicium facerent, cunctos obteſtatus. Illi una voce communique ſenſu coactam Chalcedone ſynodū ſanctam eſſe firmant: & expoſitis ab ea definitionibus mentem ſubmittere profitentur: parique ſententia, ceu perpetratæ cædis reom, & hæreticum Timotheum damnant. *Hæc Theophanes, cumq; ſecuti Anaſtaſius & Cedrenus: quibus conſentanea ante ſcripta erant a Liberato c.* 15. *& Evagrio l.* 2. *c.* 9. *ac multis poſt ſeculis a Nicephoro l.* 15. *c.* 18. *& 19. ubi epiſtolam eam non ſolum Epiſcopis ſed illuſtribus & ſanctitate vita præclaris monachis aſſerit ſcriptam, & tres etiam nominat*, S. Simeonem Stylitam, *cujus Vitam dedimus* 5 *Januar.* S. Baradatum, *quem Theophanes* Bardam *appellat, de quo egimus* 12. *Febr. &* S. Jacobum *Niſibenam, juniorem ſcilicet, & anachoretam, quem Græci celebrant* 26. *Novembr. Extat epiſtola Leonis Imperatoris extra tom.* 9. *Concil. n.* 21. *pag.* 265. *ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, eaque relata enumerantur Epiſcopi Metropolitani quinquaginta novem cum tribus jam nominatis monachis, quibus eadem miſſa fuit. Reſcripſerunt autem Epiſcopi, inquit Liberatus*, Chalcedonenſem ſynodum uſque ad ſanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam ſynodus Nicæna conſtituit. Timotheum vero non ſolum inter Epiſcopos non haberi, ſed etiam Chriſtiana appellatione privari. Ex has epiſtolas vel ecclationei Epiſcoporum omnium, in uno codicis corpore vocari Encyclicas.

ſupplicat de Timotheo Æluro ſcelleſto Epiſcopo.

& ſS. Simeonis Stylitæ. Barad. & Jacobi Niſibeni

ſcdemnatus Timotheus,

B C

23 *Extant hæc tertia parte Concilii Chalcedonenſis ſeu tom.* 9. *Conciliorum excuſa: ex quibus nos quæ de innocenti cæde S. Proterii teſtimonia proferimus. Ex his primum ſic quatuor Epiſcoporum provincia Europæ in Thracia, quorum epiſtola eſt* 27. *& hæc pag.* 291. *continent*: Quia Timothei immiſſione ſanctæ memoriæ Proterius orthodoxus ſanctoſque Pater, Alexandrinorum Epiſcopos in ſacratiſſimi baptiſterii loco peramptus eſt, membratimque conciſus, & locis omnibus circumeractus, & poſthæc igni contraditus, aliaque paſſus, quæ propter ſceleris exaggerationem tereetue lingua proferre, ſanctiſſimum quidem Proterium in ordine & choro ſanctorum Martyrum ponimus, & ejus intercelſionibus miſericordem & propitium Deum nobis fieri poſtulamus; Timotheum vero, qui talia perpetravit io beatæ memoriæ Proterio, qui fuit Epiſcopus, cujuſque conſilio atque tractatu factum eſt ſceleus hujuſmodi, quod etiam humanos aoditus propter excelleutiam crudeliratis obturat, tamquam tyrannum & ſanguinarium, & propter immenſam ſui crudelitatem unitquos tyrannos, qui ſemetipſos adverſus triumphatores Martyres armaverunt, tranſcendentem, quique Epiſcoparum arcipuit; alienum a ſacerdotio & epiſcopa-

S. Proterius Martyr habetur & nuncupatur,

Timotheus tyrannus habetur,

tus dignitate & exteraneum eſſe decernimus. *Valentinus Epiſcopus Philippopolitanus ac Primas provincia Thraciæ epiſt.* 29. *inter alia pag.* 295. *iſta judicat*: Timotheum, qui totius inalitiæ culmen eacedit, & inhumanitatis culmen teanlcendit, homicidam, Patriſque necatorem, qui Epiſcopo ſuperſtite Eccleſiam ejus adulteravit, & ſponſum ejus occidit, & tyrannico modo & impudenter ſemetipſum in Sedem ejus impoſuit, non oportere neque inter vivos examinari, palam eſt: oumquam dignitate pontificatus indoi, & io ſancto altari ſtare, & Divinitati miniſtrare credeodus eſt. *Sex Meſia ſecunda Epiſcopi epiſt.* 32. *iſta pag.* 299. *pronuntiant*: Timotheum, qui pee odium atque crimen ſceleſtiſſime contra Proterium reverendiſſimum virum, Alexandriæ civitatis Epiſcopum, operatus eſt, & a coodemnatis viris ſibimet per obreptionem indigne epiſcopatus nomen impoſuit, in ordine Sacerdotum nec numerari, ſed ſub anathemate & inter Simoniacos reputandum eſſe decernimus. *Epiſcopi novem Syria prima epiſt.* 33. *pag.* 302. *decernunt* Timotheum ob delicta & præſumptiones, quas nefande commiſit, reipublicæ legibus & eaeom Præſidibus ſecundum rationem judicio competenti ſubdi debere. *At ſeptem Syria ſecunda Epiſcopi epiſt.* 34 *pag.* 305. *tandem* auctorem homicidii & adulterii operarium a cuncta ſacerdotii dignitate alienum dicunt. *Ita etiam Ofroena provincia Epiſcopi epiſt.* 35. *ingemiſcunt* Timotheum Sedem in Alexandrina civitate Sacerdotibus divinitus condonatam teoniſſe, & notricem ſuam Pontificali ſanguine compleviſſe. *Adnodecim Epiſcopi Phœnicia ſecunda epiſt.* 38. *pag.* 313. *dicitur* Timotheus non Sacerdos factus, ſed Eccleſiæ adulter, qui eam quam Salvator proprio ſanguioe liberavit, Pontificali ſanguioe voluit adipiſci, & factos eſt non Paſtor ovium Chriſti, ſed importabilis lupus, non Pater, ſed parricida; non ſponſus, ſed thalami violator, *Eadem de cauſſa ſeptemdecim Epiſcopi provincia ſſauria epiſt.* 38. *pag.* 319. nullum ai per Canones ſanctorum Patrum ventæ ſermonem relioqui *indicunt*: *& viginti duo Lycia Epiſcopi in Synodo Myrenſi epiſt.* 44. *pag.* 338. *ita perorant ad Imperatorem*: Expellite, iecundom quod ſcriptum eſt, de concilio peſtilentiam, & virum ſanguinum auferte de medio, & Conſacerdotes, qui perſecutionem injuſte paſſi ſunt, tamquam pii veſtro more peotegite, Eccleſiis proprios ſponſos redonate, & monaſteria congregate, & ſudores ſanctæ memoriæ Athanaſii & Theophili & Cyrilli, qui orthodoxæ fidei principes exiterunt, nequaquam inutiles eſſe permittite, & Proterium ſanctæ memoriæ, qui mediatne fuit Dei & hominum, magna voce clamitantem, clementer audite. Celare eoim ejus ſanguinem, ſicut Zachariæ, terra non patitur, ne iterum celans ſecunda vice maledicatur.

Stultitia adulteri,

parricida

impellitur

ob ſecundi S. Proterii translationem Ieroſolymam

D E F

34 *Omittimus ab aliis Epiſcopis conſtituta, ne eadem aliis ſolum verbis, aut etiam eadem formula repetantur. Solū quæ a Simo Pontif. S. Leone acta ſunt indicamus. Accepti is litteris Anatolii de nece* S. Proterii, *& Sedis Alexandrina per Timotheum Ælurum occupatione, mox Leoni Imperat. ſcripſit epiſtol. qua inter ejus epiſtolas n.* 73. *to.* 7. *Concil. pag.* 154. *habetur hoc exordio*: Officiis, quæ ad gratulationem Imperii veſtri pertineot, perſoluris, etiam hanc pagioam neceſſariæ ſupplicationis adjeci: qua Catholicæ fidei divinitus præparatum favoris veſtri poſco præſidium. Nā talia in Alexandrina Eccleſia perpetrata, fratris & Coepiſcopi mei Anatolii relatione cognovi, ut omnis Chriſtiana religio ſentiac ſe impeti & violari, niſi omoiverſali fidei veſtra devotione peoſpiciatue, & memoratæ Eccleſiæ, quæ antea catholicis fuit clara Doctoribus, reddatur Chriſtiana libertas, ut ceſſantibus hęriticorum impugoationibus, Evangelica docteina, quæ illic ante Dioſcorom viguit, unita cum totius Eccleſiæ pace repareiur. *Actandē concludit his verbis*: Sanctæ primitus Alexandrinæ Eccleſiæ pacis reparationi conſulite, & per Catholicos Saceedotes talem provideri jubete Pontificem, in quo & in actum

& ſuſt. S. Leone Tom. pe,

violatam omnem Eccleſiam

AUCT. G. H.

probitate, & in fidei perfectione nihil poſſit reprehenſibile reperiri, ut omnibus rite compoſitis eadem ubique ſeruetur prædicatio veritatis. Data 5. Idus Jon. Conſtantino & Rufo VV. CC. Coſſ. *id eſt anno* 457. *Acceptis autem ab Anatolio literis alium* Kal. Septembr. *ſcripſit Leoni Imperatori epiſtolam, qua illi gratulatur, quod* profiteatur ad totius mundi pacem Chalcedonenſis Synodi ſe eſſe cuſtodem, *atq; adhortatur ut* imperiali poteſtate improbitas hæretica ac pertinax inſidiola cuotentio frænetur. *Miſit interea Leo Imperator ſuam ad S. Leonem Pontificem epiſtol. cum litteris Epiſcoporum Ægyptiorum, aliis orthodoxorum, aliis hæreticorum, quibus reſpondit S. Leo epiſt. admodum erudita, Imperatorem hortatus ad hæreticorũ rabiem comprimendam, & Alexandrinæ Eccleſiæ reformationem. Exſtat ea* 3. *parte Concilii Chalcedonenſis n.* 55. *pag.* 284. *tomi* 9. *Concilior. data* Kal. Decembr. *ejuſdem anni* 457. *hoc exordio:* Litteras Clementiæ tuæ plenas virtute fidei & lumine veritatis veneranter accepi: *dein acriter* impios parricidas *perſtrinxit, ac poſtea,* Nonne perſpicuum eſt, *inquit,* quibus pietas veſtra ſuccurrere, & quibus debeat obviare, ne Alexandrina Eccleſia, quæ ſemper fuit domus orationis, ſpelunca nunc ſit latronum? Manifeſtum quippe eſt per crudeliſſimam immaniſſimamque veſaniam omne illic cœleſtium ſacramentorum lumen extinctum. Intercepta eſt ſacrificii oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia ſa- subtraaere myſteria. Nec ullo modo ambigi poteſt, quid de his decernendum ſit, qui poſt nefanda ſacrilegia, poſt ſanguinem probatiſſimi Sacerdotis effuſum, & concremati corporis cinerem in contumelia aeris cœlique diſperſum, audeat ſibi jos pervaſæ dignitatis expetere, & Apoſtolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad Concilia provocare. Magnum ergo vobis eſt, ut diademati veſtruda manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hoſtibus Eccleſiæ triumphetis.

25 *Mortuo anno* 458. *Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano ſucceſſit Gennadius, qui, teſte Theophane,* omne ſtudium apud Imperatorem adhibuit, ut quæ nefarie patrata, condigne ſubjiceretur ultioni: ad verſæ licet parti oppoſitus favetet Aſpar Arianus. Porro pientiſſimus Imperator Ælurum relegavit Gangram, quo Dioſcorus ejus Magiſter fuerat deportatus. Is vero conventicula celebrare, & turbas illic movere denuo cœpit: quorum certior factus Imperator, hominem in Cherſonem ſelegavit. Alius autem Timotheus, cognomento Leucus, qui & Salophaciolus, vir de rebus fidei recte ſentiens, & ob morum probitatem omnibus carus, in prioris locum Epiſcopus Alexandriæ ordinatus eſt. *Hæc Theophanes, eademque referunt Anaſtaſius & Cedrenus. Conſentiunt item Græcia Menæis & apud Cyberanm. Eadem fere tradunt Evagrius lib.* 2. *c.* 5 t *& Liberatus c.* 16 *qui ipſa addit:* Hic Timotheus Catholicorum Epiſcopus, viait quidem ſine ſeditione quiete in Alexandrina Eccleſia omni tempore Leonis & Zenonis, donec Baſiliſcus arriperet tyrannidem .... Tunc Baſiliſcu reddente Epiſcoparum Timotheo Ælluro & hæreticis Sedibus ſuis reſtitutis, fugit Timotheus Catholicus in Canopi caſtellum, & in monaſterio latuit. Poſtquam Imperator Zenon eſt reverſus ad Imperium, Timotheus Ælurus .... ab humana vita hauſto veneno ſolutus eſt. Poſt cujus obitum ordinavarunt ſibi hæretici Epiſcopum Petrum cognomento Moggum .... Et cognoſcens Zenon Imperator calliditatem hæreticorum ſcripſit Anthemio Auguſtali, ut Petrum quidem ſacerdotio privaret, Timotheum vero in Epiſcopatum reduceret .... qui anno Epiſcopatus ſui viceſimo tertio menſe ſeato obiit ſine moleſtia. Ordinatur autem a communicatoribus ejus Epiſcopis & Clericis & monachis, qui ajus noverant fidem & gubernationem, Joannes ex œconomo, cognomento Talaja, *qui aliis Tabenneſiota dictus: quo paſſa ans ultro, ne ea vis inferretur, urbe exeunte, iterum Petrum Moggum, ſeu Mongum, intruſum fuiſſe diximus* 25. *Febr. ad Vitam S. Felicis III. Papa pag.* 504 *& ſeqq. Hic autem Mongus, ut ſcribit Evagrius lib.* 3. *c.* 13. acceptu Henotico Zenonis, eos qui ſtabant a parte Proterii rerepit & concione apud populum in eccleſia habita epiſtolam Zenonis de concordia legit. *Scilicet, ut idem Evagrius tradit c.* 17. homo fraudulentus, verſutus & tempori ſerviens, minime in una perſtitit ſententia, ſed modo conſilium Chalcedonenſe anathemate damnavit, modo palinodiam cecinit, ipſumque conſilium omnibus ſuffragiis approbavit.

26 *Veram perſpecta ejus fallacia orthodoxos ad S. Felicem confugiſſe diximus in hujus Vita, ac tandem conceſſum Orientalibus communionem ab S. Hormiſda Papa ſub Juſtino Imperatore anno* 519. *quando e diptychis eraſa ſunt nomina Dioſcori, Timothei Ælluri, Petri Mongi & aliorũ. Verum recruduit Alexandrinorum ſtudium ergo improbiſſimos & nequiſſimos hæreticos, Dioſcorum & Timotheum Ælurum, quos poſteri (uti videre eſt in Kalendar. Ægyptiis ſeu Coptitarum apud Seldenam) religioſe etiam Sanctorum cultu venerati ſunt, illum tertio die menſis Thoth, id eſt,* 31. *Auguſti, Ælurum* 7. *Muſrt, ſive* 31. *Julii, quo die hic obiiſſe dicitur in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum ab Abrahamo Ecchelleaſi eam Chronico Orientali typis regii edita, ſi tamen locum mereatur ea Hiſtoria ab impio etiam hæretico ſonfarcinata, expunctis ex albo Patriarcharum orthodoxis Epiſcopis, qui Dioſcoro non adhæſerunt: quales ſacram S. Proterius, Timotheus Leucus, Joannes Talaja, ſeu Tabenneſiota, Gajanus, Paulus, Zoilus, Apollinaris, Joannes, Eulogius, Theodorus, S. Joannes Eleemoſynarius, Georgius, Cyrus, Petrus, quos omnes enumeravit S. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Theophanes alii, orthodoxi ſcriptores.*

27 *Græci in Menais & apud Maximum Cyberaum celebrant feſtum* S. Proterii 28. *Febr. his verbis:* Τῇ αὐτῇ κατὰ μῆνα τῷ ἁγίῳ ἱερομάρτυρι Πρωτερίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. Eodem die memoria ſancti & ſacrati Martyris Proterii Archiepiſcopi Alexandrini. *Adjunctum ejus encomium jam per partes recitatum. Addantur in Menais hi verſus:*

Ο' Πρωτήριος σφάττεται νῦν καλάμοις,
Ο'ξυγράφοις καλαμοῖς ἐν χεῖ πλαίοις.
Εἰκάδι ὀγδοάτῃ σφαζεν καλάμοις Προτήριος.

Proterius trucidatur calamis, ſive arundinibus, Acutis ſcribens calamus factus contra impoſturam. Viceſima octava occiderunt calamis Proterium

Aut potius circa Paſcha occiſum, ut ſupra probatum eſt, 28. *Febr. colunt Græci, quo forſan die nomen diptychis reſtitutum eſt.* In diptycho *nempe* piæ memoriæ tranſitum ad cœlos habentium Epiſcoporum vocabula continentur, quæ tempore ſanctorum myſteriorum ſecundum ſanctas regulas recitantur: *uti his verbis ſuam confeſſionem atteſtantur Epiſcopi Ægypti & clerus Alexandrinus in ante memoratam epiſtola ad Anatolium Patriarcham Conſtantinopolitanum.*

28 *Baronius relata ad annum* 457. *nece S. Proterii, illa n.* 28. *addit:* Sed licet irrumpat audacia, furatque temeritas, atque debacchetur ſoluta licentia, graſſetur inſuper infrons perfricta fronte procacia, occidat, trahat, diſcerpat, comburat, & tenues cineres ſpargat in ventum, atque ne ejus nomen memoretur amplius, abradat u diptychis; longe tamen ſecurior quibuſvis æreis tabulis Proterii nomen liber vitæ habet deſcriptum in cœlis, & in terris non una tantum, ſed omnes totius orbis Eccleſiæ indelebilibus notis perpetuæ memoriæ commendatum ſolenniter acceperunt, anum ſingulis magno præconio repetendum: quem ſciunt ſacerdotali corona decorum, martyrii ſplendentem purpura, partem in cœlicum ſanctis Apoſtolis acceptſe. *Hæc Baronius, a quo mirantur hujus ſanctiſſimi Martyris nomen in tabulis Martyrologii Romani non fuiſſe relatum, imo neque venuſſe in cenſum aliorum Fallorum Latinorum.*

DE

A affectus alio electo Epiſcopo

B ordinatio hæreſis

C ordinatio Petri Moggi, exilio Timothei Leuci,

D turbæ Mongus ſedis ſuæ S. Proterii adhæſerit,

E pœna reditio ad. 119.

F imo tuto Baronio omnibus Eccleſiis

Or vadit S. Proterii, probatiſſimi Sacerdotis, deploratur,

Jugulatio Leonis Augusti, patritii Ælurus,

Ordinatio Epiſcopi Timotheus Leucus,

reſtitutus Ælurus

honeſto exitus periit,

ſuccedit Petrus Moggus,

ſum Joan. Tabenneſiota,

Colitur S. Proterius a Græcis 28. Febr.

DE S. ROMANO
ABBATE JURENSIS MONASTERII
IN BURGUNDIA,

Commentarius prævius. G. H.

§. I. Tria monaſteria a S. Romano & S. Lupicino fratre extructa: illius memoria in faſtis ſacris: Vita ſcripta.

CIRCA AN. CCCCLX. XXVIII. VERA. *Apud Sequanos in valle Jurę.*

1 PRimam Galliæ antiquæ notitiam magis exactam habemus ex C. Julii Cæſ. de bello Gallico Commentar. *ex quorum lib.* 1. *diſcimus ſedes* Sequanorum, *& apud eos montem altiſſimum* Juram *fuiſſe appellatum, interq; eum & Rhodanum flumen Helvetiis in Galliam irrumpere conantibus iter fuiſſe anguſtum & difficile, quod facile poterat impediri. Nomen monti late extenſo haſtenus manet: in cujus illa parte, qua hoc tempore a Breſſia & Bengeſia ſeparatur Burgundiæ Comitatus, ſolitariam vitam auſpicatus eſt* S. Romanus: ante quem, *inquit auctor hujus Vitæ n.* 2. nullus omnino monachorum intra Galliam Sequanorum, religioſa obtentu, aut ſolitariam aut conſortalis obſervantię ſectarus eſt vitam. *Primus S. Romano acceſſit ſocius* S. Lupicinus: *illius germanus: ii pluribus ſibi adjunctis monachis facti ſunt duorum e ſe extructorum cœnobiorum Abbates: priori* Condadiſcone, Condadiſcenſe, Condadiſcenſe, Condatiſcenſe, *nomen fuit, Abbas* S. Romanus: *alterum, quod moderabatur* S. Lupicinus, Lauconnum *fuit nuncupatum. Tertium additum Virginum cœnobium, quibus horum fratrum præpoſita eſt ſoror, inter rupes & cavernas, quod ideo* Balmam *dictum auctor Vitæ n.* 19 *aſſerit: in quo &* S. Romaoum *ſepultum fuiſſe, eiq; baſilicam erectam, idem n.* 9. *tradit: & in Vita S. Lupicini ſub finem de utriuſq; ſepultura hæc idem Auctor refert:* Inſpiratione pietatis ingenitæ, in ipſo Lauconnenſi monaſterio paterunm *S. Lupicini* corpuſculum filioli condiderunt: ut quia jam germanus ipſius *S. Romanus* orationis locum illuſtrabat ad Balmam, Sanctus quoque Eugendus Condateſcenſem illuſtraturus quandoque erit interius, hic interim *S. Lupicinus* Lauconnenſe monaſterium virtutibus inſtrueret, imbueret eaemplis, ornaret patrociniis, orationibus jugiter adjuvaret.

2 *Colitur S. Lupicinus* 21. *Martii, at S. Eugendus Kal. Jan. ad quas ejus Vitam ab eodem Auctore exaratam dedimus, qua poſt Præfationem ita incipit:* Sanctus igitur famulus Chriſti Eugendus, ſicut beatorum Patrum Romani & Lupicini in religione diſcipulus, ita etiam natalibus ac provincia extitit indigena.... *quem* puerum de cœno paternæ domus a Romano ac Lupicino Patribus educendum *didicit revelatione ejus pater, tum* in presbyteri dignitate Sacerdos, *a quo* litterarum inſtructus elementis, S. Romano oblatus eſt Patri: *& poſtea ab eo, quem* beatiſſimum Romanus, vel Lupicinus, Condateſcenſi cœnobio ſignaverant ſucceſſorem, *creatus eſt coadjutor Abbatis: quo migrante, poſtquam* B. Romanus, *in viſione cum Lupicino fratre apparens ei* lumbos cingulo conſtringerat, *conſtitutus eſt Abbas, ac tandem ſanctę mortuus. In poſtrema autem egritudine monachos lacrymantes hac viſione conſolatus eſt:* Domini mei Abbates, *inquit,* Romanus ac Lupicinus, propriis humeris feretrum ante hunc lectulum exhibentes, me quoque deoſculatum atque compoſitum elevanter, deferendum immiſerunt geſtatorio. Cumque elevatum in oratorium introferrent, concurrentibus vobis in oſtio, violenter excuſſus, io hoc ſum a vobis lectulo reportatus. Et ideo rogo, ſi quid ſeni, ſi quid veto paternæ pietati præſtatis, ne me iſthic retinere diutius, ſed eandem tranſire permittatis ad Patres. *Hac ibi.*

3 *Sepultus in Condateſcenſi eccleſia S. Eugendo, ab hoc Februarii* Tom. III. *Abbate cœptum poſtea nominari* monaſterium S. Eugendi: *ad quod relicto Archiepiſcopatu Veſontionenſi devenit* S. Claudius, *ac monachus ibidē, dein Abbas vixit, mortuus demum* 6. *Jul. ad quem diem in antiquis Lectionibus mſs. Eccleſia Æduenſis dicitur* S. Claudius civium turmas fugiens, ad Jurenſe S. Augendi cœnobium, locum videlicet horroris & vaſtæ ſolitudinis, Domino ducente, ſe tranſtuliſſe. *Qua in Breviar. Biſuntino, juſſu Ferdinandi a Rya Archiepiſcopi an.* 1590. *edito, ſic efferuntur:* Clam ſe ſub duait ab urbe, & in monaſterium contulit D. Eugendi Jurenſia, locum horroris & vaſtæ ſolitudinis, ut illic Deo cum monachis ſolum cœlum ſpectantibue, & ipſe vitæ contemplativæ amaror die noctuq; inſerviret. *In ejuſdem S. Claudii Vita a Joan. Jac. Chiffletio par.* 2. *Veſontionis edita pag.* 144. *iſta leguntur:* Civitatem ſuam cum dignitate reliquit, & in monaſterio S. Eugendi, quod eſt juxta fines dictæ diœceſis *Veſontionenſis*, omni Clero & populo dictę civitatis renitente, ac lacrymis ipſum revocante, ab Angelo, ut feruut, monachis pænuntiatur, devenit: ibique habitum vitamq; monachalem arripuit. *De tempore quo S. Claudius ad S. Eugendi monaſterium venit, nonnulla diximus l.* 4. *Diatriba noſtra de III. Dagoberti Regibus c.* 1. *exactius dari chronolog. 6. Junii. Quid de hoc monaſterio ſentiret, ſcripſit S. Bernardus epiſt.* 291. *ad Eugenium Papam, cum illud eſſet variis injuriis oppreſſum:* Sancti, *inquit* Eugendi nobile monaſterium, olim divitiis & religione famoſum, ſi vera ſunt quæ dicuntur, prope interitum eſt.... Latos præſentium monachus præfati monaſterii & Archegaudus Prior, homo nobis ab antiquo pro ſua honeſtate & religione dilectus, poterunt vobis notimare, quæ plenius noverunt.... Ego liberavi animam meam, ſed non ſufficit, niſi & monaſterium liberetur. In manibus veſtris mors & vita illius. Hæc *S. Bernardus. Monaſterii decus omne non tantum poſtea recidit, ſed plurimum auctum eſt, ob illuſtria miracula, quæ ibidem interceſſione S. Claudii, cujus corpus adhuc integrum aſſervari dicitur, deinceps patrata ſunt: unde & monaſterium, ejq; adjunctum oppidum & mons Jura vicinus, a S. Claudio ſuam habent hoc tempore nomenclationem.*

4 *Hæc de locis, in quibus B. Romanus vitam egit, ſanctę mortuus, ac miraculis clarus, antiquis faſtis ſacris inſcriptus eſt, & paſſim aſcribitur* territorio Lugdunenſi, *quod monaſterium etiamnū ſit in diœceſi Archiepiſcopatus Lugdunenſis* (licet minus abſit a metropoli Sequanorum Veſontione, imo ſatis propinquum urbi Epiſcopali Genevenſi. *In mſ. antiquo Mart. Cenulenſi ſeu S. Richarii, iſta habentur:* In territorio Lugdunenſi S. Romani Abbatis. *Antiquo Martyrol. quod in bibliotb. Regiæ Sveciæ aſſervatur, hæc verbis inſcripta:* Natalis S. Romani Jurenſis Abbatis, qui primus illic eremiticam vitam duxit. *Similia leguntur in mſs. S. Maximini & Colonienſi S. Mariæ ad Gradus. Aſt Uſuard. in Codic. mſ. optima & ſinceriſſima fidei, Ado, Notker. & cum plurimis mſs. Martyrol. Roman.* In territorio Lugdunenſi, locis Jurenſibus depoſitio B. Romani Abbatis, qui primus illic vitam monaſticam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum poſtea catitis Pater monachorum. *In multis codicib. pro* locis Jurenſibus, *primit litteris tranſpoſitis legitur* locis Virenſibus *& frequentius,* Virentibus: *uti etiam Bedæ excuſo Martyrol. quod ex mſs. monaſteriorum Richenbergenſi & Subenſi corrigendum. De loco ſepultura in Martyrol. Bedæ, Adonem, & variis mſs. itemq;*

B *primus ſocietate elegit S. Romanus,*

& cum S. Lupicino fratre Lauconnenſe monaſterio auxerit ſepultus in Balmæ ſanctiſſimonialium, Lupicino in Lauconnenſi,

in Condateſcenſi S. Eugendo,

C *illorum diſcipulus*

S. Romano a patre oblatus,

ab eodē & S. Lupicino apparenti. Eius monaſter. Abbas factus,

& exultans in ultimo morbo

ab eoq; monaſterium Condateſcenſe dictū S. Eugendi

adminiſtrarum deinde a S. Claudio Abbate,

E

laudatum a S. Bernardo,

unus S. Claudii appellatur

F *fuit in dioeceſi Lugdunenſi.*

S. Romanus inſcriptus faſtis ſacris 28. Febr.

AUCT. G. H.

excaſo Colonia & Lubeca anno 1490. hæc adduntur. Venerabile corpus ejus ſitum eſt in finibus Veſontionum. *Magnum in Martyrologio Sanctaii Gallicano sexitur ex Aliis elogium. Quæ alii in Martyrologiis de monachata Benedictino dicantur, infra attingetur.*

A

Vita SS. Romani, Lupicini, & Eugendi ab eodem scripta.

§ *Vitas* SS. Romani, Lupicini, & Eugendi, *uti jam inſinuavimus, ſcripſit tribus opuſculis idem auctor, qui in præfatione ait, ſe trimeſtrem relatorem apponere Vitam trium Abbatum Jurenſium: & ſub finem Vitæ* S. Romani *ait* exacto hoc primo opuſculo ad S. Lupicinum ſecundi opuſculi tendere orationem: *ac paullo ante pro* tertio Libello, *ſeu* Vita beatiſſimi Augendi reſervaſſe *quæ ad regulam ſeu conſtituta ſpectant, ut ibidem ex Vita S. Eugendi monemus. Fuit autem ſcriptor monachus Condatiſcenſis, & S. Eugendi diſcipulus, eique admodum familiaris, uti aſſerit in ejus Vita n. 5.* Mihi tamen crebro ſecretiſſime teſtabatur Eugendus *n.* 25. Cum *ager de* nocturna quiete a nobis percunctaretur: &, Cum trepidi ſilercmus. *Tum n.* 26. Verba inter lamenta noſtra abſolvit *&c. In Vita S. Lupicini, narrat qua ſe* teſtabatur Eugendus in puerilia vidiſſe: & *quæ, ut inquit, longæ vos forſitan memini ſſe non ambigo. Infra autem in Vita S. Romani n.* 14. *qua* memini, *inquit*, beatiſſimum Dominumque meum Augendum referre ſolitum: *ac dein alia narrat, quæ per* ſanctiſſimum virum Palladium, S. Romani tam in cœnobio, quam in itinere comitem, *inuenerunt. Vita autem hæc* S. Romani *uti* & S. Lupicini *hactenus inedita, e veteribus Mſs. erat a eſt a Petro Francisco Chiffletio Societatis Jeſu Theologo, ac cum Vita S. Eugendi nobis tranſmiſſa. Vita* S. Romani *meminit* Joannes Jacobus Chiffletius illius frater *l. 2. Veſontionis Sequanorum metropolis in S. Celidonii Epiſcopo, ac pervetuſtum codicem monaſterii Jurenſis, ex quo horum Actorum deſcripta ſunt, appellat. Sunt ea ab auctore inſcripta* Joanni & Aementario fratribus Agaunæ *monaſterii: quale autem illud eo tempore fuerit, inquiſivimus* 11. *Febr. ad Vitam S. Severini Abbatis Agaunenſis, qui floruit circa annum quingentesimum, mortuus anno* 506. *Conſule* §. 1. *Commentarii prævii pag.* 544. *& ſeqq.*

B

Vita primum in mſſ. exſtat monaſterii Condatiſcenſis, quod poſtea S. Eugendi.

Vita S. Romani, Lupicini, & Eugendi ab eodem ſcripta,

monachos Condatiſcenſis, & diſcipulos S. Eugendi,

Vita epitomen a Gregorio Turon. edita, ab aliis deſcripta.

6 *Addimus Vita epitomen de SS. Lupicino & Romano Abbatibus conſcriptam a S. Gregorio Turonenſi Epiſcopo, a qua librum de Vita Patrum auſpicatur. Inter Vitas Sanctorum a Surio editas evitat eadem ad 28. Febr. & paſſim ab aliis in collectionibus Vitarum Sanctorum deſcripta, uti & nuper ab Simone Martinio in Floribus ſolitudinis ſanctorum Patrum Occidentis; cui tunc prior Vita adhuc incognita erat.*

C

§. II. Romanus, Lupicinus, Eugendus floruerunt ſeculo 5. non 6. Aliut ab hoc S. Romanus, qui miniſtravit S. Benedicto.

qui S. Benedicto miniſtravit Romanus,

perperam ſtatuitur Abbas Jurenſis, qui hoc die ſpectat,

7 ÆTas SS. Romani, Lupicini & Eugendi, *imo & auctoris, a quo illorum Acta divinus olim fuiſſe exarata facile ſtatum poſſet, niſi poſterorum calculum in errorem abduxiſſet illuſtriores ſcriptores, quorum auctoritate arbitrantur alii ſuas firmari poſſe opiniones. Ac primo, qui* 22. *Martii celebratur etiam in Martyrol. Romano* Romanus abbas, qui S. Benedicto miniſtravit in ſpecu, inde in Gallias proficiſcens, ædificato monaſterio, relictiſq; multis ſanctitatis alumnis, quievit in pace; *traditur in variis Martyrolog. ab S. Romano, de quo hoc die agimus, alius non eſſe. Ita Uſuardi verbis ſupra editis iſta in mſ. Aquicinctino addantur:* Hic etiam S. Benedicto in initio converſionis ſuæ adjutor & cooperator extitit, *At mſ. Bruxellenſe, Albergenſi aliaq; Martyrol. Uſuardi ad uſum Eccleſiæ Belgicæ, aut a ſitem Colonia & Lubeca an.* 1490. *excuſa, hæc adjiciunt;* Hic B. Benedicto creditur habitum monachicum tradidiſſe, eique ad ſonum tintinnabuli victus neceſſaria miniſtraſſe: *quod ſub rupe, in quantum licuit, factum ſcribitur in mſ. Adonis Leodienſis S. Laurentii. Verum hoc integra ſecula junior, monaſteriolum in loco, qui dicitur Fons-rogi conſtruxit, atque a morte ibidem ſepultus eſt. Cujus corpus poſtea ad urbem Antiſſiodorum delatum, atq; in eccleſia S. Amatoris depoſitum eſt. Succedente tempore monachi cœnobii S. Germani Antiſſiodorenſis illud ſibi obtinuerunt ſub Heribaldo Epiſcopo: dumq; componuntur oſſa, Presbyter loci de Bono-horto ſublegit teſtam capitis ejuſdem Sancti. Aoſegiſus autem Senonenſis, cognito quod teſta capitis in ſua aſſervaretur dioceſi, eam a dicto Presbytero impetravit, atque in ſuam detulit urbem. Nec hac parte corporis contentus, totum obtinuit ab Hugone Abbate S. Germani per Abbonem Nivernenſem Epiſcopum, & collocavit in monaſterio, quod* Vallibas, *ſeu* Vallis-blii *appellatur. Deinde ſub Normannis exuſto monaſterio, corpus inter urbem Senonenſem deportatum: uliq; tandem readificato ad muros Senonicos monaſterio, rurſum illuc tranſportatur. Quæ conſtant omnia ex Actis Vitæ & Translationis corporis hujus S. Romani a Gisleberto antiquo monacho deſcriptis, & a Joan. a Boſco in Biblioth. Flariacenſi editis, quæ ad* 22. *Mart. latius illuſtrabimus.*

eos S. Romanus, Jorenſi ſolli Benedictino ſoci,

8 *Alii & maxime ſcriptores Benedictini Acta horum duorum Abbatum ſatis diſtinguunt, ſed arrepta inde aberrandi occaſione utrumque ſuo ordini aſſcribunt, & eo hanc fere tempore, quo alter Romanus vivebat, volunt floruiſſe. Wion certe aſſerit* S. Romanum, *de quo agimus*, floruiſſe circa ann. Dom. 564. *ac Martyrol. monaſtice Benedictinæ inſcripſit* 28. *Febr. elogio ex Beda & Adone deſumpto. Wadingum ſecuti ſunt Menardus, Dorganius, & Bucelinus, qui longorum encomia ex Gregorio Turonenſi decerpta exornant, ac claruiſſe anno Chr. 570 ſtatuit. Auxerunt alii errorem, dum SS. Romanum & Lupicinum ſub Chilperico Rege Francor. vixiſſe aſſerunt. Ita Felicius in ſuo Martyrol. utrumque ad hunc diem memorant: ſed vel maxime Cardin. Baronio, 7. Annal. ad an.* 579. *n.* 29. *dum pietatem ceteraſque virtutes Chilperici extollit, ob quas per arcem Sigeberti fratris ex obſidione ad majorem regni ſplendorem evectum laudat, mox n.* 30. *addit.* Ut autem tot tantaq; a Deo obtinere meruerit Chilpericus, S. Lupicini inſignis ſanctitatis viri preces interceſſiſſe videntur: De eo enim in Vita ipſius iſta habet Gregorius Turonenſis, *infra n.* 10. *relata:* Lupicinus jam ſenex factus, acceſſit ad Chilpericum Regem, qui tunc Burgundiæ præerat. Audierat enim eum habitare apud urbem Januſiam, *id eſt Genevam. Narrato dein Lupicini ad Regem acceſſu, & hujus erga illum munificentia, iſta addit:* Hucuſque Gregorius. Sic igitur ſeminans Rex illa carnalia, meſſuit jugi proventu ſpiritualia, nempe preces aſſiduas tantorum monachorum: ea quibus etiam ditatus eſt rerum temporalium copia, novo auctus regno, qui jam prope caſurus erat e ſoo. *Hæc Baron. pro ſuo affectu erga Chilpericum, cujus pietatem antiqui haudquaquam laudant. Non abnuerim fuiſſe magnificum Chilperici in monachos Jurenſes beneficium, dignumque quod Deus rerum temporalium copia, ac divinis etiam charismatis muneraretur. Verum qui potuit Chilperici Chlotharii I. filius, Rex Sueſſionum, illud beneficium conferre, qui nunquam Burgundia præfuit, neque apud Januſiam, ſeu Genevam, regni ſedem habuit, imo neque hanc urbem aut ulla vicina loca poſſedit, cam procul inde regnum Sueſſionenſe diſſitum fuerit? Rex tunc Burgundiæ, in qua erant & Geneva & monaſteria Jurenſia, erat S. Guntramnus diſti Chilperici frater, qui ambo Chlotharii I. patri anno* 561. *mortuo ſucceſſerunt; occiſus deinde Chilperitus an.* 584. *Guntramnus vero obiit an.* 593. *Veram Baronio univerſa Eccleſiaſtica hiſtoria opus prope immenſum molienti, in ſingulis per otium examinandis barere non licuit: aliquin ſine magno labore invenire poſſet Chilpericum hujuſce tam laudatæ in monachos beneficentiæ auctorem non fuiſſe Chilpericum filium Chlotharii Regis Francorum, ſed ex antiquioribus Regibus Burgundiæ, quorum regnum, ſubacto Godomaro Rege, obtinuit Chlotharius* Paulino Junioce Coſſ. Indict. 12. *an.* 535. *primo eam fratribus, deinde illis mortuis ſolus; cui ea diviſione ſucceſſiſſe Guntramnum jam diximus. Nova correctione non indigee Benedictus Genouns, dum in Vitis PP. Occidentis ad Vitam*

D

non fovit ſuorum ſecula junior,

qui Græcorum non barbaries, ſed Regum Burgundiæ fuit,

Digitized by Google

A tam *SS. Romani & Lupicini ex eodem Turonenſi editam, annotat* viaſſe temporibus Childerici Regis Francorum circa ann. 461. *quo cœpit regnare Childericus, quem volui ſcribere. Gazæus quoq; in horum Actis Gallice editis* Childericum *appellat, & ann. 465. adjungis. Alias Childericus Rex Francorum pater Chlodovei I. cum hiſce Sanctis vixit, ſed non habuit Burgundiam aut ullas vicinas ditiones: quæ tunc propriis Regibus erant ſubjecta.*

Ego alium agitur de Childerico Rege Francorum

9 *His ergo rejectis, ex ipſis Actis ita ætatem SS. Romani ac Lupicini ordinamus. Nati videntur circa ann.* 400. *aut aliquot annis citius, maxime S. Romanus, qui altero ſenior erat, ac primus anno ætatis 35. capit in ſilva Jurtuſi vitam ſolitariam ſectari: ad quem poſt plures annos acceſſit S. Lupicinus: adjunctis dein aliis locis, & domicilia conſtructa ſunt: quod eorum exemplo alibi a nonnullis factitatum.* Audita *poſtea ut n. 6. dicitur*, eorum fama S. Hilarius Arelatenſis Epiſcopus

S. Romanorum ſub ſe eſſe ſenioris ætatis.

fecit S. Romanum haud longe a Veſontionenſi urbe occurrere, *ac* Presbyterum *ordinavit. Tempus indicatur fuiſſe, quando* antedictus Hilarius venerabilem Celedonium Veſontionenſis metropolis Patriarcham a Sede Epiſcopali, nulla exiſtente cauſſa, dejecerat. *Concilium tacerſi loci vocat Sirmond. to. 1. Concilior. Gallic pag. 79. Habitum id eſt anno 444. in quo eum Celidonius damnatus fuerat, Romam, ut eſt in Vita S. Hilarii 5. Maii, ad S. Leonem Papam ſe contu-*

a S. Hilario Epiſc. Arelatenſi Presbyter ordinatus an. 444.

B *lit, eodem; mox aſperâ hyeme profectus eſt Hilarius, ut de Celidonii cauſſa reſponderet: ſed ſuggeſtione Leoni oblatâ, mora impatiens, exitum judicii non expectavit.* Ob quod, *inquit auctor Vitæ S. Romani n. 6.* in audientiam beatiſſimi Papæ Leonis Romæ male geſtiſſe convictus, reſtituto quoque in Epiſcopatu Celedonio, Apoſtolica auctoritate ob uſurpationem inlicitam regulariter eſt increpatus, *ſcripta a S. Leone epiſtola ad Epiſcopos provinciæ Viennenſis, miſſa cum Novella Valentiniani III. Imperatoris ad Aetium data* Romæ 8. Idus Junias, Valentiniano Auguſto 6 Conſule, *ſive anno* 445. *In eadem Novella reprehenditur factum S. Hilarii. Ex certus character annis* 444. *quo S. Romanus Presbyter ordinatus eſt, a viſceribus hiſtoriæ eratus, & inſallibilibus palis affixus. Quot dein annos vixerit S. Romanus, non exprimitur: plures forſan duodecim aut ſedecim, rebus poſtea a Actis aſſignandis videntur, atq; obitus ejus ad ann.* 460. *eum proxime præcedentem referendus.*

mortuus ante annum 460.

10 *Quo tempore adoleſcebat S. Romanus*, Burgundiones, *qui antiquis Germaniæ Tranſrhenanæ variis locis habitarant*, partem Galliæ, Rheno conjunctam, tenuere, *ut hic verbis tradunt Proſper & eum ſecutus Caſſiodor. in Chron.* Lucio V. C. Coſ. *Annus is eſt* 413. *At* Theodoſio 15. & Valentiniano 4. Coſſ. (*is ann. eſt* 435.) Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem Aetius bello ob-

Burgundiones habitaſſe in Galliis juxta Rhenum ab an. 413.

C tinuit, pacemque ei ſupplicanti dedit, *uti idem Proſper tradit: qui in alio chron. a Pithœo edito, anno ante obitū Theodoſii Junioris* 7. *Chr.* 444. *quo* S. Romanum Presbyterum ordinatum *divimus, aſſeris* Sapaudiam Burgundionum reliquiis datam cum indigenis dividendam. *Ibi deinceps conſtituerunt, ſimulq; paullatim per vicina prælatis, in prima Lugdunenſi, Maxima Sequanorum, Viennenſi, Alpibus Grais & Penninis & Provinciaſis Druentiam poſitis ſunt, uti illa docte obſervat Sirmondus ante Concilia Gallia. Nullus Burgundionum mentio eſt in antiquis Actis* S. Romani, *& forſan necdum provinciam Sequanorum & ditiones vicinas occuparant: quod Abbate dein utriuſq; monaſterii S. Lupicino ſaltum videtur, quando is pauperes oppreſſos coram viro illuſtri Galliæ Patricio Hilperico, ſub quo ditionis regiæ jus pubicum tempore illo redactum eſt, niſi aus eſt defenſare. Et dein contra* nefariom oppreſſorem audacter manum ad memoratum Hilpericum, virum ſingularis ingenii & præcipuæ bonitatis extendit. *At* tanto eſt memoratus Patricius veritatis audacia delectatus, ut hoc adſtantibus aulicis, ita Divino judicio accidiſſe, eaamplit multis ac multa diſputatione firmaret. Moa vero vigoris regii ſententia promulgata, liberos reſtituit libertati, & Chriſti famulum, oblatis ob neceſſitatem Fractrum

partem Sabaudiæ obtinere an. 444.

ab poſt mortem S. Romani proximis Sequanis occupari.

Childericus Patricius Galliæ,

vel loci muneribus, honorifice facit ad cœnobium repe- AUCT. G. M.
dare. *Hæc auctor convus in Vita S. Lupicini. Munera hæc* D
oblata recenſentur infra a Turonenſis n. 10. *At quo hæc tempore contigerint, indicatur ultra immediate ſubjuncta narratione hoc exordio:* Vir illuſtris Agroppinus, ſagacitate Rex Burgundionum habitans Genua habitavit
prædictus ſingulari, atque ob dignitatem militiæ ſeculari, Comes Galliæ a Principe conſtitutus per Ægidium cum Magiſtrum militum callida malitioſaque apud Imperatorem arte fuerat obfuſcatos.... Si ergo, inquit, mi Domine ac Major Ægidi, mihi eſt quod illic meruam accuſatus, obſecro ut mihi ſanctus Dei ſervus Lupicinus, qui ad præſens eſt, ex hoc vice nobilitatis tuæ fidepuſſor accedat. *Contigiſſe hanc duorum illuſtrium virorum remuneratione circa ann. 2. Severi Auguſti, Chr.* 463. *indicat Idatius in Chron. his verbis*: Agrippinus Gallus & Comes & civis, Ægidio Comiti viro inſigni inimicos, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudericо. *Præfectus tum Romam ad Severum Auguſtum eſt, & ſe ab impoſito facinore purgavit. Fuerat jam ante ſub* Majoriano Imperatore Ægidius ex Romanis magiſter militum in Gallias datus, *ut Gregor. Turon. l. 2. hiſt. Franc. c. 11. tradit: qui addit c.* 12. *Childerico Rege Francor. ob luxuriam & ſtupra ejecto, Ægidium unanimiter a Francis in Regem adſcitum ad octavum uſque annum regnaſſe: & tamen Francis Childericum receptum, ex Baſina Thoringia Regis uxore Chlodovеum genuiſſe, qui patri an.* 479. *mortuo ſucceſſit, ac Siagrium dicti Ægidii filium anno* 484. *debellavit.* an. 463. E

Haud longo poſt hoc bellum tempore duxit Chlodoveus uxorem S. Chlotildem, orthodoxa religione ac Chriſtianis moribus imbutam, filiam Chilperici Regis Burgundionum, jam ante gladio fratris ſui Gundebudi occiſi. Fuerunt hi filii Gunderici, cui item traditur frater fuiſſe, nomine Chilpericus: quem Sirmondus arbitratur Genua regnaſſe, & S. Lupicino alimenta præbuiſſe. S. Chlotildis pater aut patruus potius,

11 S. Lupicinus, cum *eum* longæva tempora, ſenecta quoque, atque inæqualitas gemino labore pulſarent.... migravit ad Chriſtum, *tum* præfectiſſet primitus Condadiſcenſi, ſeniori utique cœnobio, Patrem, tum quoque imminente morte Laucouenſi monaſterio deſignaſſet Abbatem: *quo ſub finem Vitæ illius narrantur. Priori Patri apud Condadiſcenſes datus dein Coadjutor S. Eugendus, atq; illo mortuo vocatus Abbas: qui* ultra ſexagenariam ætatem *traditur* ſex menſibus *vixiſſe, olim S. Romano puer a patre ſuo oblatus: ut annum quingeneſimum Chriſti videatur attigiſſe aut etiam ſuperaſſe. Poſt cujus obitum, quidam ejus diſcipulus horum trium Sanctorum Vitas ſcripſit, ejusdem teſtimonio ſeniorum, qui adhuc ſupererant, atque olim ſub SS. Romano & Lupicino vitam iſthic monaſticam egerant.* Ætat. SS. Lupicini & Eugendi, ac ſcriptoris Vitæ coætanei. F

§. III. *Cujus S. Romani reliquiæ aſſerventur apud Orichios in Luſitania, & in Hirſugenſi monaſterio in Hiſpania.*

12 NOva nuper exorta controverſia eſt apud *Hiſpanos & Luſitanos, qui* S. Romanum, *de quo hic agimus, e Gallia in Luſitaniam migraſſe contendunt, ibiq; extructis aliquot monaſteriis, miraculis clarum obiiſſe. Vaſconcellius noſter in Regni Luſitaniæ deſcriptione* inſigniora Sanctorum delubra per totam Luſitaniam diſperſa *proponit, & a.* 15. *pag.* 554. *ita habet*: Apud Orichios D. Romanus in parva ædicula colitur, ubi illius corpus occultatur, caput in oppido Panojos monſtratur. Huc confertiſſima peregrinorū frequentia ſe confert, ut divinitus ad priſtinam reſtituantur valetudinem. *Hæc ille de cultu & reliq.* S. Romani, *non indicans illum ulla conditione aut dignitate: Martyr fuerit, an Confeſſor, Abbas an Epiſcopus; illic an ubi diem extremum obierit, ante an poſt Maurorum dominatum, omnia in obſcuro relinquit. Quæſitum ergo celebrit aliquis* Romanus, *qui quocunq; modo, (ſive aſcenſione aliarum nationum, ſive ingratus) pertrahi in Luſitaniam poſſet: & repertæ*

In Luſitania S. Romani aliaque reliquiæ.

S. Ro-

AUCT. G. Bl.

A

aliqui idio affirmant S. Romanū ad Lusitanos migrasse, mortuum an. 566.

S.Romanus *Abbas Jurenſis, a Wiane relatus ad ann.* 565. *a Baron. ad* 579. *Inſcriptus is Chronico, quod, ne ulli deeſſet auctoritas, M. Maximæ Cæſaraugustano, olim Epiſcopo attributum eſt: in eo ipſe Maximus addunctur de ſe ſcribere ad ann.* 566. *quod vixerit multos dies in æde S. Mariæ de Columna a B. Jacobo Zebedæi filio ſub regula S. Benedicti:* propeque fuiſſe monaſterium monachorum Benedictinorum conſtitutum. *Ac dein ad eumdem annum iſta addunctur ab ea, quaſi monaſtica omnia calleret, ſcripta:* S.Romanus Abbas, S.Lupicini ſtates, natione Gallus, veniens ad Hiſpanias aliqua monaſteria condidit, moriturque in agro Auſichienſi in Luſitania, oppidoque Panoniis. Ejus corpus in pretio habesus ac houoratue. *Hæc ibi.* Oppidum Pannoniis, *a Vaſconcello dicitur* Pannojos, *a Cardoſo in Hagiologio Luſitano* Pannoyas, *in diœceſi Ebroeſi, & campo, ſive agro, Orichienſi. Maximus dein ad an.* 569. *S. Romano aſſignat diſcipulum his verbis:* S. Fructuoſus Benedictinus Abbas floret Conſtantiuæ in agro Bracarenſi, S.Romani, de quo ſupra, diſcipulus.

Magiſter S. Fructuoſi Abbatis Benedicti.

13 *Hugo Menardus in prolegomenis ad Concordiam Regular. S. Benedicti Anianæ Abbatis, cujus Vitam dedimus* 12. *Febr. de S. Fructuoſo Epiſcopo Bracarenſi, & altero hoc Abbate agit, & de ejus Magiſtro S. Romano inquirit, cum hac de Chronica Maximi pag.* 63. *cenſura:* Sed, ne quid diſſimulem, hoc Chronicon, ut interlegendum animadverti, multa continet abſurda, & S. Maximo pſoslus indigna. Eſt enim multis erroribus maculatum a quodam NEAULONE, qui paſſim huic Chronico multa inepta adjecit pro ſua libidine, ut ſunt illa, quæ hic de S.Romano citata ſunt. Numquam enim hic S.Romanus frater S.Lupicini in Hiſpaniam venit, neque ibi mortuus eſt: ſed in Gallia, & in eadem regione ſepultus eſt a fratre Lupicino in monticulo ſupra monaſterium Condatiſcenſe in locis Jurenſibus ſub Chilperico Burgundionum Rege, ut videre eſt apud S. Gregorium Turonenſem in Vitis Patrum. *Hac Menardus, qui unum, quod Maximi poaderit eſt, ſcilicet S. Romanum S. Lupicini fratrem, integro ſeculo ante S. Benedictum floruiſſe: cujus tamen ordinis, dum ea ſua Martyrol. Benedict. eum refert, videtur adſcripſiſſe. Plura ex Vita S. Romani, quam Menardus non viderat, opponi poſſunt.* Mentis placitum, *inquit Tamajus Salaz.* circa nonnulla, quæ in edito Chronico continentur, lubens amplector, & præcipue in clauſula LUPICINI FRATER, quæ procul dubio mendum gluſtema eſt. *Ac poſtea cenſet* verba illa expungendæ, quæ procul dubio a manu beati Epiſcopi Cæſaraugustani convincuntur aliena. *Quod alii, & ii viri admodum litterati, de tota Chronico cenſent. At Cardoſus, vir alioquin accuratus, hunc Maximi Chronicon nimium fiſus, S. Romanum ex Gallia in Luſitaniam deduxit, longo elogio a Gregor. Turonenſi ei concinnato, & antiqua Martyrol. optaret aliter ordinari, ut pre his verbis:* Io ſeſſitorio Lugdunenſi locit Jurenſibus, *legeretur*, In agro Ouſichienſi in Luſitania. *Quod etiam ad Maximi Chronicon annotat Rudericus Carus.*

quod merito reprobdit Menardus,

opponitur Tamajo de Salazar,

alia quibusdam ſuggeruntur

14 *Poterat hic agi ſub particulari titulo de* S. Romano, *cujus* corpus apud Orichios occultati, & caput in oppido Panojo monſtrasi *diximus ex Vaſconcellio. Ita enim Tamajus de Salazar:* Luſitaniæ in Orichieoſi agro depoſitio S.Romani Abbatis, qui in vita peractis innumerabilium virtutum operibus, ſic regionis cieculos ſignis mirabilibus opplevit, ut ejus deveniente glorioſo tranſitu, multiplicatis facinoribus ſupremam demonſtraſſet ſanctitudinem: ex quo ejus ſacra elevata pignora, & celebri epigraphe ſub ſignata, adhuc veneratiombus plebium exhibentus, & honore debito ſecondunros. *In Notationibus præter auctoritatem Chronici Maximi jam rejectam, adfert ſolum verba Vaſconcellii, addiq; eadem trada a Bernardo Brito, Ludovica ab Angelis & Auctore Theatri triumphalis:* e quibus eruudi de ejus Vita nil poteſt. *Nulla hujus Romani mentio fit in Martyrol. Luſitana Cæimbrica an.* 1591. *excuſe. Thomas de Herrera t.* 2. *Alphabeti Auguſtiniani pag.* 329. *hactenus relatum Romanum, cujus apud Orichios reliquiæ ſunt, vult eremitam eſſe, qui floruerit an.* 714. *ſub Roderico Rege, atq; in eam rem citat Auctorem Theatri Triumphalis & Ludovicum de Angelis in Viridario Luſitano: quibus merita plus tribuendum videatur, quam citate Maximi Chronica.*

an reliquiæ ſint alicujus Abbatis?

15 *Citatus jam Tamajus de Salazar ad* 28. *Febr. edidit* Acta S.Romani Abbatis Jurenſis in Gallia, cujus Reliquias io cœnobio Hirmiſgenſi Hiſpaniæ ſervasi aſſerit. *Ipſa autem Acta ex Turonenſi relata ita concludit.* Evolavit ad ſuperos pridie Kalend. Mart. anno Domini 565. vel circiter. Poſtmodom vero alio ſecolo Rex Cinda-Suinthus Gothorum in Hiſpania & Gallia Nasbonenſi, extructo Hosmiſgenſi cœnobio, ubi com uxore Recibesga sumulatus quieſcit, ulia ſacra pignora S.Romani Abbatis, S.Lupicini fratris, e Galliis translerre curavit, quæ cum aliis aliorum Sanctorum in arx majori occluſa honorifice coluntus, & propter ſancti Abbatis translata lipſana cœnobium S.Romano dicavit circa annum 648. *Ambroſius Moralet l.* 12. *a. Chronici generalis Hiſpaniæ c.* 28. *agit de fundatione hujus* monaſterii ad fluviolum Hosmiſgam, qui mox in Durium labitur, extructi, inter civitates Torum (*ab antiquis Sabarim dictum volunt*) & Torreſillam. *Aſſerit dein* in altera capella ſupra aram quadeangularem eſſe lapidem marmoreum: *in quo hæc inſcriptio legatur:* Hic ſunt Reliquiæ nomero Sanctorum, S. Romani monachi, S.Maſtioi Epiſcopi, S.Marinæ Virginis, S.Petri Apoſtoli, S.Joannis Baptiſtæ, & aliorum numero Sanctorum. *Antonius Tepez. to.* 1. *t. Chronici Benedictini an.* 646. *c.* 4. *ex hac inſcriptione infert* S. Romanum, *cui illud monaſterium Benedictinum fuit dicatum,* monachum fuiſſe ordinis S.Benedicti: *at mox, communi pluribus errore duos ha tenus relatos Abbates profert, Jurenſem, de quo hoc die agimus, & Fontis-Regi candidarem, qui ante S. Benedicto monſtrarat, & alterutrius Reliquias aliquas in altari poſitas arbitratur. Idem cenſet Moralez citatis mſs. Lectionibus ejuſdem monaſterii, in quibus dicuntur* pignora S. Romani ex Gallis advecta. *Salazar uſuris in illis Lectionibus* aliqua apocrypha eſſe, aliqua vera. *Cetarum cum neuter Romanus vixerit in Gallia Narbonenſi, nec dicantur in inſcriptione* reliquiæ S.Romani *Abbatis, ſed* monachi *; quidni in ipſis Hiſpaniis aliquis hujus nominis Sanctus, inter tot illuſtres vita ſanctimonia Benedictinos extitiſſe credatur, cujus accipere Rex reliquias, & in monaſterio a ſe condito reponere potuerit? Addit præterea Tepez. diffeilem lectu ſcripturam inſcriptionis eſſe, & fuiſſe qui ſa præfatæ ſubmurmurarent* Romanum Martyrem, *non monachum, legi debere.*

Monaſterium Hirmiſgenſe in Hiſpania dicatum S. Romano: an Abbati Jurenſi?

an poſſit monachus, cujus ibidem aliquæ reliquiæ aſſ.

qui Hiſpanus fuerit?

an illius reliquiæ R. Romani Martyris?

F

V I T A

Auctore monacho Condateſcenſi coævo,

Ex MS. codice ejuſdem cœnobii

Eruta a Petro Franciſco Chiffletio S. J.

PRÆFATIO AUCTORIS.

1 SAcer ille Evangelicus ascanuſq; amicus, dum pietatem ſuam myſtice mortalibus edocet non oegandam, intempeſta nocte ſuppliei panes Tsinitatis, ſi pestinax pulſaverit, aſtuit nun negari. Hoc magnum, ſecretumque arcanum, euptis obſtinationis vinculis, pietatis patitus aditu ſeſesasi. Quod licet ineffabili, divinoque, ut diximus, præmineat facsamento, habes tamen in a musica remunerationis quæſtum, etiam dum ſimpliciter ſesvatur in litera. Unde vos, o piiſſimi fratres Joannes atque Asmentari, vehementius amicum gemino pulſantes affectu, ſi oris cordiſque mei clau-

Luc. 11. 5.

a

Præfatio hac 1. Monachorum

A clauſtra reſecare diſtulero, inſignitam pertinaciæ avaritiæ notis, nec eibum mecum Apoſtolica traditione pronunciatis poſſe vos ſumere. Igitur ineruditi cordis verecundiam rumpens, trium vobis Abbatum Jurenſium Vitam, id eſt, ſanctorum Patrum Romani, Lupicini, Augendi, pro ſupradictis panibus, trinifer relator opponam. Siquidem theoretica illa converſatio vitaque veſtra, qua prior priſcum ſecutus Joannem, ſupra urnam *b* S. Mauritii, id eſt, legionis Thebæorum Martyrum caput, velut ille eas imus Apoſtolus atque Symmyſtes ſupra ſalutiferi pectus recumbit Auctoris; Aleer vero in modum natatilis arcæ; dum illic in cœnobio, etiam clauſtro peculiaris cellæ cunctetus, muodi turbines impactus irrider: uterque tamen abſque alimonia ſpirituali nequit omnimodis inviolabiliter exerceri. Quamvis ergo *c* Agaunus veſter Gallico priſcoque ſermone, tam primitus per naturam quam nunc quoque per Eccleſiam veridica præfiguratione Petri *d* Petra eſſe dignoſcitur: agnoſcat tamen cariras veſtra, & inter pineas abiegnaſque Jurenſium ſylvas, ipſam quondam a Pſalmographo in campis ſylvæ myſtica ſignificatione repertam, quæ nunc inibi a ſanctis Fratribus, ſublato jam præfigurationis ænigmate, pediſſequa ſtabilitate calcarur. Ec quamquam non decoloret virtutum amplitudinem ſermonis auguſtia, tamen caritatis veſtræ ſuffragari mihi ſuffragia poſco: ac, ſi laus vitaque digna venerabilium Abbatum nequit ſorſitan ab imperito, ut convenit referri, dum per ſe aſſatim rutilat, garrulitatis noſtræ ore nequeat deturpari.

ad Agaunenſes deos ſcripta.

Pſal. 131. 6

B

u *An* Amurca, *quæ & Palladia dicitur ab oliva Palladi ſacra, quæ voce ſordes olei, quæ præcedunt, ſignantur? An* mutia, *qua muſtum conditur? an aliud quodpiam vocabulum mendoſe ſcriptum?*

b *Celebratur S. Mauritius 22. Septembr. S. Joannes Evang. 27. Decembr.*

c *Pulgo alibi* Agaunum *neutro genere appellatur. Ex nomine abolito, nunc S. Mauritii dicitur: jacet in inferiori Vallenſi limite in confinibus Sabaudiæ, ad Rhodanum fluvium.*

Agaunus.

d *Antiqua Vita S. Mauritii:* Agaunum accoin interpretatiune Gallici ſermonis ſaxum dicitur.

CAPUT I.

S. Romani ortus, vita eremitica, monaſterium Condadiſconenſe conditum. Alia a diſcipulis erecta monaſteria.

2 IGitur præfatorum venerabilium Jurenſium Patrum actus, vitamq; ac regulam, quaotum iotbi proprio ſatutu, vel ſeniorum traditione percepi, nitar fideliter in C Chriſti nomine replicare. Ac primum beatiſſimus Romanum, tamquam vere Dominici belli ſignifcrum, profeſſioni veſtræ monachorumque eacreitui proferam ſancta æmulatione ſectandum. Hic namque Romanus Abbas primus e tribus ac primitus nuncupatus, non adeo exiguæ familiæ, quantum teſtatur pareutalis derivata poſteritas, intra Galliam Sequanorum oriundus fuiſſe monſtratur. Ante quem nullus omnino monachorum intra ipſam provinciam religionis obtentu, aut ſolitariam, aut conſortialis obſervantiæ ſectatus eſt vitam. Nam cum eſſet, non quidem apprime litteris inſtitutus; ſed, quod eſt præſtantius, ſyncritatis dote & caritatis virtute præcipuus, ita ut nec in pueritia infantum laſcivis, nec in juventutis robore humanis cupiditatibus, aut uxoris vinculo vinciretur; tricſimo & quinto ſermæ ætatis anno ſecretis eremi delectatur. Relicta quoque matre, ſorore, vel fratre, vicinas villæ Jurenſium ſylvas intravit, quaſque huc illucque profeſſioni congruas apeſque circumiens, reperit tandem ulterius inter ſe aſa convallis culturæ patulum locum: qui altriſecus ſtrictis jugi montium paullulum ardua ſecedcore

S. Romanus a Sequanis oriundus.

pie educatus,

an. 37. ætatis ſuæ ſupra decem ſe ſolus Jurenſi ſylvæ ſe inſerit.

naturæ, in planiciem aliquantulum relaxatur. Illic namque biſida in ſolidum concurrente natura, mox etiam, ab unitate elementi jam conditi, Condadiſcone loco vulgus indidit nomen. Cumque opportunitatem domicilii novus poſceret hoſpes, reperit ab orientali parte, ſub radice ſaxoſi montis, porrectis in orbitam ramis denſiſſimam ubietem, quæ patulis diffuſa comis, velut quondam *a* palma Paulum, ita texit iſta diſcipulum. Eatra cujus arboris orbem fons irriguus gelidiſſima fluenta præſtabat. Ea quo etiam hodie terebratis lignis ulterius in monaſterium educti latices, pro quodam hæreditatis pignore pignoribus miniſtrantur irrigui. Hæc ergo ſupradicta, ut diximus, arbor, a ſervore æſtuum vel frigore imbrium, tamquam vere meritorum gratia verosus, præbuit jugiter tecta virentia. Erant præterea paucæ ſylveſtres arbuſculæ, quæ acida quidem voluptuoſis, ſed dulcia quieto pomula miniſtrabant. Locus ipſe a decurſu uniti fluminis, ut tunc Sanctus ille ingreſſus eſt, non parvis ſpatiis ob raritatem eunſiſtentium diſtabat ab incolis: quia abundans procul in campeſtri cultura minime per ſucceſſionem ſilvæ illic permiſerat quempiam viciuari. Ceterum ſiquis ſolitudinem ipſam inviam contra equeſtris territorii loca auſu temerario ſecare deliberet, præter concretionem ſylveſtrem, ſive congeries arborum caducarum, inter juga quoque præcelſa cervorum *b* platocerum præruptæ couvallia via validus expedit uſque poterit ſub longa ſolſtirii die tranſcendere. Nam dextra, certe ſiniſtra, *c* ſeræ ipſius tractum, a limite ſcilicet Rheni, ſive flatibus Aquilonis uſque *d* pagioem Mauſatiſe atimum, nullus omnino ob longitudinem vel difficultatem inacceſſibilis naturæ poterit penetrare.

& arboris pomiferæ,

procul ab incolis,

b

c

d

3 Igitur allatis ſeminibus, vel ſarculo, cœpit illic vir beatiſſimus Romanus, inter oraodi legeodique frequentiam, neceſſitatem victus exigoi inſtitutione monachali, labore manuum ſuſtentare: aſſatim abundans, quia nihil indigens: ſatis erogans, quia minime pauperibus erogauda præſumens, non ſcilicet ultra promovens greſſum, non citra referens pedem, ut eremira indeſineuter orabat, & ut vere monachus, ſuſteotandus alimento proprio, laborabat. Viderat uamque, priuſquam religionis profeſſionem arriperet, quemdam venerabilem virum, Sabinum nomine, Lugdunenſis *e* luteramnis Abbatem, ejuſque ſtrenua inſtituta, & monachorum illius vitam, & quaſi quædam florigera apis, decerptis ab unoquoque perfectionum floſculis repedarat ad priſtina. Ea quo etiam monaſterio, nihil de ambitione ſanctiſſima manifeſtans, librum Vitæ ſanctorum Patrum, earumſque inſtitutiones Abbatum omni elegantia ac niſu, aut ſupplicando elicuit, uut potius eſt comparando;

odi ſimul laborem, ut officium compleret;

e

imitatur monachos Lugdunenſes,

Vitas Patrum & inſtitutiones comparat,

4 Cum ergo in ſupradicto loco multo jam tempore priſci imitator *g* Antonii, Romanu vita frueretur Angelica, ac, præter cœleſtem intuitum, nullo, niſi ſetarum, ac raro venantium, frueretur aſpectu; venerabilis germanus ipſius Lupicinus, poſtmodum ſcribendus Abba, cum eſſet eadem germaoitate minor, ſed non impar poſtmodum ſanctitate; per viſionem nocte a fratre commonitus, relictis ob amorem Chriſti, quas jam beatiſſimus Romanus deſeruerat, ſorore vel matre, rugurium fraternum profeſſionemque ardenter expetit: futurum procul dubio, quod rei poſtquam probavit eventus, ut io uidulo illo, hoc eſt, ſeereto eremi, tamquam par turturum, vel duo pulli columbarum, ſpiritalem ſobolem, divini ſcilicet verbi i o ſpitatione coneeptam, monaſteriis, eccleſiiſque Chriſti caſta parturitione diffunderent. Quo in tempore duo quidam juvenes *h* Nugdunenſis municipii Clerici, audita fama vitaque Sanctorum, non abſque periculo, niſi fidei præſtantior extitiſſet, a parte illa intupta eremo huc illucque incerti ad piorum ſedem vagantes adveniunt: eorumque uſſore præſentiam ſanctus Abba Romanus ita germano ſuo dicitur pridie prædiiſſe.

F

g

accipit ſocios, S. Lupicinum fratrem

h

& duos alios,

Digitized by Google

AUCT. COÆVO EX MSS.

dixiſſe. Duo, inquit, ad nos pertrahente imitationis affectu craſtina ventuti ſunt juvenes: e quibus major conjuge amiſſa continens, alter vero virginitatis privilegia intacta potitur. Cumque illud, ut ita dixerim, natale Sanctorum jam pene nequiret auctos ambire, haud procul ab arbore illa, in quodam molli colliculo, quo nunc in memoriam ſecretæ orationis eſt locus, dedolatis levigatiſque diligentiſſime lignis, & ſibi conſtruxere habitacula, & præparavere venturis.

A

domicilia conſtruunt;

5 Interea ita longe lateque Sanctorum ſeſe fama diffuderat, ut ſtagrans bonæ opinionis odor hortorem undique ſeculi deteſtando eredentium turbas perſuaderet effugere, abrenonciationis ſcilicet & perfectionis gratiam Domino ſervaturas. Nonnulli inſtitutionis hujus viſuri miracula, atque exempli dona convenientia domi teportaturi, conveniunt: alii etiam veaatos dæmonis ceteriſque diaboli larvis, oratione Sanctorum cum propria fide curandos, & meote impotes, & corpore neaos adducunt, quorum plurimi incolumitate recepta ad ptoptia ſunt regreſſi. Aſt alii intantum compuncti, jejunio ac vigiliis in monaſterio petmanſerunt, ot mita viciſſitudine poſtmodum diabolum cum ſatellitibus ac miniſtris ſuis dicto citius ab arreptitiis effugarent, atque hæc videntes dicerent: Vere hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi. Cum etgo inſtitutione gemina congregatio ſancta, velut ſeges lætiſſima Dominico utique condenda horteo, necdum zizaniorum vitio interpolata, unita fide & caritate ſuccreſceret, adeo ut cernerentur via receptaeula ipſa recipere poſſe receptos; cœperunt eainde venetabilia Patrum examina, velut ex refecto apum alvario, Spiritu ſancto ructante, diffundi, ita ut non ſolum Sequanorum provinciæ loca ſecretiora, verum etiam territotia multa longe lateque ſpatiis diſtincta terrarum, divinæ ſubolis diffuſa gratia monaſteriis atque eccleſiis replerentut. Sic ſcilicet, quod in illo tamen fonte, unde inſtitutionum dctivati ſunt rivuli, vetuſta quidem, ſed putiot ſemper recentiotque cetitit inſtitutio magiſtrorum. Ambo etenim Patres mutua neceſſaria que ſemet ptæbant regendi gubernandique ſolertia. Nam ut B. Romanus piiſſimus circa omnes, & tranquilliſſimus etat; ita iſte, ut in cottigendis regendiſque ceteris, etiam in ſemee ſeverior exiſtebat. Romanus inexpectata venia lædentibus pronus indulſit: iſte, ne iterata lenitate derelinqueretur, vehementiſſime increpavit. Rumanus tantum abſtinentiæ imponens Frattibus quantum voluntas animi poſſe dictabat: Lupitnus vero formam ſeſe in omnibus oſtetens, poſſibilia cuique cum Dei adjutorio reſellere non ſinebat.

Aſſentiendum melioti, aut exſpectandum lentiori: aut agrediendus liberandus?

Mortui permanent. Plin. l. 26. c. 1

B

ac novas gradus erigit.

Monet legislatorem junior apud S. Romanum & Lupicin.

C

a *S. Hieron. in Vita S. Pauli primi Eremitæ 10. Jan. pag. 605. n. 6. ita ſcribit:* Animadvertit intus grande veſtibulum, quod aperto deſuper cælo parvis diffuſa ramis vetuſo palma contexerat, finem lucidiſſimum oſtendens.

b *Oblata cornua. Meminit etiam Dioſcor. l. 2. thereuticus, quod eſt animal cervo communi minus habens pauſa ſupra fidem cornua: de quo agit Plin. l. 11. c. 37.*

c *Serta pro rupe in Hiſpanicam & Luſitanicam linguam derivata.*

d *An* Marginem Mauſatis? *Hac voce pars certa mouſle Jura deſignatur.*

e *Ainay dici videtur ad confluentes Araris & Rhodani in urbe Lugduno: quod alii* Athanatum, *vel* Atheneum *appellant, at multo poſte a Brunechilde conditum volunt: alii din ante fuiſſe ajunt. Potuit ob inundationum, aut pars civitatis, aut alia occaſione deſtructum, poſtea tandiſcatum tempore Brunechildis fuiſſe.*

f *Hac infra c. 5. replicamus.*

g *De S. Antonio & primis monachis loco allum 17. Jan.*

h *Forſan eſt* Nucium *prope Divionem oppidum, vulgo* Nuits *dictum.*

D

CAPUT II.

Sacerdos conſecratur S. Romanus. Monaſterium Lauconnenſe pro S. Lupicino erigitur, aliud vicinum ſanctimonialium.

6 AUdita namque memoratorum fama, S *a* Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, miſſis in cauſſa Clericis, beatiſſimum Romanum haud longe ſibi a Veſontionenſi urbe fecit occurrere, cujus incitamentum vitamque digniſſima prædicatione ſuſtollens, impoſito honore *b* Presbyterii monaſterium honorifice reperdare permiſit. Siquidem antedictas Hilarius venerabilem Celedonium, ſupradictæ metropolis Patriarcham, patricio, præfectorioque fultus favore, indebitam ſibi per Gallias vindicans monarchiam, a Sede Epiſcopali memoratum *c* Celedonium nulla exiſtente ratione dejecerat. Ob quod in audientiam beatiſſimi Papæ Leonis Romæ male geſſiſſe convictus, reſtituto quoque in Epiſcopatu Celedonio, Apoſtolica auctoritate ob uſurpationem inclitum regulariter eſt increpatus. Extat deinque exinde antedicti ac venerabilis Papæ ad Galliæ Epiſcopos, cum examinatione geſtorum inſerta canonibus *d* epiſtola tegularis, in qua priſcum per Gallias Metropolitanorum privilegium, calcata Hilarii ſuperfluitate reſtituit. Igitur beatiſſimus Romanus ad monaſterium, ut ſupra jam diximus, collato ſacerdotio regreſſus, profeſſionis priſtinæ memor, auctoritatem Clericalis officii, monachali humilitate calcabat, ita ut cum ſolenoitas advertiſſet, vix a Frattibus ſarrificii cauſſa cogeretur ſtare ſuperior. Reliquis veru diebus, monachum monachis exhibens, nihil in ſe eminentiæ Sacerdotalis præſtabat. Sed mihi ſtud de vito ſanctiſſimo replicanti illa in oculis cotdis occurrunt, qui in profeſſione poſiti monachali, cum ad officium Clericatus rabida ambitione pervenetint, confeſtim cothurno elationis inflati, non ſolum ſupra coævos digniores, verum etiam ſupra veſtulos ac ſeniores delibuti ac delicati juvenculi ederentur, & nec primis ſaltem ſimplicibuſque elementis imbuti, niruntur cathedris vel ſacerdotio præſidere, qui adhuc pro clatione ac levitate juvenili virgis indigent coerceti.

a *S. Romanus a S. Hilario Arelatenſi Archiepiſcopus ordinatur Sacerdos.*

b

c

d

E

humilitati ſtudet.

7 Sed hæc alias. Nobis vero ad portum recti tramitis properantibus obſcœna ac devia dechoetur oratio. Et quia iſta tacere decrevimus, illud addere nunc convenit, qualiter Condadiſcenſis cœnobii locus unito inauditoque monachorum numero refertus, non ſolum advenientibus turbis, ſed etiam Frattibus pene jam difficulter alimenta præſtabat. Siquidem cultura loci ipſius pendula collibus vel acclivis, inter eminentes ſcopulos vel acervos crebto ſalebrarum labeſactata convulvio, non ſolom in ſpatis parva ac difficilis, ſed etiam in ipſis frugibus reditu nutante torpuerat. Nam ut hiemali aſperitate loca ipſa non ſolum ſunt nivibus obruta, ſed ſepulta; ita veroo æſtivoque vel autumnali tempore, aut æſtuantia alterno vicinoque ſaxorum vapore conflagrant, aut intolerabiles imbres non ſolum eventilatam culturis aſportant in torrentibus terram, ſed ipſa etiam inculta ac rigida ſæpe eum herbis & arboribus ac ſeutetis cum gleba quoque ipſa nudatir, quibus inſederat ſaxis, auſertur monachis, aquis inſertur.

loca obſcena Condadiſcenſia monaſteria ſterilia.

F

8 Hoc igitur ſanctiſſimi Patres aliquatenus vitato cupientes, in viciuis etiode ſilvis, quæ & planicie & fœcunditate minime faſſebantur, exectis excifiſque abjetibus, aut falce in prata, aue vomere in æquora complanarunt, ut loca opportuna culturis Condadiſcenſium mopiam ſublevareot. In otroque tamen monaſtetio ambo Præſules erant. Pater tameu Lupicinus in Lauconno, ſic namque loci ſertur nomeo, peculia-

illud Lauconnenſe loci planitie ab extructo monaſterium.

rius

A rius ac liberius verſabatur ; adeo ut poſt beatiſſimi Rumaoi obitum , uſque ecntum quinquaginta illic propria diſcipliois imbutos reliquerit Fratter.

9 Nam & propter locum ipſum in rupe valde edita , quæ ſuperjacet naturali ſaxo, prominente quoque cingulo , quod cavernas ſpatioſiſſimas intur addebat de affectu pareutali inſtituentes Virginum e Matrem , ecntum quinque illic religionis gubernaculo rexiſſe monachar tradune . Locur ipſe , ut præciſa ioaccelſibili deſuper rupe, ac ſub cingulo proliaius naturaliter pereaciſa nullum ulteriur cinguli præſtabat egreſſum ; ita ab Orieutir parte arctatir pauliſper anguſtur , ſubitum in terreſtri atque æquali ſolo laabat egreſſum . Illic namque in ipſir quodammodo faucibur , beatiſſimi Patris baſilicam fabricatunt, quæ non ſolum Virgioum receepit eau viar, ſed & ipſum herua Chriſti Romanum ambire meruit ſepultura . Tanta namque illir temporibus inibi diſtrictio ſervabatur , ut , quæcumque Virginum illic cauſſa abrenunciationis iotraſſet , forir non videretur ulterius , niſi extrema tranſitus eauſſa deportatetur ad cœmeterium ; & cum in vicino Lauconneoſi monaſterio mater fortaſſis filium , vel germana fratrem haberet , ſie neuter alteri aut viſo aut uuntio verſari noſcebatur in corpore , ut B putaret uterque alteru.u jam ſepultum : ne paullatim genuinæ recotdationir gratia , mollicie quxdam viuula profeſſionir diſrumperet . Sed ad beatiſſimum Romanum , vel Condadiſcenſe monaſterium uunc revertar .

a *Succeſſit S. Hilarius S. Honorato circa annum 430. defuncto , de cujus Vita ſermonem ſcripſit a nobis 16. Jan. edinum, mortuus eſt circa an. 448. aut ſequentem 5. Maii, quo colitur .*

b *Anno 444. ut ſupra dictum .*

c *De Celedonio ejus Chriſtus in Profeſſione & Sanctum appellat.*

d *Epiſt. ſcripta an. 445. Hinc ſupra anno S. Romani ſtabilitur.*

e *Sororem S. Romani fuiſſe auctor infra indicat .*

CAPUT III.

Obmurmurant ſenex ob multitudinem ad monaſterium admiſſorum , a S. Romano emendatur . Fuga inſolentiorum & laſciviorum monachorum .

10 DUm hæc admirabili converſatiune geruntur , inimicur nominis Chriſtiani diabolus indigne ferens , multorum vitam copioſa quotidie abrenunciatione ſuccreſcere , auſur eſt beatiſſimum Romanum C ſub colore conſilii ſalutatir , jaculo livotir antiqui competere : atque unum e ſeniotibus , zeli ardore flammatum, talia compellenr ſuadet effati : Diu,inquit,eſt,ſancte Abba , quod pro ſalute atque adminiſtratione tua , quædam ſalubriora caritati tuæ pertracto ſuggerere : & quia attulit opportunitas votiva ſecretum , quæſo, ut pandere me tibi concluſa dudum animo ſalutaria verba permittar. Cumque ille , utpote ſeniori , non tam vita quidem aut moribur , ſed ſola qua in eaſſum vacua efferebatur ætate , licentiam dandi ſibi conſilii præſtiriſſet ; Doleu , ait , Pater mi , quod fruſtra quotidie enormitate convettentium delectarir , & ita ſeniorer ac juvener , probos pariter improbosque cœnobiali caterватim profeſſione concludir ; & nou electos potius ac probatos ſolerter ſegregans ac ſecernens , omnes de reliquo , tamquam vere degenerer & indignos , ea hoc noſtro ovili eliminas ac propellir. Ecce ſi pene cubilia noſtra , aut orationir vel xenodochii membrum ſollicita inquiſitione inſpicias , indiſcreta , ut ſuggeſſi , multitudine monachorum peue jam locur uulli ſupereſt ingreſſuro .

11 Tum Pater ſanctus , ſuggerente illo qui in Evangeliir repromiſit : Egu dabo vobis os & ſapientiam , Luc. 21. 15. cui non poterunt reſiſtere adverſarii veſtri ; ita eunctа ſpiritum perſecutoris antiqui , Apoſtolici gladii arma curripuit , ut caput anguiferi hoſtis , ſalutaris verbi acie , feſtina obtruncatione præcideret. Dic,ait Romanur Sanctus, noſtræ humilitatis amator , cui procul dubiu ſi vere conſilium pietatis ineſt , commiſſa eſt etiam diſcretiu ſalutatis : Poteſoe hor omnes , quos in congregatione noſtra circumſpicis , tali ſequeſtratione ſcceruere vel dividete, ur omuino probatiſſimi ac deſides , perituri pariter & perfecti , eaamination tua virtim ante eaitum valeant ſequeſtrari ? Vel juata illud examen , in quo occulta humiuum , ſive præterita vel futura , ſolus Creator introſpicit , fine damno ac perieulo tuæ ſalutir eligere vel damuare ? En ipſa infatigabilis ac pia circa humanam fragilitatem Majeſtas nullum omnino ante eaitum præſcientiæ virtute , ſalva B. Enoch ſive Eliæ aſſumptiune , in partis dexeræ felicitatem ſuſtollit , aut pro reatu ad præſens baratro gcheonæ ſeptoque voraginoſu concludit ; & tu diabolico errore cœcatus , jam jamque juſte procul dubio humilitate conſcientiæ meliores ſecernere vel damnare audes ? Nonne legis a Domino Saul vel Salomunem in regnum Iſraeliticæ gentis , antequam peccatu proprio laberentur electos , ut de reliquit taccam ? Judam quoque ac Nicolaum inter ceteros in faſtigia ſacræ adminiſtrationir adſcitos , unum hæreſeos , aſt alterum ſuſpendii laqueu depenniſſe ? Ananiam namque & Saphiram in illa primitiva ac puriſſima Apoſtolorum ſegete zizaniæ ſuffocatione degenerer? Non meminiſti ac retinere naudya antea poſt electionis faſtigia divina ſeveritate mulctatos ? Sic e contrariu nun miraris , venerarir,ac ſuſpicis , ea perſecutore Saulu repente prædicatorem Paulum ? ea Matthæo publicano ſubitu Chriſti diſcipulum ? ex prodigo filio , ſobolem liberalem ? ex Zachæu fraudulentu ac divite , Patriarchæ nunc filium ? appenſum quoque pro ſcelere damnatumque latronem,repente cum Domino paradiſi amœnitate diturn ? Quantur propterea , ſi revolvam , ex altu in ultimis corruiſſe aut ex minimir atque imis nonnullos inveoio ſublimia conſcendiſſe ? Quantos deulque monachos deflemus in ſtupris ? quantas vero meretrices ac ſcoreta etiam ad martyrium legimus inſpiratione ſubita proſiliſſe ?

12 Et , ut præterita fileam , aliquor in hoc cœnobio noſtru nou vidiſti ardenter arripere , quod lenta poſtmodum ac repida conſummatione calcarunt ? Aut quoties quidam e cœnobiu diverſo inſtinctu egreſſi ſunt ? Quotier namque exipſir ſunt aliqui ex ſeculu bis retrove reverſi ? Et tamen recuperata virtute , derelictam dudum profeſſionem ad palmam victoriæ perduaete ? Nonnulli enim reprehenſibiliter non ad vitia , ſed ad loca priſtina revertentes , ranta dilectione ac ſtudiu inſtituta hæc noſtra ſervarunt , ut amore atque dilectione fidelium , monaſterir eccleſiſque Chriſti Sacerdotes digniſſime præſiderent. Ec, ut unum adhuc tibi , ſi nou denegar , notiſſimu noverir exemplo , quaſi non pridie in hoc monaſterio noſtro Maeeutium conſpeaiſti,qui poſt inauditam in Gallhir uuditatem atque abſtinentiam , poſt vigiliarum quoque jugitatem , & indefeſſam lectionis inſtaotiam , quumodo elationis malo decepiur , ab ſpurciſſimu fuerit coreepiur dæmone , ac multo his amentior ſævioque extiterit , quos pridie pollens meritorum ſucceſſu curaverat , atque ab ipſis , quos dudum Domini virtute ſanaverat , loris vinctus ac funeſto fuerit ſpiritu uoctione ſancti olei liberatus ? Agnoſce ergo te hac elatione inviſibiliter diabolo inſtigante pulſari , nec ab ipſius diſtare conſortio , cujus utique ut livure ſimili accendaris & zelo , ita eaxquaris & metitis . His fratee ille auditis , pene corruit conſternatur , ſed mox oratione beati viri intantum relicta præſumpriune eompunctior atque emendatior eſt effectur , ut ſolent eapti mente arreptitii pet Chriſti famulos expulſiuoc dæmonum puriores defœcatioreſque reſtitui .

13 Inte-

AUCT. COÆVO EX MS.

D *refert ob vel interna fraudis difficultatem ,*

facem ultra expectant dubia .

quibus ante ſe ſtantibus .

aeri homes male petitos

E

& multos ſuppoſuit et ſalvavit ,

Idi domeſticis ſuis ſuſpecta domus fuit ,

S. Romanus inſtinctu diabolico arguitur a ſuis

ob admiſſos flos delicto monachos ,

quibus ſe non æquiparat ,

F

AUCT. CORVO EX MSS.

13 Interea quia per famulum Chriſti enervatum eſt conſilium hoſtis antiqui, vertit ſe ad mollora conſueta A ealliditas,& de proſperis producens adverſa, non ſolum contra regulam, ſed in ipſum pene Patrem fecit inſurgere Fratres. Primitus namque materia hujuſcemodi extitit ubertas fœcunditaſque fructuum; dehinc abundantia ipſa refertos quotidiana ſecit remiſſione turgeſcere; poſt hæc autem etiam ſcientiæ quadam effecit cothurnoſitate ſuperbos. Retexam ergo rem ipſam mira elegantia per germanum ſuum Lupicinum, & inaudita contrarietate caſſuram. Quodam namque tempore cum abundantia, ut diximus,frugum monaſterio ipſi, utpote adhuc in eulgu ruris novo, ultra ſolitum arriſiſſet, & quidam Fratres ſertili fœcunditate fidentes, deſpecto contemptoque Abbate, non quod regulæ vel canoni ſupperet, ſed quod abundantia contulerat, ſtuderent ventri vel gutturi cultius ioſarcire; atque ex hoc a beatiſſimo Romano, ut erat benigniſſimus, crebrius increpati, non ſolum proteriores, verum etiam ea nimia diſſolutione laſciviores exiſtaret; levis quippe blandiſque ipſe baculo neceſſatio virga fraterœ ſeveritatis expetit. Audito namque germano ſuo Lupicino ganeones ipſos etiam in ſuam jam jamque perſonulam inſurgere eondeclarat: ſiquidem voluptati luaviique dediti famulari regulariter detrectabant. Jubet ergo Abba Lupicinus ſecretius redire germanum, ſeque poſt ſextam admodum diem, quaſi ex improviſo cellulæ ipſi adfore denuntiat. Cumque adveniens vir altioris ingenii cauſſam totius inſolentiæ gutturis noſſet inſultatione turgeſcere, ſilet interim biduo, donec tertio die quaſi eſcarum faſtidio copioſius poſt adventum reſertus, qui melios cibum reciperet, acidis interim, ut paſcatur, exorat, ac Fratribus ipſis una veſcentibus, ſic Romanum Abbatem vultu lætus expoſtulat: Ita vivamus, Domine frater, ut nobis craſtina hordeaceas incretaſque ſolummodo parare jubeas in mercendula pultes, quaſque etiam, quia ſic libentiſſime veſcor, abſque ſale vel uleo, obſecro, jubeat veſtra pietas mioiſtrari. Cumque reniti vel muſſitare nullus auderet,apponitur craſtina abſtemii & ganeonibus in commune mutatus priſtinos apparatus. Quod cum Lupicinus germanuſque ipſius abſque ventris, ut dicitur, ſpeculo præſumpſiſſent; ſiguritores illi diſceduot omnimodis incœnati: quoſque Abba Lupicinus latanter irridens, Siquid,ait, delectationi meæ annuis, o piiſſime frater, obſecro, donec Lauconnum a cellula tua revertar, his nos quotidie ordines deliciis ſatiari. Fateor caritati tuæ, pene eaoraus poſtulare delibero, ut tu hinc Lauconnum victurus eas, aſt hic C ego jugiter talibus cum Domini Fratribus deliciis veſcar. Tranſacta igitur tertia probationis pulricula, cuncta ventoſitas, cum ſuis auctoribus nocte imminente diſſugit, neque ea his reſedit ullus in monaſterio, niſi & quem non vitia verare ſculentæ vorscitatis ingluvies. Mane autem cum Lupicinus beatiſſimus evanuiſſe e munaſterio turgidos ſumos; Veni, ait, nunc Romane frater, & redeant jube regulares, ut moris eſt, apparatus: hujuſmodi enim, ut video, decraverant non ſervire Chriſto Domino, ſed ſuo ventri. Igitur ſugatis ventatiſque paleis, ſerva nunc triticum, & graculis corviſque evolantibus, jam paſce pacatus mitiſſimas Chriſti columbas.

in abſtentione fraudat monachi profectibus

ad inſultationem ſui abbatis

pultes non deſiderat,

noſſe fugiunt,

vomunt hoc.

CAPUT IV.

Miracula S. Romani. Ob leproſos ſanatos Genevæ honorifice excipitur.

14 DE mirabilibus vero ſignorum, quæ gratia divina vallatus, in expulſionem immundorum ſpirituum geſſiſſe memoratur, replicarem uteumque nunc aliqua, niſi multo eminentiora illa conjiciantur, quæ latendi cauſſa, teſte tantum Domino,ſtuduit operari. Unde quia extingui nequit accenſa ſemper gratia meritorum, dona hæc ſancti Spiritus circa ſepulchrum ipſius peculiarius curioſus, religioſuſque lector inquirat: ubi pro fide vel mentis expetentium, plus videt quod credat quiſquc, quam legit fortaſſe quod dubitet. Memini tamen beatiſſimum Domioumque meum Augendum referre ſolium, quod inter eos, quos illic in poeritia viderat diverſo more, una tamen poteotiæ virtute torqueri, ita ſopra urnam B. Romaoi quemdaoi ex infeliciibus in faciem vidiſſet earendi, ut ſoleut criminoſi ac ſcelerati tendiculis Judicum ſententia verberari, atque inibi duobus cubitis fere ſemihora ſuſpenſus, obſidentis ſcelera vel crimina clamans atque ejulans publicabar. Tantum namque, ut dixmus,beatiſſimus Pater in his mirabilibus ſtuduit latere, quæ geſſit, ut nec illud nos proculdubio perveniſſet, quod in Pontiacenſi parochia, dum iter agerer, quamdam paralyticam, veternoſa debilitate torpentem, ſanitati reſtituerit juvenih: niſi hoc comitante ſancto Fratre Palladio, minime potuiſſet oculere.

D S. Romanus ut mortuos, ſtatua reſuſcitat.

ira & oſtenti

paralyticæ ſanat.

15 Et quia ſanctiſſimi viri Palladii ſecimus mentionem, cujus beatiſſimus Rumanus tam in cœnobio quam in itinere, tamquam veræ caritatis comite, fido ſolatio potiebatur, retexam etiam illud: cui idem Frater interfuit, & factum vulgatumque utbi ac populis celari noo potuit. Baſilicam Sanctorum, imo, ut ita dixerim, caſtra Martyrum in Agaunenſium locum, ſicut paſſionis ipſorum relatio digeſta teſtatur, quæ a ſex millia ſeaceotos viros, nou dicam ambire corpore in fabricis, ſed nec ipſo (ut reor) campo illic potuit euoſepire, fidei ardore ſuccenſus deliberavit expetere. Cumque digreſſus b Genavam, nulli omnino eſſet pauper inceſſus, & certe minime ſignari vel agnoſci eupiens publicatus, accidit ut imminente veſpera ſpelunceam, qua propter ggerem leproſi duo, id eſt pater cum filio, verſabaotur, iotraret. Igitur cum infelices ipſi, intraote miſericordia jam ſelices, ligna oſibus convecturi eminus aliquantulum abſentarent, beatiſſimus Romanus pulſata reſerataque clauſula ſpeluneam ingreſſus eſt: cumque urationem religioſa ſunctione compleſſet, ecce laborioſi ipſi ligna defereotes adveniunt: ejectiſque in veſtibulo lignorum ſurculis, novos atque inopinatos hoſpites uon ſine hæſitatione reſpiciunt. At vero S. Romanus, ut erat ſingulari benignitate conſpicuus, conſalutatis blandiſſime compleaiſque e Martini in morem utrumque ſanctiſſima fide & caritate deoſculatur: & oratione eum reliqua ſoleunitate pereepta, veſeuntur ſimul, una manent, parterque conſurgunt, ac diluſcеſcente crepuſculo agens Deo hoſpitibuſque gratias, cœpium iter adgreditur. Eu, o mira fides, moa ut ipſe egteſſuſeſt, apparuit in uperatione ſimilitudu, cujus jam præceſſerat in imitatione conſtantia

ad Martyres Agaunenſes a

propc Genavam b

divertit ad aedes leproſorum c

ſolatio fecerunt.

16 Leproſi namque illi per confabulationem recordationemque magnorum hoſpitum mutua ſemet conſideratione reſpicientes, elevata cum gaudio voce de ſalute communi gloriantur alterutrum, & conciti ad civitatem concurrentes, quia cauſſa eleemoſynæ multis nou habebantur incogniti, ſanitatis præcuoia virtutiſque gaudia Pontifici, & Cleto, popularibus maximiſque, aperta ac propria teſtificatione declarane. Tum vero mirum in modum catervatim irruentes ad ſingulos, auctorem facti timantibus oculis, ſicubi adeſſet, diligenter inquiruur. Cumque eum, dubia adhuc luce, innotuiſſet properaſſe feſtinum, electos de Eccleſia viros in ſancta exploratione perfectos juber excurrere, & cuſtodire Breſti monita ſaoſas anguſtias, ne fortaſſis io reditu arctu concluſoqua aggere exclusus, nequiret a Geuavenſibus invadi cœleſtis ragni pervalor. Igitur eum repertum percunctatione cautiſſima

Geuevenſe recognito illum lapidant d

ædificatum obſervant

A tissima quasi per opportunitatem comitaturi caritatis vinculis nexuissent, præcurrens repente unus nuntiat urbi: cereri vero ita cum fermocinatione sancta eunligant, ut suspiciunc careret, donec obvio Pontifice, & populus ultra mœnia deveniret in manibus. Ipsi vero qui fuerant a lepra, ut diximus, emundati, crebro cum lacrymis adeuntes prostrati vestigiis advolvuntur. In quorum quoque gaudiis civitas universa conlacrymans, terfit procul dubio & ipsa per fidem ulterius peccata morbi contagione concreta, sicut & illi quoque protulerant diræ calamitatis cauvias. Ducitur ergo, imo rapitur Christi servus, primitos a sancta Pontifice, dein a Clero omni & civibus, a populatibus quoque utriusque scaus enormitate permixta, pro salutis remediis magna ambitione constringitur. Cunctos tamen revera ut Christi famulus convenientissime benediait, horiatus est primitus in religione gradientes, monuit tardantes propter incertum vitæ, ne seru velleut in melius mutare sententiam: in mœrura vero positos paterna benignitate solatus est: infirmos juata fidem pristinæ restituit sanitati; se quoque cœnobio omni celeritare reddidit juata morem, ne secoli male blandientis inlecebris, humana delinitus cunfabulatione, auditu forsitau pollueretur aut visu.

obvii Epiſcopo ſuo, populus ladeſit ſua urbem :

ſublimi honoriſicavit

& redit,

B

a *S. Eucherius, vel quiſquis martyrium S. Mauritii deſcripſit:* Quæ legio ſex millia ſexcentos, ſexaginta ſex viros validis animis & inſtructos armis, antiquorum Romanorum habebat exemplo. *In mſ. codice S. Maximini omittuntur ſex, ita & hic omiſſi ſexaginta ſex, ſervato majori numero.*

b Geneva *paſſim, hic* Genava, *in Vita S. Eugendi mſ.* Genua *& infra apud Turonenſem* Januba. *nota ad Lemanum lacum urbi, unde per Sabaudiam iter eſt Agaunam: At prope* monaſterium *ejus* ſemita, qua Genuam uſque tranſcenditur. *Ita in Vita S. Eugendi.*

c *Severus Sulpitius in Vita S. Martini:* Apud Parisios vero dum portam civitatis illius, magnis secum turbis euntibus, leprosorum miserabili facie, horrentibus cunctis, osculatus est, atque benediait, statimque omni malo emundatus *eſt. Colitur S. Martinus* 11. *Novemb.*

CAPUT V.

Sabiniani Diaconi ſingularis caſtitas, & poteſtas adverſus dæmones. Obitus & ſepultura S. Romani.

27 NEc enim beatissimus Romanus solus in his virtutibus fulgebat in monasteriu, forma namque perfectionis & caritatis: rales etantin mirabilibus cuncti, qualem se u muibus præbebat exemplum. Nam C erebro illic a multis & serpentum pellebantur veneoa, & dæmonum aliminabantur catervæ. Ob quod etiam tantum illic gregi Dominico hostis insidiabatur antiquus, & ita effrænis circa caulas gregis Dominici livuris stimulo rabidus grassabatur, ut relicta etiam rentationis serie, phantasmatum inimico monstruosoque corporali impulsu niteretur eainde monachos effugare. Retexam ergo qualiter illic cum uno ex Fratribus cungressus sit luimicus, ut illis temporibus reliquorum constantia scire cupientibus facilius innoteſcat. Erat inibi inter reliquos virtutum (ut diximus) viros, Diacunus quidam, Sabinianus nomine, qui sanctitate meutix & corporis ministeriis hujus Principem Srephanum, & puritate sectatus est comministrum, & publicavit virtutu discipulum. Hic namque cauſſa utilitatis ſtrenue in vicino flumine sub ipso Condatescensi cœnobiu molinax piscinasque fraternis usibus gubernabat: atque a cunvalli ipsa, non solum diornis, verum etiam nocturnis conventiculis raptatu festino cunctos præveniebat in syuaxi. Hunc diabolus ranta noctibus momentisque singulis debaccbatiune vexabat, ut nec eaiguum saltem tempus eidem concederet ad quietem. Nam præter crebras parietum illisiones, ita tectillum ipsius lapidum reddebat fragore perfossum, ut vix valeret Frater ille decrimenta nocturna diebus singulis resarcire. At cum forinsecam nequissimus perspiceret frustrari nequitiam, D nocte quadam coram Diacono tuguriolum ingressus, eartracto ex igni torre, hue illucque festina alacritate discurrens, cellulam nitebatur incendere; quod peocul dubio perpetraret, nisi suspectus Diaconus sanctus instinctu pietatis Dominicæ vigilasset. Cumque eum invocatione Christi nominis propulisset, sequenti nocte, mutata virili diabolus specie, sub duarum puellarum forma pudicissimo Dei servo insidiaturus advenit, atque ad sorum vigilanti, effractis foribus, compallatione mollissima durus tentator intravit. At cum multimodis provocatus inde cachinnis, signa monstrifera dedignaretur aspicere, cacogitat, imo addit hostis ocquissimus detestabiliora quam gesserat. Reductis namque nebulosi tegminis vestimantis, fœminea pudenda, quocumque se pudicus vertisset aspectus, Christi famulo ingerebat in facie: ut, quatenus animos viri enervare non potetat, saltem aspectus visusque castissimos tali dedecure callidus incastaret. Cumque ille unum nosset sub specie gemina monstrum, Quidquid libet, ait, gesseris, inimice, non me in Christi nomine propellere valebis ea locu: quia eor meum vesillo Dominicę passionis armatum, nequaquam aur oblectatione eurrumpere, aut terrore poteris enervare. Quid ta toties mihi in diversis ingeris formis? Nempe, stultissime erubescis, cum me adjutum divinitus unum ac solum, numquam videas alterum quam vidisti. E

Sabinianus Diaconus ditro vexatur

dejecto tandem regnell,

Mirabili ultro diabolum prosternit,

Sabinianum Diaconum ſuum ſanat,

Romanus ſe ad mortem præparat,

Febrarii Tom. III.

18 Tunc accensu furore disbolus, reductu phantasmate nequitiæ puellaris, gravissima eum alapa brachio exerto percussit, adeo ut maxillam illius, non sulum aa ictu tumidam, verum etiam fœtidam laceratamque reddiderit atqua contortam: & more solito labefactus ad aereas se se contulit auras. Mane veru cum cauſſas livoris & ulceris fraternitas percunctaretur attonita, atque ille cauſſas eaposuisset insidiatoris ussidui, confestim maxillam olei sancti liquore perungens repedavit ad cellulam, ac de reliqua non cum reutavit disiectus dejicere frustra tentatur. Hinc enim Sabinianus sanctus, cum die quadam adbibitu fraterno solatio, alveum torrentis ipsius, quo molinaris advehebatur aqua, geminato ordine defixis stylis, eisdemque, ut mos est, impleais viminibus palearum quoqua ac lapidum adjunxiune permixta ad cursum totalis machinæ veller diligentius inaltare, dumque stramenta densius comprimunt intra sepes, subito eventilatus e paleis ingens culuber, mox ut se se ostentavit, occuluit. Interea Fratres illi viperea venena verentes, dum frustra latitantem in gelidissimis aquis inquirunt, absque ullo effectu operis spatia diurna consumunt. Tunc Diaconus sanctos ad Fratres, Quid, inquit, tandiu suspensi atque suspecti, sollem insidiatoris prisci veramur. Veni, ait um ex Fratribus, & manus meas & pedes signo Dominicæ Crucis armatu. Cumqua id socius præmissa oratione compleſſet, intra alvei illius sepes Levita ingressus, Eja, inquit, insidiatur nuster, ipse noce uunc, ac percute, si prævales, conculcantem. Tum adstantes Fratres conloquebantur alterutrum: Vere ex illis est Levita hic noster, quibus Salvator in Evangelio repromisit, dicens: Ecce dedi vobis potestatem calcandi *Luc. 10. 19* super serpentes & scorpiones, & supra umnem virtutem inimici, & nihil vubis nocebit.

29 Igitur minima licet de tam præcipuis ac maximis dixerimus, ad finem tamen libelli jam tendit oratio, ut legentis industria sub accentu desiderii quam sub prolixitatis torpore claudatur. Moneo ergu ac supplico, u præmiati Fratres, ne fidem potius quam verba pensantes, sic vos nostra garrulitas non offendat, ut sanctorum Patrum non est a Domino fastidita rusticitas. Illod tamen præmunco, ut, quia eorumdem regulam digesturum me pariter reprumisi, a ter-

AUCT. COMVO EX, MSS.

Incendium impedit,

objecto ſpectaculo puellari tum

Imanes mentis,

armatus paſſione Chriſti,

alapa diabolum ſibi ſtruxit,

celebrem lætatur;

armatus ſigno Crucis, audaſter ſolitum ſtetit.

AUCT. COÆVO EX MSS. A tio me hoc libello reſervaſſe noſcatis, quia rectius hoc in Vita beatiſſimi Augendi depromitur, a quo conſtituta ipſa, inſpirante Domino, ſunt comptius exornata. Nunc vero exacto hoc primo opuſculo, ad ſanctum Patrem Lupicinum ſecundi opuſculi tendit oratio. Cumque igitur heroa Chriſti imminente traoſitu longævitate prælarâ corporea urgeret infirmitas; germanam quaque ſuam, quam in cingulo illo vel b Balma, Gallico, ut reor, ſermone ſic vocatam, monaſterio præfecerat puellari, de tranſitu revelante Domino jam ſecurus, ad valedicendum experiit. Illic quoque vehementi inæqualitate pulſatus, vocatis ad ſe Fratribus pacem Chriſti, quam puro ac manſoeio ſemper ſervavit affectu, cunctis oſculo impertito, in magna hæreditate diſtribuit. Ultimum quoque germanum ſuum Lupicinum data oratione deoſculans, fraternitatem cunctam, paſtorali amore regendam, commendavit attentius. Et purus a noxa, ſicut liber a crimine, mortem lætus aſpiciens exhalavit. Cujus ſublato corpuſculo, illic in baſilica ſupra collis verticem, ut narratione præcurrente digeſtimus, filioli ex utroque monaſterio condiderunt. Qui venerabilis locus, meritorum ipſius teſtimonio, ſignorum quoque virtutumque floreote ſucceſſu, diebus momentiſque ſingulis comptius pro filiorum gloria decoratur. Amen.

S. Romanus.

b Malmundarium vocant locorem in monaſterio, ſi monachus jubditos, quos S. Lupicinus mandat t

moritur s

ſepelitur, clarefit quibuſdam.

B

a In *Vita S. Eugendi, ubi* n 24. *iſta tradunſur*: Et quia ſermo attulit, ut de inſtitutione Patrum, per imitationem B. Eugendi aliqua tangeremus juxta promiſſum, quod memet prædixi tertio opuſculo ſervaturum, prout memoriæ, Chriſto inſpirante, ſuggeritur, abſenuntiationem exordia primitus intimamus. Sic namque, quod non omnino illa, quæ quondam ſanctus ac præcipuus Baſilius Cappadociæ urbis Antiſtes, vel ea, quæ ſanctorum Lirinenſium Patres, Sanctus quoque Pachomius Syrorum peiſcus Abba, ſive illa, quæ tecentior venerabilis edidit Caſſianos, faſtidioſa præſumptione calcemus: ſed ea quotidie lectitantes, iſta pro qualitate loci & inſtantia laboris invicta patius quam Orientalium perficere aſſectamus: quia procul dubio efficacius hæc facilinſque natura vel infirmitas exequitur Gallicana.

Inſtructiones Patrſ.

b *Illuſtrio alia duo monaſteria*, Balmæ *dicta, poſita in eadem Burgundia condita ſunt, quorum alind Virginum ad Dubim fluvium, Veſontionem inter & Montem Arlicardum eſt, Gallis* Baulme les Nonnaior; *alind virorum a B. Eustitio Abbate fundatum, oti ad hujus Vitam diximus* 13. *Jan. pag.* 823.

ALIA VITA

Auctore S. Gregorio Turonenſi,

C *Libro de Vitis Patrum cap.* 1.

1 SEries Evangelicæ admonit diſciplinæ, ut domeſticæ largitionis pecunia nummularius ſœnetata, cum digno multiplicationis fructu, diſpenſante Domino, reſtauretur: nec altis defoſſa foveis recondatur ad detrimentum; ſed rationabili diſpenſatione porrecta, æternæ vitæ creſcat ad lucrum: ut incipiens retributionis Dominus quæ commodavit inquirere, cum uſuris receptis ſœnerationis ſuæ duplici ſatisfactione taleotis, dicat: Euge, ſerve bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Prædeſtinatorum eſt enim iſta cum Dei ope perficere, qui ab ipſis incunabulorum vagitibus, ut ſæpe de multis legitur, Domioum ſcire meruerunt, cogitoque eo, numquam ab ejus præceptionibus receſſerunt, neque poſt baptiſmi ſacramentom oivcam illam, pollentemque regeneretionis ſtolam impudicis actibus polluerunt: qui merito ſequuntur Agnum, quocumque jerit, quouſque ipſius Agni candor egregius lilüs decoris, nullo tentationis æſtu marceotibus, coronavir. His denique ſertis dextera inclytæ domioationis extenta inchoantes provocat, vincentes adjuvat, victores adornat: quos nominis ſui titulo præſignatos, de terrenis gemitibus elevans, in cœlorum evehit gaudia glorioſos. De quorum niveo electionis numero & illos eſſe non ambigo, qui Jurenſis eremi opaca luſtrantes, non modo Dei templum effici meruerunt, verum etiam in multis meuribus Spiritus ſancti gratiæ tabernacula paraverunt, id eſt, Lupicinus, Romanuſque germanus ejus.

Matth. 25. 21.

Cooperandum gratiæ a Deo acceptæ.

Apoc. 14. 4

2 Igitur Lupicinus ab eaordio ætatis ſuæ Deum rotu requirens corde, litteriſque inſtitutus, cum ad legitimam tranſiſſet ætatem, genitore cogente, cum animi non præberet aſſenſum, ſponſali vinculo nectitur. Romanus vero adhuc adoleſcentior, & ipſe ad Dei opus animum extendere copieus, nuptias refutavit. Parentibus vero relinquentibus ſeculum, communi conſenſu eremum petunt: & accedentes ſimol inter illa Jurenſis deſerri ſecreta, quæ inter Burgundiam Alemaniamque ſita, a Aventicæ adjacent civitati, tabernacula figunt: proſtratique ſolo, Dominum diebus ſingulis cum pſalterii modulamine deprecantur, victum e radicibus quærentes herbarum.

Romanus & Lupicinus capitis reſpanat.

a eremum petunt

3 Sed quorum livor illius, qui de cœlo delapſus eſt, ſemper inſidias humano generi conſuevit intendere, contra hos Dei ſervos armatur, hoſque per miniſtros ſuos a cepto itinere nititur revocare. Nam lapidibus urgere eos dæmones per dies ſingulos non deſinebant: & quotieſcumque genua ad orandum Dominum defleciſſent, ſtatim imber lapidum ſuper eoſdem, jacentibus dæmoniis, decidebat: ſta ut ſæpe vulnerati, immenſis dolorum cruciatibus torquerentur. Interea ætas adhuc immatura cœpit injurias quotidiani hoſtis metuere, nec paſſa diutius ſufferre dolores, relinquens eremum, ad propria ire deliberat. Sed quid invidia non cogat inimici? Verum ubi relinquentes hoc habitaculum, quod expetierant, ad villas propinquiores ſunt regreſſi, domum cujuſdam pauperis ingrediuntur. Percootatur mulier, de quo itinere milites Chriſti venirent. Reſpondent non ſine confuſione, ſe reliquiſſe eremum, & quæ eos cauſſa a cepto diſtulerit opere, per ordinem pandunt. At illa ait: Oportuerat vos, o viri Dei, contra inſidias diaboli viriliter dimicare, nec formidare ejus inimicitias, qui ſæpius ab inimicis Dei ſuperatus occubuit. Æmulus eſt enim ſanctitati, dum metuit, ne, unde ille perfidia vilis corruit, geous humanum fide nobilitatum aſcendat. At illi compuncti corde, & ſaorſum diſcreti a muliere, diacrunt: Væ nobis, quia peccavimus in Deum, dimittendo propoſitum noſtrum. Ecce nunc a muliere arguimur proiguavia. Et qualis nobis in poſterom erit vita, ſi ea, unde b æſtu inimici expulſi ſumus, non repetamus? Tunc armati vexillo Crucis, ſumptis in manu hacillis, regreſſi ſunt ad eremum. Quibus venientibus iterum eos inſidiæ dæmonis lapidibus cœperuot urgere: ſed perſiſtentes in oratione, obtinuerunt a Domini miſericordia, ut remota tentatione, liberi in illo divini cultus famulatu, expeditique perſeverarent.

Libro ſept. dum a dæmonibus impeditur,

eremo egreſſi, a meliore admoniti

b

F eam reperunt, vacuam dæmonum.

4 His denique in oratione perſiſteotibus, cœperunt ad eos rurhæ Fratrum hinc & inde confluere, & audire verbum prædicationis ab eis. Cumque jam beati eremitæ populis, ut diximus, publicati fuiſſent, fecerunt ſibi monaſterium, quod Condatiſcooe vocitari vulverunt: in quo ſucciſis ſilvis, & in plana redactis, de laboribus manuum propriarum victum quærebant. Tantuſque fervor de Dei amore proximos locorum accenderat, ut congregata ad officium Dei multitudo, ſimul habitare non poſſet: feceruot itaque aliud monaſterium, in quo felicis alveariseamen inſtituerunt. Sed & hoc deinceps Dei adjutorio ampliato, tertium intra Alemaniæ termioum monaſterium locaverunt. Ibantque viciſſim hi duo Patres viſitantes filios, quos divinis imbuerant diſciplinis, prædicantes in ſingulis monaſteriis ea, quæ ad inſtitutionem animæ pertinebant.

ontinuat ſolo modo ſtola,

inſtituunt monaſteria,

5 Lupi-

A 5 Lupicinus tamen Abbatis ſuper eos obtinuit monarchiam. Erat autem valde ſobrius, & cibo potuque abſtinens, ita ut plerumque tertia tantum die reficeretur. Cum vero eum, ſicut corporis humani deposcit neceſſitas, ſitis arriperet, vas cum aqua eahiberi faciebat, in qua manus immerſas diutius retinebat. Mirum dictu: ita abſorbebat caso ejus aquam appoſitam, ut putaretur eam per os ejus aſſumi: & ſic ardor ſitis extinguebatur. Erat autem ſeverus valde in diſtrictione Fratrum, nec quemquam non modo peſſime agere, verum etiam nec loqui ſinebat. Mulierum quoque vel colloquia, vel occurſus valde vitabat. Romanus ita erat ſimplex, ut nihil de his penitus ad notitiam duceret: ſed omnibus tam viris, quam mulieribus æqualiter flagitatam benedictionem, Diviniatis nomine invocato, tribueret.

S. Lupicinus obſtinacem & ſeverum.

Romanus ſimplex & benevolus.

6 Lupicinus igitur Abbas cum minus haberet, unde tantam ſuſtineret congregationem, revelavit ei Deus locum in eremo, in quo antiquitus theſauri ſeconditi fuerant. Ad quem locum accedens ſolus, aurum argentumque, quantum levare poterat, monaſterio inferebat: & exinde coempto cibo reficiebat Fratrum multitudines, quos ad Dei officium congregavit: ſicque faciebat per ſingulos annos. Nulli tamen Fratrum patefecit locum, quem ei Dominus dignatus eſt revelare.

Lupicinus obtinuit theſauros abſcondites.

B 7 Factum eſt autem, ut quodam tempore viſitaret Fratres, quos in illis Alemaniæ regionibus diximus congregatos: & accedens meridie, cum adhuc Fratres in agro eſſent, ingreſſus eſt domum, in qua cibi coquebantur ad reficiendum: viditque diverſorum ſeculorum apparatum magnum, ac piſcium multitudinem aggregatam, dixitque in corde ſuo: Non eſt dignum, ut monachi, quorum vita ſolitaria eſt, tam ineptis utantur ſumptibus. Et ſtatim juſſit præparari æneum magnum: cumque locatus ſuper ignem fervere cœpiſſet, poſuit in eo cunctos ſimul, quos paſſi eſant cibos, tam piſces, quam olera, ſive legumina, vel quidquid ad cumadendum deſtinatum fuerat, dixitque: De his pluribus nunc reficiantur Fratres: non deliciis vacent, quæ eos a divino impediant opere. Quod illi cognoſcentes, valde moleſte tulerunt.

Diverſa ferculo ejusdem eſſa juſſit.

8 Tunc duodecim viri, habito conſilio, iracundia inflammati reliquerunt locum, & abierunt per deſerta vagantes, & ea, quæ erant ſeculi delectabilia, inquirentes. Revelatumque eſt ſtatim per viſum Romano, nec ei voluit Divina miſereſtio rem actam occultare. Regreſſo igitur Abbati ad monaſterium dixit: Si ſic futurum erat, ut ad diſperſionem Fratrum abires, utinam nec acceſſiſſes ad eos. Cui ille: Noli, inquit, moleſte ferre, frater dilectiſſime, quia ea acta ſunt. Nam ſcias purgatam eſſe aream Domini, & triticum tantum in horreo poſitum, paleas autem eſſe rejectas foras. Et ille: Utinam nullus abſceſſiſſet ea eis: ſed nunc indica mihi, quæſo, quot exinde abierunt. Qui reſpondit: Duodecim viri cotburnoſi, atq; elati, in quibus Deus non habitat. Tunc Romanus cum lacrymis ait: Credo in illo Divinæ miſerationis reſpectu, quia nec illos ſe parabit a theſauro ſuo, ſed congregabit, & lucri eos faciet, pro quibus pati dignatus eſt. Et facta pro his oratione, obtinuit, ut reverteretur ad gratiam omnipotentis Dei. Dominus enim compungi fecit corda eorum, & agentes pœnitentiam pro exceſſu ſuo, congregaverunt ſinguli congregationes ſuas, & fecerunt ſibi monaſteria, quæ uſque hodie in Dei laudibus perſeverant.

Duodecim offenſi monaſterium deſerunt.

Romanus Lupicini ſervatis obſervantiis reprehendit.

Peritus audacis deſertores.

Flagelli monaſteriam extruunt.

9 Romanus autem perſiſtebat in ſimplicitate & operibus bonis, viſitans infirmos, & ſalvans eos oratione ſua. Factum eſt autem quodam tempore, dum iret agere ad viſitandos Fratres, ut occupante noctis crepuſculo, ad hoſpitiolum diverteret leproſorum. Erant autem novem viri. Suſceptuſque ab eis, ſtatim plenus caritate Dei, juſſit aquam calidam fieri, atque omnium pedes manu propria lavit, lectulumque ſpatioſum fieri præcepit, ut omnes in uno ſtratu requieſcerent, non abhorrens luridæ maculam lepræ. Quod cum factum fuiſſet, obdormientibus leproſis, hic inter decantationes pſalmorum vigilans, extendit manum ſuam, & tetigit latus unius infimi, qui ſtatim mundatus eſt. Tactuque ſalubri iterum tetigit alium, & ipſe protinus eſt mundatus. Cumque ſe ſenſiſſent redditos ſanitati, tetigit unuſquiſque proximum ſuum, ut ſcilicet expergefacti, rogarent Sanctum pro emundatione ſua. Sed eum tacti ad invicem fuiſſent, & ipſi mundati ſunt. Mane autem facto, adſpiciens omnes nitente cute effulgese, gratias agens Deo, & vala dicens, ac ſingulorum oſcula libans abſceſſit, mandans eis, ut ſemper ea, quæ Dei erant, & ſecinesent pectore, & operibus earsetent.

Romanus leproſis lavat pedes, attactu ſanat.

EX GREGORIO TURON. D

10 Lupicinus autem jam ſenex factus, acceſſit ad Chilpericum Regem, qui tunc Burgundiæ præerat: audierat enim eum habitare apud urbem Janubam. Cujus cum ingreſſus eſt portam, tremuit cathedra Regis, qui ea hora ad convivium reſidebat, exterritusque ait ſuis: Tersæmotus factus eſt. Reſpondrrunt qui aderant, nihil ſe ſenſiſſa commotionis. Et ille: Occurrite quamtocyus ad portam, ne forte aliquis adverſari cupiens regno noſtro, adſit quaſi inciturus nobis. Non enim ſine cauſſa hæc ſella contremuit. Qui protinus concurrentes, offenderunt ſrnem in veſte pellicea, & dixerunt Rrgi de eo. Qui ait: Ite, adducite eum in conſpectu meo, ut intelligam cujus ordinis homo ſit. Et ſtatim adductus, ſtetit coram Rege, ſicut quondam Jacob coram Pharaone. Cui ille ait: Quis es, vel unde veniſti, aut quod eſt opus tuum, vel quid neceſſitatis habes ut veniat ad nos? Cui ille: Pater ſum dominicarum ovium, quas cum Dominus ſpiritalibus cibis jugi adminiſtratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Ideo petimus poteutiam veſtram, ut ad victus veſtitusque neceſſaria aliquid tribuaeis. Rea vero hæc audiens, ait: Accipite agros, vioeaſque, de quibus poſſitis vivere, ac neceſſitates veſtras explere. Qui reſpondit: Agros & vineas non accipiemus, ſed placeat poteſtati veſtræ aliquid de fructibus delegare, quia non decet monachos faculiatibus mundanis eatolli, ſrd in bumilitate cordis Drı rrgnum juſtitiamque ejus eaquitere. At Rex cum audiſſet hæc verba, dedit eis præceptionem, ut annis ſingulis trecentos modios tsitici, eodemque numero manſuras vini accipiant, & centum aureos ad compasanda Fratrum indumenta. Quod uſque nunc a fiſci ditionibus capere reſeruntur.

Lupicinus eſtam ingredienti, ſella Regis tremit.

Res petita alimenta de fiſco ſe beneficio petebat.

E

F

ss Poſt hæc autem cum jam ſenes provectæque eſſent ætatis, Lupicinus Abbas ſcilicet & Romanus fratres ejus, ait Lupicinus germano ſuo: Dic mihi, frater, in quonam monaſterio vis tibi parari ſepulchrum, ut ſimol quieſcamus? Qui ait: Noo poteſt fieri, ut ego in monaſterio ſepolcbrum habeam, a quo mulierum acceſſus arcetus. Noſti anim, quod mihi indigno & non mereuti Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multique per impoſitionem manus meæ, ac virtutem Crucis Dominicæ a diverſis languoribus ſunt erepti. Erit autem concurſus ad tumulum meum, ſi ab hac luce migravero. Ideoque emtous a monaſterio in monte pasvulo ſepultus eſt: ſuper cujus deinceps ſepulcrum, magnum templum ædificatum eſt, in quod ingrns frequentis populi diebus ſingulis accurris. Multæ enim virtutes ibi in Dei nomine nunc oſteoduutus. Nam & cœci ibi lumen, & ſurdi auditum, & paralytici greſſum plerumque recipiunt. Lupicinus autem Abbas obiens, intra monaſterii baſilicam eſt ſepultus, reliquitque Domino pecuniæ creditæ multiplicata talenta, id eſt, beatas congregationes, in ejus laude devotas.

Romanus cum a monaſterium ſepultura propter miracula.

a *Avenſis*] *Ptolemæus lib. 2. cap. 4.* Sequanorum civitas Avanticum. *Tacitus lib. 1. hiſt.* Rotinis Helveticorum gentis rapui. Aventicus Elvetiorum civitas *in Notitia Provinc. & Civit. Galliæ. Marcellinus l. 15. num. 17.* Aventicum deſerram quidem civitatem, ſed non ignobilem quondam, ut ædificia ſemiruta

A ruta ſunt quoque demonſtrant *ſub temporibus Gratiani, & Valentiniani: at reſtaurata nucumq; peſſa videtur. Aventica* Eccleſia Epiſcopis *ſubſcripſit Cantilio Matiſconenſi Marius an.* Chr. 585. *ac Sedem Lauſanam tranſtulit. Aventicum Gallis Avanches, Germanis Wiflisburg dicitur.* D

b *Forte* aſtu.

DE S. ROMANO
ARCHIEPISCOPO REMENSI IN CAMPANIA,
Commentarius hiſtoricus.

G. H.

CIRCA AN. D. XXXIII. XXVIII. FEBR. *Elogium S. Romani in Sanſoyo.*

1 *ANdreas Sauſſajus in Martyrol. Gallicano, qua de S. Romano dicuntur, brevi hoc elogio comprehendit ad 28. Februar.* Remis depoſitio S. Romani Epiſcopi & Confeſſoris: hic Vigilii Papæ conſobrinus, monachus Jurenſis, & primus Abbas cœnobii Mentuniaci a ſe conſtructi in diœceſi Trecenſi, eum laude virtutum undiq; polleret, ad Archiepiſcopatum Remenſem doce Chriſto provectus, Eccleſiam ſibi concreditam apoſtolico ſpiritu gubernavit. Poſtque fauſtum & celebrem Pontificatum, eum B. Leonem ſoum alumnum, & in regimine cœnobii Mentuniaci ſucceſſorem, ſanctitatis ſuæ commercio, B ex quo Sanctus & ille evaſit, illuſtraſſet; B. Clothildem Reginam in baſilica S. Genovefæ, & Childebertum Regem in æde S. Vincentii ad muros regiæ urbis tumulaſſet, quietis æternæ cupidus, in cœleſtem emigravit manſionem. *Hæc Sauſajus, quæ a nobis illuſtranda.*

Sanctus alias appellatus a Camuzato & Def-Guerrois,

2 *Sanctotetulum cum Sauſajo eidem Romano tribuunt Nicolaus Camuzatus Tricaſſina Eccleſia in eadem Campania Canonicus in Miſcellaneis hiſtaricis, cum Prompturio Sacrarum Tricaſſinæ diœceſis edidit, fol. 358. in Notis ad Vitam S. Leonis Abbatis, & Nicolaus Def-Guerrois Presbyter Tricaſſinus de Sanctis Tricaſſinis ad an. 545. n. 8. In ipſa antiqua Vita S. Leonis danda 13. aut 25. Maii) de die namque diſcrepant auctores) tam iſſe* Leo, *quam* Romanus eodem modo Beati *appellantur: quo ſolum titulo utitur Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis ad 28. Febr. quo eum celebrat,* & Vigilii Papæ conſobrinum, ac monachum Jurenſem *ante Sauſajum ſtatuerat ſecutus Joannem Chenu in Archiepiſcopis Remenſibus, & Georgium Colvenerium in Catalogo Archiepiſcoporum Remenſium ad calcem Fladoardi, Fuit* Vigilius *ex nobiliſſimo genere ortus, Joannis Conſularis viri filius,* & Romano *aliquantojumor, mortuus anno* 555. *De S. Romano fundatore primo monaſteriorum Jurenſium jam ante hoc die egimus: cujus inſtitutum ſub S. Eugendo Abbate ſecuit hic Romanus complexus fuiſſe, ejuſque exemplo (quod quamplurimos alios feciſſe conſtat ex ejus Vita)* condidiſſe cœnobium in vico, cui nomen Mentomaeum, duabus ab urbe Trecenſi leucis ſemotum, *ut* liquido conſtare ex Vita S. Leonis *aſſerit Camuzatus, qui* vide *la fuſiori hiſtoria, brevem ejuſdem Vitam ex Breviario Eccleſiæ Trecenſis ortus: in qua iſta leguntur:* Hic *Leo* ſcholis traditus, mira celeritate pſalmorum ſcientiam eſt adeptus: & in omnibus & per omnia regularibus eſt dogmatibus eruditus. Igitur B. Romano Mentuniaci cœnobii Abbate in Epiſcopum Remenſem electo, B. Leo ejus munaſterii factus eſt Abbas. *Addit dein Camuzatus, ex alia Vita S. Leonis hiſtoria,* præfatum S. Romanum a Rege Chlodoveo ſeniore confirmationem donationis quorumdam prædiorum impetraſſe, quæ Merobaudus Patricius eidem cœnobio liberaliſſime impertiverat. *Def-Guerrois* cœnobium illud extructum *ait* fuiſſe ad honorem SS. Gervaſii & Protaſii Martyrum. *At* nunc oppidum Mentuniacum, ob corpus S. Leonis, quod ibidem reverentiſſime cuſtoditur, ejuſdem D. Leonis nomen induiſſe & Gallico idiomate S. Lye nuncupari, *teſtatur jam ſupius laudatus Camuzatus. Mortuus eſt Chlodoveus I. an.* 509. *ut jam ante illud a S. Romano extructum fuiſſe monaſterium neceſſe ſit, & falſi Nicolaum Def-Guerrois, dum confirmationem donationis a Chlodoveo factam tradit non S. Romano, ſed ejus ſucceſſori S. Leoni, qui poſt viginti annos ab obitu Chlodovei S. Romano ſucceſſit.* E

confirmatio donationis facta S. Romano a Chlodoveo I.

3 *De Epiſcopatu S. Romani hæc pauca memorat Flodoardus I. 2. Hiſtor. Eccleſiæ Remenſis c. 1.* B. Remigio ſucceſſiſſe traditur Rumanus, Romano Flavius, poſt quos Mappinius. *De tempore Sedis horum quatuor Epiſcoporum egimus 6. Febr. ad Vitam S. Vedaſti Epiſcopi Atrebatenſis a S. Remigio ordinati, oſtendimuſq; pag. 785. n. 13. S. Remigium obiiſſe an.* 530. *die* 13. *Jan. eique ſubrogatum fuiſſe S. Romanum, cujus Sedi aſſignavimus triennium aut ſummum quadriennium, obitumq; retulimus ad ann.* 533. *aut ſequentem. Nã ejus ſucceſſor Flavius interfuit Arvorunenſi Synodo ſub Theodeberto Rege 5. Idus Nov. poſt Conſulatum Paulini Junioris habita an.* 535. *At a Flavii ſucceſſore Mappinio miſſi Protadius Archidiaconus ſubſcripſit Aurelianenſi Concil. 5. anno Regis Childeberti* 38. *Chr.* 547. *Hinc corrigendus Joan. Chenu aſſerens* Romanum archiepiſcopum creatum anno 545. ſediſſe annis 18. mortuum anno 563. *Quæ eadem ante ſcripſerat Georg. Colvenerius in catalogo Archiepiſcoporum Remenſium, atque iſta æque diſſona adjungit:* Hic ſepelivit corpus B. Chlotildis Reginæ in Eccleſia S. Genovefæ Pariſiis anno 554. & corpus Childeberti Regis Francorum in æde ſacra S. Germani ad moros urbis Pariſienſis anno 559. *Quæ Sauſajus ſupra relatus nullo interpoſito examine deſcripſit. Verum obſunt & tempora & regna diſtincta, & quæ a S. Germano Epiſcopo Pariſienſi acta ſunt, S. Romano Remenſi applicantur jam pridem mortuo. Deceſſit Childebertus anno* 558. *atque, ut tradit Aimoinus l. 2. de Geſtis Francorum c. 29.* a S. Germano in æde S. Vincentii, quam fabricarat, ſepultus. Obiit vero S. Chlotildis apud urbem Turonicam, Pariſiis a filiis Childeberto atque Chlothario Regibus ſepulta. *Ita Gregor. Turon. lib. 4. hiſt. Franc. c. 1. cum ante egiſſet de obitu Theodeberti Regis Auſtraſiorum, cui ſucceſſit Theodebaldus an.* 548. *Fuit autem S. Romanus Epiſcopus factus cum Theoderitus Rex Auſtraſiorum adhuc viveret, ſub quo Remenſis urbs erat.*

ſuccreſſores S. Romani Archiepiſc. Remenſes.

mortuus an. 533. aut ſequente.

an Archiepiſc. Remenſis an. 530.

in Actis originalibus Beatus appellatur, ac a Sabellicano Vigilii Papæ?

an monachus Jurenſis?

condidit monaſterium Mentuniacum.

an ſepultus Childeberti Regem ſi

atque T. Chlotildem Reginam,

G. H.

DE S. RUFINA VIRGINE.

XXVIII. FEBR.

Martyrologium mſ. antiquum, quod Colonia in monaſterio Patrum Carmelitarum aſſervatur, inter pauca ac ſelectos Sanctos memorium S. Rufina conſignat his verbis: Ipſo die S. Rufinæ Virg. *Quæ eadem leguntur in Martyrologio anno* 1490. *Lubecæ excuſo, quod Doctrinale Clericorum inſcribitur, atque a vigilia Nativitatis ſeu 9. Kal. Jan. exorditur. Aliud eodem anno Coloniæ excuſum, ſed ab ipſis Kalendis Januarii initio ſumpto, eiſdem plane verbis celebrat* S. Rufinam Virginem. *Eam ſuo itidem ad Uſuardum auctario inſcripſit Hermannus Greven, Qua vero ea fuerit, quove loco aut tempore floruerit, haſtenus aſſequi non potuimus, uti & de S. Onesima Virgine dictum, quam*

S. Rufina Virgo aut ſola referuntur.

A quam 27. Februar. retulimus ex eiſdem quatuor Martyrol. Utramque Virginem 28. Febr. conjungit Franciſcus Maurol. Abbas Meſſanenſis in ſuo Martyrol. ante annos prope centum edito. Eodem die, inquit, SS. Macarii, Ruffini, Juſti ac Theophili. Item Oſvaldi Mart. Atque Oneſimæ & Ruffinæ Virginum. *Quæ eadem leguntur in Calendario Italico Conſtantii Felicii. Meminerunt & alia jam indicata Martyrol.* Rufini Martyris. *De eo ſociiſq; ſupra egimus: inter quos in veteri mſ. Philippi Labbei noſtri, nomen eſt* Ruffinæ: *hinc injecta dubitatio, num de hac Virgine agatur, num potius* Rufinus *ſit ſubſtituendus, an certe* Rufuuia, *cujus inter illos Martyres nomen in mſ. Martyrol. S. Hieron.* AUCT. G. H. D.

DE S. OSVVALDO
EPISCOPO VVIGORNIENSI,
ARCHIEPISCOPO EBORACENSI,
Commentarius prævius.

G. H.

ANNO DCCCC-XCII. XXIX. FEBR.

§. *I. Tempus Epiſcopatus S. Oſvvaldi. Annus & dies obitus, & Elevationis corporis. Cultus illis diebus: an etiam 15. Octobris? Reges ab eo coronati.*

B S. Oſvvaldus ſtirpis regiæ ſanguine.

1 INter eximios ſanctitate & doctrina Epiſcopos, qui ſeculo Chriſti decimo illuſtrarunt Angliam, eſt S. Oſvvaldus, *Epiſcopus primo Wigornienſis, poſtea ſimul Archiepiſcopus Eboracenſis. Urbs eſt utraque antiqua & celebris, Eboraci ſanctè mortuus eſt, Wigorniæ ſepultus, ac miraculis a morte claruit. De hac urbe actum fuſe* 11. & 19. Jun. *ad Vitam S. Eguini, Sanctique Vultani, qui & ipſi wigornienſes Epiſcopi fuere.*

S. Dunſtani in Epiſcopatu VVigornienſi ſucceſſor

2 *Conſecratum fuiſſe Epiſcopum Wigornienſem S. Oſvvaldum a deceſſore ſuo S. Dunſtano, anno 949. ad Cantuarienſem Metropolim translato, certum eſt: de anno conſecrationis aliquis ſcrupulus, quod infra in Actis dicatur* obiiſſe anno 992. Epiſcopatus 30. *quaſi ordinatus eſſet Epiſcopus anno 962. Sed forſan culpa amanuenſium incerciſt annorum duorum nota, in legendum ſit,* obiiſſe anno Epiſcopatus trigeſimo ſecundo. *Nam* anno 960. conſecratum eſſe S. Oſvvaldum *ſcribunt Florentius Wigornienſis, Dunelmenſis, Hovedenus, VVeſtmonaſterienſis, atque alii, quorum omnium auctoritas actorum illorum ſcriptori prævalet. Falſum vero Eboracenſem Archiepiſcopum anno* 972. *iidem ſcriptores unanimi conſenſu teſtantur & ſucceſſorem ſtatuunt Oſchitelli propinqui ſui, eodem anno vita functi: quibus & ipſa Acta adſtipulantur. Thomas Stubbs Dominicanus, qui ſeculo* 14. *ſcripſit Acta Pontificum Eboracenſium, inter Oſchitellum & S. Oſvvaldum ſtatuit* Adelwoldum, *qui tamen* cum magis quietiorem vitam diligeret, Pontificatum dimiſit. *Eadem leguntur in epiſtola ſub nomine Simeonis Dunelmenſis edita, ſed forſan e ſcriptis Turgoti Dunelmenſis collecta, ad Hugonem Decanum Eboracenſem de Archiepiſcopis Eboracenſibus: at* Edwaldum *appellat, & S. Oſvvaldum ſtatuit cum Thoma Stubbs eccleſiæ illius* regimen ſuſcepiſſe anno 971. *Verum Simeon Dunelmenſis de Geſtis Regum Anglorum omiſſo* Edwaldo, *quem a* S. Oſvvaldo *alium non arbitramur, ait Archiepiſcopum electum cum aliis ſcriptoribus ſtatuit anno ſequenti* 972.

anno 960.

ſimul Archiepiſc. Eboracenſis factus ann. 972.

C

pallii acceptio, non a Stephano Papa;

3 *In pluribus peccat Thomas Stubbs, dum* anno ſequente *aſſerit* Romam venientem, a Stephano Papa pallium accepiſſe: deinde ipſius Regis Edgari donatione, & Papæ Formoſi, qui Stephano ſucceſſit, conceſſione, Epiſcopatum Wigorniæ, de quo translatus fuerat, in ſua manu tenuiſſe. *Succeſſit Stephano VI. Formoſus anno* 891. *mortuus anno* 896. *id eſt, ſeptuaginta ſex annis, antequam ex hujus calculo Romam venit* S. Oſvvaldus. *Nicolaus Harpſfeldius ſeculo* 12. *Hiſt. Eccl. Angl. cap.* 12. *omiſſo* Formoſo *aſſerit*, S. Oſvvaldum a Pontifice Stephano, Romam profectum, pallium reportaſſe, nec Wigornienſem dimittere potuiſſe. *Verum nullus Papa, Stephanus dictus ſedit ab anno* 943. *ad annum* 1057. *Dunelmenſis in citata epiſtola tradit* Rumam veniſſe, & pallium a Benedicto Papa accepiſſe. *Eſt* Benedictus VI. *anno* 972. *die* 20. *Decembris electus, anno* 974. *a Bonifatio, dein Antipapa, in carcere ſtrangulatus: cum Benedictum VII. ſucceſſiſſe.* E *ſed a Benedicto VI.*

VVigornienſis, cujus errorem alii deſcripſerunt, ad annum 973. *iſta habet*: Stephanus Papa 134 a quo S. Oſvvaldus pallium accepit. *Quod accurati ſcriptoris σφάλμα μνημονικὸν eſt.*

conſecrat & inungit S. Dunſtanus, Rogerius, Edgarum an. 973.

4 *Idem VVigornienſis ad eundem annum* 973. *hæc refert*: Rex Anglorum pacificus Eadgarus ætatis ſuæ anno 30. Indict. 1. 5. Idus Maii, die Penteculles a beatis Præſulibus Dunſtano & Oſvvaldo, & a cetesis sotius Angliæ Antiſtitibus, in civitate Acamanni benedicitur, & cum maximo honore & gloria conſecratus, & in Regem inungitur. *Eadem habet Dunelmenſis, Hovedenus, VVeſtmonaſterienſis, Huntindonienſis, & alii: quibus pravit Chronologus Anglo-Saxonicus cum Beda hiſtor. nuper excuſus, qui addit* Acamanni civitatem ab incolis alio vocabulo Bathoniam nominari: *qua in Somerſetenſi Comitatu apud Saxones Occidentales urbs illuſtris. Regnabat Edgarus Rex jam tum a morte Edvvini fratris anno* 15. *atque ipſe* anno 975. 8. Idus Julii, *defunctus eſt*, filio ſuo Eadwardo *segui hærede, deſignato. Sed* magna intes regni psimoses oborta eſt diſſenſio. Quidam namque Regis filium Eadwardum, quidam veso fratrem illius elegeeunt Æthelredum. Quam ob cauſſam Archipsæſules Dunſtanus & Oſvvaldus cum Corepiſcopis, Abbatibus, Ducibuſque quamplurimis, in unum convenesuns, & Edwasdum, ut pater ejus præceperat, elegeeunt, electum conſecsavesunt, & in Regem unaerunt. *Ita VVigornienſis, aliique ante citati. Anno poſtea* 978. *iſta addantur*: Rex Anglorum Edowardus juſſu novescæ ſuæ occiditue .... Cujus ſatee Æthelredus Clito egregius, moribus elegans, pulchee vulsu, decorus adſpectu, Indict. 6. die Dominica 18. Kalend. Maii poſt Paſchalem feſtivitatem a ſanctis Archipræſulibus Dunſtano & Oſvvaldo, & decem Epiſcopis, in Kyngeſtune ad regni faſtigium eſt conſecratus. *Colitur* S. Edovardus *Rex & Martyr* 18. *Martii*. *ſed a Benedicto VI. an.* 973.

S. Edovardum, dein Martyrem an. 979. F

Æthelredi an. 978.

5 *Mortuus eſt* S. Oſvvaldus *anno* 992. *Ad quem annum iſta tradit VVigornienſis*: S. Oſvvaldus Archiepiſcopus, Indict. 5. 11. Kal. Martii, feria ſecunda trauſiens ex hac vita, regni cœleſtis gaudia conſcendit, & Wigorniæ in eccleſia S. Mariæ, quam ipſe a fundamentis conſtruxeat, conquieſcit. *VVigornienſi conſentiunt reliqui ſcriptores, cum ipſis* S. Oſvvaldi *Acta*: *Quia autem annus hic biſſextilis erat, mortuus eſt* 29. *Febr. qui dies tum incidebat in feriam ſecundam poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ, cyclo Solis* 21. *Luna* 5.

mortuus an. 992.

29. Febr. feria 2.

6 *Inſcriptus hoc die Florario mſ. & apud Gruterio Greveni ad Uſuardum his verbis*: In Britannia S. Oſvvaldi Epiſcopi

Inſcriptus Martyrol.

AUCT. G. H.

wigornienſis & Confeſſoris. *Eumdem referunt Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus in martyrol. monaſticis, Wilſonius in Anglic. Caniſius in Germanico, Ferrarius catalgeneral. In mſ. Martyrol. Carmeli Colonienſis, & apud Manrel. iſta leguntur*: Item S. Oſwaldi Martyris. *Fuit Rex Northumbria* Oſwaldus *a Penda Rege Mercionum pagano occiſus, qui paſſim martyr habetur, inſcripſus etiam in Mart. Rom. 5. Auguſti: cujus Regis & S. Oſvvaldi Epiſcopi memoria videtur in citatis Martyrol. confuſa.*

properam Martyr habitus

7 *Succeſſor* S. Oſwaldi *in utraque Sede fuit* Aldulfus *ante* Abbas Medeshamſtadenſis, *qui* an. 1002. Regis Anglorum Æthelredi 25. Indict. 15. 17. Kalend. Mart. feria quarta, Coepiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, monachis, religioſis quoque viris aggregatis, S. Oſwaldi Archipræſulis oſſa e tumolo levavit, & in ſcrinio, quod paraverat, honorifice locavit: & non multo poſt, id eſt, 2. Nonas Maii, ipſe defunctos in eccleſia S. Mariæ Wigorniæ eſt ſepultus. *Ita Wigornienſis, quem reliqui ſequuntur. Contigit ea Elevatio feria 4. poſt Dominicam in Albis, cyclo Salis 3. Luna 15. litera Dominicali D. Meminerunt illius Wion, Menardus, Ferrar. bis verbis*: Elevatio S. Oſwaldi Epiſcopi & Confeſſoris. *At contigit ea elevatio apud Eboraci, ſed Wigornia, ubi antea fuerat ſepultus. Hinc infra in Vita n. 22.* Aldulfus Eboraceuſis Archiepiſcopus Wigorniam properans, oſſa ſancti Antiſtitis de terra levavit. *Quibus conſentit cum aliis Weſtmonaſterienſis, qui citatur a Wione, Ferrario, & Wilſone in priore editione Mart. Anglicani, ubi etiam Eboraci ſolla ea elevatio aſſeritur: omittitur in poſteriore editione. Bucelinus etiam Eboraci factam tradit, citato prater Weſtmonaſterienſem Edovardo Malbevv, qui ſolum de S. Oſvvaldo agit 28. Febr. nulla facta mentione diei 15. Aprilis.*

Corpus ejus ab Aldulfo Epiſcopo ſlevatum anno 1002. 15. Aprilis,

non Eboraci ſed Wigornie;

memoria ejus 5. Auguſti

8 *In Calendario mſ. Benedictino monaſterii S. Salvatoris iſta ad 8. Junii tradunur*: S. Oſwaldi Epiſcopi Wigornienſis & monachi Floriacenſis. *Qua vere de cauſa eo die referatur, non reperio. Forſan quia auctori deerat alius Sanctus, quem eo die colendum proponeret. Erant autem hoc die & Romanus Abbas, ſed quem diſcipulum S. Benedicti credidit, & S. Theodulphi Abbatis ſavoatio, qua circa an. 1500. contigit.*

9 *At Major controverſia eſt, quare 15. Octobr. referatur* S. Oſwaldus. *Ita primus excudit Molanus in additionibus ad Uſuard. Lovanii anno 1568. editum, his verbis*: Eodem die Oſwaldi Epiſcopi & confeſſoris, *appoſuit q; litteram Q. indicans, ut præfatur c. 2. ſe ejus Sanctі memoriam addere* ea quodam alio Martyrologio: *quod eſt mſ. Uſuardi, olim Auguſtini Hunaei Doctoris Lovanienſis, ac modo ſpectat ad Domum Profeſſam Antuerpienſem, Societatis Jeſu: illic ergo poſt commemoratum ætatem quinquaginta Martyrum Colonienſium, ita ſubduntur*: Eodem die S. Oſwaldi Epiſcopi & Confeſſoris. *Exin cetera qua alibi apud Uſuar. legnatur, ibidem ſubnexa. At circa eam teſtionem multum haremus, cum cetera, qua in eo mſ. Codice habemus reperimus, multum ſuperent ætatem* S. Oſwaldi Wigornienſis. *An alius ergo antiquior* S. Oſwaldus *Epiſcopus, aut certe errore amanuenſium loco alterius Sanctі inſtrufus? In antiquo codice mſ. ſub nomine Bedæ ad eumdem 15. Octobr. iſta leguntur*: Io Britannia S. Ulfranoi Epiſcopi & confeſſoris. *An loco hujus nominis am alterius ſubſtitutus* S. Oſwaldus *exiſtimari poſſit, quis definiet? Epiſcopum Lindisfarnenſem potius intelligi infra dicemus.*

atrox alia cujus Oſwaldi Epiſc. 15. Octobr.

qui nonjuſtam ejus ex editis VVigornienſibus

10 *Interim ad ea adjecere alii quadam*: *nam in altera editione Uſuardi anni 1573. iſta ſcripſit Molanus*: Eodem die Oſwaldi Epiſcopi Wigornienſis & confeſſoris: *& mox, quaſi dubitatione omni ſublata, ſequuti alii, Caniſius in martyrol. Germanico edito an. 1573. prius martyrol. Molani deſcripſit, poſtea ſecundum. Dein Surius in Octobri Vitam S. Oſwaldi locavit, in editione anni 1574. cum hac ad marginem notatione*: Octobris 15. juxta Martyrologia. Obiit autem 28. Febr. vel 29. *Inde alii eo die factam tranſlationem ex tenui conjectura aſſeruere. Ita Wion*: Vigorniæ in Anglia tranſlatio S. Oſwaldi Epiſcopi & confeſſoris, miraculis clari: *addit q; de ea Tranſlatione agere* Molanum & Galeſinium hac die. *Molani verba utriuſq; editionis dedimus. Galeſinii iſta ſunt*: Vigorniæ S. Oſvvaldi Epiſc. & Confeſſor. *& in Notationibus Surium citat. Nulla ibi Tranſlationis mentio. Wionem ſecuti Dorganius & Menard. ſed de qua Tranſlatione ſias mentio ſilent. Bucelinus in Menol. Benedictino conjecturam illorum ita adornat*: Vigorniæ in Anglia tranſlatio S. Oſwaldi Epiſcopi. Tranſtulit viri ſanctiſſimi corpus, revelatione divina admonitus Adolphus Eboracenſis Archiepiſcopus &c. *Aſt Elevatio potius corporis dicenda eſt, qua contigit 15. Aprilis, quo die eam Eboraci factam dixerat. Fortaſſis 15. Octobr. Wigorniam corpus tranſlatum fuiſſe arbitratus eſt: ſed contrarium conſtat ex Vita, quam citat. In Martyrol Anglicani priori editione 28. Febr. tradit Wilſonus, pratipuam ejus ſolennitatem haberi 15. Octob. qua inde decerpſit Edovardus Malbevv, dum promittit ideo ſe de eo præcipue 15. Octob. tractaturum: quo poſtea die de illo penitus ſilet. In ſecunda etiam editione martyrol. Anglicani ea de præcipua ſolennitate verba omiſſa a Wilſono. At 15. Octobr. ejus Tranſlatio refertur in eo Martyrol. citato Sarii, & Molano, cum Pol. Virgilio l. 7. hiſt. & weſtmonaſterienſi ad ann. 959. & 960. ubi de ejus Epiſcopatu Wigornienſi & monaſterio Rameſienſi agitur. In priore editione 28. Febr. citat* Surium 15. Octobr. & Calendarium ſecundum uſum Sarum, *quod habemus Pariſiis circa ann. 1543. excuſum in Enchiridio Eccleſiæ Sariſburienſis: in quo* S. Oſwaldi *nomen his expreſſum ſcilicet 28. Febr. & 15. Aprilis. At 15. Octobr. memoratur* S. Wilfranous Epiſcopus, *de quo ſupra egi.*

præcipua ſolennitas

non in editis S. Oſvvaldus Martyr

11 *In Florario mſ. jungitur* Oſwaldus *quidam cum ſociis 15. Octobr. his verbis*: Item ſanctorum Conleſſorum Oſwaldi Epiſcopi, Martiani & Satyri, & Caodidi Martyris. *Ex his* Martianus & Saturianus *colunter poſtridie, ſed* Martyres, *in Africa occiſi. Nam ergo legendum*: Item ſanctorum Martyrum Oſwaldi Regis, Martiani &c. *In ſupra cit. Calendario mſ. Benedictino 12. Junii iſta habentur*: S. Oſwaldi Epiſcopi Lindisfarnenſis & Abbatis Mailroſenſis. *Hic eſt* S. Ethelwoldus, *aliis* Æthelwaldus & Edilwaldus, *cujus Vitam ex variis collectam dedimus t. 2. Febr. quo die inſcriptus eſt Martyrol. Anglic. & Catalogo Ferrarii. Mortuus eſt an. 740. at quo die, hactenus non reperimus. Potuit de eo egiſſe qui Uſuardum mſ. noſtrum auxit, & cum aliis* Oſwaldum *appellaſſe. Ita* S. Oſwaldus, *de quo hoc agitur, ab aliis eſt* Edwaldus & Adelwoldus *dictus, & poſtea ab eo diverſus a nonnullis habitus: quæ ſupra rejecimus.*

an S. Ethelwaldus Epiſc. Lindisfarnenſis, vulg Oſwaldus dictus?

§. II. *Illuſtria ex aliorum Sanctorum Actis teſtimonia de S. Oſvvaldo: hujus Vita ſcripta, Reliquiæ.*

12 INter *illuſtres ſcriptores ævo S. Oſvvaldi propinquiores Aimoinus eſt, monachus Floriacenſis in Gallia, qui ſub ann. Chr. 1000. floruit, & ſuam de rebus Francia hiſtor. inſcripſit S. Abboni Abbati ſuo, an. 1004. inſerempto, cujus & Vitam ſcripſit, t. 2. Novembr. dandam: in ea c. 4. 5. & 6. iſta leguntur*: Legatio Gentis Anglorum ad Florlacenſe venit cœnobium, poſtulans aliquem ſibi ſapientum concedi virorum .. eos quod vir quidam magnæ apud eos nobilitatis, Oſwaldus vocabulo, ſpreto ſeculo, ad ſerviendum Chriſto, in memorato Floriaco converſus eſt cœnobio: ea quo ob bonæ vitæ meritum a Rege ipſius provinciæ ad Archiepiſcopatur aſſumptui gradum, Deo ac Patrono ſuo S. Benedicto in regione Auglica conſtruxit monaſterium.... Præterat per idem tempus faucta Floriacenſi congregationi reverendus Pater Oylboldas .... qui ab hoc beato cægit viro Abbone, quatenus ad inſtruendas ejuſdem nationis hominum mentes, divina atque humana ſapientia, qua ipſe inſigniter pollebat, ire non recuſaret.... Poſt longos terræ & maris cacurſus, an-

Ab S. Oſvvaldo Floriacenſi monachi laboro,

venerat S. Abbo in Anglian

glo-

A glorum intravit fines. Primum itaque omnium Rameſenſe S. Benedicti adiit cœnobium. Sic enim appellabatur ille locus, qui in venerabili Oſwaldo illis in partibus eſt ſuodatus: in quo, qui Abbatis ſungebatur officio, Germanus dicebatur vocabulo, & ipſe ad tanti gradus honorem ex hoc ſacro Floriacenſi aſſumptus monaſterio. Ubi dum Sanctus Domini Abbo per duorum ferme annorum moratur ſpatium, aliquos monachorum ſcientia imbuit litterarum.

dum ibi fuit in Remeſſi monaſterio.

13 Intra eorumdem ſane ſpatium annorum Regem adiit Anglorum ac ejus Ducem Hehelguinum. Sed a Rege verbum tantum, a Duce vero condigna ſuę ſanctitati ſuſcepit munera, atque in magna apud eum, quamdiu eum ipſo fuit, eſt habitus reverentia. Pontificum quoque venerabilium, ſæpe nominati Oſwaldi ac beatæ memoriæ Dunſtani, amica ſibi familiaritate uſus eſt. Horum prior Eboracenſium, ſequens Cantuariorum Archiepiſcopus fuit. In quorum vita moribuſque ſibi bene complacuiſſe Chriſti oſtendit gratia, eorum tumulos nunc uſque miraculorum illuſtrando gloria. Hi in tanta admiratione hunc beatum habuere virum, ut in eo retinendo caritativa & (ut ita dictum ſit) diſcordi inter ſe diſſiderent concordia. .... Tandem ipſe vir Domini Abbo, juxta commonitionem honorabilis Patris ſui Oylboldi, nativæ ſaciē

familiaris S. Oſwaldo & Dunſtano

miraculorum gloria clarus,

B ſtatuens revisere telluris, a me moratis Pontificibus, optimis honoratus muneribus: & a venerabili quidem Dunſtano magnifica accepit monia in argento, ſancto Patri perſerenda Benedicto: a Domino vero Oſwaldo eum gratia presbyteratus etiam cuncta eidem gradui congrua miniſteria eſt adeptus. Redeunt igitur multiplicem ſeum advenit gazam, in ſuis ſpeciebus dignam vitæ ejus continentem ſignificationem. Nam armillæ torqueſque aureæ congruam benefactorum dictorumve ejus ſignificavere remunerationem: veſtes vero ſacerdotales præſcotis futuræ ac gloriæ portendebant oitorem. At aureus calix, & oumeroſum argenti uumiſma innocentis puritatem vitæ ac rutilantis præſagiebant eloquii jubar. Hæc *Aimoinus, quorum nonnulla infra in Actis attinguntur: in iis* Ailwinus Comes *dicitur, qui hic* Hebelguinus Dux, *Rameſecenſis monaſterii fundator, cujus Abbas ibidem* Ednothus *appellatur, qui hic* Germanus, *ſed forſan binominis fuit, aut certe unus alterius ſucceſſor.*

ab ipſo vocis donatus

Presbyter a S. Oſwaldo conſecratus

14 *Colitur jam ſæpe memoratus Dunſtanus* 19. Maii *ex cujus Vita hæc ſpectant ſequentia:* Epiſcopatus Wigorienſis in honorem glorioſi Apoſtoli Petri fundatus habebatur. Sed Oſwaldus vir ſanctus & religioſus, quem in regimen ipſius Eccleſiæ B. Dunſtanus Antiſtes Cantuarienſis effectus ſibi ſuccedere fecit; quia Clericos ibi degentes

C nec a pravitate ſua convertere, nec inde, eo quod nobiles juxta ſeculum atque potentes erant, quibus eliminare: conſtruxit pene contiguam ipſi eccleſiæ eccleſiam beatæ Dei Genitricis Mariæ: in qua ipſe cum monachis, quos ſe præpoſuerat adunaturum, Chriſto ſerviret. Quod & factum eſt. Religio itaque monachorum contemptum Clericis peperit, & vulgi conventum ab eis alienatum ſibi aſſiduum fecit. Quid plura? Numerus Clericorum paſſim minuitur, monachorum conventus indies augetur. Quidam inſuper ea ipſis Clericis converſi, numero illorum additi ſunt. Hoc modo Sedes Pontificalis mutata eſt in Eccleſiam B. Mariæ ſemper Virginis. *Hæc Auctor Vitæ S. Dunſtani, quibus conſentiunt infra in aliis n. 11. relata.*

S. Oſwaldus dat Eccleſiæ S. Mariæ Wigorn. antiquit.

Inquit Cambdenus origin.

15 *In S. Wulſtani Epiſcopi Wigorienſis, an. 1060. ad eam Cathedram evecti, Vita quam ex Malmeſburienſi* 19. *Jan. dedimus, de hac S. Maria eccleſia dicuntur iſta pag. 244. n. 7. leguntur:* Cum eccleſiæ majoris opus, quod ipſe u fundamentis inceperat, ad hoc incrementi proceſſiſſet, ut jam migrarent in illam, juſſum eſt vetereм eccleſiam, quam & B. Oſwaldus fecerat, detegi & ſubrui. Ad hoc ſpectaculum ſtans ſub divo Wlſtanus, lacrymas tenere nequivit. Super quo modeſte a familiaribus redarguitus,

dum olim deplet lacrymarum S. Wulſtano,

qui gaudere potius deberet, quod ſe ſuperſtite tantus Eccleſiæ honor acceſſit, ut ampliatus monachorum numerus ampliora exigeret habitacula, reſpondit: Ego longe aliter intelligo, quod nos miſeri Sanctorum opera deſtruimus, ut nobis laudem comparemus. *Deinde ea hæc referantur.* Sub Senione Willielmo inelamatum eſt in wlſtanum a Lanfranco de litterarum inſcitia; a Thoma Eboracenſi Archiepiſcopo, quod ſubjici deberet ei ea antiquo jure. Utriſque objectionibus cum in concilio reſpondere deberet, egreſſus eſt ut ſtrictiore conſilio reſponſum cameret ſuum. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad ſummum negotium attonitis, illa ſubintulit: Crede mihi, adhuc non cantavimus Nonam: cantemus ergo. Sociis referentibus, ut prius propter quæ venerant expedirent, quod ſatis ſuperque ſufficeret cantibus tempus; Regem & Proceres, ſi hoc audiſſet, riſui ſe baberi non immerito credituros. Prius, crede mihi, inquit, faciemus Dei ſervitium, & poſt agitabimus hominum lætitiam. Hora igitur cantata, nulla eacogitata falſi tergiverſatione, nullo commentato véri ſplendore, nolam concilii pergebat ingredi: ſuit eum retinere tentantibus, perſuaderi non potoit. Quin potius timentibus eauſſæ, Pro certo, ait, noveritis, viſibiliter me hic videre beatos

In Concilio jubet conſpectum proficiſci,

ſubtumeſcentes,

E Archiepiſcopos Dunſtanum & Oſwaldum, qui hodie me ſuis precibus tuentes, falſi lnquorum acumen hebetabunt. Ita data benedictione mouetho minimæ ſacundiæ viro, ſed Normannicæ linguæ ſcindo, rem obtinuit, ut qui diœceſis ante putabatur indignus regimine, ab Archiepiſcopo Eboraci ſuppliciter rogaretur ut ſnas dignaretur luſtrare, quo ipſe pro timore hoſtium vel ſermonis ignorantia eavebat accedere.

ab SS. Dunſtano & Oſwaldo ſibi apparentibus dicitur ſolium vel ſutrum.

16 *Reliqua, quæ ex aliorum Annalibus & monumentis antiquis addi poſſent ad Vitam S. Oſwaldi annotamus: quam Surius ad 15. Octobr. ut diximus, edidit, ſed* ſtylo paſſim, *ut præfatur,* nonnihil correcto. *Nos eamdem primæva phraſi ſeruata damus, in Ja. Capgravii nova Legenda Sanctorum Angliæ an.* 1516. *editam. Aliam Vitam habemus mſ. ſed plurimum contractam. Henricus Spelmannus in Concil. Anglicanis ad an.* 969. *pag.* 479. *nonnulla ex c.* 2. *uti infra obſervamus deſcribit, cum hac præfatione:* De ipſo autem Concilio ſic Oſbernus Præcentor Cantuarienſis, qui floruit anno Domini 1074. & hunc ſecutus Joan. Capgravius. *Aſſerunt alii eum ſcripſiſſe Vitam SS. Odonis patris S. Oſwaldi, Dunſtani, Elphegi & aliorum, quod ſuo tempore dicetur: & hi tradunt Vitas SS. Oſwaldi & Wlſtani exaratas a Senata vel Senato Bravonio, quem Wigornienſium monachorum præfectum volunt floruiſſe circa annum* 1170. *Verum quicunque Vitam S. Oſwaldi olim ſcripſerit, arbitramur in epitomen redactam, atque ita a Capgravio editam, quod etiam ad Vitam S. Wlſtani obſervavimus, & clare ad Vitam S. Odonis demonſtrari poterit, cujus Vitam mſ. natis ſumus ampliarem, quamvis apud Capgravium extabat. Baron. ad an.* 992. *n.* 62. *auctorem hujus Vitæ* fidelisſimum ſcriptorem *appellat.*

Plura S. Oſwaldi vitæ adjecta?

a quo ſcripta?

17 S. Oſwaldi inſulam purpuream & auro gemmiſque ornatam, & priſca pulchritudine fulgidam, *ad ſua uſque tempora* in Beverlacenſi eccleſia reſervatam fuiſſe *teſtatur Thomas Stubbs in Pontificibus Eboracenſibus.* Ab *hoc S. Oſwalda in Comitatu wigorienſi eſt* Centuria Oſwaldslaw *dicta, quam aſſerit Cambdenus in Cornaviis eum ab Edgaro Rege impetraſſe, ejuſque immunitatem, dum Anglia luſtrum Guilielmus Canqueſter conderet, his verbis in acta publica eſſe relatam:* Eccleſia S. Mariæ de Wirceſter habet Hundredam, quæ vocatur Oſwaldslaw, in qua jacent trecentæ Hidæ, de quibus Epiſcopus ipſius Eccleſiæ a conſtitutione antiquorum temporum habet omnes redditiones Socharum, & omnes conſuetudines inibi pertinentes ad dominicum victum & Regis ſervitium & ſuum: ita ut nullus Vicecomes ullam ibi habere poſſit querelam, nec in aliqun Placito, nec in alia qualibet cauſſa. Hoc atteſtatur totus Comitatus.

Inſula S. Oſwaldi Beverlaci aſſervata?

Oſwaldslawe ſeu Centuria, ſua libertate, ab eodem appellata.

Hæc

A *Hæc ibi. De varia notione vocis* Socha *conſule Gloſſarium Guilelmi Somneri. Hic videtur indicari Juriſdictio aut jus tenendi curiam.*

V I T A

Auctore antiquo,

Ex Capgravio, Surio, & MS. Ultrajectino.

C A P U T I.

Acta S. Oſvvaldi ante Epiſcopatum. Canonicatus VVintonienſis, monachatus Floriacenſis.

a t SAnctus *a* enim Oſwaldus Archiepiſcopus, nobiliſſima *b* progenie ortus, eleganti forma enituit: hic puer factus pueriles ineptias devitare, & ad ſanctitatis opera ſemetipſum informare cœpit. Frater enim patris ſui erat S. Odo *c* Cantuarienſis Archiepiſcopus, diſcretione ſublimis, moribus gravis, juſtitiæ cultor, & omni actione ſua circumſpectus. Huic enim nepos ſuus Oſwaldus doctrinis imbuendus & bonis exemplis & moribus inſtruendus a parentibus commendatur. Seculari demum ſcientia & Scriptura ſacra ad plenum informatus a S. Odone apud *d* Wintoniam Canonicus effectus, eum ceteri ſpreta inſtitutione Ordinis ſui deſideria cordis ſequerentur, inſtitutionem vitæ Canonicorum indefeſſus exequebatur. Decanus itaque jubrevi factus, maculatam ſenium vitam emendare, & pueriles eorum ſeuſus ſtudio diſciplinæ cœleſtis evacuare adhuc ipſe juveuis curavit. Illi vero magis antiqua pravæ conſuetudinis itinera tenere volentes, nullo pacto illum in talibus ſe audituros affirmabant.

2 Quo intellecto, ſpreta ſeculari pompa nec non divitiis, e Floriacum, ubi corpus S. Benedicti requieſcit, pergere decrevit: miſſis enim a S. Odone commendatitiis litteris & donis plurimis, juvenem dicto commendavit & facto. Idem veto *f* S. Odo in juventute conſtitutus mari tranſito habitum monaſticum apud eumdem Floriacum ſuſceperat. Suſcepto itaque habitu ſacro, qui ab aliis docere venerat, talem ſe exhibuit, ut ſatis in eo quod docerent, quod imitarentur haberent. Erat enim ſomno parcus, cibo ſobrius, in loquendo diſeretus, in oratione aſſiduus: quam patiens, humilis, benignus, mauſuetus exiterit & benevolus ea ſincera caritate, qua ſupra æſtimationem humanam emituit, perpendi poteſt. Secretum ab Abbate in eccleſia accepit locum, in quo Deo familiarius adhæreret. Illic eoim oratioui, meditationi, contemplationi vitæ perennis, ab aliorum in quietudine remotus, operam dare ſolitus, magnum humani generis hoſti fomitem livoris & odii miniſtrabat.

3 Uoa nocte quadam dum contemplationi & orationi vacaret, affuit ſpiritus malignus, & ſonos horrificos edens, ut cœpto deſiſteret, & ſeguius aut nullateuus talia attenturet, hominem Dei terrere molhebatur. At ille fidei ſcuto protectus, noo magis ad fremitum leonia, vel ſibilum ſerpentis, quam ad balatum ovis exterritus eſt. Harum & aliarum beſtiarum ei improbus illu voces ingeſſit: ſed impertetritus cuncta cum ſuo auctore derilit. Quod dæmon advertens diſparuit: ſed in angelum lucis e veſtigio trauſfiguratus eidem Sancto apparuit. Sed vir Dei ſigno Crucis ſe munivit: ſciens eainde Angelum lucis non iteritandum; Angelum autem tenebtarum eminus effugandum. Et factum eſt ita. Nam malignus tentator viſo Crucis ſiguaculo, velut ſumus ab oculis ejus evanuit.

4 Audita tandem ſancta converſatione nepotis ſui Oſwâldi immenſas omnipotenti Deo gratias egit S.Odo, & miſſis diverſis muneribus Abbati & monachis pro ſuo nepote gratias eaolvit. Indicavit etiam illis ſe illius præſentia magnopere velle potiri: tum quia ſenio feſſus mortem ſibi propinquam ſciebat, tum quia regulari converſatione ſuæ gentis viros per eum ioſtituere diſponebat. Quo audito gravi mœrore dejecti, non audentes tamen voluntati Antiſtitis *g* obviare, pareut, & debito cum honore ad nutum Præſulis dirigunt. Antequam tameo Cantuariam venire poruit S. Odo, debitum carnis humanæ eaolvit. Præſidebat illis diebus *i* Doreeſtreuſi Eccleſiæ quidam *k* Oſketillus nomine: qoi audito nepotis ſui Oſwaldi adventu, benigne ſuſcepit illum, & ſincere dileat, & ſui ſecreti conſcium fecit. Aſſumpto tandem ad Archiepiſcopatum Ebotaceuſem OsKetillo, *l* S. Dunſtanus Oſwaldum Regi *m* Edgaro commendatum familiarem effecit & juſſu Regis Wigotnienſi Eccleſiæ præfecit.

a Hinc *liquet prologum ab auctore præfixum deſiderari.*

b *Danorum, ut ex Vita S. Odonis patrui conſtat.*

c *Primo Wiltoninenſi apud Occidoos Saxones, ſive in Weſtſexia, Ep. Sedet Wiltonienſis dein cum Sariſburienſi, qua Wiltonienſis Comitatus nobis eſt, unita fuit.*

d *Eſt Wintonia metropolis Southamptoniæ apud eoſdem Occidoos Saxones, atque urbs Epiſcopalis.*

e *Floriacum nobiliſſimam Gallia monaſterium ad Ligerim fluvium in Aurelianenſi diœceſi, de quo & S. Benedicto agemus 21. Mart. Meminit Aymoinus auctor coævus in Vita S. Abbonis, de quo infra, habitationes & vitæ monaſticæ S. Oſwaldi apud Floriacenſes.*

f *Imo S. Odo antequam iret Archiep. Cantuarienſis, per manus Abbatis Floriacenſis, qui idea evocatus ab eo in Anglium venerat, monachi mores & habitum induit, quod ex laſtitutione S. Gregor. Papa, a tempore S. Auguſtini primi Archiep. Cantuarienſis Eccleſia ſempre fuiſſet monachorum. Qua plenius ad ejus Vitam dicentur 4. Julii.*

g *Malmeſburienſis l. 3. de Geſtis Pontif. Aug. hæc interferit: Licet ub Archiepiſcopu invitaretur, erebrie reſtitæ epiſtolis Oſwaldus, pt prætendens cuuſſam novitatis in veſte, teneritudinis in religioue, oec niſi tarde venit, quutio ægri jam decumbentis avunculi perculſus.*

h *Idem Malmeſb. jam ego Dofris appulſus, at defunctum audivit S. Odonem patruum, muimum abfuit, quin ſtatim Floriacum rediret: ſed admuuicu ſociorum neceſſitudinee parentum uuu negligeudae, poſt juſta ſuuſto Archiepiſcopo ſoluta ud Archiepiſcopum Eboraceuſem Os Kitellum, quem proximo conſanguinitatis gradu attingebat, venit. Mortuus eſt S. Odo anno 91 8. & præfuit Eccleſiæ Cantuariæ ann. 24.*

i *Videtur hic ſcriptorem fefelliſſe memoria. Nam ut Vigorniæſis & cum eo aliis tradunt, Wulſtano Eburaceuſium Archiepiſcopo 7. Calend. Januar. anni 956. defuncto ſucceſſit OsKitellus. Anno deiu 955. humanis eceſſit rebus S. Odo Doroeruiæ Archiepiſcopus, Angelorum manibus ad Paradiſum delatus. Quo item anno Alfhus Doreſtenſium Epiſcopus obiit: cui Brithelmus vir pius & modeſtus, humilis & benignus ſucceſſit. Potuit Oſchitellus eb hujus conſecrationem Doroeſtenſi ſuiſſe, atque ibidem S. Oſwaldum reduceni excepiſſe: quod auctor Vitæ, aut qui forſan in epitomen redegit, non ſatis diſtinxerit.*

k Oſketillus, *aliis* OsKitellus, Oſchitelles, Aſchitellus in MS. *Ultrajectino* Oſtetel.

l *S. Dunſtanus ex Epiſcopo VVigornienſi factus Archiepiſcopus Cantuarienſis anno 959. Mortuus eſt anno 988. Die 19. Maii, quo colitur.*

m *Edgarus, ſive Eadgarus, adhuc frater ſuo anno 959. mortuo ſucceſſit, anno a Merciis & Northumbris, a fratre ob hujus impiam vitam deſertis, in Regem aſſumptus.*

n *Simeon Dunelmenſis de Geſtis Regum Anglorum hæc ita narrat coaugeſſet* Anno 960. S. Dunſtanus .... regalia petit limina, jamam tegiæ pietatis ſuggeſtione preceque pulſat humillima, at religioſum, mitem humilemque muuachum, ſui pœdecedoris Odonis fiacruelem, B Oſvvaldum, quem in cimore divino ſanctiſque virtutum operibus verilline probaveraut exceviſſe, promoveret ad Pontificale decus Wigornienſis Eccleſiæ. Annuit Rex Eadgarus, quod Sanctus petebat Dunſtanus, & ab ipſo in thronizetus ad ſummum ſacerdotium B. Oſvvaldus. *Hæc Simeon, quæ iiſdem verbis refevuntur a Rogerio Hovedeno.*

C A-

CAPUT II.

Acta S. Oſwaldi in Epiſcopatu Wigornienſi, Rameſienſe, & alia monaſteria extructa. Clerus reformatus.

CONgregavit autem Oſwaldus duodecim monachos in villa, nomine *a* Weſtbyri; quos frequenter viſitare, monita ſalutis æternæ miniſtrare & conſolari, & jejuniis, vigiliis, & orationibus ſolebat operam dare.

a Collocat in monaſterio VVeſtbyri.

b c d 6 *b* Accidit etiam, ut *c* Ailwinus *d* Comerdiuturno ac laborioſo cruciatu podagræ pedum ſuorum multis laboraret annis: & cum piſcatorum quidam nomine *e* Wlget, cum navicula ſua aquam, *f* Rameſmere nuncupatam, piſcandi gratia ad uſum domini ſui Comitis ingreſſus eſſet; & diu fruſtra laborans, nimio tædio fatigatus, tandem obdormire cœpit: cui S. Benedictus apparens dixit: Aurora cum ſurrexerit, tuum ejice tragum, & multitudini copioſæ voti compos obviabis piſcium. Captorum quoque piſcium majorem, *g* HaKet, id eſt, lucium, vocatum, Ailwino domino tuo mea ex parte offerens, dices ei, ut meam donationem benigne ſuſcipiens, piæ matri miſericordiæ Mariæ & mihi omnibuſque ſacris Virginibus monaſterium in hac inſula monachorum ſine dilatione ſtudeat fabricare: ſcruteturque quomodo nocte in inſula animalia ſua incumbunt, & ubi taurum ſurgentem dextro pede viderit terram percutere, ibi *b* aram erigere feſtinet: utque certius mea credat mandatis, hunc ruum tibi exteriorem incurvo digitum, quem & ipſe, mox a nexu podagræ ſolutus, tibi erigat reparandum. Evigilans autem copioſa piſcium multitudinem concluſit, majoremque domino ſuo ex parte Sancti obtulit, quæ viderat & audierat replicans: ut digitum ſuum incurvatum erigat, obnixe rogavit. Tunc Ailwinus digitum viri manu hærentem erexit: & ad inſulam ut potuit properavit. Cumque in inſulam ingreſſus, a ſuo morbo perfecte curatus fuiſſet; taurus de medio animalium exurgens, terram pede percutiendo locum altaris conſtruendi divinitus ſignificavit. Comes ergo Deum laudans, confeſtim truncatis lignis Capellam ibi conſtruxit. *i* Non multo vero poſt Comite Ailwino amplas poſſeſſiones concedente, S. Oſwaldus infra quinquennium ædificavit inſigne ibidem monaſterium, & anno Domini *k* nongentеſimo ſeptuageſimo quarto ſolenniter dedicavit, Ednothum monachum Abbatem conſtituit.

e Wlget, cum navicula ſua aquam, *f* Rameſmere nuncupatam, piſcandi gratia ad uſum domini ſui Comitis ingreſſus eſſet; & diu fruſtra laborans, nimio tædio fatigatus, tandem obdormire cœpit: cui S. Benedictus apparens dixit: Aurora cum ſurrexerit, tuum ejice tragum, & multitudini copioſæ voti compos obviabis piſcium. Captorum quoque piſcium majorem, *g* HaKet, id eſt, lucium, vocatum, Ailwino domino tuo mea ex parte offerens, dices ei, ut meam donationem benigne ſuſcipiens, piæ matri miſericordiæ Mariæ & mihi omnibuſque ſacris Virginibus monaſterium in hac inſula monachorum ſine dilatione ſtudeat fabricare: ſcruteturque quomodo nocte in inſula animalia ſua incumbunt, & ubi taurum ſurgentem dextro pede viderit terram percutere, ibi *b* aram erigere feſtinet: utque certius mea credat mandatis, hunc ruum tibi exteriorem incurvo digitum, quem & ipſe, mox a nexu podagræ ſolutus, tibi erigat reparandum. Evigilans autem copioſa piſcium multitudinem concluſit, majoremque domino ſuo ex parte Sancti obtulit, quæ viderat & audierat replicans: ut digitum ſuum incurvatum erigat, obnixe rogavit. Tunc Ailwinus digitum viri manu hærentem erexit: & ad inſulam ut potuit properavit. Cumque in inſulam ingreſſus, a ſuo morbo perfecte curatus fuiſſet; taurus de medio animalium exurgens, terram pede percutiendo locum altaris conſtruendi divinitus ſignificavit. Comes ergo Deum laudans, confeſtim truncatis lignis Capellam ibi conſtruxit. *i* Non multo vero poſt Comite Ailwino amplas poſſeſſiones concedente, S. Oſwaldus infra quinquennium ædificavit inſigne ibidem monaſterium, & anno Domini *k* nongentеſimo ſeptuageſimo quarto ſolenniter dedicavit, Ednothum monachum Abbatem conſtituit.

monaſterii Rameſienſis, ædificati a Comite Ailwino poſſeſſionibus.

i ædificat,

k dedicat, Abbatem conſtituit,

7 *l* Per idem tempus auctoritate *m* Joannis Papæ Dunſtanus Archiepiſcopus coacto *n* generali concilio ſtatuit, & decreto firmavit, ut omnes Canonici, Preſbyteri, Diaconi, Subdiaconi, aut caſte viverent, aut eccleſias quas tenebant dimitterent. Habebat autem Regem Edgarum in hoc negotio fidelem *o* adjutorem, & firmum defenſorem. Hujus enim decreti executio Oſwaldo Wigornienſi Epiſcopo & *p* Ethelwoldo Wintoniенſi Epiſcopo commiſſa eſt. Beatus ergo Oſwaldus ſeptem monaſteria in ſua diœceſi ejectis Clericis inſolenter viventibus conſtruxit, & monachos introduxit & Abbates ei præfecit.

l

m

n adunato Cœtûs perfectior reformationi Glori,

o

p 7. monaſteria erigit

8 Interea Abbas *q* Perſorenſis, quem inſtituerat, nomine Fudbertus, morigeratur & fervens religionis monaſticæ zelator, ſcilicet in ſubditos, quod valde in eo reprehendebatur, nimiæ & indiſcretæ ſeveritatis fuit. Is ad extrema perductus, & huic vitæ ſublatus, & in feretro locatus, recepto ſpiritu trepidantibus eunctis erexit ſe, dicens a B. Benedicto in viſionem Dei ſe perductum fuiſſe, & Deum ſua peccata meritis dilectoris ſui Oſwaldi indulſiſſe, atque ad intimandam ſanctitatem ejus ſe reviviſſe aſſeruit. Quo dicto conticuit & accepto Viatico Dominici corporis dimidium diem ſupervixit, & vitam obitu iterato finivit.

q Fudbertus Abbas conſtituit,

a mortuo reſuſcitatus, ut ejus ſanctitatem teſtetur,

9 In aliis enim Angliæ partibus inſignes Eccleſias ob prefixam cauſſam Clericis evacuavit, & eas viris monaſticæ religionis ſublimavit, quorum hæc nomina ſunt: Eccleſia S. *r* Albani, S. *ſ* Etheldredæ Virg. in Helii, & ea quæ apud Beamſiedam conſtituta honorabilis habebatur. Inſtituit enim in Eccleſia S. Albani *r* Elfricum Abbatem, qui ad archiepiſcopatum Cantuarienſem poſtea ſublimatus fuit, in Eccleſia Elyenſi *t* Brithnoum Abbatem, Beamſletenſi Eccleſiæ *u* Godmannum conſtituit Abbatem. Monaſteria quæ ædificaverat circuire, verbo ſimul & opere, quæ ſalutis erant, paterno quodam affectu miniſtrare curavit.

r ſ monachos conſtituit in Eccleſiis S. Albani, Etheldredæ, Beddeſtedæ, *t* *u* *x*

10 Poſuit quoque in monaſterio Rameſeje Abbo Floriacenſem monachum, morum ſanctitate præclarum, litterarum ſcientia excellenter inſtructum, qui monachos doceret, ſcholas regeret, & in diſciplina regulari & ſcientia litterali prodeſſet. Dunſtanio ſuper hortatu paſſionem B. *y* Edmundi Regis & Martyris idem Abbo laudabiliter ſcripſit. Poſtea Floriacum regreſſus & Abbas effectus, a monachis ſuis occiditur.

s Abbas præfuit Floriacо Remenſi; *y*

11 Cum autem monaſterium in Wigornia infra ipſam Sedem Epiſcopalem conſtruere cœpiſſet, in quo cum monachis converſaretur; non longe ab opere ipſo quidam lapis quadrus jacebat ad operis fabricam omnino neceſſarius: quem cum artifices levare vellent, quaſi radicitus terræ inhæſit, & nullo conatu moveri potuit. Stupor ingens omnes occupat, mandatur de negotio Patri Oſwaldo: qui veniens & multitudinem magnam circa lapidem caſſo labore ſuadentem aſpiciens, miratus eſt, & attonitus ſtans, Deumque ſilentio deprecans, aſſpexit in lapide illo Æthiopem quemdam ſedere, & obſcœnis motibus laborantes ſubſannando deridere. Et ſtatim contra dæmonem ſignum Crucis intorſit, & territum illum fuga ſibi conſulere compulit. At lapis quem octoginta movere nequibant, a paucis hominibus facillime levatus, in opere collocatur. Perfecta itaque eccleſia in honore B. Mariæ, & congregatis ibidem quibuſdam monachis, Clerici in Sede Epiſcopali nonnulli, ſpreto ſeculo, monaſticum habitum ſuſceperunt: & ab eccleſia B. Petri ad eccleſiam B. Mariæ, a Clericis ad monachos Epiſcopalis Sedes tranſlata eſt.

monaſterii V Mariæ *Wigorniæ.*

Impedito diabolo, ſed figuratim ſuggerente,

extrahi,

Sedes Epiſcopalis in ibidem collocat.

a *S. Pulſtanus diplomate in Monaſtico Anglicano pag. 126. edito aſſerat* eccleſiam ſitam in villa, quæ dicitur Vueſtburia, a B. Oſwaldo quondam conſtructam, & terris & opibus & monachis ibidem Deo ſervientibus honorificenter jam pridem ditatam, poſtea vero a piratis devaſtatam, & vetuſtate & Præpoſitorum negligentia deſtructam .... ſe ſtuduiſſe reparare. In *eodem Monaſtico Anglicano regiſtro monaſterii Rameſienſis, de quo mox dictum pag. 231.* S. Oſwaldus anno 972. ad monaſterium Rameſienſe miſiſſe duodecim monachos de VVeſtbiri.

VVeſtbyri monaſterii

